uendus est. l. qui accusare. C. de eden. l. fi. C. de rei vẽdi. l. negan-
ter. C. de. actio. ⁊ obli. c. j. vt ecclesiastica benefi. Et hoc nisi actor
haberet intentionẽ fundatam: quod non est hic, vt superius dixi.

49 **Ad vndecimum** dico et respõdeo † ꝙ
illa verba, de quibus
in dicto quesito, scȝ que sub eiusdem magnifici do. Falconis do-
minio tenentur, ponuntur ⁊ in narratiua instrumenti, ⁊ in disposi
tiua: sed neutro modo refragantur vel nocent predicte vniuersi-
tati aut ciuibus. Et quidem non quatenus ponuntur in narrati-
ua: quia illa sunt verba assertiua dicti quandam Falconis, que vt
superius dixi nõ probant pro eo. Non etiam quatenus ponuntur
in dispositione: qꝺ ꝓcederet etiã si dictũ esset, ꝙ hoibꝰ ⁊ personis
dicte vniuersitatis liceret apponere in oibus rebus ⁊ possessioni-
bus francis, que sub eiusdẽ magnifici do. Falconis dñio tenẽtur,
50 quia † relatiuũ quis vel qui sine copula adiectũ qualitati, que na
turaliter non inest cuilibet de genere, tenet restrictiue. l. ea tñ ad-
iectio. ff. de lega. iij. de quo Bar. in repeti. l. omnes populi. in pri-
ma oppo. ff. de iust. et iu. ⁊ in. l. cunctos populos. colum. j. ⁊ quod
ibi per alios. C. ꝺ summa trinitate. Cum ergo relatiuum que, po-
situm et in narratiua et in dispositiua, adijciatur huic qualitati,
que est, teneri de et sub dominio alterius, que non inest naturali-
ter omnibus predijs existentibus in locis et territorijs ꝓdictis,
illa dictio que, tenetur restrictiue, et restringit illa verba posita
in narratiua, scȝ in fundis, rebus ⁊ proprietatibus francis: vt sup-
ponãt pro illis que tenentur de ⁊ sub dominio directo.

Ad duodecimum dico et respondeo
vt iam superius di
xi, quod tota transactio, de qua supra loquitur de rebus que tene
bantur de et sub dominio dicti domini Saltus, siue ille france
existerent a seruitio seu censu, siue seruiles. Et dum fit sermo de
francis, transegerunt partes quod illarum possessores possent su
per eis censum imponere, et quod cum fieret impositio huiusmo-
di dominus inuestiret hunc possessorem de censu, ⁊ ab eo recipe-
ret laudimium de pretio census. Fuit etiam conuentum ꝙ si po-
stea iste census venderet, dictus magnificus dominus reciperet
laudimium de pretio. Et fuit dictum ⁊ transactũ, ꝙ si cõtingeret
dictã rem antea francã, super qua census postea impositus ẽ, vẽdi
vel alienari, inuestitura ⁊ laudimij ꝑceptio pertinerẽt nõ quidem
ipsi dño: sed illi primo possessori, qui censum imposuit, ⁊ cui debet
census. Et ita videbat dñs habere laudimium ꝑtij census, dũ de
nouo imponebatur, vel impositus postea vendebat, in recõpen-
sam illius laudimij qꝺ erat alias percepturꝰ de ꝑtio rei frãce vẽ-
dite. Propter qꝺ mihi videtur sub correctiõe cuiuslibet dñi me-
lius sentientis, ꝙ si res franca, q̃ tenet sub dñio directo dicti ma
gnifici dñi fuit seruilis ꝑ impositionẽ census factam a possessore,
et deinde eadẽ res liberet ab isto censu et sic iterum fiat franca: ⁊
postea alienet, dictus dñs debeat ꝑcipere laudimium, put facie-
51 bat ante impositionẽ cẽsus: † quia sic res reuersa est ad suam na-
turã, qꝺ fit de facili. l. si vnꝰ. §. qꝺ in specie. ff. de pac. facit. l. attili-
cinus. ff. de seruitu. rustico. predio. Et vr̃ hoc esse rationabile, q2
alias idẽ dñs posset multũ defraudari. Possẽt eñ omnia frãca,
que tenẽtur sub suo dñio, fieri seruilia per impositionem cẽsuum,
et postea facta impositione et recepta inuestitura census possent
liberari a cẽsu per extinctionẽ illius census, et sic dñs nũq̃ habe-
ret laudimium ꝺ illis predijs cũ alienarentur: nunqȝ etiaȝ laudi-
mium de ꝑtio cẽsuum cũ venderentur, quia nulli essent qui vendi
52 possẽt, et hoc esset absurdũ. † Ne igitur cõtingat absurditas, que
in intellectu legũ, testamẽtorum ⁊ omniũ dispositionum euitãda
est, et circũscriptis verbis mens sequẽda disponẽtis. l. scire opor-
tet. §. sed si maxime. ff. de excusa. tuto. l. iij. §. conditio. ff. ꝺ adimẽ.
legã. l. iij. C. de libe. prete. c. dudũ. de prebẽ. in. vi. c. intelligẽtia. de
verborum signifi. ⁊. c. marchion ⁊ basilides. j. q. j. videntur verba
transactionis in illa parte debere intelligi, ꝙ fieret vt ibi rebꝰ sic
stantibus, hoc est q̃diu maneret cẽsus impositus super re frãca:
quod etiam satis patiuntur verba transactionis ibi, vbi vero con
tingeret dictas possessiones francas seu aliquã ipsarum. Cuius
verba sunt ad literã. Ubi vero cõtingeret dictas possessiones frã
cas seu aliquã ipsarum quibus seu alicui ipsarũ ꝺ nouo impositũ
est aliquod seruitiũ seu onus secuta inde laudatiõe ꝑ prefatum
do. Falconem et trezeno inde recepto ab eodem vigore laudatio
nis predicte vẽdi seu aliquo alienationis titulo in aliũ transferri,
laudatio et trezeni receptio dictarum possessionum seu alicuius
ipsarum nõ spectet decetero seu partineat ad ipsum do. Falconẽ:
sed ad illum qui super dicta possessione frãca seruitium seu aliud
onus imposuerit supradictum. Loquitur ergo textus de nõ reci-
piendis laudimij per ipsũ dñm de pretio rei frãce, cui est de nouo
impositum seruitiũ aut aliud onus. Sed si supponimꝰ hanc rem
frãcam, que venditur, fuisse liberatam ab onere seu seruitio impo
sito: iam non est illi seruitium impositum, quia seruitiũ huiusmo
di extinctum est: et nõ reperit in rerum natura tpe venditionis.

Ad decimum tertium dico et respondeo,
ꝙ super illo non est multũ
insistendum, postq̃ non apparet de executione illius mandati re
gij, et bonorum annotatione, de quibus ibi, nisi per assertionem,
que facta est in transactione celebrata et inita per et inter domi.
Raymundum ex vna parte, et vniuersitatem Sisterici ex alia: ⁊
hec anno domini. M. cccciiij. ⁊ de reuocatione eiusdem annota-
tiõe etiaȝ apparet per instrumentũ dicte trãsactionis, que vt pu-
to facta ẽ in vim prouisionis obtente ꝑ ipsũ do. Raymundũ An
no domini. cccciij. ⁊ die. xv. mensis. Januarij, que prouisio obten
ta est post literas parte dictorum de Sisterico contra ipsum do.
Raymundum obtentas, que obtente ponuntur Anno domini.
M. ccccij. et die. xvj. mensis Junij, et ante predictam trãsactio-
nem. Nec puto fore insistendum super illa pretensa dependentia.
Tum quia preterijt multum temporis. Tum et quia in processu
de quo supra, et qui nunc agit, facta est fides parte dicti do. Sal-
tus ꝺ monumẽtis et scripturis. Et ita superfluum ⁊ inutile esset
insistere super illorũ exhibitione. Possunt ⁊ alia multa allegari:
sed quia non oportet, ego supersedeo.

53 **Ad decimum** quartũ † dico ⁊ respõdeo,
ꝙ quo ad illa predia, que
dominus modernus Saltus, aut predecessores dederunt in em
phyteusim vel ad nouum acapitum, eorum emphyteute qui ab
eo vel illis in emphyteusim receperunt, vel etiam illorum em-
phyteutarum heredes sibi non possunt referre questionem do-
54 minij. l. si quis conductionis titulo. C. loca. † per quam legem vo
luit Jaco. rebuf. in. l. j. C. de fun. patri. libro. xj. ꝙ si quis dederit
in emphyteusim rem alienam: pone Titio, et deinde Titius il-
lam tenuerit, ⁊ prescripserit, et cessauerit in solutione canonis per
biennium: poterit ille qui concessit petere rem huiusmodi tanq̃ si
55 bi commissam propter canonem non solutum. † Nec video qua
de causa isti emphyteute, aut eorum heredes, vel etiam vniuersi
tas petere possent se restitui in integrum, nisi forte probare possẽt
ꝙ bona seu res huiusmodi erant sue, et ꝙ per ignorãtiã passi sunt
per dictum modernum dominum Saltus illas dari ⁊ concedi in
emphyteusim: tunc enim possent ex capite ignorantie petere se
restitui in integrũ. Et hoc ex generali clausula, si qua mihi iusta
causa ⁊c. l. j. in fi. et. l. sed et si per pretorum. §. hec clausula. ff. q. ex
cau. maio. de quo articulo scribit Pau. de ca. consilio. clxij. exor-
diente, Circa id quod primo queritur ⁊c. ad fi. Alexand. de Jmo.
consilio. lxxj. exordiente. Uideretur prima consideratione ⁊c. cõ-
silio. lxxiiij. exordiente, Jn causa vertente inter camerã ⁊c. in pri
mo volu. et consilio. xiiij. in secundo volu. Panor. consilio. xxxij.
colũ. iij. in secundo quesito Do. Feli. in. c. vigilãti. col. j. et multi
se. de prescrip. et dominus Jason may. in repetitione. l. ij. colum.
xcij. et se. C. de iu. emphy.

Ad decimum quintum in quo duo que-
runtur. Primum est si cõ-
periatur ꝙ aliqui particulares dicte ciuitatis Sisterici recogno
uerint se aliqua predia in ciuitate et loco de Balma et eorum ter
ritorijs tenere in emphyteusim vel sub directo diminio domino-
rum de Saltu: aut inuestituram ab eis receperint et laudimia si-
bi soluerint, an alijs personis dicte ciuitatis, vel ipsi vniuersitati,
quo ad alias res seu predia recognoscentiũ, ⁊ qui inuestituras re-
56 ceperunt fuerit preiudicium generatum. † Dico et respondeo in
primis quo ad alias res ꝙ non, quia ex diuersis seu separatis nõ
fit illatio. l. inter stipulantem. §. sacram. ver. sed hec dissimilia. ff.
de verborum obliga. l. papinianus exuli. ff. de mino. c. dilectus.
de offi. ordi. l. si maritus. C. de donat. inter vi. ⁊ vxo. l. iij. C. de co-
57 dicil. de quo Rota conclusione. ccccxxvi. † Quo vero ad alias
personas dico et respondeo, ꝙ si illi, qui a moderno domi. Sal-
tus inuestituram receperunt de predijs, vel eis predia recognoue
runt, illa post inuestituram aut recognitionem hmõi tenuerunt
possederunt

posséderunt spacio triginta annorum, ipsi videtur predia hmôi prescripsisse ad commodum do. Saltus, per id quod not. Specu. titu. de loca. §. nunc aliqua. ver. liiij. Pe. de anchara. consilio. xli. exordiente. Circa recuperādā. et Roma. consilio. cxxv. Aliquid ponit do. Jason may. in. l. ij. col. lxxx. ver. quinto quero iuxta primam questionem ꝛc. Ad aliud vero de quo queritur in eodē que sito: an videlicet possessio seu quasi in qua fuerunt et sunt ciuitas et particulares cōcedendi ꝛc. Respondeo et dico put dixi de domino respondendo ad decimum quartum quesitum.

Ad decimum sextum dico et respondeo ꝙ non: sed solum data est eis facultas vt super rebus, quas ab ipso do. Saltus tenebant, vel postea tenerent in emphyteusim sub seruitio seu censu: possēt alium censum imponere, et sic dare alteri in emphyteusim: qđ de iure facere non poterant, vt dixi superius respondendo octauo quesito.

Ad decimum septimum dico et respondeo, prout iam dixi, ꝙ cessantibus transactione, consuetudine, et prescriptione, prefati Sistericenses non possent, vt predixi, sine consensu domini dare aut concedere alteri in emphyteusim res emphyteuticas, et que sub censu seu seruitio aut canone tenēt de ꝛ sub dñio directo dicti do. Saltus. Et esto ꝙ ipsi possent citra dationem seu concessionem in emphyteusim censum imponere sine consensu domini: si tamen res postea reuerterentur ad dominum iure prelationis aut com-
58 missi, census huiusmodi extingueretur: † quia resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris lege lex vectigali predio, cum suis simili. ff. de pigno. Et forte propter hec et alia multa, vt etiam superius dixi, est melius non impugnare dictam transactionem. ¶ Ad decimum octauum dico et respondeo me non videre in quo noceat aut prosit habitatio, de qua ibi, quoad articulos de quibus quesitum est in precedentibus. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini ꝛc.

¶ Epitome.

Res que subiacent restitutioni alienari non possunt, nisi legitima de fideicommisso detrahenda, vel alia bona heredis grauati non sufficiant ad congruentem dotem pro se constituendam secundum persone dignitatem vel pro filiabus suis. .A. F.

¶ Commu. de legatis. Consi. iiij.



Visis hincinde propositis deductis, ꝛ allegatis in quadā supplicationis causa mota ꝛ indecisa pendente inter nobilez Claudium alamandi, tam suo ꝙ pretenso cessionario nominibus quorundaꝫ eius fratrum, vna cū quibusdam publicis instrumētis nonnullarum et extremarū voluntatū, seu copijs instrumētorum huiusmodi, insuper et cum cas⁹ seu consultationis themate, ꝛ dubijs ex illo elicitis, et parte dictorum nobilium Claudij y serandi, et Flurie alemans ad me missis. ¶ Premitto pro faciliore solutione quesitorum et dubiorum huiusmodi, et aliorum que ex hincinde deductis videntur posse oriri, et vno soluto plura successiue renasci, vt de hydre capitibus fabulantur poete, et dico ꝙ hic agitur de viribus cuiusdā pretensi fideicommissi olim facti, vt ex aduerso pretenditur, per nobilem et potentem quondam virum Joannem alamandi dominum rupischinardi, ipsorum nobilium Claudij alamandi ꝛ Flurie auum paternum: et an in vim fideicommissi huiusmodi teneantur dicti nobiles Claudius y serandi, ꝛ relaxare ipsi Claudio ꝛ Fluria coniuges, aut saltem ipsa Fluria reddere restituere, ꝛ alamandi tam suo ꝙ cessionario nominibus dictorum eius fratrum, non solum bona, que fuerunt dicti quondam nobilis Joannis testatoris, sed etiam bona propria nobilis Joannis alamandi, dicti primi Joannis filij, et huius nobilis Flurie quondam patris, que videlicet ad dictum Joannem filium ante mortem prefati Joannis eius patris peruenerant aliunde ꝙ ex paterna successione. Et quia reperio vltra et preter instrumentum vltimi testamenti dicti quondam nobilis Joannis alamandi senioris, quod factū legit̄ Anno dñi. M. cccclxvj. et die. xiij. mēsis Martij: alia duo publica instrumenta, vnum vcꝫ transactionis olim, Anno vcꝫ dñi. M. cccclxiij. et die. xxiiij. mēsis Junij. celebrate ꝛ inite per et inter prefatum nobilem Joannem alamādi iuniorē, ꝛ nobilem Aymarū alamandi eius fratrē, tam suis ipsorū ꝑprijs ꝙ nobilis Petri alamandi eorū fratris tūc absētis noib⁹: ꝛ hoc de authoritate ꝛ licētia dicti Joānis alamādi sēioris patris cōis ipsorū Aymari Joānis iunioris, ꝛ Petri: aliud vero approbationis ꝛ ratificationis testamēti dicti Joānis senioris factarū ꝑ pfatos Aymarū Joannē, et Petrū: et hoc Anno dñi. M. cccclxvj. et die vltima mēsis Maij, eliciunt̄ ex istis hmôi dubia sequētia.

¶ Primū an cōuētio seu pactio, quā fecisse legūtur dicti nobiles Aymarus ꝛ Joānes iunior suis ꝛ dicti Petri noib⁹ Anno pdicto. M. cccclxiij. et die. xxiiij. mēsis Junij, et ꝑ quā cōuenerunt ꝛ transegerūt, ꝙ nō obstātibus quibuscūqꝫ donationib⁹, ordinationibus, et alijs de quibus ibi: ipsi Aymarus Joannes ꝛ Petrus cōiter ꝛ equa lance succedere deberēt et possēt in bonis paternis maternis, et alijs in ibi expressis, de iure valuerint.

¶ Scōm an substitutiones facte ꝑ ipsos Aymarū ꝛ Joānē suis et dicti Petri nominibus, de quibus instrumento dicte transactionis de iure valuerint.

Tertiū an valuerit conuentio seu pactio, de qua in dicto instrumēto, et per quā prefati Aymarus ꝛ Joānes pdictis nominib⁹ voluerūt ꝙ dictus nobilis Joānes alamandi senior eorū pater ꝑ suo libero arbitrio posset de bonis cuiuslibet eorundē Aymari, Joannis, et Petri insolidū ordinare, testari, distribuere ꝛ disponere, prout sibi placeret in testamento, et extra.

¶ Quartū an approbatio paterni testamēti, quā fecisse dicūtur dicti nobilis Aymarus Joānes, ꝛ Petr⁹, de iure valuerit, vt sic nō solū teneant̄ dicti nobiles Claudi⁹ y serandi, ꝛ Fluria, aut saltem ipsa Fluria ad restitutionē bonorū pfati quondā Joannis senioris, sed etiā bonorū ꝑpriorꝫ dicti Joānis iunioris hui⁹ Flurie quondā patris. ¶ Quintū an approbatio hmôi impediat detractionē duarū quartarū, scꝫ legitime ꝛ trebellianice faciendam per ipsos nobiles Claudiū y serandi et Fluriā, aut saltē ipsam Fluriā.

¶ Sextū quid si approbatio in duobus ꝑxime pcedentibus dubijs ꝓbaret fuisse facta metu reuerētiali: et an ꝑ eorꝫ post mortē

dicti quondam nobilis Joannis senioris prefatus Joannes iu-
nior possedit bona spatio vigintiocto annorum vel circa, censeri
debeat metus huiusmodi fuisse purgatus. ¶ Septimū an eius
dicti pretensi fideicommissi cedi potuerit dicto Claudio alaman
di per dictos eius fratres pendente conditione. ¶ Octauum an
bona subiacentia restitutioni possint in dotem seu pro dote filie
naturalis et legitime heredis grauati constitui.

Ad primum dico et respōdeo ꝙ, quatenus hec cōuentio seu pactio ꝯcer-
nebat bona ante eā donata vel alias distributa ipsis paciscenti-
bus aut eorum alteri per dictum Joannē eorū patrem, illa vide-
tur valuisse, pro eo quia quilibet est moderator ⁊ arbiter rei sue.
l. in re mādata. C. mand. l. dudum. C. de contrahen. empt. et ven-
1 di. l. polla. C. de his qui. vt indi. et. c. de his. ad fi. de sepul. † Nisi
forte quis dicat ꝙ isti erāt filijfamilias, sed istō nō obstat: postꝙ̄
supponimus cōuentionē hmōi fuisse factā de cōsensu pr̄is. l. fi. §.
filijs aūt. a cōtrario sēsu, et qd ibi gl. super verbo, citra volūtatē.
2 C. de bo. q̄ libe. † Preterea in cōuētione hmōi interuenit iuramē
tum, quod ē magni effectus, aut. sacramenta puberū. C. si aduer.
vendi. et qd, cū seruari potuerit sine detrimēto salutis eterne, ser-
uādū erat. c. cū cōtingat. de iureiur. et. c. ꝙuis pactū. de pac. in. vi.
Quatenꝰ vero pactio hmōi cōcernebat bona eisdē paciscētibus
aut alteri eorūdē acquirēda ex donationibꝰ, ordinationibꝰ, dispo
sitionibꝰ, aut distributionibꝰ faciēdis p dictū Joannē patrem,
dico ꝙ pactio hmōi etiam valuit, postꝙ̄ illa facta est de consēsu
ipsiꝰ Joannis pr̄is. l. fi. et qd ibi p oēs. C. de pac. et qd not. Bar. ⁊
doc. in. l. stipulatio hoc modo cōcepta. ff. de verb. oblig. docto. in
l. fi. C. de pac. et Panor. in. c. ij. col. ij. ver. in gl. in verbo, condēna
re ⁊c. de cōcess. pbē. vbi etiā post Flori. ⁊ Pe. de anch. plene habe
tur p Jo. de Jmo. col. j. vel. ij. ver. gn̄aliter aūt cū. q̄rit an valeat
pactū future successiōis. Quo vero ad bona materna, ⁊ aliorū, de
quibꝰ ibi, dico ⁊ r̄ndeo ꝙ si mater ⁊ alij ibi. noīati tūc vixissēt, et
qui nō apparēt fuisse p̄ntes, aut huic pactiōi cōsensisse, hec pactio
fuisset nulla. d. l. fi. et qd ibi doct. C. d pac. et. l. qdā. §. j. ff. d donat.
et qd ponunt docto. in dicta. l. stipulatio hoc modo concepta, Flo
ri. Pe. de anch. Jo. d Jmol. ⁊ Panor. in dicto. c. ij. de cōcess. pbē.

Ad secūdū Dico ⁊ respondeo, ꝙ substitu-tiōes huiusmodi seu pactiones,
per quas voluerunt ꝙ bona primo decedentis seu decedentium
sine liberis masculis ⁊c. peruenirent ad superstites seu supersti-
3 tem eorundem, videntur prima facie non valuisse: † pro eo quia
pactum future successionis, cuiusmodi videntur fuisse dicte sub-
stitutiones, d iure est improbatum. l. pactū quod dotali. C. d pac.
l. cum donationis. C. de transactionibus. l. hereditas. C. de pa-
ctis. conuentis, et dicta. l. stipulatio hoc modo concepta. cum su-
is simili. ff. de verborum obligat. quod etiam voluit Bar. ⁊ doc-
to. in dicta. l. stipulatio. Barto. ⁊ docto. in dicta. l. fi. C. de pac.
Joan. de Jmol. post alios extra de testa. super rubri. Alexand.
de Jmol. consilio. xxviij. exordiente, Ponderatis verbis instru-
mēti conuentionum ⁊c. Aufert enim pactum future successionis
liberam testamēti factionem, ⁊ inducit votum captande mortis.
Propter quod dicunt docto. communiter in locis superius alle-
gatis, ꝙ pactum huiusmodi non valet etiam si in eo interuenerit
iuramētum: quia cum tale pactum sit contra bonos mores, nō fir
matur iuramento, regula non est obligatorium. de reg. iur. in. vj.
Nec videt̄ facere ad defensionem dictarū substitutionū, ꝙ cuili-
bet ex dictis paciscētibꝰ fuerit reseruata facultas testandi de du
centis florenis: vt ita nō videatur fuisse ablata libera testandi fa
4 cultas. † Quoniam respondeo ꝙ dictis paciscētibus, aut primo
sine liberis masculis decedenti seu decedētibꝰ non fuit simplici-
ter reseruata facultas testandi de ducētis florenis, put vellēt: sꝫ
dūtaxat pro remedio ⁊ salute anime seu animarum sic decedētis
aut decedētium. Et sic manente validitate substitutionū huius-
modi, non viderentur dicti primo decedentes sine liberis mascu-
lis ⁊c. posse ordinare aut testari, nisi p remedio ⁊ salute animarū:
et sic non nisi in piam causam. Non ergo videtur posse negari qn
auferret̄ non dico testandi facultas, sꝫ testandi libertas. Et hoc
videtur sufficere ad impugnationem dictarum substitutionū. et
istud nō videretur habere dubium, si p̄dicte substitutiones facte
fuissēt in et de oībus bonis tunc p̄sentibus ⁊ futuris primo dece
dentis aut decedentiū sine liberis masculis. Sed ille nō ita facte
videntur, sed solum de illa tertia parte aut tertijs partibꝰ, que de
bonis paternis, maternis, ⁊ aliorū quorūdam in instrumēto p̄di-
cte transactionis latius expressorum ad primo sic decedētē seu de
5 cedentes peruenissent. † Et ita nō fuit pactio huiusmodi vniuer
salis, sed vt ita dixerim de certis bonis, et sub qua nō cōprehēde-
bātur bona antea ad dictos paciscētes aliūde peruēta ⁊ eis acqui
sita, vel ex tunc in antea aliunde acquirenda. Illa igitur videt̄ va
luisse, per id qd voluit Oldra. consilio mihi. cvij. alijs vero. cxxix.
exordiente, Ad habendam aliqualem notitiam eorum de quibꝰ
⁊c. Joan. an. in addi. Specu. titu. de instru. edi. §. porro. ver. item
no. in addi. exordiente, De predicta. l. si quis ⁊c. ibi, fuit etiam a-
lia questio de facto, duo fratres ⁊c. quorum meminit Alexan. de
Jmol. in dicto consilio. xxviij. in tertio volu. et consilio. lxxij. ex-
ordiente, Visa facti narratione et copia statuti ⁊c. in secundo vo
lu. Do. Jason may. in dicta. l. fi. col. iij. versi. quarto limita. C. de
pac. et in. l. licet. col. v. ver. secundo habes diligenter notare. eo. ti
tu. De dicto Jo. an. etiam meminit Ange. consilio. clxxxj. exor-
diente, Visis instrumentis predictis. col. x. ver. venio ad tertium
⁊c. Et pro hac parte inducit Alexan. de Jmol. in dicto consilio
lxxxj. colum. iij. ver. et in proposito nostro ponit Oldra. ⁊c. et ple-
nius col. vij. venio ad secundum principalem articulum, et seq.
vbi videri potest. Et hec pars in casu nostro videtur mihi verior.
Nec obstat si forte dicatur ꝙ in casu in quo loquūtur Oldra. Jo
an. an. et alij contrahentes mutuo ⁊ vicissim seu reciproce sibi do
nauerant, quod hic non fuit factum: sed fuit dictum ꝙ pars seu
partes primo decedentis seu decedentium sine liberis masculis
pueniret ⁊ peruenire deberet ⁊c. Quī respōdeo ꝙ licet in casu, in
quo loquuntur Oldra. ⁊ Joan. an. fuerint partes cōtrahētes vse
verbo donationis: non fuit tamen vt ipsi dicunt donatio. sed pro
missio quedaꝫ ex honesta causa facta, ne patrimonium trāsiret in
extraneos. l. j. ff. de dona. quod etiam voluit Ange. in dicto cōsi-
lio. clxxxj. Alexā. de Jmol. in dicto cōsilio. lxxxij. col. vij. Alber.
in dicta. l. fi. col. j. versi. sed quero pulchram questionē duo adinui
cē fecerūt pactum ⁊c. C. d pac. vbi etiā, vt ibi patet, nō vtit̄ Albe.
verbo donationis, sed verbo habeat superstes. Alexan. de Jmo.
in dicto consilio. lxxxij. etiā non vtitur verbo donationis, sed ver-
bo succedat superites. Et sic nō videt̄ quo ad hoc sit faciēda dif-
ferētia quo ad validitatē vel inualiditatem talis pactionis. Nō
puto tamen ꝙ in vim dicte pactionis possit dictus nobilis Clau
dius experiri contra dictos nobilis Claudiū yserandi et Fluriā
actione personali, nisi sint heredes dicti quondam Joānis iunio-
6 ris: † quia actio personalis nō sequitur fundū ⁊c. l. j. §. si heres. cū
multis simili. ff. ad trebel. non etiaꝫ agere potest actione rei vēdi-
cationis aut publiciana: qꝛ nō apparet ex tenore predicti instru-
menti ꝙ in eo fuerint aliqui actus gesti per quos in euentū con-
ditionis censeri deberent bona esse tradita. Nō enim ponitur ibi
clausula retentionis vsusfructus, non clausula constituti aut con
stitutionis precarij, aut alia translatiua iuris aut possessiōis. For
te vero posset experiri actione hypothecaria, quam tamen non-
dum reperio intentam.

7 **Ad tertium** dico et respondeo † ꝙ esto ꝙ in dubio filius etiam presens ⁊ ta-
cens non videretur consentire patri de bonis filij donanti, vel a-
lias in ipsius preiudicium disponenti. l. j. §. que onerande. ff. qua.
re. actio non da. et. l. penul. cum suis simili. ff. de fur. qd etiam vo
luit Bart. in. l. que dotis. col. penul. ver. quero quid de presente.
ibi et istud quod fallit ratione coniunctionis. ff. solu. matri. et
Albe. in. l. j. col. fi. ver. quero si quis habebat vxorem diuiteꝫ ⁊c.
C. de bo. mater. super quo non insisto, quia multi hoc dictum li-
mitant, vt colligi potest ex his que not. Alex. de Jmol. in. l. si cū
dotem. §. eo aūt tempore. col. v. ver. subdit tamen Bart. ⁊c. et in
dicta. l. que dotis. colum. xij. ver. Itē in ꝙtum Bar. hic voluit ꝙ
metus reuerentialis ⁊c. ff. solu. matri. tamē illud videtur certū ꝙ
filius potest expresse cōsētire patri disponenti vel dispositurо de
8 re ipsius filij: † quia si filius possit donare patri, qd facere pōt, per
id quod voluit Alber. i. l. ij. col. ij. ver. si vero ecōtra filius donat
patri. C. de inoffic. dona. pro quo allegat ꝙ res filij, quā patri do-
nat, reuertitur ad naturam iuris antiqui, quo iure omnia acquire
bātur patri. l. placet, cū suis simili. ff. de acqui. heredi. quod facile
fit. c. ab exordio. dist. xxxv. et. l. si vnus. §. quod si non vt totū. ff. de
pac. et quod not. gl. in cle. sepe. ad fi. de verborum signifi. allegat
etiam Albe. ꝙ non inuenitur iure phibitum ne filius donet pr̄i,
ergo cōcessum est. l. nec non. §. sed qd eis. ff. ex qui. cau. maio. pre-
terea filiꝰ est patrie potestati subiectus: ergo multomagis debet
idem subijcere res suas, ⁊ ei posse donare. ar. l. hac lege. C. de pac.
cōuen. sup dote. l. homo liber. §. qcquid. ff. de acqui. re. domi. ⁊. c.
penult. de dona. inter vi. ⁊ vxo. Et ꝙ filius possit donare pr̄i. etiā
voluit Angle. consilio. clxxviij. exordiente, Visis refutationibus
supradictis: vbi inducit optima motiua. Etiam idem voluit do.
Ambro. de vina. in quodam suo cōsilio exordiente. Pridem con
tractum fuit matrimoniū per verba de futuro inter spectabilem
Guidonē de palude. colū. penult. Pro quo alleg. c. ꝙuis pactū,
9 de pac. l. vj. †. Si potest in quā filius donare patri, saltem cū iura
mento: videtur et ipsū posse cōsentire patri disponenti vel dispo
turo de re supꝑsius filij: quia licet aliud sit cōtractum vel actū fa-
cere, et aliud cōtrahenti aut facienti consentire. l. aliud. ff. de reg.
iuris. l. cum pater. §. libertis. ff. de lega. ij. l. filiusfamilias. §. j. ff. de
procura. et quod voluit Oldra. consilio mihi. cxxxij. exordiente.
Licet de victoria cause multum dubitē ⁊c. et Gemi. in. c. a colla-
tione. col. ij.

10 tione. col. ij. de appellat. in sexto. † tamen ista videntur satis pa-
ria, vt qui potest contrahere vel actũ facere, possit etiã alteri con
trahenti vel actum facienti consentire, per id qđ voluit Bal. in
ij. C. si aduer. dona. Hic tamen non est omittendũ ꝙ instrumen-
to p̃dicte transactionis videtur esse quedam, que sibi inuicẽ repu-
gnare videntur, nisi diuisione aut distinctione coadiuuẽt. Dicit
enim in primo capitulo, ꝙ nõ obstantibus quibuscũq; donatiõi-
bus, ordinationibus, dispositionibus, & distributionib⁹ p dictum
Joannẽ seniorem antea factis, vel extunc in antea faciẽdis ipsis
Aymaro, Joanni iuniori, & Petro, aut alteri ipsorũ insolidum, &
suis liberis, ipsi tres cõmuniter & equa lãce & portiõe sine difficul
tate quacũq; succedere deberẽt post mortẽ ipsius Joannis senio
ris in omnib⁹ suis &c. put ibi. in alio vero capitulo: ibi. Et his nõ
obstãtib⁹ seu cõtradicẽtibus, dicit ꝙ dictus Joannes senior pro
suo libero arbitrio volũtatis deberet, posset, & licitum sibi esset de
p̃dictis bonis cuilibet eorũdẽ Aymari, Joãnis, & Petri, filiorũ
suorũ in solidũ ordinare: testari, distribuere, & disponere, put sibi
placeret in suo testõ vel extra. Si eñ dicti tres fratres iuxta mẽ-
tẽ primi capituli debebãt, nõ obstantibus quibuscũq; donatio-
nibus ex antea factis & postea faciendis, succedere equa lance et
equa portione, qlibet v3 in tertia parte: quomodo postea ĩ dicto
alio capl'o sibi cõcedit facultas vel sibi cõlẽtit p dictos ei⁹ filios
vt possit de dictis bonis p suo libero arbitrio cuilibet eorũdẽ di-
stribuere &c. aut eñ ex hoc potuit distribuere inequalit, & hoc erit
cõtra primũ capl'm: aut nõ potuit, & hoc est cõtra aliud capl'm, q2
11 sic nõ habuit liberũ arbitriũ disponẽdi &c. † Et ita vr̃ esse quedã
repugnãtia: q̃ tñ pro posse euitanda est et verba contrahentiũ sic
intelligenda, si fieri põt, vt repugnantiã nõ cõtineãt, vt probat in
prima cõstitutione. C. §. quib⁹. & qđ ibi Bar. col. iiij. ver. no. ꝙ cõ
trarietates debẽt adiuuari p diuisiones &c. & qđ voluit Bar. in. l.
si. §. idẽ q̃sitũ. ff. de cõdi. indebi. & qđ ponit do. Ja. may. i. l. cũ falsa.
12 col. fi. C. de iu. & fa. igno. † & vt pbat in. l. si mihi & tibi. §. i legatis.
& qđ ibi Alex. d imo. col. j. i scđo no. ff. de lega. j. Clausula deroga
toria apposita in pcedẽti trahit ad subsequẽtes ptes testamẽti, &
postrema pars non derogat prime, vt sẽtit Alex. de Imo. in. d. l.
stipulatio hoc modo ɔcepta. col. iiij. W. & iuxta hoc tractauit hic
Bar. ꝙ si filia expresse cũ iuramẽto renũtiauerit future successioni
ab intestato, vel ex paterno testamẽto, illa sibi preiudicabit, ne ẽt
heres per patrẽ instituta eidem succedat: quia si aliter dicerem⁹,
sequeretur ꝙ illa verba etiam ex testamẽto, essent superfluo appo
sita, quod est contra verba & mẽtem paciscẽtis, contra. l. labeo. cũ
suis simili. ff. de supel. lega. & cum pater a principio pactus sit ne
sibi filia succederet casu quo eã institueret: videtur voluisse a prin
cipio protestari & declarare, ꝙ actus in futurum faciendus nõ va
leret. Et sic redeundo ad ppositum, videtur ꝙ cum de consẽsu di
cti Joannis senioris patris, & pro cõcordia & consequenter amore
inter fratres conseruandis dicti Aymarus & Joãnes iunior con
uenerint predictis nominibus, ꝙ nõ obstantibus quibuscũq; do
nationibus, ordinationibus, dispositionibus, & distributionibus
per ipsum Joannem eis coniunctim aut diuisim antea factis, vel
postea faciendis, ipsi equa lance & equa portione succederẽt in bo
nis &c. si postea idem Joannes senior inequaliter distribuerit in-
ter eos: non debuerint distributiões huiusmodi obseruari, sed id
quod conuẽtum est in primo capitulo, postq̃ non videtur ꝙ ipse
expresse derogauerit illi primo capitulo, cui legitur consensisse: &
istud facit ad ea, que infra dicentur de metu.

Uenio ad quartum in quo queritur de duobus. Primo an probatio de qua ibi valuerit. Secundo an in sub
stitutione seu fideicommisso relicto per Joannem seniorem veni
ant etiam propria bona dicti Joannis iunioris. Ad primum di-
co et respondeo, ꝙ dicta approbatio videtur valuisse, maxime cũ
illa legatur fuisse facta cum iuramento, et que seruari potuit sine
detrimento &c. ergo fuit seruanda. c. cum. contingat, et. c. q̃uis
pactum superius allegatis. Nec huic approbationi videtur obsti
tisse, ꝙ dicti Aymarus, Joannes iunior & Petrus essent filij na
turales & legitimi dicti Joannis senioris, et in ipsius patria pote
state constituti, per id quod predixi in alio articulo. Non etiã ob-
13 stat natura dispositionis: † quia certum est ꝙ testator põt dispo-
nere & testari non solum de bonis suis, de quo non est dubiũ: sed
etiam de alienis, de consensu illius cuius sunt. l. sicut. §. venditio
nis. ff. qui. mo. pignus vel hypo. sol. et quod voluit Bal. in. c. j. §.
preterea. in feu. ti. qui. mo. feu. amit. in. c. j. §. donare. col. ij. quali.
olim feu. et in. l. j. colũ. iij. ver. sed hic quero nunquid de consensu
patris. C. de sacrosanc. eccle. Multas remissiones ponit domin⁹
Jason may. que videri possũt in. l. cum proponas. la. j. C. de pac.
in. l. si quando. §. & generaliter. colũ. ij. versi. quarto & vlti. C. de in
offi. testamen. in. l. cum rem alienam. C. de leg. & l. quotiens. C. de
fideicommis. facit quod not. Bar. in. l. cum quis decedẽs. in prin
cipio. ff. de leg. iij. Non etiam obstat ꝙ consensus huiusmodi in-
14 teruenerit postea ex interuallo: † quia ad validitatẽ actus exigẽ-
tis consensum alterius, nõ solum potest efficaciter precedere, vel
in actu interuenire consensus: sed etiam potest sequi actum etia3
ex interuallo. Pro quo remisisse sufficiat ad ea, que not. Alexan.
de Jmol. in. l. si quis mihi bona. §. iussum. colũ. iij. versic. Item
in ẽptum Bar. concludit. ff. de acquiren. heredi. Et pro fortifica-
tione approbationis huiusmodi, quatenus tamen dispositio te-
stamẽtaria dicti Joannis senioris nõ contradiceret primo capi-
tulo dicte transactionis facit quod habetur in alio capitulo eius-
15 dem transactionis, de quo supra: † et hoc ratione geminationis
act⁹, seu geminate voluntatis, que videtur multum operari, per
id quod no. Bar. & docto. in. l. cum scimus. C. de agrico. et cẽsi. li.
xj. Pro quo multa inducit Andre. sicu. consilio. xviij. exordiẽte,
Preclare scriptum est apud psalmistã celebrem, Loquebar de te-
stimonijs tuis. col. xviij. & dominus Jason may. in. §. in personã.
colũ. xj. ver. circa primum. ibi. & hoc operatur geminatio pmissio
nis. institu. de actio. aliquid ponit Fran. de aret. cõsilio. ij. colũ. v.
ver. secundo premitto in facto &c. Et quod dixi dictam approba-
tionem valuisse, intelligo nisi facta esset per metum, d quo infra
dicetur.

16 ¶ † Uenio ad secundam partem eiusdem quesiti. Pro cuius so
lutione premitto, ꝙ institutio facta de re ppria heredis, et quate
nus de ea facta est, videt esse nulla: etiam si talis res ptineret ad
filium quo ad pprietatem tantum, & quo ad vsumfructum ad pa
tre3 testantem. fm Bal. qui ita determinat in. l. scimus. in princi
pio. ver. quarto queritur &c. C. de in offi. testamẽ. per id quod ha-
betur in. l. proprias. C. de lega. et in. l. mea res. ff. de cõdi. & demõ.
Idem voluit Bal. in. l. suus quoq;. in principio. in. ij. colũ. versic.
iuxta predicta querit Bar. &c. et ibi etiam Joã. de Jmo. col. vij.
versic. extra glo. tangit hic Barto. ibi. idem dicit si in re propria.
ff. de heredi. institu. Bal. consilio. cccxj. exordiente. Si in eodem
instrumẽto sunt cõstituti duo procuratores &c. prope fi. in prima
parte. Pau. de ca. in. l. lucius. §. maritus. ff. ad trebel. Alexan. de
Jmo. consilio. xx. exordiẽte, Ponderatis his que in themate &c.
colũ. iij. tertio volu. et dicit Bal. in dicta. l. scimus. versic. quarto
queritur, et sequitur Alexan. de Jmol. in dicto consilio, ꝙ nõ ob
stat ꝙ vsusfructus esset patris: quia respondet ꝙ cum ille finiat
morte testatoris, tale relictũ nihil operat. l. vxor patrui. C. de leg.
17 et. l. quod in rerũ. §. j. ff. de lega. primo. † Isto supposito dico, rñ-
dendo ad quesitũ, ꝙ propria bona dicti nobilis Joãnis iunioris,
aliũde sibi quesita q̃ in vim eius pretensi testamẽti, non videt ve-
nire in fideicommisso vniuersaliter relicto. l. sequẽs questio. ff. de
lega. secundo. Pro quo facit, quia videmus ꝙ si pater filiã insti-
tutam grauet vt per fideicommissum restituat Titio id, quod ex
bonis patris ad eam peruenisset, non comprehẽdetur in dicto fi-
deicommisso dos, quam pater in vita dederat filie. l. a filia. in pn-
cipio. ff. ad trebel. Et pro casu nostro optime facit tex. in dicta. l.
lucius. §. maritus. ff. ad trebel. vbi si maritus vxorem heredẽ in-
stituat in certa quota hereditatis, et plura alia particulariter ti.
legati vel fideicommissi particularis relinquat ipsi vxori: et inter
alia leget sibi dotem, quam ab ea acceperat, et postea ipsam vxo-
rem grauet vt dictam hereditatem, in qua eam instituit, & q̃cũq;
ei legauit restituat post mortẽ suã ipsius vxoris filio cõmuni. Que
rebatur an vxor teneatur per fideicommissum restituere dotem: &
respondet iurisconsultus ꝙ non: nisi aliter manifestum esset testa
torem sensisse de dote. Et vbi appareret maritũ manifeste sẽsisse
etia3 de dote, adhuc non tenebitur vxor illã restituere, nisi quarta
trebellianica, quam ipsa est retentura ex restitutiõe fideicõmissi,
sit equiualẽs doti. Ecce ergo ꝙ per illa generalia verba, sc3 & que
cunq; ei legauit, non videtur testator sẽsisse de dote, que alio iure
pertinebat ad ipsam vxorem heredem, q̃ ex testamẽto: q̃uis etiã
dotem ipsam maritus legasse, et legatum de ea factum valuisset
ppter commodum representationis quod affert vxori, cui al's nõ
fuisset dos restituenda nisi post annum. l. j. in principio. ff. de do.
prelega. et. §. sed si vxori. institu. de lega. Multo magis in casu no
stro dicendum est ꝙ tale fideicommissũ non referatur nec referri
debeat ad bona eidem quondam Joanni iuniori aliunde acqsi-
ta, q̃ ex testamento dicti Joannis senioris eius patris: cum vt ex
testamento huiusmodi verba fideicommissarie substitutionis nõ
fuerint ita lata, sicut fuerunt in casu dicti. §. marit⁹. Etiã in casu
nostro institutio facta de eodem Joanne iuniore, quo ad res pro-
prias aliũde sibi acquisitas, fuit nulla, vt supra dixi: sed in casu di
cti. §. maritus. legatũ factum vxori de dote suã ipsius vxoris fuit
validum propter cõmodum representationis, vt etiam dixi. Ita
etiam eleganter consuluit Alexan. de Jmo. in dicto consilio. xx.
colũ. iij. versi. istis sic presuppositis. Nec puto ꝙ ratione dicte pre
tense approbationis, etiam si esset valida, nec posset ex capite me
tus impugnari, veniant aut venire debeant in restitutionẽ fidei-
cõmissi bona. propria ipsius Joannis iunioris aliunde sibi acqui
sita q̃ in vim dicti pretensi testamenti, quia per ipsã approbatio-

nem solum approbata est per ipsos Aymarum, Joannem iunio
rem, et Petrum, testamentaria dispositio dicti eorum patris, et
facta promissio de illam obseruando in omnibus et per omnia, ⁊
de non contraueniendo: quod fit et fieri potest etiam si non resti-
tuantur bona propria dicti Joannis iunioris: postꝙ, vt predixi,
Joannes testator non censetur grauasse Joannem iuniorem in
illorum restitutione, nec verba ratificationis seu approbatiõis ⁊
promissionis predictarum aliud sonant: quinimo hoc dumtaxat
clare dicunt. Et ita non est ab illorum significatione recedẽdum
18 l. ille aut ille. §. cum in verbis. et. l. non aliter. ff. de lega. iij. † Et
vbi posset eis notari aliqua ambiguitas siue obscuritas: verba
predicte substitutionis deberent in dubio huiusmodi interpreta
ri contra eum, qui se fundat ex verbis contractus: et sic contra di
ctum nobilem Claudium alamandi. l. veteribus. ff. de pac. l. sti-
pulatio ista habere licere. §. in stipulationibus. ff. de verb. obli. et
c. contra eum. de reg. iur. in. vj. quod etiam voluit Alexand. de
Jmol. in. l. si pascenda. C. de pac. et in consilio. lxj. exordiente, Su
per eo quo queritur, colum. ij. in primo volu. et consilio. cxciiij. ex
ordiente, Consideratis verbis instrumenti ⁊c. colum. penul. ver.
quinimo si qua dubitatio ⁊ equiuocatio seu interpretatio ⁊c. in
secundo volu. et Andre. sicu. consilio. lxiij. exordiente. Sapienter
scribitur tertio Paralipomenon. versicu. et ex superius dictis ap
paret responsio: quia dictum verbum in perpetuum est equiuo-
cum, in prima parte. Nec opponat aliquis, ꝙ ratione iuramenti
debeat approbatio et promissio predicte extendi etiam ad bona
19 Joannis iunioris. † Quoniam respondeo ꝙ iuramentum nõ au-
get obligationem, sed ei intra suos limites manẽti addit religio
nis vinculum, vt voluit Oldra. consilio mihi. clxxxvij. exordien-
te. Cum mulier donatrix. cuius dictum refert Bald. in. l. fi. circa
principium. C. de non numera. pecu. Facit quod notat Fran. de
are. in. l. j. §. si quis ita. colum. vj. ff. de verborum obliga.

Ad quintum dico et respondeo in primis,
ꝙ hic nihil est respondendũ
vel dicendum de detractione quartarum facienda de bonis pro
priis dicti Joannis iunioris, postꝙ vt predixi illa non veniunt
20 in restitutionem fideicommissi. † Et quidem non ex natura ipsi-
us fideicommissi seu fideicommissarie substitutionis, quia per il-
lam non succeditur heredi grauato, sed testatori. l. coheredi. §.
cum filie. et quod ibi docto. ff. de vulga. ⁊ pupilla. Non etiam ex
verbis dicte substitutionis, quia vt predixi in fideicommisso vni
uersali restituendo non veniunt ea, que heres aliunde acquisiuit
ꝙ ex testamento, etiam si illa a testatore acquisiuisset, dicta. l. se-
quẽs questio. ff. de lega. ij. et per hoc patet facilis responsio ad id
qđ eleganter voluit Pet. de ancha, consilio. ccclxvj. exordiente,
Jn themate proposito est aduertendum ⁊c. colum. ij. ver. de fidei
commisso autem quod concernit bona siue hereditatẽ boni Ja-
cobi. Cuius dicta videntur prima facie multum obstare huic no
stre nobili Flurie. Sed profecto non obstant, quia in casu in quo
consuluit Pe. de ancha. ille Gregorius testator non solum ex-
presse substituit Bartholomeam eius sororem, ac Luciã ⁊ Mar
garetam filias dicti boni Jacobi ipsius Gregorij heredis, vel ea
rum omnium filios in bonis suijpsius Gregorij, sed etiam in bo-
nis boni Jacobi heredis. Et hoc apparet tam ex themate pre-
dicti consilij, ꝙ ex verbis ⁊ discursu illius: propter quod non mirũ
si in fideicommisso per dictum Gregoriũ relicto veniãt bona pro
pria dicti boni Jacobi heredis grauati, iurib⁹ ⁊ rationib⁹ de qui
bus ibi. Sed in casu nostro nõ apparet, vt pdixi, ꝙ dictus quõdã
Joannes senior substituerit etiam in bonis ꝓprijs dictorum ei⁹
heredũ. Quo vero ad bona dicti Joãnis testatoris, et q̃ ad Joan
nem iuniorem ꝑuenerãt in vim pdicti testamenti, dico ⁊ respon-
deo ꝙ dicta ptensa approbatio nõ impediuit dictum Joannẽ iu
niorem, nec impedit ipsam nobilẽ Fluriã quomin⁹ detrahat ⁊ de
trahere possit legitimã eidem Joanni iuniori debitam in bonis
paternis, ⁊ q̃ iuxta numerum liberorũ erat triens vel semis ei⁹ ꝙ
fuerat ab intestato habitur⁹. aut. nouissima. C. de inoff. testamẽ.
21 † Pro quo induco id qđ habetur in. l. si quãdo. §. et generaliter.
C. de inoff. testa. per quẽ tex. dicit Guilliel. de cug. i. l. de his. ff. de
transac. ꝙ in generali renuntiatione hereditatis non intelligitur
renuntiatũ legitime, vel iuri petendi supplemẽtum illius, nisi de
ea fiat specialis mẽtio: et ꝓpterea infert ꝙ si frater assignet sorori
fundũ ꝓ sua parte, et soror vocet se contẽtã, et ꝑmittat nihil am-
plius petere: ꝙ nihilominus poterit petere supplemẽtum legiti-
me, nisi expresse fuerit dictũ ꝙ tale supplemẽtum peti non possit.
Et hoc dictum sequuntur Alberi. Bal. ⁊ Ange. in dicta. l. his.
Bald. Sali. ⁊ Pau. de cast. in dicto. §. et generaliter. ad qđ facit
dictus. §. et generaliter. in verbo, nisi specialiter, iuncta doctrina
gl. in cle. j. in verbo, specialiter. de iudi. Bar. in. l. legitimos. ad fi.
principij. ff. de legiti. tuto. Anto. de butri. ⁊ Joã. de Jmo. in cle.
constitutionem. per illum tex. de elect. qui dicunt ꝙ vbi aliquid
fieri debet specialiter, nõ sufficit fieri verbis generalibus. Etiam
ad premissa facit qđ voluit Fran. de are. in dicta. l. j. §. si quis ita.
colũ. vj. ver. adde dictis eius. ff. de verborum oblig. vbi voluit ꝙ
si filius renuntiet generaliter paterne hereditati seu bonis pater
nis, poterit nihilomin⁹ petere legitimam: et nõ solum si renũtia
tionem huiusmodi fecerit sine iuramẽto, quo casu non est dubiũ,
dicta. l. si quando. §. et generaliter. sed etiam si illã fecerit cum iu
ramento, ꝓ eo quia in generali renuntiatione non censetur renun
tians sensisse de legitima, nec ius illius voluisse in renuntiatione
comprehendere, dicto. §. et generaliter. et sic ratione defectus cõ
22 sensus renuntiatio nõ extenditur ad legitimã. † Est ergo in hoc
casu locus regule quam ponit Bar. in. l. si quis ꝓ eo. ꝓpe fi. ff. de
fideius. que probat in dicta. l. fi. C. de nõ numera. pecu. et in. l. fi. ff.
qui satisda. cogan. scilicet ꝙ quando contractus deficit rõne con
sensus, tantum importat iuramẽtum ꝙtum contractus simplex,
et nõ vltra. Et hoc est qđ superius post Oldra. dixi, ꝙ iuramẽtũ
non auget obligationem, sed ei infra suos limites manẽti addit
religionis vinculũ: ⁊ quo nõ obstante ille qui sic renũtiauit possit
petere legitimam, tenuit Bal. ff. de iureiuran. in rubrica. col. pe-
nult. ⁊ Roma. in. l. qui superstitis. ff. de acq. heredi. Et hoc fuit
de mente do. Jas. in dicto. §. et generaliter. colũ. ij. versicu. limita
pdicta valde singulariter ⁊c. quatenus ibi se remittit ad not. ꝑ se
in. l. sed ⁊ si. §. quesitũ. col. fi. ff. si qs cau. vbi in ꝟ. vltimo. scias ⁊c.
hoc satis tenere videt̃. Dicit enim, vltimo scias ꝙ licet ista renũ
tiatio generalis iuretur: tamen nihil operatur iuramentum, q̃
non interponitur ad confirmandũ, sed ad augendum: ⁊ iuramen-
tum non auget. Cum igitur in approbatione testamẽtarie dispo
sitionis, ⁊ promissione de illam obseruando ⁊ non contraueniẽdo
factis per dictos Aymarum, Joannẽ iuniorem, ⁊ Petrũ, nulla
appareat specifica mentio de legitima, non est cẽsendus ipse Jo.
iunior remisisse legitimam. Et hoc sine dubio videtur procedere
in hoc casu, in quo licet dictus Joannes senior in dicto ei⁹ testa-
mento prohibuerit dtractionem legitime ⁊ falcidie: nihil tamen
23 dicit de prohibitione detractionis legitime. † nisi forte quis con
tẽtiose dicere voluerit ꝙ in prohibẽdo detractionẽ falcidie ꝓhi-
24 buerit etiam detractionem legitime, pro eo † quia appellatione
falcidie venit etiam legitima, not. gl. in authe. vnde si parens. C.
inofficio. testamẽ. Sed istud non obstat: tum quia si verum sit qđ
appellatione falcidie veniat etiam legitima, hoc est improprijssi-
25 me, vt dicit gl. in dicta authẽ. vnde si parens. † Et ita negari non
potest, vt etiam colligitur ex dicta gl. quin verbũ falcidie, sit ver-
bum equiuocũ. Accipitur enim proprie ꝓ falcidia debita iure in
stitutionis: improprie vero ꝓ trebellianica: et improprijssime pro
26 debito bonorũ subsidio. † Et sic multipliciter exponitur: est ergo
obscurum, quia vt post Boetium voluit Bald. in. l. nec quicꝙ. §.
vbi decretũ. in principio. ff. de offi. proconsul. quod multipliciter
exponitur, eius veritas ignoratur, que si ita se habeant, immo q̃
sic se habent, interpretatio huiusmodi falcidie, faciẽda est in hoc
casu contra dictum Claudium alamandi, tanꝙ cõtra eum qui se
fundat ex verbis dispositionis, per ea, que superius dixi in alio ar
27 ticulo. † Et hoc maxime persuadet ꝙ verbũ falcidie, nõ nisi im-
proprijssime assumitur pro legitima. Preterea cũ falcidia minus
improprie assumatur pro trebellianica, ꝙ ꝓ legitima, vt dicit gl.
in dicta authẽ. vnde si parens. nõ video qua de causa dictus testa
tor potius expresse prohibuisset detractionem trebellianice ꝙ le
gitime, si sentiebat per prohibitionem falcidie ꝓhibere etiam de
28 tractionem legitime. † Concludo igitur detractionem legitime
nõ esse ꝓhibitã. Pro quo etiam induco qđ voluit dñs Gui. pa.
cõterraneus me⁹, decisione. ccccxxvij. exordiẽte, Si quis fili⁹ iu-
ret attendere testamentũ ⁊ disposita in testamento ⁊c. Quo vero
ad detractionem trebellianice do. Gui. vbi supra ꝓxime, dicit eã
nõ esse prohibitam, iuribus per eum allegatis, que possunt ibi vi
deri. Contrarium vero consuluit Pe. de ancha. consilio. clj. exor
diente, Plura sunt dubia de quibus queritur que prosequar nõ
seruato ordine scripture. colũ. ij. ver. est videndum an ꝓpter istã
approbationẽ perdant decedentes sine filijs istud ius detractio-
nis legitime et trebellianice: vbi dicit ꝙ talis approbatio priuat
heredes grauatos trebellianica: ꝓ eo quia illa detrahitur contra
voluntatem defuncti de iure communi. C. et Flor. l. titius. ff. ad l.
29 fal. † Et sic vbi heredes grauati approbant, videt̃ remittere di-
ctum ius: sicut etiam videntur remittere ſm eũ ius fideicõmissi
per diuisionẽ hereditatis, contra quã qui diuidũt se obligãt nihil
facturos. l. q rome. §. duo fratres. ff. de verb. obli. ad qđ facit, ſm
30 eũ, aut. sꝫ cũ testator. C. ad le. fal. † Et istud videt̃ maxime ꝓcede
re in hoc casu, in quo testator expresse ꝓhibuit detractionem tre-
bellianice: quia licet illã facere non potuisset, ſm Bal. et Salice.
qui ita not. in. l. iubemus. C. ad trebel. sic limitantes opinionem
docto. magis communẽ in. l. marcellus. in principio. ff. ad trebel.
et in alijs multis locis: approbatio tamen predicti testamenti, ac
ꝓmissio iurate, de quibus supra, videtur ius detractionis trebel
lianice eidem Joanni iuniori abstulisse.

Ad sextum

31 **Ad sextum** dico et† respondeo, q si approbatio et promissio, de quibus supra probarentur fuisse facte per dictum Joannem iuniorem metu reuerentia dicti Joannis senioris eius patris, vt puta quia interuenissent vel verbera, vel mine eiusdem Joannis senioris: tunc videretur q iste metus esset sufficiens ad rescissionem approbationis ꝛ promissionis predictarum, per id quod not. glo. ꝛ docto. in dicta. l. j. §. que onerande. ff. qua. re. actio non da. de quo videri potest in remissionibus quas ponit Alexan. de Imol. in dicta l. si cum dotem. §. eo autem tempore. columna. v. versic. subdit tamen Bart. ibi. et Alexand. de Imol. ꝛc. ff. solu. matri. Nec oportet q verbera vel mine illate extiterint tempore factarum approbationis et promissionis: sed sufficit q ille precesserint etiam ex interuallo, postq̄ tempore approbationis et promissionis huiusmodi durabat patria potestas, et paterna reuerentia, et sic eadem causa, per id quod not. Innocen. in. c. j. quod metus cau. Bartolus in. l. si ob turpem. ff. de condi. ob cau. Angelus in. l. ad inuidiam. C. quod metus cau. Bald. et doctores in. l. ij. C. eodem titu. Nec puto approbationem ꝛ promissionem huiusmodi vel non fuisse, vel non debuisse aut debere presumi meticulosas, pro eo quia in eis interfuit bone memorie reuerendus in Christo pater dominus Antonius Caturcensis episcopus, dicti Joannis senioris: filius et frater, et sic coniunctus ꝛ presumptus amicus Joannis iu
32 nioris. †Quia respondeo q. l. transactionem. C. de transac. que dicit q interuentus amicorum metus presumptionem cessare facit, loquitur in interuentu amicorum pluraliter, et sic ad minus duorum. l. vbi numerus. ff. de testa. non in interuentu vnius: et sic non sumus in terminis illius legis. Non ergo habet locum quod in ea dicitur. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quoti. et esti. l. iiij. §. quotiens. ff. de dam. infec. l. si seruum quis. §. non dixit. ff. de acqui. heredi. et. l. ita aut. ff. de administra. tuto. et qd voluit Bal. in. l. si quis non dicam rapere. colu. iij. ver. et in istis omnibus aduocatus debet esse cautus. C. de episco. ꝛ cleri. post Jo. an. in. c. j. de homici. in. vi. Cuius dictum etiam retulit Alexan. de Imol. consi. j. colu. viij. versi. hoc probo per id qd notabiliter dicit Joa. an. ꝛc. in tertio volu. ꝛ Hiero. de tor. in consilio exordiente. Domine deus meus qui illuminas omnem hominem venientem ꝛc. colu. j. Adducio etiam q licet interuentus amicorum contrahentis videatur tollere presumptionem metus reuerentialis. dicta. l. transactionem, et qd ibi do. et qd not. Bar. in allegata. l. j. §. q onerande. ff. qua. re. actio non da. non tamen putat Sali. in dicta. l. transactionem. q hoc procedat in fi
11 cxxv. col. penul. † Ad premissa etiã facit quod post alios no. domi. Jason may. in. l. fina. colum. ij. versi. secundo aduerte. C. si cõtra ius vel vtili. publi. vbi voluit ꝙ clausula non obstante, nũꝙ̃ tollit actum iuratum, vel cõstitutionẽ iuratã: qui pro hoc multa inducit: ⁊ quia illa possunt ibi videri, non transcribo. Concludo igitur donationem predictam fuisse ⁊ esse donationem inter viuos, ⁊ non posse impugnari pretextu, ⁊ ad causam omisse solẽnitatis statu. superius mẽtionati. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet ⁊c.

1 ☞ Fratres consanguinei an succedant in bonis alterius.
2 Substitutio reciproca per que verba fieri possit, ⁊ facta filijs in potestate ⁊ impuberibus quas substitutiones continet.
3 Substitutio breuiloqua an cõprehẽdat fideicõmissariam, ⁊ qñ.
4 Substitutio reciproca facta super tota hereditate an contineat fideicommissariam, licet verbum tractum temporis importans appositum non fuerit.
5 Quartarum detractio de fideicommisso qualiter fienda.
6 Heres filij an possit grauari in legitima.
7 Oleum tanqꝫ res hereditaria an veniat in restitutionem fideicommissi, ⁊ quid de bladis.

Epitome.

¶ In restitutionem fideicommissi cõprehensi sub reciproca substitutione veniunt fructus, qui tpore mortis testatoris in ipsius hereditate reperiuntur. V. F.

¶ Ad S. C. Trebel. Consi. x.



Ponitur in facto ꝙ pridẽ, Anno videlicet incarnationis dominice Millesimo. cccclxxxj. ⁊ die tertia mẽsis Januarij, puidus vir Ferrerius carterij loci de ystrio habẽs septem liberos ex duabus vxoribus scilicet Sebastianum, Margaretam seniorem, ⁊ Catherinam ex prima eius vxore, Guillelmũ, Honoratum, Antonetam, ⁊ Margaretã ex secunda eiusdẽ Ferrerij vxore filios ⁊ filias naturales ⁊ legitimas, cõdidit eius vltmũ ⁊ nuncupatiuũ testamentũ, in quo dictis eius filiab⁹, seu tribus ex illis, scilicet Catherine, Antonete, ⁊ margarete iuniori, ⁊ earũ cuilibet, legauit iure institutionis reliquit certas pecuniarum quãtitates, ⁊ honeste mulieri Dulceline eius scõe vxori, fecit multa ⁊ varia legata, de quib⁹ ibi. Heredes aũt suos vniuersales in ceteris omnibus vniuersis, ⁊ singulis bonis, ⁊ rebus, iuribus, actionibus, ⁊ rationibus suis mobilib⁹ ⁊ immobilibus quibuscũqꝫ ⁊ vbicũqꝫ existẽtibus quocũqꝫ nomine siue vocabulo censerent, nominarẽtur, seu nuncuparent instituit: ⁊ suo ore nominauit prefatos Sebastianũ, Guillelmũ, ⁊ Honoratum, tũc impuberes: ⁊ superuiuẽtem seu superuiuentes ipsorum ⁊ suos equis partibus ⁊ portionibus inter eos de vno, siue de pluribus ad alium seu ad alios deueniẽdis. Et si omnes dicti sui liberi ⁊ heredes supra instituti ⁊ liberi ⁊ heredes quãdocunqꝫ decederẽt ab hoc seculo sine liberis ⁊ heredibus a suis proprijs corporibus, ⁊ legitimo matrimonio procreatis siue procreãdis, substituit idem testator in bonis ⁊ hereditate suis supradictas prefatas Margaretã, Catherinã, Antonetam, ⁊ Margaretã eius filias equis partibus ⁊ portionibus inter eas ⁊ suos; ⁊ superuiuentẽ seu superuiuentes ipsarũ. ⁊ suos liberos ⁊ heredes. Fecit ⁊ aliam substitutionẽ, quã, quia proposito non deseruit, nõ refero. Deinde vero idem Ferrerius testator permanẽs in volũtate huiusmodi ab humanis decessit, superstitibus dictis septem filijs, ⁊ Dulcelina eius secunda vxore matre dictorũ Guillelmi, Honorati, Antonete, ⁊ Margarete iunioris. Quo mortuo prefati Sebastian⁹, Guillelm⁹, ⁊ Honoratus, de ⁊ cum authoritate suoruz tutorũ aut eorum ministerio se immiscuerũt paterne hereditati, ⁊ pro vniuersalibus heredibus eiusdẽ quondã Ferrerij eius patris se gesserũt. Post hec autẽ infra pauca tempora vita functus est, ⁊ ab humanis in pupillari etate, ⁊ sine liberis decessit prefat⁹ Honoratus, superstitibus ꝑdictis Dulcelina ei⁹ matre, Guillelmo, Antoneta ⁊ Margareta iuniore eius fratrib⁹ vtrinqꝫ cõiunctis, ⁊ prefatis Sebastiano, Margareta seniore, ⁊ Catherina eius fratrib⁹ cõsanguineis dũtaxat, ⁊ nõ vterinis. Quo mortuo, vt audio, prefati Sebastianus ⁊ Guillelmus, seu eorũ tutores ⁊ bonorum administratores diuiserũt bona dicti quondã Ferrerij, aut eorũ aliqua. Successu tẽporis, ⁊ ante cõpletam diuisionẽ, vita functus est ⁊ ab humanis factus pubes ⁊ sine liberis decessit dictus Sabastianus superstitib⁹ dictis Margareta seniore ⁊ Catherina eius sororibus vtrinqꝫ cõiunctis, quas heredes vniuersales in testamento per eum cõdito instituit ⁊ nominauit: ⁊ prefatis Guillelmo, Antoneta, ⁊ Margareta iuniore eius fratribus consanguineis dũtaxat quibus seu prefato Guillelmo certã pecunie quantitatẽ legasse ⁊ reliquisse dicitur, ⁊ pro qua voluit esse contentum ⁊ tacitum, ⁊ nihil vltra posse petere in bonis suis.

¶ Primo quesitũ, an ex dicta testamẽtaria dispositione eiusdez quondã Ferrerij colligatur, ꝙ inter prefatos Sebastianũ, Guillelmum, ⁊ Honoratum fuerit facta reciproca substitutio, ⁊ que.

¶ Secũdo supposito ꝙ inter eos facta extiterit reciproca substitutio, quesituz est quid prefati Sebastianus ⁊ Guillelmus petere potuerint in vim substitutionis huiusmodi in quota ⁊ portione relicta prefato Honorato.

¶ Tertio quid petere possit dictus Guillelmus super bonis dicti quondaz Ferrerij peruentis ad dictum quõdam Sebastianum, tam in vim institutionis de eo facte, ꝙ̃ in vim substitutionis facte dicto quondam Honorato.

¶ Quarto an pecunie per tutores redacte ex vẽditione mutonũ duarũ mularũ, vnius equi, ⁊ lane, repertorũ in bonis ⁊ hereditate dicti quondam Ferrerij censeri debeant res hereditarie, vt sic veniant ⁊ venire debeant in restitutionẽ fideicommissi.

¶ Quinto quid de oleo recollecto ante mortem eiusdẽ Ferrerij, ⁊ in bonis seu hereditate eiusdem reperto.

¶ Sexto quid de bladis post mortem illius recollectis in terris ⁊ predijs per eundem Ferrerium seminatis.

¶ Septimo quomõ dictus Guillelm⁹ apprehẽdere seu adipisci debeat possessionẽ bonorũ dicti quondã Sebastiani eorũ videlicet que ad eum peruenerant de bonis dicti quondã Ferrerij.

¶ Octauo quomodo fienda sit diuisio, ⁊ de alijs, que patebũt in sequentibus.

Christi



Christi nomine inuocato. Viso consultationis themate, de quo supra, & dubiis ex themate huiusmodi elicitis, dico & respondeo sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, ad dubia huiusmodi prout infra. Et primo ad primum. Pro cuius faciliore declaratione premitto ꝙ hic opportune queritur de dicto primo quesito:

1 † quia si supponeremus, ꝙ nulla fuerit facta substitutio reciproca inter prefatos Sebastianum, Guillielmū, & Honoratum, nulli dubiū esse, quin dicto Honorato primo vita functo ab intestato successissent prefati Dulcelina mater, Guillielmus, Antoneta, & Margareta iunior eius fratres vtrinq; coniūcti, quilibet videlicet pro quarta parte, repulsis & exclusis prefatis Sebastiano, Margareta seniore, & Catherina consanguineis dumtaxat: aut. de heredibus ab intestato. §. consequens. colla. ix. & aut. defuncto. C. ad tertul. & sic in bonis eiusdem Honorati nihil petere potuisset dictus Sebastian⁹, nec hodie petere possent dicte eius heredes. Similiter nec prefati Guillielmus, Antoneta, Mareta iunior aliquid petere possent in bonis dicti quondam Sebastiani, excepto legato quod eidem Guillielmo fecisse dicitur. Tum quia testatus est, & testando illos exclusit, & dictas eius sorores vtrinq; sibi cuniūctas heredes instituit. l. ꝙdiu. ff. de acq. hēdi. Tū & qꝛ si idē Sebastian⁹ ab humanis intestatus decessisset, eidē ab itestato successissent p̄fate Margareta senior & Catherina: quelibet vz p dimidia parte repulsis dictis Guillielmo, Antoneta, & Magareta, & Antoneta iuniore, dicta aut. de hēdi. ab intestato. §. ꝯñs. colla. ix. & trāsumptiue in dicta aut. defuncto. C. ad tertul. Expedit ergo scire an inter dictos Sebastianū, Guillielmū, & Honoratū, videat̄ fuisse facta aliqua reciproca substitutio.

2 † Et ꝙuis iste articulus nō videat̄ esse sine difficultate & dubio: mihi tñ videt̄ eosdē Sebastianū, Guillielmū, & Honoratum fuisse reciproce substitutos. Tum propter illa verba, de vno siue de pluribus ad alium seu alios deueniendis, per que ꝙuis sint aliquantulum inepte posita, colligitur tamen mens & voluntas dicti quondam Ferrerij testatoris, per quam videtur voluisse ꝙ portio primo decedentis veniret ad alios: & portiōes primo decedētium peruenirent ad alium hoc est ad superstites, & superstitē seu superuiuentes & superuiuentem, singula singulis opportune referēdo. Et hoc sufficit quoad hoc vt isti censeantur fuisse reciproce substituti: quia illa verba de vno seu de pluribus &c. satis cōueniunt reciproce substitutioni, vt apparet ex his que no. Barto. in. l. lucius. col. j. versi. secūdo principaliter quero. vbi etiam doct. ff. de vulg. & pupil. Et hec substitutio breuiloqua, vt pote facta filiis in potestate testatoris existētibus, & in pupillari etate constitutis, cōtinebat sex substitutiones scilicet tres vulgares, & tres pupillares, per id quod no. Bar. & doct. in. d. l. luci⁹. in. iij. q. Ex quo infero ꝙ, cū dictus Honoratus impubes decesserit post aditā paternam hereditatē, idem successerūt dicti Sebastianus Guillelmus in vim pupillaris substitutionis comprehense in breuiloqua, exclusis matre & aliis: qꝛ pupillaris comprehensa in breuiloqua, vt pote expressa saltem verbis generalibus excludit etiā matrem. d. l. lucius, & qꝺ ibi doc. de quo aliquid per Alex. de imol. in. l. precibus. col. ij. C. de impube. & aliis substi. &

3 in. l. si. colū. penul. C. de institu. & substitu. † Sed superest dubiū, an ista breuiloqua cōprehenderit fideicommissariā, & sic obliquā substitutionem. qꝺ ideo quero, qꝛ dictus Sebastianus mortuus est post aditā paternam hereditatē, & sic immixtionez illius: & sic nō est querendū de vulgari. l. post aditā. C. de impube. & aliis substitu. est etiam mortuus factus pubes: & sic nō est querendum de pupillari substitutione. l. in pupillari. cū suis simili. ff. de vulga. & pupilla. Restat igitur vt queramus in illa breuiloqua comprehenderetur fideicōmissaria, per quā censeri possit inuitatus dict⁹ Guillelmus superstes ad ea bona, que ad dictū quondā Sebastianū peruenerāt ex bonis dicti quondā Ferrerij testatoris. Cui respondeo ꝙ si in substitutione huiusmodi positū fuisset verbum importās tractū tēporis, vt verbi gratia: si dictum esset, de vno vel de pluribus ad aliū si sine liberis &c. vel quid simile, non esset dubiū quin propter admixtionem compēdiose substitutionis illa reciproca substitutio cōprehendisset nō solū dictas vulgares & pupillares, & sic directas substitutiones, sed etiā fideicōmissarias, & sic obliquas, per ea que no. Bar. in. d. l. lucius, in. iij. qō. vbi etiam Joā. de imol. colum. penul. versi. item adde inquātum in breuiloqua, & Alex. de imo. in. l. in testamento. colum. penul. versi. vltimo hic querit Pau. de ca. &c. C. de testa. mili. & in l. ij. vbi plene. C. de impube. & aliis substi. sed qꝛ in substitutione hmōi nō videtur fuisse appositū aliquod verbum importās tractū tēporis, dicere nō audio ꝙ sub illa substitutione breuiloqua cōprehenderet̄ fideicōmissaria, per ea que no. Bar. & doc. in. l. qui plures. ff. de vulg. & pupilla. & plenius Bar. in. d. l. lucius. qō. penulti. & Alexā. de imo. in. d. l. ij. C. de impube. & aliis substitutio.

4 † Sed ꝙuis dicere nō audeā, vt predixi, ꝙ sub illa substitutione & verbis predictis cōprehenderetur substitutio fideicommissaria: videtur tamē ꝙ quia substitutio facta de predictis filiabus post mortez dictorum Sebastiani, Gullielmi & Honorati facta est in tota ipsius Ferrerij hereditate, ac omnibus, vniuersis & singulis eius bonis, rebus, iuribus &c. quod apparet ex verbis substitutionis huiusmodi: ibi, substituit in bonis & hereditate suis supradictis &c. relatis ad verba institutionis: ibi, in ceteris omnibus vniuersis &c. censeant̄ prefati Sebastianus, Guillelmus, & Honoratus inuicem & reciproce substituti. l. titia seio. §. seia libertis. & qꝺ ibi Bart. Bal. & Jo. de imo. ff. de lega. ij. & quod per illū tex. voluit Bar. Joā. de imo. & alij in. l. potest. & l. vel singulis. ff. de vulg. & pupilla. Bald. in. l. j. §. pro secundo. C. de cadu. tollen. Pau. de ca. in. l. penul. C. de impube. & aliis substitu. & cōsi. lix. exordiēte. Quia ꝙ multa scripta fuerit in hoc negotio &c. Pau. de cast. in. l. si pater impuberes. ff. de vulga. & pupil. domi. Jason may. in. d. l. penulti. colum. vj. versi. & teneo ꝙ ista sit veritas, que clare patebit ex responsionibus &c. vbi etiam Philip. corne. col. vij. ver. fallit quando substitutio fideicōmissaria est facta in tota hereditate, & Alexā. de imo. in. l. pater filium. §. si. colū. ij. vel. iij. ff. ad legē falci. Et ꝙuis aliquos ex predictis doc. videam loqui eo casu, quo substitutio facta est vltimo de decedēti in tota hereditate vel omnibus bonis testatoris disponētis: idē tñ videtur eo casu, quo facta est simpliciter post mortē omniū in tota hereditate vel omnibus bonis ipsius disponētis, pro eo qꝛ substitutio sic facta post mortē omniū, censet̄ facta vltimo decedenti. l. codicillis, in prin. ff. de vsufruc. lega. quod etiā videt̄ voluisse gl. in. d. l. si pater impuberes. ff. de vulga. & pupil. Bart. in l. qui duos. ff. e. ti. Pau. de ca. in. d. l. penul. C. de impube. & aliis substitu. & dicto cōsi. lix. & Alexā. de imo. in. d. l. potest. & l. vel singulis. ad fi. ff. de vulga. & pupilla. & l. pater filiā. §. si. col. iij. ꝙuis in dicto. §. fin. nō plene firmet, sed reliquat cogitandū: vbi etiam dicit ꝙ tenēdo istā opinionē potest responderi ad. l. fin. §. filiū. ff. de lega. ij. qui induci solet per tenētes partē cōtrariā, qꝺ ille text. loquitur quādo omnibus fuerat iniunctū fideicōmissum, & sic cōstabat omnes fuisse grauatos: quod nō fuit hic, vbi nō apparet ad quos vel quez directū extiterit verbū, substituit, quod verbū est grauaminis. Etiā secundū eum pōt respōderi ad. l. falsa. §. si. ff. de condi. & demō. ꝙ tex. ille loquitur quando tractatur de pluribus & diuersis effectibus: secus si de vno fina. effectu, vt de vno fideicōmisso, vt ibi per Bar. per. l. ꝙuis. C. de impube. & aliis substitu. Videt̄ igitur ꝙ in casu, de quo queritur, & ꝑpter verba superius & in casus positione relata censeat̄ facta substitutio in tota hereditate & omnibus bonis testatoris & ꝙ ꝑpterea videant̄ ipsi Sebastian⁹, Gullielm⁹, & Joānes inuicē & reciproce substituti. Et ꝑ hec apparet respōsio ad primū q̄situ, scilicet ꝙ ꝑ illa ꝟba, de vno vel pluribus &c. cēseat̄ facta inter eos substitutio reciproca cōtinēs vulgares & pupillares, & ꝑ alia verba, de qb⁹ supra, cēseat̄ facta extitisse substitutio reciproca cōtinens fidcōmissarias substitutiōes ex ꝯiecturata mēte testatoris: q̄ colligit̄ ex eo, quia facta est substitutio ī tota hēditate, & oib⁹ bonis. d. l. titia seio. §. seia libertis. ff. de lega. ij. & quā nō est dubiū posse induci ex coniecturata mente defuncti. l. cum proponeretur. si. de lega. ij.

Ad secūdū Dico & respondeo ꝙ cum, vt predixi, prefati Sebastianus, Guillelmus, & Honoratus censeantur fuisse reciproce substituti, & idem Honoratus post aditionem seu immixtionē paterne hereditatis adhuc impubes decesserit, eius hereditas fuit delata prefatis Sebastiano & Guillelmo, ita ꝙ ipsi duo, quilibet videlicet pro semisse, sibi successerunt in omnibus bonis. l. sed & si plu-

5 res. §. ad substitutos. ff. de vulga. & pupil. ¶ † Ad tertium dico & respondeo ꝙ cum substitutio fideicommissaria sibi locum vendicauerit in persona dicti Guillelmi superstitis, eidem Guillelmo veniunt & sunt restituenda illa bona Ferrerij, que ad dictum Sebastianum peruenerāt in vim institutionis de eo facte, detractis tamen de bonis huiusmodi duabus quartis, scilicet legitima & trebellianica, per id quod no. gloss. Barto. & docto. in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testamen. gloss. & Barto. in. l. ꝙꝙ. C. ad legem falcid. Bald. in. l. filium quem. C. fami. erciscū. Multas remissiones ponit domi. Jason. may. in authenti. res que. collat. iij. C. communi. de leg. de quo sunt boni text. de iure cano. in. c. raynutius. & c. raynaldus. de testamen. Et quia eidez quondam Ferrerio superfuerunt septem liberi, scilicet tres filij & quatuor filie, horum omnium legitima fuit semis, seu dimidia pars bonorum ipsius Ferrerij, aut. de triē. & semis. §. j. colla. iij. & trāsumptiue in aut. nouissima. C. de inoffi. testa. & sic legitima huius Sebastiani fuit decimaquarta pars bonorū eiusdē Ferrerij, hoc est eorū que superfuerūt deducto ere alieno & funeris impēsa, que ante legitimā deduci debēt. d. l. papinian⁹. §. quarta aūt. & quod voluit Bart. & docto. in. l. ex facto, la grāde. ff. de heredi.

institu.⁊ Bal.in.l.quotiēs.C.eo.tit. Et hec decimaquarta pars detrahetur per prefatas Margaretā seniorē.⁊ Catherinā heredes dicti quondā Sebastiani de illa tertia parte, in qua fuit heres institutus. Deinde vero de residuo, hoc est de eo qđ remanebit, detrahēt ipse heredes quartā partē pro trebellianica, iuxta theoricā quā ponit gl. in.d.c. raynaldus. super verbo, lʒ totas.⁊ iste due quarte remanebūt penes heredes. Residuū vero eorum que habuit idem Sebastianus in vim dicte institutionis, debet restitui dicto Guillielmo substituto. Etiā eisdē heredibus remanebūt acquisita p dictū Sebastianū. Quo vero ad illā dimidiā partē, quā in vim pupillaris substitutionis habuit dictus Sebastianus de quota ⁊ portione prefati Honorati, est questio an illa veniat in restitutiōe fideicōmissi. Et si in eo veniat, an de ea possint detrahi alique quarte per dictas Margaretā ⁊ Catherinā heredes, ⁊ que. Quoad primū dico ꝙ super hoc sunt opiniones, vt apparet ex his que no. doct.in.l.ita tamē.§.qui suspectā.ff.ad trebellia.⁊ Bald.in.l.ex tribus.colū.vlti.C. de inoffi. testa. Sed missa illarū recitatione gratia breuitatis, respōdeo ꝙ cū in casu: qui proponit substitutio pupillaris, de qua supra, precesserit grauamē tam ex ordine ꝙ ex mente, illud quod peruenit ad prefatū Sebastianum in vim pupillaris substitutionis, de qua supra, debet nūc venire in restitutionē fideicōmissi, per theoricā quā ponit Bar.⁊ sequunt ibi quoad hoc Jo.de imo. Rapha.cuma.⁊ Alexan.de imol.in.d.l.ita tamē.§. qui suspectā. Bal. in.l.cū verū.C. de fideicōmis. ꝙuis de hoc dubitauerit in.d.l. ex tribus. vbi relata opinione Bar. de qua supra: ⁊ Rayne. de forliui. aliter nō eli-

6 git. ¶ † Quo vero ad secundū dico ⁊ respondeo, ꝙ cū, vt predixi dictus Sebastianus censeat fuisse grauatus, non etiam dictus quondam Honoratus, nō debēt de dicta dimidia parte detrahi alique quarte, per id quod voluit Bal. in.d.l.ex tribus. quē ibi sequitur dom. Jason may.⁊ Ang.are.in.§.singulis.institu.de vulga.⁊ pupilla. quia nemini dubium est ꝙ licet filius etiam impubes non possit grauari in legitima: in illa tamen grauari potest eius heres.l.si fundum per fideicommissum.§.fi.⁊.l.seq.ff.de lega.j. de quo docto.in.l.coheredi.§.cū filie.ff.de vulga.⁊ pupilla. Pau.vero de cast.in.d.l.ex tribus.col.vlti.⁊ Rapha.cuma.cōsi.cxxiij.exordiēte, Bartholomeus instituit Antoniū ⁊ Franciscum, ⁊ vt audio in.l.j. ad fi.ff.de vulga.⁊ pupil. quem tamen non vidi, concordant cum Bal. quoad legitimam, scilicet ꝙ illa detrahi non possit: sed quoad trebellianicum dicunt eam detrahi.
¶ Ad quartum respondeo ꝙ sic: ⁊ quia hoc non habet dubium, super eo non insisto.

7 ¶ † Ad quintum respondeo ꝙ oleum huiusmodi tanꝙ res hereditaria etiam venit in restitutionē fideicommissi, per id quod plene ponit Alexan.de imol.in.l.centurio.col.xj.⁊ seq.ff.de vulga.⁊ pupil. vbi videri poterit.
¶ Ad sextū dico ⁊ respōdeo ꝙ etiam dicta blada veniūt in restitutionē fideicōmissi, secundū Jaco.de are.⁊ Bald.in.l.si quis bonorū.ff.de lega.j. Flo. in.l.in fideicōmissi. in prin.ff.de vsur.⁊ Alexand.de imo.in.d.l.centurio.colum.xij.versic.subdit Jmol. hic. Pro quo allegari solet.l.in falcidia placuit.ff. ad legē falci.
¶ Ad septimū dico ⁊ respōdeo ꝙ in primis sibi nō licet illā apprehendere propria authoritate. Cū quia forte ille Margareta ⁊ Catherina, heredes Sebastiani, iam illaʒ apprehenderāt: ⁊ sic periculosum esset eas turbare in possessione, ppter ea, que ponit Bar. in quodam suo cōsi. exordiēte, Missus in possessionem ⁊c. ⁊ aliis in multis remissionibus, quas ponit dom. Jason may. in l.fina.colum.iij.ad fin.C.de iure delibe. Cum ⁊ quia si illam non apprehenderint, poterunt tamen se petere in illam mitti beneficio dicte.l.fin.C.ð edicto diui.adri.tollē.⁊ aduersus quam se forsasse tueri non posset dictus Guillielmus, per ea que habentur ⁊ scribunt docto.in.l.si iam fratribus.ff.ad trebellia. Consulo igitur ꝙ iste heredes conueniātur actione ex testamento ad restitutionem fideicommissi, ⁊ ꝙ super hoc detur petitio narrās testamentum ⁊c. ¶ Ad octauum respondeo ⁊ consulo ꝙ nulla fiat diuisio de rebus nondum diuisis. Sed insistatur super restitutione facienda. Et hoc nisi dicte heredes essent contente de his, que superius dixi posse per eas retineri.
¶ Ad id quod queritur an tutores tenebuntur reddere compu tum prefatis heredibus dicti quondam Sebastiani, dico ⁊ respondeo ꝙ sic. Cum ratione dictarum quartarum. Cum etiam quia nondum facta est restitutio fideicommissi.

1 ☞ Donatio propter nuptias, per quem fieri soleat, ⁊ propter quas causas.
2 Donatio iurata contemplatione matrimonij facta an valeat.
3 Donatio, in qua fit mentio mortis, in quib⁹ casibus non presumitur esse donatio causa mortis.
4 Donatio inter viuos quando transmittatur ad heredes.
5 Donationis reuocande facultas per que auferatur.
6 Fructus, qui remanent ex reseruatione, an cedant lucro donatarij, ⁊ computentur in bonis futuris.
7 Vsusfructus retentione ⁊ precarij constitutione transfertur dominium ⁊ possessio in donatarium.
8 Testatoris verba ambigua an ⁊ qualiter interpretanda sint.
9 Filia in dote an possit heres institui.

Epitome.

¶ Donatio a patre filio in eius potestate existenti facta cōtemplatione matrimonij cum iuramēto de non reuocādo illam, quāuis donatio propter nuptias nō sit, ⁊ mortis mentionem habeat valet tamen, ⁊ inter viuos fieri dicitur. V.F.

¶ De dona. que sub mo. Consi.xj.



1 Etiam † si verum esset ꝙ donatio, quaʒ cōtemplatione matrimonij fecisse legitur prouidus quōdam vir Joannes bedocij senior Bernardo bedocij eius secundo genito, non fuisset nec sit donatio propter nuptias illa videlicet de qua loquuntur iura.C. de dona. ante nup.§.est ⁊ aliud.institu.de dona.⁊ in.l.vt liberis.C.de colla. pro eo quia donatio huiusmodi fieri solet vxori per virum, vel ex parte ipsius.l.vlti.§.sancim⁹.C.de dona.ante nup.⁊.c. nuper, in fi.⁊ quod ibi gl.de dona.inter vi.⁊ vxo. ⁊ que fit propter multas causas, quas post Abb.anti.Pe.⁊ Joā.and.colligit Pan. in.c.fi.col.iij.de dona.inter vi.⁊ vxo.qđ etiā voluit Pau.de ca. cōsi.cv. exordiēte, Circa bona que fuerūt Vberti notādū est ⁊c. p eo qꝛ donatio hmōi facta est dicto Bernardo, nō quidē Raymūde eius vxori, nec etiā sic videt ipsi Bernardo facta, vt deinde res donatas donaret dicte Raymūde. Et ita non videat obstare.d.l.vt liberis. † puto tñ ꝙ donatio hmōi, vt pote facta cōtēplatione matrimonij, qđ fortasse alias factū non extitisset, ⁊ qꝛ iurata est valuerit ⁊ valeat de iure, per ea que not. Bal.in.l.fi.C. de vsuca.pro dona.⁊ cōsi.lxv.exordiēte. Premittendū est ad euidentiaʒ ꝙ donatio facta filio in potestate ⁊c.qui multa inducit. Frā.de are.cōsi.lxxvij.exordiēte, Et ratio scribendi recte in cōsilijs, col. iij.versi. circa tertiū non me extēdo multū ⁊c.⁊ Alex.de imo.in.l.si donatione.colū.v.versic.vtrū autem donatio expresse facta ⁊c.vbi etiaʒ moderni.C.de colla.⁊ in multis cōsilijs, vt videri potest, consi.viij.in secūdo volu.consil. clvij.colum.vj.in eo. volu.cōsi.xx.in tertio volu. Et ꝙuis Pau.de cast.in dicto consilio.cv.senserit talem donationem nō firmari iuramento, per id quod habetur in.l.donationes.C.de dona.inter virum ⁊ vxo.tamen id quod primo dixi communiter tenetur, maxime quādo tales donationes fiunt cōtemplatione matrimoniorū, ar.l.pomponius philadelphus.ff.famil.erciscū.quā ad hoc propositū allegauit Ambro.de vina.in quodā suo cōsi.exordiēte, Pridē fuit cōtractū matrimoniuʒ per verba de futuro ⁊c.accedit ad premissa, ꝙ donationes hmōi frequētari solent, ⁊ facte de cōi consuetudine obseruari in partibus citramōtanis: ergo valere debēt, etiā si lex ciuilis resisteret, ar.c.cū dilectus.de cōsuetu. facit.l.si in emptione.§.j.ff.de cōtrahen.emptio.⁊ vēdi.⁊.l.si vēditor.§.cōstat. ff.cōmu.predio. Et qꝛ nullus ex spectabilibus viris in hac materia scribētibus super hoc cōtendit, ego vlterius nō insisto. Sʒ veniēdo ad id, de quo primo querit, an vcʒ prefat⁹ quondā Joānes bedocij censeatur fecisse Bernardo eius filio duas donationes, vnam vcʒ inter viuos, ⁊ aliā causa mortis: an vnam dūtaxat, cuius pars erat statim sortitura eius effectum, ⁊ effectus alterius collat⁹ post tēpus mortis. Dico ⁊ respōdeo breuiter ⁊ succincte ꝙ siue dicams donationem hmōi fuisse vnicam donationē, siue duas, vnam videlicet purā, ⁊ aliā in diē, vel cuius effectus collatus est post tempus mortis: hoc tamē certum est quod donatio seu donationes huiusmodi, ⁊ earum quelibet fuit ⁊ fuerunt donatio seu donationes inter viuos: ⁊ in hoc adhereo opinioni spectabiliū virorum dominorum. M. de iuncheretis. ⁊. M. peylerij: quorum sententie non refragatur ꝙ vel in vltima parte donationis huiusmodi, si vnica est, vel in secūda donatione, si due extiterint dictū sit, ⁊ aliā dictorū bonorū medietatē post decessum suū,

3 ⁊ sic in ea facta extiterit mentio mortis: † qꝛ licet donatio, in qua fit mētio mortis, presumatur in dubio esse donatio causa mortis l.seia.§.fi.ff.de dona.cau.mor.⁊.l.seia.cū gl.ff.ð do.preleg. Bal. cōsi.cvij.exordiēte, Laurētius fuit confessus ⁊c.⁊ multi in.l. que dotis.ff.soluto matri.⁊ in.l.stipulatio hoc mō cōcepta.ff.de verbo.oblig. hoc tñ fallit in multis, in quibus propter alia recedimus a presumptione hmōi. Et inter alia fallit, vt iam cōperio allegatū, quādo donatio fuit facta recipiēti ⁊ acceptanti pro se ⁊ heredib⁹ suis, p id qđ voluit Bal.in.l.ij.col.ij.ver.primo casu. C.de iu.do.⁊ cōsi.cccvj.exordiēte, Dña Joāna quondā, ad fi. in prima parte, Frā.de are.cōsi.lxxiiij.exordiēte, Diligēter ⁊ mature ponderatis ⁊c.colum.iij.ver.tertio moueor: quia notarius ⁊c. ⁊ Alexā.de imo.consi.xiiij.exordiente, Circa primum dubiū ⁊c. col.iij. versi. Postremo etiā ex alio colligit ꝙ fuit donatio inter viuos

ter viuos ⁊c.in primo volu.qui etiã allegat Bal. in.d.l.ij.Pro
quo dicto induci solet, ꝙ mẽtio heredũ magis adaptatur ad do-
4 nationẽ inter viuos, ꝙ̃ ad donationẽ causa mortis:†cum dona-
tio inter viuos trãsmittatur ad heredes, sed non donatio causa
mortis,si prius decedat donatarius ꝙ̃ donator, vel priusquã exi
stat conditio donationis:qr donatio causa mortis habet naturã
legati:⁊ legatũ conditionale non transmittit.§.alie aũt. institu.
de dona.iuxta.l.vnicã.§.siuautẽ sub cõditione.C. de cadu.tollẽ.
Fallit etiam vt nõ presumatur donatio causa mortis,ꝙ̃uis mẽ-
tio mortis in ea habita extiterit, quãdo in ea dictũ est ꝙ donãs
donabat donatione inter viuos,secundũ Bart. qui ita no.in di-
cta.l.stipulatio hoc modo cõcepta.versi.quero aliquis vult face
re.ff.de verbo.obligatio.⁊ in.l.fin.vbi etiã docto.C. de pactis.
Pro quo facit.l.cum maritus.§. fina.ff. de pact.dota. secũdum
vnum intellectum ibi positum in gl.cõmuniter approbata a do
cto.Hoc aũt dictũ est,⁊ scriptũ reperitur in altero ex duobus in-
strumentis dicte donationis:ibi,que dicit inter viuos aut alias
5 ꝓpter nuptias.† Preterea in instrumẽto dicte donationis idẽ
Joã. bedocij cõuenit ⁊ promisit sub iuramẽto ⁊ obligatione om
niũ bonorũ suorũ,bona per ipsum dicto Bernardo donata eidẽ
facere habere,tenere,⁊ quiete perpetuo possidere, ⁊ ꝙ nihil face
ret in futurũ,quominus donatio hmõi suũ sortiret effectũ,renũ-
tians etiã iuri dicenti donationẽ factam reuocari posse ex causis
inibi latius expressis:per que sibi abstulit facultatẽ seu potentiã
reuocãdi donationẽ hmõi.l.si alienam.§.fi.iuncta glo.in verbo,
nullo casu.ff.de dona.cã mor. Et ꝓpter hoc, vt dicit ibi Dy. in
addi.dicte gl. donatio tũc reuocari nõ potest: qua potestate sub
lata necessario infertur illã esse donationẽ inter viuos, cũ dona
tio causa mortis possit ⁊ valeat ex penitẽtia reuocari. Pro quo
facit,qr esto ꝙ propter predicta verba,⁊ post decessũ ⁊c. videat
importari donationẽ hmõi fuisse donationẽ causa mortis,de cu
ius natura est vt ad libitum donatoris reuocari possit:tamẽ pa-
ctum predictũ est de directo cõtrariũ ⁊ repugnãs substãtie dona
tionis causa mortis, ⁊ sic cẽsenda est donatio inter viuos,nõ cau
sa mortis.d.l.vbi ita donat. Pro quo videri potest Bal.in.l.cũ
quis.ver.sed quid si dixi dono post mortẽ meã.ff.de cõdi.ob cau.
vbi disputãdo finaliter in ver. sed certe ⁊c. cõcludit ꝓ hac parte,
idem voluit Alexã.de imo.in dicto cõsil.xiiij.colum.ij.ver.pre-
dicta enim Maria donatrix ⁊c.Frãc.de are.cõsi.xlj. exordiẽte,
Diligẽter ⁊ mature pẽsata ⁊c. colum.iij. versi. primũ est ꝙ cũ in
instrumẽto dicatur.⁊ cõsil.lxxiij.exordiẽte,Diligenter ⁊ matu-
re põderatis.colum.ij.versi.sed tamẽ his nõ obstantibus : quod
etiam satis fuit de mẽte Pau. de cast.cõsi.cj.exordiente,Notan
dum est ꝙ prefatum statutũ annullat instrumentũ ⁊c. colum.ij.
versic.tunc autem tale pactum facit ⁊c. iunctis his que infra di
cã.Nec dicat aliquis, ꝙ ideo dici debuerit ⁊ debeat donatio hu
iusmodi fuisse donatio causa mortis,pro eo quia cum idem quõ-
dam Joãnes donauerit dimidiam partem bonorum ⁊c. de pre-
senti,⁊ aliam dimidiã partẽ post eius decessũ, si diceremus hũc
actum fuisse vnã donationẽ, vel duas donationes inter viuos,
ille essent nulle,scḋm Pau.de cast.qui hoc voluit in dicto cõsil.
xcviij. Quoniam respondeo ꝙ istud nõ obstat.Tum quia dictũ
Pau.de cast. nõ procedit:⁊ opportune ⁊ per bonã rationem re-
prehenditur ab Alexã.de imo.in.l.que dotis.colum.vj.versicu.
6 sed iuxta hoc cadit dubitatio,ad quã remisisse sufficiat.†Tum
⁊ quia prefatus quõdam Joãnes reseruauit sibi vsumfructum.
Poterat ergo testari nõ de vsufructu,qui morte eius finiendus
erat.l.vxor patrui.C.de lega.sed de fructibus ratione vsusfructus
huiusmodi per eum percipiẽdis,quod satis fuit de mẽte Bart.
consi.mihi.lxxv.exordiẽte,Pater filio suo emancipato ⁊c.alias
incipit, Punctus talis est:pater filio emancipato ⁊c. Alexã. de
imol.in.l.stipulatio hoc modo concepta,colum.xj.versi.⁊ quid si
vsumfructum reseruauit sibi ⁊c.ff.de verbo.obliga.Et respõdet
dicto Pau.de Cast.in dicto consi.cj.affirmantis ꝙ nõ posset te
stari de fructibus stante validitate donationis, cum illi venirẽt
appellatione futurorum bonorum;sed vt dicit Alexan. de imo.
istud nõ est verum.Pro quo allegat id quod no. Barto. in.d.l.
stipulatio hoc modo cõcepta,quatenus ibi dicit ꝙ si vendo tibi
omnia bona mea presentia ⁊ futura,valet venditio: quia potero
testari de pretio,quod nõ debetur emptori.l.damni.§. cũ parie
tem.ff.de dam.infec. Ita ergo fructus qui remanẽt ex hac reser
uatione non cedunt lucro donatarij, ⁊ sic non computãtur in bo
nis futuris.Et dicit ibi Alexan.de imol.ꝙ ⁊ consulẽdo ⁊ iudi-
cando teneret cõtra Paulum de cast.Et idem voluit Frãci. de
are.cõsilio.liij.exordiẽte, In causa magistri Blasij de cortona.
colum.iij.versi. secundũ ꝙ donatrix retinet vsumfructum ⁊c.
Tum ⁊ quia si bene attẽdatur ad instrumentum dicte donatio-
nis aut donationum predictarum, idem Joannes non donauit
omnia bona presentia ⁊ futura, sed dumtaxat cum reseruatione
vsusfruct⁹ donauit omnia bona mobilia ⁊ immobilia,presentia
⁊ futura:quorum appellatione nõ veniunt iura seu nomina debi
torum ⁊ actiones,sed faciunt tertium genus, vt voluit Bartol.
in.l.põt pupill⁹.ff.de autho. tuto. Multas remissiones, vbi vi-
deri potest,ponit Alexã.de imol.in.l. mouentiũ.ff.de verbo.si-
gnifica.De quo etiã Joã.de imo.⁊ Panor.in.c.nullis.de reb.
ecclesi. non alie ⁊ quod dixi etiã voluit Francis. de are.in dicto
cõsi.liiij.colum.iij.versicu.sed alia ratione noua ⁊ pulcherrima
⁊c.Cõcludo igitur,vt predixi, ꝙ siue dicamus istam fuisse vnicã
donationẽ vel plures donationes,illa vel ille fuerũt donatio aut
donationes inter viuos, ⁊ sic valide. Et ita videtur ꝙ nõ potue
rint reuocari.l.penulti.cũ suis silib⁹.C.d donatio. que sub mod.

Nec puto ꝙ prouidus quõdam vir Pe
trus bedocij ipsius Joan-
nis primogenitus,⁊ heres vniuersalis,seu eius heredes preten-
dere valeant cum effectu, ꝙ ipsi habere debeãt illam dimidiam
partem donatam post decessum, vel alias aliquid de bonis do-
natis. Tum quia, vt predixi, dictus Joannes etiam si voluisset
non poterat reuocare dictam donationem, vt pote perfectam:
quod intelligo quoad hoc vt ipsi Petro hoc relinqueret, vel ip
sum in illo heredem instituerer. Cui dicto non puto obstare illã
reseruationem, per quam voluit idem Joannes bedocij, ꝙ ipse
⁊ Margareta eius vxor possent ⁊ valerent quandocunq; vellẽt
⁊ eis placeret accipere de dictis bonis pro eorum animabus ⁊
de eis testari ⁊ legare pro libito voluntatis. Et hoc iuxta ⁊ secũ
dum quantitatem ⁊ facultatem dictorum bonorum, ⁊ statum
personarum suarum. Quoniam respõdeo ꝙ ista reseruatio vide
tur facta vt possent ipsi accipere, testari, ⁊ disponere d bonis do
natis:non quidem absolute, sed pro eorum animabus,vt expres
se dicit in illo capitulo:⁊ quod inibi,vt iam dixi, subijcitur, ⁊ de
eis testari ⁊ legare ⁊c.debet referri ad precedẽtia,per ea que no.
docto,in.c.secũdũ requiris. de appellatio.⁊ legiste in.l.j.C.de li
be.prete.vel exhereda. ⁊ in alijs diuersis locis . Et istud satis ꝑ
suadetur ex eo quod ista reseruatio facta est non solum ad com-
modum dicti Joãnis,sed etiam Margarete eius vxoris.Insu-
per ⁊ ex illo:quia inibi dictum est,secundum quãtitatem ⁊ facul
tatẽ dictorum bonorum ⁊ statum suarum personarũ. Ubi enim
sensissent donator ⁊ donatarius, quod per hanc reseruationem
possent ipsi Joannes ⁊ Margareta testari vel disponere de bo-
nis donatis, non videntur ille modificationes fuisse opportune
aut satis apte.Preterea quamuis verisimiliter placuerit eidem
Joãni hoc reseruare etiam dicte Margarete eius vxori,ꝙ ipsa
posset accipere de bonis donatis, ⁊ de illis disponere ⁊ testari ꝓ
anima sua:non tamẽ est verisimile quod ipse voluerit eãdẽ Mar
garetam posse alias disponere ⁊ testari de dictis bonis,⁊ sic do-
nationem infringere. Tum etiam non possunt pretendere se ha
bere debere illam dimidiam ⁊c. pro eo, quia non apparet quod
idẽ Joãnis de ista dimidia parte,aut alias de bonis donatis di-
cto quõdam Bernardo disponere aut testari voluerit: quinimo
potius contrarium,quatenus in institutione dicitur, In omni-
bus vero ⁊ singulis alijs bonis rebus ⁊ iuribus meis ⁊c. cuius-
modi non erant ille due medietates bonorum mobilium ⁊ im-
7 mobilium ipsi Bernardo donate:†cum per retẽtionem vsusfru
ctus ⁊ constitutionem precarij translate essent possessio ⁊ domi-
nium in prefatum Bernardum.l. quisquis.l. si quis argentum.
§.sed si quidem.C.de donatio.l.interdum.l.cum a meo.cum suis
similibus.ff.de acquirend.possessio. Preterea vbi positum non
esset illud pronomen meis, adhuc nõ videretur disposuisse de bo
8 nis donatis ipsi Bernardo, † quia si ambigua verba testatoris
interpretari debeant secundum Barto. in.l.cum in testamento.
ff.de auro ⁊ argen.lega.⁊ in.l.ex facto.in principio.ff. ad trebel-
lia.vt testator magis videatur reliquisse rem suam ꝙ̃ rem here-
dis,quamuis vtrunq; posset relinquere.l. vnum ex familia.§. si
rem.ff.de lega.ij.multo fortius censeri debet ipse quondã Joan
nes disposuisse de bonis suis,ꝙ̃ de bonis donatis ei quẽ heredẽ
non instituebat. Et queratur de quibus bonis respondeo qḋ de
fructibus,⁊ de nominibus debitorum seu iuribus ⁊ actionibus.
Preterea si nulla talia bona fuissent,nõ subest causa ꝓpter quã
potius debeat censeri eũ instituisse in bonis donatis dicto Ber
nardo,ꝙ̃ in bonis donatis eidẽ quondam Petro:immo potius
subest causa propter quã censeri debeat illũ instituisse in bonis
sibijpsi donatis donatione propter nuptias, qḋ videtur potuisse
9 facere:†prout dicimus de dote,in qua potest filia heres institui
no.gl.in.l.iij.§.vtrum.ff.de mino.⁊ Jo.de imol.in.l.suus quoq;.
in prin.in.vij.col.versi.idẽ dicit si filia fuerit instituta in dote.ff.
de heredi.instit.Cui doti equiparatur donatio propter nuptias
l.quoniam nouella.C.de inoff.testa.l.vt liberis.C.de collat.l.fi.
C.communia vtriusq; iudi.

1 ☞ Ordo ⁊ regula fratrum predicatorum an possit reditus ⁊
immobilia tenere,⁊ quo iure,⁊ qualiter.

2 Doctorum hominum numerus paruus.
3 Religiosus an possit habere propriũ, cuius cõuentus proprium possidet.
4 Predicatores quam regulam profiteantur.
5 Mendicãtes ad maiorem paupertatem obligãtur, ꝙ monachi.
6 Bona alicuius ingredientis religionẽ an transeat ad conuentũ.
7 Monachus an testari possit, saltem per statutum, vel consuetudinem, vel per indultum, nu. seq.
8 Statuto aut consuetudine an possint mutari que sunt regule.
9 Prouincialis an possit concedere fratri licentiam testandi.
10 Jus alteri quesitum etiam cum causa inferior a principe an possit tollere, ꝛ quid in legato.

¶ Epitome.

¶ Clerici religiosi, vel fratres Dominicanum ordinem ingredientes bona eorum deuoluunt ad conuentum, nec de illis testari possunt etiam cum licentia prouincialis: pape vero sic. V. F.

¶ De episco. ꝛ cler. Consi. ij.

1 
Regula † gloriosissimi confessoris, quã fratres predicatores profitẽtur nõ ꝓhibet professis habere possessiones aut bona in cõmuni: ꝛ ideo ordo fratruꝫ predicatorũ nõ est ex regula incapax etiã bonorũ immobiliũ ꝛ redditũũ: sed tantũ ex suis constitutionibus a sede apostolica confirmati, vt dicit Fede. de seni. consi. xij. exordiẽte. Fratres predicatores ꝛc. Ant. de butri. Joã. de imol. ꝛ docto. cõmuniter in. c. in presentia. de proba. vbi etiam Andr. barba. charta vlti. col. ij. versi. tãgit hic do. An. de butri. si fratres predicatores ꝛc. Bal. in. l. cũ acutissimi. C. de fideicõmi. ꝛ in aut. rogati. C. ad trebel. Anto. de butri. in. c. nimis praua. de excessi. prela. Joan. de imo. in. l. j. col. ix. versic. aut iste est ingressus ordinẽ predicatorũ ꝛc. ff. de testa. Alex. de imo. consi. lxxxviij. exordiẽte. Eximie domine vicarie in causa seignieur Thadei ꝛc. in secundo volu. Nec videnť ipsi fratres esse ex cõstitutionibus hmõi adeo incapaces bonorũ immobiliũ ꝛ redditũ in cõi, qui possint recipere ꝛ habere bona, saltẽ ad hoc, vt illa vendãt, ꝛ pretiũ in suas necessitates cõuertãt, per id quod no. gl. in. c. j. super verbo, domũ. de religio. domi. in. vj. ꝛ do. cõmuniter in locis superius allegatis. Specu. ti. de statu mona. versic. tertio querit. ꝛ versi. quarto queritur. ꝛ Archi. in. c. qꝛ ingrediẽtibus. xix. q. iij. ꝛ nõ solũ possunt in cõmuni bona hmõi recipere ꝛ habere vt vendãt: sed etiam vt illa retineãt ꝛ possideant, ꝛ hoc ex ꝑuilegijs apostolicis eorũ ordini cõcessis. Et ꝙuis recolẽde memorie do. Joãnes dominici ordinis predicatorũ olim cardinalis, vulgo dictus Ragusinus, in quodã suo libello, quẽ cõmemorat do. Antoninꝰ archiepiscopꝰ Florẽ. in tertia parte sue summe. ti. xvj. c. j. §. xij. visus fuerit ipugnare priuilegia hmõi, causis ꝛ rationibus, quas etiã cõmemorat ideꝫ do. Anto. videmus tamẽ ꝙ hodie vbiqꝫ hoc obseruatur, scilicet ꝙ fratres dicti ordinis recipiunt ac retinẽt seu sibi reseruãt ac possidẽt in cõmuni hereditateꝫ ꝛ legata, si eis relinquanť, etiã in bonis mobilibus, aut annuis ꝛ perpetuis redditibus. Etiã ipsi fratres acquirũt tã titu. emptionis, ꝙ alijs bona ꝛ redditus hmõi, ꝛ illos tenẽt ꝛ possident, ꝛ hoc vel ex ꝑuilegijs memoratis ꝑ dictũ do. Jo. vel forte ex alijs postea cõcessis, ꝛ in quibꝰ fortasse ponũtur ille pretẽse surreptiones vel obreptiones, de quibus opponebat idẽ do. Jo. dñici, que tñ nõ vidi: † sed habeo ꝓ indubitato ꝙ
2 dñi fratres, ꝛ signãter docti, quorũ gratia altissimi numerꝰ ꝫ nõ sit grãdis, est tñ laudabilis, de his ad plenũ informata existunt.
3 † Verũ ꝙuis premissa sic se habeãt, nõ põt tñ aliquis particularis frater habere propriũ, nec bona aut redditus hmõi quomolibet sibi ipsi vt illa retineat acqrere. c. nõ dicatis. xij. q. j. c. monachi. de statu mona. qđ etiã voluit Fede. de señ. in dicto cõsi. ꝛ quidã solẽnes docto. in cõsilio inibi subsequẽte, qui ꝓ hoc allegãt dictũ. c. nõ dicatis. qđ ꝓpterea ꝓcedere intelligũt nõ solũ in particularibus monachis, ꝫ etiã in particularibus fratribus dicti or-
4 dinis. † Et mirũ, qꝛ ille tex. est beati Augusti. cuius regulã ꝓfitenť dicti fratres. Etiã dictũ. c. monachi. loquiť nõ solũ de monachis, ꝫ etiã de vniuersis religiosis: vt patet ibi, Quod etiã de
5 vniuersis religiosis precipimꝰ obseruari. † Et hoc etiã voluit. do. Ant. archiepꝭ in tertia parte summe, tit. xvj. c. j. §. xj. vbi agit de paupertate dictorũ fratrũ in particulari: vbi etiã dicit dictos fra-
6 tres obligari ad maiorẽ paupertatem ꝙ monachos. † Qđ si ita est: immo qꝛ sic est, dñium bonorũ, que dudũ anteꝙ regulã huiꝰ sacri ordinis profiterent habuit venerabilis vir frater Michael ramuti, heres ꝓ parte honorabilis quodã viri Desiderij ramuti remanere aut residere nõ potuit apud ipsuꝫ fratrẽ Michaelẽ, ꝫ transiuit ad conuentũ loci de Buxo, cuius conuẽtualis extitit, ꝛ in quo dictã regulã ꝓfessus est idẽ frater Michael. per id qđ no. Spe. ti. de statu mona. §. j. versi. tertio queriť. ꝛ seq. Archi. in. d. c. qꝛ ingrediẽtibus. xix. q. iij. ꝛ Jo. de imol. in. d. l. j. col. x. ver. aut iste est ingressus ordinẽ predicatorũ. ff. de testa. vbi etiã refert ꝙ hoc satis senserũt Jo. an. ꝛ Lap. in locis per eũ allegatis. qđ etiã videť de mẽte Albe. in auť. ingressi. col. mihi. iij. ver. item cõsueuit queri quid erit de bonis ingredietiũ. Cũ igiť bona hmõi fuerint facta dicti cõuentꝰ, nõ solũ quoad hoc vt illa vẽdere posset, ꝫ etiã quoad hoc vt posset illa retinere, ꝛ hoc ex dispositione priuilegiorũ apostolicorũ, nõ videtur valuisse licẽtia, quã eidẽ fratri Michaeli concessisse pretendať reuerẽdus pater do. Antonius naude ꝓuincialis, de testando ꝛ disponendo de dictis bonis. Et
7 saltẽ nõ quoad hoc vt de eis testari posset: † qꝛ monachus cui, vt prediri, equiparatur frater predicator in hoc: qꝛ nullus eorũ põt habere propriũ in particulari, testari non põt dicta auť. ingressi, ꝛ. d. c. qꝛ ingredientibus. ꝛ. c. sequẽ. xix. qõ. iij. ꝛ non solũ non potest monachus ꝛ cõsequẽter nec frater predicator de iure cõmuni testari, quinimo nec potest per consuetudinẽ vel statutum habilitari ad testãdum: quia hoc repugnat regule monastice. c. cuꝫ
8 ad monasteriuꝫ. de statu mona. † ꝛ ea que sunt regule nõ possunt statuto vel cõsuetudine immutari, vt voluit Federi. consilio. xx. quem commemorat Bal. in dicta auť. ingressi. col. j. ꝛ licet papa possit cõcedere monacho, ꝛ consequenter fratri predicatori licẽtiam testandi, vt colligitur ex his que no. Bal. in. l. fina. C. vnde legi. in auť. nisi rogati. colũ. penu. versic. quero quid si monachꝰ. ꝛc. in. l. si quando. circa ꝑ. principij. C. de inoffi. testa. ꝛ in. l. j. C. si
9 ser. extꝫ. Pau. de cast. in. l. ꝛ militibus. C. de testa. mili. † hoc tñ non videtur posse facere pater prouincialis, qui nõ potest derogare regule aut iuri cõmuni, quibus ipse subijcitur: quod non est in papa, qui iuri nõ subijcitur, sed ius ibi. c. proposuit. de concessio. prebẽ. Dico igitur, respondendo ad quesita parte venerabilis conuentus ad me missa, ꝙ dicta licentia non valuit, ꝛ quod testamentũ dicti fratris Michaelis fuit ꝛ est nullũ, ꝑ predicta.

Ceterum quia dictus domi. prouincialis nõ solum dicit concessisse eidem fratri Michaeli licentiam ꝛ authoritatem testandi, sed etiam disponẽdi de bonis suis, dico ꝙ si licentia ꝛ authoritas huiusmodi concessa non extiterit de consensu dicti cõuentus, ꝛ ipse frater Michael non per testamẽtum, sed forte per donationem, aut per alium contractum disposuerit de dictis bonis in preiudicium dicti conuẽtus
10 hec dispositio nõ valuit: † quia inferior a principe nõ potest etiã cum causa auferre ius alteri quesitum not. Bal. in. l. ij. colum. x. versicu. not. ꝙ plenitudo ꝛc. C. de seruitu. ꝛ aqua. vbi dicit quod solius principis priuilegiuꝫ est vni auferre ꝛ alteri dare de plenitudine potestatis. Et ideo concessa comiti Palatino potestate legitimandi spurios, non intelligitur per hoc concessa facultas preiudicandi legitimis, vel iuri quesito, vel radicato alteri, secundum Bald. ibi, ꝛ in. c. domino guerram. colum. vij. versi. est autẽ sciendum. tit. hic finit lex. ꝛ in. l. rescripta. ad ꝑ. versi. ex predictis apparet. C. de preci. imper. offe. dicit etiam Fede. de seni. cõsilio cc. quod legatus non potest sine causa auferre vni ecclesie ꝛ dare alteri. Et idem sentit Bal. in. c. j. colum. ix. versic. queritur de legato, qui feu. dare pos. quod etiam voluit Roma. cõs. cxxviij. exordiente, Viso pũcto. ver. quoad secundum breuiter est dicendum. Et per hec patet responsum ad omnia quesita, excepto vltimo, in quo queritur de modo ꝛ forma agendi, ꝛ contra quẽ. Cui plene respõdere nõ possum, nisi prius intellexerim an dictus quõdam frater Michael testatus extiterit, aut alio titulo dicta bona transtulerit in alium vel alios, ꝛ in quos. Jllud tamẽ certum est ꝙ agendum sit contra occupatores bonorum predictorum. Que dixerim sub correctione ꝛc.

1 ¶ Legitime ꝛ trebellianice detractio an cadat i fideicõmisso.
2 Abusus rei sue an permissus.
3 Substitutio per mortem pendente conditione an fiat caduca.
4 Verbum ꝛ suos, per exclusionem vnius an includat sequentes, ꝛ inuitet ordine successiuo.
5 Filij respectu matris an dicantur sui.
6 Testator preferẽs primogenitã secũdogenite an videatur plus illam dilexisse, ꝛ quid de filijs primogenite, an excludant secundogenitam in substitutione facta de primogenita.

¶ Epitome.

¶ Cum primogenitã institutã testator predilexit, ꝛ liberos eius predilexisse videtur, exclusa secundo genita substituta. V. F.

¶ De insti. ꝛ subst. Consi. iij.


Jso consultationis themate mihi exhibito parte Joãnis, Francisci, ꝛ Elidis filiorum honeste quondam mulieris Margarete roerij, ꝛ dubio seu dubijs ex themate huiusmodi elicitis dico ꝛ respondeo ad dubia huiusmodi breuiter ꝛ succincte, qꝛ temporis opportunitas aliter nõ patitur

1 patitur, prout infra. † Pro quorum faciliore solutione premitto hic non esse dubiũ de duabus quartis, scilicet legitima & trebellianica, Guillielmi roerij filij & vniuersalis heredis Joãnis roerij pmi testatoris, & aui materni dictorũ Joãnis, Francisci, & Elidis, quas idẽ Guillielmus heres & de restituendo sub conditione grauatus detrahere potuit, scdm gl. Bar. & docto, qui ita no. in. l. qr papinian⁹. §. meminisse. ff. de inoffi. testamẽ. gl. & Bart. in. l. ꝙꝙ. C. ad legẽ falci. Bald. in. l. filiũ quem. C. fami. ercis cun. Pro quo dicto sunt boni text. de iure canonico in. c. raynutius. & c. raynaldus. de testa. Et vt dicunt Ange. & Joan. de imo. in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulg. & pupilla. ista opinio seruatur in iudicijs & in scholis, prout etiã late disputant & tenent Joã. de imol. & moderni in. l. in ratione. §. ꝙ vulgo. ff. ad legem falci. qr istas detrahere possent prefati Joãnes, Frãciscus, & Elidis, seu ipsa Elidis & Mattheus vergerij, qui ab eisdẽ Joãne & Frãcisco causam habent: qr nemini dubiũ est, quin dictus Guillielmus illas cõstituere potuerint in dotẽ & pro dote dicte quõdam Margarete, post ꝙ (vt prediximus) ille detrahi poterãt: & sic non erant venture in restitu-
2 tionẽ fideicõmissi. † Est enim quilibet moderator & arbiter rei sue, etiã vt ea abuti possit. l. in re mãdata. C. mandati. l. dudum. C. de cõtrahen. emptio. & vendi. l. polla. C. de his quibus vt indig. & c. de his. ad fi. de sepu. iuncta. l. sed & si lege. §. cõsuluit. ff. de pet tio. heredi. Et cũ dicto quõdã Joãni pmo testatori supfuerint quatuor liberi, legitima horũ solum fuit triẽs, seu tertia pars bonorũ eiusdẽ quondã Joãnis equaliter inter eos diuidẽda, aut. de trien. & semis. §. j. colla. iij. & trãsumptiue in aut. nouissima. C. d inoffic. testa. Et sic legitima dicti Guillielmi erat duodecima pars, seu vna vncia, que detrahi poterat de fideicõmisso, & deinde de residuo d trahi poterat quarta pars p trebellianica, iuxta theoricã quã pouit glo. in. d. c. raynaldus. sup verbo, licet totas. & Jo. de imol. in. d. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. & pupil.

Quo premisso dico & respondeo ꝙ non solũ dictas quartas possunt prefati Joan. Franciscus, & Elidis, seu dicti eorũ cessionarij detrahere seu retinere: sed ẽt retinere possunt id quod in vim facte substitutionis ad se pretendit pertinere honesta mulier Antonia roerij dictorũ Jo-
3 annis, Frãcisci, & Elidis matertera. † Tũ qr licet substitutio facta de dicta quondam Margareta eorũ matre, que mortua dicit pendente cõditione fideicommissi, fuerit facta caduca quoad eã nec ipsa ius substitutionis huiusmodi ad dictos Joannem, Frãciscum, & Elidem transmiserit, & sic ex persona eiusdẽ Margarete succedere nõ possint in vim substitutionis huiusmodi. l. si in personam. C. de fideicõmis. l. vnica. §. sin autẽ sub cõditione. C. de cadu. tollen. l. miles. §. j. l. vnum ex familia. §. rogo. in fin. l. cũ pater. §. hereditatẽ. ff. de lega. ij. l. quero. ff. de alimẽ. & ciba. lega. & quod not. glo. & oẽs scribentes in. l. vnica. C. de his qui ante aper. tab. potuerunt tamen & possunt dictus Joãnes, Franciscus, & Elidis ex sua propria persona, & in vim substitutionis de eis facte succedere: quia prefatus quondã Joannes eorũ auus maternus nõ solum substituit post mortẽ Guillielmi & Petri roerij, si sine liberis decederent, prefatã Margaretã, ipsorum Joannis, Francisci,
4 & Elidis matrem: sed etiã suos. † Quo fit vt ꝙuis eadẽ Margareta propter eius mortẽ exclusa extiterit: ipsi tamen non excludãtur, quinimo ipsius Margarete exclusio fuit & est eorũ inclusio. l. gallus. §. quidam recte. & quod ibi not. per scribentes. &. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. quod etiam voluit Pau. de cast. consilio. cccliij. exordiente, Visis omnibus punctis &c. col. ij. ver sic. dicet aliquis & qui fuerunt isti substituti. Et hec procedũt siue dicamus eosdem Margaretam & suos fuisse inuitatos ordine successiuo, vt voluit Bart. in. d. §. quidam recte. quatenus ibi loquitur de inuitatione eorum inter quos est ordo charitatis: siue dicamus eos fuisse simul inuitatos, prout probari videtur per id quod habetur. d. c. raynutius. quod ibi Joan. de imol. colum. v. versi. not. ꝙ institutio vel substitutio relata ad duos dispares in gradu &c. quia isto casu propter mortem predicte Margarete, que mortua est pendente conditione, accreuisset ius seu portio eidem relicta prefatis Joãni, Francisco, & Elidi. d. l. vnica. §. sinautem sub conditione. C. de cadu. tollẽ. & quod voluit Dyn. consi. vj. & Jo. and. in addi. Specu. tit. de testa. §. in primis. in addi. que incipit, quod de precedenti. ver. ad tertium.

cunt q̄ si testator filium impuberem heredem instituat, ⁊ sibi si
in pupillari etate decesserit Titiū substituat, ⁊ Titio si quando-
cunq̄ sine liberis decesserit Sempronium substituat, ⁊ postea cō
tingat Titiū ab humanis decedere supstite filio herede, ⁊ postea
moriatur filius adhuc impubes: illi pupillariter succedit Sem-
pronius secundo loco substitutus. Ubi aduertendum est, q̄ nec
Bar. nec alij distingunt, an Titius primo substitutus, ⁊ cui sub
conditione si sine liberis decederet fuerat Sempronius substitu
tus, sine liberis vel cum liberis decesserit, sed simpliciter dicunt
Sempronium succedere filio pupillo. Propter q̄ videntur sen-
sisse q̄ hic non sit curandum an sine liberis vel cū liberis decesse
rit Titius, postq̄ pupilli hereditas ad Titium nō peruenit. Et
sic curandum non sit de liberis Titij, quorū fauore fuerat in sub-
stitutione sibi facta posita illa conditio, si sine liberis. l. generali-
ter. C. de insti. ⁊ substi. l. luci⁹. la. ij. ff. de hr̄di. insti. ⁊. l. si is q duc
ta. §. fi. ff. de re. dubijs. q̄ tn̄ liberis dictoꝝ Honorati ⁊ Thomas
sij nō vr̄ posse ꝓdesse, postq̄ fideicōmissum ad dictos Honoratū
⁊ Thomassiū nō ꝑuenit, nec ipsi liberi cēseant̃ eisdē Honorato ⁊
Thomassio substituti, vt voluit gl. Bar. Bal. Ang. Jo. d imol.
⁊ doc. cōiter in. d. l. luci⁹. Et ꝙ isto casu obesse nō debeat liberis
dicti Joānis de rocha, q̄ p̄fati Honorat⁹ ⁊ Thomassius deces-
serint supstitibus liberis: cōsuluit egregie Pau. de ca. cōsi. cccli.
exordiēte, Presens dubiū vr̄ ꝓbari ⁊c. vbi ⁊ bonas ⁊ pulchras
rōnes ꝑ hoc inducit, ⁊ rn̄det multis ꝯrijs ꝑ eū fundatis, q̄ obsta-
re videbant̃: vbi poterit videri, ⁊ tota sua determinatio ⁊ discur-
sus adaptari huic casui: ⁊ tota vis huius materie videt̃ stare in
hoc, quod substitutio cōpēdiosa facta de prefatis nobilibus Joā
6 ne ⁊ suis nō est facta ꝑ verbū obliquū: † sed per verbū perueniat.
quod est cōe, vt voluit Bart. in. l. cēturio. charta vlti. vers. modo
his premissis ⁊c. ff. de vulg. ⁊ pup. Bal. in repeti. c. si pater. de te-
sta. in. vj. ⁊ in. l. fi. C. de sacrosan. eccl. Joā. de imol. in. d. c. raynu-
tius. charta penul. col. iiij. ⁊ Alex. de imol. in. l. precibus. colū. vj.
versi. in ea ibi rogo vt hereditas ⁊c. C. de impube. ⁊ alijs substit.
⁊ in. l. hr̄des mei. §. cum ita. col. j. versi. not. ꝙ verbū peruenire. ff.
ad Treb. Dicta ergo substitutio cōprehendebat non solū substi
tutionē fideicōmissariam, per quā censebant̃ rogati ipsi Honora
tus ⁊ Thomassius si sine liberis ⁊c. de restituēdo bona dictis no
bilibus Joanni ⁊ suis, sed etiam cōprehendebat vulgarē substi-
tutionem, vt voluit Cy. in. d. l. precibus. ⁊ Bar. in allegata. l. cen
turio. in tertia questiōe principali, ver. q̄ro vtrū sui substitutio cō

pendiosa facta per verbū cõe ⁊c. Censebantur igitur dicti Joan
nes de rocha, ⁊ sui, duobus modis inuitati, vno modo in vim vul
garis: scʒ eo casu quo morientibus prefatis de Anegre, ⁊ Bauda
sine prole legitima, nõ possent vel nollent dicti Honoratus ⁊ Tho
massius eidem substitui sibi succedere. Et isto casu censent sub-
ingressi locum ipsorum Honorati ⁊ Thomassij. Et quẽadmodū
illis non obstitissent liberi, si illos habuissent: quominus eis de-
beatur fideicõmissuʒ eo casu quo dicti de Anegre ⁊ Bauda mor
tui fuissent, prout mortui extiterunt sine prole legitima: ita nec
istud obstare debet eisdem nobilibus Antonio, Herico, ⁊ Ber-
nardo: qꝛ fideicõmissum ab ipsis de Anegre ⁊ Bauda relictum
per mortẽ dictorū Honorati ⁊ Thomassij remãsit penes eos seu
dictã Baudã cū suo onere: quod fuit illa conditio, si ipsi de Ane-
gre ⁊ Bauda sine ꝓle legitima decederẽt: qꝛ istud fuit onus pri-
morū substitutoꝝ, hoc est dictorū Honorati ⁊ Thomassij. Sed
illa conditio posita in substitutione facta de dictis Joãne ⁊ suis,
scʒ si dicti Honoratus ⁊ Thomassius sine ꝓle legitima decede-
rẽt, nõ fuit onus ipsoꝝ Honorati ⁊ Thomassij: sed potiꝰ fuit eoꝝ
⁊ suorū liberoꝝ fauor, ⁊ onus seu grauamen dictoruʒ Joannis ⁊
suorũ. Sed cū isto onere nõ remansit fideicõmissum penes Bau-
dam, sed, vt dixi, cum onere iūcto ipsis Honorato ⁊ Thomassio,
dicta. l. vnica. §. pro secundo. ⁊ qḋ voluerunt Bart. ⁊ Frã. de are.
in locis superius allegatis. Ad hoc igitur vt dicti nobiles An-
tonius, Henricus, ⁊ Bernardus dici possint inuitati isto primo
modo. sufficit qḋ dicti de Anegre ⁊ Bauda decesserint sine libe
ris seu ꝓle legitima. Nec curãdū est an dicti Honoratus ⁊ Tho
massius vel cum prole vel sine prole decesserint. Alio modo cen-
sentur prefati Joannes ⁊ sui fuisse inuitati in vim fideicõmissa-
rie substitutionis, eo vcʒ casu quo fideicõmissum morientibus de
Anegre ⁊ Bauda sine prole ⁊c, primo peruenisset ad dictos Ho
noratum ⁊ Thomassiū. Et isto casu fateor ꝙ si ita contigisset, ⁊
deinde decessissent ipsi Honoratus ⁊ Thomassius superstite ꝓle
legitima, non fuisset locus huic substitutioni, nec potuissent di-
cti de Rocha petere fideicommissum propter defectum condi-
tionis. Uerum qꝛ hec plenius videri possunt in dicto cõsilio, vlte
rius non insisto. Respondendo igitur per ordinem ad quesita, di-
co ad primū qḋ cū liberi dictorum Honorati ⁊ Thomassij non
censeant, vt dixi, inuitati, ipsi nõ possunt succedere in bonis dicte
quõdã Alaysie nisi pro ea parte, de qua potuerūt ipsi de Anegre
⁊ Bauda disponere, de qua infra dicetur. ¶ Ad secundum di-
co ⁊ respondeo ꝙ dicti nobiles Antonius, Henricus, ⁊ Bernar
dus filij dicti Joãnis fuerunt inuitati, ⁊ debẽt succedere, vt pre-
dixi, in bonis prefate Alaysie. ¶ Ad tertium dico qḋ Petrus
de Anegre heres pro parte institutus, ⁊ grauatus de restituẽdo
dicte Baude eius vxori, potuit detrahere de sua parte quartam
trebellianicam: in quã tñ debuerunt imputari fructus per eum
percepti ꝙdiu vixit. l. in fideicõmissariã. in prin. ⁊ quod ibi glos. ⁊
doc. ff. ad Trebel. Et de eo qḋ plus ascendebat dictã quarta, ꝙ
7 fructus percepti, potuit ipse Petrus disponere. † Bauda vero,
qꝛ erat filia naturalis ⁊ legitima prefate testatricis, potuit de sua
portione detrahere duas quartas, scʒ legitimã ⁊ quartã trebellia
nicam, per id qḋ no. gl. Bar. ⁊ doc. in. l. papinianus. §. meminisse.
ff. de inoffi. testa. Pro quo sunt boni text. in. d. c. raynutius. ⁊ c.
raynaldus. de testa. Multas remissiones ponit, que videri pote
rūt, do. Jason may. in aut. res que. col. iij. C. cõi. de leg. Et si ipsa
fuerit vnica filia dicte quondã Alaysie, legitima sua erat triens
bonorū eiusdẽ Alaysie, aut. de triẽ. ⁊ semis. §. j. colla. iij. ⁊ trãsum
ptiue in aut. nouissima. C. de inoffi. test. que detrahẽda erat de di
cta eius parte. Et de residuo huius partis poterat detrahi quar
ta pars pro trebellianica, iuxta doctrinam quã ponit glo. in. d. c.
raynaldus, super verbo licet totas. ⁊ Jo. de imol. in. l. coheredi.
§. cum filie. ff. de vulga. ⁊ pupil. Alia vero bona dicte quondam
Alaysie, seu totum residuū eorūdem restitui debet dictis de Ro
cha: ⁊ intelligo nõ solum de residuo illius partis, in qua fuit ipsa
Bauda instituta: sed etiam de illa parte in qua fuit heres institu
tus de Anegre. l. heredes mei. §. cum ita. ⁊ quod ibi docto. ff. ad
Trebel. l. sceuola, ⁊ quod ibi Barto. ⁊ docto. ⁊ Bar. in. l. marcel-
lus. §. quidam libertis. ff. eo. tit. Ange. ⁊ alij in. l. ita tamen. §. qui
suspectam. illo eo. titu. Ange. in. l. cum virum. C. de fideicõmis. et
Barto. in. l. si titius. iuncta glo. fi. ff. de lega. iij. Que dixerim sub
correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Articuli an debeant admitti post conclusionem in causa.
2 Conclusio libelli summopere attendenda.
3 Testis deponens pro sua exoneratione, ⁊ ex depositione repor-
tans cõmodum, an probet et sit idoneus, ⁊ quãdo, ⁊ quid in pro-
batione possessionis ad prescribendam talliandi facultatem.

¶ Epitome.

¶ Post conclusionem in causa non sunt articuli admit-
tendi. U. F.

¶ De edendo. Consilium. xxiiij.



1 Non † debuerunt, nec
de iure potuerunt, maxime sine condemnatione
expensarum syndici vniuersitatis oppidi seu ca
stri loci sancti Andree de Beaucaire, post con-
clusionem factam in quadam ciuili causa dudū
cepta per ⁊ inter ipsos syndicos ex vna parte, ⁊ ꝓbos viros Joã-
nem ⁊ Jacobum hugonayge ex alia, admitti ad producendum ⁊
probãdum quosdam pretensos articulos exordientes, Pro am-
pliore ⁊c. parte eorundem syndicorum in causa huiusmodi obla-
tos ⁊ productos: causis, rationibus ⁊ motiuis ex actis cause hu-
ius clare apparentibus: ⁊ non solum admitti non debuerunt post
cõclusionẽ hmõi: quinimo nec post rñsionẽ factã quibusdã literis
expositorijs, pre dictorū syndicorū a vobis venerabili ⁊ egregio
viro dño iudice dicti loci impetratis: nõ potuerūt aut de iure de
buerūt articuli hmõi admitti; vt pote per quos, ⁊ in eis cõtenta
corrigebat petitio per eos facta in predictis literis, vel ei adde-
bat. Pro quo allegasse sufficiat ea que no. omnes scribentes in
l. j. ff. de eden. l. edita. C. eo. tit. ⁊. c. ij. de libel. obla.

Preterea supposito ꝙ articuli hmõi de iu-
re admiti debuissent, seu etiã po-
tuissent: nõ possunt tñ nec de iure debẽt ipsi syndici in hac causa
2 victoriã obtinere. † Et quidẽ nõ in possessorio retinẽde possessio-
nis: qꝛ in illo nõ concludūt, vt patere potest tam ex tenore cõclu-
sionis dictarū literaruʒ, ꝙ ex cõclusione articulorū hmõi, ad quã
maxime aduertendū est potius ꝙ ad narrata. Pro quo videri
pñt multe remissiones, quas ponit Aud. sicu. consi. xxxviij. exor-
diẽte. Preclare scripsit psalmista celebris. Prope est dñs inuo-
cãtibus eū ⁊c. col. xliij. ver. itẽ subdit postea dicta dña Petrina
in scda parte, ⁊ Ange. are. in. §. j. ver. in fi. gl. ꝑ hoc facit ⁊c. ibi, ⁊
tene mẽti perpetuo qḋ ad duo semper in libello est aduertendū,
insti. de actio. Et si in possessorio hmõi cõcluderẽt, nõ procederet
cõclusio: pro eo: qꝛ illa non descẽdit ex narratis, ex quibus si vera
essent potius cõcludi debuisset in possessoria recuperãde posses-
sionis, per ea que no. doc. in. c. querelã. de elec. ⁊ alia ad hoc ⁊ ple
ne ⁊ opportune allegata ꝑ dñm Simonẽ de trebacis filiuʒ meū.
Nõ etiã vident dicti syndici cõcludere in possessorio recuperãde:
qꝛ illi nõ adaptat cõclusio facta in predictis literis, cui tñ se ad-
herere dicũt dicti syndici in cõclusione ditorum articulorū. Re
manet igit conclusionẽ predictã fuisse ⁊ esse factã in petitorio: in
3 quo tñ no possunt obtinere. † Tū qꝛ testes parte dictorū syndico
rum in hac causa ꝓducti fuerūt ⁊ sunt de his qui tenent ad solu
tionẽ tallie in causa mẽtionate, ⁊ qui vt deponūt in solutione il-
lius cõtribuūt: nõ ergo sunt idonei testes, vt pote deponentes in
causa in qua cõmodū reportarẽt si syndici vincerẽt, ⁊ qui depo-
nunt ad sui exonerationẽ. l. omnibus. C. de testi, ⁊ qḋ no. Bar. in
l. deferre. §. idẽ decreuerūt. ff. de iu. fis. Cui nõ obstat quod ex ad
uerso pretendit, scilicet ꝙ tūc debeat credi testi. alʼs minus suffi-
ciẽti, qñ alia ꝓbatio deficit. Quī respondeo ꝙ illud est verum qñ
ex natura illiꝰ facti ⁊ negotij verisimiliter alij testes nõ possunt
occurrere, vt puta ad probãdum ea que agūtur in capitulo cano
nicorum, istã ipsi canonici erūt testes idonei. c. veniens, le. ij. §. fi.
de testi. Secus aūt est si alij testes ex natura illius facti vel nego
tij poterãt occurrere, licet casualiter no interfuerint, fm Alexã.
de imo. cõsi. lxiiij. exordiẽte, Uiso themate ⁊c. co. iij. ver. restat er
go, post Anto. de butri. consil. xxiiij. exordiente, Questio dubia
vulgaris habet ⁊c. Certum est autem qḋ in casu, de quo querit,
non est verum ꝙ verisimiliter non potuissent occurrere alij testes
in illis pretensis solutionibus, quas fuisse factas pretendunt per
dictos Joannem ⁊ Jacobum. Non enim sunt solutiones huius-
modi comparande vel aptande actibus capitularibus, ad quos
vocari non solent nec illis interesse nisi illi de capitulo. Et ideo
non mirum si illi sint testes idonei de ⁊ super illis, que in eis agun
tur. Tum ⁊ quia si depositionibus testium huiusmodi standum
esset, prout non est: illi tamen non probarent de possessione suffi-
cienti ad prescriptionem facultatis talliandi: maxime in hoc ca-
su, vbi nec causam nec titulum sufficientem allegarūt. Pro quo
allegasse sufficiat not. per Innocen. ⁊ docto. in. c. peruenit, de cẽ-
sibus, per multos in. l. cuʒ de in rem verso. ff. de vsur. Ex quibus,
vno cum alias in hac causa allegatis per dictuʒ do. Symonem,
dico ⁊ concludo, sententiam absolutoriam esse in hac causa profe
rendam pro dictis Joanne ⁊ Jacobo. Et ita mihi videtur, sub
correctione ⁊c.

1 ☞ Jus, an sit dictio generalissima apta referri ad petitorium
⁊ possessorium, ⁊ illa importet diuisim aut coniunctim. nu. 6.
2 Tempus centum annorum an habeat vim constituti, ⁊ sit tem-
pus antiquum.
3 Possessioni immemoriali innitens an possit concludere in peti-

torio tanq̃ ꝓponens apta ad illud.

4 Clausula, et alias ius et iustitiam etc. an extendat conclusionẽ specificam extra petita in specie in libelli conclusione, et quid operetur, et qualiter stet.

5 Consulens debet totum partis libellum inspicere.

¶Epitome.

¶Fundans intentionem suam in libello ex cursu temporis centum annorum, quod habet vim constituti, censetur petitorium intentare. A. F.

¶De eodem. Consilium.xxv.



Nihil inducitur parte vniuersitatis Insulane, contra nobilem et generosum virum Giraudũ de anceduna, in quadam eius schedula exordiente, Audio qđ in quadam causa etc. propter qđ defendi possit quin ipsa vniuersitas seu domini syndici illius censeantur et censeri debeant intentasse etiam petitorium, causis, rationibus, et motiuis alias per me allegatis.
1 † Et quibus non obstat qđ pretenditur in predicta schedula, scz ꝙ verbum ius, sit verbũ generalissimũ, aptum referri ad petitorium et possessoriũ, et qđ aliquũ importat petitorium tantũ, aliquãdo possessoriũ tãtum, aliquando vtrũq;. Pro quibus singula singulis oportune referendo allegat̃ text. et glo. in .l. si quis ad se fundũ, in verbo possessiõis iura. C. ad leg. Iul. de vi publi. et quod no. Inn. in .c. epi. de re. eccle. nõ alie. et post eum Bald. in .l. iubemus. §. sane. ad fi. C. de sacrosan. eccle. dñi de Rota ti. vt li. penden. cõclusione quinta, in nouis, exordiẽte, Itẽ surrogatus in litẽ etc. et quod consuluisse pretenditur do. Feli. quibus addi poterat, qđ voluit idẽ do. Feli. extra de rescrip. sup rubrica. colũ. iij. Qm̃ respondeo in primis ꝙ nec Inn. nec Bal. loquunt̃ oĩno in terminis, de qb⁹ cõtendimus: sed in alijs, scz in verbis ac ius et proprietatẽ etc. do. de Rota, et do. Feli. etiã nõ simpliciter dicũt ꝑut referuntur: sed loquunt̃ eo casu quo quis surrogat⁹ est in ius, qđ quomodolibet defuncto cõpetebat. Et ita si vel ɔtẽdere oporteret vel etiam expediret, parum suffragarentur horũ doctorũ dicta prefate vniuersitati aut dominis syndicis. Sed hac cõtẽtione omissa, vel ad tẽpus seposita, dico (citra preiudiciũ veritatis) ꝙ si in dictis pretẽsis articulis esset dictũ, nõ quidẽ vt dictũ est, dictã vniuersitatem et hoĩes Insule habuisse ab antiquissimis tẽporibus et citra, et habere ius depascẽdi et lignãdi: scz eos fuisse a dictis tpib⁹ et citra, et
2 esse in possessione etc. censerent̃ isti intentasse petitoriũ. † Pro eo qꝛ niterent̃ fundare intentionẽ ex cursu tpis cẽtũ annorũ, qđ habet vim constituti. Primũ scz ꝙ non dixerim tpa antiquissima vel tps antiquissimũ, sed tẽpus antiquum est tempus cẽtũ annorum, ẽm Inno. qui ita finaliter alicubi firmat. Idẽ etiã voluerũt alicubi Io. de imol. et Panor. et rursum hoc voluit alibi Ioã. de imol. Dicit etiã alibi Alex. de imol. ꝙ hec est cõis opinio, qui et ꝑ ea sepe consuluit. Scdm̃ vero, scz ꝙ tẽpus huiusmodi habeat vim constituti .l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quoti. et esti.
3 l. j. in fi. ff. de aqua pluui. arcẽ. et .c. j. ad fi. de prescrip. in .vj. † Et ꝙ innitẽs possessioni seu quasi tanti tpis possit concludere in petitorio tanq̃ ꝓponẽs apta et pertinentia ad petitoriũ, videant̃ alicubi Bar. et legiste, et quidẽ in multis locis, et Panor. alibi. Dicunt enim ꝙ agendo petitorio quis q̃nq; se fundat ex solo cursu tpis, tanti vcz de cuius initio hominũ memoria nõ existit. Non est igitur verũ ꝙ dicitur in casu nostro, in quo dictũ est dictos de Insula habuisse ab antiquissimis tpib⁹, et citra, et habere ius depascendi et lignerandi: qꝛ nec hoc esset verũ in casu magis dubio, scz si dictũ esset eos fuisse ab antiquissimis tpibus, et citra in possessione etc. Et nõ solũ hoc fuit propositũ, sed etiã testes superius producti et examinati. Ob qđ nũquid fuisset, et iniquissimũ existeret si nobilis et generosus vir Giraudus de Anceduna, et domina Romana ei⁹ vxor nõ potuissent, et posset idẽ nobilis Giraud⁹ opponere de cõcernẽtibus petitoriũ: vt verbi gratia, actionẽ negatoriam, cum ex deductis ex aduerso possit concludi in negatoria, quinimo et in ea conclusum extiterit propter illã clausulam, et alias ius et iustitiã, vt alias dixi. Si autem dũtaxat petitũ extitisset declarari eosdẽ de Insula seu vniuersitatẽ esse in possessiõe etc. et nõ esset subiecta illa clausula, et alias ius et iustitiã etc. tũc ꝓcederet qđ ex aduerso opponitur: sed suppositio illius clausule facit vt cẽseant̃ etiã voluisse intentare petitoriũ, et cõcludere in illo.

4 † Qđ autem dicit ꝓfatus do. cõsulẽs, hanc clausulã, et alias ius etc. nõ extẽdere cõclusionẽ specificã extra ea, que fuerũt petita in spẽ in cõclusione libelli, nõ ꝓcedit de iure: sed eius ɔtrariũ. Vide Ange. in .§. si. fo. xj. et fo. lj. et seq. col. iiij. institu. de actio. qđ etiã voluerũt Calde. Anto. de but. Panor. et Ange. are. viri profecto nõ cõtẽnẽde authoritatis: et q ẽt rõnes inducũt, ex quib⁹ hoc efficaciter ɔcludit, ꝑut alias ostẽdere ũ oportuerit. Quinimo pl⁹ dicit Panor. cõsiliũ esse ꝙ etiã post cõclusionẽ specialẽ ponat illa cõclusio gñalis, et peto mihi de ꝑdictis iustitiã fieri. Cuius ɔsiliũ esset illusoriũ et inane, nisi illa clausula aliqđ oparet̃ vltra expressa ispãli cõclusiõe. Ad id vero qđ vlteri⁹ dicit, nõ esse semp et indistĩcte verũ qđ illa clausula sup ꝑmissis et singulis oib⁹ sit cõnexa et copulatiua, sic qđ semp videat̃ cõnexa et copulatiua oĩm ꝑmissoꝝ, imo est clausula disiunctiua et diuisiua, secundum qđ pars agit et concludit specialiter, et probationes suas facit conclusio talis se refert, et non vltra. Respondeo ꝙ ipse consulens equiuocat, et non attendit ad verba Bald. quem ipse allegare voluit in .l. possessiones. col. ij. ver. ex quibus allegationibus: ibi, dicebant enim qđ inquirentes. C. de proba. et in .l. j. charta penulti. versic. super septimo. ibi, sed vbi iudex inquirit. C. qui accusa. non pos. Quoniã Bal. in illis locis loquitur in clausula, Super quibus omnibus et singulis intendit inquirere veritatẽ. et in causa inquisitionali. Nos aũt loquimur in causa ciuili, et in clausula. Et alias petit in et sup premissis et singulis eorũdẽ ius et iustitiã sibi fieri: que alia est et multum diuersa, et cui⁹ diuersitas apparet ex diuersitate terminoꝝ: et ita non obstat dictum Bald. Preterea nec etiam obstat quod not. Ang. in .l. j. col. ij. versi. sequitur in glo. ff. de eden. qđ magnifacit idem do. consulẽs: pro eo quia videtur asserere Ange. loqui in istis terminis: Quoniam respondeo ꝙ immo loquitur in terminis multum diuersis. Dicit eniz qđ si dico ꝙ me spoliasti possessione annui census mihi debiti, licet non probem censum mihi deberi: si tamen probo spoliationem, sufficit ad victoriã. Sed pro deo respondeant mihi do. consulens quid ad Rhombum. Apparet enim ex terminis, qđ in hoc casu agens intentabat possessorium recuperande, et nõ aliud: nec aliquid narrabat ex quo aliud inferri posset. In casu vero nostro narrauerũt actores ṽba apta etiam ad petitorium, vt predixi. Et q̃uis specifice cõcluserint in possessorio retinende: tamẽ subiecerunt generalem clausulam. Et alias ius et iustitiam etc. per quam in hoc casu censendi sunt actores conclusisse in petitorio, ne idem repeti videatur. c. in genesi. de elec. et vt verba aliquid operentur. c. si papa. cum suis simili. de priuile. in .vj. et quia etiã talia sunt subiecta qualia predicata permittunt. c. inter dilectos. §. ceterum. de fide instrumen.

5 † Preterea si idem do. cõsulens totum libellum inspexisset, prout facere debuit, iuxta ea que habentur in .l. inciuile. et quod ibi Bald. et doc. ff. de legi. Cypria. i tracta. aduersus Nouatia. schisma. charta. iij. colum. ij. ver. nec se quidam vnica interpretatione decipiant: ibi, corruptores euangelij atq; interpretes falsi, extrema ponunt, et superiora pretereunt. Et Aug. psalmo. cxlv. versi. qui custodit veritatem. ibi. Beati, inquit, qui persequutiones patiuntur: expecta quid festinas etc. et alij in alijs locis, reperisset aliquid, immo ꝑfecto multum, quod eum releuasset ab hoc labore, et prohibuisset ne erraret. Legisset enim fuisse parte dictorum de Insula propositum in quarto et quinto articulis dicti pretensi libelli, eos fuisse
6 et esse in possessione depascendi et lignerandi etc. † Ex quo aperte concepisset ꝙ in dictis secundo et tertio articulis non debeat verbum, ius, accipi pro possessione: alias enim quartus et quintus articulus, aut saltem quartus, in quo idem repeteretur, superfluus existeret: qđ non est presumendum. Illa ergo doctrina dñi consulentis, scz ꝙ verbum ius aliquando accipiatur tantum pro petitorio, aliquando tantum pro possessorio, facit contra eum, et pro dicto nobili de Anceduna: quia ratio euitande repetitionis et superfluitatis satis monet, qđ in dictis secundo et tertio articulis accipiatur ius non quidem pro possessorio seu possessione, de qua postea et immediate articulatur in dicto quarto articulo: sed pro petitorio, seu qđ petitorio adaptari debeat. Etiam pro ipso nobili de Anceduna, et contra dictos de Insula facit aliud dictum ipsius do. consulentis, scz ꝙ declaratio sumitur a priore et posteriore. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de lega. i. Censentur ergo vel censeri debent ipsi de Insula deduxisse et petitorium in dictis secũdo et tertio articulis, et possessorium in quarto: super quibus etiam produxerunt testes, et illos examinari obtinuerunt. Propter qđ iniquum fuisset et iniquissimũ existeret si dictus nobilis de Anceduna, et domina Romana eius tunc vxor non potuissent, et posset idem nobilis de Anceduna opponere de concernentibus petitorium, et illa deducere: vt verbi gratia, actionem negatoriam, cum ex deductis ex aduerso possit concludi in negatoria: quinimo et in ea cõclusum extiterit, propter illam clausulam. Et alias ius et iustitiam ministrari: prout alias dixi.

1 ¶ Appellatione heredis an veniant etiã extranei, et heres heredis, et mediatus successor, etiam si fuerint multi intermedij.

¶Epitome.

¶Heredum appellatione omnes heredes veniunt etiam extranei: quo fit vt oẽs imunitate gaudeãt heredibus cõcessa. A. F.

¶De verbo.signif. Consi.xxvj.



Visis duobus instrumentis, vno videlicet confessio nis et declarationis factarū per nobiles Albertum de mōteiayo, et Jacobā eius vxorē, ipsam Jacobam vt tutricem et tutorio nomine nobilis Gauffrideti de monteiayo filij cōmunis dictorum nobilium Alberti et Jacobe. et hoc anno domini. M.ccc. cxxxviij. et die.xviij. mensis Julij, et altero vltimi et nuncupatiui testamēti dudum cōditi per venerabilē quondā virū dominum Petrū samuelis presbyterū: et in quo heredē vniuersalē instituit et nominauit Antoniū robase eius cognatum, et hoc anno domini. M.cccclxiij. et die quarta mēsis Nouēbris. dico et respondeo q cū prefati nobiles Albertus et Jacoba dixerint, cōfessi fuerint, et recognouerint tam prouidum quondā virū Joannem samuelis patrē quondā eiusdē do. Petri, q suos predecessores lōgissimo tempore vsos extitisse, ac suos ipsius Joānis heredes et successores vti debere immunitatibus, priuilegijs, et alijs in instrumēto predicto latius mētionatis: nō debuit nec debet prefatus Antonius impediri, quominus immunitatibus, priuilegijs, et prerogatiuis inibi mētionatis gaudeat, eisdē potiat et vtatur supposito prout mihi refert q idem Antonius fuerit et sit heres dicti quondā do. Petri, et per mediū ipsius prefati Joannis samuelis:
1 † q appellatione heredis veniūt, nō quidē p extensionē vocabuli, sed secundū propriā significationem, omnes heredes etiam extranei. l. heredis appellatione. l. heredis appellatio. et l. sciendū. ff. de verb. signi. l. si plures gradus. ff. de lega. ij. et l. iiij. §. lucius. ff. de alimen. et ciba. lega. et q voluit Barto. et doc. in. l. gallus. §. etiā si parēte. ff. de libe. et posthu. et Ange. cōsi. clxxxiij. exordiēte, Charissime frater et egregie legum doctor etc. Et non solum venit primus heres appellatione heredis: sed etiā heres heredis: q heres heredis testatoris est heres. l. fi. et qd ibi doct. ff. de heredi. institu. et appellatione successoris etiā cōprehendit successor vniuersalis. l. quedā. §. nihil interest. et qd ibi doc. ff. de eden. et. l. stipulatio ista habere licere. §. sicut. ff. de verb. obli. Et nō solū venit successor immediatus, sed mediatus etiā si fuerint multi intermedij. c. j. in prin. de homi. in. vj. p quē tex. no. ibi Gemi. q quis pōt se appellare successorē alicuius, quis p infinitos medios sit eius successor: sicut Inn. papa se ibi appellat successorem Petri, et tn intercesserunt multi medij. Cū igitur prefati nobiles Albertus et Jacoba cōfessi fuerint et recognouerint, vt iam dixi, antecessores prefati quondā Joānis, et ipsum tēpore lōgissimo fuisse vsos et gauisos immunitatibus, priuilegijs et prerogatiuis antedictis: suosq hrdes et successores debere eis vti et gaudere, palā infertur qd dictus Antonius eiusdē quondā Joannis vniuersalis heres et successor per mediū dicti quondā dñi Petri samuelis ipsius Joannis quōdam filij et vniuersalis heredis, eisdem immunitatibus, et priuilegijs, et prerogatiuis vti debuerit et debeat, prout etiam hactenus vsus est: scientibus, videntibus, et ita fieri merito patientibus dominis loci de Monteiayo. Et ita non debet nunc molestari aut impediri, quominus illis vtatur. Et ita mihi videtur etc.

1 ☞ Masculi et femine ab intestato qualiter in bonis patris succedant.

¶Epitome.

¶Filij et filie intestato patri equaliter succedunt, subductis ijs, que quibusdam fratribus quedam sorores remiserunt. V. F.

¶De suis et legi. libe. Consilium. xxvij.



Ponitur in facto q Antonius turqui vita functus est et ab humanis decessit intestatus, superstitibus et sibi superuiuentibus Martino, Guillielmo, Joāne, Joāneta, Mundeta et Catherina eius filijs et filiabus naturalibus et legitimis. Deinde autem successu temporis, vita functus est prefatus Guillielmus, superstitibus duabus eius filiabus naturalibus et legitimis. Et q prefate Joanneta, Mundeta, et Catherina dotate extiterant, dicta vcz Joanneta per dictum quondam Antonium eius patrē, et prefate Mūdeta et Catherina p dictos Marinum et Joānē eorū fratres, Quesitum est an ipse Joāneta, Mundeta, et Catherina, seu prefati Marinus et Joānes earum fratres et donatarij possint aliquid petere in bonis predicti quōdam Antonij, pretextu et ad causam donationum et remissionū
1 eisdem Marino et Joanni factarum. † Ad qd respōdeo breuiter et succincte, q cum idem Antonius ab intestato decesserit superstitibus ipsis Marino, Guillielmo, et Joanne, et tribus filiabus, delata est eius hereditas non solum ipsis tribus masculis: sed etiam prefatis. Joannete, Mundete, et Catherine, cuilibet vcz pro sexta parte, aut. de heredi. ab intesta. §. j. colla. ix. et transsumptiue in aut. in successione, C. de suis et legi. libe. Et istas tres sextas partes poterunt dicti Marinus et Joannes donatarij retinere de bonis paternis vltra et preter eorū duas sextas partes. Et hoc verum, nisi dotes dictarum Joannete, Mundete, et Catherine fuissent insolidum vel pro parte solute de bonis cōmunibus inter ipsos Marinum et Joannem ex vna parte, et Guillielmum vel eius filias ex alia: quia id quod solutum est de bonis cōmunibus, debet cedere lucro omnium: hoc est tam dictorū Marini et Joannis, q filiarum eiusdem quondam Guillielmi. Et sic ipsi Marinus et Joannes deberent minus recipere et habere pro dictis tribus sextis partibus. Si vero ipsi dictas dotes de suo soluissent, ipsi possent petere dictas tres sextas partes ex integro: q sic quatenus hoc concerneret filias dicti Guillielmi, nihil habuissent de bonis paternis. Et ita mihi videtur breuiter et succincte, cum tempus non suppetat, sub correctione cuiuslibet etc.

1 ☞ Nepotes qualiter succedant cum patruis in bonis aui.
2 Nepotes an excludantur a successione aui propter renuntiationem eorum matris, que ante patrem decesserat.

¶Epitome.

¶Non obstante quittantia per matrem facta, si ipsa anteq ius nanciscatur decesserit, filij eius in bonis auitis cum patruis admittuntur in stirpes. V. F.

¶De suis, et legi. Consilium. xxviij.



Christi nomine inuocato, Viso casu mihi dimisso pro Petri et Agnete bonardi, filiorum naturalium et legitimorum honeste quondam mulieris Sauonice Richarde, et ex ea nepotum Petri Richardi.
1 † Dico et respondeo breuiter et succincte, q cum prefatus Petrus ab humanis decesserit intestatus, superstitibus et sibi superuiuentibus Joanne, Antonio, Vincentio, Giraudo, Laurentio, Beatrisia et Joanna: et sic quinq filijs masculis, et duabus filiabus naturalibus et legitimis, et prefatis Petro et Agneta eius nepotibus ex dicta quondam Sauonia, isti omnes eidem successerūt: dicti videlicet filij et filie, et eorum quilibet pro octaua parte, et dicti Petrus et Agneta pro alia octaua parte, aut. de heredi. ab intestato. §. j. colla. ix. et transsumptiue in authē. in successione. C. de suis et legiti. libe. et. §. cum filius. et seq. institu. de heredi. que ab intest. defe. Nec eisdem Petro et Agnete refragatur vel obstat qd dicta quondam Sauonia quittasse dicatur prefatis Joanni, Antonio, Vincentio, Geraudo, et Laurentio eius fratribus bona et
2 iura paterna: † quia exclusio dicte quondam Sauonie, que decessit in vita prefati quondam Petri eius patris, non debet nocere dictis Petro et Agnete ipsius Sauonie filijs, et nepotibus eiusdem quondam Patris: de cuius bonis et hereditate seu successione agitur. l. si ex patronis. §. fin. ff. de bo. liber. l. si quis filio exheredato. circa principium. ff. de inius. rup. et irri. testa. Pro quo facit quia quittatio facta per prefatam Sauoniam videtur habere tacitam conditionem, si successio eidem deferretur. Et ideo si illa tacita conditio non euenerit, ipsa renuntiatio siue quittatio habetur pro non facta: sicut dicimus in stipulatione pure facta animo nouandi obligationem conditionalem: quia stipulatio habet tacitam conditionem, scz si eueniat conditio obligationis nouande: et propterea si illa conditio deficiat, stipulatio habetur pro non facta. l. quoties. ad fi. ff. de noua. et ista est communis opinio docto. in. l. qui superstitis. vbi Bartol. Joan. de Imol. Paul. de cast. Roma. et Francis. de are. ff. de acquirenda hereditate. Bald. Alexand. de Imol. et docto. in. l. pactum. C. de colla. et docto. in. l. pactum quod dotali. C. de pact. Et quis Salice. in dicta. l. pactum quod dotali, et voluerit et senserit qd predicta pcedant eo casu quo nepotes vellent succedere auo cum alijs nepotibus ex alijs filijs aut filiabus predefunctis: non tamen eo casu quo voluit succedere cum patruis, amitis, auunculis aut materteris, vt in casu nostro: in quo dicti Petrus et Agneta volūt succedere cum dictis eorum patruis et amitis: communis tamē opinio habet et tenet q etiam isto casu nepotes debeant succedere, et qd eisdem non refragetur vel obstet renuntiatio seu quittatio facta per matrem: quam sequutus est Barto. Joannes de imol. et docto. in dicta. l. qui superstitis. Bald. Alexan. de imol. et doc. communiter in. d. l. pactum. C. de colla. et doct. cōmuniter in dicta. l. pactum quod dotali. C. de pact. et Geor. na. in repeti. c. quis pactum. fo. vij. col. fi. versi. in eadem glo. in fi. vult gl. qd pactum de non succedendo etc. de pact. in. vj. Que dixerim salua visione instrumenti quittationis, quam fecisse dicitur dicta quondam Sauonia, quod non vidi.

1 ☞ Furnos facere an possit ciuitas que antea furnis domini directi vtebatur, et quando. nu. 3.
2 Edificare vsq ad celum etiam cum alterius detrimento an liceat in suo.

¶Epitome

¶Epitome.

¶Subditi in vasallorum furnis non tenentur coquere,nisi hoc
actum sit:nec solū tēpus eius rei prescriptionem inducit.V. F.

¶De subdi.vasal. Consilium.xxix.



Viso consultationis themate
parte vniuersitatis ⁊ hominū loci de Taulinha
no mihi exhibito, ⁊ dubijs ex casu huiusmodi
1 elicitis, † dico ⁊ respondeo prout infra. Pro
quorum faciliore solutione premitto, qȯ licet
vniuersitas ⁊ homines predicti ab antiquissimis temporibus p
coquendis eorum panibus accesserint ⁊ accedere consueuerint
ad furnum nobilis ⁊ potentis viri domini moderni eiusdem loci
⁊ suorum predecessorum:consueuerintq̧ pro decoctione eorum
panum certum quid dare ⁊ soluere,tam ipsi domino moderno,ꝙ̄
suis predecessoribus:ipsi tamen vniuersitas ⁊ homines nō essent
impediendi quominus sibi facerent furnum,si illum facere vel-
lent,⁊ in eo suos panes decoquere,vel quominus accederent ad
2 alium furnum pro suis panibus decoquendis.† Cuiq̧ enim li-
citum est edificare in suo etiam vsq̧ ad celum,etiam dato qȯ al-
teri noceat.l.fluminum.§.fin.cum duabus.ll.seq.ff.de dam.in-
fec.l.si in eo.ff.de aqua pluui.arcen.l.fin.⁊ quod ibi Angel.ff.de
vsuca.l.altius.⁊.l.si in edibus.C.de seruitu.⁊ aqua.⁊.c.significā
te.⁊ quod ibi Hostien.Jo.an.in nouel.Panor.⁊ doct.de appel.
3 † Barto.vero.in suo tractatu seruitu.sub rubrica de furno.iun-
ctis his que post Pet.not.Bald.in.l.j.col.ij.versic.ex predictis
infert Pet.⁊c.C.de seruitu.⁊ aqua.⁊ vt dicit ibi Bald.talis ac-
cessus factus est per modum mere facultatis,⁊ cuiꝰ pretextu pre
tendere non potest idem dominus se fuisse adeptum alicuius iu-
ris quasi possessionem.Et idem voluit Ambro.de vina.in repe-
ti.l.de quibus.ver.idem dico,ego si omnes de populo ⁊c.ff.de le
gib.Et hec procedunt nisi starent fortasse transactiones, vel alij
contractus,per quos tenerentur dicti vniuersitas ⁊ hoies suos
panes decoquere in dicto furno,⁊ nō in alio:vel nisi cū alias vo-
luissent furnum cōstruere vel ad alium furnum accedere pro de-
coquendis eorum panibus,ipsi fuissent prohibiti,⁊ prohibitioni
paruissent per tempus sufficiens ad prescriptionem:tunc eñi pre
dicta facere non possent,secundum communem conclusionem
doc.in dicto.c.significante.Quo presupposito dico ⁊ respondeo
ꝙ prefatus dominus modernus ⁊ predecessores potuerunt hoc
ius prescribere,vt qui in suo furno panes decoquerent soluerent
tantum,vtpote partem quindecimam vel vicesimam,ita ꝙ non
teneatur ipse pro minore summa decoquere: hoc etiam potuit
per consuetudinem introduci.Et istud non habet dubium.Nō
tamen puto qȯ propter emptionem domus,de qua in casu,tenea
tur ille sartor emptor domus seu partis illius,⁊ q vt dicit̄ est no-
uus incola dicti loci Taulinhani,soluere decimāquintam par-
tem.Et hoc maxime procedit si non probetur quod hec sit serui
tus illius domus.Et q̄uis vniuersitas non possit cogi per di-
ctum testatorem ad assumendum defensionem cause huius:ego
tamen cōsulo vt defensioni dicti sartoris,⁊ huic assistat propter
consequentiam vitandam:quia nisi hoc fiat,dictus sartor forte
causam dimittet,⁊ acquiescet voluntati dicti domini,vel forte
condemnabitur propter defectum oportune defensionis: ⁊ hec
parabunt viam contra alios nouos emphyteutas,qui forte eme
runt vel postea ement domos vel alia predia antiquorum habi-
tatorum dicti loci,seu eorum qui tenentur ad partem quindeci-
mam.Et erit bonum petere copiam petitionis, quam fecit seu
faciet idem dominus:vt sic videantur fundamenta eius.Et de-
inde dentur opportune defensiones.Que dixerim ⁊c.

1 ☞ Conceptus mentis in nominibus numerum vel mēsuram
importantibus qualiter exprimatur.
2 Mensura quo casu est loco demōstrationis,que falsa nec vitiat
nec minuit id cui adijcitur.
3 Mensura terre minore demonstrata ⁊ expressa in donatione,em
ptione,vel alijs contractibus,non obstante falsa demonstratio-
ne,an veniat etiam id quod plus est,⁊ quid econuerso.
4 Clausula,⁊ alias quantūcunq̧ contineat,apposita post mensu-
ram expressam in venditione quid operetur.
5 Venditio iugerum terre,qui mensuram expressam non attin-
git,an debeat pro numero diminui de pretio,⁊ an ratio bonita-
tis habenda,⁊ quando.
6 Emptor actionem quanti minoris intentans quid probare ⁊ de
ducere debet.
7 Actio quanti minoris que actio sit,⁊ quanto tempore duret.

¶Epitome.

¶Cum de fundi certa mensura actum est,illa precise debetur:
cum vero de fundo certe mensure, fundus quidem non precise
mensura,que magis demonstrationis causa adiecta est, presta-
bitur. V. F.

¶De edil.actio. ¶Consilium.xxx.



1 Vulgaris † est ⁊ trita distinctio ⁊ do-
ctrina, quam ponit Oldra.
consil.mihi.cxlvij.alijs vero.cxcvij. exordiente,
In concessione cuiusdam donationis ⁊c.distin-
guens an loquens mentis conceptum explicare
incipiat a nominibus numerum vel mensuram
importantibus,⁊ tunc nō videtur actum de maiore numero aut
quantitate,ꝙ̄ denotent numerus aut quantitas expressi.Et idō
si dico concedo tibi tot mensuras terre,expressis cōfinibus,q̄uis
intra confines huiusmodi sit maior mensura,non veniet nisi qȯ
est expressum.l.si quis testamento.in prin.ff.de lega.iij.aut inci-
pit a nominibus designantibus certam speciem vel corpus de-
2 terminatum,qȯ tamen postea mensurat sic exprimens.† Tunc
enim mensura est loco demonstrationis,que falsa nec vitiat nec
minuit id cui adijcietur.l.si seruus legatus.§.qui quinq̧.ff.de le
ga.j.l.his verbis.§.pater.ff.de lega.iij.l.demonstratio.ff.de con
di.⁊ demō.⁊ alijs iuribus per Oldra.in cōsilio predicto plenius
allegatis.Quā distinctionem refert ⁊ sequitur Jo.and.eius di-
scipulus in addi.Specu.tit.de emptio.⁊ vendi.§.sciendum.col.
fi.in addi.exordiente,Hic queritur si venditor,donator vel testa
tor.Illā etiam referunt ⁊ sequunt̄ tam in scribendo ꝙ̄ in consu-
lendo cōiter omnes doc.de quibus multos cōmemorat do.Jas.
may.in.l.j.col.j.C.de summa trini.quorum recitationi non insi-
3 sto.† Et q̄uis Oldra.Jo.and.⁊ alij in secūdo mēbro distinctio-
nis,de qua supra,cōiter loquātur eo casu,quo est error in expri-
mendo minorem numerū aut quantitatē,vt vcȝ nō vitiet nec mi
nuat expressio huiusmodi,quominus veniat etiaȝ id qȯ excedit
quantitatem expressam vel numerum:idē tamen videtur esse in
casu cōtrario,qñ vcȝ exprimitur maior quantitas aut numerus,
vt tunc non veniat in dispositione nisi id qȯ expressum est:vt ver
bigratia,si vēdo certum fundū,quem dico cōtinere decē sauma-
tas terre,licet re vera dūtaxat octo cōtineat,nō veniāt nisi octo,
nec tenear expedire nisi octo,nec pretium diminuere,vt sic eadeȝ
sit ratio cōtrariorum.arg.l.fi.in fi.ff.de leg.iij.⁊.c.p tuas.de do-
na.⁊ imputet sibi emptor quia mēsurari nō fecit priusꝙ̄ de certo
pretio conueniret,vt dicit gl.in.l.iulianus.§.si titiꝰ.ff.de actio.
empti.Et ꝙ isto casu emptor vel alius habere nō debeat nisi id
qȯ clauditur sub cōfinibus seu terminis designatis, q̄uis plus
expressum extiterit,videt̄ fm Jo.de imol.sentire Pet.de anc.
in.d.c.per tuas.Idē voluit do.Soci.in.l.demōstratio.col.iij.ff.
de cōdi.⁊ demō.Et pro hac parte cōsuluit Pau.de ca.cōsi.ccc-
lxxvij.exordiente,In causa que vertitur ⁊c.⁊ Alex.de imol.cōsi.
cxxvij.exordiente,Viso processu cause principalis ⁊c.Et pro hac
parte videt̄ bene facere arg.quo vtuntur Oldra.Jo.and.⁊ alij
in secundo membro dist.de qua supra,scȝ ꝙ numerus seu quanti
tas tunc censeatur potius exprimi causa demonstratiōis speciei,
seu corporis venditi,ꝙ̄ gratia dispositionis,id est obligationis
contrahende.si tot non reperiantur:cū verbū,quod potest dictis
duobus modis intelligi,debeat in dubio primo mō,non secūdo
intelligi.l.fi.§.titia.ff.de libera.lega.⁊ quod not.Bar.in.l.cētu-
rio.in quarta.q.principali.versi.quero iuxta predicta.ff.de vulg.
⁊ pup.qȯ si ita est in donatione,venditione,⁊ alijs cōtractibus,
in quibus exprimitur minor mensura seu quantitas,vt tunc non
obstante falsa demōstratione veniat etiā id qȯ plus est,nō videt̄
quare in casu cōuerso solū id venire debeat qȯ in specie vel in cor
pore reperit̄,q̄uis maior mensura vel quantitas expressa extite-
rit:cū vtrobiq̧ videatur esse eadem ratio,scȝ qr quātitas seu mē
sura expressa videtur causa faciende demonstrationis:ergo ideȝ
ius debet vtrobiq̧ statui.l.illud.cū suis simili.ff.ad leg.Aquil.
Falsa ergo demōstratio nō vitiat:sed tm̄ venit in vēditiōe quā-
tū reperitur,⁊ non vltra,nec vltra peti pōt.l.si seruus legatus.§.
qui quinq̧ in arca habebat.ff.de lega.j.qui loquitur etiam in cō
tractibus,vt ibi patet in verbo,stipulatus:cum stipulatio possit
interponi etiam in cōtractu emptionis ⁊ venditionis.l.si stipula
tur.ff.de vsur.⁊ ꝙ venire nō debeat,nisi id qȯ re vera reperit̄,sal
tem deberet procedere in casu de quo contendunt nobiles Fran
ciscus de sobiras emptor,⁊ Nicolaus de laude alias de summa
rippa venditor:qr si attendatur ad instrumentum venditionis p
ipsum de Laude facte,ipse non vēdidit precise bastidam seu tene
mentū appellatū de la Veyzere,continērē ducentas saumatas
4 terre:† sed cū adiectione,vcȝ ⁊ al's quantūcūq̧ contineat.Ubi
aduertēdū est nō esse dictum,⁊ alias quātūcūq̧ plus contineat,
sed dictū est,⁊ alias quātūcunq̧ cōtineat:per que verba cēsetur
voluisse dictus venditor qȯ quecunq̧ esset mēsura eiusdē Basti
de,siue maior siue minor,illa intelligit̄ in cōcessione venire.cle.j.
§.fi.de fo.cōpe.cle.in plerisq̧.de elec.c.cū a nobis.de test.⁊.l.ba
lista.ff.ad Treb.⁊ hoc verbū quātūcūq̧ pōderauit Alex.i dicto
consi.cxxvij.col.j.de eo etiā arguit cōs.viij.col.j.ad fi.in quarto
volu.Et q̄uis in casu p tūc occurrenti rñdere tentauerit in col.

fi.versi.preterea illa verba ec.illa tñ sua respõsio nõ refragat nec obstat ei qd dixi,sed potius suffragat:si tamẽ verum est,ꝛ probatum sit qd id qd deductũ est parte dicti de Sobiras in quarto articulo sui pretensi libelli,scꝫ qd Bastida predicta cum terris,hermassijs,nemoribus,ꝛ suo tenemẽto,ꝛ vt fuit designata ꝛ cõfrontata in instrumento vẽditionis,cessaret ꝛ nũc cesset excedere modum siue quantitatẽ sexaginta duarũ saumatarũ:quia sic nõ censentur venire nisi ille sexaginta due saumate,vel ea quantitas,de qua probatũ est.Et in hoc illa verba,ꝛ al's quãtũcũꝙ cõtineat,alterant illa precedentia verba cõtinẽn.ducentas saumatas:qd etiã plane sentit Alex.de Imo.in dicto cõsi.viij.col.fi.Pro quo optime facit id qd a cõtrario sensu colligit ex his que not.Bar.in.l.titia.§.fi.ff.depo.ꝛ in.l.in actione.ff.de fur.ꝛ Bald.C.depo.sup rubrica.in.vi.qõ.vbi loquunt de illis verbis,plus minusue.Sed in casu illo in quo tũc cõsulebat Alex.verba pdicta,ꝛ quãtũcunꝙ ec.operari non poterant,pro eo qꝫ infra confines designatos reperiebatur quantitas expressa:ꝛ sic illa verba,ꝛ alias quantumcunꝙ,non poterant diminuendo alterare verba precedentia.

Nec opponat aliquis,ꝙ cũ dictus de Summa rippa psumat sciuisse quantitatem bastide seu tenemẽti de quo supra.l.quisqs.C.de rescin.vẽdi.est qd ei imputet quare illã nõ expresserit,sed lõge maiorẽ,ꝛ qd postea dolose vel versute,ꝛ vt tenebras inijceret postea subiecit,ꝛ alias quantũcunꝙ cõtineat.Quoniã rñdeo ꝙ hoc nõ obstat.Cũ qꝫ nõ est pbatũ,quinimo nec ppositũ qd iste esset maior.xxv.annis:qd tñ illa.l.quisquis,videt exigere.Cum ꝛ qꝫ nõ est deducta dicta pretẽsa sciẽtia:q̃ tñ videt debuisse duci,per id qd no.Bar.in.l.si adulteriũ cũ incestu.§.idẽ pollioni.ff.de adulte.Preterea debuit ipse de Sobiras aduertere ad illa verba,ꝛ al's quãtũcunꝙ esset:que nõ erãt nec esse debuerãt sine virtute operandi.l.hac lege.ff.de cõtrahen.emp.ꝛ vendi.ꝛ.d.l.si stipulatus.in prin.ff.de vsur.qd etiã voluit Bald.C.de cõtrahẽ.emptio.ꝛ vẽdi.super rubrica.in.ix.q.Alex.de Imol.consi.cxvij.exordiẽte,Visis supra narratis.col.iiij.Roma.cõsi.lxxxij.ad fi.And.sicu.cõsi.lxj.colũ.x.in prima parte.ꝛ in alijs multis,ꝛ alij in multis locis.Et per premissa videtur,si nõ desipio,satis patere respõsio ad ea que dicũt doc.ex aduerso ꝛ pro parte ꝯria allegati:etiã si eorũ dicta de iure procederẽt:quia non loquuntur in terminis casus cõtentiosi:sed multum dissimilibus,ꝛ signãter propter illa verba,ꝛ quantumcunꝙ contineat.

Preterea aduertẽdum est ꝙ ꝗuis ex aduerso pretendatur qd pro numero seu rata deficientium saumatarũ diminui debeat pretiũ conuentũ,ꝛ pro hoc allegent multi doc.multi tñ sunt qui si vt oportet videãtur hoc non dicunt.Et primo quidẽ nõ Specu.in.d.§.sciendũ.col.penul.versi.super quo not.sed potius videtur dicere aliud,ꝛ separatum,si attendatur ad principiũ dicti ver.iunctis illis verbis,si vero ꝛ illis,tũc si non inueniantur tot iugera habet ratio bonitatis.Et sic ꝗuis ibi in primo casu,qñ vcꝫ facta fuerat venditio ad mensurã,dicat Specu.ptiũ debere diminui p numero iugerũ q̃ desunt:in scđo tñ casu dicit qd si nõ inueniant tot iugera,habet rõ bonitatis.Etiã nec hoc dicit Albe.in.d.l.iulianus.§.si titius:sed dicit vẽditorẽ ignorantẽ teneri quãti minoris esset empturus is q emit.d.l.iulianus.post principiũ.Etiã nec hoc dicit Bal.in.l.sicut.ad fi.C.de actio.emp.sꝫ dũtaxat dicit vẽditorẽ teneri,sed non dicit in quo vel in quãto:ꝛ.l.ij.ff.de actio.empti.quã Bal.allegat.videt loqui in vẽditione facta ad mẽsurã:i qua
6 etiã loquit.l.si seruũ.§.si modus.ff.eo.ti.† Aduertẽdũ est insup ꝙ dict' de Sobiras videt intẽtasse actionẽ quanto minoris,in qua vr̃ oportuisse per eũdẽ pbari,aut qd empturus nõ erat bastidã de qua supra,nisi pretio p eũ expresso,si sciuisset verã quãtitatẽ,qd fieri nõ põt nisi p ipsi' iuramẽtũ,iuxta no.per Pau.de ca.in.d.l.iulianus.in prin.aut ꝙ bastida huiusmodi nõ plus vale-
7 bat,qd nõ puto pbatũ,qnimo nec deductũ vt oportebat.Taceo ꝙ si Pet.ꝛ Cy.credimus,nõ est nisi vna actio quãti minoris,q̃ ptoria est,ꝛ anno finit.l.ij.C.đ edili.actio.Taceo insup ꝙ idẽ de Sobiras nõ solũ pet'it id quod prẽdit se minus emisse si sciuisset ec.et sic pretensum interesse intrinsecũ:sed etiã extrinsecũ,qd tamen ex deductis non videtur ipse potuisse petere.Ad que omnia aduertet si placet reuerendus pater ꝛ vir doctissimus dominus meus vicegerens huius cause dignissimus iudex.Que omnia dixerim sub correctione ipsius,ꝛ cuiuslibet alterius domini melius sentientis.

Epitome.

Qui vt indigni propter delictum patris,non suum,incapacis sunt hereditatis,illam non deuoluunt ad fiscum,sed eorum fit,qui alias ipsi testatori erant successuri. V. F.

De ijs quib.vt indign. Consilium.xxxi.



Christi nomine inuocato Viso consultationis themate mihi exhibito parte nobilis ꝛ generosi viri Gurnoti de chãbaudo,ꝛ dubijs ex themate huiusmodi elicitis,vna cum iurium allegationibus factis ꝛ subscriptis per spectabiles viros dominos Constantinum de ambello,Andreã de porta,ꝛ Humbertum de dorna iurũ professores eximios,ꝛ prout ex infrascriptis apparebit eorũ scriptis adherẽdo,dico in primis,sub correctiõe cuiuslibet dñi melius sentiẽtis,nobilẽ Petrũ de chambaudo,pretẽsum filiũ nobilis quondã Antonij de chambaudo dñi de Glayzano,dici non posse aut debere
1 fuisse pprie filiũ naturalẽ eiusdẽ nobilis Antonij:† qꝛ lꝫ cõis sermo aliquarũ partiũ nũcupet seu vocet oẽs illos,naturales,q de soluto ꝛ soluta sunt geniti:vere tamẽ ille proprie sunt naturales qui ex libera muliere in schemate concubine retenta nati sunt,aut.quib.mo.natu.effi.sui.§.si quis autem defunctus.colla.vij.ꝛ aut.de trien.ꝛ semis.§.ꝛ hoc dicimus si vni concubine.versi.fit autem ei domi.colla.iij.qd etiã voluit Oldra.consi.mihi.cxlvj.in alijs.cxcvj.exordiente.Factum tale est quidam nobilis couertit se ad quandã mulierem solutam ec.Io.an.in addi.Specu.ti.qui filij sint legi.super rubrica.col.ij.vel.iij.ver.scias ergo.Bart.consi.mihi.lxxiij.exordiente,Quidam habens nepotes ex filia legitima ꝛ naturali ꝛ vnum filium naturalem tantum.Alber.C.de natura.libe.super rubrica.circa princip.Marti.lauden.in suo tractatu de legitimatiõe.versic.quero de casu qui sepe ec.Pau.de cast.consi.clxxxij.exordiente,In causa que vertitur ec.col.j.versi.idem non poterat ille dici simpliciter naturalis ec.Ange.are.in suo tractatu de testa.fo.xl.super verbis.Item reliquit centum filio suo naturali tantum,ꝛ Fran.de are.cõsi.xlviij.exordiente,Vtrũ alimenta que petunt ec.in princ.ꝛ Mathe.de mata.in suo tracta.succe.ab intest.in scđo mẽbro principali,col.ij.versi.ꝛ primo quando sunt nati ec.Dictus vero Petrus,prout ponit in casu,nõ fuit nat' vel susceptus ex muliere in schemate ꝯcubi-
2 ne retẽta.† Est enĩ schema,vt dicit Io.an.vbi supra,quasi imago,figura,forma,cult' siue ornat' habitusue:vt sciꝫ quasi recte teneat.Quinimmo dicit lex ꝑstationẽ faciendã ꝙ pro ꝯcubina tenet.l.in.cõcubinatu.ff.de cõcubi.ꝛ hoc ne presumat vxor.l.in libere.ff.de ri.nup.de quibus omnib' habetur plenissime per
3 do.Io.baptistã in.l.si qua illustris.C.ad orphi.† Nõ ergo potest ipse Petrus pprie dici filius naturalis,sed magis bastard',vel spuri':ꝛ quẽ ppterea nõ potuit dictus quondã nobilis Antoni' eius pretẽsus pater heredẽ instituere,iuribus ꝛ rationibus p dictos do.pmo scribẽtes allegatis,ꝛ alijs p alios supra allegatos inductis,ꝛ maxime per Oldr.Albe.ꝛ do.Io.bapt.quas nõ trãscribo.Si vero poneremus hũc Petrum fuisse verum filiũ naturalẽ dicti quondã nobilis Antonij:tũc lꝫ de iure feudorũ procedãt motiua ꝛ rationes dictorũ dominorũ primo scribentiũ:esset tamẽ in hoc casu aliqualis difficultas:siue bona feudalia sint in regno Francie,siue in patria Delphinali:ꝛ hoc pp̃ter illã consuetudinẽ quã refert Io.fa.insti.de re.diui.in fi.princ.ꝛ ti.de emptio.ꝛ vẽdi.in princ.ꝛ in aut.ingressi.col.fi.C.de sacrosanc.eccl.ꝛ do.Gui.pa.deci.lix.exordiẽte,Secũdũ vsus feudorũ mulieres ec.ꝛ deci.ccxcvij.exordiẽte,Cõstitutiones feudales,iunctis his que ponit Bal.cõsi.xxxij.exordiẽte,Ad euidentiã premittendũ est ec.ver.ꝙꝙ aũt dixerim ꝙ feudũ non põt ec.ꝛ cõsi.cxliij.exordiente,Qd pro regula in feudis traditur ec.col.j.in prima parte super quo tamen vt pote non necessario non insisto.

Ad secundum dico ꝛ respõdeo ꝙ vel ex substitutione,prout scribũt ipsi do.prima scribẽtes,vel ex iure accrescẽdi succedet idẽ nobilis Guynotus in parte in qua institutus exstiterat,ꝛ in qua succedere nõ potest dictus nobilis Petrus,nisi forte dicatur ꝙ imo in ea parte tanꝙ relicta indigno debeat fiscus succedere.l.ex facto.§.iulius lõginus.cum suis simili.ff.de vulga.ꝛ pupil.sed istud non obstat:quoniã.§.ille loquitur in eo qui est incapax ex suo delicto,ꝛ qui heres institui potuit,quãuis non ad suum commodũ:hic autẽ loquimur in incapace nõ ex suo
4 delicto seu facto,sed propter delictum patris.† Quia nasci de adulterio,ꝛ idem si ex alio illicito coitu quis nascatur,nõ est eius culpa qui nascit,sed illius qui seminat,secũdum Hieronymũ in epistola ad Palmachiũ cõtra Joannem Hierosolymitanum ꝛ Ruffinũ,ꝛ transumptiue in.c.nasci.de adulterio.di.lvj.pro qua distinctione

1 Filij naturales proprie qui dicantur.
2 Schema in concubinatu quid sit.
3 Bastardum seu spurium suum an possit pater heredem instituere,ꝛ quid in vere naturali.
4 Nasci de adulterio an sit culpa nati.

distinctione induco id quod no. Joã. de imol. & docto. & moderni post eum. in. l. si is qui. ff. de vulg. & pup. & doct. in. d. §. iulius.

1 ¶ Metus reuerentialis an sit sufficiens ad rescissionem pacti minis extorti, etiam si mine longo tempore ante pactum interuenissent, & quid si inferens non fuerit presens.

2 Consensus patris an requiratur ad validitatem actus gerendi per filium ad commodum patris.

3 Donatio causa mortis an sit magis prohibita filiofamilias, quam donatio inter viuos.

4 Donatio que alias de sui natura est nulla an valideť iuramēto.

5 Donatio facta per filiū patri an & qualiter procedit.

6 Donatio omnium bonorum quo casu non reuocetur per natiuitatem liberorum.

7 L. si vnquam. C. de reuocan. dona. an possit renuntiari per donantem, & cur.

8 Juramentum quo ad robur contractus est reale, & quo ad vinculum periurij est personale.

¶ Epitome.

¶ Pactum a filio patri non metu nec fraudulentis persuasionibus factum de bonis post mortem filij ipsi patri donanti reuersuris valet. U. F.

¶ De pactis. Consilium. xxxij.

Optassem, pro pleniore intellectu, & tutiore responsione casus ad me missi parte nobilis & generose iuuencule Joanne la berge, vidisse & inspexisse instrumentum matrimonij contracti & celebrati per & inter nobilē Claudium la berge ex vna parte, & nobilem Ludouicam de vize, vt sic intelligere & perfectius cognoscere possem, an donatio ipsi Claudio filio facta per patrem fuerit eidem facta pro se & liberis ex matrimonio legitimo procreandis, vel pro se & heredibus: quia inter hec multum refert, & est longa differentia. Voluissem insuper habere instrumentum vel authoritatis vel consensus prestiti per dictum Claudium patrem ipsi Claudio filio de pacto faciendo, quod fecisse legitur anno domini. M.cccclxv. & die. xxvij. mensis Maij: & hec vna cum rescripto regio, & literis dispensationis seu relaxationis iuramenti facte dicto quondam nobili Claudio a reuerendo in Christo patre dño episcopo Viuarien. suo diocesano seu ordinario obtentis. Et nihilominus voluissem intelligere quis primo de dictis Claudijs patre & filio ab humanis decessit: vt sic visis & intellectis his omnibus possem & plenius & securius respondere ad quesita: quod profecto sine his recte facere non possum. Quapropter in presentiarum pauca dicere proposui ad quesita huiusmodi, & timorate, vt votis efflagitantium satisfaciam & importunis precibus, salua semper illorum, que dixi visione & calculatione in hoc negotio multum & imprimis necessaria.

Ad primum igitur dico & respondeo breuiter & succincte quod hic possunt multa considerari. Primo an pactum de quo in eo fuerit nullum, vel saltem rescindi potuerit aut possit ex capite metus reuerentialis. Secundo an ex capite deficiētis authoritatis aut consensus requisiti. Tertio an ex superuenientia liberorum, pro

1 eo quia dicta nobilis Joanna postea procreata extitit. † Quo ad primum videtur dicendum, quod si pactum huiusmodi probaretur factum metu reuerentiali dicti nobilis Claudij patris, vt quia interuenissent vel verbera vel mine ipsius patris, tunc videretur quod iste metus esset sufficiens ad rescissionem dicti pacti, per id quod not. gloss. & docto. in. l. j. §. que onerande. ff. qua. re. actio non da. De quo videri potest in remissionibus, quas ponit Alexand. de Jmol. in. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. colum. v. ff. solu. matrimo. Non tamen oportet quod verbera vel mine illate extiterint tempore dicti pacti: sed sufficit quod ille precesserint etiam ex interuallo, postquam tempore pacti huiusmodi viuebat dictus pater, & durabat patria potestas & paterna reuerentia, & sic eadem causa: per id quod not. Jnnocen. in. c. j. quod metus causa. Bartol. in. l. si ob turpem. ff. de condi. ob tur. cau. Angel. in. l. ad inuidiam. Bald. & docto. in. l. ij. C. quod metus causa. Nec etiam oportet quod idem pater fuerit presens tempore dicti pacti. Pro quo remisisse sufficiat ad no. per Alexand. de Jmol. in dicto. §. eo autem tempore. colum. vj. versicu. addo etiam predictis quod cōmunis sententia ampliari debet &c. Et de isto metu potest nunc opponere dicta nobilis Joanna, siue heres siue donataria existat prefati nobilis Claudij eius patris.

2 † Ad secundum quesitum huius primi dubij dico & respondeo, quod super hoc sunt opiniones, vt videri potest ex his que not. gloss. Bartol. docto. in. l. j. ff. de authorita. tuto. Angel. Joannes de Jmol. Alexan. de imol. & alij in. l. j. §. fuit quesitum. ff. ad Trebellia. aliquid tangit And. sicu. in. c. possessiones. de rebus eccle. non alie. Alexan. de Jmol. in. l. si quis mihi bona. §. iussum. colū. iiij. & se. ff. de acqui. here. & consi. cvj. exordiente, Quoad presens quesitum dubium facit quia in re propria &c. in primo volu. & cons. xxix. exordiente. Preclare, subtiliter ac copiose, allegatum &c. col. iiij. ver. item cōfirmo alia ratione &c. in tertio volum. Sed breuiter expediēdo illa videtur esse verior, quod ad validitatem donationis vel actus gerendi per filium ad commodum seu vtilitatez patris possit idem pater prestare authoritatem, seu vt verius loquar consensum, per id quod no. Ang. in. d. l. j. §. fuit quesitum, & quod ibi Alex. de imo. colū. iiij. ver. secundo mouetur Ange. ibi, sed puto quod Ange. &c. & col. v. ver. sed pe. in. l. j. §. de autho. tuto. &c. vbi videri potest, Et ita

3 etiam sensit Alex. de imo. in dictis consilijs † Preterea aduertē dū quod Bar. in. d. l. j. ff. de authori. tuto. loquitur in donatione causa mortis, que est magis prohibita filio familias quam donatio inter viuos, vt videri potest per id quod no. Bar. sozi. in. d. §. fuit que

4 situm. col. iiij. ver. postremo querit hic vtiliter Ang. &c. † Addo etiā quod in dicto pacto interuenit iuramentum, ratione cuius videtur illud fuisse confirmatum etiam si sine illo debuisset alias dici nullum, prout dicimus in donatione inter viuos facta per patrē filio in ipsius patria potestate existenti: que licet regulariter sit nulla. l. donationes. cum suis simili. C. de dona. inter vi. & vxo. illa tamen firmatur iuramento, secundum Bal. qui hoc firmat in l. iij. C. de vsuca. pro dona. & idem sentit in. l. si donatione. C. de colla. & consi. ccclxv. in tertia parte. Fran. de are. consi. lxxvi. exordiente, Et ratio scribēdi recte. col. iij. ver. circa tertium. vbi inducit bona motiua. Alex. de imo. in. d. l. si donatiōe. col. v. Nisi. vtrū autem donatio. & in multis consilijs, scilicet consi. vij. & consi. cl. vij. in secūdo volu. & consi. xx. in tertio volu. Et hec videtur mihi opinio cōior, quamuis Pau. de cast. contrarium consuluerit consi. cv. exordiēte, Circa bona que fuerunt domini Vberti, motus ra

5 tionibus de quibus ibi. † Quod si ita est in donatione facta per patrē filio in ipsius patria potestate existēti, multo fortius procedit in donatione facta pro filio patri, etiam si in ipsius patris potestate existat, quia vt dicit Alb. in. l. ij. col. j. ver. si vero ecōtra. C. de inoffi. dona. quādo filius donat patri, res filij quā patri donat reuertitur ad naturā iuris antiqui, quo iure oīa regulariter acquirebantur patri. l. placet. ff. de acqui. hered. quod facile fit. l. si vnus. §. quod in specie. ff. de pac. Jtem nō inuenitur sm Alb. vbi supra prohibitū ne filius donet patri, ergo est cōcessuz. l. nec nō. §. sed quod eis. ff. ex qui. cau. maio. addit Alb. quod filius est patrie potestati subiectus, ergo multomagis debet eidem subijcere res suas, & ei posse donare Arg. l. hac leg. C. de pact. conuē. tā super do. c. penul. de dona. inter vir. & vxorē. Et quod filius possit donare patri voluit Ang. cōsi. clxxvij. exordiente, Visis refutationibus supradictis de iure dicendum &c. & idem etiam voluit do. Ambro. de vina. in quodam suo cōsi. exordiēte, Pridē cōtractū fuit matrimoniū per verba de futuro &c. col. pe. Pro quo allegat. c. quamuis pactū. de pact. in. vj.

6 † Ad tertium huius primi quesiti dubium videtur dicendum, pactum predictum non esse reuocatum propter natiuitatem dicte nobilis Joanne postea nate, etiam si alias in hoc casu indicari posset aut deberet de dicto nobili Claudio patre tanquam de extraneo: quia l. si vnquam. C. de reuocan. dona. non habet locum eo casu quo pater donans non habens filios, cogitauit tamen de illis saltem in genere, secundum Barto. qui hoc not. in. l. titia. §. imperator. ff. de lega. ij. pro quo facit. l. qui iure. ff. de testa. mili. & hanc opinionē Barto. sequitur Alexan. de imol. in. c. fin. de dona. & in repetitione. c. cum contingat. in vltimo membro, de iureiuran. Roma. cōsil. xxvj. exordiente, Pro decisione eorum de quibus dubitatur &c. Cum ergo in casu de quo queritur dictus quondam nobilis Claudius filius cogitauerit de natiuitate liberorum feminini sexus, cum voluerit & ordinauerit quod non possent hereditare &c. & quod chabirentur & collocarentur in matrimonio extra bona, & quod eis assignarentur dotes competentes iuxta facultatem &c. non videtur per predicta quod dictum pactum vel ruptum vel

7 reuocatum extiterit propter natiuitatem dicte Joāne filie. † Fateor tamen quod Oldra. consi. mihi. cxxiij. alijs vero. clxxiij. exordiente, Quidam habens vnicum filium ex pacto donauit illi &c. voluit quod dicte. l. si vnquam. renuntiari non possit per donantem, pro eo quia. l. illa si vnquam. non fuit inducta in fauorem donantis, ergo &c. l. scire debetis. C. vt in posses. lega. & l. quod de bonis. §. vlti. cum simili. ff. ad leg. Falci. quod etiam voluit Joan. and. in addi. Specu. titu. de instru. edi. §. porro. in addi. exordiente, De predicta. l. si quis. ver. hoc autem certum est &c. Sali. in dicta. l. si vnquam. & Roma. consi. cclxix. exordiente, Non est dubium quod donatio maioris partis &c. Sed prima opinio est cōmunior, quā etiam tenuit Andr. sicu. in sua Joannina. fol. ij. ver. & cum laude dei mihi videtur &c. & Bald. consilio. ccclxj. exordiente. Quidam Franciscus tunc carens filijs &c.

Ad secundum principale

quesitum dico ⁊ respōdeo, quod dictus nobilis Claudius in declarationibus inibi mentionatis non disposuit de omnibus bonis suis presentibus ⁊ futuris, nec de eius hereditate insolidum aut pro parte, sed duntaxat de bonis donatis. Et sic non videtur sibi abstulisse liberam testandi facultatem: pro eo quia poterat testari de alijs aliunde acquisitis vel acquirendis, q̄ ex donatione patris. Et ita ad inualiditatem pacti huiusmodi non faciunt ea que not. Bartol. ⁊ multi alij in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obliga. ⁊ multi in l. fina. C. de pact. Non etiam, vt predixi, disposuit de hereditate vel eius successione insolidū vel pro quota, sed de certis bonis. Et sic non obstant dicta. l. stipulatio hoc modo concepta. l. pactum quod dotali. C. de pact. l. cum donationis. C. de dona. ⁊ l. hereditas. C. de pact. conuent. Pro cuius dicti intellectu potest videri quod ponit Alber. in d. l. fin. col. j. C. de pact. ⁊ Alex. de imol. consi. lxxxij. exordiente. Uisa facti narratione ⁊c. colum. iij. ver. nec dicitur pactum de successione futura, in secundo volu.

Ad tertiū principale quesitum

dico ⁊ respondeo qd, supponendo dictum pactum valuisse, non obstaret nobili Antonio patruo huius nobilis Joanne qd ipse liberos masculos non habeat: quia ipse non agit nec acturus est ex persona illorum, sed ex persona sui ipsius, vtpote cōprehēsi ⁊ nominati in pacto. Quo vero ad id quod ibi dicitur de preiudicio liberorum dicti Claudij donatarij, dixi superius q̄ ego vellē videre instrumētum matrimonij dictorum Claudij ⁊ Ludouice, cuius contemplatione dicitur donationem fuisse factam dicto nobili Claudio, ⁊ videre si est facta ipsi Claudio ⁊ liberis, seu eidē Claudio stipulāti ⁊ recipiēti pro se ⁊ liberis, vel pro se et heredibus: quia si esset facta ipsi Claudio ⁊ liberis, vel pro se ⁊ liberis non puto quod in preiudicium dicte Joāne potuisset idem Claudius facere pactum de quo supra: aut quod pactum huiusmodi eidē Joanne preiudicare debeat, nisi se pro eius herede gesserit: sup quo tamen non me extēdo, nisi prius intellecta facti veritate.

Ad quartū ⁊ vltimum

dico, vt iam dixi, q̄ ego vellem videre dispensationem de qua ibi, ⁊ an iuramentum fuerit prefato quondam Claudio relaxatum, vel ipse solum habilitat⁹ ad hoc vt forte posset detegere paternas persuasiōes, iussum ⁊ metū reuerentialem, ⁊ alia de quibus in regio rescripto. Et an pars aduersa, hoc est iste Antonius, vocatus extiterit: que dico propterea, que ponit Oldra. consi. mihi. xlj. exordiente, Ad duplicentinam peti potest relaxari sacramentum. ⁊ qd ponūt ca no. in c. j. de iureiuran. Joan. de imol. in cle. dispendiosam. colū. v. j. de iudi. Alexand. de imol. consi. ccxxiij. exordiente, Uisa facti narratione. col. iij. ver. preterea respondeo ⁊ aliter, sc3 q̄ dicta habilitatio non potuit concedi prout concessa fuit parte aduersa non vocata. Pet. de anc. in multis eius consilijs, ⁊ alij in alijs locis. Super quo articulo etiam non me extendo, nec oportet, do
8 nec habitis his de quibus supra. Eo etiam † quia licet iuramentum quo ad robur contractus sit reale: tamen quo ad vinculum periurij est personale, ⁊ non transit in heredem, per id quod voluit Innocen. ⁊ docto. in c. veritatis. de iureiuran. Bald. in aut. sacramenta puberum. ad fin. C. si aduer. vendi. ⁊ ff. de iureiuran. super rubrica, prope fin.

1 Prelatus in causa sue ecclesie an possit esse iudex, ⁊ ne iudicet recusari tanq̄ suspectus, ⁊ quid de suo vicario.
2 Judex ecclesiasticus an possit adiri vt cognoscat de sententia per secularem nulliter lata.
3 Appellari an possit a iudice per prelatum deputato ad ipsum prelatum.
4 Judex delegatus functus officio suo an possit amplius de causa se intromittere.

Epitome.

Idem tribunal est episcopi ⁊ eius vicarij, non episcopi ⁊ iudicis castrorum eius: quo fit vt ab hoc ad episcopum prouocari possit, non ab illo. U. F.

De episco. audien. Consilium. xxxiij.



Non videtur de iure procedere quedā schedula parte hominū de Uarcio pducta in causa, quam contra eos prosequitur venerabilis vir dominus procurator reuerendissimi in christo patris ⁊ do. Ebredunensis archiepiscopi ⁊ principis: nec possunt ipsi homines iurisdictionem egregij viri domini vicarij eiusdem reuerendissimi domini ex causis inibi deductis declinare. Et primo quidem non ex eo capite quod dicunt hanc causam esse causam eiusdem reuerendissimi domini
1 Archiepiscopi. † Quoniam respondeo istud non esse verum: sed est causa sue ecclesie, in qua propterea poterat etiam ipse esse iudex. c. si quis erga. ⁊ quod ibi gl. ij. q. vij. c. cum venissent. ⁊ quod ibi doctores, de iudi. ⁊ Panor. in c. insinuante. de offi. delega. de quo Hostien. Jo. an. in nouel. ⁊ doctores magis communiter in c. ex parte. l. j. de verb. sig. ⁊ Bald. in l. vnica, versi. iuxta predicta quero ⁊c. C. ne quis in sua cau. Et q̄uis possit prelatus in causa sue ecclesie, ⁊ ne in illa iudicet tanq̄ suspectus recusari, vt no. docto. in ll. superius allegatis, maxime in d. c. cum venissent. ⁊ consequenter etiam recusari possit eius vicarius, per id quod voluit Jo. de imol. in dicto. c. insinuāte. quem refert ⁊ sequitur Phili. fran. in c. postremo. col. vj. ver. duodecimo quando iudex esset cōmēsalis ⁊c. vbi etiam aliquid per do. Cardi. Alexand. colum. iiij. ver. decima si vicarius ⁊c. hoc tamen in hac causa prodesse nō videtur, p̄ eo quia ipsa recusatio fieri debuit ab initio: quod hic factum non fuit, quinimo fuit in ea lis contestata, ⁊ deinde oppositum articulos parte dicti do. procuratoris in causa productos nō esse admittendos. Et deinde super illorum admissione pronuntiatum. Et nihilominus fuerunt parte eorundem hominum in quadam sua schedula exordiente, Coram vobis egregio ⁊c. proposite ⁊ deducte multe ⁊ varie pretense exceptiones, que etiā fuerunt petite admitti: ⁊ deinde admisse cum solita clausula, Saluo iure impertinentium ⁊c. Supposito igitur, citra preiudicium veritatis, quod ipse domi. vicarius potuisset ab initio cause tanq̄ suspectus recusari: non tamen fieri potuit tempore productionis schedule de qua supra. Pro quo allegasse sufficiat. c. inter monasterium. ⁊ quod ibi per omnes scribētes. de re iud. ⁊ qd no. Bart. in l. si conuenerit. colum. j. versi. si vero alias exceptiones. ⁊ versi. ⁊ sic duobus modis consentitur in iudicem ⁊c. ff. de iurisdi. om. iudi. vbi etiam Bald. Bar. in l. quidam. colum. ij. versicu. quero quando debet opponi hec exceptio. ff. de re iudi. Bal. in l. ij. col. iij. versi. extra gloss. quero ⁊c. ff. si quis in ius voca. non ie. ⁊ Ang. in l. sed et si susceperit. ff. de re iudi. Multas remissiōes ponit domi. Feli. in d. c. inter monasterium. colum. iij. versi. proponens in
2 iudicio exceptionem dilatoriam ⁊c. † Non etiam possunt dicti homines iurisdictionem prefati domini vicarij declinare ex eo capite, de quo opponunt in predicta schedula: sc3 ex eo quia sententia, de cuius nullitate, vel aduersus eam in integrum restitutione agitur, fuit lata per iudicem secularem: ⁊ sic non potuit vt pretendunt adiri iudex ecclesiasticus. Pro quo allegant not. per Inno. in c. si duobus. de appellatio. per Specu. titu. de appella. §. nunc tractemus, versi. si. ⁊ Bart. in l. j. versi. si quis in appella. ff. de appella. S3 ⁊ pace ⁊ honore huius egregij domini qui hec allegat semper saluis, nec Inn. nec alij preallegati videntur mihi aliquid dicere qd suffragetur huic dicto, vel quod obstet dicto domi. procuratori. Quod vt plenius appareat videantur si placet in locis allegatis, ⁊ clare apparebit qd Innocen. nihil prorsus de hoc dicit, nisi forte apparatus illius quem penes me habeo in hoc esset defectuosus. Specula. vero ⁊ Barto. loquuntur in terminis multum separatis ⁊ diuersis. Etiam nec potuit aut potest declinari ex alio tertio capite, sc3 pro eo quia sententia lata est a iudice ordinario dicti reuerendissimi domini archiepiscopi, seu per eum delegato: a cuius sententia ad ipsum dominum vt
3 pretendunt appellari non potest. † Quoniam respondeo q̄ hec ratio innititur falso fundamento, sc3 q̄ ⁊ ipsius reuerendissimi domini archiepiscopi ⁊ principis, ⁊ domini iudicis ordinarij terrarum eiusdem sit vnum tribunal. Quoniam istud non est verū. Fateor enim quod ipsius reuerendissimi domini archiepiscopi ⁊ egregij viri domini eius vicarij est vnum tribunal, ⁊ ideo bene fateor quod a vicario non possit appellari ad ipsum reuerendissimū dominum. Sed non est idem de dicto do. iudice, qui eius vicarius non existit, q̄uis per eum deputetur. Preterea dicti homines contendunt prefatum do. iudicem cognouisse de causa, non quidem vt iudicem ordinarium, sed vt delegatum seu commissarium per ipsum reuerendissimum dominum deputatum: nō erat ergo horum dominorū idem tribunal, sed poterat ab ipso do. cōmissario appellari ad tribunal dicti reuerēdissimi domini archiepiscopi, ergo ⁊ do. vicarij: quia horum duorū idem est tribunal. Pro quo allegasse sufficiat quod not. Specu. titu. de appella. §. nunc tractemus. col. iij. ver. si vero a delegato. iuncto. c. non putamus. de consuetu. in. vj. Addicio quod (vt predixi) hic agitur de nullitate sententie late per dictum do. iudicem ⁊ commissarium, seu de in integrū restitutione, seu de rescissione illius ex capite restitutiōis in integrum: quorū vtrūq̄ potuit ⁊ potest agitari tam coram dicto reuerendissimo dom. archiepiscopo, q̄ eius vicario.
4 † Et primo quidē hoc certum est quo ad causam nullitatis, siue dicamus eundem dn̄m iudicem vt ⁊ tanq̄ delegatū ⁊ cōmissarium processisse, qui propterea vt functus officio se vlterius de causa huiusmodi intromittere nō potuit. l. si vt proponis. ⁊ quod ibi docto. C. quomodo ⁊ quando iudex. ⁊ quod not. Panormi. ⁊

docto,

docto.in.c.ex literis.de offi.delega.siue vt iudicem ordinarium: quia quãuis isto casu potuisset ipse cognoscere de nullitate sententie a se late, potuit tamen etiam de ea cognoscere dictus reuerendissi.do.archiepiscopus ꝛ eius vicarius. Et fuit in optione dicti procuratoris adire vel ipsum domi.iudicem, vel alterum ex predictis, postq̃ nullitas intentata est non quidem incidenter, sed principaliter, per id quod not.docto.communiter in.l.si vt proponis.C.quomo.ꝛ quan.iudex. Barto.in.l.si expressum.charta vlti.versic.quero coram quo iudice debeat agi de nullitate.ff.de appella.vbi etiam Angel.aret.charta.v.colum.j.versicu.quero quis iudex possit adiri quando prima sententia est nulla. Alexã. de Imol.ꝛ docto.l.iudex.ff.de re iudica. Et idem dico si loquamur de restitutione in integrum: quia aduersus sententiam potest in integrum restituere vel ille qui eam tulit, si habet ordinariam iurisdictionem, vel superior aut delegans.l.in cause.§.fina. ꝛ duabus seq.ff.de mino. Non obstantibus igitur deductis ꝛ allegatis in predicta schedula, alio non apparente, potuit ꝛ potest domi.vicarius parte reuerendissimi domini Ebredunẽsis archiepiscopi ꝛ principis cognoscere de dicta causa. Et ita mihi videtur, sub correctione ꝛc.

1 ¶ Venditor per clausulam, ꝛ alias quantumcunq̃ cõtineat, an censeatur voluisse qꝺ quecunq̃ mensura siue maior siue minor intelligatur in concessione veniat.
2 Argumentum a contrario sensu an validum etiam in dictis gl. ꝛ quid secundum mentem illius.
3 Pretium an debeat esse competens secundum rei valorem seu estimationem.
4 Actio quanto minoris quid requirat.
5 Contrahentibus licitum esse sese decipere in pretio an habeat semper verum, vt moderationem non recipiat quo ad bonum virum.
6 Cautela ad tollendam deceptionem, que in pretio inter contrahentes interuenire potest, ꝛ tam in venditore q̃ in emptore.

¶ Epitome.

¶ Precedens declarat: subiungens pretium quidem rei conuenire debere: sed ita, vt salua legum authoritate bonus arbitraretur vir. V. F.

¶ De edil.actio. Consilium.xxxiiij.



Etiam si egregius dominus doctor vltimo 𝔠sulẽs super processu, quẽ habet ꝛ prosequitur nobilis Franciscus de sobiras, contra ꝛ aduersus nobilem virum Nicolaũ de laude, alias de summa ripa, sufficienter respõdisset primo fundamento per me assumpto in aliis iurium allegationibus per me editis, super quo non multum insisto: illud tamen certum est ipsum non respondisse ad alia fundamenta per me facta. Et quidem non ad illud in quo dixi ipsum de Laude non precise vendidisse bastidam seu tenementum appellatum de la Verriere cõtinen.ducentas saumatas terre: sed cum adiectione, vcʒ ꝛ alias quantũcunq̃ contineret: vbi dicebam aduertẽdũ non esse dictum, ꝛ alias quãtũcunq̃ plus contineret, sed ꝛ alias
1 quantũcunq̃ contineat: per † que verba, vt tunc dixi, censetur voluisse dictus venditor, q̃ quecunq̃ esset mensura dicte bastide, siue maior siue minor, illa intelligeretur in cõcessione venire, per iura, que tunc allegaui. Ad qꝺ fundamentum prefatus do.consulens dicit se respondere prout respondet Alexã.de imol.consil. viij.exordiente, Videtur fortasse super dubitatione ꝛc.col.fin.in quarto volu.alias per me allegato. Sed pace sua salua dixerim, ipse non attendit prout oportet ad proposita ꝛ deducta parte dicti Sobirassij in quarto articulo sui pretensi libelli: scilicet q̃ bastida predicta cum terris, hermassijs, nemoribus, ꝛ suo tenemento, ꝛ vt fuit designata ꝛ confrontata in instrumento venditionis cessaret ꝛ nũc cesset excedere modũ seu quãtitatẽ sexaginta duarum saumatarũ: p que satis apparet hũc casum esse non solum diuersum a casu in quo cõsuluit Alex.in dicto cõsi.ꝛ de quo loquebaꝛ in dicta col.fi.sed etiã illi contrariũ. Loquiꝛ enim Alexã.eo casu quo nõ probaꝛ q̃ infra limites designatos nõ põt cadere numerus mẽsure expresse. Et hoc casu dicit idẽ Alexã.illa verba, ꝛ quantũcunq̃ ꝛc.nõ alterare verba designantia certã quantitatẽ, seu numerũ aut mensuram: sed nos loquimur in casu in quo dict⁹ Sobirassij expresse articulauit qꝺ bastida predicta cum terris ꝛ alijs predictis, ꝛ vt fuit designata ꝛ cõfrõtata in dicto instrumẽto, cessaret, ꝛ nũc cesset ꝛc. Non ergo dicit Alexan.qꝺ isto casu illa verba, ꝛ al's quãtũcũq̃ cõtineat ꝛc.nõ alterẽt diminuẽdo verba precedẽtia, sed potius sentit ꝛ dicit cõtrariũ, si attendatur ad verba eius. Dicit enim illa verba, ꝛ quãtũcũq̃, non alterare ꝛc.nisi probetur qꝺ tãtus ibi nõ posset cadere numerus: ergo si probetur vel appareat qꝺ tãtus nõ põt cadere numerus, illa verba, ꝛ quãtũcunq̃ ꝛc.secundũ eũ alterant. Et hoc propter illã dictionẽ nisi, quã ipse posuit post orationeʒ negatiuã, per ea que not.doc.communiter in.l.actione.C.de trãsac.ꝛ in.l.si eum.§.qui iniuriarum. ff.si quis cau.ꝛ huius dictionis nisi.naturã bene sciebat idẽ Alexand. prout apparet ex his que ipse not. in dicta.l. si eum.§. qui iniuriarũ.col.iij.versi.in ea.ibi.l.titia ꝛc. Preterea vbi Alexã. de imo.loquut⁹ fuisset sub alijs verbis, vt verbi gratia: si dixisset quod verba illa, ꝛ quantũcunq̃, non habẽt alterare verba precedentia quãdo nõ probatur ꝛc.adhuc verba sua facerẽt in casu no
2 stro † pro eo quod dixi arguendo a contrario sensu: quod facere licet, etiam in dictis gl.ꝛ docto.vt colligitur aperte ex his que no. Ang.in authẽ.de nõ eligen.secũ.nuben.col.iij.versi.ꝛ predicta vera.col.j.Nicol.de vbal.in suo tracta.de succes.ab intest.in secũda parte principali.colũ.v.versi.predicta auteʒ omnia ꝛ singula limita ꝛc.ꝛ Roma.singulari.cclij.exordiẽte, Tu scis qꝺ si mulier nubat secundo ꝛc.qui omnes arguunt a contrario sensu gl.posite in dicta auẽ.de non eligẽdo secundo nuben.super verbo, copulantur.que dicit inuito filio, ꝛ arguendo dicũt secus esse secundũ mentem gl.si copulentur filio nõ inuito. Joan.de imol.in.l. qui testamẽto.§.mulier.ad fi.ff.de testa.assumpto quodam dicto, de quo ibi Jac.de are.arguit a cõtrario sensu huius dicti. Posseʒ ergo ꝛ ego arguere a contrario sensu eorum, que dicit Alexã.de imo.dicto cõsil.viij.col.fi.ver.preterea. Verba igitur sua faciũt pro eo quod alias dixi, ꝛ nũc dico. Et ita querẽdus est alius qui dicto meo fundamento respondeat, non Alexan.de imol.

3 † Ad id vero quod materiam prosequẽdo dicit idẽ domi.consulens, pretium debere esse congruum seu competens secundum rei valorem seu estimationem: pro quo allegat.l.si fundum per fideicommissum, ꝛ quod ibi Bartol.ff.de leg.i. Dico ꝛ respõdeo q̃ istud nihil officit dicto nobili de Laude, etiam si verum esset quod pretium competens esse deberet secundum rei valorem: quod tamen aliter videtur decidi in dicta.l. si fundum per fideicommissum, in princip.ꝛ in.l.si quos.C.de rescin.vẽdi.facit auẽ.perpetua.C.de sacrosan.eccle.quia in discursu cause huius propositũ est ꝛ deductum parte dicti nobilis de Laude, ꝛ vt puto huius deducti oblata probatio, quod sexaginta tres saumate, quas esse ꝛ cõtineri fatetur dictus Sobirassij in bastida ꝛ tenemento ꝛc.valebãt tempore facte vẽditionis, ante, postea q̃ ꝛ nunc valuerant, valuerũt, ꝛ valent ducentis florenis: ꝛ ita causari nõ potest idem Sobirassij pretiũ non fuisse cõueniens ꝛ congruum secundũ rei ꝛc.necse fuisse deceptum per dictũ Nicolaũ. Ad quid autem allegauerit idem do. cõsulens.l. hec vẽditio.§. fi.ff.de contrahen.emptio.ꝛ venditio.nõ plene video. Non enim nego quin venditio mihi facta pro centum ꝛ quanto pluris vendidero rem per me emptam non valeat, seu etiam quod certum pretium non habeat: quod tamen postea potest augeri, si forte rẽ illam maiore pretio vendiderim. Et huic simile ponitur in.l.si pater dotem.versi.si fundo ꝛc.ff.de pact.dota. Sed hoc nihil facit ad propositum huius domini consulentis: qui vt mihi videtur dictum.§.fina.inducit ad hoc vt probet q̃ illa verba, ꝛ quantũcunq̃ contineat, potius augeant q̃ minuant: qui profecto nihil facit ad factum: quia in.d.§.fin.ponitur quanto pluris vendidero, ꝛ in dicto.§.si fundo, ponitur quanto pluris venierit: propter quod non mirum si verbum quanto, ratione adiuncte determinationis augeat, non minuat. Sed pone q̃ in casibus illis sublata dictione quanto, ꝛ dictum fuerit, ꝛ quanti eum vendidero, aut quanto venierit: vel etiam qꝺ dictum extiterit quanto minus eũ vendidero, aut quanto minus venierit, vellem vt idem do.consulens mihi responderet, an hec dictio quanto augeret vel minueret: quem puto sic responsurum vt ex eius responsione colligi possit, qꝺ illa verba, ꝛ alias quantumcunq̃ contineat, sunt verba generalia, ꝛ que sine cauillatione possunt trahi ꝛ ad maiorem et ad minorem quantitatem, ita vt videatur idem nobilis Nicolaus non se firmasse in aliqua certa quantitate aut mensura, sed vendidisse bastidam aut tenementum sub illa quantitate in qua extite
4 bat quantacunq̃ existeret siue maior siue minor expressa. † Ceterum ad id quod postremo dicit idem domi.consulens de actione quanto minoris empturus esset idem Sobirassij, Dico vt alias dixi quod ipse Sobirassij in ea, etiam si diceremus illam esse ciuilem, obtinere non potest. pro eo quia non probauit necessaria ad obtinendam victoriam in hac actione, ꝛ que probare non potest, nisi etiam iuramento interposito, vt iam dixi: quod tamen nondum prestitit, nec vt puto prestabit, si tamẽ, prout puto eum asser
5 turum, vir bonus ꝛ probus existat: † Non enim est boni viri velle habere ducẽtas saumatas terre pro eo pretio pro quo iuste ven

derentur sexaginta tres saumate. Qd enim dicitur licitum esse contrahentibus se in pretio decipere, hanc moderationem recipit: vt tamen non conueniat bono viro, per id quod not. Bald. in l. cum ipse. in principio. C. de contrahen. emptio. vbi dicit quod ad bonam fidem spectat vendere iusto pretio: de quo longe plenius per Joan. de ana. in c. in ciuitate. colum. iiij. & quinta, & presertim in ver. & istud idem in effectu credo. & versi. vltimo pro ista
5 parte &c. de vsur. † Ubi etiam refert cautelam quã consulendo tradidit, sc3 q fierent certe positiões, & inter alias poneretur vna que diceret quod venditor est bonus vir, vel quod iudex ex officio eum interrogaret si erat bonus vir, iuxta. l. vbicũq. ff. de interrogã. actio. & in c. cum Joannes eremita. de fide instrumen. & si responderet, quod sic, tunc emptor haberet intentum suum, per glo. inibi mentionatam. Si vero responderet q non, tunc iudex deberet eum repellere, per id quod habetur in. l. congruit. ff. de offi. presi. Et q̃uis Joan. de ana. & alij loquantur in venditore, vt vc3 si est bonus vir debeat vendere pretio iusto, idem videtur in emptore, vt velle debeat emere pretio iusto, non iniusto seu vili: quia eadem ratio videtur vtrobiq. Uoluisset autem & vellet idem Sobirassij pretio vili & non iusto habere dictas sexaginta tres saumatas si iuraret se non dedisse pro illis nisi summam propositam & deductã, cum tamen vt deductum est ille valerent, valuissent, & valeant ducentis florenis. Non puto ergo eum iuraturum. Fuerunt & alia per me inducta, quibus non est responsum per ipsum do. consulentem. Propter que & predicta adherẽdo aliãs scriptis cõcludo, dictum nobilem Nicolaum fore ab impetitis absoluendum. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, & signanter reuerendi patris & viri doctissimi domini mei vicegerentis.

1 ¶ Confessio iudicialiter facta an possit diuidi, vt pro parte acceptetur, & pro parte refutetur.

2 Exceptio non numerate pecunie etiam infra biennium quo casu opponi non possit, & an illi renuntiari possit.

¶ Epitome.

¶ Confessio vno contextu emissa scindi non potest: sicut nec exceptio non numerate pecunie, cui renunciatum est, opponi: vel eo casu renuntians non fuisse numeratam probare tenetur. U. F.

¶ De exceptio. Consilium. xxxv.



Uiso processu dudum cepto per & inter honorabilem virũ magistrum Joannem rigaudi notarium, tanq̃ pretensum curatorem datum bonis venerabilis quondam viri domini Joannis basterij, seu assertum procuratorem heredum eiusdem do. Basterij ex vna parte, & venerabilem virum dominum Joãnem florentij presbyterum ex alia, & deinde continuato per & inter prefatum curatorem seu procuratorem, & prouidum virum Huguetum goyrani heredem dicti do. Florentij, vna cum dubijs ex processu huiusmodi elicitis, dico & respondeo breuiter & succincte, prout infra. Et primo pro euacuatione primi, consulo eidem Goyrani adhuc existenti infra tẽpus introducende & prosequende appellationis parte dicti do. Florentij per honorabilem virum magistrum Baudetum fornenqui interiecte, qd ipse illam introducat corã superiore, & obtineat literas citatorias & exhibitorias: dumtamen appareat de mãdato seu procuratorio dicti magistri Baudeti, quod non reperio in processu. Si vero non appareat de mãdato huiusmodi, poterit illi pretenso libello parte heredum prefati do. Basterij nouissime oblato responderi. Salua illius nullitate.

1 † Ad secundũ & tertium quesita dico & respondeo, q cum non appareat dictum quondam do. Florentij habuisse res & bona, de quibus in processu, nisi per confessionem seu reuelationem eiusdem Florentij vno contructu emissam, & in qua dicit se illa habuisse a dicto do. Basterij cum ei teneretur, non potuit nec potest huiusmodi confessio per dictũ curatorem aut procuratorem scindi aut diuidi, nec potuit aut potest partim, hoc est quatenus facit pro eisdem heredibus acceptari: & partim, hoc est quatenus facit contra eos refutari. Pro quo allegasse sufficiat id qd voluit Bar. in. l. aureinus. §. idẽ queritur. ff. de libera. lega. doc. in. l. si quidem. C. de excep. Panor. in. c. bone. de leg. ij. colum. penulti. de postula. prela. Jacob. rebuf. in l. rura. C. de omni agro deser. lib. x. Angel. aret. in. §. item si quis postulante. institu. de actio. Si igitur idem curator aut procurator seu heredes dicti quondam do. Basterij vellent acceptare dictam reuelationem seu confessionem, quatenus idem quondam do. Florentij dixit & reuelauit se habere seu habuisse bona predicta, & illam refutare, quatenus in ea dicitur q illa habuerit a dicto do. Basterij, ipsi hoc facere non possunt: q2 vt dixi cõfessio seu reuelatio huiusmodi vno contextu emissa scindi aut diuidi non potest. Et sic stat cõclusio in hoc, qd prefati curator, procurator, aut heredes probare tenetur dictum quondam do. Florentij habuisse illa bona, aut si inniti velint dicte reuelationi, acceptare qd ipse illa habuerit a dicto do. Basterij, cum ei teneretur: & illã acceptando tenentur ipsi satisfacere de debito, anteq̃ bona huiusmodi sibi restituantur, per ea que not. doct. in. l. fi. C. cõmoda. qd maxime procedit in hoc casu: q2 clare apparet per publicum instrumentum prefatum domi. Basterij se eidem domi. Florentij obligasse ex causa mutui in summa tredecim florenorũ, & hoc de anno domini. M. cccc. xcviij. & die. xxi. mensis Januarij, & pro
2 his expresse obligasse omnia bona sua mobilia & imobilia. † Nec opponat aliquis, q cum simus infra biennium, possint dicti aduersarij opponere exceptionem non numerate pecunie. Quoniã respondeo q immo illam opponere non possunt. Tum q2 illi cẽsetur renuntiasse idem do. Basterij, pro eo q2 renuntiauit multis & varijs renuntiationibus ibi, & deinde omni alij iuris & facti auxilio quo mediante contra inibi dicta vel aliqua eorundem in aliquo venire posset aut aliquid infringere de eisdem, per id qd voluit Bar. in authen. matri & auie. C. quã. muli. tute. offi. fungi potest. Alex. de imo. consi. xi. exordiente. Uiso ac vt oportet &c. col. vj. versi. pondero illa verba &c. in secundo volu. & do. Jas. may. in l. de his. col. iiij. versi. concludo ergo &c. ff. de transac. Huic autẽ exceptioni nõ numerate pecunie videt̃ potuisse renuntiare: quod videtur potuisse facere saltem quo ad hoc vt teneretur idem do. Basterij, & nunc teneantur eius heredes probare pecuniam non esse numeratam, secundum gloss. que hoc not. in. l. si ex cautione. C. de non numera. pecu. Et idem voluerunt Jaco. Bal. & Odofre. vt refert Cy. in. d. l. si ex cautione. Tum & quia supposito, citra preiudicium veritatis, qd contraria opinio sit communior: illa tamen non procederet in hoc casu, cum dictus do. Basterij iurauerit omnia contenta in instrumento obligatorio esse vera: et sic pecuniam fuisse sibi numeratam, quam in instrumento huiusmodi confessus fuit habuisse, & iurauerit non cõtrauenire. Et ita obstante iuramento non potuisset idem do. Basterij contrauenire, nec possunt eius heredes. c. cum contingat. & qd ibi doc. & maxime Jo. de imol. in sua repeti. in. vij. memb. o. versi. item aduerte q2 Bart. in. d. l. fi. &c. de iureiur. & Joan. de imol. in. l. nemo potest. ff. de leg. i. Et quod not. Bar. vero. in suo libello de contrac. emptio. & loca. in. vij. presumptione, iuncto eo quod habetur in auf. qd obtinet. cum ibi not. C. de proba. & quod voluit Bal. in. l. si donatione. col. j. versi. querit gloss. si pater. C. de colla.

¶ Consequentia an valeat, mendicantes ergo pauperes.

1 Legata ecclesie relicta non soluentes an peccent mortaliter.

2 Apostoli in termino petendi, alias appellationi renunciatum videtur, & quid si ante terminum petantur.

3 Appellare in scriptis, & causam grauaminis in appellatione exprimere appellans ab interlocutoria an debeat.

4 Attentata post interlocutoriam an reuocanda ante sententiam in causa appellationis proferendam.

¶ Epitome.

¶ Post appellationem ab interloquutoria, a qua in scriptis grauamen exprimentibus appellandum est, attentata ante inhibitionem facta non sunt reuocanda ante sententiam diffinitiuam. U. F.

¶ De appella. Consilium. xxxvi.



Diuersis & varijs ac etiam cauillosis diffugijs vsus est & vtitur, & vt puto in detrimentũ sue salutis, nobilis Marinus guersi, ad impediendum ne venerabiles & religiosi viri domini prior & conuentus fratrum predicatorum Au-
1 rayce, † & consequenter pauperes, q2 mendicantes, suum consequantur intentum, & ne assequantur id qd ex pia defuncti voluntate, & pro suffragiis defuncti anima relictum est: qd profecto bo-
2 no viro, & presertim nobili non congruit, † Qui etiam in his sibi patrocinantur peccatum mortale nõ euadunt: q2 scriptum est. ij. Paralip. xix. Impio prebes auxilium, & his qui oderunt dominum amicitia iungeris, & idcirco iram domini merebaris: & debent timere sententiam Inno. quam communiter sequuntur doc. in. c. q2 plerique. de immunita. eccle. sed hec hactenus: de his enim dominus iudicabit. Ceterum quo ad articulũ, de quo nunc contenditur, in quo vc3 dictus Marinus petit & postulat primo & ante omnia quedã pretensa attentata reuocari, dico q illa, etiam si de eis legitime appareret, non essent reuocanda. Tũ q2 nulla ex illis pretensis appellationibus parte dicti Marini interiectis videtur fuisse & esse legitima, aut de iure cum effectu efficax. Et quidem non prima, que pretenditur interiecta ab as-
3 serta arctatione termini: † quia dictus Marinus seu eius procurator non comparuit pro apostolis recipiendis termino sibi assignato: quo fit vt illi renuntiasse censeatur, etiam si ante terminum sibi

num sibi assignatum illos sibi dari petierit,cle.q̃uis rigor.§.j.&
qd voluit glo.in dicta cle.§.similiter si iudex.super verbo,infra
dictum.de appella.Et ita etiam sancte & iuste pronunciauit no-
bilis & egregius vir dominus Gabriel fogassie,tunc ciuitatis,&
principatus Aurayce iudex,& cõmissarius cause huius.Non etiã
valuit appellatio seu appellationes,quas primo loco interpone-
re conatus est dictus nobilis Marinus,seu dictus eius procura-
tor ab ordinationibus,per quas dictus do.iudex declarauit mã
datum seu procuratorũ factũ per dictos do.priorẽ & conuentum
fuisse & esse validum,& eosdem do.priorẽ & conuentũ fore & esse im
mittendos ex primo decreto in possessionẽ bonorũ in libello pre
4 ipsorum in hac causa producto latius expressorum:† quia cũ or-
dinationes hmõi fuerint & sint interloquutorie,ab illis appella-
ri debuit in scriptis,& causa vel cause pretensi grauaminis in ap-
pellatione exprimi.c.cordi.de appel.in.vi.& cle.appellanti.eo.ti.
in cle.& qd voluerũt Ang.Joan.de imol.& Alexã.de imol.in.l.
quicquid astringende.ff.de verbo.obli.Nõ etiam illa,quã postea
Anno vz dñi.M.cccc.xcvij.& die.xxi.mensis Februarij fecit qr
in illa nõ exprimuntur cause alicuius pretensi grauaminis, que
tamen vt predixi exprimi debuerũt,per iura preallegata:& si que
exprimãtur,ille fuerunt & sunt friuole & inanes,& alias tales que
etiam si vere essent non iustificarent dictam pretensam appella-
5 tionem.† Cum etiam non sunt dicta pretensa attentata reuocã
da.pro eo qr licet attẽtata post sñiaz diffinitiuã,& ante appellatio
nem interiectam,vel etiam postea ante inhibitionem sint regu-
lariter reuocanda ante sententiam in causa appellationis profe-
rendam:secus tamẽ est in illis,que pretendunt attentata post sen
tẽtiã interloquutoriã:qr siue illa facta extiterint ante appellatio-
nẽ,siue post appellationẽ ab interloquutoria interiectã,dũ tñ fa-
cta sint ante inhibitionẽ iudicis ad quẽ,illa non sunt reuocanda
ante sententiam diffinitiuã per iudicẽ causa appellationis profe
rendam.c.non solum.vbi probatur vtrũq dictum,de appella.in
vj.Cum igitur ordinationes,a quibus idem Marinus se appel
lasse pretendit,fuerint & sint interloquutorie, non sunt pretensa
attentata anteq̃ pronuntietur super iustitia vel pretensa iniusti-
tia dictarum ordinationum reuocanda.d.c.non solum, secundo
responso.Et ita mihi videtur &c.

1 ☞ Vidue fornicantis pene infra annum luctus introducte an
sint sublate,& nu.seq.

Epitome.

Quamuis binubarum pene cessent hodie:non tamen forni-
cantes infra annum luctus illas euadunt,quin omnia donata &
a viro relicta perdant. V. F.

Ad leg.Juliam de adult. Consilium.xxxvij.

1 Mulier † fornicans aut
stuprum cõmittens infra annum post mortem
eius viri,perdit sibi donata & relicta per eius vi
rum,aut.de restitu.& ea que pa.§.si.colla.iiij.et
transumptiue in aut.ijsdem penis.C.de secũdis
2 nuptijs.iuncta.l.j.&.ij.illo eo.titu.† Et q̃uis secundum opinio-
nem magis communem pene,de quibus in dicta.l.j.&.ij.que vi-
delicet introducte extiterunt in odium secundi matrimonij vel
nimie festinationis,censeantur hodie correcte propter dictum
apostoli,de quo in.c.penulti.& fi.de secun.nupt.quam opinionem
tenuit Inno.in dicto.c.fin.& quam ibi,&.c.penul.sequuntur com
muniter cano.& legiste in dicta.l.j.pene tamen imposite vidue for
nicanti,aut stuprum cõmittenti infra annum luctus nõ sunt abo
lite per dictum apostoli:quia apostolus loquitur de nubẽte.Di
cit enim.j.Corinth.vij.Mulier allegata est legi quanto tempo-
re vir eius viuit:quod si dormierit vir eius,liberata est a lege,cui
autem vult nubat tantum in domino.Quod non facit fornicans
aut stuprum committens.Non ergo potest mulier huiusmodi se
defendere aut tueri per dictum apostoli:et sic remanent ille pene
incorrecte.l.precipimus.C.de appel.l.sancimus.de testa.& aut.
de admini.offi.in sacris appellat.§.fin.ibi.Quoniam dum nihil
omnino super istis innouatum sit,colla.ij. quod etiam voluit
Ange.in dicta aut.de restitu.& ea que pa.colla.iiij.Propter que
respondeo,q si verum sit Gabrielam vitas infra annum luctus
post mortem prouidi quondam viri Georgij autrani fuisse forni-
catam aut stuprum commisisse,& ex illo vel post annum luctus
vel infra annum post decem mẽses a tempore obitus ipsius Au
trani peperisse,ipsa perdidit sibi donata & relicta per ipsum quon
dam Georgium,dicta aut.de restitu.& ea que pa.§.si.& quod ibi
gloss.super verbo,perfecto.Et sic nõ videtur q liberi dicti Geor
gij etiam nati ex primo eius matrimonio teneantur ad solutionẽ
aut expeditionem donatorum vel relictorum eidem Gabriele.
Et ita mihi videtur &c.

1 ☞ Prioratus alicuius diocesis pertinens ad collationem ali
cuius alterius diocesis, vel ad abbatem alibi q̃ in locis in gra-
tia expressis morantem,an veniat sub gratia expectatiua.
2 Collatio facta per collatorem ante mensem, quo expectans be-
neficium acceptare debebat, an sit inualida, & an reconualescat
propter moras expectantis lapso mense.nu.5.6.7.
3 Processus per delegatum electum nondũ tamen exercitium ha
bentem factus an confirmetur adueniente exercitio.
4 Actus quilibet alterius fauorem cernens quam conditionem
habeat,& an intelligatur si non apponatur.
7 Veritatem inuenire difficillimum vbi vertices legum prudentũ
dissident.
8 Clausula,perinde valere in omnibus & per omnia &c. solita poni
in literis gratie expectatiuis,que clausula sit.

Epitome.

Clerico, cui per conferre debentem etiam alibi cõmorantem
beneficium collatũ est:prefertur alter clericus,cui postea in vim
gratie expectatiue summi Pontificis collatum fuit. V. F.

De episco.& cler. Consi.xxxviij.



Resupponitur in facto qd pridem,anno
domini M.cccclxxxvj.& die.xxvij. mensis Au-
gusti,vel sequẽti,vacauit priorat⁹ sancti Mar-
cellini loci de Stella Valentinensis diocesis,
per obitum venerabilis & religiosi viri fratris
Petri pellissonis extra Romanam curiam & in partibus vita
functi:quo vita functo, & infra mensem ex quo vacatio huiusmo
di in dictis loco Stelle & prioratu sancti Marcellini publice no
ta fuit, venerabilis & religiosus vir frater Bertrandus durandi
monachus monasterij sancti Theofredi Aniciencis diocesis si-
bi de prioratu huiusmodi a reuerendo patre domino abbate eius
dem monasterij, ad quem pertinet collatio, prouideri obtinuit.
Successu vero temporis. anno vz predicto & die quarta men-
sis Octobris,& diu post mensem a tempore notitie publice habi
te de obitu dicti quondam fatris Pellissonis,nobilis & genero
sus vir dominus Franciscus de viẽnesio,pater & procurator vene
rabilis viri domini Gonini de viẽnesio canonici ecclesie Gratia
nopolitane,in vim gratie expectatiue sibi concesse per recolende
memorie dominũ Sixtũ papam quartũ, ad beneficium & benefi
cia in literis huiusmodi latius mẽtionata,& ad quorũcunq col-
latorũ & collatricium seculariũ & ordinũ quorũcunq regularium in
Viennensi & Valẽtinensi ciuitatibus & diocesibus consistentiũ,
collationẽ,prouisionẽ presentationẽ,institutionẽ,ptinẽs seu confir-
mationẽ,seu quãuis aliam dispositionem cõiter vel diuisim perti
nentia,si quod,vel si qua tunc vacabat seu vacabant &c. Que
situm est an prioratus comprehendatur sub gratia prefati domi
ni Gonini. Secundo supposito q sub gratia huiusmodi com-
prehendatur idem prioratus,quesitum est an collatio facta di-
cto fratri Bertrando ab initio vel ex post facto de iure valuerit,
& per eam fuerit eidem fratri Bertrando in dicto prioratu,vel ad
illum ius quesitum.Et consequenter an in vim surrogationis fa
cte de dicto do.Hugone competierit & competat ipsi do.Hugo-
ni ius in predicto prioratu vel ad ipsum. Tertio an supposito,
citra preiudicium veritatis,q collatio de qua supra fuisset & esset
nulla,et sic q nec in vim collationis aut surrogationis huiusmo
di ius competijsset dicto fratri Bertrando,nec hodie compete-
ret eidem do.Hugoni,an saltem sibi ius competeret in vim sur-
rogationis aut gratie,Si neutri,per eum nouissime obtente.

Christi nomine inuocato Viso consul
tationis themate,& dubijs ex eo elicitis,dico & respondeo ad du
1 bia huiusmodi prout infra.† Et primo ad primum,q licet dict⁹
prioratus non videatur, comprehendi super dicta gratia,pro eo,
quia nec monasterium sancti Theofredi,nec dominus abbas il
lius,ad cuius collationem pertinet prioratus huiusmodi,viden
tur consistere in aliqua ex ciuitatibus & diocesibus Viennensi &
Valẽtinensi:sed in diocesi Aniciensi,prout in facto supponitur:
contrarium tamen videtur verius,causis, iuribus,& rationibus
allegatis per Roma.consilio.ccclxxvj. exordiente, Questio est
nunquid sub gratia dicti domini cardinalis que hodie est dicto
do.Joan.villaris &c.vbi consultus an sub gratia, cuius verba
hec erant,Ad collationem collatorum & collatricum quorum-
cunq in Lugdunensi,Cabillonensi,& Gratianopolitana ciuita-
tibus & diocesibus consistentium &c.veniret prioratus qui erat
in diocesi Gratianopolitana,cuius tamen collatio spectabat ab-
bati monasterij Cluniacensis,qr abbas & eius monasterium con
sistebant in diocesi Matisconensi:respõdet se arbitrari q sic:pro
quo multa inducit. Que quia inibi videri possunt, breuitatis
causa non transcribo.

2 † Ad secũdũ dico & respõ-
deo q super hoc sunt opiniones:quidam enim voluerunt q licet

collatio facta per ordinarium ante lapsum mensis, de quo in cle. j. de conces. preben. ab initio non valeat, tanquam facta per eum cuius manus tunc ligate existebant: illa tamen reconualescit, si expectans non acceptet beneficium, vel vtatur gratia sibi concessa. Et hanc opinionem tenet Panor. in c. cum ex officij. col. pe. de prescript. qui pro ea inducit distinctionem, quam posuit Jaco. de are. in l. vnica. C. qui pro sua iurisdic. iudi. da. et post eum Jo.
3 and. in dicto. c. cum ex officij. in questione de qua ibi per eos, † et in qua querunt: an si tempore delegationis delegans carebat iurisdictione, sed postea est illam adeptus, teneat processus delegati: dicunt enim delegationem confirmari, si iurisdictio delegantis iam erat radicata tempore facte delegationis, vt puta quia licet exercitium non haberet idem delegans, iam tamen electus erat. l. obseruare. §. fi. ff. de offi. proconsul. l. si rem. §. fi. ff. de pigno. actio. et. l. sed si ante. ff. ad Trebel. secus autem si radicata non erat iurisdictio tempore facte delegationis. Cum ergo in casu de quo queritur tempore facte collationis dictus do. Abbas videretur habere iurisdictionem et ius conferendi, quamuis sibi deesset facultas seu exercitium propter inhibitionem superioris et decretum irritans, videtur quod postea sublato obstaculo huiusmodi per lapsum mensis, infra quem dictus do. Soninus expectans non acceptauit nec vsus est gratia, collatio predicta reconualescere debuerit: quia nullum ius superuenit de presenti, sed solum fuit remotum obstaculum. Inducit etiam Panor. no. per Bart. in. l. cum vir predium. ff. de vsuca. vbi querit Bar. cauetur statuto fauore creditorum, quod debitor exbannitus vel condemnatus pro debito nullum contractum facere possit donec soluat: contingit quod debitor huiusmodi prius contraxit, postea soluit, an contractus confirmetur, et tenet Bar. quod sic, siue sua intersit siue non: quia non superuenit ius, sed remouetur obstaculum, allegat. l. pignori. ff. qui et a quib. et vnicam. C. ne tutor vel cura. Et idem quod Panor. videtur voluisse Rota. de conces. preben. deci. xvij. exordiente, Rot. primus et secundus in data acceptauerunt. ver. sed quid erit si prior in data etc. in antiquis: vbi habetur quod si primus in data nunquam acceptauit, prouisio facta secundo infra mensem valet: et idem de collatione epi. et sic ordinarij collatoris. Pro quo inducit Rota rationes allegatas per Jo. mona. in. c. statutum. de preben. in. vj. Inducit etiam alia, de quibus ibi. Idem etiam videtur sensisse Oldra. consi. mihi. cccxviij. alijs vero. cccv. exordiente, Licet allegationes alias date per dnm. B. Andree: vbi inter alia dicit quod decretum appositum in literis, per quod decernitur irritum et inane quicquid contra
4 hoc interim contigerit attentari, † sicut et quilibet actus respiciens fauorem alterius, conditionem habet, si ille in cuius fauorem fit vel apponitur vti voluerit iure suo: sicut apparet in institutione, que conditionem habet, si voluerit institutus, etiam si non apponatur. l. cornelius. ff. de heredi. insti. et. l. verba hec. ff. de condi. institu. quod etiam apparet secundum eum in decreto legis mortue decernentis testamentum, in quo filius iam natus preteritur, ipso iure nullum. l. si filius. ff. de libe. et posthu. et tamen illud decretum conditionem habet, vt colligitur ex his que habentur in. l. filio preterito. ff. de iniu. rup. et irri. testa. Inducit et alia Oldra. in dicto con-
5 silio, que possunt ibi videri. † Sed in casu nostro dictus dns Soninus non fuit vsus dicta pretensa gratia infra mensem: ergo inhibitio et decreti conditio defecerunt: et sic habentur perinde ac si ab initio apposite non fuissent, argumen. l. in ratione. in princip. et. l. nec interest. ff. ad leg. Fal. facit. l. filiam fratribus. ff. ad Trebel. Et quamuis Pau. de leaza. in dicta cle. vnica. §. secus. super verbo acceptandum. ver. quid si non acceptat infra mensem de conces. preben. tenuerit in glo. anti. collationem huiusmodi non valere: ipse tamen tenuit contrarium in addi. quam ibi facit corrigendo se in eo quod tenuerat collationem huiusmodi non valere: et quam partem per multas rationes et motiua, que ibi videri possunt, tenuit Joan. calde. in quadam sua disputatione mihi. xxvij. exordiente, Duo clerici successiue in eadem ecclesia impetrauerunt a papa prebendam quam postquam vacauerit duxerint acceptandam. Etiam hanc partem tenuit disputando Gaspar de calde. decretorum doctor, et fama excellentissimus, prout refert Pet. de ancha. col. xxiiij. versi. Hanc partem etiam disputando tenuit dns et pater meus etc. Pro qua induci possunt multa argumenta facta per ipsum Pet. de ancha. in dicta cle. vnica. col. xxj. ver. et in contrarium alias rationes adduco quod acceptatio et collatio infra mensem facta etc. Et quamuis Oldra. Jo. calde. et Gaspar calde. loquantur in duobus clericis expectantibus, et qui successiue in eadem ecclesia impetrarunt a papa beneficium seu prebendam, quam post vacationem infra mensem duxerint acceptandam, cum clausula inhibitionis et decreti: et eo casu inquirant et disputent an acceptatio secundi impetrantis, et collatio sibi facta infra mensem a tempore quo vacatio publice nota fuit in ipso beneficio vel loco etc. valeat, si primus impetrans infra mensem vel simpliciter non acceptet, aut gratia sua non vtatur: idem tamen videtur in vnico impetrante sub predicta forma, et eo qui infra mensem de vacante beneficio per ordinarium sibi prouideri obtinuit, si expectans et impetrans apostolicas vel infra mensem vel simpliciter non acceptet: et hoc videtur posse colligi ex his que ponit Rota in dicta decisione. xvij. exordiente, Rota primus et secundus etc. versic. sed quid erit si prior in data: vbi quo ad hoc videntur parificari acceptatio secundi impetrantis, et collatio sibi facta per suum executorem infra mensem datum primo impetranti ex vna parte, et acceptatio alicuius pone. B. et collatio sibi facta per ordinarium infra mensem datum apostolico impetranti. Et idem etiam quo ad hoc videtur voluisse Cardi. Flo. consilio. ciiij. exordiente, Post redditum consilium premissum formata fuere dubia etc. Etiam pro hac parte facit noua regula cancellarie recolende memorie domini Innocentij pape octaui, quam puto fuisse repetitam, quamuis non viderim, per sanctissimum do. nostrum papam modernum: per quam deciditur, quod si minus prerogatiuati non prosequantur vel non publicent acceptationes suas, tenent aliorum acceptationes: nec dicuntur vacare beneficia ex persona illorum non prosequentium acceptationes.

6 † Contrariam partem, scilicet quod collatio non valeat, tenuit do. Cardi. Flo. in dicta cle. vnica. §. secus. col. iij. versi. oppo. ad hoc: quia ex quo gratia est sub conditione: ibi, faciunt hec ad questionem facti in qua consului etc. quatenus ibi se refert ad dictum suum consilium. ciiij. exordiens, Post redditum consilium premissum formata fuere dubia etc. et consilium collegij Paduani exordiens. A. et B. clerici successiue in eadem ecclesia impetrarunt etc. quod ibi subinseritur sub quotata. c. v. vbi multis iuribus, rationibus, et motiuis consuluit collegium Paduanum pro hac parte: cuius consilio se, vt refert Petr. de anchara. in dicta clemen. vnica. colum. xxiij. subscripserunt quamplures decretorum docto. eximij et famosi vt puto ciuitatis Bononiensis, et ipse Pet. de anchara. Hanc partem etiam videtur tenuisse Pet. de ancha. in dicta cle. vnica. colum. xviij. ver. secundo quero de questione alias disputata, et multis sequen. et Oldr. consilio mihi. cccxxvij. alijs vero. ccciiij. exordiente, Infrascripte allegationes. col. iiij. vel. v. ver. illud etiam mirabiliter etc. multa alia inducit pro hac parte, et quam sequitur do. Feli. in dicto. c. cum ex officij. col. antepenul. ver. nona et vltima conclusio, et c. incidens. etc. Et inter alia inducit multas decisiones Rote, et consilia Oldra. que videri possunt: que omnia simul collecta profecto faci-
7 unt hunc casum difficilem et dubium: † quia vbi et tot et tanti patres, et quidem non contemnende authoritatis, sed vt verbis iurisconsulti vtar. in. l. scire oportet. §. aliud autem. versic. ita enim Serbidius sceuola. ff. de excu. tuto. vertices legum prudentum discordant, difficile est veritatem inuenire: quod etiam si a memoria non excidit, voluit Aristoteles in proemio de anima, et do. cardi. Alexand. in. c. ex ratione. co. xviij. ibi, in hoc articulo libet dicere, de appe. la. vbi dicit.

Non nostrum inter nos tantas componere lites.
Et vitulatu dignus, et hic etc. Verumtamen rationes huius secunde partis bene vise, ponderate, et discusse videntur multum vigere. Et hec quoad primam partem dicti secundi quesiti.

Ad secundam partem eiusdem quesiti dico et respondeo, et si supponeremus collationem factam per dictum dominum Abbatem ipsi fri Bertrando, quamuis facta extiterit infra mensem datum impetranti, infra quem non acceptauit, valuisse vel ab initio, vel ex postfacto, scilicet post lapsum mensem: non videretur dubium quin in vim subrogationis prementionate dictus prioratus spectet et pertineat eidem do. Hugoni surrogato in omni iure, et ad omne ius quod eidem fratri Bertrando in dicto prioratu sancti Marcellini, vel ad illum tempore cessionis per eum facte quomodolibet competebat, aut competere poterat. Et cui surrogationi non obstarent ille pretense surreptiones, de quibus opposuit dictus dominus Soninus in quibusdam suis articulis exordientibus, Ad fines et effectus: scilicet quod tempore obtente dispensationis ad obtinendum plura beneficia incompatibilia asseruerit se esse licentiatum in decretis, et notarium seu prothonotarium
8 domini pape: et quod de hoc non apparuerit. † Quoniam respondeo quod cum idem do. de Turreta gratiam obtinuerit, per quam voluit sanctissimus dominus noster papa modernus literas dispensationis huiusmodi valere in omnibus et per omnia, perinde ac si in eisdem literis, quod dictus dominus de Turreta licentiatus in decretis et sedis eiusdem prothonotarius erat, expressum non fuisset: et sic propter hanc clausulam perinde valere etc. que est retrotractiua, per id quod ponit Rota decisione. cccclxxxiij. exordiente, Si papa facit gratiam puram. A. de benefi. etc. videntur litere dicte dispensationis perinde valere, ac si in eis non fuisset facta mentio de predictis: quo casu non potuisset nec posset opponi de dictis pretensis surreptionibus.

Ad tertium

Ad tertium dico et respondeo quod supponendo id, de quo in dicto quesito, non videretur eidem do. de Turreta ius competiisse aut competere in predicto prioratu in vim gratie, si neutri: pro eo quia illic est posterior alia gratia, Si neutri, parte dicti do. Sonini obtenta a recolende memorie domino Innocentio papa octavo, et postea revalidata cum clausula, perinde valere ac si etc. per sanctissimum dominum nostrum papam modernum: per quam fuit eidem do. Sonino ius quesitum, non quidem in predicto prioratu, sed ad illum: quod videtur sufficere ad impugnationem gratie, Si neutri, parte dicti do. de Turreta impetrate, per id quod habetur in regula cancellarie, de non tollendo ius quesitum etc. quod etiam satis sonant verba gratie, Si neutri, in qua videtur reservari seu conservari ius alteri ex collitigantibus in beneficio aut ad beneficium quesitum. Que dixerim sub correctione etc.

1 ☞ Scripture matrici an standum, ubi cotendunt archetypus et exemplar: et quid si una scriptura cotineat plus quam altera, an plus reducatur ad minus.

2 Appellans quo tempore teneatur apostolos petere, et an petitio illorum sit de forma appellationis.

3 Intentio hominis qualis quanta ve fuerit ex quibus iudicetur

¶ Epitome.

¶ Archetypo potius standum est, quam extenso instrumento: nisi aliud probatus notarii stylus suadeat. V. F.

¶ De fide instru. Consilium. xxxix.

1 Data † varietate inter primam seu matricem scripturam et aliam inde sumptam, standum est prime seu matrici scripture, per ea que eleganter deducit spectabilis vir dominus Gabriel fogasse iurium professor eximius: cuius dicto adherendo, dico quod idem voluit Bar. Ang. Alex. de Imo. et do. Jason may. in. l. si quis ex argentariis. §. pretor ait. ff. de ede. Bald. in. l. imperator. colum. penulti. versi. sed quid si unum instrumentum est etc. ff. de statu hominum. Pro quo facit quod no. idem Bal. in. l. nec exemplum. versicu. sed qualiter probabitur iste error. C. ad legem cornel. de fal. Idem etiam voluit Alexan. de Imol. consilio. cv. exordiente, Reverende domine vosque clarissime etc. in secundo volu. quod etiam voluit Rapha. cuma. in l. sempronius. ff. de leg. ii. Si igitur reperitur varietas inter acta statim facta de appellatione parte cuiusdam Joannis corberii filii Mathei corberii interiecta, quibus etiam concordat processus ab actis factis coram iudice a quo extractus, et deinde productus coram superiore, et instrumentum appellationis etiam a dictis actis extractum: videtur potius esse standum actis, ut potescripturis originalibus et processui huiusmodi, quam dicto instrumento, per allegata per dictum do. primo scribentem, et predicta. Quibus non obstat quod voluit Bal. in dicta. l. imperator. col. penulti. ver. sed nunquid per unum instrumentum: ubi dicit Bal. quod si est repugnantia inter duas scripturas, neutra valet: sed si in una est plus quam in altera, aut illud plus potest reduci ad minus, ut in summis, et valet de minore summa, ar. l. diem. ver. si plures. ff. de arbi. aut non potest reduci, ut quia una est plenior quam altera, quia continet plura capitula, et tunc pleniori scripture stabo, inquit Bal. ar. l. si ita scriptum fuerit Titius. ff. de heredi. instit. Cum respondeo quod Bal. loquitur ibi, non quidem in scripturis subordinatis, veluti prima seu matrice scriptura, et secunda seu alia scriptura inde sumpta: sed in aliis scripturis: quod apparet ex eo quia consequenter et paulo post querit Bal. quid si unum instrumentum est protocollum et aliud exemplum, et variant: ubi dicit stari originali. Loquitur ergo Bal. in primo dicto in aliis scripturis, alias notaretur de contrarietate: quod non est presumendum in dubio et incontinenti, ar. l. non ad ea. ff. de condi. et demon. Nec dicat aliquis quod postquam in primis actis reperitur scriptum eundem Corberii seu eius procuratorem in forma appellasse, satis expressum extiterit

2 eum apostolos petiisse. † Quoniam respondeo quod istud non est verum: quia licet appellans teneatur etiam petere apostolos, ipse tamen ad validitatem appellationis non tenetur eos petere tempore appellationis: sed sufficit eos petere infra triginta dies a tempore late sententie, vel ab eo tempore quo incipit currere decendium appellationis interponende. c. ab eo. et quod ibi glo. super verbo triginta dies. de appellat. in. vi. et quod not. glos. in cle. Quis rigor. super verbo tempore. eo. titu. in cle. Potest ergo appellari in forma, et prout oportet secundum eius substantialia appellatio interponi sine petitione apostolorum, quamvis ex post facto redatur inutilis, si infra dictos triginta dies currentes a tempore, de quo dixi petiti non fuerint apostoli. Et sic non videtur posse dici quod notarius actoris per illa verba, appellauit in forma, satis expresserit de petitione apostolorum: quia illa, ut dixi, non est de forma appellationis: et minus concessio apostolorum, et prefixio termini aut terminorum ad illam introducendam coram superiore etc. Et ita non videtur quod ipse notarius postea potuerit extendere illa verba, appellauit in forma, prout extendisse legitur in dicto instrumento: nisi forte ut iam etiam dictum est per dictum egregium dominum primo scribente, ipse solitus esset in actis scribere pro appellatione, apostolorum concessione, et termini seu terminorum prefixione ad introducendum appellationem etc. quod ille appellauit in forma, ita quod loco illorum omnium abbreviate solum scribere cosueverit, appellauit in forma, et deinde vel in actis extractis, vel in appellationum instrumentis illa verba extendere prout fecit in casu: tunc enim putarem quod dicto instrumento esset fides adhibenda, per alios, ut predixi, eleganter inducta. Pro quibus facit: quia ex consuetudine hominis in eadem specie, sive in eodem genere iudicatur eius intentio qualis quantaque fuerit. l. plenum. §. et equitii. ff. de usu et habita. l. si servus plurium. §. fin. ff. de lega. j. l. qui habebat. ff. de re. dubi. l. cum certum. ff. de vino et ole. lega. quod etiam voluit Angel. consilio. cclxxiii. exordiente, Titius ut heres Caii ab intestato egit. col. ii. circa principium: ibi, causa autem cancellationis presumi debet illa eadem etc. Sed de ista consuetudine seu stylo notarii esset facienda fides per adversarium: quia cum sit quid facti, non presumitur.

1 ☞ Casum et adversam fortunam hominis liberi expectare non solum est contra bonos mores: sed etiam ponere illam in statu, in quo sit certum quod nihil in perpetuum habere poterit.

2 Donatio omnium bonorum presentium et futurorum, in qua per reciprocationem vertitur consideratio mutui commodi, an valeat, et quid in venditione.

3 Donatio inter vivos omnium bonorum, an quando, et cur teneat.

4 Testandi liberam facultatem an possit quis per pactum donationis vel venditionis sibi auferre.

5 Filius patre vivente presumitur in patria potestate, nisi contrarium probetur.

¶ Epitome.

¶ Pactum alias mutuo utile dici non posset liberam auferre testandi facultatem, ideoque valeret nisi tantula quedam summa ad pias causas permissa in reliquo negare videretur. V. F.

¶ De pact. Consilium. xl.

Si pactum quod factum legitur per et inter Poncetum marcherii loci Turnonis ex una parte, et honestam mulierem Joannam filiam providi viri Joannis fabri, alias Paycani, eiusdem loci Turnonis censeri deberet donatio inter vivos, tunc satis videretur quod donatio seu pactum huiusmodi non valeret, utpote per quod videbatur in consequentiam auferri libera testamenti factio: et quia videtur contra bonos mo

1 res. † Nam sicut casum et adversam fortunam liberi hominis expectare est contra bonos mores. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum obliga. ita ponere hominem in statu, in quo sit certum quod nihil in perpetuum habere poterit, istud est contra bonos mores: et hec fuit opinio Jaco. de raven. Pet. et Cyn. quam sequitur Bart. in. l. fi. colu. iii. versic. si vero diceret omnia bona mea etc. C. de pac. et in. l. stipulatio hoc modo concepta. ubi etiam hoc voluerunt Rapha. cuma. Joan. de Imol. et Pau. de cast. et Ange. in. l. j. in princip. ff. de pigno. Paul. de cast. consilio. xcix. Bald. in. l. si duobus. §. idem respondit. leg. j. ff. pro socio. Bald. Fulgo. Pau. de cast. et doctores magis communiter in dicta. l.

2 fi. C. de pac. † Sed cum dictum pactum fuerit reciprocum sub conditione de qua in eo, et sic in pacto huiusmodi verteretur consideratio mutui commodi, non fuit proprie donatio. l. j. ff. de dona. et l. licet. C. de pact. sed videtur fuisse pactum seu promissio ex honesta causa, per id quod voluit Oldra. consilio mihi. cvii. aliis vero. cxxxix. exordiente, Ad habendam aliqualem notitiam eorum etc. colum. ii. versi. secundum erit in quam speciem contractus cadat etc. Joan. and. in addi. Specula. titu. de instrumen. edi. §. porro. colum. penultima. versicu. fuit etiam alia questio de facto duo fratres etc. Alberi. in dicta. l. fin. in principio. C. de pact. Angel. consilio. clxxxi. exordiente, Visis instrumentis predictis etc. colu. x. versicu. venio ad terminum. Alexander de Imo. consilio. lxxxii. exordiente, Visa facti narratione etc. colum. iii. versicu. et in proposito nostro ponit Oldra etc. et colu. vii. versicu. venio ad secundum principalem articulum etc. in secundo volumi. Dominus Jason may. in dicta. l. licet inter privatos. C. de pact. et in. l. si pater puelle. C. de inoffi. testamen. Et ita non videtur dictum pactum posse impugnari ex eo capite, quasi donata extiterint omnia bona presentia et futura: quemadmodum nec impugnatur venditio si fiat de omnibus bonis presentibus et futuris, in qua vertitur consideratio mutui commodi venditoris et emptoris: et quia venditor potest testari de pretio, ut voluit Barto. in dicta. l. stipulatio

hoc modo concepta,vbi etiam Alexan.colum.xj.ff.de verborū
obliga. Quod maxime videtur procedere in hoc casu:quia licet
prefati Poncetus ⁊ Joanna videantur conuenisse ⁊ pacti exti-
tisse de omnibus eorum bonis presentibus ⁊ futuris:fuit tamen
in pacto huiusmodi aliquid reseruatum,de quo ipsi ⁊ eorum qui
libet primo moriens poterat disponere ⁊ testari:quod videt̃ suffi
cere quo ad hoc vt donatio omnium bonorum impugnari non
3 possit,tanq̃ auferens liberam testamenti factionem.† Et hinc
dicunt omnes scribentes in dicta.l.si,ꝙ licet quis donet etiam
donationē inter viuos omnia bona sua post mortem suāpsius do
natoris:nihilominus tamen valet donatio huiusmodi : quia li-
cet non possit testari cum effectu de bonis,que habuit tempore
facte donationis,hoc est de bonis tunc presentibus : poterit ta-
men testari de bonis postea acquisitis,et sic de bonis tunc futu-
ris. Dicunt etiam aliqui in dicta.l.fina.C.de pact.Barto.⁊ alij
in dicta.l.stipulatio hoc modo concepta.⁊ Alexan.de Jmol.cō-
silio.lix.exordiente,Casus talis est videlicet Jacobus meghus
de lamelle,in quinto volu.ꝙ licet quis donet bona presentia ⁊ fu
tura:si tamen retineat bonorum huiusmodi vsumfructum,vel ali
quid de bonis huiusmodi,de quo testari possit,non impugnatur
donatio huiusmodi tanq̃ auferens liberam testamenti factionē,
quam profecto non aufert.Et secundum hoc videtur prima fa-
4 cie:ꝙ cōuentio seu pactū,de quo supra.de iure valuerit.† Quod
plane fortasse concederem,nisi facultas testandi esset restricta
⁊ limitata.Sed cum facultas huiusmodi ad piam causam restri
cta extiterit,pro eo quia dictum fuit ⁊ conuentum,ꝙ ipsi Pon-
cetus ⁊ Joanna,⁊ ipsorum quilibet possent ⁊ valerent in fine die
rum suorum testari super suis bonis ad suas pias causas mode-
rate,⁊ iuxta facultatem ipsorum bonorum:et sic a contrario sen-
su fuerit ⁊ censeri debeat fuisse conuentum.ne ad aliam causam,
vel aliter hoc liceret.l.cum inter.§.inter socerum.ff.de pac.dota.
qd̄ voluit Bald.in repetitione.l.conuenticulam.colum.j.C.de
episco.⁊ cleri.Anto.corsic.in suis singularibus,in verbo argumē
tum.Roma.in.l.si cum dotem.ff.soluto matrimonio.⁊ Andre.
sicu.consilio.lxi.exordiente,Scribitur Sapientie.vij.colū.viij.
versicu.modo in proposito nostro dicit a contrario sensu,in prima
parte:videtur ꝙ conuentio seu pactum huiusmodi non value-
rit:quia licet non omnino auferat testamenti factionem,pro eo
quia moderate ⁊ secundum bonorum facultatem testari permit
tit in piam causam:aufert tamen liberam testamenti factionem
⁊ facultatem omnino disponendi de bonis suis preterq̃ in piam
causam,quod non videtur fieri posse per contractum : quia dis-
ponere super ademptione potentie seu facultatis testandi nul-
lus homo habet arbitrium etiam super vna re singulari.l.si quis
in principio testamenti.ff.de legat.iij.vbi testator ad quem so-
lum pertinet testandi potestas,non potest sibi legem imponere
vt legatum non reuocet,aut plus non leget.Et hoc ideo est,q2
per illam voluntatem aufert sibi liberam testamenti factionem:
cuius libertatis potestas non a nobis,sed a lege dependet.Si-
cut igitur non potest quis directo disponere testando super habi
litate ⁊ inhabilitate sui,ita nec etiam contrahendo:alias posset.
l.de facili circunueniri.⁊ ei fraus fieri.Et ideo dicit ibi Bar.cau
telam non posse adhiberi,etiam per viam contractus,vt impe-
diatur hec libertas:quod etiam voluit Ange.consilio.lxv.exor-
diente,Comes Robertus de butifolle ⁊c.col.v.ver.est videndū
an in dicta parte seu partibus valeat dictum laudum,⁊ colum.
seq.⁊ Roma.consilio.clxxj.exordiente,Pro decisione consulta-
tionis proposite ⁊c.colum.ij.vbi voluit ꝙ si testator testamētum
condiderit,⁊ in eo rem particularem mihi legatam mihi ipsi do-
nauerit,si testamentum huiusmodi mutaret aut reuocaret,ꝙ nō
valeat huiusmodi donatio,pro eo quia licet potestas seu facul-
tas mutandi iudicium in re particulari tantūmodo adempta ex
titerit:nihilominus libera testandi facultas sublata esse dicitur,
arguendo de persona ad rem:pro quo multa inducit,scz dictā.l.
pactum quod dotali.C.de pact.Jtem quia secundum eum non
alia ratione eterna societas etiam rei particularis post mortem
duratura est prohibita,nisi quia per eam censetur adempta libe
ra facultas extremi iudicij.l.cum duobus.§.idem respondit so-
cietatem non posse.l.nulla.ff.pro so.⁊.l.in hoc iudicium.§.si con-
uenerit.ff.communi diui.Cum igitur in casu nostro fuerit adem
pta facultas non solum circa res ⁊ bona dictorum contrahentiū,
ne vcz de omnibus testari possent:sed etiam circa causam,⁊ con-
sequenter circa personas,vcz quia non nisi in piam causam ⁊ mo
derate iuxta facultatem ⁊c.non videtur posse negari quin in hoc
casu ablata fuerit libera testamenti factio.Qd̄ si fieri non po-
tuit,prout nec potuit,quia contra bonos mores,dicta.l.pactum
qd̄ dotali.C.de pac.l.stipulatio hoc modo concepta.superius al-
legata,cū multis similibus:nō valuit dictū pactū.Preterea nō
videtur posse negari quin per tale pactum,per quod vcz super-
stes debet succedere primo decedenti etiam si supersint liberi,in-
ducatur votum captande mortis.Quilibet enim sic paciscentiū
verisimiliter appetit suo compaciscenti superesse,et sic ei succede
re.Non ergo videtur valere dictū pactū,per id qd̄ voluit Pau.
de cast.in.l.pactum dotali instrumento.col.j.C.de colla.Gemi.
in.c.q̃uis.de pac.in.vj.Alex.de Jmol.consilio.xxviij.exordien-
te,Ponderatis verbis instrumenti conuentionum ⁊c.col.iij.
5 †Postremo vt mihi ver-
bo dicitur,pater naturalis ⁊ legitimus dicti Ponceti viuebat
tempore dicti pacti,⁊ nunc viuit:in cuius propterea patria pote
state presumitur fuisse ⁊ esse idem Poncetus,nisi contrariū pro-
betur.l.si filius.ff.de probat.pro quo est bonus tex.in.l.si emāci-
pati.in verbo probatum fuerit,⁊ quod ibi Fulgo.Roma. Alex.
de Jmol.⁊ moderniores.C.de collat.⁊ quod not.Ange.in.l.sed
et si de sua.ff.de acquiren.heredi.Non igitur potuit idē Ponce
tus sine authoritate vel consensu dicti eius patris facere pactū,
de quo supra.l.cum non solum.§.filijs autem.⁊ qd̄ ibi Bald.⁊
doc.C.de bo.que libe.⁊ quod not.Specu.titu.de actio.§.j.versi.
quid si super hoc iurauit.Si igitur contigisset eundem Ponce
tum premori superstite dicta Joanna,nihil potuisset eadē Joā-
na petere in vim predicti pacti,vtpote inualidi ⁊ a lege prohibi
ti.d.§.filijs autē.Ergo nec in vim pacti huiusmodi potest aliqd
petere idem Poncetus:ne dicere cogantur contractum claudi-
casse ⁊ claudicare,qd̄ non est dicendum.arg.l.iulianus.§.si quis
colludente.ver.sed et si quis.ff.de actio.emp.l.si cum dies.§.pe-
nulti.in fi.ff.de arbi.l.j.⁊.l.si id quod.§.fi.ff.de rescin.vēdi.⁊ quod
no.glo.in dicta.l.iulianus.§.si quis a pupillo.

1 ☞ Emptores duo ab vno per pactum retro venditionis an fa
ciant vnum contractum,vel obligationes duas,vt vnus sine al-
tero possit compelli ad retro vendendum,⁊ quid in duobus credi
toribus vnius debitoris.

¶ Epitome.

¶ Cui duo emptores retrouendere pacti sunt singuli obligan-
tur,⁊ retrouendere tenentur. V. F.

¶ De pact.int.emp.⁊ vendi. Consilium.xlj.



1 Jcet† contractus ven-
ditionis dudum facte per probum virum Guil-
lielmum mayoli,venerabili viro domino Joan
ni marcilie presbytero,⁊ probo viro Guillielmo
guillomoti de Serro,de quodaz eius casali,fue
rit vnicus contractus ratione substantie contractus,⁊ inspecta
persona venditoris,per id qd̄ not.Joan.and.in addi.Specu.tit.
de dona.§.j.in addi.incipiente,Plus dicit Symon Vincen.et
post eum Roma.consilio.cccv.exordiente,Quo ad primum.in
quo queritur an hec donatio duorum milium:re vera tamen ob
reachetum postea eidem Mayoli concessum per dictos domi.
Marcilie ⁊ Guillomoti,vel non fuit vnicus contractus,vel sal-
tem in illo fuerunt due obligationes,per quas ipsi do.Marcilie
⁊ Guillomoti,⁊ eorum quilibet,sunt obligati reuendere partem
dicti casalis.l.reos.§.cum in tabulis.ff.de duo.re.Et sic videtur
ꝙ iste Mayoli de iure possit compellere vnum ex ipsis ad retro-
uendendum partem per se emptam,⁊ aliam dimittere,vel ab in-
quietatione illius supersedere ad tempus. Nec videtur obstare
qd̄ voluit Bar.in quodam suo consilio exordiente,Angeletus ⁊
Andonicius dederunt domine Margarete ⁊c.vbi voluit ꝙ si
duo debitores vnius creditoris eidem creditori in solutum dede
rint rem aliquam pro certa pecunie q̃titate,cum pacto ꝙ ille cre
ditor teneatur rem illam eis retrouendere infra certum tempus,
si illam reemere voluerint,⁊ nunc vnus velit reemere partē suaz,
alius vero non velit,dicit Bart.ꝙ ille olim creditor non tenetur
partem reuendere,pro eo:quia datio in solutum fuit facta ꝑ vna
quantitate seu pro vno pretio.l.qd̄ autē.§.fin.⁊.l.se.⁊.l.qd̄ si vno.
ff.de in diem adiectione.vbi dicit Barto.esse casum questionis.
Nam verisimile est contrahentes voluisse vt vel totam vende-
ret,vel totam redimeret:non ꝙ pars tantum remaneret apud
ipsum olim creditorem,dicta.l.qd̄ si vno.in prin.⁊.l.si quis aliū.
ff.de solu.Quoniā respondeo ꝙ Bar.loquitur eo casu quo vnus
vel emit vel recepit in solutum rem aliquam a duobus , quibus
promisit illam reuendere pro pretio ⁊c.⁊ qui pateretur interesse ⁊
damnum,si ad postulationem vnius cogeretur partem reuende-
re,⁊ partem retinere.Hic autem loquimur in casu cōuerso,in quo
videlicet duo emerunt ab vno,⁊ postea promiserunt illi reuende
re:et sic se ad retrouēdendū obligarunt,⁊ deinde rem huiusmodi
inter se diuiserūt:quo casu no videt̃ vnus ex illis pati aliquod in
teresse ex eo,ꝙ sua pars ⁊ nō pars alterius retrouendi postulatur.
¶ Ad scd̄m dico ⁊ respondeo ꝙ iste emptor de retrouendendo
interpellatus parte dicti Mayoli non tenetur eidem retrouen-
dere partem suam,nisi prius satisfacto de pretio illius partis,
insuper

insuper ⁊ de laudimijs ⁊ reparationibus necessarijs per eum factis, ⁊ pro quibus ipse Mayoli se ⁊ bona sua expresse obligauit: ⁊ hoc non habet dubium.

1 ☞ Filius quod ex sua industria vel operis artificialibus acquirit an patri acquirat.
2 Frater an teneatur conferre alijs lucra que ex pecunia paterna fecit.
3 Filius tenetur patri ad operas reuerentiales ⁊ obsequiales, ⁊ quid in operis artificialibus.
4 Lucra in agricolatione per fratres acquisita an debeant alijs cõmunicari detractis detrahendis.

¶ Epitome.

¶ Quod filius non ex bonis patris sua industria querit sibi querit, non patri: nec fratribus conferre tenetur. V. F.

¶ De bo. que libe. Cons. xlij.

1 Christi noie inuocato. † Dico ⁊ respõdeo quod ad requesita mihi facta parte
prouidi Raymundi torneatoris: ⁊ primo ad primum, quod cum ille pecunie, de quibus in ipso primo quesito, fuerint per eundem Raymundum ex ipsius industria ⁊ labore, non ex bonis patris acquisite: ille fuerunt acquisite ipsi Raymundo, nõ Guillielmo eius patri. l. cum oportet. circa principium: ibi. si quis itaque. C. de bo. que libe. ⁊ quod voluit Bart. in suo tracta. de duo. fratri. §. secundo quero. Bald. in authen. ex testamento. col. mihi. iij. ver. decimum capitulum ⁊c. C. de colla. ⁊ dominus Jason may. in. l. illud. col. iiij. versic. preterea licet filius. C. de colla. Pro quo bene faciunt ea que not. docto. in dicta. l. cum oportet. in principio. Bar. Bal. ⁊ do. Jason in locis preallegatis in questione per eos ibi forma-
2 ta, † ⁊ in qua querunt quid si pater dedit vni filiorum pecuniam ad mercandum, ⁊ ille filius mediãte pecunia patris exercuit mercãtias, ⁊ multas superlucratus est: nunquid teneãtur cõferre fratribus lucrum per se factum, ⁊ quomodo: qui cõmuniter fatentur quod quatenus lucrum concernit industriam vel operas persone ipsius filij, hoc acquiritur ipsi filio, ⁊ est suum precipuum: nec tene-
3 tur hoc lucrum conferre seu communicare fratribus suis: † quia licet filius teneatur patri ad operas reuerentiales ⁊ obsequiales: non tamen tenetur pro eo operari in operis artificialibus, vt voluit Bal. in dicto versi. decimum capitulum ⁊c. ⁊ dominus Jason in dicta. l. illud. columna. iiij. Et sic quod querit filius ex sua industria vel operis artificialibus non acquirit patri, sed sibi ipsi: pro eo quia non acquirit ex re patris. Sic igitur concludendo dico quod Antonius ⁊ Petrus torneatoris, patrui dicti Raymũdi, etiã si socij extiterint dicti quondã Guillielmi eorum fratris, ⁊ patris huius Raymundi, nihil habere debent in dictis pecunijs.
4 † Ad aliud quesitum dico ⁊ respondeo quod quo ad lucra, que consecuti extiterunt prefati Guillielmus Antonius, ⁊ Petrus torneatoris ex predijs laboratis per eos, ac prefatos Raymundum ⁊ Jacobum torneatoris eiusdem Guillielmi filios, debent ipsi Raymundus ⁊ Jacobus, ⁊ eorum quilibet, habere quintam partem, saltem post detractionem seminis seu expense facte per eosdem Guillielmũ, Antonium, ⁊ Petrum, ⁊ post deductionem eius quod de lucro attribui debet terris ⁊ alijs predijs communibus: insuper ⁊ bobus seu alijs animalibus communibus inter eosdem Guillielmum, Antonium, ⁊ Petrum, cum quibus predia laborarunt, ⁊ lucra fecerunt, per id quod voluit Bartol. in quodam suo consilio exordiente, Cruciarellus ⁊ Vanntius. Bal. consilio. ccxxvij. exordiente, Qualiter debeant diuidi bona ⁊ fructus bonorum ⁊c. in prima parte. Et idem Bald. in. l. si patruus. consi. mihi penul. versi. sed pone quod erant duo fratres rustici. Ange. are. in. §. socius. col. fi. ver. quid si erant duo fratres rustici ⁊ veniunt ad diuisionem ⁊ vnus habuit plures filios operarios, alter nullum vel nõ tot ⁊c. institu. de socie. ⁊ Pet. de vbal. in suo tracta. de socie. in quarta parte. col. xv. ver. quod facit pro rusticis simul habitantibus vt qui plus de industria ⁊c. Que dixerim ⁊c.

1 ☞ Recognitio ⁊ confessio an occludant os soluentis, vt contra eas alio non apparente venire non possit.
2 Bulle verbis cessantibus cessat ⁊ eius dispositio.
3 Res emphyteutica per non solutum canonem quo tempore cadet in commissum.
4 Emphyteuta quando videatur celere satisfactione sibi consulere in non soluto canone.
5 Actori an sufficiat contrarium non fuisse probatum.

¶ Epitome.

¶ Conuentus emphyteuta, nec canonem ⁊ arreragia propterea soluens rem suam in commissum conijcit, nisi celere sibi satisfactione prospiciat. V. F.

¶ De iure emphy. Cons. xliij.



Christi nomine inuocato, Viso processu cause diu cepte ⁊ aliquãdiu ventilate per ⁊ inter venerabilem quondam virũ dñm Raymundũ bruni in legibus licentiatum, actorem ex vna parte, ⁊ honorabilem virum magistrum Ludouicum broquerij notarium loci Montiliorum reum ex alia: ⁊ deinde post mortem ⁊ decessum horum domini actoris ⁊ rei continuato per ⁊ inter nobilem iuuenẽ Michaelem bruni, prefati do. Raymundi actoris, ⁊ honorabilem virum magistrum Alziarium grassi, ⁊ nobilem Dulcetam de pon-
1 teues, dicti quondam Broquerij heredes vniuersales, dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte, dictum quondam Raymundũ debuisse, ⁊ nunc debere ipsum nobilem Michaelem in hac causa victoriam obtinere, causis, rationibus, ⁊ motiuis ex processu cause huius clare apparentibus. Et vt quod predixi clarius appareat, dico quod non solum per confessionem ⁊ recognitionem, quas fecisse dicitur dictus quondam magister Ludouicus broquerij, Anno domini. M. cccclxxvij. ⁊ de mense Augusti, ⁊ contra quas maxime alio non apparente venire non potuit idem magister Ludouicus. l. generaliter. C. de non numera. pecu. c. per tuas. de proba. facit. l. publia. §. lucius. ff. depo. ⁊ quod ponit Petr. Jaco. in suo libel. sub rubrica, de rei vendi. versi. decimo ponit quod dictus reus. ⁊ Joan. de Jmol. in cle. Romani. col. vj. versi. quero an recognitio sola alio non apparente ⁊c. de iureiuran. apparuit ⁊ apparet quod res ⁊ predia, de quibus in libello commissi parte dicti quondam do. Raymundi in hac causa producto, fuerunt tente ⁊ possesse de ⁊ sub dominio directo ⁊ maiore seignoria eiusdẽ do. Raymundi, ⁊ ad censum seu canonem ⁊ seruitium, de quo in dicto libello: sed etiam hoc apparuit ⁊ apparet ex quodam publico instrumẽto parte dicti Broquerij in hac causa producto, ⁊ recepto Anno domini. M. cccc. xliiij. ⁊ die quinta mensis Junij: per quod apparet quod nobilis quondam vir Germanus raybaudi, cuius se heredem asseruit prefatus Broquerij, transigendo conuenit, promisit, ⁊ iurauit, quod ad primam requisitionem eiusdem. d. Raymundi, aut suorum sub censu duorum florenorum ⁊ octo grossorum se tenere ⁊ possidere recognosceret res ⁊ predia inibi, ⁊ tam in libello predicto quam in instrumento recognitionis facte per dictum Broquerij latius mentionatas. Propter quod male ⁊ inciuiliter asseruit ⁊ proponit idem Broquerij res ⁊ predia huiusmodi fuisse tentas ⁊ possessas de ⁊ sub dominio directo ⁊ maiore seignoria eiusdem domini Raymundi. Male etiam ⁊ minus opportune se iuuare voluit quadam pretensa bulla Calixtina, obtenta vel confecta Anno domini. M. cccclvj. Cum quia per instrumentum, de quo supra, ⁊ parte eiusdem quondam Broquerij in hac causa productum apparet, quod diu ante datam dicte pretẽse bulle res ⁊ predia superius mentionate tenebãtur ⁊ possidebantur de ⁊ sub dominio directo ⁊ maiore seignoria ipsius do. Ray-
2 mundi. † Cum ⁊ quia non apparet res ⁊ predia huiusmodi spectasse ⁊ pertinuisse iure dominij directi sanctissimo do. nostro Pape, aut camere apostolice comitatus Venayssini. Et sic consequenter nec apparet quod cõtra dispositionem dicte pretense bulle Calixtine aliquid attentatum extiterit. Et ita nihil facit dicta bulla: quia non sumus in casu seu terminis in quibus loquitur. Pro quo allegasse sufficiat. l. si seruum quis. §. non dixit. ff. de acqui. heredi. l. j. §. loquitur. ⁊ ff. de aqua quot. ⁊ esti. l. iiij. §. quotiens ff. de dam. infec. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. ⁊ l. ita autem. cum simili. ff. de administra. tut. de quo Pau. de cast. cõsilio iiij. ⁊ cõsilio. xj. Alex. de Jmol. consilio. xvij. Rome. cõsilio. cxcix. in princip. consilio. ccccxlij. ⁊ consilio. cccclxij. ⁊ Andre. barba. cõsilio. xxi. col. iij. in secunda parte.
3 † Quo premisso dico ⁊ infero quod cum prefatus quondam magister Ludouicus broquerij ante inchoationem cause huius cessasset in solutione dicti canonis seu census ⁊ seruitij duorum florenorum ⁊ duorum grossorum non solum per triennium, sed longe maius tempus, ita vt eo tunc arreragia incursa ascenderent ad summam sexdecim florenorum monete pro tempore currentis, predia ⁊ res predicte ceciderant ⁊ ceciderunt in commissum. l. ij. C. de iu. emphy. ⁊ c. potuit. de loca.
4 † Et quamuis post lapsum triennij potuisset fortasse idem magister Broquerij celere satisfactione sibi consulere, dicto. c. potuit. hoc tamen non profuit eidem Broquerij, nec prodesse potest ipsis magistro Alziario ⁊ nobili Dulcete: pro eo: quia hoc non obseruarũt vt patet ex actis cause huius, que legitur inchoata Anno dñi. M. ccccxcij. ⁊ de mense maij, ⁊ lis in eadẽ cõtestata Anno predicto ⁊ de mense nouẽbris. Et si que facta fuerit dicti canonis seu cẽsus oblatio, illa fuit verbalis, nõ realis: ⁊ si realis extiterit, illa nõ fuit per dictũ d. Raymondũ refutata, sed acceptata, ⁊ per ipsum responsum quod paratus existeret arreragia recipere: ⁊ nisi expedirentur de dando

contra eundem Broquerij libellum commissa. Apparet insuper ex actis eiusdem cause, quod post responsionē et protestationem proxime dictas, ipse Broquerij seu egregius vir dñs Joannes de pomerolio eius procurator dixit et respondit, quod non intendebat dicta arreragia eidem do. Raymundo expedire, nisi ipse eidē Broquerij affranquiret res et predia predicta: et ita nec expediuit. Apparet igitur eundem Broquerij non sibi consuluisse celeri satisfactione. Quia licet hoc, quādo videlicet dicatur emphyteuta post lapsum biennium vel triennium sibi celere satisfactione consulere, relinquatur arbitrio iudicis, scdm magis communem opinionē gl. et doc. in d. c. potuit. de loca. hoc tamen referendum est ad modicum tempus habito respectu ad biennium aut triennium: sicut adiectio pluris refertur ad modicam quātitatem respectu quātitatis mentionate. l. hec adiectio. ff. de verborum signi. not. glo. et doct. i dicto. c. potuit. Quod si ita est, non poterit quis dicere quod idem quondā Broquerij, vel etiam prefati magister Alziarius et Dulceta hoc fecerint: cum non solum post lapsum triennium, sed etiā post per multos annos antequā in causam traheretur idem Broquerij, insuper et post inchoationem cause huius, et vsque nunc, cessauerint et cessent dicta arreragia eidem do. Raymondo cum in humanis viueret, et dicto nobili Michaeli eius heredi offerre. Nec obstat quedam pretensa transactio parte dicti quondam Broqrij in hac causa deducta, et que fuisse facta pretenditur Anno predicto. M. ccccxliij. et in vim cuius pretendebat idem Broquerij, et nunc pretendunt dicti eius heredes se potuisse predia et res predictas affranquire mediante pretio seu summa viginti sex florenorum et octo grossorum, cum oblatione seu solutione arreragiorum tūc debitorum. Tū quia predia et res predicte commisse extiterāt diu antequā predicti viginti sex floreni, et octo grossi per dictum Broquerij offerrentur. Fuerat enim cessatum per quinquennium et vltra, vt fuit parte dicti domini Raymundi in dicto eius libello

5 propositum: † nec fuit contrarium probatum: quod sufficit actori per id quod voluit Sali. in dicta. l. ij. versi. quero octauo an dominus negatiuam etc. vbi etiam per alios. C. de iu. emphy. Tum et quia oblatio facta de dictis viginti sex florenis et octo grossis pro principali non fuit sufficiens, pro eo quia tempore facte oblationis moneta erat longe minoris valoris seu estimationis quā esset anno predicto Millesimo. ccccxliij. vt apparet ex his que deposuerunt testes parte eiusdem nobilis Michaelis in hac causa producti, et examinati super duabus eius schedulis exordientibus, vna vcz Adfines vtiliores et magis propitios, et alia. Dando de cōtrario etc. Non ergo debuit et debet predicta oblatio prefatis magistro Broquerij cum viueret, aut magistro Alziario et nobili Dulcete suffragari: nec nocere prefato quondam do. Raymundo cum viueret, aut ipsi nobili Michaeli eius heredi.

1 ℂ Remedium. c. reintegranda. iij. q. j. cui et contra quem competat et detur. 3. 4.
2 Possessor an possit referre questionem dominij.
4 Generaliter dictum generaliter intelligendum.
5 Recognitio quāuis non faciat rem emphyteuticam, si non erat, an probet contra recognoscentem illam esse talem.
6 Confiteri an videatur qui producit acta.
7 Acta antiqui processus sine compulsoria producta an faciant fidem, et an sufficiat viua vox iudicis, vt notarius edat ea.
8 Ecclesiastica res quoto tempore prescribatur, et excludat remedium. c. reintegranda. iij. q. j.
9 Confines duo seu confrontationes an sufficiant ad rem, de qua recognitum est, talem esse presumendam.
10 Remedium. c. reintegranda. iij. q. j. an possit intentari cum actor non se fundat super expulsione, sed dicit se possedisse, postmodum sine suo facto et culpa a possessione cecidisse: et quid si intentans probet de possessione antiquiore, an habeat locum totum illud.

ℂ Epitome

ℂ Ecclesia que de possessione rei ab alio nunc possesse sine culpa sua cecidit ante omnia est restituenda: nec eius iuri ante quadraginta annos prescribitur. V. F.

ℂ De sacros. eccl. Cons. xliiij.

1 Enerabiles † et egregij viri domini Prepositus, canonici, et capitulum collegiate eccl'e sancti Desiderij Auenionis in libello parte eorū oblato, cōtra et aduersus honorabilem virum Claudium felicis predicte ciuitatis, videntur intentasse remedium. c. reintegranda, iij. questione. j. quod pro recuperatione perdite possessionis competit cuilibet qui a possessione sine iusta causa cecidit, et tam pro possessione rerum ecclesiasticarum, quam aliarum quarumcunque, maxime vero ecclesiasticarum, secundum dicto. magis communiter in. c. cum ad sedem. et in. c. sepe. de restitu. spoliatorum Bartol. in. l. fin. coloni. C. de agrico. et censi. lib. xj. Ange. consilio. cliij. exordiente, In dei nomine. in prima questione vertente inter cōmune castri etc. de quo etiam per modernos in. l. rem que nobis. ff. de acqui. possess. Et competit remedium huiusmodi etiam contra illum ad quem res sine vitio peruenit, et cū bona fide, per id quod voluit glo. quam approbant Hostie. Jo. calde. Joan. de ligna. Anto. de butri. Joan. de Jmol. et Panor. i d. c. cum ad sedem. Hostien. in summa. eo. titu. §. ij. ver. sed cōditione. quod etiam sequitur Roma. et moderni in dicta. l. rem que nobis. vbi de hoc per Bartho. sozi. in. j. q. ver. secundo circa istam primam questionem. ibi, ex quibus concluditur quod canon etc. Archi. et Gemi. in dicto. c. reintegranda. Antoni. de butri. et Joan. de Jmol. in. c. sepe. de restitu. spoliat. Pau. de cast. in. l. et ideo. §. neratius. ff. de cond. fur. et Ange. are. in. §. quadrupli. versi. sed quid si sine vitio an ego habeam aliquod remedium possessorium. insti. de actio. Alex. de imol. consilio. xcij. exordiente, Viso et opportune discusso processu etc. col. ij. ver. insuper potest locum habere remedium possessorium ex canone etc. in quinto volu. Et competit remedium hmōi non solum contra bona fide et sine titulo possidētem: sed etiam contra titulo possidentem, vt not. Anto. de butri. et Panor. in dicto. c. sepe. Alexand. de imol. consil. li. exordiente Viso et discusso processu. col. j. in primo volu. consilio. cxvij. exordiente, Viso processu in causa et lite etc. col. ij. ver. plus dicit Anto. de butri. in secundo volu. vbi etiam allegat Joannes calde. in dicto. c. cum ad sedem. Panor. in. c. si diligenti. de prescrip. Et idem voluit Alexand. de imol. consi. vj. col. vj. versic. non obstat etiam si diceretur quod dicta domina etc. in tertio volumine. Romā. et moder. in dicta. l. rem que nobis. vbi etiam de hoc per dominum

2 Bartho. sozi. i. q. iiij. † Non enim potest possessor referre questionē dnij. vt sentit Inno. in dicto. c. sepe. vbi etiam hoc apertissime affirmat Anto. de butrig. col. vlti. et qui ad hoc allegat nota. per Innocen. in. c. post electionem. de conces. preben. Et idem voluit Alexan. de imol. in dicto consilio. cxvij. col. ij. versi. plus dicit, etc. Alexan. de Jmol. in. l. naturaliter. §. nihil cōmune. colū. xv. ver. dicit Bart. ibi. no. quod siue interuenit violētia siue nō etc. ff. de acq.

3 pos. † Et datur hoc remedium non solū ei, qui cum bona fide possideret possessionē perdidit, vel ab ea cecidit: sed etiā ei, qui mala fide, vt firmat Anto. de Butri. in dicto. c. sepe. col. penul. Idē dicit Roma. in dicta. l. rem que nobis. et Alexan. de imol. in dicto consi. cxvij. colū. ij. in secundo volumine. et consilio. vj. col. iij. ante

4 medium. in tertio volu. † Pro quo bene facit dictum. c. reintegranda. qđ cum indistincte seu generaliter loquatur, debet indistincte seu generaliter intelligi. l. de pretio. ff. de publicia. i rē ac. Nec mirum si dicatur hoc esse constitutum per dictū canonicum, cum etiam per canonē constitutum extiterit vt etiam predo spoliatus ante omnia reintegretur. c. in literis. de restitu. spoliat. Cū igitur prefati do. Prepositus, canonici, et capitulum legitime probauerint se in executionem ordinationis seu sententie per egregiū virū dñm Petrū nobleti tunc officialem Auenionensem pro eis late, Anno a natiuitate domini. Mille. cccclviij. et die quarta mensis Februarij, fuisse immissos et inductos in possessionem domus in dicto eorum libello latius mentionate, et illam hodie teneri et possideri, seu verius occupari per prefatum Claudiū, venit et est super restitutione seu reintegratione possessionis domus huiusmodi pro eis proferenda. Etiā si idem Claudius probasset se bona fide et cū titulo domum predictam possidere, et prefatos dom. Prepositum, canonicos, et capitulum illius possessionē olim mala fide apprehendisse: quorum tamen neutrum probat, vt satis colligi potest ex inspectione processus cause huius. Nec enim dici possunt mala fide possessionem dicte domus apprehendisse, etiam si sua propria authoritate a possessione illius eiecissēt illum dominum Clementem. N. pretensum heredem bone memorie reuerendi in xpo patris domini Joannis de linerijs Viuariensis epi, et olim emphyteute dictorū do. Prepositi, canonicorū, et capituli, pro dicta domo: postquā vt parte ipsorum expositum extiterat, fuerat longo tempore cessatum in solutione pensionis seu canonis, per id quod voluit Bald. in. l. ij. col. ij. ver. quero an dominus emphyteutam non soluentem etc. C. de iu. emphyt. vbi etiam colū. xxxix. versi. in eadem glo. ibi. l. colonus etc. et maxime in prosecutione quinte opinionis, que est colū. xliiij. multos inducit. Quod autem idem quondam do. episcopus fuisset emphyteuta, et iure emphyteusis dictam domum tenuisset, hoc apparet per instrumentū recognitionis dicti do. episcopi in causa tunc productum, et non

5 impugnatum per dictum Clementem. † Quāuis enim recognitio non faciat rem emphyteuticam si non erat: probat tamen cōtra recognoscentem illam esse talem, per id quod voluit Gēze. in in cle. Romani, vbi etiam voluit Jo. de imol. col. vj. versi. quero an recognitio sola etc. de iureiurā. et quod ponit Pet. Jaco. in primo, eius libello, ver. decimo ponit quod dictus reus eodē actore etc. Nō em̄ licet alicui venire cōtra factum etc. l. generaliter. C. de nō numera. pecu. et. c. per tuas. de proba. Et quemadmodū nō licuisset

ipsi

ipsi do. episcopo, ita nec dicto eius pretenso heredi vt pote qui
fictione iuris dicitur eadem persona. l. que a patre. C. de restitu
tio. mino. l. venditrici. C. de rebus alienis non alienandis. l. ij.
C. si euid in frau. patro. z. l. si creditoribus. C. de ser. pigno. da. ma
numis. iuncto eo qd habetur in authen. de iureiuran. a morien.
prestit. colla. quinta. Et sic cum post licentiam dictam domum in
gredienti primo datam dicti domini. Prepositus canonici. z ca
pitulum dictam domum possiderent ministerio venerabilis vi
ri domini Sarini andree eorum procuratoris, non licuit prefato
do. Clementi illã expellere, nec sic per illius expulsionem dictos
dominos spoliare. Et ita videtur quod ipsi iuste fuerint reinte
grati in possessione dicte domus in executionem ordinationis, de
qua supra, z mandato do. officialis. Ex quo infertur illam preten
sam expulsionem postea infra paucas horas factam non obstare:
qz illam facere non licuit ipsi do. Clementi, quinimo fuisset om
nino illicita, propter immissionem factam authoritate iudicis, z p
quam prefati do. Prepositus zc. possidebant naturaliter. Insup
z maxime propter ciuilem possessionẽ penes ipsos do. Prepositũ
zc. existentem: ex eo solo quia dñi directi. l. male agitur. C. de pre
script. trigin. anno. z q ponit Bal. in dicta. l. ij. col. ij. ver. quero do
minus emphyteutam zc. z aliĩ in locis superius allegatis. Et hec
dico vt pretendi posset apparere de dicta pretensa vltima expul
sione: de qua tamen non apparet, pro eo quia illi seruientes qui d
ea retulerunt hoc fecerunt non iurati: z quia etiam hoc non con
6 cernit eorum officium. † Nec dicat aliquis dictos do. Prepositũ
zc. acta produxisse, z sic eos fuisse confessos: quia respondeo quod
hoc non obstat, per id quod not. Bal. in. c. cum venerabilis. col.
penul. de excep. z do. Iason may. in. l. contra iuris. §. si filius. col.
ij. ver. tertio adde pulchram questionem zc. ff. de pac. Et sic non
apparet eosdẽ do. Prepositum zc. fuisse illico expulsos post dictã
immissionem siue reintegrationem.

7 † Quod autem oppositũ est, acta antiqui proces
sus in hac causa parte dictorũ do. Pre
positi zc. non facere fidem, pro eo, quia sine compulsorijs producta
extiterunt: non videtur obstare, pro eo quia licet notarius actorũ
illa fortasse edere non debeat sine mãdato iudicis, vt voluit Bal.
in. l. ij. col. j. versi. ex primo no. collige zc. C. de eden. istud tamen
mandatum videtur posse fieri non solum per literas: sed etiam vi
ua voce, vt hic factum est etiam sub presentia partis aduerse, seu
egregij viri domini Pontij lartessuti eius procuratoris, vt appa
ret fol. ccxxij. Faciunt igitur dicta acta fidem: z sic per ea sufficiẽ
ter probatur quod dicunt testes prefati do. Nobleti officialis, re
cognitio dicti do. de Linerijs, facultas seu mandatum prefati d.
Sarini, z alia de quibus in eis. Forte vero opponet aliquis dictũ
do. Sarinũ non habuisse mandatum apprehendendi possessionẽ
zc. Sed istud non obstat. Tum quia si legatur dicta eius facul
tas, ipse satis videtur habuisse saltem mandatum generale: quod
sufficit. secundum opinionem magis communem doct. in. l. j. §. p
procuratorem. ff. de acqui. posses. in. l. j. C. eo. tit. in. l. qui mihi do
natum. ff. de dona. z in. c. accedens. de preben. Tum quia esto q
verba dicti mandati nõ possent vel specialiter vel generaliter ad
hoc adaptari: saltem istud non est dubium quin apprehensio pos
sessionis videatur esse contigua aut connexa ipsi mandato: z hoc
sufficit. Pro quo multas remissiones ponit domi. Fely. in. c. que pro
hoc facere videntur, in. c. causam que. colum. j. versicu. actus con
tiguus. z col. seq. de re iudi.

Etiam non obstat prescriptio allegata parte di
cti Claudij. Tum quia non est probatũ
id tempus preterijsse a tempore quo prefati do. Prepositus, Ca
nonici, z Capitulũ a dicta possessione ceciderũt, de quo ipse pretẽ
dit: quia vt iam dixi possessionis perditio non probatur relatione
8 illorum seruientium. † Tum z quia si probaretur, non tamen hoc
sufficeret: quia ab Anno domini Millesimo. cccclviij. z die. iiij.
mensis Februarij, quibus pretenditur facta expulsio, vsq ad an
num a natiuitate domini Millesimum. cccclix. z diẽ sextam men
sis Februarij, quibus legitur presens processus inchoatus, nõ cu
currerunt quadraginta anni: qui tamẽ videntur necessarij ad hoc
vt contra ecclesiam fieri potuerit prescriptio, per regulam que po
nitur in auth. de eccle. tit. §. temporalibus autem. collat. ix. z trã
sumptiue in authenti. quas actiones. C. de sacrosan. eccle. auth.
hec constitutio. §. z iubemus in negotijs. colla. viij. z. c. de quar
ta. z quod ibi glo. z docto. de prescrip. Multas remissiones ad iu
ra canonica ponit Albe. in dicta authen. quas actiones. in princ.
Non ergo dici potest quod remedio hmõi reintegranda, prescrip
tum extiterit. Et eo maxime quia in. d. c. reintegranda, dicitur,
Quacunq conditione temporis non obstante: q videtur ponde
rasse glo. fina. in. c. sollicite. de restitu. spolia. z dicunt ibi Goffre. z
Ioã. and. q licet interdictũ vnde vi, tanq pretorium sit tẽporale:
tamen condictio ex canone reintegranda est perpetua: qd intel
ligit Ioã. de imo. ibi. scilicet q non prescribatur etiam triginta
annis: z in hoc differt lex canonica a ciuili, que spatio trigita an
norum tolleretur. l. sicut. cum suis similibus. C. de prescrip. trigin.
anno. z dicit Iohannes de imol. ita tenere Anto. de butrig. Et
quis dom. Barth. sozi. in. d. l. rem que nobis. in. viij. q. videatur
dicere q dicto remedio prescribatur triginta annis: ipse tamen
non loquitur in specie q aduersus ecclesiam prescribatur hoc tẽ
pore. Et ideo nõ puto q de mente eius extiterit q aduersus ec
clesiam non prescriberetur predicto spatio: eo maxime quia idem
dominus Bartolus in dicta. l. rem que nobis. questio. secunda.
tenuit remedium dicti canonis competere etiam laicis contra
laicos: et isto casu potest procedere quod ipse dicit in viij. quest.
Tum quia non apparet dictum Claudium per se aut aliquem
cui successerit, vel a quo causam habuerit, hanc domum posse
disse a tempore dicte pretẽse expulsionis z citra, quinimo nec ali
quo saltem magno tempore ante inchoationem processus cau
se huius: z tamen certum est q in casu nostro, z ad prescriptionez
predicti remedij non sufficeret dictos domi. Propositum zc. nõ
possedisse a dicto Anno domini Mil. ccccxcviij. z mense Febru
arij: nisi etiam z iste claudius Felicis, aut sui predecessores, a qui
bus causam habuisset, dictam domum possedisset: qz sine posses
sione prescriptio nõ pcedit regula, Sine possessione. cum suis si
mi. de reg. iur. in. vj. Etiã nec sibi persuadeat idẽ Felicis q do
mus cõfrontata in interrogatorijs incertis, secũdũ vel verã, vel
nescio quã quotationẽ processus cause huius, fo. ciiij. z quã idez
Felicis respondit q cõfessus est se tenere in solidũ, fo. cxj. nõ sit illa
domus quã dict9 quondã reuerẽdus do. eps cõfessus fuit, z reco
gnouit se tenere z possidere d z sub dñio directo z maiore seigno
ria dictorũ do. Prepositi, Canonicorum, z Capli pdicte ecclesie, cõ
stãte publico instrumẽto incerto fo. cccxxxviij. colũ. ij. z in cuius
possessionẽ fuerunt inducti z immissi ministerio dicti do. Sarini
Andree ipsi do. Preposit9, Canonici, z Capitulũ, nõ sit vna z ea
9 dẽ dom9 †. Tũ qz vt apparet ex instro recognitiõis, z tenore dic
torũ interrogatoriorũ duo cõperiunt cõfines huius dom9 nõ va
riati. s. carreria per quã itur ad portale Manhanesij, z traueria Non varia
nõ trãsies: qui duo cõfines sufficiũt ad ostẽdẽdũ q domus de qua
in recognitiõe, z in cui9 possessionẽ sunt immissi vel restituti di
cti do. Preposit9 zc. z libello, z dom9 de q̃ in interrogatorijs z li
bello eorũdẽ. d. Propositi zc. sunt vna dom9 vnũ corp9, p id qd
voluit Bar. in. l. demõstratio falsa. in prin. in. vij. q. ff. de condi. z
demõ. z in. l. j. in fi. ff. de do. preleg. p illũ tex. z p. l. hac cõsultissi
ma. cũ ibi no. C. qui testa. face. pos. De quo Alex. de imol. consil.
cxxxij. exordiẽte, Viso processu cause vertẽtis inter Marcũ zc.
col. vj. ver. Nec ad hoc obstaret si diceretur q illa pecia terre, in
primo volu. consi. lxxi. exordiẽte, Videt prima consideratione di
cendum dictum Barnabam zc. col. ij. ver. Nec etiã obstaret q a
liqualis varietas vel error in confinib9, in tertio volu. Tũ z qz
testes parte dictorum do. Prepositi zc. in hac causa productis sa
tis aperte deponunt q domus, quam idem Felicis nũc possidet
est illa eadem domus, in cuius possessionem missus z inductus
extitit prefatus do. Sarin9, p z nomine eorũdẽ. d. Prepositi zc.
z hoc sufficit: z eo maxime qz nihil probatũ reperitur parte dicti
Felicis, per quod appareat de diuersitate. Nõ obstant quidã pre
tensi obiectus parte dicti Felicis in hac causa pducti cõtra te
stes dictorũ do. Prepositi. zc. z inserti fol. ccxlviij. qz de illis ni
hil pbatur: nisi forte q venerabilis vir dñs Bertrandus borria
cũ tẽpore pductionis zc. erat z fuerat parrochianus sancti Desi
derij: sed hoc nihil cõcludit, cũ in causa capituli possit etiã cano
nicus p illo testificari. c. cũ nũtius. de testibus. Etiã nec obstant
quedã alia parte dicti Felicis in duabus eius schedulis exordiẽ
tib9, Ut vobis reuerendo pri zc. inserta foli. cclxxvij. z alia, licet
iã dicta zc. incerta fo. ccc. pposita z deducta ad impugnationẽ di
cti pcessus antiqui, z que tendũt ad defensionẽ prefati dom. Cle
mẽtis vel eius pretẽse possessionis: qz nõ est pbatũ, quinimo nec
propositũ hũc Claudiũ Felicis causam habuisse vel habere a di
cto do. Clemente, z sic de eius pretenso iure, vt pote de iure ter
tij, opponere non potest. l. cum seruum. C. de ser. fugiti.

10 † Scio quod non ideo presumet reuerẽdus pater
z vir egregius domin9 Iudex cause hui9
istos do. Prepositum zc. non potuisse intentare remediũ de quo
supra: quia parte eorum asserui nõ apparere de dicta vltima ex
pulsione. Quoniam vt apparet ex actis cause huius, z signanter
ex dicto libello, ipsi non se fundarunt nec fundant super dicta pre
tensa expulsione, vt pote non necessaria: sed dicunt se possedisse, z
deinde sine eorũ facto seu culpa cecidisse a possessione, z hunc Fe
licis dictam domum possidere: z hoc sufficit, etiam non edocto
de aliqua violentia, postquam non apparet quod sua culpa a
possessione ceciderunt. Pro quo allegasse sufficiat quod voluit
Innocentius z alij communiter post eum in. d. c. sepe. z est de
mente Innocentij in. d. c. post electionem. de concession. preben.

Idem tenet Lap. allegatione. lij. exordiente, Letatus sum in his ꝛc. Panor. in c. si diligenti. de prescri. Alex. de imol. in d. l. naturaliter. §. nihil cõe. col. xv. ibi, ꝛ satis remedium. c. reintegranda. sibi locum vendicat ꝛc. ff. de acqui. pos. ꝛ in dicto consi. li. col. j. in prim. vol. ꝛ plenius consi. vj. col. iij. in tertio volu. Et vt dicit do. Barth. soci. in d. l. rem que nobis. in. vij. q. satis est intentanti pre dictũ remediũ probare ꝺ possessione antiquiore, nec h3 probare ꝙ ex iniusta cã ab ea ceciderit: sed probare habet conuentũ seu reũ possidere, qui si venit se defendere aut tueri, ꝛ dicere ꝙ agens nõ ex iniusta sed iusta cã vl' negligentia seu culpa sua ab ea ceciderit, hoc probare debet: qꝛ possessio agenti tanꝙ antiquior presumit esse magis iusta. c. licet causam. de proba. Et ita voluit Inno. in d. c. post electionem. refert ꝛ alios idẽ do. Bartho. qui possunt ibi videri. Illud aũt non est dubiũ quin etiã competierit ꝛ competat prefatis do. Preposito, Canonicis, ꝛ Capitulo officium iudicis pro recuperanda possessione antedicta, etiã si ab ea per suã culpã vel negligentiã cecidissent, vt not. Hosti. ꝛ alij post eũ in. c. accedẽs. li. j. vt lit. non cõtest. ẜm vnũ intellectũ. Anto. de but. in d. c. sepe. circa vlti. col. ꝛ Alexã. de imol. consi. xcij. colum. iiij. ver. nec obstat si diceretur ꝙ immo remedium possessorium ꝛc.

1 ☞ Filia an possit heres institui in dote.
2 Dos an computetur ꝛ succedat loco legitime.
3 Nisi, dictio posita post negatiuam qualiter stet ꝛ significet.
4 Pactum quod contra bonos regni mores est an iuramento firmari possit.

¶ Epitome.

¶ Pactum quod dotali instrumento comprehensum est de filia cũ alio equis portionibus herede instituenda, quia fit de futura successione non valet. Non igitur filia in congrua dote instituta queri potest. V. F.

¶ De pact. conuen. Cons. xlv.



Visis publico instrumento matrimonij dudum Anno videlicet incarnationis dominice Millesimo. ccccl xxxv. ꝛ die. xv. mensis Januarij, per verba de futuro cõtracti, per ꝛ inter prouidum virum Bartholomeũ de pulchrauilla ex vna parte, ꝛ Richardam filiam naturalẽ ꝛ legitimam Ludouici dassoyre, dotisq; constitutionis facto de tertia parte omnium, vniuersorum, ꝛ singulorum bonorum, rerũ ꝛ iurium quorũcunq; eiusdem Ludouici mobilium ꝛ immobilium ꝛc. necnon copia seu memoriali institutionis facte per dictũ Ludouicum in eius vltimo ꝛ nuncupatiuo testamẽto, facto Anno dñi Millesimo. ccccxcj. ꝛ die. xix. mensis Decẽbris, videlicet de prefata Richarda eius filia in dicta tertia parte: ꝛ de Joãne dassoyre eius filio naturali ꝛ legitimo in omnibus alijs bonis suis.
1 † Dico ꝛ respondeo testamentũ dicto quondã Ludouici nõ iõ potuisse per dictam Richardã impugnari, qꝛ in eo heres particularis extitit instituta soluz ꝛ dumtaxat in dicta tertia parte pro ea in dotem constituta: qꝛ hoc fieri potuit, vt voluit glo. ꝛ post eam doc. communiter in. l. iij. §. sed vtrum. ff. de mino. Cuius dicti illa
2 solet rõ assignari: † quia dos computatur filie, pro qua constituta extitit, in eius legitimã. l. quoniam nouella. C. de inoffi. testa. itẽ dos succedit legitime, vt declarat Bar. in. l. titio centum. §. titio genero. col. penul. ad fin. ff. de condi. ꝛ demonstra. ꝛ Bal. in. l. non fine. C. de bo. que libe. ergo in ea potest heres institui: ꝙ etiam voluit Spec. titu. de instru. edi. §. vt autem. ver. sed super forma ꝛc. vbi etiam dicit ꝙ de generali consuetudine ita obseruatur. Et idem tenet ibi Joan. and. in addi. Joã. de imol. in. l. suus quoq;. in prin. col. penul. versi. sed contrarium tenuit glo. ff. de heredi. instit. Cardi. flo. Anto. de butri. ꝛ Joan. de imol. in. c. raynutius. de testamen. Pe. de ancha. ꝛ Joã. de imol. in. c. cum esses. eo. tit. Angel. in. l. ij. §. j. ff. solu. matri. Bald. post Odoffre. in. d. l. quoniam nouel. col. penul. in secunda questione. Pau. de cast. in. l. lucius. §. maritus. ff. ad trebel. ꝛ Alexã. de imol. in. l. pater filium. in princ. in tertia col. ff. ad legem falci. Et hec, vt dixi, est communis opinio: pp qꝺ nõ est ab ea in iudicãdo vel consulendo discedendũ per id quod not. Hostien. Joan. and. ꝛ alij in. c. j. de constitu. vbi charta vlti. colum. ij. multas remissiones ponit domi. Fely.

Forte vero opponetur qꝺ immo debuerit dictus quondam Ludouicus heredem instituere dictam Richardam eius filiam in tante portione, in quanta heredem instituit dictum Joannem eius filium, propter pactũ de quo in instrumento matrimonij de quo supra: in quo ꝛ per quod conuentum legitur per ꝛ inter eundem Ludouicum ꝛ dictos Bertholomeum ꝛ Richardum quod ipse Ludouicus in fine dierum suorum non posset facere aut instituere nisi duos heredes, videlicet dictam Richardam ꝛ alium liberorum suorum quem vellet ꝛ sibi placeret equis partibus ꝛ portionibus, quasi videatur ipse
3 Ludouicus † propter illam dictionẽ nisi, que posita post negationem ponit ꝛ affirmat, vt no. doct. in. l. actione. C. de transact. ꝛ in. l. si eum. §. qui iniuriarũ. ff. si quis cautio. cõuenisse ꝛ promisisse se heredes instituturos dictam filiam ꝛ vnum ex dictis alijs ei' liberis equis partibus ꝛ portionibus. Sed istud non obstat: qꝛ pactum huiusmodi vtpote pactum future successionis non valuit. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obliga. l. cum dona. C. de transact. ꝛ. l. hereditas. C. de pact. cõuen. ꝛ de hoc est tex.
4 in terminis in. l. pactum qꝺ dotali. C. de pact. † Nec potuit hoc pactum firmari iuramento: quia contra bonos mores, regula, Nõ est obligatorium. de regu. iur. in. vj. ꝛ quod not. Bart. ꝛ docto. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig. ꝙ etiam voluit glo. in. l. si quando. §. illud. C. de inoffic. testamen. glo. in. l. pactuz. ꝛ quod ibi Bal. in quinta oppo. C. de collat. Bart. in. l. si quis ꝑ eo. in primo mẽbro. ff. de fideiusso. Bart. ꝛ Angel. in. l. fi. C. de pacti. Anto. de butri. in. c. cum contingat. de iureiuran. Gemi. in. c. ꝙuis pactum. de pactis. in. vi. Jaco. alua. in. c. moribus. fide feu. fuerit controuersia inter do. ꝛ agna. ꝛ doct. in. d. l. pactum quod dotali. Nihil igitur potuit dicta Richarda petere in ꝛ super bonis dicti Ludouici eius quondam patris in vim predicti pacti: quod (vt predixi) fuit ꝛ est nullum. Et ita mihi videtur, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Debitum factum per syndicos proprijs eorundem ꝛ vniuersitatis nominibus an possint dicti syndici prescribere contra creditorem, vel vniuersitas. 3.
2 Regula possessor. de regu. iur. in. vj. ꝛ. c. fin. de prescrip. an habeãt locum in prescriptione iurium ꝛ actionum.
4 Allegant solutionem incumbit probatio.
5 Hypothecariam aduersus actionem quot annis prescribatur.
6 Statutum etiam si durum sit seruandum est.
7 Exceptio ordinis quando non admittatur inter debitores ꝛ fideiussores.

¶ Epitome.

¶ Municipes, qui pro municipio etiam priuatis se nominibus obligarunt, contra creditores quamdiu viuunt nec prescribere, nec prescriptionem inchoare possunt, ob malam fidem: nec exceptionem ordinis opponere, ob Delphinale quoddam statutum.

V. F. ¶ De municipi. ꝛ origi. Cons. xlvj.



Quia per instrumentum obligationis seu copiam illius mihi exhibita apparet, ꝙ probi viri magister Claudius veteris ꝛ Antonius beroardi tunc syndici vniuersitatis loci sancti Albani, insuper ꝛ Guigo raynaudi ꝛ Raymundus gallandi eiusdem loci, tam suis ipsorum cuiuslibet eorundẽ insolidũ ꝓprijs nominibus, quaz noie vniuersitatis antedicte, confessi extiterunt se debere Antonio arnaudi, Joanni langerij, ꝛ Antonete eiusdem langerij vxori, tunc presentibus ꝛc. summam videlicet quadraginta vnius florenorũ ꝛ octo grossorum monete tunc currentis, causa reste maioris summe: ꝛ quam summam promiserunt ꝛ iurarunt soluere incontinenti ad primam requisitionem dictorum creditorum, dum ꝛ quando ipsi debitores nomine predicte vniuersitatis, vel ipsa inuestita extitisset de rebus sibi venditis. Oritur difficultas an per lapsum triginta octo annorum vel circa, qui cucurrisse dicuntur a tempore obligationis superius mentionate, dicatur esse prescriptum ad
1 uersus actionem que dictis creditoribus olim competẽt. † Super quo dico quod si dicti magister Claudius veteris, Antonius beroardi, Guigo raynaudi, ꝛ Raymundus gallandi contraxissent, ꝛ se dumtaxat obligassent nomine predicte vniuersitatis, nõ autem nominibus eorum proprijs, tunc videretur cum minore periculo prescriptum extitisse, ꝛ quod vniuersitas, si nunc conueniretur, de prescriptione huiusmodi opponere posset. l. sicut in rem. ꝛ. l. omnes. cum suis similibus. C. de prescriptionibus triginta vel quadraginta anno. Sed quia prefati magister Veteris, ꝛ alij cõtraxerunt ꝛ se obligarunt etiam eorum ꝛ cuiuslibet eorundẽ proprijs nominibus, ꝛ ita summam predictam soluere promiserunt ꝛ iurarunt: ꝛ sic sciuerunt se debitores dictorum creditorum, nõ videntur ipsi ꝙdiu vixerint aut viuent potuisse aut posse prescribere, dõtẽ aut ẽt prescriptionem inchoare, regula Possessor malefidei. de regu. iur. in. vj. ꝛ. c. fin. ꝛ quod ibi per omnes magis cõiter, de prescri. De quo etiam per legistas magis communiter in. l. se
2 quitur. §. si viam. ff. de vsuca. † in quibus locis doct. communiter no. ꝙ dictũ. c. possessor malefidei. ꝛ. c. fi. locum habeant nõ solum in prescriptione rerũ corporaliũ, sed etiam in prescriptione iurium ꝛ actionũ, ꝛ ꝙ propterea iura ciuilia aliter disponẽtia corrigantur
3 in vtroq;: † ꝙuis Bart. aliter senserit in. d. l. sequitur. §. si viam, ꝛ Hostien.

Hostien.in summa tit.de prescrip.§.que res.Henri.bo.yc.in.c.si diligenti.dist.iij.eo.ti.z Panor.in.c.fin.z hoc eo casu quo currēte tempore triginta annorum creditor non interpellasset suum debitorem,z vbi debitor non iurasset,vel ēt si iurasset non absolute, sed de soluendo ad requisitionem creditoris,sm Henri.de bonuē. in repeti.auth.sacramenta puberum.§.vlt.C.si aduer.vendi. Et sm opinionem Bart.Hosti.z sequa.fuit iudicatum in curia magnifici Delphinalis parlamēti,prout refert d.Gui.pa.dec.cxcix. Et Quis nesciam quid nunc obseruetur in eadem curia:scio tñ q communis opinio canonistarum z legistarum est hodie in contrarium. Preterea esto q in curia Buxi possent predicti debitores aut eorum heredes opponere de prescriptione:hoc tñ non videtur multum eis prodesse: quia creditores possunt in vim pacti initi recurrere ad alias curias,z inter illas ad curiam Cabeoli, q̄ prescriptionē non admittit. Respondēdo igit ad primū quesitum dico breuiter z succincte,q sm opinionem magis cōmunem non est debitū prescriptum. nisi saltez triginta anni cucurrissent a tpe mortis dictorum magistri Claudij,z aliorum,si mortui sint.

4 ¶ † Ad secundum respondeo q non,z quod cum de debito seu obligatione appareat,alleganti solutionem incumbit probatio. l.in exceptionibus.z.l.ei qui.ff.de proba.z quod not.Bar.Alex. de imol.z doct.in.l.hoc iure.ff.de verbo.obliga.

5 † Ad tertium dico (vt predixi) quod scdm communē opinionem nō est prescriptum aduersus actionem personalem. Et si prescriptum esset quo ad illam,non tamen quo ad hypothecariam: quia conueniri possent debitores vel eorum heredes possessores bonorum hypothecatorum:qr aduersus illam prescribere non potuerunt, nisi spatio quadraginta annorum.l.cum notissimi,§ quod ibi gl. super verbo,spatijs.C.de prescrip.xxx.vel.xl.anno. Preterea (qd hic maxime attendo) isti creditores possunt recurrere ad curiam rigorosam,z que prescriptionem non recipit. Et sic parum prodesse potest his debitoribus facultas opponendi de prescriptione coram domino iudice Buxi.

Ad quartum dico z respōdeo quod,licet dicti magister Claudius Veteris z alij se obligauerint,non quidem proprio eorum debito,sz pro debito predicte vniuersitatis: ipsi tamen non videntur posse opponere exceptionem ordinis. Tum propter Delphinale statutum de cōpulsorijs impetrandis,quod non admittit nisi septem, de quarum numero cessio hmōi non existit. Non est ergo admittēda:

6 † qr statutum etiam si durum sit seruandum est.l.prospexit.ff. qui z a quibus,z.l.j.§.si is qui nauē.ff.de exercito.actio.z q voluit Bar.in.l.j.§.z parui refert.ff.q vi aut clā. De quo Sali.in l.ita nobis pudor.ff.de adulte.quod etiam voluit do.Gui.pa.in

7 suo tracta.sup dicto statu.de cōpulso.q.x. † Tū z qr prefati Veteris z alij potius videnť esse constitutores,q̄ fideiussores. Quo casu non admittitur secundum stylum exceptio ordinis,prout refert idem do.Gui.decesione.xciij.exordienre,Aliq doct.in auť. zc. Et ita cōsulo istis probis z dicte vniuersitati vt conueniant z cōcordent cū dictis creditoribus. Que dixeriz sub correctione zc.

1 ☞ Testimonium ferre an possit maior infante,vel saltem pubertati proximus: z quid si factus pubes de his,que vidit in impubertate deposuerit.

2 Puniendus an veniat quis nō solum ad instantiam accusatoris aut procuratoris:sed etiam per inquisitiones instigante procuratore fiscali,maxime si prohibitio precesserit.

¶ Epitome

¶ Testis maior.xxv.annis deponere potest de ijs que vidit cum minor esset,sed maior infante z saltē proximus pubertati. V. S.

¶ De testib. Cons. xlvij.

1 Etiam † si ex actis cause inquisitionalis cepte z pendentis indecise,per z inter venerabilem virum dñm procuratorem fiscalem totius baronie Greynhani ex vna parte,z Guillielmum ioannini ciuem Tricastrinensem ex alia,quinimo z si ex depositione prouidi viri Bertrandi reuthe,in dicta causa perte dicti do.procuratoris fiscalis in testem producti,constaret z appareret ipsum Guillielmū fuisse,tempore scissionis lignorum ac deportationis z arresti in processu cause huiusmodi latius mentionatorum,minorem.xx. annis,non inferretur quin ipse in huiusmodi causa inquisitionali deponere potuerit,z quin ipsi Guillielmo z eius depositioni seu dicto credi debeat,postquam non apparet quod tempore scissionis,asportus,z arresti predictorum idem Guillielmus esset impubes: quinimo z si tunc impubes extitisset,dumtamen fuisset maior infante,vel saltem proximus pubertati,credi deberet,per id quod voluit glos.z quod ibi doc.in.l.testium fides,§.lege iulia.ff.de testi.z in.l.notionem.§.instrumentorum.vers.que em. ff.de verbo.significatio.Azo in sum.ti.de testi.Spe.ti.de teste. §.j.ver.sed nūquid pubes factus.z qd ibi Jo.an.in addi.Joā.d imol.in.l.ad testiū.§.cōditionē.ff de testa.z Archi.i.c.relatum. dist.xxxvij.z Albe.de male.in suo tract.de testi.in qnta pte pri me ptis.§.itē vidēdū est nūqd factus pubes possit testificari de his,q̄ vidit in pupillari etate. Nō ŏ pcedūt allegata in prima,p te cuiusdā schedule exordiētis,Defensiōes seqntes zc.pte dicti Joānini in hac cā pducte. Et ad.l.l.testimoniū,inibi allegatam rñdeo q illa loquiť in eo q tpe lati testimonij erat minor.xx.annis:cuiusmodi nō fuit dict⁹ Bertrādus tēpore lati p eū testimonij in hac causa,sed vt dixit erat etatis triginta quinq annorū. Et sic non sumus in terminis dicte.l.non ergo obstat.

2 † Etiam nec obstat quod vlteri⁹ z scdo opponiť.s.q cū dilectus Guillielmus ioannini delatus accusatorē vel denūciatorē nō habeat,nō debuerit ipse in cā trahi,z cōsequēter nec cōdēnari pretextu z ad cām scissionis lignorū,transportus,z fractionis arresti supra mentionatorum. Qm̄ rñdeo q nō solū punitur qs de crimie ad instātiā accusatoris aut pcuratoris,sed ēt p processuz inqsitionalē ctra se factum ad pmotionē seu instigationē pcuratoris fisca.is,z signāter vbi pcesserūt inhibitiōes seu pcomisatiōes iudicis squirētis. Pro q allegasse sufficiat id qd no.Ang.are.in suo trac.de malefi.sup ṽbo.hec est qdā inquisitio,col.mihi.iij.verfi.ex quo dicto tu iudex sumas cautelā. Nec obstat qd opponiť de stylo patrie Delphinalis:qr in ea sunt libertates qbus hoc fieri prohibeť,q̄ non extēdūť ad pūincias extraneas:qr ex separatis zc.l.inter stipulantē.§.sacrā,ver.sed hec dissimilia.ff.de verb.oblig.z.l.papinianus exuli,cū suis simili.ff.de mino. Et ita mihi videť,sub.zc.

1 ☞ Bellū ingrediēs postea nō visus,nec corp⁹ inuētū,an presumēd⁹ illic mortuus,vt p eorū pximiores hr̄ditas possit adiri.

2 Quartarum detractio.

¶ Epitome.

¶ Belli conflictum ingressus,nec postea visus,mortuus presumitur,adeo vt eius possit hereditas adiri. V. S.

De testa.mili. Consilium xlviij.

1 Si † veruz sit et probari possit q Guillielmus floreti,filius quondā naturalis z legitimus Joānis floreti,visus extiterit ingredi bellum,vel esse in bello habito in loco de Nansi,in quo notorie multi interierunt,z ipse non probetur postea fuisse visus,ille presumendus est ibi fuisse mortuus,ar.l.fi.§.si qs in bello,ff.de his q notā.infa.vbi per illū tex.hoc no.Bar.Bal.z Ang.german⁹ eius:vbi ēt dicit Ange.se illū tex.practicasse tpe magni cōflict⁹,quē habuit ciuitas Perusina ab Angelicis apd Brusani,vbi infiniti itrauerūt bellū,z corpa eoz nō fuerūt inuēta:vnde p hoc satis dictū fuit cstare de morte,z p eorū pximiores hereditatē posse adiri:vbi ēt dicit ita finaliter fuisse decisuz. Et si idē Guillielm⁹ eo tpe liberos naturales z legitimos vl vxorē pgnātē nō haberet,fuisset loc⁹ substitutōi reciproce admixte cōpēdiose in psonā Jaquemette ei⁹

2 cohr̄dis z sibi substitute. † Et cūpostea eadem Jaquemeta ab hūanis sine liberis decesserit,fuit loc⁹ substōni facte d Jacob.z Johāne cap.qb⁹ ppterea debēt restitui hr̄ditas z bōa dicti quōdā Joannis floreti testatoris. Uex qr dicti Guilielm⁹ z Jaquemeta fil ij testatoris naturales z legitimi grauati extiterūt,non qdē pure,sz sb cōditione,z facti puberes ab humanis decesserūt possunt ex eoz z cuiuslibet eorū psona detrahi due qrte.s.legitima z trebellianica,p id qd not.gl.Bar.z doc.in.l.papinian⁹.§. meminisse.ff.de inof.test.gl.z Bar.in.l.q̄ q̄.C.ad leg.fal.Bal. i.l.filiū quē.C famil.ercis. Multas remissiōes ponit do.Jason may.in auť.res q̄.col.ij.C.cōmu.de leg. Et cū dicto Joāni testatori supfuerit Joāna filia ac Roleta,Peronella,z Claudia nepotes ex Mcādo filio,pdefūcto,q̄ l hoc habēť p vno,nec prefati Guilielm⁹ z Jaquemeta,z sic qtuor liberi,horū oim legitima fuit triēs,seu tertia ps bonoz pfati testatoris,auť.de triē.z semis. §.j.col.ij.z trāsumptiue in auť.nouissi.C.de inof.testa.q̄ tertia ps erat eqs ptib⁹ iter eos sic diuidēda.s.q pfati Guillielmus Jaquemeta Joāna,z eorū qlibet erat habitur⁹ quartā ptē:z dicte Roleta z Claudia representantes personam Mycodi earum patris aliam quartam partem. Legitima igitur dictorum Guillielmi z Jaquemete,z eorum cuiuslibet erat z est duodecima pars predictorum bonorum,et sic vna vncia,quaz prefati Guillielmus et Jaquemeta detrahere potuerunt de vniuersali fidei commisso. Potuerunt etiam pro Trebellianica detrahere

quartam partem residui, iuxta theoricam quam ponit glo. in. c.
raynaldus. super verbo, licet ipsas. de testa. ⁊ Jo. de imo. in. l. co/
heredi. §. cũ filie. ff. de vulga. ⁊ pupil. Et de istis duabus quartis
potuerunt testari dicti Guillielmus ⁊ Jaquemeta: ꝙ si non fece/
rint, vel alias illa alienauerint, in eis succedere debuerunt proxi/
miores ab intestato. s. mater ⁊ Joãna si erat eorum soror vtrinqꝫ
coniuncta, ⁊ prefate Roleta, Peronella, ⁊ Claudia, si Nycodus
earum quondam pater fuerat horum Guillielmi ⁊ Jaquemete
frater vtrinqꝫ coniunctus, aut. defuncto. C. ad tertul. ⁊ authe. vt
fra. filij. §. j. colla. viij. Totum vero residuũ debet restitui p̃fatis
Jacobo ⁊ Joanni substitutis. Et ad hoc poterunt compelli pos/
sessores. Sed erit aduertendũ in cõfectione libelli, an possessores
sint heredes dictorum Guillielmi ⁊ Jaquemete, aut alterius eo/
rundem, an non: quia aliter ⁊ aliter erit libellus conficiendus.
¶ Ad id vero ꝙ querit̃ de bonis alienatis p̃ matrẽ dictoꝝ Guil/
lielmi ⁊ Jaq̃mete, dico ꝙ alienatio tenuit ⁊ tenet vsqꝫ ad illã quo
tã ⁊ portionẽ, quã habuit ⁊ habere debuit ipsa mr̃ in dictis dua/
bus quartis: ⁊ sic ista quota ⁊ portio remanebit penes emptores,
⁊ hoc non habet dubium: residuum vero poterit vendicari. Que
dixerim breuiter ⁊ succincte, quia festinantia portitoris aliter nõ
patitur, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Legitimam in substantia rerũ paternarum an possit filius
petere ⁊ habere, etiam super eo quod pater alteri donauit.

¶ Epitome.

¶ Legitimam filius capere potest in singulis rebus hereditatis
paterne, nõ optimis quibusqꝫ, sed mediocribus, arbitrio tandẽ iu/
dicis quã nec donationes fratribus facte minuere põt. V. F.

¶ De su. ⁊ leg. libe. Cons. xlix.




Vidi casum mihi exhibitum parte probi viri
Joãnis de Rocil one in quo narratur
qd̃ Stephanus de rossillone dicti Joannis quõ/
dam pater in suo vltimo testamento heredem vni
uersalem instituit Michaelem eius filiũ primo/
genitum: dicto vero Joanni ⁊ Mundete etiam
eius filijs naturalibus ⁊ legitimis legauit certas pecuniarũ sum
mas, ⁊ res alias. Sup̃ quo aduertendũ est ꝙ si idem Stephanus
eidem Joanni ⁊ Mundete legauerit, ⁊ non reliquerit iure insti/
tutionis, vel nõ instituerit illos heredes particulares, testamen/
tum ipsius Stephani scd̃m opinionem magis cõmunem fuisset
nullum. Et sic nisi in eo esset posita clausula codicillaris, ipsi de/
buissent ⁊ deberent equaliter cũ dicto Michaele eorũ fratre suc/
cedere prefato Stephano patri. Super quo tñ non insisto: pro eo
1 q̃ non vidi testamentum. † Ceterũ quo ad hoc de quo queritur,
dico ꝙ si dictus Joãnes velit habere eius legitimam, non quidẽ
in pecunia, sed in substantia, hoc est in bonis dicti quondã Ste/
phani eius patris, ipse potest hoc petere, secundum dispositionez
iuris, vt post Guillielmum in. l. scimus. C. de inoffi. testa. voluit
Barto. in. l. suus quoqꝫ. in fi. principij. ff. de heredi. insti. Et idem
voluit Joan. de imol. in. d. l. suus. in prin. in col. viij. ver. aduerte
etiam, Bal. in. d. l. scimus. §. repletionem, ver. quero pater institu
it filium: vbi etiam Pan. de ca. Bal. in. l. filium quẽ. C. fami. er/
cis. Bal. Alex. de imo. ⁊ Moder. in. l. non amplius. §. fi. ff. de leg.
Non poterit tamen dictam eius legitimam que cum eidem Ste
phano superfuerint tres liberi, fuit ⁊ est tertia pars trientis, hoc
est nona pars bonorũ dicti quondam Stephani, aut. de trien. ⁊ se
mis. §. j. colla. iij. ⁊ transumptiue in aut. nouissima. C. de inoffi. te/
sta. eligere vel petere sibi assignari minutatim in singulis rebus,
vel in re meliore sed in re mediocri, aut prout conuenerint ipse ⁊
heres: ⁊ si conuenire non possunt, erit recurrendum ad iudicem, vt
voluit Joã. de imo. in. d. l. suus quoqꝫ. Alexã. de imol. in. d. l. non
amplius. §. fin. ⁊ docto. magis communiter in. d. l. scimus. §. reple
tionem. Et ꝙ dixi superius, dictum Joannẽ debere habere nonã
partem bonorum ipsius quondam Stephani eius patris, intelli
go ꝙ non solum habere debeat nonam partẽ eorum, que super/
fuerunt post factam donationem prefato Michaeli primoge/
nito, sed etiam habito respectu ad bona donata: hoc est ꝙ tñ ha
bere debeat de parte non donatorũ, ꝙ istud quod habebit ascen
dat ad valorem none partis omnium, hoc est donatorum ⁊ non
donatorũ: iuxta ea que not. glo. ⁊ docto. in. l. j. C. de inofficio. do/
natio. ⁊ qd̃ habetur in authenti. vnde si parens. C. de inoffi. testa.

1 ☞ Aduocatus cautus quã actionẽ pro parte sua qui rem alte
ri obligauit intentare soleat, ⁊ quid super illa edocere habeat.
2 Interdictum saluianum contra quem competat.
3 Patrinus p̃ filiolo an possit testificari, ⁊ qd de patre spirituali.
4 Exceptio fori declinatoria an ⁊ quando, non noceat, etiam si pro
bata extiterit.

¶ Epitome

¶ Saluianum interdictum intentare melius est, quã actionem
hypothecariam: cum in illo edocere sufficiat reum quandocunqꝫ
possedisse, in hac vero non, sed fuisse rem in bonis debitoris cum
contraheret. V. F.

¶ De precar. ⁊ saluia. interd. Cons. l.



1 Ex† forma ⁊ serie libelli dudum oblati
parte nobilis Joannis gi/
raudi, contra ⁊ aduersus nobilem Jacobum de
bosceto, clarissime apparuit ⁊ apparet libellum
huiusmodi fuisse conceptum aut formatum, non
quidem in actione hypothecaria, quam vt dicit
Ange. are. in. §. item seruiana. versi. aduertat tamen ⁊c. institu. de
actio. cautus aduocatus nunqꝫ intentat, sed in saluiano interdi/
cto, ꝙ competit non solum contra debitorẽ, qui bona obligauit,
⁊ eius heredem: sed etiam cõtra quemlibet extraneum possessorẽ.
l. j. C. de precar. saluia. interdi. ⁊. l. i. §. j. ibi, aduersus extraneos ⁊c.
ff. eo. tit. ⁊ in quo non est opus probare rem fuisse cũ effectu obli/
gatam, vel fuisse in bonis debitoris cuz contraheret cum actore:
sed sufficit edocere ꝙ vel tũc vel postea eandem possederit. Pro
quo allegasse sufficiat id ꝙ voluit Bartholo. cepol. in suis caute.
circa medium, versi. item est alia vtilitas in modo probandi ⁊c.
Cum igitur prefatus nobilis Giraudi clare probauerit venerabi
lem quondam virum dñm Bertrandum giraudi, alias de aqua/
bella, fuisse confessum se debere nobili Joanni giraudi, patri hu/
ius alterius Joannis, ex causa in dicto libello plenius expressa, ⁊
soluere promisisse summã quinquaginta florenorum: ⁊ hoc Anno
dñi Millesimo. cccclxiij. ⁊ de mense Decembris, constante publi
co instrumento in causa producto. Probauerit preterea eundem
de Aquabella debitorem tenuisse ⁊ possedisse tempore premen/
tionato, anteqꝫ ⁊ post dominium in predicto libello latius men/
tionatum, ⁊ cuius possessionem dictus Giraudi actor sibi resti/
tui postulauit, palam infertur eundem Joannem actorem filium
⁊ vniuersalem heredem alterius Joannis contrahentis, debere
in hac causa obtinere. Nisi fortasse quis contenderet, causam ex
qua egit ⁊ agit idem actor non esse sufficientem: quia hoc non ob
stat. Pro quo remisisse sufficiat ad ea, que ponit Sali. in. l. vnica.
versi. sed iuxta predicta quero ⁊c. C. de confes. Fran. de are. in. l.
triticum. col. iij. ver. ⁊ adde ⁊c. ff. de verb. obligatio. Ang. consi
xxv. exordiente, Pro decisione questionis ⁊ dubiorum, col. ij. versi.
videamus igit, Alexan. de imo. consi. iiij. c. l. xi. in primo volu. ⁊
Joan. pet. ferra. in sua practica. tit. for. lib. ad cop. serua. transac.
in prima glo. colum. j.

Etiam nec obstat id, de quo primo opponit idez
de Bosqueto in quibusdam eius articu/
lis exordientibus, Ut vobis egregio viro ⁊c. scilicet ꝙ non fuerit
vel sit obligatus prefato quondam Joanni petitori, vel huic Joã
2 ni suo heredi. † Quoniam respondeo ꝙ hic non agit idem Joan
nes actione personali, que nõ sequitur particularem successorem.
l. j. §. si heres. ff. ad trebel. sed (vt iam dixi) saluiano interdicto, ꝙ
competit etiam contra extraneum possessorem. d. l. j. §. j. ibi, ad/
uersus ⁊c. ff. de saluiano interdicto. Etiam nec obstat pretensa p̃/
scriptio, de qua in dictis articulis visus est oppone e idẽ de Bos
queto. Quoniam respondeo qd̃ prout replicando extitit parte. c.
actoris in schedula exordiente, Replicando ⁊c. probatum, idem
Joannes giraudi actor fuit pro maxima parte tẽporis, quo idez
de Bosqueto probare conatus est domum predictam possedisse,
minor. xxv. annis. Quod sit vti prescriptio dicã aut viginti anno
rum contra eum non cucurrerit. l. fin. ⁊ quod ibi docto. C. in qui/
3 bus cau. in integ. restit. non est necessa. † Nec sibi persuadeat idẽ
de Bosqueto, quod non fuerit aut sit fides adhibenda depositio/
ni seu dicto Joannis comini loci de Gigondatio primi testis par
te dicti Giraudi super dictis eius replicatorijs articulis exami/
nati: pro eo quia idem Comini dixit ⁊ deposuit se de sacris fonti
bus leuasse dictum Joannem actorem, ⁊ sic esse eius patrinum, ⁊
propterea non potuisse pro ipso Giraudi testificari, per id quod
not. Bald. in. l. generaliter. ff. de in ius vocan. ⁊ Sali. in. l. testis
idoneus. ff. de testi. ⁊ quidã aliũ alibi. Quoniam respondeo qd̃ li/
cet illi ita senserint: communior tamẽ opinio est in contrarium, p̃
qua consuluit Bart. consi. incipiente, In questione vertente in/
ter dominũ Symonẽ ⁊c. quam opinionem secutus est Bal. in. l.
parentes. col. ij. versi. idẽ dico in patre regenerationis ⁊c. vbi etiã
Sali. C. de testi. Flor. in. d. l. testis. colũ. j. vel. ij. versi. itez quid in
patre spirituali ⁊c. Roma. Alexan. de imol. ⁊ domi. Jason max.
in. d. l. generaliter. Alexan. cõsi. xl. exordiente, In causa ⁊ lite ver
tente ⁊c. col. penul. in tertio volu. consi. cxxv. exordiẽte, Uiso the/
mate premisso ⁊c. in quarto vol. De quo etiã aliquid ponit Ale/
xan. de imol. consi. xxxiij. exordiente, Uiso processu cause ⁊c. colũ.
viij. in tertio vol. Idem voluit Franc. de are. in. c. cum oporteat,
col. v. de accusa. Pro cuius opinionis fundamento allegari solet
quod

q edictū de testibus est prohibitoriū certarū personarum. Unde omnis persona que non reperit expresse prohibita pōt testificari l.j.cum glo.ff.de testi.z quod not.glo. in.l.qm̄. in fi. C.de hereti. Et a contrario pro alia opinione allegata bene respondent Alex. de imol.z do. Jason in.d.l.generaliter.qui videri potuerunt.

4 † Etiam nec obstat pretensa litispendentia, seu preuentio parte dicti de Bosceto nouissime allegata, z de qua videtur facere magnum festum, existimans in ea reperisse arma Achillea: que profecto friuola est, z que admitti non debuit. Tum quia exceptio huiusmodi, vtpote fori declinatoria, est exceptio dilatoria: que propterea debuit ab initio, z sic ante litem contestatam opponi, p iura vulgaria. Tum z quia in hac causa, vt predixi, agit idem Siraudi saluiano interdicto contra extraneum possessorem domus, olim tēpore videlicet contracti debiti, z postea, possesse per dictum de Aquabella debitorem, z ad restitutionem possessionis eiusdem domus. In dicta vero pretensa litispendentia agebatur, si tamen actum fuit z probetur, actione personali ad solutionem dicte summe. Et sic non vtrobiq est eadem causa seu actio intentata. Tū z quia in dicta pretensa lite conueniebatur pretensus curator bonorum dicti de Aquabella. Hic aūt conuenitur dictus de Bosqueto, qui est alius, z qui etiam non proposuit se causam habuisse vel habere a dicto de Aquabella, aut predicto curatore, z qui etiam negauit domum hanc vllo vnquā tempore spectasse dicto de Aquabella, aut per eū possessam extitisse. Et ita nihil ad hunc de Bosqueto facit illa pretensa preuentio: eo maxime quia ipse, non dictus curator, tenet dictam domum: quinimo nec apparent alia bona per eundem pretensum curatorem possideri. Non ergo, vt predixi, debuit dicta exceptio admitti. Uerum quia illa admissa est cum clausula, saluo iure z c. illa non nocet, etiam si probata extiterit, per id quod voluit Joā. de imol.in.l.si quando.ff.de lega.j.z quod ponit Barto.in.l.ambitiosa.q.penul.ff. de decre.ab ordine facien. De quo domi. Constantinus de Bal.in suo tracta. de caute.iudi.tit. deposi.§.secundo principaliter.col.ij.versi. quero iudex admisit articulos cum clausula z c. Que dixerim breuiter z succincte z c.

1 Ablatiui absoluti conditionem an importent.
2 Stipulatio non habens causam an valeat cum effectu, si habeat conditionem.
3 Promittens, x. si titius moriatur, an cōditionem in eat turpem, merito non seruandam, item si nauis mercibus onusta salua appulerit. 4.
5 Taxillorum sors z conuentio prohibita.
6 Stipulatio penalis an nouet conditionem precedentem.

Epitome.

In stipulationibus conditio loco cause succedit: qd z in mercatorum, nauigare aut proculter facere volentium promissionib⁹ locū habet. U. F.

De condict.ob cau. Cons. lj.



Scripseras istis diebus, quod doctrina Roffre. de qua in suis libellis sub rubrica de senatusconsulto cuius nomen non habemus, z in casu occurrenti aliquantulum subsistere fecerat. Ego quoq vicissim tibi scribo, quod doctrina domini Anto. archiepiscopi Florentini in secunda parte sue summe tit. primo. c.xxiij.§.nono.me etiam aliquādiu suspendit: quem quia videre poteris, z tu celeriter tibi responderi requiris, non refero. Sed nō obstante eius doctrina, existimo illam conuentionem voluisse: z puto attentis verbis tuarum literarum, quod effectualiter conuentio huiusmodi hoc cōtineat, quod nobilis Bernardinus brolia daret septingentos scutos Bartholomeo lentardi, per eum tenendos z custodiendos donec ipse Brolia peregrinationem inibi mentionatam perfecisset, z ex ea Auenionem rediisset: qua perfecta: z ipso Brolia reuerso, mox z incontinenti promisit z cōuenit idem Bartholomeus dare z soluere eidem Brolie mille
1 scutos. † Et sic non solum reddere dictos septingentos, seu septingentos dare, sed etiam tricentos: vbi attendo ad illos ablatiuos absolutos, qua peregrinatione perfecta, z ipso Brolia reuerso, qui conditionem important. l.a testatore.ff.de condi. z demō. de quo docto.in.l.ab emptione.ff.de pact. Et videtur esse perinde ac si dictus Bartholomeus dare promisisset dicto Bernardino, tunc presenti z vt puto interroganti, dictam summā, si ipse accedere: z c. peregrinationē perficeret, z deinde Auenionem reuerte-
2 retur. † Et q̄uis cōuentio seu stipulatio huiusmodi nō videatur habere causam, z sic cum effectu nō valere.l.ij.§.circa.ff.de excep. do. illam tamen habet, vel aliquid qd loco illius succedit: scilicet conditionem: z illa sufficit. l. cum ad presens. z qd ibi Barto. z doct.ff. si cer.peta. z. l. a titio. z quod ibi omnes scribentes.ff.

de verbo.obligatio.que.l.per doct.in hi inducitur ad decisionē multarum questionum, non minus difficilium, q sit illa de qua
3 queritur. Et primo quidem inducit eaz Paul. de cast.ad banc questionem. † Tu promittis mihi dare decē, si talis dn̄s moriatur hoc anno: z si non moriatur ego promitto tibi dare centum. Dictus dominus mortuus est infra annū, querit Pau.de cast, an ego possim petere decem, z videtur q non: quia non videtur subsistere aliqua iusta causa promissionis, sed potius videtur illa cōuentio continere turpitudinem, sicut in ludo taxillorū: z dicit Paul. de cast. q pro hac parte fuit iudicatū propter frequentem vsum mercatorū, tam ibi, q alibi: quod mandat teneri menti, z principaliter propter dictam.l.a titio.quia sufficit euentus cōditionis z non est querēdū de alia causa. Hāc decisionē Pau.de cast.refert z sequit Alexan.de imol. in dicta.l.a titio colū.j.vbi addendo dicit fuisse bene iudicatū. Pro quo allegat not.per Hostien. in.c.gemma.de spōsa.vbi voluit q si duo sunt quorum vnus promittit alteri decem, si fiat matrimoniū inter Titiū z Bertran. z alter econtra promittat eidē decē, si nō fiat matrimonium, q valebit stipulatio, sicut si cōcepta esset sub alia cōditiōe: et hoc si promittentes sint extranei dictorum Titij z
4 Berte. Hanc decisionē etiam refert z sequitur Franc.de are.in d.l.a titio.colum.j.versi.extra gl.dicit Pau.de cast. † Aliā similem cōuentionem refert Alexan.de imol.in.d.l.a titio.colū.ij. ver.frequētāt etiā Florentini aliā similē conuentionē, vt verbi gratia promitto tibi decem, si nauis mea mercantijs onerata ad talem locū salua applicuerit: si autē non, tu promittis mihi reddere valorē mee mercantie. Nam conuentio valebit, ratione superius allegata, z etiā contractus est licitus, vt est casus expressus z singularis in.l.in naue naupei, z quod ibi glo.in verbo oneris auersi. z ibi Paul.de cast. ff. loca. vbi dicit Paul. q de illo tex.ad hoc non aduertunt gl.nec doct. Dicit etiam Paul. hoc non reperiri improbatum de iure canonico. Idem tenuit Lauren.de rodul.in suo solenni tractatu de vsuris.in tertia parte.q. iij.quē posuit in cōmento.c.consuluit.de vsur.z sequuntur Moderniores in.c.nauiganti.de vsur. Quis Pet.de ancha.in.l.fin. de nauti.feno.in reportatis iuris ciuilis, reliquerit cogitandū,
5 † per id quod dicitur de ludo taxillorum: iuxta ea que plene habentur in.c.penulti.de vita z honestate clerico. sed ad illud respondet Alexan.de imol.vbi supra ex not.in.c.penulti.quod illud est prohibitum propter blasphemias z vituperationem, que persepe fiunt in ludo. Si igitur conuentiones predicte valeant, non videtur subesse ratio quare z hec non valeat, z quam puto valere sub correctione tamen z c. z pleniore cogitatione.

6 † Ceterū puto q videris Barto. in l.ita stipulatus.ff.de ver. obl.in ea q̄stione quē ibi format, an videlicet stipulatio penalis mouet nouatiōnē precedētē: in qua refert septē opiniones z omnes impugnat tandē ponit suā, quā te puto vidisse, z s'm quā putarem in casu nostro q nouatio penalis nouauerit precedētē. Alexan. de imol. post multa tādē cōcludit posse sustineri opinionem Jaco.de are.z opinionem Bar. et hoc colum.fina. Et vt mihi videt idem Alexan.in.d.l.ita stipulatus col.xxiij.versi.itē adde circa opinionē Jac.de are.in prosequendo defensionem opinionis Jac.de are. videtur huic opinioni magis adherere, q opinioni Bart. Francis.de are.in dicta.l. ita stipulatus.charta.ix.colum.iij.versicu.et ideo videtur dicendum in ista materia difficili z concludendum cum Bald. dicit tenendam opinionem Bald.in.l.si pacto quo penam. C.de pactis.vbi voluit q in vltimis voluntatibus fiat nouatio, non autem in contractibus, nisi per exactionem pene. Et secūdum opinionem istorum est in facultate dicti nobilis Bernardi, vt non nouetur prima conuentio Richar.de salice.z Salice.nepōs in dicta.l.si pacto quo penam z c. videtur magis accedere ad opinionē Barto. z profecto iste articulus non est sine difficultate, z quidem magna. Uerum si iste nobilis Bernardinus omnino disposuerat accedere z c. etiam non facta conuentione, cōsulerem q ipse offerret illam pecunā z illā deponeret, si Bartholome⁹ eam recipere z custodire recusaret: quia nō sufficeret oblatio, p ea que not. Bartol.in.l.ij.ff.de condi.institu. Si vero accedere nō pposuerat, nec al's erat accessurus, nisi pp̄ter hoc lucrum, cōsulerem eum manere contentum de et pro pena dari promissa in euentum penitentie: que videtur posse peti sine illa magna difficultate de qua supra. Que dixerim breuiter z insulse, etiam salua tua correctione: cui confidenter z hec z aliter scribo.

1 Adultus cum iuramento de non cōtraueniendo quemadmodū habet legitimam personam standi in iudicio, ita minor per constitutionem procuratoris.
2 Minor beneficium restitutionis in integrum quo casu amittat.

3 Contumacia procuratoris in non respondendo an noceat domino, et quando: maxime quoad missionē faciendam ex secundo decreto.4.6.

4 Procurator in mandato quantumcunq generali non venit vt delinquat.

6 Antecedenti admisso an permittatur consequens, sine quo antecedens corruit.

Epitome

Contumacia procuratoris principali, hoc est constituenti nocere potest, maxime ob iuramentū in ipso constituendo appositū. V. F.

De procuratoribus. cons. lij.

1 
Quemadmoduz † adultus cū iuramēto de non contraueniendo habet legitimaz personam standi in iudicio, auth. sacramenta puberū. et quod ibi gl. j. versi. itē quid in iudicio. C. si aduer. vēdi. et quod no. glo. j. tit. de pa. iura. fir. §. itē sacramenta. versi. qd si iurauit se nō venturū cōtra sniam, quod etiam voluit Barto. in. l. minor vigintiquinq annis. ff. de pcura. et l. minor. xxv. omissam. ff. de mino. Bal. in. l. j. col. mihi. xiij. C. de confes. et in. d. §. itē sacramenta. et do. Jason may. in dicta auth. secramenta puberum, colū. xix. versi. sum in prima parte gl. ibi item quid in iudicijs etc. Cuius dicti illa assignatur rō: quia in iudicio quasi cōtrahitur. l. iij. §. idem scribit. ff. de pec. ita ēt potest minor cū iuramento de non contraueniendo cōstituere procuratorem, per quē postea litiget: quod etiam voluit Bart. in. d. l. minor. xxv. annis omissam. ff. de mino. et Ange. are. in. §. appellant. col. iiij. ver. finaliter litigaret per procuratorē. instit. de excep. † qui ēt dicunt quod isto casu minor perdit

2 beneficiū restitutionis in integrū, per id quod habet in dicta auth. sacramenta puberū. Cuius dicti illa pōt esse rō: quia iuramentum prestitum in contractu pcurationis, seu constitutionis procuratoris eum cōstituit seu representat maiorē, vt no. gl. et doc. in. l. ij. C. de resein. vendi. et in. l. j. §. j. ff. de tute. et rō. distra. Et idō cōsuluit Bart. aduocatis minorū in. d. l. minor. xxv. annis omissaz. vt cauti essēt, et facerent quod minor nō litigaret per pcuratorem quem constituit cum sacramento: quia per iuramentū perderet beneficium illius. l. sed litiget ipse cū authoritate curatoris, vt habeat priuilegium.

3 † Forte vero opponetur qd licet premissa vera existant: contumacia tñ procuratoris cōstituti per Claudium raynaudi tunc minorem. xxv. eidem nocere non potuit: quia nec sibi videtur posse nocere, etiam si fuisset maior. xxv. annis, et maxime quo ad hoc vt propter ipsius contumaciam debuerit cōdemnari ad petita: et non solum condemnari, sed etiā propter eam postea fieri missio in possessionem illius vinee ex scdo decreto. Et quidem quod contumacia procuratoris in non respondendo non nocet domino, nisi dñs sit sciens, et non purget cōtumaciam, voluit Bart. in. l. j. §. si procurator. ff. si quis ius dicē. non obtem. qui ita intelligit et limitat. c. ij. de cōfes. in. vj. Quia ēt contumacia procuratoris domino non noceat quo ad missionem faciendam ex secundo decreto, tenuit Bart. in. d. §. si procurator. per multa que ibi inducit. Et hanc opinionem sequuntur multi in. d. §. si procurator. et in. l. eū qui. C. de procura. et in. c. j. vt lit. non contesta. Et sic esto quod minor litigans per procuratorem per eum cum iuramento constitutum perdat beneficium restitutionis in integrum: non perdit tamen aliud remedium, qd etiam vero maiori conceditur. s. vt in eis que dixi non noceat domino contumacia procuratoris. Sz his non obstantibus videtur, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, quod cōtumacia procuratoris dicti Claudij commissa in non respondendo eidem preiudicauerit, et quod propterea tanquam fictus confessus iuxta dispositionē statuti, quod tamen videre voluissem, condemnari potuerit, arg. dicti. c. ij. de confes. in. vj. vbi probatur quod propter contumaciā procuratoris in non respondendo positionibus, habentur ipse positiones pro confessis. Nec obstat dictum Bart. de quo supra, qui dictum. c. intelligit et limitat vt procedat quando dñs scit procuratorem esse contumacē, et non purgat contumaciam: quia in hoc loquitur Bart. contra tex. dicti. c. per quod etiam eum reprobat Anto. de butri. in. d. c. j. colū. xij. et restringere illū text. esset nimium diuinare: de cuius etiam intellectu habetur per Joann. de imol. in. l. iij. §. ait pretor. ff. de re iudi. Sali. et Alexand. de imol. in. d. l. eum qui. et do. Jaso. de may. in. d. l. j. §. si procurator. col. iiij. versic. quarta conclusio. ff. si quis ius dicen. non optempe. et dicit Alexā. de imol. in. d. l. eum qui. col. v. versi. non obstat text. in. d. c. fina. etc. et fuit de mente Anton. de butri. in. d. c. j. vt lit. non contesta. quod in casu dicti. c. ij. de confes. in. vj. nocet domino contumacia procuratoris, quāuis sit grauis preiudicij: quia ibi ius fingit procuratorē esse confessum. Unde sicut vera contumacia procuratoris noceret domino. l. non solum. in prin. cum ibi not. ff. de procura. et quod not. in. l. certum. §. sed an ipsos. ff. de confes. ita preiudicat ficta. Et forte idem est in dicto statuto, quod vt dixi voluissem videre. Preterea vt ex doctrina Bal. dicit domi. Jas. de may. in dicto versi. quarta conclusio, quando id qd facit procurator constat esse delictum, nunquam preiudicat dño: † quia in mā

4 dato quantumcunq generali non venit vt procurator delinquat, vt voluit Bart. in dicto. §. si procurator. Sed quādo illud quod facit procurator potest esse et non esse delictum, tunc semper preiudicat. Non respondere vere positionibus, et sic illas non negare potest esse delictum et non esse: forte enim procurator non respondit: quia videt quod positiones nō sunt negande, ideo preiudicat dño. Et quod respondere vel nō respondere positionibus possit esse et non esse delictum, idq preiudicet dño, dicit Bart. in. d. §. si procurator. circa fi. j. col. et hec videntur satis opportune posse adaptari ad casum nostrum, in quo vt opinor, fuerat libellus oblatus in venerabili curia rationū, et in qua non expediebat fortasse ipsi Claudio quod dictus pcurator libello respōderet, et respōdendo illū negaret. Cū quia vt puto cōtenta in eo erant vera. Cū et pp latā etc. ita vt appareat nō bene inferri pcuratorez ideo deliquisse quia libello nō respōdit sz fuit cōtumax: quia istud nō respondere potuit esse et nō esse

5 delictum: sua ergo cōtumacia preiudicauit ipsi Claudio. † Quo vero ad id quod opponitur, quod contumacia procuratoris domino nocere non debeat, quo ad hoc vt contra eum fieri possit missio in possessionem ex secundo decreto, fateor quod hoc voluerit Barto. et multi post eum. Sed illam suam opinionē elegāter limitat Sali. in. d. l. eum qui. scz vt illa fallat et non procedat quando procederetur ad secundum decretum pro executione sentētie: quia ex quo permittitur quod contumacia procuratoris noceat domino, quo ad hoc vt deueniri possit ad sententiam diffinitiuam. c. causam. de dolo et cōtuma. not. doct. in. d. l. eum qui. videtur etiā permissum quod possit preueniri ad secundū decretum pro executione ipsius

6 sententie: † quia ex quo iure permittitur antecedens, videtur permitti et cōsequens, sine quo antecedens non potest habere effectū, arg. l. ij. ff. de iurisdi. omni. iud. et c. preterea. de offi. delega. Et cū hac limitatione transit Joan. de imol. in. d. c. j. vt lit. non contesta. et Alexan. de imol. in. d. l. eum qui. col. vj. ver. quam etiā vno alio modo limitat hic Sali. vbi etiā infert non bene dixisse Bar. in. d. §. si procurator. volentem quod in his que sunt magni preiudicij cōtumacia procuratoris non nocet domino. l. hoc amplius. §. quesitum. cum glo. ff. de dam. infec. et. d. §. si procurator, secus in his que sunt modici preiudicij: quia vt dictū est sententia diffinitiua est magni preiudicij, et tamen preiudicat dño. Ex quibus omnibus videtur in primis posse concludi, vt iam dixi, dictum Claudium non debuisse aut debere in integrum restitui: pro eo quia ratione iuramenti per eum prestiti in constitutione procuratoris perdidit dictum remedium: insuper et quod ipse pretendere non possit cōtumaciam dicti eius procuratoris sibi non obfuisse et obesse, etiā quo ad hoc vt propter eam, et tanquam ficte confessus condemnari potuerit, et deinde in executionē sententie eius bona capi et distrahi. Que dixerim salua pleniore deliberatione, ac visione processus et statuti: que omnia libenter vidissem.

1 Procurator an possit cām prosequi mortuo domino post litis contestationem, tanquā factus dominus litis, et illam terminare.

2 Constitutionis verbis cessantibus consequens est, vt cesset dispositio.

Epitome

Mandatum, vbi lis est contestata, non finitur morte mandantis. V. F.

Mandati. Cons. liij.

1 
Etiam † si verum esset quod honesta mulier Delphina morelle, vxor Roleti martelli, ab humanis decessisset: quia tamen hoc cōtigisset post litem contestatam per procuratorē per eā constitutū, non fuisset nec ēēt procurator hmōi per mortem dicte Delphine reuocatus: sed vtpote per litiscontestationem factus dominus litis pōt dictam causam prosequi et finire. l. nulla dubitatio, et quod ibi per omnes. C. de procura. l. mandatum. a contrario sensu, et quod ibi glo. manda. §. item si adhuc, et quod ibi glo. et doct. institu. eo. tit. l. si defunctus. ff. de procura. l. more. et. l. quia, in fi. ff. de iurisdi. omni. iudi. not. glo. et doct. in cle. fin. de procura. Cui dicto non obstat dicta clemen. quia respondeo quod illa loquitur in casu speciali. scilicet in procuratore constituto a prelato vel rectore ecclesie, qui procuratorem ad agendum nomine sue ecclesie vel pro suo beneficio constituit, vt clare patet ex verbis illius cle. a quibus non est recedendum: quia dispositio de qua ibi est exorbitans a iure communi. Cuz igitur his non sit sermo de procuratore per prelatum vel rectorem ecclesie, et nomine ecclesie, vel pro beneficio constituto, non fuit dicta cle. pro casu rotundo alleganda, ad probandum quod mandatum procuratoris per dictam Delphinam cōstituti fuerit

fuerit per illius mortem reuocatū: quia verba cle. non adaptātur casui de quo queritur: ergo nec dispositio illius eidem casui ada-
2 ptari potest: † quia vbi cessant verba constitutionis, consequens est, vt etiam cesset dispositio illius. l. si seruū quis. §. nō dixit. ff. de acquirē. heredi. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quoti. z esti. l. iiij. §. quotiens. ff. de dam. infec. l. ita autem. ff. de administra. tuto. z. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusatio. De quo Pau. de castr. consil. iiij. Rom. consi. ccccxlij. exordiente, Ut decisione accipiat presens consultatio zc. z consi. cccclxij. exordiente, Quo ad propositā consultationem, z Alexād. de imol. consi. xvij. z alijs in alijs locis. Pro quo optime facit quod post Joan. and. in. c. j. de homici. in vj. voluit Bald. in. l. si quis non dicam rapere. col. iij. C. de episc. z cleri. Et in istis omnibus aduocatus debet esse cautus, vt formet articulum, z seruet verba. l. vel statuti. alias probatio talis articuli nihil operaretur. Quod ideo est: quia si verba. l. vel statuti non adaptantur casui, dispositio legis aut statuti sibi locum nō vendicat. Et hoc etiam satis voluit gloss. in dicta cle. fina. super verbo, pro ecclesia. vbi not. ꝙ quando prelatus vel rector ecclesie procuratorem constituit non pro ecclesia vel suo beneficio, non habet locum dicta cle. Et hoc etiam voluit ibi domi. Cardin. florē. qui etiam ibi in quarto no. dicit dictā cle. ponere, non quidem regulam: sed casum, in quo per mortem constituentis finitur mandatum etiam Joan. fab. in. d. l. nulla. z in. d. §. item si adhuc. z. d. Jason may. in. d. l. nulla. versi. limita not. in prelato zc. dicunt ꝙ dicta. cle. ponit casum specialem: z hoc est certum. Nec puto dominum aduocatum partis aduerse, cum tex. illius aduerterit, dubitaturum. Quamobrem non obstantibus ex aduerso, z parte venerabilis viri do. Alziarij boerij allegatis, petit procurator honestarum mulierum Antonete vxoris Gauffredi boneti, Peyrone vxoris Joannis de leitret, z prefate Delphine in causa procedi, z procedendo eundem do. Alziarium a probando quosdam eius articulos excludi, z eum condemnari in expensis ratione frustrati processus per easdem principales sustentis. Et alias in z super premissis z singulis eorundem ius ac debitam zc.

1 ☞ Recognitio an faciat rem emphyteuticam, z quid si plures recognitiones, nu. seq.
2 Mutatur nihil in re propter nostrum affirmare vel negare.

Epitome.

¶ Et si recognitiones rem emphyteuticam nō efficiunt: probāt tamen contra recognoscentem, vel eius heredes, non contra extraneos. U. S.

¶ De iure emphy. Consil. liiij.

1 Recognitio † domus et terre, quam fecisse dicitur honorabilis quondam vir Siletus Philippi in Briuonia, honorabili quondam viro Honorato maximini, non fecit ꝙ domus z terra huiusmodi res emphyteutice existerent, si antea non erant, vt voluit Senze. z post eum Joan. de
2 imol. in cle. j. de iureiurand. † quia propter nostrum affirmare vel negare nihil mutat̃ in re, vt alicubi voluit Aristo. facit. l. assumptio. ff. ad municipa. z quod voluit Pet. Jac. in primo suo libello. versi. decimo ponit. Et hinc est ꝙ si in vim recognitionis huiusmodi ageretur cōtra extraneū possessorē, per eam nō ꝓbaretur dñium directum predicti Honorati, quinimo nec per plures recognitiones, per id quod voluit Specu. ti. de loca. §. nūc aliqua. versic. lvij. z Oldra. consi. mihi. ccxx. exordiente, Quia attēto ꝓcessu cause vertentis inter nobilem Guillielmū zc. Attamē videtur ꝙ recognitio predicta sufficiat ad probandū contra dictū Siletū, si viuat, alioquin cōtra eius heredem, ꝙ domus z terra ꝑdicte fuerint z sint res emphyteutice. l. publia. §. fin. ff. depo. qd etiam voluit Senze, z post eum Jo. de imol. in dicta cle. j. colū. vj. ver. quero an recognitio zc. Idem voluit Pet. Jaco. vbi supra. Et hoc saltem procedit si agatur actione personali ad commissum vel ad recognoscendū, quia non ipse Siletus recognoscēs posset venire cōtra recognitionē per se factā, z sic cōtra eius propriū factū. l. generaliter. C. de nō numera. pecu. z. c. per tuas. de probatio. Nec referre questionē dominij. l. si quis conductionis. C. loca. z. l. nec creditores. C. de pigno. actio. Et idem videtur de herede dicti Sileti. l. que a patre. C. de rei. mili. l. venditrici. C. de reb. alie. nō alie. l. ij. C. si quis in fraudem patroni. z. l. si creditoribus. C. de seruo pigno. da. manumis. Ubi vero dictus Honoratus, vel ali⁹ eius successor, vel ab eo causam habens ageret contra hūc Siletū, si viueret, seu Raymundū eius filium z heredem actione rei vendi. tūc videretur maior difficultas, propter id quod not. glo. z Barto. in l. ita vt fur. ff. commoda. Bar. in. l. si aliquam. ff. de acquiren. possessio. z plenius in. l. legata inutiliter. ff. de adimen. lega. z Joan. pet. ferra. in sua practica. titu. for. capitulo. in gloss. penulti. Sed tamen putarem ꝙ etiam isto casu dicta recognitio sufficeret, nisi probaretur contrarium. d. l. publia. ad fi. ff. depo. z quod no. Cy. Barto. Bald. z doct. in. l. cum falsa. C. de iur. z facti ignoran. Si vero probari posset contrarium, vel quod cōfessio fuerit erronea tunc recognitio huiusmodi nō noceret, per ea que not. omnes scribētes in. d. l. cum falsa. Que dixerim breuiter z succincte sub correctione zc.

1 ☞ Canonici soli faciūt capitulum z vnū corpus cū Episcopo.
2 Qualitas verbo adiecta an debeat intelligi ꝫm tempus verbi.
3 Teneo z debeo que verba sint, z quid importent.
4 Prepositus an possit esse in eadem ecclesia canonicus, z quid de episcopo.
5 Uocis dande ratio in capitulo in quo consistat.
6 Capituli appellatione an veniat prelatus illius, z quando.

Epitome.

¶ Cum prepositus ecclesie sicut episcopus in ea ipsa possit esse z canonicus: poterit ergo iuxta facultates sibi attributas z interesse electioni alterius canonici vt canonicus, z illam vt prepositus confirmare. U. S.

¶ De episcop. z cleri. Consil. lv.



Jso consultationis themate mihi exhibito parte venerabilium virorum dominorum presbyterorum, chorariorum, z clericorum venerabilis collegiate ecclesie loci Cristearnaudi, vna cum dubijs ex themate consultationis huiusmodi elicitis, insuper z cum literis erectionis facte de parochiali ecclesia loci predicti Cristearnaudi in dictam collegiatam ecclesiam per bone memorie reuerendum in Christo patrem dominum Ludouicum de pictauia, tunc Ualentinensem z Diensem episcopum: nec nō etiam literis apostolicis erectionis huiusmodi confirmatorijs, seu omnium harum literarum copijs dico z respondeo breuiter z succincte ad predicta dubia prout infra. Et primo ad primum: quod cum in literis erectionis z confirmationis predictarum fuerit ordinatum, constitutum, z decretum, quod electio omnium canonicorum dicte collegiate ecclesie venerabili Capitulo eiusdem ecclesie, z illorum institutio, z electioni confirmatio reuerendo patri do. Preposito eiusdem ecclesie pertinerent z spectarent, preterꝙ preposituré z cantorie iam dicte ecclesie: quarum collationem idem reuerendus dominus episcopus sibi z successoribus reseruaui, ꝙuis quo ad prepositaram fuerit immutatum per literas confirmatorias, dico z respondeo quod electioni canonici, de qua in dicto themate, solum interesse debuerunt canonici, non autem alij presbyteri eiusdem ec-
1 clesie, z hoc de iure communi: † quia soli canonici faciunt capitulum et vnum corpus cum episcopo. c. nouit. z capit. quanto. de his que fiunt a prela. z qd not. Innocē. in capitu. secundo. prope fin. de institu. vbi etiam Joan. de imol. colum. j. versicu. quid autem. de clerico excommunicato. z per Panormi. in. c. auditis. colum. j. de electionibus. ¶ Ad secundum dico et respondeo vt supra proxime, scilicet quod vacante chorariatu aut clericatu, electio pertinet ad Capitulum, prout dicitur in literis erectionis z cōfirmatorijs zc. z sic ad solos canonicos. Et hoc per predicta.

Ad tertiū dico z respōdeo ꝙ licet participiū existētibus, de quo ibi, sit presentis tēporis, illud tamē non est referēdum simpliciter z absolute ad do. presbyteros z clericos predicte ecclesie: eos videlicet tantū qui erāt presbyteri vel clerici predicte ecclesie tēpore facte erectionis: sed debet intelligi de existentibus presbyteris vel clericis tempore fa-
2 ciende electionis: † pro eo quia qualitas adiecta verbo debet intelligi secundū tempus verbi. l. titius. z quod ibi no. ff. de mili. testa. z qd voluit Bar. Jo. de imol. z doct. in. l. ex facto. ff. de vulg. z pup. Sed verba literaꝝ erectiōis z ꝯfirmationis referunt̃ ad tēpus factū, hoc est ad tēpus quo ꝓpter mortē canonicoꝝ, chorariorū, vel clericoꝝ faciēdā esset collatio: et dicit̃ ibi ꝙ de canonicatibus, prebēdis, chorariatib⁹, z clericatib⁹ sic vacantib⁹ ꝓuideret̃ alijs ꝑsbyteris z clericis in predicta ecclesia existētib⁹: ergo illud participiū existētibus, debet referri ad tēpus futuꝝ, z sic intelligi de ꝑsbyteris seu chorarijs z clericis ꝑdicte eccl'ie, hoc est q essent ꝑsbyteri seu chorarij z clerici ꝑdicte eccl'ie tp̄e faciēde electiōis, ita vt nō videatur quo ad validitatem electionis esse curandum an fuerint vel non fuerint chorarij aut clerici tempore facte electionis: dumtamen tales existant tempore faciende electionis. Pro quo facit, quia si prefatus Reuerēdus domi. episcopus erigens, z recolēde memorie sanctissim⁹ do. noster Paul⁹ papa scōs cofirmans, intellexissent faciēdas esse collationes de presbyteris seu chorarijs z clericis tūc existētibus, z nō de alijs, ꝙdiu illi aut eoꝝ aliq supessent, ipsi hoc verisimiliter expssissent: ꝑ eo, qꝛ facile erat adijcere hoc aduerbium nunc, argumen. c. ad audientiā. de

deci. Quod quia non fecerũt, debet dictum participium existentibus, intelligi prout supra. Preterea si prefati sanctissimus domi. noster ⁊ domi. episcopus aliter intellexissent, eorum prouisio fuisset defectiua: pro eo quia nihil dixissent de electionibus faciẽdis post mortem omniũ presbyterorum, seu chorariorum, ⁊ clericorum qui erant tempore facte erectionis: quod non est dicendũ.

Ad quartũ dico et respon

deo quod decedentibus aliquibus canonicis, chorarijs, vel clericis predicte ecclesie, tenentur ⁊ debent Capitulum seu Canonici ⁊ do. Prepositus de canonicatibus, prebendis, choraratibus, ⁊ clericatibus sic vacãtibus prouidere alijs presbyteris ⁊ clericis in predicta ecclesia existentibus tempore vacationis ⁊ erectionis, prout de illis dicto Capitulo videbitur, ⁊ idonei ab ipso domino Preposito reperti fuerint, prout dicitur in literis erectionis ⁊ literis apostolicis: et puto quod si aliter fieret, non procederet ele-
3 ctio: † pro eo quia illa verba teneantur et debeant, sunt verba necessitatis ⁊ precepti. Et primo quidem hoc apparet de verbo teneantur, per id quod not. gloss. in verbo per hoc, super verbo teneantur, et quod ibi Gemin. de hereti. in sexto. de verbo vero debeant, apparet per id quod habetur in capitul. oblate. ad fin. de appellatio. et quod no. glo. in capitu. attendentes. in fi. principij, super verbo debeant, ⁊ quod ibi domi. Cardina. floren. colum. prima. versiculo nono ⁊c. et Joan. de imol. colum. secunda. vers. gl. debeant querit ⁊c. de statu monacho. Quibus non obstat capit. primũ de desponsa. impube. vbi verbum debet. importat honestatẽ, non necessitatem. Quoniam respondeo ꝙ verbum debet, regulariter vt predixi importat necessitatem, ꝗuis aliquando ⁊ sic casualiter importet honestatem, vt in casu dicti. c. j. de despon sa. impube. secundum Cardin. floren. ⁊ Joan. de imol. vbi supra. Quod etiam bene expressit gloss. in dicta clemen. attendentes. super verbo debeant.

Ad quintũ patet respõsio

per iaꝫ dicta: scilicet ꝙ electio valeat, nisi electo aliud refragetur vel obsistat. Non enim, vt predixi, ad validitatem electionis requiritur quod electus in canonicuꝫ fuerit chorarius vel clericus predicte ecclesie tempore facte erectionis. Quoniam, vt predixi, illud participium existentibus, refertur ad eos, qui essent presbyteri seu chorarij ⁊c. tempore faciende electionis: ita vt non oporteat ꝙ etiam presbyteri seu chorarij aut clerici existerent tempore facte erectionis: per ea que dixi super tertio quesito.

4 † Ad sextũ dico ⁊ respõdeo

ꝙ vt apparet et ex literis erectionis ⁊ confirmatorijs superius mentionatis, domi. Prepositus predicte ecclesie, non solum est illius Prepositus, sed etiam Canonicus: quod fieri potest. c. cum olim. de re iudi. ⁊ quod not. Jo. de imo. ⁊ multi alij in cap. postulastis. de concessio. preben. quemadmodum videmus in casu, de quo minus esse videretur, scilicet ꝙ quis sit eiusdeꝫ ecclesie Episcopus ⁊ Canonicus, per id qđ habetur ⁊ no. in. c. a collatione. de appellatio. in sexto. ⁊ quod not. gloss. Joan. and. ⁊ Joan. de imol. ⁊ mul-
5 ti alij in dict. c. pastulastis. † Et quia ratio vocis dãde in Capitulo cõsistit in iure canonie, vt not. gloss. in. c. cum. M. super verbo receperunt. de constitu. ⁊ Hostien. in summa de reb. eccle. nõ alie. §. que sit forma. pro quo facit. c. cumana. cum glo. ⁊ quod ibi Panormi. in quinto not. de electio. Panormi. in. c. dilecti. in primo not. de maio. et obedien. cum multis simili. videtur ꝙ dictus domi. prepositus tanꝙ Canonicus sit de dicto Capitulo, ⁊ ꝙ vt talis possit ⁊ debeat interesse electionibus canonicorum, presbyterorum seu chorariorum, ⁊ clericorum, ⁊ ꝙ ad eum tanꝙ ad Pre-
6 positum pertineat confirmatio electionũ huiusmodi. † Pro quo etiam facit quod not. Hostien. Joan. andr. ⁊ multi alij in. d. c. postulastis. ⁊ glo. in cle. vt hi qui super eisdem. de etate ⁊ qualitate. quatenus volunt ꝙ in non odiosis appellatione Capituli veniat prelatus illius. Pro quo bene facit. c. post electionem. de conces. preben. ⁊ hec dico nisi de cõsuetudine aliud esset obseruatũ: quia tunc dicerem consuetudinem huiusmodi esse obseruandam.

Ad septimum patet respõ

sio ex predictis: quia cum ille domi. Canonicus, de quo ibi nõ censeatur electus contra formam erectionis, frustra queritur an tam canonici ꝙ alij presbyteri debeant agere cõtra eum, ⁊ impugnare electionem de eo factam.

Ad octauũ respõdeo ꝙ cũ

electio facta de aduersario fuerit facta a tribus de quatuor canonicis tunc presentibus, illa fuit ⁊ est canonica ac potior ⁊ preferẽda electioni facte ab vno ex dictis quatuor canonicis. d. c. cumana. c. in genesi. c. ecclesia vestra. de electio. ⁊. c. j. cũ multis similib. de his que fiunt a maio. parte capi. Et sic non video ꝙ ille dominus presbyter de existentibus tempore erectionis electus in canonicũ per vnũ ex canonicis possit agere cõtra alium electũ a tribus canonicis. Cui non obstat quod dicitur hunc electum a tribus canonicis fuisse electuꝫ cõtra tenorẽ erectionis. Quoniã respondeo vt iam apparet ex predictis, ꝙ istud non procedit, postꝙ nos supponimus istum electũ fuisse chorariũ predicte ecclesie tẽpore vacationis ⁊ electionis de eo facte, etiam si nec chorarius nec clericus extitisset tempore dicte erectionis.

Ad nonũ dico ⁊ respõdeo

ꝙ respõsio patet ex predictis. Et ad id quod dicitur ꝙ dominus Erigens non intendebat preiudicare curato, vel alicui eorum de quibus ibi ꝗdiu viueret. Dico ⁊ respõdeo ꝙ hoc intelligi debet, quo ad beneficia que obtinebant tẽpore facte erectionis, vt videlicet in illis nõ preiudicaretur beneficiatis per erectionem, per id quod habetur in. c. ad aures. d rescri. ⁊ in. l. ij. §. merito. ff. ne quid in loco publico. Possunt ⁊ alia multa induci ⁊ ad hoc vltimum quesitum et ad precedẽtia: sed qꝛ hec inducere nõ expedit, presertim vero et maxime illi parti pro qua scribere rogatus sum, ego breuiter ⁊ succincte pertranseo. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Donãs aliquã rem an videatur in dubio donare ius quod in re ipsa habet.
2 Legans fundum, cuius dimidiam tãtum partem habebat, quid legasse videatur.
3 Testator an possit disponere de re heredis sui, vt de sua.

¶ Epitome.

¶ Qui rem donat, quod in ea habet ius tantum donare censeatur, nisi ex coniecturis contrarium presumi posset. V. F.

¶ De dona. Consil. lvi.



SI prout supponitur in casu, bona mobilia, que donasse dicitur nobilis Hẽricus de rocha Bartholomee ⁊ Andree bruno matri et filio eius famulis, erant inter eundem Henricum et nobiles Antonium et Bernardum de rocha eius fratres communia: quia videlicet pro tertia eorum parte eidem Henrico spectabant et pertinebant, ⁊ pro besse seu duabus eorum tertijs partibus dictis Antonio ⁊ Bernardo, videtur idem Bernadus in dubio eisdem Bartholomee ⁊ Andree donasse dictam tertiam partem, seu bona predicta pro
1 dicta tertia parte: † quia donans aliquã rẽ videtur in dubio donare ius quod in re ipsa habet, non aliud capit. pastoralis. de donatio. et. l. predia. et quod ibi Bartol. C. de loca. predio. fisca. libro. xj. not. Bald. in. l. cum alienam. colum. j. et in. l. monumenta. C. de legat. et Alexand. de imol. in. l. si domus. §. fin. colum. ij. ff.
2 de legat. j. † Et dicit Anto. de butri. in dicto. c. pastoralis. ⁊ post eum Joan. de imol. et Andre. sicu. quod si habẽs dimidiam partem fundi leget vel donet ipsum fundum, intelligitur solũ dimidiam in effectu donasse. Et si dicat lego dimidiam talis fundi, et in dicto fundo habeat solam dimidiam dimidie, illa solum intelligitur relicta, nisi ex coniecturis cõtrarium posset presumi, per id quod legitur ⁊ not. in. l. serui electione. §. fina. vbi per Bart. ⁊ docto. ff. de lega. j. Et idem esset si legans vel donans haberet in re legata vel donata dominium directuꝫ duntaxat, vel dominium vtile dũtaxat: quia eo casu videretur in dubio donare vel legare dũtaxat illud dominium quod haberet in re donata vel legata, vt volunt docto. in locis superius allegatis. Dictus igitur nobilis Henricus censeri debet donasse dũtaxat tertiam partem dictorum bonorum mobilium, postꝙ non sumus in dubio, hoc est quia non apparet ex cõiecturis, vel alias, ꝙ ipse voluerit donare etiam bessem, seu dictas duas tertias partes pertinẽtes prefatis
3 nobilibus Antonio ⁊ Bernardo. † Nisi forte quis opponat de. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de legatis. ij. per quem text. voluit glo. ⁊ docto. in. l. cum alienã. C. de lega. ꝙ quemadmodũ qñ testator legat rẽ ꝓpriã, valet indistincte legatũ: ita etiã qñ legat rẽ heredis sui, valet legatum indistincte, siue scienter siue ignoranter legauerit: quia testator ita potest disponere de re heredis sui, sicut de sua propria, dicto. §. si rem. vbi etiam dicit Raphael cuma. quod id quod dicitur, quod testator videtur legare ius quod habet in re, intelligitur quod habet ipse, vel heres suus. Pro quo allegat dictum. §. si rem. Ergo in casu nostro cum ista bona pertinerent pro parte eidem nobili Henrico donatori, et pro duabus partibus prefatis Antonio et Bernardo eius heredibus, videtur ipse etiam in dubio donasse dicta bona tam pro tertia parte eidem pertinente, ꝙ pro besse spectante dictis eius heredibus. Sed ꝗuis istud videatur forte argumentum: puto tamen, salua pleniore deliberatione, quod istud non procedat.

Procederet

Procederet enim sine dubio si supponeremus dictuz Mericum nullum ius habuisse in dictis bonis: et ita loquitur text. in d. §. si rem. Sed cum in casu nostro haberet tertiam partem, ipse videtur illam dumtaxat donasse, non partes heredum.

1 ¶ Alienigene cum incolis an sint cōtributarij in muneribus mere realibus, et quid de inquilinis. 8. 12.
2 Munus recipiendorum hospitū an sit munus mere reale, et quid de victu exercitui prebendo.
3 Baldi authoritas non modica, sed an sufficiat absq; alia iuris investigatione.
4 Milites siue in expeditione, siue in statione, an teneantur viuere suis stipendijs salua hospitalitate, vel subditi teneātur ad esculētum et poculentum eis ministrandum. nu. seq. et 9.
5 Imperator an teneatur ire per longobardiam sumptu suo.
6 Milites hodierni predones potius sunt q̄ hospites, et sepe apud paganos et rusticos diuertentes peiores sunt hostibus.
7 Militum in diuersorijs mos pessimus, et non tollerandus.
8 Vitam cum alijs suscipientes similem dignum est similem in legibus disciplinam sentire.
10 Proponens in libello vnam causam, et aliam probans, quid obtineat.
11 Princeps in dubio an presumatur vti plenitudine potestatis, vel iure ordinario.
12 Archigeri liberi, qui ad principis seruitiū mittūtur, an sint in munere patrimoniali, et qui in eorum missione tribuant. nu. seq.
13 Nemo gratis ire tenetur.

¶ Epitome.

¶ In annona militari seu onere militū cōtribuūt quibuscūq; in locis, per que iter faciunt, predia habent, licet non sint eorum incole vel habitatores. A. F.

¶ De eroga. mil. annone. Consi. lvij.



Viso et reuoluto processu cause cepte et ventilate, per et inter homines et habitantes locorum et castrorum Stelle, sancte Columbe, sancti Cyricij de villabosco et de Laborello supplicātes et agentes ex vna parte, et homines et habitantes oppidi seu castri Auripetre supplicatos et se defendentes ex alia dico et respondeo quod et ratio scribendi recte in consilijs, et materia subtiliter et diligenter primo discussa per spectabilē iuris vtriusq; doctorē dominum Bertrandū rosta gni suadent, vt breuiter succincte idem aliquid addendo confirmem: nō q: aliquid addere plenitudini, et rei optime probare per ipsum, sit opus. l. j. ad fin. ff. de dote preleg. et c. bene quidem. dist.
1 xcvj. sed vt prefatis de Auripetra cōsulētibus satisfaciā. † Dico igitur, et istud est omnino indubitatū, q in munere mere reali, hoc est qd inducitur ipsis reb' nō habito respectu ad personā, cōtribuūt non solū originarij et incole loci, in quo munus hmōi inducitur: sed etiam forenses et extranei, qui videlicet in locis huiusmodi vel eorum territorijs tenent et possidēt predia vrbana vel ru
2 stica: † q munus recipiendi hospitis est munus mere reale, quod videlicet domui inducit. Pro his enim sunt allegata et inducta multa iura ac etiam rationes, et doctorum tam scribentiū quam consulentium sententie, quas refricare, vel etiam aliquid addere nec oportet nec expedit. Ad munus mere reale etiā videtur pertinere ille sumptus qui fit pro victu exercitus se felicis embole, vt expresse dicit Bald. iam allegatus in. l. neminem. C. de sacrosanct. ecclesijs. per. l. si pēdentes. §. si quid cloacarij. ff. de vsu
3 fruc. † cuius authoritas magna est vbi non habet cōtradictorē, vt voluit Paulus de cast. consilio. cxxxiij. exordiente. Viso puncto et dubijs et c. versicu. circa tertium. Et idem satis sensit idem Paul. consilio. xxvj. exordiente. Viso puncto suprascripto. versicu. ad quartum dico et c. vbi relata opinione Bald. dicit eius authoritatē sibi sufficere absq; alia inuestigatione. Idē voluit Angel. Are. in suo tractatu maleficio. in gl. super verbis, Nec non ad denuntiationem. versiculo quero vnum vtrum maleficium post commissum et c. et Andre. barba. in sua solenni repetitione. c. raynaldus. charta. lxiij. colum. iij. versic. pro certo. de testamen. Cum ergo Bald. in dicta. l. neminē. dixerit quod quando transit exercitus, ad id quod est necesse pro victu cōferunt predia illius loci, nec in hoc Bald. videtur habere contradictorem, standum est huic suo dicto: maxime cum alleget bonum tex. in dict. §. si quid cloacarij. sed forte opponetur de. l. deuotum. §. solam sane hospitalitatem. C. de meta. libro. xij. de. l. vnica. C. de salga. hospiti. nō
4 preben. et de. l. fina. §. sinnero. C. de re milita. lib. xij. † In quibus iuribus probari videtur q solum liceat militibus seu armigeris hospitari in domibus suum accelerando iter, et nihil pro victu suo vel equorum a subditis etiam sponte dantibus recipiendo. Pro quo facit. l. venaticoruz. C. de erogatio. milita. anno. libro. xij. Et ita non tenentur subditi eisdem militibus seu armigeris quos recipiunt et hospitant, gratis ministrare victualia pro eis aut subiectis: sed debēt ipsi de suis stipendijs emere. Ad quod etiam facit qod habetur titu. de pace constan. versic. nobis intrantibus. vbi dicitur q quando imperator intrat Lombardiam, debetur ei fodrum regale et consuetum, hoc est collecta, vt exponit gl. in capitu. preterea. de iure patrona. et Joan. and. in additio. Specu. titu. de censib. §. nunc dicendum. in additio. exordiente, Per hanc l. et c. Debentur insuper imperatori intranti et c. vie et pontes apta ti sufficienter in eundo et redeundo, et quod debet habere merca
5 tum sufficiens pro se et suis. † Ecce ergo quod imperator non intrat nec incedit per Lombardiam sumptu lombardoruz, sed suo. Sed predicta nō videntur obstare. Tum quia quamuis milites seu armigeri non deberent eorum aut suorum equorum victualia extorquere, vel gratis recipere a subditis eos hospitantibus, seu alias recipiētibus in suis castris siue locis: sed deberent victualia huiusmodi comparare, per iura predicta, quod etiam voluit Odoffre. in dicta. l. neminem. referens quid de facto contigerit tempore Frederici iunioris ad vrbem pro corona recipienda acce
6 dentis: † dicta tamen iura, vt dicit Jo. de platea in dicta. l. deuotum. colum. j. male seruantur in prouincijs Italie: in quibus stipendiarij depopulantur comitatiuos, id est rusticanos, inquantum possunt, auferendo eis victualia pro se et equis. Et ita notorie factum est ab annis plurimis, et per eos in hac patria Delphinali: quod hec insignis curia non ignorauit, nec ignorat. Quā uis igitur sola hospitatio gratis concessa eis regulariter sufficere deberet, per iura predicta: quia tamen pro tempore ipsi non fuerunt de ea contenti, sed oportuit pro euitatione infinitorum discriminum, quod subditi etiā gratis ministrauerint victualia ad sumptum seu expensam huiusmodi, debent conferre predia locorum in quibus facti sunt hospitationes et sumptus huiusmodi, vt voluit Bald. per dictum. §. si quid cloacarij. Et ita debuerūt et debent in sumptibus huiusmodi contribuere etiam forenses habentes predia in locis huiusmodi, seu eorum territorijs. Tum et quia ex hospitatione et ministratiōe victualium huiusmodi nō solum pro tempore reportauerunt et reportant commoda, seu, vt verius et aptius loquar, euitauerunt et euitant maiora incommoda originarij et incole predictorum locorum, sed etiam forenses et
7 extranei inibi predia possidētes. † Pro eo quia si hec aut eorum aliquod fuissent eis pro tempore denegata aut denegarētur, ipsi verisimiliter multa mala et scandala intulissent in locis, et in territorijs, et forte etiā multas cedes et vulnera in eos, quos inibi reperissent: que non puto preterire conscientiam huius insignis curie, cui satis cognitus est mos eorum. Cum igitur propter hospitationem et victualia gratis, quamuis non spontanee concessa occursum extiterit discriminibus et scandalis huiusmodi, et ob hoc commodum reportauerint, aut saltem maius damnum euitauerint etiam forenses et extranei in dictis locis aut eorum territorijs predia habentes, illi debent contribuere in expensis dictorum victualium, clementi. j. de censib. et. l. secūdum naturam.
8 ff. de reg. iuris. † Dignum est, etiam vt qui similem cum alijs vitam suscipiūnt, similem sentiant in legibus disciplinam. c. recolentes. de statu monacho. capi. quod omnes. de regu. iuris. in sexto. et capi. si archiepiscopus. §. fina. de tempo. ordinan. Pro quo videtur bene facere quod not. Jacob. rebuff. in. l. nullus. la secunde. C. de cursu publi. libro. xij. et plenius Petrus de anchara. consilio. xcv. exordiente, Super dicto dubio multa possunt iura et c. vbi refert q cum quidam dominus Bernardus et eius societas inuasissent Senense territoriuz intentione et animo depredandi, et alias multa mala inibi plenius relata faciendi, commune Senense conuenit cum Bernardo et societate, et datis eis nouem mille florenis impetrarunt, vt malis que ipsi comminati extiterant non perpetratis ab eodem territorio recederēt. Super quo cum postea quereretur, an expensa huiusmodi conferre deberent etiā ecclesie, consuluit Petr. de anchar. quod sic: et adiecit quod istud munus est reale, quod idem onus semper est proportionabiliter diuidendum nullo priuilegio suffragante. capitu. in singulis. §. j. de statu mon. facit. l. ij. §. cum in eadem. ff. ad leg. Rhodi. de iac. et. l. fina. C. si contra ius vel vtili. publi. Ciuilia enim munera pro modo fortunarum sunt ab omnibus subeunda, quo facilius publicis obsequijs pareatur. l. ciuilia. et. l. fina. C. de muneri. patrimo. libro. x. Et idem voluit Pet. de anchara. in capitu. non minus. de immunita. eccle. Et vt colligitur ex his que not. Bartol. in. d. l. nullus. la. ij. C. de cursu publ. lib. xij. ipse satis idem sensisset
9 in hoc casu, si ille sibi occurrisset. † Adijcio predictis q dict. l. deuotū, et alia iura superius allegata prohibētia militibus seu armigeris, ne quid subditis auferant vel ab eis recipiant pro victu, nō procedunt indistincte, sed limitantur vt nō procedant qū proficiscuntur vltra triginta dies. d. l. fin. §. sinnero. versi. finaūte vlterio re tēpore et c. C. de re mili. lib. xij. quod puto fecisse armigeros de

quorum expensis contenditur inter partes predictas. Cum igitur, vt plene apparet ex actis cause huius, et signanter ex depositionibus testium partem dictorum supplicatorum in hac causa productorum, et examinatorum super. xv. articulo schedule exordientis, Ut clarius &c. inserte. fo. lviij. prefati supplicantes haberent et possiderent tempore facti transitus armigerorum, anteque habuissent et possedissent, et nunc habeant magnam partem prediorum loci et territorij Auripetre, tenebantur ipsi in dictis expensis cotribuere cum dictis supplicatis: eo maxime quia, vt parte dictorum supplicatorum fuit plene probatum per testes productos, et examinatos sup quadragesimo articulo schedule antedicte, et in nullo obiectatos, ipsi supplicantes pro bonis predictis non contribuerunt in suis locis, vel alibi. Et ita quo ad bona huiusmodi remanerent liberi: quod non esset equum, attenta presertim magnitudine expensarum. Et ita male nituntur predicti supplicati repetere pecuniam, de qua in actis cause huius quam profecto repetere non possunt. Et quidem non per actionem depositi: quia, vt apparet ex actis, ipsi non probant pecuniam hmoi extitisse depositam, sed solutam. Et ita male et nulliter egerunt actione depositi. Non etiam per condictionem indebiti. Cum quia ipsi non probant eam fuisse indebitam, sed, vt predixi, potius probatur contrarium per supplicatos, ergo &c. l. cum de indebito. in prin. ff. de pb. et quod voluit Pau.

10 de cast. consi. ccccij. in prin. † Cum et quia ipsi non egerunt condictione indebiti: et sic in ea obtinere non possunt, etiam si probarent se soluisse pecuniam indebitam: quia proponens in libello vnam causam, et probans de alia non obtinet. l. habebat. in prin. ff. de instito. actio. not. Inno. in. c. cum contingat. col. ij. de offi. delega. in. c. ceterum. col. ij. de iudi. et in. c. j. de litis contesta. Bartol. in. l. j. in prin. versi. venio ad causam. ff. de eden. Alex. de imol. in. l. si ita stipulatus fuero si Titius. §. Chrisogonus. col. viij. vel circa. ibi, pro hoc facit quia si deduco in libello vnam causam &c. ff. de verbo. obliga. Nisi forte quis mihi opponat de authoritate huius insignis curie, que vicem gerit prefecti pretorio: et sic obstet. l. emilius. et quod ibi Bar. col. ij. ff. de mino. et sequitur Francis. de are. in. l. si seruum. §. sequitur, col. j. versic. scias tamen quando princeps. ff. de verb. oblig. Sed sub benigna supportatione huius insignis curie, de cuius authoritate seu potestate non intendo disputare, istud non videtur obstare: pro eo quia illa. l. emilius. loquitur in principe sententiam ferente, et procedente de plenitudine potestatis, vt sensit Barto. in. d. l. emilius. ibi, Et hoc potuit facere imperator ex plenitudine potestatis sue. Et ita videtur sensisse Franci. de are.

11 in. d. §. sequitur. quatenus ibi allegat Bartol. † super quo aduertendum est, quod princeps in dubio non presumitur vti plenitudine potestatis, sed iure communi, et ordinario, secundum Inno. in. c. innotuit. de elect. quem ad hoc allegat Ange. in. l. bene a zenone. C. de quadrien. prescri. et Bald. in. l. si testamentum. vbi etiam Pau. de cast. C. de testamen. Et quamuis aliqui hoc limitent, et dicunt procedere quando actus posset valere de potestate ordinaria, vel quando princeps errando in facto putabat valere de potestate ordinaria: secus vero si actus non potest valere de potestate ordinaria ipso sciente, vt post Pau. de cast. consi. cclxxxiij. exordiente, In facto presenti non intendo adulari. colum. iiij. versi. nec obstat quod non censetur papa &c. voluit Alexan. de imol. in. l. quoquo. colum. ij. versic. iuxta predicta. C. de testamen. mili. Est tamen opus quod hoc fiat ex certa scientia principis, vt dicit Alexan. in dicta. l. quoquo. et quod propterea clausula ex certa scientia, fit expressa in dispositione, per id quod not. glos. fina. in clemen. ij. de rescript. et in c. statutum. in verbo literarum. eo. ti. in. vj. Preterea dicit Barto. in. d. l. emilius. quod quamuis princeps possit de plenitudine sue potestatis facere quod predixi: non tamen hoc facere potest alius Iudex.

12 † Preterea non sunt impediendi prefati supplicati, quominus collectizent et perequent predictos supplicantes, illos videlicet qui pro tempore habebunt in dicto loco Auripetre vel eius territorio predia vrbana vel rustica, et eosdem compellant ad cotribuendum non solum in talhijs Delphinalibus, sed etiam in his que fiunt pro franchis archeris per eosdem supplicato mittendis in seruitium principis: quia hoc munus est munus patrimoniale, vt voluit Bald. in. l. etiam. col. fi. versicu. eo modo pone dominus Mediolani mandauit Mediolanensibus quod mitterent mille armigeros. C. de execu. rei iudi. Pro quo allegat quod onus mittendorum armigerorum explicatur pecunia:

13 eos enim conduci oportet: † quia nemo gratis ire tenetur, argu. l. cum nauarchorum. C. de nauicu. libro. xj. et ideo et a principio, et ex postfacto est munus patrimonij, auf. vt iudi. sine quoquo suffra. §. illud autem scientes, ibi dum dicit, non possunt citra pecunias explicari, collat. ij. Uidetur igitur quod dicti supplicati debuerint et debeant pro predijs, que habuerunt, et habebunt in dicto loco vel territorio contribuere in expensis, que facte fuerunt vel fient pro franchis archeris missis aut mittendis: quod etiam videtur voluisse Iaco. rebuf. in. l. munera. C. de muneri. patrimo. libro. x. vbi loquitur de collecta, que indicitur pro militibus ad exercitum mittendis, vel pro reparatione viarum, pontium, murorum, aqueductuum, portuum, vel pro causis similibus. Et ita etiam fuit obseruatum per viginti duos annos et vltra, vt plene deponunt multi testes super. xxvj. dicte schedule exordientis, Ut clarius &c. et signanter Constantinus delzaro, dominus Guiliellmus. M. prior Aregrandis, et nobilis Syffredus de arzelerijs, qui omnes sunt forenses. Deponunt etiam et alij multi ex incolis dicti loci Auripetre in nullo obiectati: qui omnes dicunt prefatos supplicatos, eos videlicet qui predia habuerunt in loco vel territorio antedictis, consueuisse perequari et cotribuere per tempora predicta etiam pro expensis, que fiunt pro mittendis franchis archeris: que tempora videntur sufficere ad inducendum consuetudinem in hoc casu, etiam si prima facie videretur esse contra ius commune, per quod no. in. l. de quibus. per illum text. l. diuturna. et. l. sed ea. ff. de legi. Presumitur enim in dubio quod consuetudo ex iusta causa processerit. vt voluit Bal. in. d. l. de quibus. ver. ex predictis apparet an possit prescribi. Pro quo allegat in argumentum, et quod habetur in. l. cum de in rem verso. ff. de vsur. et in. c. illud. distin. xij. quod etiam voluit Alexan. de imol. consi. cxxxiij. exordiente, Circa primum dubium &c. j. et. ij. colum. in quinto volumine. Et hoc vel maxime vel saltem videtur procedere in hoc casu, in quo nec quo ad principem, nec quo ad istos supplicantes refert in quo loco contribuant ipsi supplicantes pro dictis bonis: dumtamen non nisi in vno loco pro illis contribuant: quia si contribuant in suis locis, augebitur eis et augeri debebit numerus francorum archeriorum, qui et diminui debebit in loco supplicatorum. Et vt audio isti supplicati non cotribuunt nec contribuere consueuerunt pro dictis bonis in suis locis pro predictis expensis: equum ergo est vt pro eis contribuant in dicto loco Auripetre. Et ita etiam obseruatur in presenti patria, prout refert dominus Guido pape decisione. lxxxvij. exordiente, Si villa aut communitas, colum. ij. versicu. aut loquimur inter subditos: vbi dicit quod si in perequatione facta in loco originis aut domicilij non habetur consideratio per perequatores nisi ad bona, que quis hz in loco in quo ipse fouet domicilium, tunc ipse compellitur contribuere alibi pro rebus alibi in Delphinatu existentibus, vbi etiam refert se vidisse obseruari a triginta annis tunc proxime lapsis: et quod quando veniebant querimonie, et dabantur supplicationes magnificis dominis Presidentibus huius insignis curie, qui pro tempore extiterunt, semper consueuerant decretare tales supplicationes sub hac forma, Rescribat Castelanus si supplicans fuerit perequatus in loco domicilij habita consideratione ad omnia que possident in Delphinatu vel ne vt prouideri possit. Ex quibus causis, vna cum alijs per dictum egregium dominum doctorem plenissime scriptis, concludo cum eo, sub benigna supportatione huius insignis curie.

¶ Consi. lviij. fuit pretermissum: quia est. 5. hoc ipso vol. consi. xxxv.

1 ¶ Testandi facultatem an videatur sibi abstulisse qui vltimum testamentum condidit, et an possit bona sua non obstante testamento donare.

2 Donatio facta per patrem filio in potestate an confirmetur iuramento.

3 Testandi facultatem an videatur sibi abstulisse qui bonorum suorum vsumfructum tantum sibi reseruauit.

¶ Epitome.

¶ Filio quem pater heredem instituit, et ei donauit omnia bona sua, liberum est ex donatione bona acceptare potius, quam ex testamento, vt substitutum excludat a bonis donatis. V. F.

¶ De dona. Consil. lix.

1 Nobilis † Iacobus de podio dns quondam Nozeti, non est censendus per eius vltimum et nuncupatiuum testamentum, quod fecisse legitur Anno incarnationis dominice Millesimo. cccclxxxij. et die. ix. mensis Augusti, et in quo heredem vniuersalem instituit nobilem Guillielmum de podio eius filium, sibi abstulisse facultatem disponendi de suis ipsius nobilis Iacobi bonis: et hoc siue loquamur de testamentaria dispositione seu alia vltima voluntate, siue loquamur de dispositione inter viuos. Primum probatur in. l. quod si iterum. l. transactio. ad fi. ff. de adimen. leg. et. l. si mihi. §. in legatis, cum suis simili. ff. de leg. j. Secundum probatur: quia cum non obstante testamento hmoi remanserit dns dictorum eius bonorum, non debuit per testamentum impediri quominus

minus illa aut eorum parte posset donare, vendere, vel alias de eis pro voluntate disponere: quia quilibet est moderator et arbiter rei sue, ita vt etiam ea abuti possit. l. dudum. C. de contrahen. emptio. et vendi. et c. de his. ad fin. de sepul. iuncta. l. sed si lege. §. consuluit. ff. de petitio. heredi. et quod voluit Iac. rebuf. in. l. j. C. de fun. patrimo. libro. xj. Potuit igitur ipse nobilis Iacobus post factum testamentum, et illo non obstante, donare dicta eius bona. Nec potuit aut potest donatio hmoi impugnari quasi facta filio: quia, vt iam eleganter responsum est, ille erat emancipa-
2 tus, † preterea qr in donatione hmoi interuenit iuramentum, per quod etiā si dictus Guillielmus in patria potestate extitisset, fuisset donatio hmoi cōfirmata, vt iam etiam scriptū est. Cui adijcio quod voluit Fran. de are. cōsi. lxxvij. exordiēte, Et ratio scribendi recte in cōsilijs. colum. iiij. versi. circa tertiū. Bal. cōsi. ccclxv. exordiente, Premittēdū est ad euidentiā q donatio facta filio et c. in tertia parte. Alexand. de imol. consi. viij. in secundo volu. consil. xx. in tertio volu. et cōsi. clvij. exordiēte, Viso instro donatiōis. col.
3 vj. in scdo volu. et alij in alijs locis. † Nō etiā vr posse impugnari donatio hmoi quasi facta de oibus bonis presentib9 et futuris: qr vt apparet ex tenore instrumēti donatiōis hmoi, idē quondā Iacobus sibi reseruauit vsumfructū bonor donator, insuper et certā pecuniariā summā: et hec suffecerūt quo ad hoc vt nō diceretur sibi abstulisse facultatē testādi. Pro quo allegasse sufficiat not. per Bar. et doct. in. l. stipulatio hoc modo cōcepta. ff. de verb. obligatio. Si vero idem Iacobus donasset omnia bona sua tunc presentia et futura, nō facta aliqua reseruatione, potuisset esse locus illi difficultati quam ponunt doct. in. d. l. stipulatio hoc modo concepta. et in. l. fina. C. de pact. et super qua consuluerunt Ang. Paul. de cast. Alexand. de imol. et alij plurimi, an videlicet donatio omniū bonorū presentiū et futurorū valeat: super qua fuerunt et sunt opiniōes, q̄uis magis cōmuniter teneri cōsueuerit q nō valeat, maxime si in ea est adiecta clausula cōstituti, aut cōstitutiōis precarij. quia qui sic donasset nihil haberet nec habere posset: et sic sibi abstulisset testādi facultatem, nō actiuam: qr testari posset, et testamentum antea factum reuocare: sed passiuā quo ad effectū: quia nullus vellet esse heres illius. Sed super hoc nō est insistendū: qr nō sumus in his terminis. Etiā nec obstat dicte donationi id de quo opponit. s. q per eam tanq̄ minus solennē nō potuerit reuocari testamentum. Quoniā respōdeo q nec per eā fuit reuocatū, quominus potuisset si tamen voluisset dictus Guillielmus adire paternā hereditatē, et in vim cuius habuisset fructus per dictū Iacobum perceptos ex bonis donatis, si qui superfuerunt: quia illi non venerunt in donatione, per id quod no. Alexand. de imol. in dicta. l. stipulatio hoc modo concepta. colum. xj. versicu. et quid si vsumfructum, et Frācis. de are. consi. liiij. exordiēte, In causa magistri Blasij. versicu. secundum quod donatrix retinet vsumfructum et c. habuisset etiam illas libras retētas. Quo vero ad bona donata, illa haberi non poterant per Guillielmum in vim dicti testamenti, pro eo quia, vt iam allegatum est, per retentionē vsusfructus, insuper et per constitutionem precarij translate fuerant in predictum Guillielmum dominium et possessio predictorum bonorum, si ipsius erant et per eum possidebuntur, vel postea sua fuerint, et sic non potuerint in vim testamenti eidem Guillielmo acquiri. l. iij. §. ex pluribus: ibi, nec enim sicut dominiū. ff. de acquirend. pos. Nec etiam obstat qd opponitur dictum Guillielmum fuisse in dolo et fraude, p eo qr bona paterna habere voluit et illa acceptauit in vim donatiōis, et nō in vim testamenti. Q̄m respōdeo q ista facultas fuit sibi concessa per dictū nobilem Iacobū, qui nonsolum eum heredem instituit: sed etiam sibi donauit: et sic acceptando bona in vim donationis, non fecit contra paternam voluntatem: quia pater in donando censetur consensisse vt bona donata in vim donationis acciperet, que etiam extunc per retentionem vsusfructus et constitutionem precarij in eum transtulit. Nec censetur ipse Guillielmus fuisse prohibitus quominus posset abstinere a paterna hereditate, eo maxime quia pater sibi substituit non solum per fideicommissum: sed etiam regulariter, scilicet si heres non esset: que vulgaris substitutio multum operatur. Non dico tamen q per illam vulgarē substitutionē potuerit substitutus succedere in bonis donatis, que per donationē digressa extiterant a patrimonio donatoris. Per que, et scripta per spectabilem virum dominum Bertrandum rostagni primo scribētem, adhereo eius opinioni, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Res pupillaris qualiter distrahenda per tutorez etiam ad solutionem legatorum vel dotium, et an necessaria subhastatio cum cause cognitione.
2 Confessio alterius ex curatoribus, qui non fuit iussus mandato iudicis, an valeat, et quando, et an idē in tutorib9 et procuratorib9.
3 Contentiosa iurisdictio que sit.
4 Tutori dicenti se exposuisse tantum pro pupillo an credendum, et quid si monstret per suum librum rationum.
5 Libro rationum quemadmodum non creditur in fauorē tutoris in magnis quantitatibus, ita nec in multis paruis magnā summam facientibus. 7.
6 Furta parua plurima committens an puniendus vt de magno.
8 Mater pupillorum administratrix priusq̄ contra illos agat pro rebus sibi relictis quid agere debeat.
9 Censura superueniens an abstrahat iudici seculari causam iam per illum ceptam et continuatam.

¶ Epitome.

¶ Libri rationum tutorum vel curatorum, qui sine decreto pupillares res alienarunt, et alias in se sinistram suspitionem concipiunt, fidem pro ipsis non faciunt: nec clericis coram iudice laico propterea cōuentis licet forum declinare: quamuis nō possint per secularem iudicem personaliter distringi in causa ciuili vel criminali. A. F.

¶ De episco. audien. Consil. lx.


Non refricabo ea que alias scripsi pro nobili Maria pansane in causa quā habet cōtra et aduersus nobilē et circumspectum virū Ioannē teulerū iurisperitū, super redditione cōputorum et rationis tutelaris administrationi per eū geste, et cōsignatione reliquorū: cuz putē superesse schedulā, quā tunc scripsi, et quā si placet videbit magnificus dñs meus domi. presidēs camere, et iudex cause huius. Puto enim q per inibi scripta sufficienter ostensum extiterit. iuramentum in litē debuisse et debere deferri eidez nobili Marie contra dictum Teulerū propter defectū cōfectionis inuentarij et libri rationuz. Ceterū quia post cōfectā per me schedulam, de qua supra, idem domi. Ioannes obtulit schedulā, seu titulos lōgos et prolixos, insertos fo. cciij. in quibus pro sua pretēsa defensiōe multa deduxit, ego aliquid subijciā ad impugnationē illorū seu, partis eorundez.
1 † Et primo quidē quo ad ea que parte eiusdē deducta extiterūt in primo et sequētib9 titulis, vsq ad. xvij. titulū inclusiue, dico q supposito, citra preiudiciū veritatis, q de illis vel cōfessiōe dicte nobilis Marie, vel alias sufficiēter appareret: illa tñ eidē Marie nō obessent, prout nec obsunt: ea maxime ratione: qr bona immobilia, de quibus ibi, et que fuerūt dicte nobilis Marie, et nobiliuz quondā Catherine et Hieronyme eius sororū, tūc impuberū, alienari aut dari insolutū nobili Yrienete earū matri, et pro solutione pretēse summe dotalis mille et ducentorū florenorū nō potuerūt, eo modo quo alienata extiterūt: sz debuerūt publice subhastari, et deinde ipsi matri, si plus obtulisset, vel alij plus offerēti distrahi seu vēdi, per id qd voluit Spec. tit. de emptio. et venditio. §. nunc dicendum de venditionibus rerum. versic. hoc quoq circa venditionem rei pupillaris. Bar. in. l. alio herede. colum. fin. ff. de ali. et ciba. lega. Pro quo allegat. l. et si sine. in prin. §. j. ff. de mino. Idē voluit Ang. in aut. de aliena. et emphyteu. §. hoc etiam. colū. ij. versic. ibi in publico ciuitatis loco et c. colla. ix. qui etiam pro hoc allegat dictā. l. et si sine. in prin. Et q̄uis Bal. in aut. hoc ius porrectū. col. ij. versi. idem dicimus in rebus minorum et c. C. de sacro sanc. eccle. videatur aliter sensisse, scilicet q in alienatione rerum minorum nō sit opus subhastatione: ipse tamen consil. xlvij. exordiente, Ad euidentiam quesitorum a me et c. in prima parte, dicit q secundum communem opinionem doctorum in vendendis rebus pupillorum est necessaria subhastatio. d. l. et si sine. in princip. quia pupillus equiparatur ecclesie, cuius res immobiles non possunt alienari sine subhastatione, dicta aut. hoc ius porrectū. Hec ergo opinio seruāda est tam in consulendo, q̄ iudicando. l. j. versic. crebrior apud veteres opinio et c. ff. de offi. questo. et. l. j. ff. de senato. quod etiam voluerunt Hostien. Ioan. and. et omnes scribētes communiter in. c. j. de constitu. vbi charta viti. colum. ij. multas remissiones ponit do. Fely. Et si prout sentiunt docto. vbi supra, minores et maxime pupilli comparentur ecclesie, non solum opus est q in alienatione rerum immobiliū minoris interueniat subhastatio: sed etiā opus est q in ea interueniat cause cognitio, per quam videlicet iudex inquirat an minori expediat poti9 alienari hanc rem immobilem, puta hanc domum q̄ aliā rem: quia inquisitio huiusmodi fienda est in alienatione rei immobilis, per id quod voluit Lauren. de rodul. in repeti. c. sine exceptione. colū. xviij. vers. sed quero decimo qualis debet esse huiusmodi cause cognitio et c. vbi etiam iūcto eo quod ipse no. in questione precedenti. xij. q. ij. loquitur de alienatione rei pupillaris. Preterea illud certum est, quod in vendendis rebus pupillorum neq tutori neq pretori permissum est liberum arbitrium distrahendi, sed ita demum valet alienatio, si vrgeat es alienum, et de hoc constet iudici. l. magis puto. §. si es. et. §. in primis. ff. de reb. eo. quod tamen non fuit in casu nostro. Non enim de constitutione et solutio

ne dictorum pretensorum mille ꝛ ducentorum florenorum constitit egregio viro domino tunc Judici curie Regij palatij Massilie qui easdem nobiles Mariam Catherinã, ꝛ Hieronymaz, seu
2 earum pretensos curatores ad illos soluendũ condẽnauit. † Nisi forte quis dicat ꝙ immo cõstitit per confessionem nobilis Pauli de laneto alterius ex curatoribus. Sed istud non obstat: pro eo qꝫ nõ iussus mãdato iudicis, sed ad solam postulationem prefate Yrenete, seu eius procuratoris respondit et confessus est dictam summam deberi, per id quod habetur in.l.certum.§.sed an ipsos, ꝛ quod ibi Barto.ꝛ docto.ff.de confes.ꝛ quod no.Cy.in.l.vnica.q.xiij.C.de confes.Bart.in.l.lucius.la secunde.§.tutele.ff.de admini.tuto.Joan.de imol.in.l.qui bona.§.si alieno.colum.penulti.ff.de dam.infect. Ex quorum dictis colligitur quod confessio tutoris, curatoris, sen etiam procuratoris cum libera, non habentis tamen speciale mandatum ad confitendum, facta non per modum contentiose: sed per modum voluntarie iurisdictionis, non preiudicat pupillo, adulto, vel domino: quod etiam fuit de mente
3 Anto.de butrio in capitulo primo, vt lit.non contesta. † tunc autem dicitur fieri per modum contentiose iurisdictionis quando illa fit iudice cogente vt respondeat, vt not. Alexander de imol. in.l.videamus.in princip.in fin. prime colum.ff. de iureiurando. et hoc fieri solet quando iudex cogit responderi positionibus. Sꝫ vt dixi in casu nostro dictus nobilis de Laneto non fuit iussus aut compulsus per iudicem libello respondere: sed ad simplicem instantiam prefate Yrenete illi respondit, et confessus est contenta in eodem: cuius propterea confessio eisdem nobilibus Marie, Catherine, ꝛ Hieronyme tunc pupillis nocere non debuit, nec nunc nocere debet ipsi nobili Marie. Nisi forte quis opponat ꝙ immo ei nocere debeat, pro eo quia per confessionem per eam factam seu eius procuratorem predictis titulis apparet de constitutione et solutione seu recognitione dictorum mille et ducentorũ florenorum. Sed istud non obstat: pro eo quia non sufficit nunc constare, sed debuit tunc constitisse dicto domino iudici, ad hoc vt legitime procederet ad condemnationem, et deinde ad distractionem bonorum dictarum pupillarum dicta.l.magis puto.§.si es.ibi, sed ita demum si es alienum immineat quod etiam voluit Bald.in dicto consilio.xlvij. Ad quod non inopportune induci potest quod voluit Bartol.in.l.multum interest.ff.de condi.ꝛ demonstra. Alexand.de imol.in.l.sed ꝛ si de sua.colum.j.vel.ij.ff.de acquirenda hereditate.ꝛ alij in alijs locis. Ex quibus infertur, vt predixi, alienationem siue dationem insolutum predictorum bonorum, maxime immobilium, non valuisse sed fuisse nullam, et sic bona huiusmodi remansisse in dominio dictarum nobilium Marie, Chatherine, et Hieronyme, hodie remanere in dominio dicte Marie, quod non presumitur nesciuisse dictus dominus Teulerij ipsarum pupillarum vel tunc vel statim post factus tutor, et qui bona huiusmodi procurauit sibi in dotem constitui.

Quo vero ad id quod opponitur

in.xxiij.ꝛ.xxiiij.dictorũ titulorũ, de illa pretensa quittantia, quã fecisse dicitur dicta nobilis Maria, illa sibi nõ preiudicauit nec pͥudicat, vt alias scripsi: ꝛ signãter quo ad illas duas bonorũ portiones, que cõpetebãt pͣfatis nobilibꝰ Catherine ꝛ Hieronyme, quibꝰ ipsa successit matre repulsa, ꝑpter secũdas nuptias per eã post mortẽ earũ patris cõtractas, insuper ꝛ quia non obseruatis his de quibus in auť.de nupt.§.si autẽ tutelam.colla.iiij.et trãsumptiue in auť.eisdem penis.C.de secun.nup. Ad id vero de quo opponitur in.xxv.ꝛ.xxvj.articulis, ꝙ vcꝫ dicta Catherina facta fuerit monialis, ꝛ ꝙ post annũ duodecimũ ab humanis decesserit, respondetur dñas abbatissam ꝛ moniales seu conuentũ ipsi Marie remisisse omnia iura ꝛc. vt apparet ꝑ instrumentum ꝑductum in causa, ꝛ insertum fol.cclij. Et si que alia antea facta extitisset, illa facta fuerat pͣfatis nobilibꝰ Marie ꝛ Hieronyme suis sororibꝰ: que ꝑpter es eidẽ Marie obstitisse nõ potest, sed magis ꝑdesse, vt pote ꝗ postea eidẽ Hieronyme successit matre repulsa.

4 ## † Quo vero ad ea que se vel exposuisse

vel soluisse ꝑtendit pro ipsis impuberibus in dictis eius titulis, non videtur ei credendũ, nisi quatenus de illis alias legitime appareat.l.exẽplo.cũ suis simili.C.de pba. Cui nõ obstat, si forte opponat, ꝙ immo credi debeat, saltẽ in paruis ꝗtitatibꝰ, ꝑ id qđ voluit Bar.in.l.j.§.de officio.ff.de tute.ꝛ nõ distrahẽ, Cyn. Bal.ꝛ Saly.in.l.id qđ pauperibus.C.de episco.ꝛ cle.ꝛ Ang.are.in.§.actionũ.in materia tutelari, ver.decimotertio nõ tantum.in stitu.de actio. Tum quia docto.prefati loquuntur de libro rationum tutoris, ꝛ quẽ cõfecit idem tutor tẽpore succedente, ꝛ in quo durante administratione scripsit accepta et exposita: cuiusmodi non est illa ratio quã exhibuit ipse do.Teulerij, nec ꝯtinet ea que continere debet liber rationis. Tũ ꝛ quia huiuscemodi pretensa ratio reperitur in multis postis seu capitulis aliena a veritate: non ergo est illi in aliquo credendum, nisi quatenus alias legitime de inibi contentis appareat, per id quod not. Innocen.ꝛ docto.in capit.fraternitatis.de hereti. Barto.ꝛ docto.in.l.si ex fal-
5 sis.C.de transac. † Tum quia quemadmodum non creditur in fauorẽ tutoris libro eius rõnũ in magnis quãtitatibus: ita nõ videtur credẽdum in multis paruis, ex quibus resultat vna magna quantitas, per id quod voluit Joan.de imol.in.c.apostolice.col.j.de dona.vbi per illum text.not.ꝙ sicut ꝓhibetur vna damnosa grauatio, ita plures minime si faciant vnam grauem. Nam per minimam deuenitur ad vnum totum ꝛ ideo alibi dicitur: frustatim lupus comedit agnum.xiij.qõ.j.§.his ita respondetur.ibi a prioribus enĩ incipientes paulatim sopitis, ꝛ totũ vsurpare contẽditis, vt pro vobis videatur dictum: frustratim lupus ꝛc. Pro quo facit quod voluit Bal.in.l.fraus.ff.de legi.vbi no.ꝙ ex vna magna alienatiõe presumitur fraus.l.omnes.§.lucius.ff.ne quis in frau.credito.ꝛ idem dicit de pluribus paruis simul iũctis faciẽtibus vnam magnam.l.nomen.§.filio.ꝛ quod ibi glo.ff.de legat.iij. Pro premissis facit quod voluit Odeffre.quem post alios do-
6 cto.refert Bald.in.l.apud antiquos.ff.de fur. † vbi dicit ꝙ si famulus alicuius hodie furetur sibi vnam rem vilem, cras vnam aliam, ꝙ punietur perinde ac si fecisset magnum furtum, argu.l.iij.ad fi.C.de episco.audien. Et sic dicit limitari.l.recipiendũ.§.furta domestica.ff.de pe. Ex quibus videẗ ita debere iudicari de multis summis per se et singulariter minutis, coadunatis vero facientibus magnam summam, prout iudicatur ꝛ iudicari debet
7 de vna magna summa. † Et sic quemadmodum non statur libro tutoris in magnis summis seu ꝗtitatibus: ita nec stari debet in paruis ꝛ minutis, quando ille parue et minute simul coadunate faciunt vnam magnam summam: quod in casu nostro cõtingere posset si crederetur illi rationi quaꝫ posuisse dicitur dictus dominus Teulerij. Et vt de ceteris saltem in specie taceam: non est tamen tacendum de illa pretensa quittãtia, quam se habuisse pretẽdit dictus dominus Teulerij a Gabriele vẽto Anno dñi Millesimo.cccc.xc.ꝛ que inseritur fo.ccxli.cum nõ appareat ꝙ ꝓ rebus ꝛ predijs inibi mentionatis aliquid solui debuerit aut debeat eidem Vento: de quo tamen apparere debuisset, alias nec potuit nec debuit idẽ dñs Teulerij aliquid sibi soluere in preiudiciũ dictarũ impuberũ, sicuti nec in earum preiudicium cõfiteri poterat per modum voluntarie iurisdictionis illas esse debitrices, per id quod superius dixi in alio articulo, ꝛ quod voluit Bal.in.l.in cõtractibus.§.sed quoniam.ver.quero quid in tutore.C.de non numera.pecu.ꝛ Bar.in dicta.l.lucius.§.tutele.ff.de administra.tuto. Sunt ꝛ alie impugnationes expensarum ꝛ pretensarum solutionum facte per dominos computorum et rationis auditores, quas non repeto: ꝛ que profecto videntur ex peritis stomachis ꝛ satis expertis in talibus processisse, quas videre dignabitur idez dominus presidens.

8 ## † Qui etiam si placet attendet

ad summã sexaginta vnius florenorũ mentionatã in quadragesimonono titulo, ꝛ quam deberi pretendit de vel ꝓ resta redditionis computorum dicte nobilis Yrenete: ad quorum examinationem fuit profecto male processum. Deposuit enim hec Yreneta tutelam ꝛ tutelare officium, ꝛ post huius depositionem petijt prouideri de auditoribus computorum, ꝛ deinde computis redditis procurauit ꝛ institit dictis eius filiabus prouideri de tutore dimisit ergo eas indefensas, ꝛ deinde defensore destitutas illas inuasit, ꝛ in suis rationibus posuit quod voluit, quod nõ fuit hoc ordine faciendum. Primo enim debuit tutelã deponere, ꝛ deinde procurare cum effectu ꝙ pupillis prouideretur de tutore, ꝛ deinde illi computa ꝛ rationes reddere, ꝛ reliqua, si que erant consignare, quod satis apparet ex dicto auť.de nup.§.si autem tutelaz gerat.ꝛ trãsumptiue in authen.eisdem penis. de quo etiã alias dixi aliquid in predicta schedula: ad que si placet aduertet pͣfatus magnificus dominus presidens. Attendet preterea ꝙ nobilis Jacobus vẽto cõfessus extiterit, Anno incarnationis dominice Millesimo.cccclxxxviij.ꝛ die decima mensis Nouembris, se habuisse ꝛ recepisse de pecunijs dictarum pupillarum summam nonagintanouem scutorum auri regis sine sole, ac solidorũ septem denariorũ octo, ꝛ triginta vnius grossorum: ꝛ sic in vniuerso summam centum scutorum auri, ꝛ quam summã promisit implicare, exbursare, ꝛ ponere in mercibus ꝛ rebus mercantilibus: ꝛ de eisdem mercari ad maiorem vtilitatem dictarum filiarum: ꝙꝙ de emolumentis inde prouenturis daret eis ꝛ solueret medietatez. vt constat publico instrumento in causa producto, et inserto fol.cclj. Attendet insuper si placet ꝙ deinde, anno incarnationis dominice Millesimo.ccccxc.ꝛ die vigesimatertia mẽsis Nouẽbris, ꝛ sic per biennium post, prefatus dominus Teulerhiam tutor, ꝛ dicta nobilis Yrienata eius vxor, confessi extiterunt se habuisse ꝛ recepisse

recepisse a dicto Uetro dicta centū scuta, vna cū emolumentis dictas nobiles Mariam. Catherinam, et Hieronymam concernētibus: que tñ nō fuerunt specificata, vt sic intelligi posset quid et q̄tum de et pro emolumento hmōi receptum extiterit, qd profecto sic fieri non debuit ab honestis personis.

1 †Quod aūt opponitur aduersus supplicationem nouissime parte dicte nobilis Marie in causa productam, scilicet q̄ nobiles Frāciscus et Jacobus teulerij dictorū domini Joannis et Yrienete filij naturales et legitimi sint clerici, et propterea conueniri non possint vel debeant coram magnifico domino presidēte, sed tanq̄ clerici remitti debeāt curie spirituali: non videtur multum attendendum. Tum quia cōtra ipsum dominum Joannem et laicum, tanq̄ patrem et legitimū administratorem dictorum eius filiorum, dirigenda est actio. l. cū non solum. §. vbi autem volūtas. C. de bo. que libe. Tum et quia priusq̄ dicti Franciscus et Jacobus clerici fierent, agi ceperat corā dicto dño presidente super restitutione bonorum. Non igit debet propter superuenientem clericatum causa remitti iudici ecclesiastico, per id qd post Ale. voluit glo. et Goffre. in. c. vnico. de obliga. ad ratioci. et idem voluit goffre. in summa eiusdem tituli. Idem etiam voluit Uincen. in. c. at si clerici. de iudi. per. l. si quis postea. ff. de iudi. et. c. proposuisti. de fo. compet. prout refert Jo. and. in dicto. c. vnico. et Hostien. in dicto. c. pposuisti. Hanc partem etiam secutus est Jo. de deo. in cauillationibus rubri. de priuile. cleri. in fi. et Specula. titu. de reo. in principio. Et hoc etiam fuit de mente Joā. an. in dicto. c. vnico. colū. iij. versi. puto q̄ in ciuili et c. Quis sentiat q̄ non possit clericus per iudicem secularē personaliter distringi in causa ciuili vel criminali, vt verbi gratia: poni in carcere, vel mala plaga vel detineri: quia clericatus eximit personam quo ad omnem manus iniectionem vel districtionē, sed non eximit causam a iurisdictione preueniētis quo ad ipsius pcessum et instantiam faciendam, et realiter exequendam. Et ita dicit posse concordari opiniones per se relatas.

1 Donatio inter viuos inter coniuges quo casu nō phibita.
2 Statutum prouinciale super donationibus super quibus nō habeat locum.
3 Testamentum vltimum an deroget priori, etiam si non habeat verba derogatoria.
4 Aliquid exprimi quibus modis dicatur.

Epitome.

Testamentum prius rumpitur per posterius: quamuis in illo actū esset de non reuocādo eo, nisi sub certis modis in isto postea non seruatis. U F

De testa. Consi. lxi.



1 Quamuis† donatio inter viuos sit regulariter phibita inter coniuges, et regulariter non valeat, nisi fuerit silentio et morte donatoris confirmata: hoc tamen fallit, quando in donatione huiusmodi interuenit iuramentum, quia tunc donatio firmatur iuramento, et valet, vt voluit Guil. de cug. in. l. sz hi pos sessori. §. itē si iurauero. ff. de iureiuran. et sequitur Bar. in. l. seius et augerius. in fi. et ibi Alex. de Jmo. colū. v. versi. querit Bar. an donatio et c. ff. ad legem fal. vbi etiā refert idē Alex. se pluries p hac parte consuluisse: qd et verū est, de quo videri pōt consili. suo. clvij. exordiente, Uiso instrumēto donatiōis et c. colū. penul. in secūdo volu. Idē etiā voluit Jo. de Jmo. in sua solenni repetitiōe c. cū ptingat. in vlti. mēbro. de iureiur. Hāc partē etiā secutus est Fran. de aret. cōsilio. lxxiiij. exordiēte, Diligēter et mature pōderatis et c. col. iij. versic. ad fin et c. Etiā pro ea psuluit Pet. de ancha. cōsilio. cclxxxvj. Illā etiā sequit Panor. in. c. fi. de dote. post diuor. restitu. et breuiter hec opinio est cōis, et ideo sequēda in cōsulendo et iudicādo. l. j. versic. crebrior apud veteres opinio. ff. de offic. questo. et quod volunt omnes scribentes in. c. j. de cōstitu. vbi videri pōt do. Feli. charta vlti. colū. ij. Puto igit q̄ donatio, quā fecisse dicit Fransonus garnerij cuidā Gasente eius vxori,
2 valuerit cū illa fuerit iurata. † Nec obst. Prouinciale edictum super donationibus non faciendis: nisi obseruata solennitate, de qua in eo. Quoniā rñdeo q̄ illud statutū nō videtur habere locū in donationibus iuratis. Pro quo allegasse sufficiat id qd plene no. Alex. de Jmo. consi. cxxv. exordiente, Uisis et cōsideratis statutis et c. colū. penult. in primo volu. vbi potest videri. Et per hec patet responsio ad id quod queritur de donatione.

Ad id vero quod queritur de reuocatione primi testamēti, qd fecisse dicitur Frāsonus garnerij, Anno incarnationis dominice Millesimo. cccclxxxij. et die xxix. mensis Septembris, an videlicet testamentum huiusmodi reuocatum extiterit per aliud testamentum, quod idem Fransonus postea fecisse legitur, scilicet Anno incarnationis dominice Millesimo. ccccxc. viij. et die. vj. mēsis. Septembris, † Dico et
3 respondeo q̄ si supponamus q̄ hoc vltimum testamentum non precesserit aliquod aliud testamentum preterq̄ illud, de quo supra conditum videlicet Anno domini Millesimo. cccclxxxij. et die xxix. mensis Septembris: et nos sequamur opinionem Barto. in l. si quis. in principio testamenti. colum. iij. versi. sed quero si esset ponere casum et c. ff. de lega. ij. dictum primum testamentum fuisset reuocatum, etiam si in hoc vltimo fuissent dumtaxat apposita illa verba, cassans, reuocans et annullans testamentum et c. etiam si non esset facta mentio de verbis derogatorijs: quod etiam voluit Roman. consilio. ccclxxxv. exordiente, In casu premisso et c. colum. ij. versi. sed quid plura et c. Alex. de Jmol. consilio. cxxxiij. exordiente, Preuiso themate antepositio et c. colum. vj. in primo volu. Do. cardi. Flo. in cle. j. in. iij. questione. de sepul. Benedic. capra. consilio. xxxj. exordiente, Punctus, quedam domina Magdalena et c. et Andre. sicu. in. c. cum esses. col. xxxvij. de testa. qui omnes videntur sentire q̄ illa verba, cassans, reuocās et c. posita in vltimo testamento sufficiunt ad reuocationem primi testamenti habentis clausulam derogatoriam, si vnicum testamentum precesserit. Sed quia docto. magis communiter impugnant istam opinionem Barto. et sequacium, ego dico q̄ illa verba, cassans, reuocans et c. non suffecissent ad reuocationem dicti primi testamenti. Sed alia subiuncta ibi, sub quorūcunq̄ verborum conceptione et verbis derogatorijs cuiuscunq̄ sint substantie aut tenoris omnia illa et c. sufficiunt ad reuocationem dicti primi testamēti: per ea satis apparet dictum Frāsonum penituisse prime eius voluntatis, et voluisse q̄ vltimum testamentum seruaretur, non primum. Nec fuit opus q̄ in hoc vltimo dixerit, non obstante q̄ in primo testamento dixerim et voluerim q̄ si me contingeret facere testamentū, nolo illud valere, nisi incipiatur per Aue Maria, et describatur a principio testamēti ad plenum, et nisi faceret expressam mentionem de dicto primo testamento: quia istud esset facere mentionē de primo testamento, aut de clausula derogatoria in indiuiduo seu in particulari, quod iura non exigūt: sed sufficit q̄ illa fiat in specie: pro quo allegasse sufficiat qd voluit Bar. in dicta. l. si quis in principio testamenti. colū. iij. ver. quero quid si testator dicit sic et c. vbi etiam alij, et quod voluit Ang. Pau. de cast. Alexan. de Jmol. et doctores in. l. si mihi et tibi. §. in legatis. ff. de lega. primo. Alexā. de Jmo. in. l. ij. ff. de libe. et posthu. Joā. an. in. c. j. ad fi. de excessi. prela. in nouel. in. vj. Federi. de sen. cōsi. xlvij. exordiente, Habita super casu predicto collatione et c. Ang. consilio. cccxvj. exordiente, Quedam domina Uanna vxor Lucarini et c. Pau. de castr. cōsilio. ccclxiij. exordiente, Infacto pñti ponam primo conclusionem et c. Alex. de Jmol. cōsilio. xxv. exordiente, Uiso testamēto condito per Angeluciū Philippini et c. Bald. in. l. humanum. colū. ij. C. de legi. et in authē. hoc inter liberos. C. de testa. et docto. communiter in. l. sancimus. eodem titu. et Pau. de leaza. in cle. j. prope fi. de sepul. Si enī diceremus oportere facere mentionem expressam et indiuiduam seu singularē de verbis positis in primo testamento, vt verbi gratia: q̄ nō valeret testamentum postea faciendum, nisi incipiat per Aue Maria, et describatur et c. posset contingere q̄ testator non recordaretur verborum huiusmodi, nec copiam testamenti habere posset, forte existens in longinquis, vel non habens presentiam notarij, et sic diceremus eum illaqueatum: et sic constrictum q̄ testari non posset, quod nō videtur faciendum. c. de viduis. xxvij. q. j. Nemo enim potest sibi legem imponere a qua recedere non possit: hoc voluit Pau. in dicta cle. j. prope fi. et commendat Fede. de se. in dicto cōsilio. xlvij. Dicit etiā, vt iam dixi, Joan. an. in dicto. c. vnico. prope fi. de excessi. prela. in nouel. in. vj. et sequitur Ange. in dicto consilio. cccxvj. colū. fi. q̄ per quecūq̄ verba etiam generalia constare possit de mente testantis, q̄ priori testamento derogare voluerit, primum testamentum tollatur: et sic intelligunt dictam. l. si quis in principio testament. Et hec sententia (sm Angel. in dicto consilio. est verior et humanior) cum per eā conseruentur deficientiū voluntates, quorum iterum non redit arbitrium. l. j. C. de sacrosanc. eccle. Et hoc maxime debet procedere in casu nostro, in quo dictus Fransonus tempore dicti vltimi testamēti, et in eo cassauit, reuocauit, et anullauit cetera alia vniuersa et singula testamēta, omnesq̄ codicillos, ac donationē et donationes causa mortis, et quascunq̄ alias vltimas voluntates vsq̄ tūc vnq̄ per eum factos, factas, et facta, sub quorūcunq̄ verborum cōceptione, et verbis interrogatorijs, cuiuscūq̄ essent substātie aut tenoris et c. per que profecto, si surdi non sumus, vel nisi prorsus et omnino intellectu careamus, satis et aperte perpendere possumus dictū Fransonum voluisse discedere et discessisse a prima volūtate. Nisi forte

quis dicat opus fuisse ꝙ expressam mētionem faceret de dicto te
4 stamento. † Quoniam respondeo ꝙ vt dicit Barto. in l. j. colum. ij. versicu. videamus ergo de prima que dicatur vulgaris expressa. ff. de vulga. et pupilla. Andre. sicu. in repeti. c. raynald⁹. fol. xxxj. colum. iij. versic. sed iudicio meo nō recte loquitur de testa. et alijs in alijs locis. aliquid dicitur exprimi tribus modis, scilicet in genere, in specie et in indiuiduo, seu in particulari: Et quāuis non sit facta in dicto vltimo testamēto expressa mētio in indiuiduo seu in particulari de primo testamento: est tamen de eo facta mentio in specie, pro eo quia in illo fuit cassatū omne precedens testamētum, sub quorūcunq; verborum conceptione et verbis derogatorijs cuiuscunq; substantie essent ⁊c. quia vt dicūt docto. testamētorum quedam habent clausulam derogatoriam ad sequēs testamentum, et quedam non habēt. Ubi igitur in secundo fit mētio de testamento precedēte habente clausulam derogatoriam, illa mentio fit in specie: et hoc sufficit dicta. l. si quis in principio testamenti, et volunt docto. communiter in locis superius allegatis. Concludo igitur dictum primum testamentum fuisse reuocatum per secundum. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Pactum future successionis an valeat, ⁊ quid si fiat super quota hereditatis.
2 Successoris appellatione an comprehendatur singularis.
3 Pactum future successionis quid sit.
4 Bona donata an possint deberi ex obligatione statim effectū habente quantū ad obligationē, quāuis differant quo ad exactionem.

¶ Epitome.

¶ Pactum, per quod patri filio donāti bona sunt reuersura, si filius donatarius sine liberis decesserit, non est pactum future successionis, ⁊ valet. A. F.

De pact. Consil. lviij.



1 Tinam † et veruz esset et de iure defendi posset ꝙ pactum quod dudū Anno videlicet domini Millesimo. cccclxv. et die septima mēsis Maij, fecisse dicitur nobilis ⁊ gener. sus quōdam vir Claudius la berge, in fauorem nobilis Claudij eius patris, et quorundā suprius Claudij filiorum, vt pote pactū future successionis vel alias, fuisset ⁊ esset nullum: ita vt in vim pacti huiusmodi nihil possent aut de iure valerent fratres dicti Claudij petere in et super bonis in pacto huiusmodi latius mentionatis, prout contendunt ⁊ asserunt nonnulli egregij viri domini iurium doctores. Sed huic eorum sententie concordare non possum: de quo alias aliquid scripsi in quibusdam meis iuriū allegationibus exordientibus, Voluissem pro pleniore ⁊c. §. ad secundum principale quesitum ⁊c. Et vt appareat in quo ⁊ illi domini et ego discordamus, premittam ea in quibus cōuenimus ⁊ que ego non negaui nec nego. Et primo quidem plane confiteor ꝙ pactum future successionis seu de futura successione acquirenda non valet. l. pactū quod dotali. C. de pac. l. cum donationis. C. de trāsact. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborū obligat. l. ex eo. C. de inutili stipula. ⁊ l. hereditas. C. de pac. conuen. tam sup dote ⁊c. et per ea, q̄ plenius prosequitur Alexan. de Imol. consilio. xxviij. exordiente, Pōderatis verbis ⁊c. in tertio volumine: ex cuius verbis, eo tamē tacito alter ex dominis scribentibus pro maxima parte per eum scripta collegit. Fateor insuper ꝙ non solum non valet pactū factū super tota hereditate alicuius alteri acquirenda: sed nec etiam si fiat sup quota hereditatis dicta. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborū obligat. et. l. pactū quod dotali. C. de pact. quod etiā post Pe. de ancha. voluit Joan. de Imol. extra de testa. sup rubrica et Alexan. de Imol. in dicta. l. stipulatio hoc modo cōcepta. colū. vij. versic. ibi, vbi etiam tangit an idem sit in donatiōe vel pmissione par hereditatis. Pro quo inducit dictam. l. cum donationis. in fi. C. de trāsact. attēto ꝙ idē debet esse in parte q̄d in toto, arg. l. que de tota cum vulga. ff. de rei vendi. pro quo etiā dicit esse bonum text. in. l. verba cōtraxerunt. ff. de verborū significatio. Hanc partem etiā secutus est Alexand. de Imol. in. l. fi. colū. fi. C. de pac. pro qua vltra per eū allegata in dicta. l. stipulatio hoc modo concepta. addit tex. in dicta. l. pactum quod dotali. C. de pac. et facit sm eum dicta. l. hereditas. C. de pac. conuē. Sētio ergo cum dominis ꝙ verum sit q̄d non valeat pactum future successionis, vt plene ponit Alexā. de Imol. in dicto cōsi. xxviij. colū. ij. ⁊ seq. Sed vellem nūc mihi probari ꝙ pactū de quo agimus sit pactū future successiōis. quia ego hoc inficior: et in hoc stat fundamentum diuersitatis nostrorum consiliorum: quia si in hoc non discordaremus, profecto nec discordaremus in consilijs. Verum vt non discedamus a verbis pact, ego illa referā. Idcirco nobilis Claudius filius ⁊c. fecit pactū validū ⁊ solenne, valida ⁊ solenni stipulatione vallatū dicto nobili Claudio eius patri absenti, me notario publico infrascripto, vt cōmuni ⁊ publica persona presente, ⁊ pro eodē nobili Claudio ⁊ alijs quorū interest interest aut interesse poterit in futurū stipulante solēniter ⁊ recipiente, ꝙ casu quo ipse nobilis Claudius donatarius decedere quādocunq; sine libero siue liberis, masculo seu masculis ex dicto matrimonio procreato seu pcreatis, aut liberi sui pdicti sine libero seu liberis ex legitimo mrimonio pcreandis: tūc ⁊ in eū casum voluit ⁊ ordinauit ꝙ bona predicta donata reuertant ⁊ reuerti debeāt pleno iure ad dictū nobilē Claudiū la berge eius patrē donatorē si vixerit, ⁊ post eius mortē ad nobilē Claudiū la berge fratrē ⁊c. Hec sunt verba pacti: per que profecto satis apparet ꝙ idem Claudius filius in euentū cōditionis seu cōditionū, de quib⁹ ibi, voluit bona donata peruenire seu reuerti ad Claudiū patrē donatorē si viueret, alioquin ad Antoniū ⁊c. Sed hec verba nō inducunt eundē Claudiū voluisse, ꝙ hec bona reuerterent per modū successionis: prout etiā in eo qui donat bona sua donatione inter viuos vel causa mortis post tamē mortē suam, vult illa venire ad donatariū post mortē suipsius donatoris: qr tamen donatio huiusmodi nō fit per modū future successionis, ⁊ gl. ⁊ docto. fatētur in dicta. l. fi. hanc donationem valere, ⁊ non esse pactū future successionis. Pactum enim future successionis, seu pactum de succedendo si valeret faceret succedentem esse vniuersalem heredem. ⁊ sic succederet in iuribus actiue ⁊ passiue. l. nihil. ff. de verborum significatio. ⁊ l. heres in omne. ff. de acquiren. heredi. not. Alexan. de Imol. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. colum. xj. Succes
2 sio enim importat iura actiua ⁊ passiua: † ⁊ hinc dicim⁹ ꝙ appellatione successoris cōprehenditur tantum successor vniuersalis, ⁊ non singularis. l. quedam. §. nihil interest. et quod ibi docto. ff. de eden. quem ad hoc allegat Bal. in. l. emptorem. circa tertiam
3 colū. C. loca. † Pactum enim non dicitur pactū future successionis, nisi in eo promittatur futura successio, que deberi non potest nisi ex testamento vel ab intestato. Hec sunt verba Oldra. consilio. cxxxix. exordiente, Ad habendum aliqualem notitiam eorū ⁊c. in primo quesito, Alberi. in dicta. l. fina. colum. j. C. de pact. et Alexan. de Imol. consilio. lxxxij. exordiente, Visa facti narratio-
4 ne ⁊c. col. iij. in scdo volu. † Bona enī donata, de quibus in casu, debētur ex obligatione statim effectū habēte q̄tū ad obligatiōnē: quāuis differant quo ad exactionē, arg. l. mulier. §. si. ff. ad trebel. iūcta. l. vnica. C. vt actio. ab heredi. ⁊ cōtra here. Nisi forte dicat ꝙ cū in pacto hmōi apposita extiterit cōditio nō existētie liberorū masculorum, illa reddidit conuentionem cōditionalem, ⁊ ideo obligationis natiuitatem suspendit: quod puto verum. l. legata sub conditione. ff. de cond. ⁊ demon. et. l. cedere diem. ff. de verborum significatio. Sed tamen quandocūq; extiterit vel extiterit cōditio, illa retrotracta est aut retrotrahetur. l. potior. secūdo respōso. ff. qui potio. in pigno. habe. ⁊ l. necessario. §. j. ff. de pericu. ⁊ cōmo. rei vendi. Adijcio predictis ꝙ verba pacti, de quo supra, trahūtur solū ad bona que fuerāt eidē Claudio filio per Claudium patrem donata: illa ergo futuram successionem nō inducunt, que augeri pōt ex nouiter acquirēdis. l. si creditores. in fi. ff. de bono. separatio. ⁊ l. si defunctus. C. arbi. tute. quod etiā voluit Oldra. in dicto consil. cxxxix. in primo quesito. Alber. in dicta. l. fi. col. j. ⁊ Alexand. de Imol. in dicto consilio. lxxxij. colum. iij. in secundo volumine. Dici ergo non potest istud pactum fuisse pactum future successionis, ⁊ consequenter vt tale non valuisse.

☞ Nec potest istud pactū impugnari ex eo, ꝙ per illud potuerit induci votum captande mortis dicti Claudij filij. Quoniam respondeo ꝙ, cum istud processerit de voluntate eiusdem Claudij, non dicitur per hoc inductum votum captande mortis: vel si illud inductum extiterit, hoc non est in cōsideratione vt propterea debeat pactum infringi, dicta. l. fin. C. de pact. quod etiam voluit Barto. in dicta. l. stipulatio hoc modo concepta. colum. ij. versi. Item quia fit a volente ⁊c. vbi etiā colum. x. versicu. nec sm Ang. ⁊c. Idem voluit Alexa. de Imol. ⁊ Ange. consilio. clxxxj. colum. vij. Etiam nec videtur dictum ea ctum posse impugnari ex eo capite, quasi per ipsum fuerit, si valuisset, sublata eidem Claudio filio libera testandi facultas. Quoniam respondeo ꝙ istud non est verum: quia pactum huiusmodi initum est dūtaxat super bonis eidem filio per patrem donatis, non super alijs. Et sic esto ꝙ opinio dicentium donationē omniū bonorum presentium ⁊ futurorum non valere, quia per indirectū auferret testamenti factionem, non quin sic donās testari posset, sed quia nullus illi testatori succedere vellet, esset magis communis ⁊ de iure verior: illa tamen non procederet in hoc casu, in quo vt iam dixi non est factū pactum de in omnibus bonis psentib⁹ ⁊ futuris: quinimo nec de omnibus presentibus, sed solum de sibi donatis per patrem: et sic de alijs bonis tunc presentibus, et de

post- a

postea acquirendis testari potuisset. Nō ergo ex capite predicto potest impugnari. Pro quo allegasse sufficiat not. cōmuniter per omnes in.d.l.fi.C.de pac.& in.d.l.stipulatio hoc modo concepta. vbi communiter volunt, q donatio omnium bonorum valet. Et idem si quis donet omnia bona sua post mortem: qz his casibus cēsetur donasse dūtaxat tunc presentia, & non futura, de quibus testari poterit. Nisi forte quis dicat q nulla acquiret: sed hoc non procedit, dicta.l.si defunctus.C.arbi.tute. Nō possum igitur mihi persuadere, maxime ex his que pro contraria opinione scribuntur, quin pactum predictum de iure valuerit. Que tamē dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Appellatio coram quo debeat interponi, & quo loco.
2 Vicegerens quicquid agit an attribuatur ei cuius vices gerit.

¶Epitome.

¶Appellatio corā locumtenente iudicis facta presertim in eodem tribunali, valet acsi coram ipso iudice facta fuisset. V. F.
¶De appella. Consi.lxiij.



1 Etiam† si verū esset q appellatio iterponi deberet corā iudice a quo, & aliter interposita esset regulariter nulla: cuius contrarium voluit Inno.in.c.dilectus.de appellatio.& intantum q appellatio in absentia iudicis a quo eximit appellantem ab eius iurisdictione, arg.c.pastoralis. de appella. hanc eandem partem tenuit Pau.de leaza.in clemē. causam.in verbo absentia, de elec. dūmodo postea appellatio notificetur iudici, vel parti, & in hac determinatione videtur residere Specula.titu.de appella.§.qualiter. vbi dicit q curia Romana non consueuit reijcere appellationes interpositas in absentia iudicis a quo: hoc idem videtur velle Archi.in.c.fin.de appella. in.vj.& Lap.allega.xxix.colū.ij.in principio: nihilominus tamen appellatio parte nobilis viri S egorā Senhoni interiecta ab interlocutoria, seu grauamine sibi illato per egregium virum dominū Guillielmum de pageto, vicarium & officialem Aquensem, fuit & est valida, nec potuit aut potest ex eo capite impugnari, q interposita pretendatur in absentia dicti domini vicarij & officialis. Tū quia illa interposita est in curia & sede officialatus Aquēsis, & sic in loco tribunalis eiusdem domini vicarij, in quo sufficiebat ipsi nobili Senhoni eundem requirere: nec tenebatur eū querere in domo, in horto, vel in villa suburbana, vt not.glos.in.c. appellatio.de appella.in.vj. Bar.in.l.de pupillo.§.si quis ipsi pretori.qō.xvj.ff.de no.ope.nun. Idem tenet Rota decis.cccl xvj. exordiente, Si appelletur a diffinitiua.col.i.& Lap.in dicta allegatione.xxix.circa fi. Tum & quia idem nobilis Senhoni nō est censendus appellasse in absentia dicti dñi vicarij & officialis, cum appellauerit in presentia venerabilis viri dñi Antonij gratiani
2 eius locūtenentis seu vicegerentis, quod videtur sufficere: † cum quicquid facit vicegerens, attribuatur ei cuius vices gerit, vt bene colligi potest ex no.per Inno.in.c.eam te.de rescrip.quod etiā voluit Oldra.consilio mihi.clxxvj.exordiente, De toto themate questionis illud solū in facto cōsistens &c.col.vij.versicu.secundo quia dato q illa producta fidem faceret &c.& Alberi.in.l.ij.C.de offic.eius qui vicem alterius. Et ita dici non potest idem Senhoni contempsisse prefatum vicarium & officialem, nec ei non exhibuisse debitū & opportunum honorē, postq coram eius vicegerente, & in suo tribunali appellauit, & inibi pluries comparuit.

1 ☞ Preceptum an sit nullum sine cause cognitione & clausula iustificatiua.
2 Producens an videatur confiteri quicquid producit.
3 Articuli an possint produci postq renuntiatum est in causa.
4 Probatio ambigua an videatur releuare.

¶Epitome.

¶Neque probatio, neq decretum per omissionem clausule iustificatorie, Nisi causam suspecta, eis vti volentem releuant. V. F.
¶De proba. Consi.lxiiij.



Egregie vir ac domine & amice venerādissime, post debitas cōmendationes, Vidi & sepe reuolui processum dudum ceptū per & inter honorabilem virum Petrum guiberti actorem ex vna parte, & Claudium, Benedictū, & Stephanū flechoni ex alia: & pfecto vereor ne causa dicti Gui-
1 berti defendi nō possit, pro eo: qz multa faciunt contra eum. † Et primo quidem contra eum facit, q illud primum preceptum ad ipsius instantiā factum dictis Claudio Benedicto & Stephano & super quod Guiberti se fundauit: videtur fuisse & esse nullū, pro eo qz factum est nō precedēte cause cognitione, & sine clausula iustificatiua: pro quo allegasse sufficiat qd voluit Bart.in.l.i.C.de execu.rei iudi.& docto.magis cōmuniter in.l.de pupillo.§.meminisse.ff.de no.ope.nuntia.& Ang.Are.in.§.curare.ver. quid dicēdum de eo qd quotidie iudices faciūt.institu.de actio. Et sic prima petitio nō procedebat de iure. Secūda petitio etiā videt periculosa, pro eo: quia licet in petitione huiusmodi propositum extiterit dictum Guiberti fuisse facherium cuiusdam affaris nobilis Renati de castilhone domini de Bedenis: & hoc Anno domini Millesimo.cccc xcv. non tamen apparet ipsum nobilem Renatū ius aliquod habuisse in affari huiusmodi. Quo fit vt solum experiri potuerit actione personali cōtra dictum Renatum. † Etiam
2 contra eum facit, q nō solū legitur ipse Petrus fuisse facherius dicti Affaris, sed etiā Guillielmus eius frater & Berengariū tardi, vt apparet literis testimonialibus parte dicti Guiberti in hac causa productis: qui propterea per productionē huiusmodi censetur hoc fuisse confessus, per ea que not.docto.in.c.cum venerabilis.vbi do.Feli.colū.v.& multis seq.de exceptio. Bar.in.l.post legatum.colum.ij.ff.de his quib.vt indig. Bal.in.l.scripture.in principio.C.de fi.instrumen.& in.l.cum precum.ad fi.C.de libera. cau.Lap.allegatione.cxix.exordiente, Quero pone &c.post principium. Pet.de anchara.consilio.cc xxij.exordiente. Subtiliter & ad plenum. Innocen.in.c.cum olim.de cēsi.Roma.cōsi.ccc xxix. exordiente. Presens consultatio in hāc incidit &c.& Angel.in.l. appellanti.ff.de appella. Quod si ita est: immo qz ita est, debuit & debet idem Petrus condemnari in expensis ratione pluris petitionis, postq per acta & ex eius tacita confessione apparet eum
3 plus repetūsse.c.vnico.& quod ibi doct.de plus petitioni. † Preterea contra eū facit q post parte ipsius bina vice petitā sententiā fuerunt producti articuli: quod non videtur potuisse fieri, cum ex dispositione statuti censeretur quo ad eum esse in causa renuntiatum et conclusum: et ita non poterant produci articuli, per id qd not.do Iason may.in.l.patre furioso.colum.iiij.versi.quarto facit q licet post conclusionem in causa &c.ff.de his qui sunt sui vel alieni iuris. Nec suffragatur eidē Petro guiberti, q articuli huiusmodi admissi extiterint, & q propterea videatur do.iudex reuocasse conclusionem. Tum quia admissio huiusmodi non fuit pura, sed conditionalis, scz cum clausula saluo iure impertinentium &c.vt legitur fo.cxciij. Quo fit vt si admitti non debuerint, put nec debuerūt, non profuerit nec prosit illorum probatio, per id quod not. Ioan.de Imol.in.l.si quando.ff.de legat.j.et est de mente Barto.in.l.ambitiosa.q.penulti.ff.de decre.ab ordi.faciē. & quod no.Bal.in.l.momentanee.circa fi.C.qui legi.perso.& alij in alijs locis. Postremo eisdem Petro obstat, & pfecto multū: quia arrendamentum factum dictis Claudio Benedicto, & Stephano p dominū de Bedinis, anno dñi Millesimo.cccc lxxxviij. & de mēse Augusti, ad et per sex annos & sex gauditas, et qui anni inchoari debebant in festo omnium sanctorum tunc proxime futuro: non erat finitum quo ad grana Anno.cccc xcv. & de mense Iunij aut Iulij, prout fuit satis aperte parte dictorum Flechoni propositum & deductum in scehula exordiente, Dicit textus decreti &c.inserta fo.xij.& in articulis additionalib⁹ exordiētibus, Item dicit q de vsu &c.insertis fo.xxiiij.& qui videnē mihi fuisse sufficiēter probati. Nec puto q depositiones testium parte dicti Guiberti examinatorum super secundo articulo schedule exordiētis, In processu prime instantie &c.fo.liij.multum releuent ipsum Guiberti: pro eo quia ipsi non deponunt q illo anno Millesimo cccc xcv. & ante messes dictus Guiberti vel ipsi p eo & fratre laborauerint &c.sed dicunt simpliciter qd illo anno qd potuit fieri ante messes, vel postea, & verisimiliter circa festū beati Michaelis
4 quo solent &c. † Et quicquid sit ista probatio remanet ambigua: & ideo non videtur releuare.c.in presentia.de proba.& quod not. Bar.& Alex.de Imol.in.l.inter stipulantem.§.sisticbum.ff.de verborū obligatio. Propter que mihi videtur, sub tamen correctione vestra, bonū esse si fieri possit q hec materia componatur. Eo etiam, quia non est probatum, nec forte probari posset de aliqua certa qtitate. Non alia, preterq vt bene valeatis: & q mihi displicet quod nō possunt iuridice aliter respondere. Ex Carpeū. die.xxiij.mensis Augusti.

¶Vester seruitor & amicus
Stephanus Bertrandi.

1 ☞ Actio negatoria cui detur, et ad quid in ea necessitetur actor.
2 Argumentum a communiter accidentibus an valeat.
3 Stillicidia an demonstrent quantum extendatur proprietas inferioris loci.
4 Dominium aree per que & qualiter probari possit.

5 Actus in dubio an presumatur fieri prout de iure fieri possit.
6 Genitiuus casus quid importet.
7 Verba an possint impropriari vt libellus sustentetur.
8 Verbum absolutum positum in libello an debeat intelligi secundum naturam materie in libello posite.

Epitome.

In actionis negatorie libello dominiu satis proponit qui per iudicem declarari petit rem suam esse. V. F.

De seruitu. & aqua. Consi. lxv.



sitũ dico & respondeo, qd prefati nobiles Ludouicus & Gabriela non videntur posse in preiudicium masculi primo nascituri, et qui vel solus vel inter superstites masculos tempore dicti nobilis Ludouici reperietur primo natus, retractare pactum & donationem, de quibus supra propter ius illi querendum, & quia vt dixi & pactum & donatio valuerunt. Et pro hoc, scilicet quod ipsi retractare seu reuocare non possunt, facit. l. sicut. C. de actio. & obligatio. l. quotiens. C. de donationi. que sub mo. l. certi cõdictio. §. si nummos. ff. si certum petatur. l. si absentis. C. eodem titulo. & l. id qd nostrũ. ff. de regu. iur. Quãuis in cõtrarium facere videat qd not. Bartolus & seq. in. l. qui Rome. §. flauius hermes. ff. de verborum obligationi. & aliqui in aliis locis: sed & Bartolus et isti videntur loqui in contractu innominato vel simpliciter, vel relatione habita ad contractum nominatum, cuiusmodi non est donatio: sed est contractus nominatus, vt no. doctores magis communiter in. l. aristo. in principio. & quod ibi Bartolus. ff. de donatio. glossa & doctores in. l. fina. ff. de condi. ob cau. & in. l. iurisgentiuz. ff. de pac. Alexander de imol. in dicto. §. flauius hermes. colũ. ix. & Francis. de are. colum. fina. & alij in aliis locis. Propter qd non audeo pro nunc asserere quod vel dictus nobilis Ludouicus, vel ipse & dicta Gabriela possint reuocare dictam donationem.

5 †Ad quartũ dico & respon

deo quod, licet de iure communi possint filij & filie dicere quod nolunt habere legitimam in pecunia, sed in substantia bonorum paternorum. l. scimus. §. repletionem. & quod ibi per doctores. C. de inoffi. testa. & authen. de trien. & semis. §. j. colla. iij. quod etiam voluit Guillielmus de cu. in dic. l. scimus. & post eum Bartolus in l. suus. in fine princip[ij]. & ibi Joannes de imol. colum. viij. versic. aduerte etiam quod hic Bartolus concludit. ff. de heredi. instit. Alexander de imol. in. l. non amplius. §. fina. ff. de legat. j. tamen communiter obseruatur contrarium in Delphinatu & in Prouincia: scilicet quod parentes cum disponunt de bonis, vt plurimum instituunt masculos heredes, & si habent filias, illis legant & relinquunt iure institutionis pecuniarum summas. Et idem faciunt quando habent plures filios, si volunt vnam ex illis, vel nepotes masculos ex vna relinquere heredes. Propter quod puto quod dictus nobilis Ludouicus posset vni earum donare bona sua: vel pro ea & illius nomine constituere bona huiusmodi in dotem reseruatis super bonis huiusmodi certis quantitatibus seu summis pecuniariis, de & pro quibus alie filie iam nate & nasciture dotentur secundum facultates bonorum dicti nobilis Ludouici. Sed erit difficile illas estimare aut taxare, p eo qz nescimus an tempore mortis dicti Ludouici supererit masculus qui habiturus sit dictam tertiam partem. Etiam nescimus quot filie sint nasciture. Et ideo erit securius huic filie, cui donare vult, aut pro qua vult bona cõstituere in dotẽ, & etiam ipsi genero, quod iste nobilis Ludouicus non excedat in reseruando, ne in posterum si superesset masculus, & nascerentur multe filie, reperirentur isti multum grauati. Quibus tamen consulo quod, si post mortẽ dicti nobilis Ludouici appareat summas pecuniarias reseruatas p dotibus non sufficere ad legitimas aliarum filiarum, ipsi sine lite cũ eis conueniant, & contentas faciant.

Ad quintum dico & respõ

deo quod, si post donationem huiusmodi contingat nasci alios liberos masculos, aut feminas, & deinde superesse dicto nobili Ludouico, illi poterunt petere, dictus videlicet primogenitus tertiã partem bonorum mobilium & immobiliũ, vt iam dixi, & alij suas legitimas. Non autem reuocabunt in solidum dictaz donationẽ. Pro quo allegasse sufficiat not. per doctores. l. j. C. de inoffic. donatio.

1 Hereditas ab intestato quibus deferatur.
2 Notario, qui pro actore instrumentum in formã publicã redegit, & qui longo tempore exercuit tabellionatum, negato esse notario ab aduersario, an onus incumbat actori illuz probare notarium, nume. seq.
3 Negatoria conuentus, existens in quasi possessione seruitutis, an probare debeat seruitutem.
4 Notarius vnus notam alterius an possit sine cõmissione degrossare.
5 Testatus decessisse qui non probatur an intestatus presumatur decessisse.
6 Preterite in testamento quid sit.
7 Clausula codicillaris an aliquid operet in testamẽto laici ignorantis: quid clausula codicillaris importet. nu. seq. & 9. 10.
8 Legatario hereditas repudiata an accrescat, & nõ pie cause in minore summa institute, & cur. nu. seq.
9 Hereditas heredi particularis quando non accrescat.
10 Notarij quid ex capite suo soleãt apponere, que propterea nõ obseruantur.
11 Obligatio in scientem & non in ignorantem cadit.
12 Legitima ex bonis testatoris an detrahenda.
13 Bona heredis an veniant in fideicommisso.

Epitome.

Ob vnum aut alterum instrumentum sumptum non presumitur quis notarius publicus extitisse, nisi quia ad eum tanq̃ ad talẽ passim accedebat, nec alius eius acta sine commissione signare potest: testamentũ igitur ita factũ nullius esto roboris. A. F.

De tabellar. Consi. lxxi.


Ex tenore pcessus dudum cepti & diutius agitati, per & inter honestã mulierem Catherinam aliberte, filiam naturalẽ et legitimam prouidi quondam viri Jacobi aliberti actricem ex vna, & Raymonetum aliberti dicti Jacobi quondam fratrem, & patruum eiusdem Catherine, reum ex alia: & signanter ex propositis, deductis, et probatis parte eiusdem Catherine colligitur et apparet dictum quondam Jacobum ab humanis decessisse, superstitibus et sibi superuiuentibus Gensana et dicta Catherina eius filiabus naturali-
1 bus et legitimis. † Ex quo sequitur, si aliud non refragetur vel obstet: prout non refragatur, clara iuris decisio, q̃ hereditas dicti Jacobi delata est ab intestato dictis eius filiabus tanq̃ proximioribus, aut. de heredi. ab intest. §. j. colla. ix. & trãsumptiue in aut. in successione. C. de suis, & legi. libe. & institu. de heredi. que ab intest. def[er]. circa principium.

Huic non obstat quoddã

pretensum testamentũ dicti quõdam Jacobi, de quo parte prefati Raymoneti fuit sepius articulatũ, & in quo pretenditur eũdẽ qundam Jacobum suum heredem vniuersalem instituisse prefatum Raymonetum, si contingeret Claudetam ipsius iacobi tũc vxorẽ non posthumum masculum, sed posthumã aut posthumas parere. Tum quia testamentũ huiusmodi non probatur. Et quidem non per testes: quia nulli reperiunt super hoc examinati aut producti parte dicti Raymoneti. Non etiam per quoddam pretensum instrumentum dicti asserti testamenti, cuius notam recepisse pretenditur venerabilis vir dominus Joannes de viriaco presbyter, & quod pretenditur fuisse degrossatum per quẽdam
2 Baudetum cayrelli pretensum notarium. † Tum quia non fuit nec est probatum dictum de Viriaco fuisse notarium: quod tamẽ probari debuisset, postq̃ prefata Catherina illũ negauit esse notarium in articulis exordientibus, Si que deducta &c. fo. cc[x]viij. Pro quo primo induco quod voluit Jaco. de are. in quadam sua disputatione exordiente, Quero ego produco contra te instrumẽtum &c. vbi querit, quid si produco contra te instrumentum in forma publica redactũ per manum Titij, qui fuit multo tempore in

quasi possessione tabellionatus, et multa confecit instrumenta: tu
vero negas eum fuisse notarium, an sufficiat probare quod multo
tempore pro tabellione se gessit et officium exercuit: et dicit quod mihi
incumbit onus probandi eum notarium, non obstante quod sit in qua
3 si possessione: †cum pro adversario presumatur, ut est videre in eo
qui est in quasi possessione servitutis, et convenitur negatoria, qui
nisi probet convenientem, vel eum cui successit constituisse servitu
tem succumbit, ut dicit Azo in summa. C. de usufruc. et no. glo. in
l. sicuti. §. sed si queratur. ff. si servi. vendi. Et hanc partem etiam se
quutus est Guido de suza. in. l. decernimus. C. de sacrosan. eccle.
et Jacob' de bello vi. in sua disputatione exordiente, Cavetur ali
quo iure, quam ipse posuit post. l. ij. C. quomodo et quando iudex.
Eiusdem sententie fuit And. de pi. in. l. barbarius. ff. de offi. pret.
ubi etiam idem tenet Rayne. secundum Alexan. de imol. consi. cxxxviij.
exordiente, Opportune consideratis his que in themate etc. in pri
mo volumine: ubi et doctores predictos et alios multos, et quidem
magne authoritatis commemorat, qui hanc partem tenuerunt. Ubi
etiam colum. xij. subiungit istam opinionem esse magis communem,
a qua in iudicando, seu etiam consulendo non est recedendum, per
ea que not. Hostien. Joan. and. et alij. in. c. j. de constitu. facit. l. j.
versi. apud veteres crebrior opinio etc. de offi. preto. Hanc opinio
nem etiam sequuti sunt Dy. in. l. herennius. ff. de decurio. Bar.
in sibi ascripta repetitione dicte. l. barbarius. colum. vj. ver. pona
mus quod deficiat authoritas superioris etc. Bart. Jaco. rebuf.
et Joan. de pla. in. l. actuarios. C. de numera. et actua. lib. xij. Tum
et supposito citra preiudicium veritatis, quod opinio Innocent.
de qua in. c. j. de fide instrumen. Specula. ti. de instrumen. edi. §.
restat. versicu. ex premissis. quod le. ij. iuncto ver. seq. et in ti. de proba.
§. j. versi. illud autem. cum sequenti. et Ange. in auth. de tabellio.
§. penulti. collat. iiij. volentium quod sufficiat probare illum qui
instrumentum confecit fuisse in possessione seu quasi notariatus,
esset de iure verior: illa tamen non obstaret nec obstat intentioni pre
dicte Catherine, quia non solum non apparet de titulo notariat'
dicti domini de Viriaco, sed nec de possessione seu quasi notaria
tus: sed solum apparet dictum pretensum instrumentum degros
satum, non quidem per eum, sed per alium: ut pretendit notam il
lius fuisse factam per dictum de Viriaco, quod non sufficit: quia
ut dicit Innocen. in hoc casu non sufficit tantum ostendere duo in
strumenta facta per eum qui pretenditur fuisse notarius, quinimo
tot debent apparere evidenter quod appareat eum commune offi
cium pro omnibus gessisse, et idem not. Specula. ubi supra. Tum
etiam non facit fidem dictum pretensum instrumentum: quia il
lud pretenditur fuisse degrossatum per prefatum Cayrelli: de cuius
tamen commissione non apparet: insuper nec de facultate illius
4 quem pretendit sibi commisisse degrossationem etc. † Et tamen cer
tum est ipsum Cayrelli non potuisse degrossare rogationem seu
notam per alium receptam, nisi in vim commissionis facte ab eo qui
hoc committere potuit. c. cum. P. tabellio, et quod ibi per scribentes,
de fide instrumen. Non est ergo probatum dictum quondam Ja
5 cobum decessisse testatum. † Presumitur igitur decessisse intesta
tus, per id quod voluit Barto. in. l. is potest. colum. penulti. ubi
etiam Alex. col. ulti. ff. de acqui. heredi. Alexan. et do. Jas. in. l. si
emancipati. C. de colla.

Preterea supposito quod
per dictum pretensum instrumentum probaretur eundem quondam
Jacobum condidisse testamentum vel alias disposuisse prout in
dicto pretenso instrumento, hoc tamen non obesset eidem Cathe
rine, pro eo quia Gensana eius soror iam tunc nata fuit in illo pre
6 terita: †hoc est nec heres instituta nec exheredata: sed solum repe
riuntur ei legati et relicti triginta floreni. Et sic ratione preteritio
nis huiusmodi fuit dictum pretensum testamentum si et quaten'
dici possit ut non potest de illo apparere, et est nullum. l. inter cete
ra, et duabus seq. ff. de liberis et posthum. l. j. ff. de iniusl. rup. et irri.
testa. et authen. ut cum de appellatione cogno. §. aliud quoque ca
pitulum. colla. viij. et transumptive in authen. ex causa. C. de libe.
preteri. vel exhere. de quo Joan. de imol. in. c. Raynutius. de te
stamen. et alij in alijs locis. Et sic testamentum huiusmodi non
obstitit, quominus hereditas dicti quondam Jacobi delata exti
7 terit dictis eius filiabus, cuilibet videlicet pro semisse. † Non ob
stat quod ex adverso sepius fuit propositum et deductum: scilicet
quod in dicto pretenso testamento fuerit apposita clausula codi
cillaris, per quam idem quondam Jacobus pretenditur voluisse
quod si dictum eius testamentum non valebat iure testamenti, va
leret iure codicillorum: et quod propter clausulam huiusmodi cen
seri debuerint prefate Gensana et Catherina tanquam proximiores
ab intestato dicti Jacobi testatoris earum patris rogate de resti
tuendo hereditatem prefato Raymoneto heredi instituto. l. ex te
stamento. et quod ibi not. C. de fideicommis. l. generaliter. §. ex te
stamento. ff. de fideicommis. liberta. Quoniam respondeo quod cum
dictus Jacobus esset laicus et illiteratus, ut parte dicti Raymo
neti fuit oppositum, et deductum in duodecimo articulo schedu
le exordientis, Ad fines et effectus etc. inserte. fol. ccij. et satis acce
ptatum ac etiam deductum parte dicte Catherine in. vj. et. vij. ar
ticulis schedule exordientis, Si que deducta etc. inserte fo. ccxviij.
et sic ignoraret quid clausula codicillaris importet, illa nihil fuit
operata. secundum singularem doctrinam quam ponit Bartol.
in. l. j. ver. sexto quero etc. Ex cuius verbis satis colligitur quod di
cta clausula magis apponitur de consuetudine notariorum, quam ex de
liberatione testantium: et hoc maxime fieri videtur in testamen
tis ignorantium quid importet hec clausula codicillaris, et sic con
sequenter de ea non cogitantium. Et dicit Andr. sicu. in. c. raynal
dus. charta. iiij. colum. iij. ver. item adde in quantum ista clausu
la etc. de testamen. quod ipse fere infinitis vicibus consuluit seque
do supremum docto. Bar. ubi etiam refert doctrinam Bal. in. l.
8 quotiens. C. de heredi. instit. † Ubi dicit, testator instituit heredem
universalem Sempronium, et fratri suo legavit mille, et piam causam in
stituit in quinque libris: modo Sempronius heres universalis repu
diat hereditatem, querit Bal. cui debeat accrescere, an vero fratri le
gatario, aut pie cause heredi institute in quinque libris: et decidit
Bal. quod hereditas accrescit fratri legatario in mille, et non pie cau
9 se institute in quinque libris. † Et si dicatur quod hereditas accrescit
heredi particulari. l. j. §. si ex fundo. ff. de heredi. instit. Respondet
Bal. illud verum quando talis institutio particularis processit de volun
10 tate testatoris, alias secus. † Et dicit quod illa institutio in quinque
libris potius emanavit ex capite notarij, quam ex voluntate testato
ris, quod apparet ex probabili coniectura: quia fratri legavit mille, et
sic presumitur eum magis dilexisse, quam piam causam in quinque libris
heredem institutam. Adducit etiam idem And. barb. quod voluit An
to. de butri. in repetitione. c. quintavallis. de iureiurando. ubi not.
quod illa verba lata et pinguia, que apponuntur in compromissis, scilicet
quod arbiter possit enormiter et enormissime ac in magna et maxima
quantitate ledere etc. potius apponuntur ex capite notarij, quam quod
partes ita sibi commiserint, et ex quadam confidentia: et ideo non
poterit arbiter enormissime ledere, quod dictum sequitur Panor.
Adducit etiam idem Barb. alia multa que possunt ibi videri, et sub
iungit ita dicendum in clausula codicillari, cum testator ignoret
quid importet, et apponatur ex capite notarij, quod nihil hodie ope
retur. Et idem voluit And. barba. consi. lviij. exordiente. Clemen
tissimi dei patris domini nostri iesu christi etc. col. x. versi. et si quis
piam dicat etc. in prima parte. Et quamvis quispiam dicere possit quod
dictum Bar. procedat quando aliquis notarius solitus esset po
nere talem clausulam: secus tamen videtur ubi omnes notarij il
lam apponere consueverunt, quia tunc videtur notarius in dubio
rogatus a partibus de apponendis clausulis consuetudinarijs. l.
generaliter. C. de fideiusso. quod videtur esse in casu, de quo queri
tur. Sed sustinendo dictum Bar. istud non obstat, quia. l. generali
ter loquitur de clausulis que apponuntur secundum consuetudi
nem loci, non de clausulis quas apponunt notarij ex capite eorum.
Item procedit quando partes sciunt effectum illarum clausularum,
11 †secus ubi ignorant: quia in ignorantem non cadit consensus. l.
j. ff. de pac. l. error. C. de iu. et fac. igno. et. l. si per errorem. ff. de iurisdi.
omnium iudi. Scientiam enim et non ignorantiam cupimus obli
gari. l. generali. C. de tabula. lib. x.

Preterea certum est ut iam
dixi, quod dictum pretensum testamentum non valuit ut testamentum: sed fuit
et est nullum ratione preteritionis, Et ita non fuit hereditas dicti quon
dam Jacobi eidem Raymoneto delata, sed dictis Gensane et Ca
therine, dicti Jacobi filiabus, et sic primioribus. Non ergo potuit
et potest dictus Raymonetus alberti se pretendere heredem dicti
quondam Jacobi, nec bona de quibus contenditur tanquam heres si
bi vendicare. Non etiam potest illa sibi defendere tanquam pretensus
fideicommissarius in vim dicte clausule: quia ut apparet ex actis cau
se huius, et signanter ex deductis in secundo, tertio, quarto, quin
to, sexto, septimo et octavo articulis schedule exordientis, Ad fi
nes etc. inserte fo. ccij. dictus Raymonetus non acceptavit dictum
pretensum fideicommissum, et sic viam obliquam sed viam dire
ctam, per quam dixit et contendit se fuisse et esse heredem dicti quon
dam Jacobi: et in hoc perseveravit. Et sic vel ratione electionis, per
quam censetur renunciasse iuri directo: vel quia viam incompete
tem elegit, non debent bona tanquam pretensum fideicommissarium
apud eum remanere. l. si. et quod ibi per doct. C. de codicil.

Illud autem est indubitatum
quod supposito, citra preiudicium veritatis, quod dicta clausula codicil
laris operata extitisset, per quam idem Raymonetus possit oppone
re de fideicommisso, et pretendere se fuisse substitutum in vim dicte
clausule: erant nihilominus dicte filie habiture legitimam, que erat
triens bonorum dicti quondam Jacobi, aut. de trien. et semis. §. j.
colla.

colla.ij.ꝛ transumptiue in auth.nouissima.C.de inoffi.testa.ꝛ in qua legitima grauari non potuerant.l.omnimodo.l.quoniã in prioribus.ꝛ.l.scimus.in prin.C.de inoffi.testa. Et sic potuerunt illam detrahere de fideicõmisso. Forte vero opponetur ꝙ dicte Gensane relicti extiterint triginta floreni,ꝛ ꝙ nõ apparuerit nec
12 appareat illos non sufficere ad eius legitimã. † Sed istud nõ obstat. Quoniam respondeo,ꝙ ipsa debebat habere legitimam in substantia,hoc est in bonis testatoris.dicta.l.scimus.§.repletionem.ꝛ quod ibi communiter per docto.quod etiam voluit Bar. in.l.suus.in fi.principij.ꝛ idem ibi Jo.de imo.col.vij.ff.de here/di.institu.ꝛ Alex.de imol.in.l.amplius.§.fin.ff.de lega.j.

Quod autem opponitur parte dicti Raymoneti,scilicet,ꝙ eidem Gensane superfuerint Claudeta mater ꝛ Catherina soror:ꝛ sic quod eis,non dicte Catherine,dũtaxat fuerit delata hereditas predicta seu etiam legitima dicte Gensane, non obstat:pro eo quia,vt apparet ex actis cause huius,ꝛ tam ex deductis parte dicti Raymoneti,ꝙ etiaꝫ ex propositis deductis ꝛ allegatis parte dicte Catherine, ipsa Claudeta post mortem Jacobi primi mariti,ꝛ patris istarum filiarum,conuolauit ad scđa vota,ꝛ sic succedere non potuit dicte Gensane quo ad bona paterna. auth.de nup.§.hinc nos.versi.si autem intestatus,ꝛ transumptiue in auth. ex testamento. C. de secun.nup. Etiam nec obstat ꝙ opponitur Guillielmum aliberti condidisse testamentum,ꝛ in eo heredes instituisse dictos Jacobum ꝛ Raymonetum eius pretensos filios:ꝛ primo decedenti sine liberis masculis substituisse superstitem. Tum qꝛ de dicto pretenso testamento nõ apparet:quia illud non probatur per quoddam pretensum instrumentum in causa productum ꝛ degrossatũ, non quidem per eum,qui illud recepisse dicitur,sed per alium,de cuius commissione non apparet: ꝛ sic non constat eum potuisse degrossare pretensam notam.c.cum.P.tabellio.de fi.instr. Tũ ꝛ quia non apparet ꝙ bona,de quibus contenditur,fuerint dicti quondam Guillielmi: ꝛ consequenter non apparet ꝙ illa venire
13 debeant in pretenso fideicommisso, † quia in fideicommisso non veniunt bona heredis.l.coheredi.§.cum filie.ff.de vulg.ꝛ pupil.

1 Mulier sine viri cõsensu aut licentia an ꝛ qđ donare possit.
2 Donatio facta per metum an impugnari possit.
3 Testamentum an impediat aliam bonorum dispositionem.
4 Maritus vxorem, que non fuit in causa quominus cum eo maneret,an teneatur alimentare.

Epitome.

Donatio per mulierem,que iam testamentum condidit, sine licentia viri etiam vxori domini loci, in quo donatio celebratur, fieri potest. V. F.

De authorita.prestan. Cons. lxxij.



In cõsultationis themate parte nobilis ꝛ generose mulieris dñe Catherine forbine,vxoris ꝛ persone coniuncte nobilis ꝛ generosi viri Honorati astoaudi,dñi Masani,queritur de multis:ad que respondeo breuiter ꝛ succincte prout infra.
1 † Et primo ad primum,quod quo ad bona que fuerunt venerabilis viri domini Vitalis palerij,potuit ꝛ potest nobilis Joanna de qua in dicto themate, illa donare sine consensu aut licentia eius viri prefate domine Catherine: quia rei sue quilibet est moderator ꝛ arbiter. l.in re mandata.C. manda.l.dudum.C.de contrahen.emptio.ꝛ venditio.l.polla.C. de his qui.vt indig.ꝛ.c.de his.ad fi.de sepult. quod maxime procedit in donatione,in qua est pro ratione voluntas.l.j.ff.de don. quod etiam voluit Oldra.consi.lxxij.exordiente,Factuꝫ tale est quedaꝫ certe ꝛ nominate persone. Quo vero ad bona dotalia est maior difficultas. Puto tamen quod ipsa Joanna potest eidem do.Catherine donare dotem suam,ꝛ non solum si consistat in pecunia:sed etiam si consistat in predijs,ꝛ sic in bonis immobilibus dumtamen in donatione huiusmodi interueniat iuramentum.c. cum contingat. de iureiuran.per iuramentum enim firmatur et in hoc casu donatio,vt voluit gl.in.c.quãuis.de pac.in.vj.Bar. in.l.si quis pro eo.in tertio membro.ff.de fideius.Calde.Cardin. flo.Joann.de imol.ꝛ Panor.in.d.c.cum contingat.vbi etiam affirmat idem Calde.hoc tenuisse Joan.mona.ꝛ Archi.in.d.c. quãuis pactum.idem tenet Fede.de se. consi.cxliij.exordiente, Punctus questionis.
2 † Ad secundum dico ꝛ respondeo,quod consultius esset donationem huiusmodi fieri extra locum ꝛ territorium Masani,ne in posterum opponatur quod ipsa nobilis Joanna eam meticulose fecerit: hoc est per metum sibi illatum per ipsam dominam Catherinam,cuius maritus est dominus illius loci,habens ibi merum ꝛ mixtum imperium sub supremo dominio ꝛc. ꝛ ipsa nobilis Joanna est eius subdita. Si tamen illa grauata esset infirmitate,ꝛ sic alibi donare nõ posset, fiat donatio huiusmodi Masani sub presentia bonorum ꝛ honestorum virorum,ꝛ extra domũ ipsius do. Masani:ne possit in posterum donatio huiusmodi calumniari tanquã facta per metum.

Ad tertium dico ꝛ respondeo, quod donatio huiusmodi fieri poterit in presentia vel in absentia dicte do. Catherine: dũtamẽ si in absentia illam fieri contingat,notarius qui de ea notam recipiet dictam donationem stipuletur ꝛ acceptet pro ipsa do.Catherina.Et si fiat donatio huiusmodi in loco de Masano, forte melius erit ꝙ non sit presens.Laudo tamen ꝙ postꝙ facta extiterit,illa sibi intimetur, ꝛ quod ea visa ꝛ consulta ne de aliquo circumueniatur, eam acceptet sub presentia notarij ꝛ testium, ꝛ de acceptatione ꝛ ratihabitione fiat instrumentum.

3 † Ad quartum dico ꝛ respondeo, quod ipsa Joanna potest quando voluerit facere hanc donationem,etiam ante reuocationem illius pretensi testamenti,de quo in dicto quesito: quia cum testamentum per mortem confirmetur. c. cum marthe. de celebratione missarum, dictum testamentum non impedit eandẽ nobilem Joannam disponere de bonis suis prout voluerit,vtpote donando,vendendo,vel alias ꝛc.

Ad quintum dico ꝛ respondeo eidem nobili Joanne licitum esse post donationem,quam faciet reuocare primum testamentum,ꝛ denuo testari:ꝛ in eo disponere de his,que tempore donationis reseruabit,ꝛ in illo instituere fratrem ꝛ sororem. Et si ista esset iuuenis, vel alias talis que verisimiliter posset habere liberos vel ex marito,quem nunc habet,vel ex alio si hunc mori contingeret ante eam : consulerẽ ꝙ posthumi instituerent in primo gradu. Et si illi non nascant,frater ꝛ soror,aut illi quos voluerit.

4 † Ad sextum dico ꝛ respondeo ꝙ cum matrimonium duret,ꝛ vt puto maritus huius nobilis Joanne dotem habuerit, ꝛ per ipsam Joannã non steterit nec stet,quominus cum eo maneat, ꝛ iuxta posse obsequia maritalia sibi exhibeat:sed per eum,qui a se illam repulit,ipse debet eam alimentare ꝛ nutrire.

Ad septimũ dico ꝛ respõdeo,ꝙ si dicta donatio excederet summam aut valorem quingentorum aureorum, esset bonum ꝙ illa fieret sub presentia magistratus aut iudicis, ꝛ sic coram eo insinuaret,pro euitandis opinionibus. Sꝫ si dictam summã seu valorem illius non excedat, nõ est necessaria insinuatio huiusmodi, ꝛ consequenter nec presentia iudicis,aut magistratus pro illa facienda. Si tñ donatio predicta fiat Masani,nõ esset malũ ꝙ fiat sub presentia magistratus,pro tollenda omni suspitione metus.

Ad octauum dico ꝛ respondeo ꝙ quia illa dimidia pars bonorum,quã eidẽ nobili Joanne donauit prefatus do. Vitalis nõ fuit per ipsum do. Vitalẽ,nec vt puto,per eandem nobilem Joãnam dicto eius marito in dotem constituta,ipsa poterit illã mediatatẽ,ꝛ pro indiuiso, expedire ꝛ tradere dicte domine Catherine. Illa enim sua est,ꝛ non debet ea inuita dictus eius maritus fructus illius percipere.Et consulo ꝙ dicta nobilis Joanna cõstituat se tenere ꝛ possidere precario noie ipsius do.Catherine.

1 Clausule retentionis vsusfructus ꝛ constitutionis precarij an transferant in donatarium,dominium ꝛ possessionem.
2 Dominium ex vna causa quesitum an possit ex alia acquiri vni.
3 Imperitia notariorum mundum destruit.
4 Lego,quod verbum sit.

Epitome.

Qui se nomine precario rem quã donauit pro donatario possidere profitetur,in eum ꝛ dominium ꝛ possessioneꝫ transfert:que iam amplius eius alia ex causa fieri nequeunt. V. F.

De precar.ꝛ saluia.interd. Cons.lxxiij.



Christi nomine inuocato. Viso casu mihi exhibito parte honorabilis ꝛ honeste mulieris Perrete turque, vna cum instrumentis in casu huiusmodi latius mentionatis,
1 † dico ꝛ respõdeo breuiter ꝛ succincte ad dubia, que ex casu ꝛ instrumentis huiusmodi videntur posse colligi ꝛ oriri. Pro quorum tamen faciliore expeditione premitto quod si supponamus mansum, de quo in casu ꝛ predictis instrumentis,fuisse honeste quondam mulieris Antonie garnerie relicte Joannis ponchati,ꝛ ipsius vniuersalis heredis per medium Petri ponchati eiusdem Joannis quondam filij ꝛ heredis vniuersalis, tempore per eam facte donationis honeste mulieri Driuete eius sorori tunc presenti hoc est anno domini. M. cccc xciij.ꝛ die.xxiij.mensis Augusti,mansus huiusmodi eidem Driuete acquisitus est, ac dominium ꝛ possessio illius, si que tenus penes predictam Antoniam existebant, in eandem Driuetam translate propter clausulas retentionis vsusfructus ꝛ constitutionis precarij,de quibus in instrumento donationis antedicte,Et quidem quod per retentionem vsusfructus transtulerit

eadem Antonia dominium & possessionem in predictam Driue
tam, probatur in.l.quisquis.& ꝙ ibi glo.& doc.& in.l.si quis argē-
tum.§.sed si quidem.C.de dona.ad ꝙ facit.l.ꝙ meo.ff.de acqui.
pos. &.l. quedam mulier.ff.de rei vendi. & ꝙ voluit Pau. de ca.
consi.xj. Qđ etiam per constitutionem precarij transferatur do-
minium, si erat apud constituentem, probatur per id qđ not. Jo.
and.in addi.Specu.tit.de emptio.& vendi.§.j.ver.& not.in addi.
exordiente, Hic dubitatur. De possessione vero probatur in.d.l.
ꝙ meo.in prin:& ꝙ voluit Barto.in repetitione.l.tertie.C.de pi
gno.vbi etiam Sali.& Bar.in.l.interdum.ff.de acqui. pos. Ol-
dra.consi.mihi.cvij.alijs vero.cxxxix.exordiente, Ad habendū
aliqualem notitiam &c.& consi.mihi.ccxx.exordiente, Quod at-
tento processu.& Uita.de Camba.in suis caute.in clausula, Con
stituit se precario nomine creditoris &c.col.fi.versi.item operatur
hec clausula &c. Quemadmodum enim per constitutum fit ficta
traditio, vt fatentur omnes in.l.quotiens. C. de rei vendi. Joā.
and.in dicta addi.& doc.in.d.l.quod meo.in prin.ita & per consti-
tutionem precarij:inter quas nō refert, nisi in hoc, ꝙ per constitu
tum transferunt possessio naturalis & ciuilis:per constitutionem
vero precarij non transfert regulariter nisi ciuilis, per id ꝙ not.
Bar.in.d.l.interdū.& doc.in allegata.l.ꝙ meo.& Ang. are.in.§.
actionum.ver.quero fit instrm venditionis in quo venditor con-
stituit se noie emptoris possidere, instit.de actio.& ꝙ not.gl. iun-
ctis ibi not.per doct.in.l.ab emptione.ff.de pact. Quo presuppo
sito, dico ꝙ cum & possessio & dñium mansi prementionati eidem
Driuete acquisiti extiterint ex titulo donationis antedicte, & vi
uente Antonia donatrice, non potuit postea iure hereditario, vl
ex tit.legati ipsi Driuete facti per dictam Antoniā, eidem Dri-
2 uete dictus mansus acquiri:† qꝛ dñium mihi quesitum ex vna cā
non potest ex alia mihi acquiri.l.possideri.§.ex pluribus.& ꝙ ibi
per omnes scribentes.ff.de acqui.pos. Ex quo vlterius infero ꝙ
si in instrumento donationis, quā fecisse dicit dicta Driueta ma
gistro Ludouico turqui eius filio, dictum extitisset ꝙ ipsa eidem
Ludouico donabat omnia & quecūq bona res & iura eidē Dri-
uete matri sue pertinentia & spectantia ad cām hereditatis dicte
quondā Antonie, vel legatorū per eaz factorum:non esset dubiū
quin mansus predictus nō cōprehenderetur vel veniret in dicta
donatione:qꝛ nec iure hereditatis, nec titulo legati spectauit aut
pertinuit dictus māsus eidem Driuete, sed vt iā dixi tit.donatio
nis. Et ita verba essent clara:a quorum propterea significatione
non esset recedendū.l.ille aut ille.§.cum in verbis.& l.non aliter.
cum suis simili.ff.de lega.iij. Sed verba predicti instrumenti nō
sic se habent, nec sonant:sed aliter, scꝫ omnia & quecūq bona res
& iura eidē Driuete matri sue pertinentia & spectātia ad causam
hereditatis & bonorū prodictorum sibi per dictam Antoniaz ex
testō vltimo p ipsaz Antoniā cōdito legatorū:que verba pfecto
sunt & obscura, & scabrosa, & vt puto sic cōcepta ex inaduertentia
3 vel ignorātia notarij:† Jta vt hic dicere possimus vt dicit Bal.
consi.vj.exordiente, Uiso testamento Bartholicij &c. in scđa par
te, ꝙ imperitia notariorū destruit mundum, & ponit conscientias
bonorum virorum in magno discrimine. Si em̄ vel sciremus vel
putaremus hunc notarium esse bene peritum, forte non deessent
qui dicerent, & hereditatem & res prelegatas pertinere heredi &
4 legatario iure legati:† qꝛ de iure antiquissimo verbum lego, erat
multum gñale, vt etiam cōprehenderet heredis institutionem.l.
verbis legis.ff.de verbo.signi.ꝙ etiā voluit Jo.de imol.in.l.j.§.
si ex fundo.charta.viij.col.ij.ver.secus si legasset aliquid &c. & l.
his verbis.col.iiij.ff.de heredi.institu. Et si appareret ꝙ prefata
Antonia eidē Driuete sue filie legasset, aut titulo legati reliquis-
set dimidiā partem sue hereditatis ꝙ facere potuisset. l. mulier.
§.fi.cū suis simili.ff.ad trebel.nō essemus in hac difficultate. Cla
rum enim esset quid sensisset dicta Driueta donatrix:sed stātib᷒
terminis prout sunt, remanet difficultas, & profecto nō modica.

1 ☞ Donatarius non prestans alimenta donatori ex pacto do-
nationis an cadat a iure suo.
2 Alimenta pro heredibus alicuius exposita an videantur esse
prestita animo donandi.

Epitome.

Reuocantur donationes, si iuxta eas donatarij donatoribus
non prestiterint alimenta, & de donatis alij heredes institui pos-
sunt. U. F.

Consilium. lxxiiij.



1 Cum † tempore facte donationis per ho-
nestam quandam mulierem Mara-
dā albe de medietate bonorum suorum Soneto
grangerij & Joanne albe coniugibus: ipsi So-
netus & Joanna pro se & suis heredibus & in po-
sterum successoribus quibuscunq conuenerint
& promiserint etiam cum instrumento eidem Marade tunc pre-
senti stipulāti solēniter & recipiēti, ꝙ eā ex tūc alimentarent, & sibi
đ alimētis & alijs necessarijs q̄diu viueret in humanis prouide-
rēt, sibiq seruirēt ac si essent ei᷒ filij naturales & legitimi: dictiq
Sonetus, seu post ipsius mortē eius heredes, & Joāna cessauerit
a duodecim annis citra dictā Maradā alimētare & nutrire, & de
alijs necessarijs sibi prouidere, fuit donatio hmōi ipso iure pꝑter
h reuocata, aut saltē pꝑter ea potuit reuocari.l.j.& qđ ibi doc.C.
de dona.que sub mo.& qđ voluit Bal.consi.clxxix. exordiēte, Ad
euidētiā est pmittēdū &c. Et sic nō obstāte donatiōe p̄dicta, potu
it dicta Marada disponere testari ēt de dicta medietate, & in ea
& alijs bonis suis heredē instituere pnidū virū Maronū clemen
tis filiū p̄dicte Joāne:nec videt ipsa Joāna & heredes dicti Sone
ti grāgerij aliqd posse petere sup bonis p̄dictis in vim dicte do-
natiōis. Preterea cū ipse Maron᷒ a duodecim annis, vl circa &
citra nutrierit & alimētauerit nō solū eādē Maradam q̄diu vixit
sed etia liberos & heredes dicti Soneti, ipse pōt alimēta hmōi, il-
la videlicet q̄ p̄stitit dicte quōdā Marade, imputare dictis Jo-
anne & heredib᷒ prefati Grāgerij, & alimēta prestita predictis hr̄
dib᷒ eisdē imputare, & illa ab eis repetere, qꝛ ista alimēta non fue-
runt modica, sed magna, inspectis presertiꝫ facultatib᷒ dicti Ma
roni qui pauper est:qꝛ illa nō videntur fuisse per dictum Maro-
nū eisdē prestita animo donādi.l.si pro fratre.ff.famil. ercis.& l. si
negotiū.& qđ ibi doc.C.de nego.gest.quinimo & si fuissent modi-
ca, adhuc non viderentur donata ſm Pau.de cast. qui ita no. in
d.l.si negotiū.que indistincte loquitur:& sic videt indistincte intel
ligēda.l.de pretio.cū suis simili.ff.de publicia.in rēact. Fateor qđ
in hoc vltimo casu, scꝫ qñ expensa alimentorū fuissent modica,
contrariū tenuit Alex.de imol.in.d.l.si negotiū.sed super hoc nō
est insistendum, cū vt dixi ista non fuit modica, sed magna inspe
ctis facultatibus non solum illis quas habebat tempore prestito
rum alimentorum sed etiam illis quas nunc habet.

1 ☞ Canonicus regularis an possit contrahere donando sine su
perioris licentia.
2 Jura loquentia in seruis an habeant locum in monachis.
3 Monachus an possit facere eleemosynam sine licētia superioris
& an habeat locum in canonicis regularibus.
4 Monachus habens a superiore administrationem concessam, si
contrahat in ea, an possit cōueniri ad causam contractus.

Epitome.

Canonici nr̄e domine de donis Auenionis, olim monachi, re
gulares canonici remanserunt:ideo nec donare, nec cōueniri sine
licentia superioris possunt. U. F.

De episco.& cler. Consi.lxxv.



Egregie vir ac domine
& amice singularissime, post debitas commenda
tiones, vidi processum quem habet nobilis Ga
briel girardi ciuis Auenionēsis, contra & aduer
sus venerabilē virum do. Claudiuz patris: super
quo profecto dubito, & vereor ne pars nostra succumbat. Appa-
ret enim ex actis dictum domi. Patris fuisse, nō quidem secula-
rem ecclesiasticū, sed regularē, & hoc per literas sue pfessiōis. Nec
per mutationē stat᷒ ecclesie nostre dñe de Donis, & do.canonico
rum qui tūc erāt, desierunt ipsi canonici, & alij in eadē ecclesia pro
fessi religionē seu regulā beati Augustini, esse regulares: qꝛ vt le
git in literis aplicis, & in earū executione postea facta per reueren
dissimū do.nr̄m legatū, excepta & reseruata fuerūt vota pauperta
tis, seu abdicationis bonorū cōtinētie & obediētie, que sunt substā
tialia religiōis. Remāsit igit & remanet idē.d. Patris canonic᷒
1 regularis.† Et sic nō videt potuisse cōtrahere donādo sine licēti
a sui superioris:& si potuisset, nō videbat ipse posse conueniri sine
ipsi᷒ licētia. Primū patet, p eo qꝛ nō habet velle neq nolle.c.no
lo.& c.nō dicatis.xij.q.j.ipse etiā nō habebat ppriū, nec hr̄e pote
rat dictis iuribus. Jpse etiā videt cōparari seruo p id qđ voluit
Jnno.in.c.cū olim.de.ij.de priuile.& Bar.in.l.j.§.si fructuari᷒.ff.
2 de stipula.seruo.† Qui vidētur voluisse qđ iura loquētia in seruis
sibi locū vēdicent in monachis. Facit ad predicta qđ not. Jo.an.
in.c.qꝛ sepe.col.ij.super verbo restituerint in vj. in nouel.& qđ ibi
Gemi.col.iij.& sic nō videt posse donasse illā summā, pro qua cōue
3 nitur:† cum etiam sit questio an monachus possit sine licētia ab
batis facere eleemosynaz fame moriēti, de qua glos.in.d.c.nō di-
catis. Et q̄uis iura & doct.predicti videant loqui in monachis:
idē tñ est in canonicis regularib᷒, & alijs religiosis. Pro quo alle
gasse sufficiat.c.monachi.de sta.mona.c.ex parte.& qđ ibi Pan.
col.j.de postulā. Pro scđo dicto induco qđ not. Jnnoc. Hosti.et
Henri.bohic.in.c.quāto.de offi.ordi.q̄uis legiste videātur varie
loqui in aut.causa que fit cū monacho.C.de episco.& cle. Ex nulli
us tñ opinione, video bene posse defendi cām nr̄az, hoc est ꝙ nul-
lus

lus ibi dicit monachum posse conueniri ciuiliter sine authorita-
te superioris expressa, vel saltem tacita, vtp uta per concessionem
4 administrationis: qꝛ si in ea contrahat, videtur fortasse posse cō-
ueniri ad causam contractus, per id ꝙ not. Inno. ꝛ doc. in. c. edo
ceri. de rescrip. sꝫ in casu nr̄o dictus do. patris non donauit ex cā
administrationis sibi cōcesse vel collate per superiorem, ergo ꝛc.
Preterea cum iste non habeat proprium, nec habere possit, ipse
nihil dare aut soluere potest: ꝛ sic contra eum non posset fieri exe
quutio, non etiam contra ecclesiam, que ex hoc non tenet̄. Non
obstat dicta aut. cā que fit cum monacho: qꝛ illa scd̄m glo. ꝛ doct.
loquit̄ ꝛ procedit in gestis per hunc, qui est nunc monachus, ante
ingressum monasterij. In casu vero de quo loquimur dictus do.
Patris cōtraxit post ingressum religionis, ꝛ in casu in quo non
tenetur ecclesia. Et q̄uis ipse sit obligatus: qꝛ tamē nihil habet,
actio est inanis, vt not. Albe. in dicta authen. causa que. colū. ij.
Preterea vbi cessarent predicta, adhuc superesset dubiū, prout
etiam nouit vestra dn̄atio, scꝫ qꝛ idē Patris non simpliciter noīe
suo constituit illos quadringentos florenos, sed tam suo q̄ cura-
torio nominibus nepotis ꝛ neptis. Et sic videt̄ duntaxat suū p-
sius nomine constituisse tertiam partem illorum quadringento-
rum: ꝛ sic centum ꝛ triginta tres florenos ꝛ quatuor grossos, arg.
l. reos. §. cum tabulis. ff. de stipula. seruo. Propter que breuiter
ac succincte, ꝛ satis insulse dicta, videtur mihi quod bonum esset
componere hanc materiam.

1 ☞ Testator an possit confectionem inuentarij remittere.
2 Testamentum non recitatum an habeatur pro nullo.

¶ Epitome.

¶ Caducum esset testamentum moriente instituto ante testato
rem, nisi posthumi etiam instituti nati essent: quorum tutori con
fectio inuentarij potuit remitti. A. F.

¶ De caducis tolleu. Cons. lxxvj.

SIue dicamus valuisse ꝛ valere testamētum
quod nouissime, Anno vꝫ dn̄i. M.
cccc xcix. ꝛ die. ix. mensis Augusti, fecisse dicitur
prouidus quōdam vir Jacobus filholi, ꝛ in quo
heredes suos vniuersales instituisse dicit̄ Joā-
nem, Andream, ꝛ Matheum filholi eius filios
naturales ꝛ legitimos, ꝛ ventrem Manete eius vxoris, si tunc
pregnans esset, vel postea pregnans foret, ꝛ filium vel filios mas-
culos pareret: ac Margarete, Catherine ꝛ Jannete eius filiabꝰ
naturalibus ꝛ legitimis antea natis, ꝛ vētri dicte Manete eius
vxoris, si filiam aut filias pareret, certas pecuniarum summas le
gauit, ꝛ iure institutionis reliquit, ꝛ illas in summis hm̄oi here-
des particulares instituit. Siue dicamus valuisse ꝛ valere aliud
testamentum ꝙ idem quondam Jacobus fecisse dicitur Anno
domini. M. lxxxij. ꝛ die. x. mensis Maij ꝛ in quo heredem vni-
uersalem instituit Petrū filholi eius filiū naturalē ꝛ legitimum
ac ventrem dicte Manete eius vxoris, que tunc fuisse pregnans
scribitur: necnō etiam posthumam ꝛ posthumos masculū ꝛ mas
culos, quotquot forēt, ꝛ ad lucē peruenirent equis portionibus:
Alaysete vero eius filie naturali ꝛ legitime antea nate, ac vētri
dicte Manete, si eā posthumam seu posthumas vnā vel plures
parere cōtingeret, ꝛ earū cuilibet legauit ꝛ iure institutionis reli-
quit, cum clausula ꝙ nihil aliud petere possent, summam quin-
1 quaginta florenorū monete currentis. † Dico ꝛ respondeo proui
dum virū Franciscum filholi, in testamentis huiusmodi ꝛ eorum
quolibet, liberis impuberibus dicti Jacobi per eundem Jaco-
bum tutorem ordinatū ꝛ relictum non teneri ad confectionē in-
uentarij bonorum, rerum, ꝛ iurium dictorum impuberū: qꝛ vt ap
paret ex tenore huiuscemodi testamentorū, ꝛ eorū cuiuslibet, idē
Franciscus releuatus extitit a dicta confectione: ꝙ facere potu
it idem Jacobus. l. fi. C. arbi. tute. ꝙ etiam voluit Bart. in. l. ne-
mo potest. C. de lega. j. Paul. de cast. consi. cccl. ꝛ Ange. are. in
§. actionum. in materia tute. versic. octauo quid incūbat actori.
institu. de actio. Sed forte oppone t̄ quod neutrum ex testamēto
hm̄oi valuerit. Et quidē non primum: quia in eo fuit heres insti
tutus dictus Petrus filholi, qui postea viuente ꝛ superstite ip-
so Jacobo testatore eius p̄re vita functꝰ est ꝛ ab humanis deces-
sit, ꝛ sic cecidit testamentum hm̄oi quo ad eum in causam cadu-
2 ci. l. j. §. ꝛ cum triplici. ꝛ. §. pro secundo. C. de cadu. tol. † Non etiā
secundum: qꝛ vt audio illud non fuit recitatum. Et ita videt̄ ipse
Jacobus ab humanis intestatus decessisse, ꝛ cōsequenter nō va-
luisse prouisionem factam de tutore seu tutoribus. l. si nemo. C. d
testa. tute. Sed hec non obstant. Quoniam rn̄deo quod licet di-
ctum primum testamentum factum fuerit in causa caduci, qua-
tenus concernebat dictum Petrum: illud tamen defenditur ex
eo: quia nō solum heredem instituit dictum Petrum, sed etiam
ventrem dicte Manete, ac posthumum ꝛ posthumos, masculum
ꝛ masculos: quod fieri potuit, ꝛ per quā institutionem censentur
instituti oēs masculi postea nati ex dicta Maneta eius vxore. l.
placet. ꝛ quod ibi per doc. ff. de libe. ꝛ posthu. Nec obstat si forte
opponatur eundem quondam Jacobum non prouidisse in casu
qui euenit. Instituit enim posthumum ꝛ posthumos masculum
ꝛ masculos, si illos eandem Manetam parere contingeret. Po
sthume vero ꝛ posthumabus, ꝛ earum cuilibet, si illam aut illas
eandem Manetam parere contingeret, legauit ꝛ iure institutio
nis reliquit dictas summas. Et vt collegi ex verbis testatoris,
dicta prouisio fuit alternatiua, ita ꝙ si natus fuisset solꝰ masculꝰ
aut masculi, aut sola posthuma seu posthume, nulla esset dubita
tio: qꝛ in quolibet casuū huiusmodi alternatiue tamē fuerat pro
uisum. Sed in casu de quo queritur, fuerunt postea nati masculi
ꝛ femine, qui supersunt. Et sic non sumus vt videtur in casu pro-
uiso. Sꝫ hec non obstat. Pro quo allegasse sufficiat. l. si ita scrip-
tum. ff. de lib. ꝛ posthu.

1 ☞ Renuntiatio matris an noceat filijs quominus ab intesta
to succedere possint auo, maxime si ante auum moriatur.
2 Juramentum matris an noceat filijs.

¶ Epitome.

¶ Renuntiatio matris non nocet filijs in bonis eorum aui ma-
terni, si ipsa auo premoriatur, nec iuramentum ipsis nocet. A. F.

¶ De bo. matern. Cons. lxxvij.

1 REnuntiatio † seu quittantia, quā
cum iuramēto fecisse
dicitur nobilis ꝛ egregia quondam domicella
domina Anna de drex, filia naturalis ꝛ legitima
magnifici ꝛ potentis quondam viri domini Ber
trandi de drex, comiti de Drex, non videtur no-
cuisse vl' obesse suprius domine Anne liberis, quominus potue
rint ipsi liberi ab intestato succedere dicte domine Bertrando
eorum auo materno, vna cum magnifico dn̄o Joanne de drex
eorum auunculo, ꝛ liberis egregie domicelle domine Joanne de
drex, postq̄ supponitur eandē quondā do. Annā ab humanis de
cessisse superstite ꝛ sibi superuiuente dicto dn̄o Bertrando: pro
quo allegari solet. l. si ex patronis. §. fi. ff. de bo. liber. ꝛ. l. si quis fi
2 lio exheredato. circa principiū. ff. de inius. rup. ꝛ irri. testa. † Pro
quo facit qꝛ iuramentū matris non debuit nocere filijs. l. iij. §. pe-
nul. ff. de iureiur. ꝛ ꝙ not. glo. in. l. pactum ꝙ dotali. C. de colla.
Etiam facit qꝛ renuntiatio facta per dictā do. Annā videtur ha
buisse tacitam conditionē, si successio dicti quondā do. Bertrādi
eidē deferret̄. Et iō si illa tacita ꝯditio nō euenerit, put nō euenit
renuntiatio seu quittantia habetur pro non facta: sicut dicimus
in stipulatione pure facta animo nouandi obligationem condi-
tionalē: qꝛ stipulatio hm̄oi habet tacitam conditionem, scꝫ si eue
niat conditio obligationis nouande, ꝛ ideo si illa ꝯditio deficiat
stipulatio habetur pro non facta. l. quotiens. ad fi. ff. de noua. Et
q̄ renuntiatio seu quittantia facta per matrem non noceat eius
liberis, si illa postea decedat superstite eius patre, ꝛ auo materno
horum liberorū, tenent doc. cōiter scꝫ Bart. in. l. qui superstitis.
versi. quero secundū predicta ꝛc. ff. de acquirenda hereditate: vbi
etiam hoc voluit Joā. de imo. col. ij. ver. an aūt tale pactum filie
habeat nocere. Paul. de cast. col. j. ꝛ Frā. de are. col. vij. ver. tan-
git etiam extra glo. Bar. hoc idem voluit Bal. in. d. l. pactum ꝙ
dotali. q. ij. ꝛ. q. xviij. vbi etiam hoc dictum sequitur Paulus de
cast. Alexan. de imo. ꝛ Philip. corne. Bald. in. l. fi. versi. sed hic
incidenter queritur. C. de pac. ꝛ fuit de mente Pau. de cast. cōsi.
cccxj. exordiente, Viso puncto ꝛ alijs de quibus ꝛc. Alexand. de
imol. consi. lxxvj. exordiente, Visis ꝛ diligenter prospectis. col. an
tepenul. versi. quo ad secundum dubium. in primo volu. ꝛ Geor.
natam. in repeti. c. q̄uis pactum. col. xxviij. in fi. de pac. in. vj.

1 ☞ Primogeniture ratio an habenda, ꝛ de prerogatiua illius,
ꝛ an primogenitus preferendus. nu. seq.
2 Maioribus natu ꝛ magnatibus honorum ꝛ commodorum iu-
ra potiora an debeantur.
3 Arbiter rei sue quatenus quilibet sit.
4 Donatio nondum nato facta an valeat.
5 Donatio facta per patrem filiofamilias an valeat, ꝛ quando.
6 Patria potestas cuius iuris sit.
7 Donatio iurata excedens summam prescriptam an valida sine
insinuatione.
8 Heres, dictio quid importat.
9 Hereditatis quota per contractum donari an possit.
10 Votum captande mortis an considerandum, quando sit a vo-
lente.
11 Hereditas an possit inter liberos donari in contractu.
12 Bartolus est iuris lucerna ꝛ doctor supremus.
13 Comitatus de iure communi est indiuisibilis.

14 Interpretatio plenissima in beneficijs z donationibus an z quā do fienda.
15 Filie appellatione an veniat neptis.

¶ Epitome.

¶ Et qui nasciturus est donationis paterne capax est, presertim si primogenitus sit, z alius ꝑ eo stipulet: q̄uis in patris donātis futur⁹ pterea alias oīa ei acquisiturus: sed ita obtinuit ꝯsuetudo.
A. F. ¶ De dona. an. nupt. Consi. lxxviij.



1 Viso † consultationis themate parte magnifici z potentis viri domini Joannis de drex, comitis de Drex, z consideratis dubijs que ex themate huiusmodi videntur posse elici, premitto quod conuentio seu pactum dudum z tempore contracti matrimonij per verba de futuro per z inter bone memorie magnificum dominum Bertrandum de drex patrem quondam naturalem z legitimum huius domini Joannis moderni comitis, z bone memorie magnificā dominam Ysabellam eius quondam vxorem, seu magnificos dominos eius parentes, z per quod conuenisse ac pepigisse dicuntur, quod primus masculus ex dictis do. Bertrando z Ysabella seu eorum matrimonio procreādus esset comes z heres de Drex: non videtur fuisse sine ratione. Est enim equum ac rationabile z honorificum quod primogenitus sibi vendicet aliquas prerogatiuas. Nam z secundum legem diuinam fuit prerogatiua in primogenitura: vnde Genesis. xxv. c. dicitur de Esau, quod ipse primogenita vendidit fratri suo Jacob: z apostolus ad Hebreos. c. xij. dicit. Ne quis fornicator aut prophanus vt Esau qui propter vnam escam vendidit primitiua sua, z Genesis. xxvij. c. dicitur. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit dominus: det tibi deus de de rore celi, z de pinguedine terre abundantiam frumenti, vini z olei: z seruiant tibi populi, z adorent te tribus: esto dominus fratrum tuorum, z incuruentur ante te filij matris tue, z in eodem. c. circa fi. conqueritur Esau dicens, Juste vocatum est nomen eius Jacob, supplantauit enim me in altera vice: primogenita mea ante tulit, z nunc secundo surripuit benedictionem meam. De quo habetur in. c. periculosum. vij. q. j. in glo. in qua enumerantur alique prerogatiue que erant de lege veteri. Et hanc prerogatiuam confirmat lex canonica in. c. licet. de voto. z lex ciuilis. in. l. imperialem. §. preterea marchia. de prohibita feu. aliena. per Fede. in regno, ducatu, comitatu, z similibus dignitatibus que non diuiduntur. Et nimirum si sint prerogatiue in primogenitura, de qua Beda in sermone de natiuitate domini in vigilia ad fi. z in antiquiore etate: q: sic z alibi debetur honor maioribus natu. l. j. ff. de fi. instrumen. z. l. semper.
2 ff. de iu. immunita. † Ut enim dicit Philosophus in. vij. politico. vires sunt in iunioribus, prudentia vero in senibus: z ideo (vt ipse inibi inquit) natura ostendit quemadmodum inter eos distinguendum sit. Fecit enim eosdem genere alios iuniores, alios seniores: quorum alteri debent parere gubernantibus, alij vero gubernare. Indignatur autem nemo propter etatem maiori cōcedere, hec Philosophus. Similia multa reperiuntur in iure, quod maioribus natu z prioribus potiora iura debeantur honorum z commodorum: que q: non expedit, non prosequor. Ex quibus omnibus concludo non quod de iure communi primogenitus sit preferendus, sed ꝙ honesta sit z rationabilis consuetudo, que est in aliquibus locis ꝙ primogeniti succedant. Est etiam honestus z rationabilis ille mos qui est in multis locis, z prouincijs, z presertim inter magnates, ꝙ primogenitis fiant donationes z prerogatiue in contractibus matrimoniorum. Non fuit ergo sine ratione pactum, de quo supra, z per quod voluerunt dicti do. paciscentes quod primogenitus masculus z habilis ex dictis magnificis d. Bertrādo z Ysabella esset comes z heres d Drex. Presuppono insuper ꝙ ex mente contrahentium sic vsu z consuetudine patrie interpretata verba pacti, de quo supra, z q̄ sunt, que le premier enfant masle, qui descendra des dessusdict habile, sera conte z heritier de Drex: hoc est quod primogenitus masculus, qui habilis descendet ex supradictis, erit comes z heres de Drex, important donationem validam inter viuos z irreuocabilem, cuius tamen effectus confertur post mortem parentis donantis, quod non videtur absurdum: scilicet donationem esse validam z irreuocabilem, z nihilominus eius effectum conferre post mortem donantis. Pro quo allegasse sufficiat quod not. glo. z doc. in. l. fin. C. de pac.

3 † Quibus presuppositis dico z respondeo quod donatio valuit. Tum quia quilibet est moderator z arbiter rei sue. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahend. emptio. z venditio. l. polla. C. de his qui. vt indignis. z. c. de his. ad fin. de sepul. Et adeo est quisq; moderator z arbiter rei sue vt etiam possit ea abuti. l. sed z si lege. §. consuluit. ff. de peti. hered. quod etiā voluit Ja. rebuf. in. l. j. C. de fun. patrimonia. lib. xj. Et maxime est quis moderator z arbiter rei sue in donando: quia licet in promissionibus regulariter requiratur causa, alias ageti obstat exceptio doli. l. pure. §. circa. ff. d do. excep. tamen in donatione est pro ratione voluntas. l. j. ff. de do-
4 nat. † Forte vero opponetur quod ideo non valuerit pactum, de quo supra, seu donatio facta primo genito masculo z habili: quia facta fuit nondum nato, cui non videtur potuisse donari. argu. c. abbate sane. de re iudi. in. vj. Sed istud non obstat. Quoniam respondeo ꝙ licet sic sibi donari nō potuerit, vt statim eidē nondum nato acquireretur dominium vel actio: potuit tamen interuenientibus z stipulantibus vel acceptantibus futuris parētibus, vt puta dicta do. Ysabella futura matre, vel patre eiusdē domi. Ysaballe futuro auo materno, aut notario publico, sic donari dicto primogenito, vt post natiuitatem sibi acquireretur. l. diui. §. pactis. C. de naturali. libe. l. si inter virum. ff. de pact. dota. l. si quis operas. ff. de ope. liber. l. paulus. §. paulus respondit. ff. de bon. libe. z quod voluit Joan. de imol. in. l. quod dicitur. la. ij. col. ix. ver. sic. tertio addit hic Angel. dicto Barto. zc. vbi etiam Alexā. col. xij. versi. item addit hic Ange. ff. de verborum obligatio. iunctis his que de stipulatione notarij habentur in. l. nō aliter. ff. de adop.

5 † Forte autem etiā opponetur, ꝙ donatio huiusmodi non valuerit, pro eo: quia illa facta est per patrem filio, qui cum in esse produceretur z nasceretur futurus erat in patria potestate eiusdem magnifici do. Bertrandi, et in qua etiam fuit. l. secunda. C. de inoffi. dona. z. l. donationes. C. de dona. inter vi. z vxo. Cum enim donatio huiusmodi, seu id qd donabatur proficisceretur a patre, non videt potuisse acquiri ipsi magnifico domi. Joanni postea primo nato: quinimo idē domi. Bertrand⁹ dādo vna manu alia manu recuperasset. l. fi. C. de colla. l. placet. ff. de acqui. heredit. z toto tit. C. de bo. que lib. Et sic non videtur donatio huiusmodi esse possibilis. Preterea pater z filius censentur vna z eadem persona. l. fina. C. de impube. z alijs substitut. z tamen differentiam esse oportet inter dantem z recipientem. c. si. de institu. Insuper speciale est in dote, z donatione propter nuptias, z in quibusdam alijs, vt valeant si donentur per patrem filio ipsius potestate existenti donatione inter viuos. l. pomponius philadelphus. ff. famil. ercis. l. dedit dotem. ff. de collatio. do. l. j. lege cum oportet. §. si vero. z. l. finali. §. finautem a patre. C. de bo. que lib. Ergo in contrarium est ius commune. Sed hec non obstant. Tum quia in pacto seu donatione huiusmodi interuenit iuramentum, per qd fuit donatio cōfirmata ꝑ id quod eleganter voluit Bal. in. l. fi. C. de vsura. pro dona. Et idē videtur sensisse in. l. si donatione. C. de colla. z apertius consi. ccclxv. exordiente, Premittendum est ad euidentiam qd donatio facta filio in potestate zc. Alex. de imol. in. d. l. si donatione. col. v. ver. vtrū autē donatio zc. z in multis eius cōsilijs, scz cōsi. viij. z cōsi. clxvij. exordiente, Uiso instrumento donationis facte per nobilē zc. col. vj. in secundo volu. z cōsi. xx. exordiente, Pōderatis his q̄ in themate zc. col. j. in tertio volu. z Fran. de are. cōsil. lxxvij. exordiēte, Et ratio recte scribendi in cōsilijs. col. iiij. ver. circa tertiū nō me extendo zc. vbi ponit bona motiua, que non trāscribo breuitatis causa. Hanc opinionē etiam sequutus est Guil. de Mōtelaudu. in clemen. Romani. de iureiu. z Bartho. vul. z Catho. in. l. si qs pro eo. ff. de fideiu. Que si procedant put ꝓcedūt in donatiōe simplici, multo forti⁹ videt ꝓcedere in hac donatione: q̄ nō videtur fuisse donatio simplex, sed ob causam, z cōtemplationē matrimonij, quod forsasse alias contractum nō extitisset. arg. d. l. pomponius philadelphus. Multa em̄ debēt matrimonio, z illi multū fauet. l. j. ff. solu. matri. Cū etiā nō obst. predicta obiectio: q: z vt audio in partib⁹ illis, z fere vbiq; citra mōtes, saltē inter magnates, cōsueuerūt fieri conuentiones, pacta, z donationes huiusmodi, z tanq̄ efficaces z valide effectum sortiri cōtemplatione matrimoniorum super feudis. Pro qua cōsuetudine videt posse induci. c. cū dilecti. de arbi. c. cū dilect⁹. de fi. instru. z. l. j. C. de emā.
6 lib. † Preterea nemini dubiū est qn hoc possit lege ciuili statui: quia patria potestas, que pretenditur esse impedimento validate donationis, est de iure positiuo z ciuili, ergo z de consuetudine, q̄ est hui⁹ virtutis vt etiā legem conditam abroget. l. de quib⁹. cū suis simili. ff. de legi. Tum etiam non obstat dicta pretensa obiectio: quia dictus quondam dominus Bertrandus vita fructus est donatione huiusmodi non reuocata, que propterea videretur si alia non sufficerent confirmata. dicta. l. donationes. C. de dona.
7 inter virum z vxorem. † Etiam nec obstat si fortasse opponat, qd donato huiusmodi non valuerit, saltem quatenus excedebat valorem quingentorum aureorū, cum fortasse illa insinuata nō fuerit. l. penultima. C. de dona. Sed hoc etiam non obstat, cum in ea interuenerit iuramentū, Pro quo allegasse sufficiat quod voluit

Joannes

Joann. and. in addi. Specula. titu. de instrumen. edi. §. porro. ad fin. Joann. de imol. in repeti. c. cum contingat. de iureiurando. & Alexan. de imol. in. l. nemo. colum. v. vbi multos refert. ff. de lega. j. & consilio quarto. col. xij. vbi et multos refert, in primo vol. Fran. de are. consilio scdo. consi. xlvij. & consil. lxxvij. & aliis locis: quorum motiua & rones non transcribo, cum possint ibi videri.

Postremo nec etiam obstat, si forte opponatur quod dictum pactum non valuerit, pro eo quia videtur fuisse pactum future successionis, cum in eo dicatur, sera côte & heritier &c. hoc est, erit comes & heres &c. Et sic vr non valuisse. l. pactum quod dotali. C. de pact. l. cum donationis. C. de donationibus. l. stipulatio hoc mô côcepta. ff. de verbo. ob. l. hereditas. C. de pac. conuen. & l. ex eo. cum suis simili. C. de inutili. stipula. Quoniam respondeo quod vt predixi & vt existimo illa verba, sera conte &c. hoc est, erit comes, ex mente contrahentium sic vsu & consuetudine patrie interpretata important donationem validam inter viuos, & irreuocabilem: cuius tamen effectus con-
8 ferebatur post mortem magnifici domi. donantis. † Cui non obstat quod subiunctum fuit, & heritier. hoc est, & heres. Quoniam respondeo quod illud verbum & heritier, potest sumi pro domino: vt sit sensus, sit comes & dominus de Drex, quia idem videtur dicere sit heres, & sic dominus, per id quod habetur in. l. his verbis. ff. de heredibus insti. iunctis no. p Bald. in. l. fi. in fin. C. de sacro. san. eccle. Preterea conuentio huiusmodi non est facta de hereditate, quinimo nec de quota hereditatis dicti quondam do. Bertrandi: sed de comitatu de Drex: & sic de certis bonis, vt satis colligitur ex dictis verbis, sera côte & heritier de Drex: hoc est, erit comes & heres de Drex. Et ita non videtur posse dici quod istud
9 fuerit pactum future successionis. † Preterea quamuis hereditas donari non possit, vel alias concedi per contractum, videtur tamen quod quota illius donari possit, vt voluit Petrus, quem refert & sequitur Cy. in. l. fina. C. de pac. vbi etiam idem voluit Albe. col. ij. versi. & ex predictis dixit solutam questionem, & Bal. colu. penul. vel fi. ver. sed quid si quis donat dimidiam partem hereditatis. Cuius dicti illa assignatur ratio: quia superest de quo donator testari possit: & sic non aufert liberam testamenti factionem.
10 † Nec videtur considerandum votum captande mortis, postquam fit a volente. l. fin. C. de pac. quod etiam voluit Barto. in dicta. l. stipulatio hoc modo concepta. colum. ij. versi. item quia a volente fit. & Ange. consi. clxxix. colum. vij. Fateor quod Pet. de anchar. & Jo. de imol. aliter sentiunt, extra de testa. super rubrica, & Alex. in dicta. l. fin. C. de pact. Sed pro defensione pacti, de quo supra, videtur facere quod post Jaco. de are. & Pet. voluit Bart. in. l. quesitum. §. si seruus. ff. de lega. j. vbi voluit, quod donatio hereditatis valeat, pro eo, quia qui sic donat, censetur donare bona que erant futura hereditas, & licet videatur errare in nomine appellatiuo ponent verbum hereditatis, pro verbo bonorum: quia tamen hec nomina non sunt multum difformia, sed multum conformia non no-
11 cet iste error. † Preterea quamuis regulariter hereditas non possit donari, vel alias relinqui in contractu: hoc tamen videtur in liberis, quibus paterna hereditas videtur posse relinqui, per id quod voluit Barto. in. l. tale pactum. §. fin. ff. de pac. vbi dicit quod quando aliquid viuens in actibus inter viuos aliquem suum heredem appellat, videtur in eum suum supremum iudicium conferre, dicto. §. fina. ibi, in fratrem suum supremum iudicium contulisse videtur: quod sub aduerbio forte, dicit procedere, si hereditatem ad pias causas relinqueret. c. si. de succes. ab intest. Idem si esset miles. arg. l. licet. C. de pac. vel si esset inter liberos. arg. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. & auth. ibi posita. C. de testa. & in aut. si quis. C. de natura. libe. Et quod hoc fieri possit inter liberos etiam voluit Alexan. de imol. in dicta. l. licet. col. ij. versi. item per illum tex. &c. Et hoc dictum reputat Roma. mirabile & singulare in auth. similiter. col. vj. C. ad leg. fal. & dicit quod nunquam inuenit contradictorem: & propter hoc istud seruatur in practica.
12 † Bar. enim fuit supremus iuris doctor, & lucerna iuris, vt refert And. barba. in repeti. c. raynaldus. fol. liij. col. j. de testa. Et quamuis Roma. vbi supra subdat, quod de iure non putat istud dictum esse verum in pia causa: nihil tamen videtur dicere quando fit inter liberos. Preterea idem Roma. in dicta auc. similiter. colu. xvj. fatetur opinionem Bar. esse veram inter liberos. per. l. fin. C. famil. ercis. Pro quo etiam allegat dictam. l. licet. vbi per pactum, & sic per modum conuentionis & contractus datur hereditas, licet regula sit in contrarium. Hoc etiam dictum sequutus est Jas. may. in dicta. l. tale pactum. §. fin. vbi plene, & idem voluit Alex. de imol. in dicta. l. pactum quod dotali. col. fi. ver. sed quid si pater post pactum nullum fecit testamentum, & respondet ad dictam. l. pactum quod dotali. quod licet tale pactum non valeat inter liberos, quo ad hoc vt auferat patri liberam testandi facultatem, & tamen alio testamento postea non condito debet valere in vim vltimi iudicij, dicta. l. final. C. famil. erciscun. & sic est etiam in milite. dicta. l. licet. Non ergo videtur pactum, de quo supra, posse impugnari, etiam si pretendi posset illud fuisse pactum future successionis: prout tamen non fuit. In vim igitur dicti pacti seu donationis predicte videtur dicto magnifico do. Joanni statim post natiuitatem eius competijsse in dicto comitatu, vel ad illum.

Preterea tempore matrimonij per ipsum magnificum do. Joannem contracti, & contemplatione illius, prefatus do. Bertrandus eidem donauit castrum de Drex, & dimidiam partem omnium bonorum mobilium & immobilium, presentium tunc & futurorum cum retentione vsusfructus, per quod videtur & dominium & possessionem ciuilem in eum transtulisse. l. qsqs. & l. si qs argentum. §. sed si quidem. C. de dona. Et quamuis in donatione huiusmodi non fuerit facta expressa mentio de comitatu: videtur tamen quod donando castrum de Drex, quod esse dicitur caput comitatus, censeatur donasse ipsum comitatum, per id quod voluit Bald. in. l. j. §. cum vrbem. ver. sed quid in donatione. ff. de offi. prefec. vrbis. alias enim videretur voluisse separare caput a membris, & econtra, & diuidere rem sui natura indiuisibilem:
13 † quia comitatus est de iure côi indiuisibilis. d. l. imperialem. §.
14 preterea marchia. de prohibi. feu. alie. per Fede. † Addo quod in beneficijs & donationibus fit interpretatio plenissima, quatenus concernunt ius vel preiudicium beneficium consequentis aut donantis. l. beneficium. & quod ibi doc. de constitu. & c. cum dilecti. & quod ibi doc. de dona. Uerum quia Bald. & alij videntur aliter sentire in. c. j. de capita. qui curi. vendi. non audeo hoc fixe affirmare. Illud autem certum est quod donatio predicta, quamuis facta extiterit filiofamilias, & de bonis excedentibus summam quingentorum aureorum, valeat & valuerit. Pro quo allegasse sufficiat ea que superius allegata extiterunt super primo articulo.

Ceterum quia quesitum est an in vim reseruationis, quam fecisse dicitur nobilis & egregia iuuencula dña Anna de drex, filia naturalis & legitima dicti quondam do. Bertrandi, tpe per eam facte renuntiationis seu quittantie, poterunt liberi eiusdem do. Anne aliquid petere in dicto comitatu, si contingat eundem magnificum do. Joannem ab humanis sine filijs masculis decedere. Respondeo, sub correctione cuiuslibet dñi melius sentientis, quod non. Tum quia conditio de qua in dicta reseruatione non euenit, nec euenire potest, postquam, vt supponitur in themate côsultationis, prefata domina Anna & dña Joanna de drex ab humanis decesserunt, nec superest alia filia eiusdem quondam d. Bertrandi, cui deferri possit eius successio, non
15 quod supersint neptes vel nepotes. Quoniam respondeo quod, † quia in dicta reseruatione factus est sermo de filiabus, non etiam de nepotibus: illud verbum filia, videtur interpretandum contra eum, pro quo prolatum est, secundum materiam. l. veteribus. ff. de pac. l. stipulatio ista habere licere. §. in stipulationibus. ff. de verborum obligatio. & regula Côtra eum. de regu. iur. in. vj. & quod not. Bart. in. l. liberorum. colum. vj. versi. quero quid si appella. ff. de verborum significatio. Petrus de anchara. in clemen. j. colum. iiij. vers. quarto quero quid si appellatio filij profertur a côtrahentibus. & baptis. Bal. in repeti. l. in suis. colum. vlti. ff. de liberis & posthumis. & Alexan. de imol. in consilio. j. colum. xiv. in primo volumine, & alij in alijs locis. Tum & quia successio dicti quondam domi. Bertrandi quo ad dictum comitatum non deuenit ad filias, sed ad masculum, scilicet ad dictum dominum Joannem donatarium. Et sic etiam si comitatus huiusmodi perueniret vel ad neptem vel ad pronepotes aut proneptes dicti quondam domini Bertrandi ex eodem domino Joanne, non diceretur successio ipsius domini Bertrandi ad eos peruenire: quia mutatione persone desijt esse successio ipsius domini Bertrandi, & diceretur esse successio dicti magnifici domini Joannis. l. sed & si plures. §. filio. ff. de vulga. & pupilla. & quod post Oldra. voluit Alber. in. l. si quando. §. illud. C. de inoffi. testa. Angelus consilio. lj. exordien. Dominus Guilielmus. & Romanus consilio. clxviij. Tum & quia, vt puto, tempore facte reseruationis hmôi & consensus adhibiti per ipsum dominum Joannem, idem dominus Joannes ignorabat donationem factam primogenito masculo & habili, tempore contracti matrimonij inter dictum dominum Bertrandum & domi. Ysabellam. Et sic obstante ignorantia huiusmodi non censetur consensisse illi reseruationi, quatenus foret sibi aut suis preiudicatura. l. nec ignorâs. C. de dona. & l. mater. cum suis simili. ff. de inoffi. test. & quod voluit Bar. in. l. aurelio. §. caius. col. pen. ff. de libera lega. Tum & quia tempore adhibiti consensus idem dominus Joannes erat minor non solum. xxv. annis: sed et (vt dicitur) quindecim annis. Propter quod non videtur côsensus huiusmodi siue ratificatio sibi nocuisse, etiam si simpliciter iurasset non contrauenire: quia tale iuramentum solum representauit eum maiorem, per

id quod not. glossa & doctores in.l.ij.C.de rescind.vendi.glossa & doctores in.c. penultimo, de emptione & venditione. Perinde igitur est ac si tunc fuisset maior.xxv.annis,& sine iuramento consensum adhibuisset,aut approbasset capitula facta super dicta reseruatione: quo casu si ignorabat iura sua non sibi preiudicasset.

1 ☞ Actio personalis dari non potest socio contra tertium ex his que cum illo tertio alius socius egit.

¶ Pro socio. Consi. lxxix.



Scripseram alias, & iterum scribo, quod quidã pretensus libellus parte nobilis & honorabilis viri Joãnis de saliente,contra & aduersus honorabiles viros Ludouicum martini & Antonium cabrolis in hac causa oblatus, non videbatur mihi de iure procedere, causis & rationibus per me tunc allegatis, quas non refrico. Et quibus,signanter vero & maxime illi, in qua dixeram quod actio personalis, quam idem ipse nobilis de Saliente videtur intentasse,contra eos dirigi non poterat:non fuit sufficienter responsum per egregium virum dominum aduocatum nobilis de Saliente, nec iura per eum allegata probant id ad quod inducta extiterunt. Et quidem non,l.si quis putans.§.fina.ff. cõi diui.quia illa non loquitur de danda actione socio contra tertium, ex eo vel propter id quod per socium cum illo gestum extitit: sed loquitur de danda actione socio contra socium,& ita intelligunt eam doct. scz quod pro & in eo in quo alter ex sociis pro interesse in casu de quo ibi condemnatus extitit cõtribuat socius, qui ex hoc cõmodum reportauit,vt dicitur in fi.dicti.§. similiter. l. qui aliena.§.fi.ff.de nego.gest.etiã non loquitur de actione danda socio aduersus tertium ex his,que cum illo tertio alius socius egit, sed loquitur de actione dãda socio contra socium. Et eodem mõ videtur posse responderi ad.l.fi.§.quatuor.ff.de leg.ij. Et sic illa iura,pace salua dicti domi.aduocati,nõ faciunt ad casum:in quo ipse contendit quod ex pretensa recognitione facta,vt dicit, nobili Joanne de cadri cõdomine Pontisdraconis pretense societatis dicti de Saliente, eidem de Saliente fuerit quesita actio personalis, per quam experiri possit contra dictos Martini & Cabrolis. Sed nec pro dicto nobili de Saliente facit glo. in.l.nemo ex sociis.ff.pro so.ex aduerso allegata:quia illa quatenus dicit sociũ habere tacitum mandatum a socio, intelligenda est fm Bartolum,Bald.& alios,quo ad res seu merces quas socij venales habent. Et sic videtur in societate conuentionali:cuiusmodi nõ puto esse,nec etiam esse proponitur illa pretensa societas, de qua in dicto asserto libello,& schedula dicti do.aduocati.

¶ Ceterum quia pro defensione dicti asserti libelli vel addendo vel declarando,seu vt verius loquar corrigendo, nititur idem de Saliente,aut prefatus do.aduocatus alternatiue petere dictos Martinum & Cabrolis cogi ad suscipiendum inuestituram, soluendum laudimia, & recognoscendum vineam & terram,de quibus in libello,aut illas tanquam commissas ex istorum seu aliquibus eorundem omissione,dico quod dictus pretensus libellus etiam completus aut correctus non est responsalis, nec de iure admittendus. Et quidem non quo ad primam partem alternatiue, causis & rationibus alias & supra dictis: cũ illa de quibus in ea peti non possint nisi actione personali, que contra istos dirigi non potest. Non et quo ad secundam:quia cũ ad commissum agatur,vel condictione ex lege zenoniana,& sic actione psonali,vel actione rei vẽdicationis, iuxta ea que ponit Bar.in.l.legata inutiliter. ff. de adimen.leg. Oldra.cõs.mihi.ccxxi.exordiẽte. Quo attento processu cause vertentis &c. dictus libellus cõtra prefatos reos nõ concludit. Et quidem non in personali,causis iam deductis. Non et in rei vendicatione:quia illa pretensa datio in emphyteusim,de qua in secundo articulo dicti asserti libelli, & que pro fundamento intentionis dicti nobilis de Saliente asseritur,nihil infert cõtra hos tertios possessores. Pro quo allegasse sufficiat not. per Bar.in.d.l.legata inutiliter. Non obstantibus igitur ex aduerso allegatis,que non obstant,petunt prefati rei dictum assertum libellum reijci & repelli,ac reijciendum fore ordinari,& partem cõdemnari in expensis. Et alias in & super &c.

1 ☞ Schedula post litem contestatam an possit corrigi,& ei addi.
2 Intentio alicuius dñi an sit fundata de iure communi.
3 Instrumento in nullo impugnato an standum.
4 Obtinere in possessorio retinende quis debeat.
5 Possessio generalis iurisdictionis quesita in vniuersitatem, an quesita in singulares personas.
6 Appellatio cause dormientis vltra secundũ fatale an deserta.

¶ Epitome.

¶ Quamuis aliqui priuati viri citati in alieno foro cõparuerint non tñ quesita est citãtiũ foro iurisdictionis possessio vel quasi. A. F.

¶ De acqui.pos. Consi.lxxx.



Puto si non despicio ex minus opportuna & debita aduertentia eorũ,que gesta sunt in prima instantia cause cepte, aut quã mouere conatus est in loco Manne procurator vniuersitatis dicti loci,contra & aduersus Guilielmum malruffi loci sancti Michaelis, nec non tam ordinationis late per baiulũ dicti loci. quam etiã ordinationis postea super reuocatione illius promulgate per magnificum dominum iudicem primarum,egregius vir dñs pcurator seu actor vniuersitatis de Manna libellum seu petitionem,aut aliam nescio quã schedulã (cũ conclusione careat) corã dicto do.iudice obtulerit,et super qua de facto procedi obtinuit:super qua tamen procedi non potuit coram ipso domi.iudice:quia ea de quibus ibi dici non possunt causa principalis,quam intentare conatus est prefatus procurator coram dicto baiulo,& que propter grauamina per ipsum baiulum illata prefato Guillielmo malruffi deuoluta est ad dictum do. iudicem primarum,& per eum retenta,prout alias scripsi in schedula exordiente, Causa propter quam dominus baiulus &c. inserta fo.cvj.que si placet videbitur,& cuius tenorem quo ad hoc nõ refrico etiam nec repeto:quia nec oportet impugnationem dicti pretensi libelli,seu petitionis tã ex defectu conclusiõis, quam etiam ob minus opportunã narrationẽ eorũ que narrari oportuit fm quã intẽtasse pretẽdit do. pcurator dicte vniuersitatis de Mãna. Et quibus pro reiectione impugnationis,que parte dictorum de sancto Michaele facta fuerat in predicta schedula, cã propter quam &c.§.fi.contra & aduersus dictũ pretẽsum libellũ,petitionem,seu schedulam exordientem, Coram vobis &c.productam corã dicto do.primarum & pretensas attestationes testium parte dictorum Manna super schedula hmõi productorum,procurator dicte vniuersitatis de Manna aliam schedulam articulatã,& magis appẽsate editã exordiẽtẽ, Actor vniuersitatis &c. in dicta cã pduxerit insertã fo.iiij.& in qua visus est dictã primam schedulam emendare & corrigere,seu si ita placet,illam supplere,& sibi addere: hoc

1 tñ non nocuit dicte vniuersitati sancti Michaelis. † Pro eo quia vel post litem contestatam,vel post processum habitũ super dicta prima schedula non licuit dicte vniuersitati de Manna libellum petitionem seu schedulam hmõi emendare aut corrigere, seu illi addere:& signanter in eo in quo vel illam corrigere vel ei addere conata est dicta vniuersitas:et non solum non coram magnifico do.iudice secundarũ,sed nec coram prefato do.iudice primarum. Pro quo allegasse sufficiat not.per scribẽtes in.l.j.§. i.ff. de edẽ. in.l.edita actio.C.eo.tit.c. significãtibus. cum suis similib. de libel.obla.iunctis his,que not.doc.in.l.nulla dubitatio. C.de procura.& in multis remissionibus ibi positis per Alex.in.de imol.& moder.quas breuitatis causa non repeto.

2 Preterea supposito citra preiudiciũ veritatis,quod dicti de Mãna potuerint corã dicto do. primarũ & consequenter corã pfato magnifico do.secũdarũ,intẽtare & psequi possessoriũ retinẽde,parte eorũ intẽtatum: adhuc deberẽt ipsi,& debẽt succumbere,& ipsi de sancto Michaele obtinere. Pro cuius dicti faciliore declaratiõe pmitto quod licet vniuersitas de Manna pretendatur esse dña territorij seu loci castrinoui:nõ propterea fundat eius intẽtionẽ de iure cõi.vt videlicet rõne iurisdictionis hmõi possit vniuersitas vel hoies loci sancti Michaelis delinquẽtes aut quasi in territorio castrinoui,aut inibi cõtrahentes seu quasi,& deinde deprehẽsi in loco de Mãna vel eius territorio,possint inibi rõne delicti seu quasi aut contractus seu quasi hmõi conueniri aut compelli. Post quam supponimus istos esse alterius iurisdictiõis,scz loci sancti Michaelis,ac deliquisse seu quasi, vel contraxisse seu quasi non in loco de Manna,aut eius territorio,sed in loco seu territorio castrinoui,quod dicitur esse separatum & distinctum a loco & territorio Manne. Quinimo videtur habere ipsa vniuersitas de Manna ius resistens. Pro quo allegasse sufficiat.c.si.& quod ibi per oẽs.de fo.compe.c. romana.§.cõtrahentes.& quod ibi per doc.eo.ti.in.vj.& aut.qua in prouincia.cũ multis simili.C.vbi de crimi.agi opor.& nõ solum non fundat dictã eius pretẽsam possessionem de iure cõi:sed nec probat, quinimo nec deducit aliquem pretẽsum titulũ possessionẽ hmõi colorãtem, vt videri põt ex discursu cause huius. Premitto insuper quod dicti de sancto Michaele articularũt & deduxerũt possessionem cõtrariã, & hoc in titulis exordiẽtibus, Egregius vir dñs Joães raynaudi &c.insertis fo.xxix.& vt spero illã pbarũt per testes parte eorũ i hac cã pductos:quorũ tñ attestatiões nõ vidi. Deduxerũt etiã cõpromissum ac sniam pro eis latã per partes hincinde ratificatã, & sic titulũ iustificantẽ dictam eorũ possessionẽ: de quo etiã fidẽ fe

3 cerunt per publicum instrumentum in dicta causa pductum:† cui

cum

cum in nullo impugnatum extiterit standum est. c. cum ioannes eremita. de fi. instru. c. ad audientiam. de prescrip. & l. cum precibus. & ꝙ ibi glo. & doc. C. de proba. Et hoc fieri potuit, etiam si hincinde dici posset solū possessoriū retinende intentatū: qnimo consulte egit qui sic fecit,
4 † q: ceteris paribꝰ dʒ obtinere inpossessorio, retinende, vt pote potiora iura habens. l. fina. C. ꝺ edic. diui adri. tol. & c. licet causam. & quod ibi docto. de proba. & quod not. doct. in. l. vnica. C. vti pos. & Ang. are. in. §. quadrupli. in materia interdic. vti possi. versi. si vterqꝫ probet possessionem & equalitatē &c. institu. de actio. Quinimo & si aduersarius non probans de titulo probaret de antiquiore possessione: ille tñ qui probat tituluʒ & possessionem, ꝗuis iuniorem seu recentioreʒ, vincere debet, nisi aduersarius articulet quod clam possederit respectu sue possessionis, per hoc quod not. voluit Barto. & post eum Paul. de castr. Joan. de imol. Alexan. de imol. & moder. in. l. si de eo. §. fin. ff. de acquiren. posses. Alexā. de imol. consil. cx. exordiente, Visis acutissimis dubitationibus &c. colum. iiij. versi. porro vbi quis vult in possessorio retinende obtinere &c. in primo volumi. cōsi. cxviij. exordiente, In causa & lite vertente inter Antonium &c. col. ij. versi. non obstat dictum. c. licet causam. in secundo volu. Alexan. de imol. consi. xliij. exordiente, Visa facti nouatione. col. iij. vers. & presumitur in dubio &c. ibi, dummodo probans de antiquiore possessione &c. in tertio volumine, & Bartho. sozi. in repeti. l. rem que nobis. q. vij. ff. de acquiren. posses. Cum igitur vt predixi dicti de sancto Michaele allegauerint & probauerint titulum, & vt puto possessionem, nec fuerit ex aduerso obiectū, prout nec obijci potuit, quod possessio esset clandestina respectu sue pretēse possessionis, ipsi debent obtinere, per predicta. Preterea ex eo ꝙ pretenditur aliquos particulares dicti loci sancti Michaelis fuisse aliquando citatos, & comparuisse coram baiulo Castrinoui, & in loco de Manna &: non tamen ex hoc quesita est, nec queri potuit
5 vniuersitati de Manna contra alios homines. † Pro quo allegasse sufficiat elegantem doctrinam, quāuis fortasse vulgatam, quam ponit Inn. in. c. dilectus. super verbo possessorium. versic. sed hec generalis iurisdictio. de capel. mona. quam ibi refert & sequitur Hostien. super verbo possessorium. ver. quantumcunqꝫ ēt intentat iurisdictione vniuersaliter vti, non tamen extendit ad alias personas. Et idē voluit ibi Joannes an. super eodem verbo. versi. quantumcunqꝫ etiā intendat &c. in nouel. Dicunt etiaʒ Innocen. Hostien. & Joann. and. vbi supra, quod per hoc quod possessio generalis iurisdictionis in aliquam vniuersitatem quesita est, non est quesita in singulares personas: quia aliud est ius vniuersitatis, aliud singulorū. §. qui manumittitur. xij. questi. ij.

Porro hic aduertendum est quod vbi premissa cessarent, que non cessant, appellatio parte dictorum de Manna interiecta fuit & est deserta per lapsum primi & secundi fatalium culpa & defectu seu negligentia dictorum de Manna. Et quicquid sit de pretensa diligentia in primo fatali, illud saltem certum est quod ipsi fuerunt negligentes in vltima parte secundi fatalis. Lata enim fuit vltima sententia Anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimoseptimo, & die. xvij. mensis Martij: & eadem die appellatum. Sic ergo preterijt secundum fatale Anno presentialiter elabente millesimo. cccc xcix. & die. xvj. aut saltem. xvij. Martij. Et si attendant acta, fo. xxxviij. causa hec dormiuit ab anno. lxxxviij. & die. xxiij. mēsis
6 Junij, vsqꝫ ad annum. xcix. & diem. xxix. mensis Februarij. † Et vt apparet in subsequentibus dicta causa dormiuit a dicta die. xxix. mensis Februarij vsqꝫ ad quartam diem mensis Aprilis: & sic vsqꝫ ad finem secundi fatalis, & vltra. Est ergo appellatio deserta, per id quod not. Bal. in auth. ei qui. circa finem. C. de tēp. appellatio. Antonius de butri. & Joannes de imo. in. c. ex ratione. de appellatio. vbi etiam Panormita. colum. v. ver. ad quintam questionem. nunquid quodlibet impedimentum. Philip. de fran. col. xliij. versi. aliquando & tertio appellans fuit impeditus &c. & dominus Cardina. Alexan. col. xij. versi. quandoqꝫ & tertio casu. qui omnes volunt, quod licet appellans impeditus extiterit in prima parte anni: si tamen postea fuerit negligens per tempus infra quod si diligens extitisset potuisset finire appellationem, vltima negligentia sibi obest, sicut & vltima mora nocet moroso. l. illud. ff. de periculo & commo. rei vendit. l. mora. in principio. in verbo, si interpellatus. cum suis simili. ff. de vsur. Et ꝗuis doctores prefati loquantur vbi supra de impedito, & postea moroso, seu negligenti in vltima parte primi fatalis: idem tamen & maiore ratione esse debet in impedito, & postea moroso in secunda seu vltima parte secundi fatalis: quia vel magis vel saltē non minus imputandum est ei, qui iam habuit annum, & deprehenditur morosus seu negligens in vltima parte secundi fatalis, ꝙ ei qui est morosus in prima parte primi fatalis. Que omnia dixerim. &c.

1 ☞ Triens est legitima etiam vnice filie, quam pater in ea etiā ad pias causas non potest grauare.
2 Legitima liberorum qualiter soluenda, an in corporibus hereditarijs, vel in pecunia.

¶ Epitome.

¶ Cum filius vnicus superest tanto hercle melius vel ex causa pia in legitima grauari non potest: quam de bonis ipsis accipere in eius electione est. V. F.

¶ De su. & legi. libe. Consi. lxxxi.



1 Cum † prouido quondā viro Joanni peyronelli superfuerit vnica filia naturalis & legitima Ludouica nomine, vxor & persona coniuncta honorabilis viri Claudij oliuerij, illa habere debuit pro eius legitima tertiam partem bonoꝝ & iurium dicti quondam Peyronelli eius patris. auth. de trien. & semis. §. j. colla. iij. & transumptiue in aut. nouissima. C. de inoffi. testa. Et in qua tertia parte non potuit idē quondam Joannes peyronelli dictam Ludouicam eius filiam grauare. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. & l. scimus. in principio. C. de inoffi. testa. & non solum non potuit idem quondam Peyronelli ipsam Ludouicam eius filiam in dicta eius legitima seu tertia bonorum parte pro eadem debita grauare legādo, donādo, aut alias disponendo in causis prophanis: quinimo nec legando, donādo, vel alias disponendo in causis pijs, vel pro eiꝰ anima. c. si. xvij. q. iiij. & quod voluit glo. in. l. si quis ad declinandam. C. de episco. & cleri. & in. l. papinianus. §. j. ff. de inoffi. testa. Alexan. de Jmol. consi. xviij. exordiente, Non minuitur legitima
2 per legata ad pias causas &c. in quarto volu. † Et debuit ac etiam debet ipsa Ludouica de iure communi habere dictam eius legitimam, seu tertiam, dictorum bonorum partem in bonis, hoc est in substantia bonorum dicti quondam Peyronelli eius patris, & non est cogenda illam seu valorem illius recipere in pecunia, dicta. l. scimus. §. repletionem. quod etiam post Guil. in dicta. l. scimus. voluit Bar. in. l. suus quoqꝫ. in fine principij. ff. de heredi. institu. Idem voluit ibi Joann. de Jmol. in colum. vij. Alexand. de Jmol. in. in. l. amplius. §. final. ff. de lega. j. & doctore. communiter in dicta. l. scimus. §. repletionem. Non igitur debuit nec de iure potuit prefatus quondā Peyronelli propter fundationeʒ & dotationem cuiusdam capellanie per eum factas diminuere legitimam ipsius Ludouice, nec facere quominus illam habeat & recipiat in eius bonis. Et ita mihi videtur &c.

1 ☞ Causa finalis dispositionis an ostendatur ex verbis in prefatione positis.
2 Relictum pauperi an sit pium & in piam causam: & quid si diuiti relinquatur, etiam si dicatur relinquo ad piam causam, & quid in alimentis & dote. 6. 7.
3 Falcidia e legatis pijs qñ detrahat, & qd ꝺ dote pauperi relicta. 8.
Pietas ficta non est pietas.
4 Relinquere pro anima quid sit.
Eleemosyna diuitibus an danda.
5 Veritas attendenda, non fictio.
Diuitie paupertat: repugnant.
7 Dos & alimenta an equiparentur, vt si pauperi relicta fuerint, cedant in piam causam.
9 Parentes an cogi possint ad filias dotandas.
10 Dos loco cuius succedat, & ad quid detur.
11 Dotem an possit habere filia ante nubilem etatem, vel augmētum illius.
12 Votum sanctum est quod pro pauperibus puellis maritandis relictum est.
Connubio obstat paupertas, cum dotem non supplet forma.
13 Alienigena incolens aliquā ciuitatem an illius cēsendus ciuis, & ciuium gaudeat priuilegio: maxime in casu fauorabili.
14 Vsus in exponendis vocabulis an attendendus.
15 Filius an dicatur etiam nasci ex auo paterno vl' materno, & quid de nepote nato ex filio.
16 De, & ex, prepositiones quid importent.
17 Dispositio affirmatiua an & quando fortior negatiua.

¶ Epitome.

¶ Legatum pro dotandis virginibus ad electionem cuiuspiam factum adiectis verbis his, pro illarum victu, pauperibus factū censetur, & sunt pauperes eligende. V. F.

¶ De lega. Consi. lxxxij.



Quoniam reperio quod super consultationis themate mihi misso parte nobilis & egregij viri domini Raymūdi domicelli iurium doctoris, & dubijs ex themate huiusmodi elicitis, iam plene scriptum extiterit per egregios viros dominos primo scribētes:

decreueram ab alia seu vlteriore scriptura supersedendum, ne dicatur mihi illud prouerbium, In syluã ne ligna feras. Aut enim eadem dicam ex superfluo, aut si noua dicere voluero, a clarissimis ingeniis occupata sunt meliora. Verum vt votis eiusdem
1 do. Domicelli in aliquo satisfaciam, addam duo verba. † Premittens, quod vt apparet ex verbis donationis, quam fecisse legitur venerabilis quondam vir magister Chabertus baiuli medicus de quibusdam tenemento & prediis latius expressis in instrumento huiusmodi, seu vsufructu aut fructibus eorundem, idem magister Chabertus voluit quod in assignatione pro tempore facienda illis quatuor virginibus de tenemento & prediis huiusmodi, seu de vsufructu aut fructibus eorundem exerceretur pietas, & q eadem assignatio fieret in piam causam, & hoc ex illis verbis, Considerans & attendens quod bona temporalia multiplicantur dum in pios vsus expenduntur. Ex his enim verbis in prefatione positis ostenditur mens dicti magistri Chaberti, & finalis causa dispositionis illius. l. fi. & quod ibi Bar. Ang. Io. de Imol. & docto. ff. de heredi. institu. facit. l. titia. §. idem respõdet. ff. de verbo. oblig. & l. item qz. §. fi. ff. de pac. & qd voluit Bar. in prima constitu. C. col. iiij. ver. oppono & videtur q prefationes &c. Bar. in. l. ambitiosa. col. pen. ff. de decre. ab ordi. facien. Alex. de Imol. consilio. xxxvij. exordiente, In causa mota &c. colum. j. ver. nam ex prefatione, & cõsilio. xlij. exordiente, Super premisso themate. col. xj. ver. decimo & vltimo attendendum est &c. in primo vol. Hoc etiã colligit ex illis verbis. Quamquidem donationẽ dictus donator fecit ad seruitiũ dei in exonerationẽ suorum peccatorũ, & necessario victui filiarum, pdictarũ positis circa finem predicti instrumenti. Censetur ergo & censendus est idẽ magister Chabertus voluisse assignationem hmõi fieri non diuitibus virginibus maritandis, sed pauperibus, & in augmentum suorum
2 dotium: † qz licet relictum vel donatum pauperi pro anima, vel amore dei, dicatur & sit pium & in piam causam relictum aut donatum, per id q not. glo. in. l. si quis titio. ff. de lega. ij. docto. in. l. j. C. de sacrosanct. eccle. Bal. in. l. fi. §. sed & si quis. col. iiij. ver. pone filius mandauit restitui vsuras: ibi tu dic contra &c. C. cõi. de lega. Roma. in repeti. auth. similiter. col. j. C. ad leg. fal. pro quo allegat aut h. vt cũ de appella. cog. §. sed hoc quidẽ: ibi. anime eorum passiue subuenitur. colla. viij. & l. illud. C. de sacrosanc. eccle. & idẽ voluit Pau. de cast. consi. cclxxxix. exordiente, Presupposita pro vera opinione &c. col. fi. versi. non est ergo curandũ relictũ tamen vel donatum diuiti non est piũ, vel in piam cãm relictum, quãtumcũq dicat relinqui amore dei vel in piam cãm, per id qd voluit gl. in dicta. l. illud. vbi ẽt dicit Bal. q si cã pietatis cõgruat persone, tunc dz intelligi ad pias causas: si vero non congruat
3 persone, tunc nõ intelligit ad pias causas. † Et hinc est q lz in legatis piis cesset falcidia. auth. similiter. C. ad l. falc. si tñ relinquatur diuiti, quãuis testator dicat ad pias cãs vel amore dei nihilominus detrahet falcidia: qz colorata pietas nõ est pietas, di-
4 cta. l. illud. ver. nulli. & q ibi Bal. † Preterea vt dicit Roma. in dicta sua repeti. col. ij. relinqre p aia nõ est aliud q eleemosynas quasdã erogare, q diuitib' fieri nõ debẽt. l. vnica. & q ibi gl. super
5 rubr. C. de mendicã. vali. lib. xj. † Adiicio q veritatẽ spectamus: nõ aũt q quis finxit cãm verã nõ apponẽdo. l. si forte. & l. castrẽsi. ff. de castren. pecu. Sed hec cã amore dei vel pro aia adiecta relicto vl donationi facte diuiti nõ est vera, qm diuitie sibi repugnãt: ergo relictũ seu donatio hmõi facta diuiti, nõ dicit fieri in piam causam: q etiã voluit Io. de Imol. in. d. l. si qs titio. ff. de leg. ij.
6 † Insup quãuis relictũ aut donatũ pauperi p alimẽtis dicat esse piũ aut in piã cãm donatũ seu relictũ, aut. de eccl'ia. titu. §. interdicimus. ibi. egentiũ pabula & alias pias causas. colla. ix. facit q voluit gl. in. l. si cui. ff. de annu. lega. q etiã voluit Roma. in dicta aut. similiter. col. ij. versi. capio sm &c. idẽ etiã voluit Ang. Ioã. de imol. & Alex. de imol. in. l. diui. ff. ad le. fal. Alex. de imol. in. l. si certis ãnis. col. iij. v. ex his ẽt infero. C. de pac. p quo dicit esse optimũ text. in. l. mella. post principiũ. vers. pietatis intuitu. ff. de alimen. & ciba. lega. & idem voluit Bar. in. l. alio. eodẽ tit. tamen relictum aut donatum diuiti pro eius alimentis non censetur relictum aut donatum pium seu in piam causam factum, dicta. l. illud. C. de sacrosan. eccle. & allega. l. vnica. C. de mendi. vali. quod etiam voluerunt Ange. Ioan. de Imol. & Alexan. de Imol. in dicta. l. diui. & Rõma. in dicta auth. similiter. col. ij. ver. capio. sm Franci. de aret. consilio. xcvij. exordiente, In causa & puncto mihi ostenso &c. post Bart. in. l. alio. ff. de alimen. & ciba. lega. Et procedit hoc sm Ang. Ioan. de Imol. & Alexan. de Imol. etiã si diceretur hoc relinqui vel donari illi amore dei & pietatis intuitu. Preterea quãuis relictum vel donatũ pro dote pauperis cẽseatur, & sit relictum aut donatum pium vel in piam causam factũ. l. cum is. §. si mulier. ibi. pietatis causa. & q ibi Ange. & Alexan. de Imol. ff. de cond. indebi. & Roma. in dicta repeti. colũ. ij. ver.
7 circa tertium. † pro quo etiam facit quod dos & alimẽta equiparantur sm glos. in. l. obest. C. de pdi. mino. & vt dixi alimẽta relicta propter paupertatẽ cedũt in causam piam, ergo & dos donata aut
8 relicta pauperi persone: † tamen donatum aut relictum pro dote diuitis non est piũ aut in piam causã factum, p id qd voluit glo. in. l. tali. §. pacta. ff. de iu. do. que voluit de tali dote detrahi falcidiã: quod non fieret si censeretur relictũ hmõi in piam causam relictum. l. si quis ad declinandã. C. de sacrosa. eccle. iũcta dicta auf. similiter. Cũ itaq, vt predixi, et hoc colligit ex prefatione huius boni donatoris, cẽseatur ipse voluisse assignationem tenementi & prediorũ predictorum, seu vsumfructum aut fructus eorũdez fieri in piam causam, ac in augmentum dotiũ quatuor virginũ, & pro illarum necessario victu: palam infertur eundem voluisse q assignatio huiusmodi fieret pauperibus virginib', nõ diuitibus, que aliũde & de bonis suis possunt se dotare, aut necessaria suo victui
9 sibi ministrare: † non etiam illis que habent parentes, & saltem patres diuites, qui tenẽtur & cogi possunt p modo facultatum & congruentia personarum ad eas dotandũ, hoc eñi facere est paternũ officium. l. fi. & quod ibi docto. C. de dot. pmis. & l. quero. ff. de rit.
10 nupt. † Dos eñi succedit loco legitime & alimentorũ. l. titio cẽtũ. §. titio. ff. de cõdi. & demon. Datur eñi dos vt inde alatur mulier, & maritus eius onera sustentet. l. pro onerib'. C. de iu. dot. l. dotis fructus. in principio. ff. eo. titu. & l. si cũ dotem. §. sin autẽ in seuissimo. ff. solu. matri. Cum igit, vt ponit in themate, nobilis Anna de Aymonetis parentes habeat opulentos & diuites, & presertim patrem, qui ppterea cum tẽpus euenerit illã dotare poterit sufficienter: nõ puto eaz habere qualitates necessarias, ad hoc vt sibi fieri possit assignatio de qua supra, & q etiam nec apta est aut idonea ad matrimoniũ cõtrahendum ante viri potentiam & nubiles
11 annos, † & ita nec antea potest habere dotem vel augmẽtũ illius: quia dos nõ est sine matrimonio. l. fi. §. sicut. C. de dona. ante nup. & l. iij. & quod ibi glos. ff. de iu. dot. Propter que, & etiam quia illa facta est a minori parte. ar. c. qm. & quod ibi Ioan. and. Panor. & docto. de iure patro. dico nominationem factam de dicta Anna p egregiũ virũ dñm Guillielmũ de Aymonetis fuisse & esse nullã. & cõtra mentẽ pfati donatoris, & ppterea nullum debere sortiri
12 effectum. † Et pfecto male fecit, quãuis vt puto inaduertẽter, dict' dñs Guillielmus, & nũc tã ipse q parentes huius nobilis Anne, si sic enitantur impedire executionem sancti voti illius boni viri & vendicare dicte nobili Anne assignationem debitaz pauperi, & forte iam nubili, & cui paupertate obstãte nõ se offert coniunx. Et hec videtur esse nobilis Ioanna domicella nominata p reuerẽdũ patrem dñm gardianũ fratrum minorũ & heredez dicti magistri Chaberti: qui licet illius immediatus heres non existat, est tamẽ heres, quia heres heredis. In dicta enim nobili Ioãna ɔcurrũt qualitates requisite, & quidem q virgo est: est etiam oriũda ex parentibus ciuibus, & ab antiquo ciuitatis Ebreduneñ. per ea que & opportune & plenissime fuerũt allegata p dictos do. primo scri-
13 bẽtes. † Quãuis eñi prefat' do. Raymũdus huius nobilis Ioãne pater non sit oriundus pdicte ciuitatis: est tamen illius ciuis, per id quod voluit glo. p eos allegata in. c. statutum. §. cum vero. super verbo eiusdem ciuitatis. Et idẽ voluit alia glo. sup vbo vnam dietam. Pro quo dicto sunt allegati solẽnes docto. scilicet Pau. de cast. & Alexan. de imol. in. l. in prouinciali. §. si in publico. ff. de no. ope. nũtia. Gemi. in dicto. §. cum vero. Alex. de imol. & Franci. de aret. in consiliis. & Ange. aret. in tracta. malefi. super verbo de bononia: qui in hoc conuenire videntur. Et sic nõ puto superesse dubiũ quin in casu fauorabili, cuiusmodi est iste, idẽ do. Raymũd' dici possit ciuis. Pro quo etiam facit, qz vt plurimũ vbiq etiã incole, hoc est nõ oriũdi ciuitatũ appellantur & appellari cõsueuerunt illarũ ciues. Et si ita se haberet, & pro tempore habuisset iste cõmunis vsus loquẽdi, cessaret etiam ex hoc obiectio:
14 quia in expositione vocabulorũ attendendus est vsus & consuetudo loquendi: quinimo in exaudiendis sermonibus vsus omni regule omniq cõstitutioni derogat solus. l. legatis. §. vltimo. ff. de lega. iij. l. anniculus. ff. de verborũ signifi. c. ex literis. de sponsa. l. librorum. §. quid ergo. & quod ibi glo. ff. de lega. tertio. l. semper in stipulationibus. ff. de regu. iuris. quod etiã voluit Anto. de butri. consilio. xl. exordiente, Viso puncto & quesitis sup:ascriptis, & Panormitanus in. c. j. colum. penulti. versicu. ad vnum tamen aduerte q cõmunis vsus &c. de iudi. & Oldra. consilio mihi. lxxix. exordiente, Ad primam questionem qua queritur vtrũ miles &c. & cõsilio. cxviij. exordiente. Ad primam questionem qua queritur cuius loci consideretur estimatio. Preterea, vt ponitur in facto, & mater & auus maternus huius nobilis Ioãne fuerunt ciues et oriundi predicti ciuitatis, & hoc ab antiquissimis temporibus: nõ ergo negari potest quin ipsa Ioanna nata sit de parentib' ab antiquo ciuibus Ebreduni. Et quidẽ nata est de matre ciue, & hoc
15 nõ habet dubiũ: nata est etiam ex dicto auo materno, † quia non solum dicitur filius nasci ex patre vel ex matre, sed etiã ex auo paterno vel materno. Et quidem q de materno voluit Bal. in. l. j. col. j.

col. j. vers. quero quid si dicatur sine filijs ex suo corpore natis: vbi etiam docto. C. de cōdi. inser. Bal. in. c. vnico. §. filia. ad fi. de suc cessi. feu. & Andre. barba. in sua solenni repetitiōe. c. raynaldus. charta. xv. colum. ij. versicu. expedita sunt textualia &c. de testa. & alij in alijs locis. Et idem de nepote nato ex filio, vt elegāter voluit Pau. de ca. consilio. clxj. exordiente, In presenti causa q̄ vocatur Maiorie hyspalensis &c. col. v. Baldus in. l. imperialis. §. his illud. C. de nup. & alij in alijs locis. Pro quo facit quod habetur Matthei. c. j. super illo, Joram autem genuit Oziā: & tamen vt patet ex his que habentur in quarto Regum, inter Joram & Oziam fuerūt tres reges, quia Joram genuit Ochoziā. Ochozias genuit Joas, Joas vero genuit Amasiam, & Amasias genuit Oziam: ecce ergo q̄ licet Ozias fuerit abnepos regis Jo-
16 ram, idē tñ Joram dicitur genuisse Oziam. † Nec mihi opponas q̄ dictio de, posita in dicto instrumento: ibi, natis & oriundis de bonis parētibus &c. importet causam propinquam, et sic q̄ oporteat q̄ iste filie sint nate immediate de parentibus ciuibus, et sic de patre ciuibus: quia licet nepos nascatur ex auo, nō tamē immediate per medium patris aut matris, per id quod de dictione de, posuit Bart. in. l. j. §. ex incēdio. ff. de incendio. Quoniam respondeo q̄ licet stricte dictio de, importet causam propinquā seu immediatam: importat tamen & remotam: prout dici solet de dictione ex, que licet regulariter importet causam immediatam, vt voluit Barto. in dicto. §. ex incendio. quod etiam voluit Bart. Pau. de cast. & Alexan. de Jmol. in. l. gallus. §. instituens. ff. de libe. & posthu. aliquādo tamen importat causam remotā. d. §. ex incendio. & quod ibi Bart. Quāuis igitur dictum fuerit in dicto instrumento, natis & oriundis de ciuibus &c. non tamen infertur quin dictio de, possit referri & ad parentē & immediatum vt pote matrem, & remotum scilicet auum maternū, vt etiā voluit Bald. de dictione ex, in dicta. l. j. colum. j. versic. quero quid si dicatur sine filijs ex suo corpore &c. C. de condi. inser. Quod si procedat in testamentis, in quibus fit plenior interpretatio: multo fortius in donatione, in qua fit plenissima. c. cum dilecti. & quod ibi per scriben. de dona. Dicta ergo nobilis Joanna dici potest fuisse nata, & nata est de ciuibus ab antiquo predicte ciuitatis, scilicet de matre & auo etiam si verum esset q̄ dictus dominus Raymun-
17 dus non esset ciuis, prout est. Et hoc sufficeret, † quia vbi in personam vnius concurrunt due qualitates, & respectu vnius resultat dispositio affirmatiua, respectu vero alterius negatiua & prohibitiua, attendenda est affirmatiua quo ad verificationem & dispositionem legis, quando ambe qualitates sunt pares, & lex simpliciter requirit affirmatiuam. Jstud probatur argu. eius quod not. glo. in dicto. §. cum vero. super verbo eiusdem ciuitatis, s̄m Semi. qui hoc ibi no. col. vj. versicu. not. ex ista gl. q̄ vbi &c. Esto igitur q̄ in personam dicte nobilis Joanne concurrāt due qualitates, vna videlicet affirmatiua, quia est genita & oriunda de ciuibus &c. scilicet matre & auo: & alia negatiua, pro eo quia pretenditur non esse nata ex patre ciue, attendenda esset dicta affirmatiua, vt sic admittatur, postq̄ non reperiūtur per dictum donatorem esse expresse dispositum, q̄d ille virgines non admittant̄ nisi sint genite de ciuibus &c. ex vtroq̄ latere. ¶ Ad alia vero quesita patet sufficiens responsio facta per alios.

1 ¶ Societas qualiter contrahatur.
2 Fratres vel alij parentes hereditatem in communi vel pro indiuiso tenentes an censeantur societatem contraxisse, & quando.
3 Societas an possit tacite contrahi.
4 Filia vnius ex socijs an debeat dotari ex bonis communibus.
5 Socij diuidentes qualiter se habere debeant circa operas & animalia agricolationis.

¶ Epitome.

¶ Fratrum post mortem patris, vel aliorum cohabitatio societatem non inducit: sed cum illa lucrorū equa cōmunicatio, & expensarum promiscua & nullatenus reddita ratio. A. F.

¶ Pro socio. Consilium. lxxxiij.



1 Licet † societas possit & valeat contrahi, non solum expresse, sed etiam tacite, scilicet per actus sociales, qui citra ius societatis fieri non censetur: & in hoc conueniunt omnes scribentes in. l. titium & meuium. §. altero. ff. de administra. tuto. in. l. si patruus. C. cōmunia vtriusq̄ iudi. in. l. cum duobus. §. si fratres. alias est. l. papinianus. ff. pro socio. de quo Bald. & quidam moderni in. l. j. C. qui testa. face. pos. Bar. in suo tracta. de duob⁹ fratri. & Bal. in addi. ad hūc tractatum. Ang. consilio. cviij. exordiente, Vanutius & Antonius ei⁹ filius. Pe. de ancha. cōsi. ccciij. exordiente, Materia de qua q̄rit̄ non est noua &c. Alex. de Jmol. consilio. xxxvij. exordiente, Considerantis his que in processu &c. in quarto volu. & cōsil. xlix. exordiente, Maturae ponderatis his que in themate &c. & Roma. in multis eius cōsilijs, & Pe. de vbal. in suo tracta. societa. in secun-
2 da parte: † hoc tamen certū est, & apud omnes cōmuniter expeditū, q̄ duo fratres vel plures, vel etiā patruus & nepos, aut fratres patrueles nō eoipso q̄ post mortē patris, aut fratris & patrui, vel aui retinent paternā, auitinā aut alterius hereditatem in cōi, vel illā tenent & possident pro indiuiso, censendi sunt adinuicem societatem contraxisse. d. l. cum duobus. §. si fratres. & l. ex parte. §. si filius. ff. fami. ercisc. quod etiā satis colligitur ex his que no. Bar. & docto. in dicta. l. si patruus. Bar. & docto. in dicta. l. cum duobus. §. si fratres. Pe. de vbal. in suo tractatu societatis, intertia parte. col. vj. ver. primo quando neuter &c. Jo. pe. ferra. in sua practica. titu. for. libel. quo agi. pro heredi. vel re. singula. diuidē. in glo. super verbo, cōmuniter & pro indiuiso. col. vij. versi. Jnsuper queritur pone q̄ mortuo patre isti fratres &c. & alij in alijs locis. Et q̄uis per actus sociales, vt verbi gratia: quando fratres aut patruus & nepos vel patrueles diu habitant, & bona simul habēt, & cōmunibus expensis sine computatione viuunt, & negotia sua promiscue agunt, & lucra que ipsi hincinde faciūt sibi cōmunicāt, censeatur inter eos tacite contracta societas, ar. l. j. in fi. cū. l. seq. ff. de his qui deiece. vel effude. & in. c. j. §. j. de benefi. fra. s̄m Nicola. de matha. quem refert & sequitur Bal. in. d. l. j. C. qui testa. face. pos. Alexā. de Jmol. in dicto consil. xxxvij. societas tamen non intelligitur contracta nisi lucra mutuo & inuicem conferantur. Et hoc satis videtur voluisse Jac. de are. in apostilla quā vt refert Bar. posuit in. d. l. titium & meuium. §. altero. & que postea fuit aliquantulum extensa per Richar. malum. & Oldra. ipsius discipulos: in qua dicunt in simul habitatio, lucrorū in vnū collatio, & eius q̄d alter superlucratur inuicem non reddita ratio, facit presumi societatē: & q̄ ad hoc q̄ per simul habitātes censeri debeat tacite contracta societas opus sit, q̄ sibi inuicem cōicent et cōferant lucra: satis aperte colligitur ex his, que no. Bar. in. d. §. altero. Bal. & alij in. d. l. si patruus. Alberi. & Bal. in dicta. l. j. C. qui testa. face. pos. vbi etiam do. Jason may. Et ita etiā presupponit Ange. in dicto consilio. ccciij. Jdem voluit Jo. de ana. cōsilio. lxv. exordiente, Viso puncto in quo premittitur q̄ quidam Jacobus & Bartholomeus fratres habitabant inuicem &c. vbi dicit q̄ habitare simul, & paternā hereditatē simul p̄ indiuiso tenere non sufficit ad faciendā societatē, nisi lucra ponant̄ in cōmuni: & dicit q̄ hoc voluit originaliter Jaco. de are. in notula aliqualiter extensa per Oldra. & Richar. eius discipulos. Et idē in addi. dicti cōsilij voluit Ludoui. bolo. dicit em̄ q̄ ad hoc vt societas tacite cōtrahat̄ inter fratres, vel alias personas, duo sunt potissime necessaria. Primū q̄ vterq̄ cōicet lucra. Itē q̄ vterq̄ lucretur, vel negotiet̄: al's s̄m eū non est dare q̄ dici possit cōtracta societas p̄ simplicē habitationē insimul factā, p̄ quo allegat Bar. in. d. §. altero. & dicit esse casum in. d. l. cū duob⁹. §. si fratres. Hoc etiā voluit Pe. de vbal. in tracta. societa. in tertia parte. col. ix. ver. mihi autē videtur considerandum &c. & plenius eadem colū. versi. sed si vnus separatim lucra ponebat: alter vero communicabat &c. vbi aperte dicit, q̄ etiam si vnus ex fratribus insimul habitantibus cōferat aut cōmunicet lucra, & alius frater ponat ad partē & separatim lucra que facit, nō intelligitur inter istos contracta societas: quia ad hoc vt cōtrahatur societas, oportet consensum vtriusq̄ partis interuenire. l. vt sit pro socio actio. ff. pro so. Sed hoc casu nedum nō interuenit cōsensus vtriusq̄ partis: quinimo magis apparet dissensus, illi⁹ videlicet que separatim ponebat lucra. l. itaq̄. ff. pro so. Et idē dicit Pe. de vbal. col. viij. versi. Jdem etiam videtur dicendum quando vnus ex fratribus simul habitantibus ponit lucra separatim et ad partem, sed operam & diligentiam ponit in communi patrimonio: et alter frater omnia lucra ponit in communi, q̄r separatim lucrorum positio facta per vnum ex fratribus, q̄uis in cōmuni patrimonio operas & diligentiam ponat, ostendit nedū animum non cōtrahende societatis: sed etiam contracte dissoluende, dicta. l. itaq̄. que dissensu vnius dissoluitur. l. sed & si socius. §. si absenti. ff. pro so. Nec obstat s̄m eum, q̄ licet separatim lucra poneret: tamē operam & diligentiam cōmuni patrimonio adhibebat, ex quo videbatur ostendere animum cōtrahende societatis. Quia respondet q̄ in incertis nō in certis locus est cōiecturis. l. continuus. §. cū ita. ff. de verbor. obliga. Sed ex quo separatim ponebat lucra, est certū de animo dissoluendi societatem, si antea contracta extitisset, dicta. l. itaq̄. Et sic maior p̄sumptio separationis, que inducitur ex illa lucri separatim positione, tollit aliam minorē, que induci poterat ex illa positione operarum in cōmuni: quia ex quo per contrariam coniecturam apparet de animo dissoluende societatis ponendo lucra separatim, non presumuntur opere posite in cōmuni animo contrahende societatis, cum vna presumptio alteram tollat. l. diuus. ff. de in integrum restitutione, immo potius ratione partis, quā p̄ indiuiso habebat cū altero fratre, ponebat operam super toto,

vt plene prosequitur Pe.de vbal.vbi supra.Cum igitur honorabilis quondam vir Petrus bedocij,cũ in humanis ageret,ꝛ post eum prouidus vir Marcus bedocij eius filius dicantur eorũ lucra non communicasse prouido viro Joãni bedocij dicti Petri nepoti ꝛ fratri patrueli prefati Marci,qḋ etiam satis colligitur ex libris creditorum dictorum Petri ꝛ Marci,non videt̃ fuisse tacite contracta societas inter ipsos Petrũ ꝛ Marcum ex vna parte,ꝛ Joannem ex alia.Et supposito,citra p̄iudicium veritatis,ꝙ colligi posset cõtrarium ex his que post Oldra.refert ꝛ sequitur Bal.in dicta.l.j.ver.extra querit hic Oldra.ꝛ do.Jason max.col.iiij.vel circa.versi.limita secundo.C.qui testa.face.pos. quatenus volũt ꝙ ex tēporis diuturnitate,ꝛ cõmuni vsu viuendi,concurrente coniunctione sanguinis,censeatur contracta societas.l.procula.ff.de proba.iuncta.l.si seruus communis.ff.de dona.inter vir.ꝛ vxo.iunctis his que tradũtur in.l.que dotis.ff.solu.matri.quia tamen prefati Marcus ꝛ Joannes in facto inter eos concordato,ꝛ de quo apparet per publicum instrumentũ mihi exhibitum,ꝛ per me visum,asseruerunt nullã fuisse contractam societatem inter prefatum quondã Petrum ꝛ dictũ Joannem eius nepotem,seu etiã inter eosdem Marcum ꝛ Joannem patrueles:non puto super hoc articulo vlterius insistendum.Cũ enim dixerint,ꝙ nulla ꝛc.videntur ipsi hoc asseruisse,ꝛ de expressa ꝛ de tacita societate.c.si romanorum.distin.xix.Preterea licet Albe.quem refert do.Jason vbi supra,referat Oldra.ipse tamen non omnino illũ refert,prout Bal.ꝛ prout affirmat do.Jason,quod tamē dixerim salua reuerentia tanti viri:sed addit de positione omnium lucrorum in cõmunē bursam:de qua tamē lucrorum positione nec Bal.nec dominus Jason aliquid dicunt. Insuper cũ nec ex tenore dicti facti seu casus positiui,nec al's appareat prefatos Petrum ꝛ Marcum,aut alterum eorundem cõmunicasse dicto Joanni lucra facta ex mercantia boum, mularum,aut aliorum huiusmodi:non videtur posse dici ꝙ inter eos
3 fuerit contracta societas omnium bonorum,† q: illa non cõtrahitur tacite,ſm Bar.qui ita no.in dicta.l.titiũ ꝛ meuiũ.§.altero.ff.de administra.tut.ꝛ in multis alijs locis,quē sequit̃ Pau.de cast.consi.clxxxv.exordiente,Et die quo iste Raphael ꝛc.col.ij.Panormita.consil.lxvj.exordiente,Attingam breuissime ꝛc.ꝛ Alex.de Jmol.consi.lxxvij.exordiente,Discussis his de quib⁹ in themate ꝛc.in secundo volumine.Et ꝗuis Baldus in.d.l.si patruus.colum.vlti.quem multi sequũtur,cõtrariũ senserit,scilicet ꝙ immo possit societas omniũ bonorum contrahi tacite,qñ aliqui se exercent in actibus difformibus ꝛ varietatem habentibus,si lucra vndecunq̃ prouenientia ex diuersis exercitijs in cõmune conferant:Quia tamē in casu de quo queritur non apparet ꝙ dicti Petrus ꝛ Marcus hoc fecerint,quinimo potius de contrario,quatenus apparet per libros suarum rationum seu creditorum contraxisse dumtaxat suis nominibus,insuper ꝛ aliqua bona comparasse,ꝛ alia sibi donata sic acceptasse,non videt̃ posse dici ꝙ societas saltem omnium bonorum fuerit inter eos tacite contracta.Ex quibus infero mansum vocatum de Labelh,qui cum suis pertinentijs donatus fuit dicto Petro bedocij per Petrum bouerij,non esse communem,vel communicandũ inter dictos Marcum ꝛ Joannem,postꝗ̄ ille donatus est ipsi Petro recipienti ꝛ acceptanti pro se ꝛ suis heredibus.Et idem dico de predijs seu possessionibus,ꝛ alijs bonis per dictum Petrum emptis,vel alio titulo oneroso acquisitis nomine suijpsius dumtaxat,vel nomine suijpsius ꝛ Marci filij,aut heredum,etiã si ille essent empte,vel alias acq̄site de bonis cõmunibus:nisi ille fuissent empte vel al's acquisite de bonis cõmunibus durante tēpore quo idem quondam Petrus fuit tutor eiusdē Joãnis.Primũ probat̃ in dicta.l.si patruus.ꝛ qḋ ibi docto.C.cõia vtriusq̃ iudi.Secundum probatur in.l.si curator.C.arbit.tute.ꝛ in.l.ij.C.quando ex facto tuto.de quo etiam docto.in dicta.l.si patru⁹.ꝛ alij in multis locis.Eo tamen casu,quo essent empte vel alias acquisite per dictum Petrum de bonis cõibus ante dictam tutelam vel post eam finitam,teneretur ipse Marcus satisfacere ipsi Joanni de quota seu parte illius pecunie vel rei,quam de bonis cõmunibus dedisset ipse Petrus illis a quibus acquisiuit,dicta.l.si patruus.ꝛ qḋ ibi glo.ꝛ docto.ꝛ voluit Pau.de cast.cõsilio.clxxxv.Et idem qḋ dixi de bonis emptis,aut alias acquisitis,dico de quesitis seu nominibus cõtractis per dictos Petrũ ꝛ Marcum,scꝫ ꝙ illa debent ipsi Marco,ꝛ sunt sibi precipua. Si tamen essent contracta de ꝛ super bonis cõmunibus:vt verbi gratia,de fructibus cõmunibus suorum bonorum,idē Marcus deberet satisfacere dicto Joanni pro parte eundem cõcernēte,Et qḋ dixi de bonis emptis vel alias acquisitis per dictũ Petrum ante tutelam,vel post finitam tutelã dicti Joannis:intelligo etiã ꝓcedere in bonis acquisitis,ꝛ in creditis seu nominibus factis ꝑ dictũ Marcũ.Quo vero ad id de quo conqueritur dictus Joãnes,scꝫ ꝙ de bonis cõmunibus fuerit longe plus expensum in ꝛ ꝓ dotibus filiarũ dictoꝝ Petri ꝛ Marci,ꝗ̄ in ꝛ ꝓ dotibus filiarum dictorũ Bernardi ꝛ Joãnis:ꝛ ꝓpterea petit idē Joan-
4 nes se reimbursari de illo pluri,† dico ꝛ respondeo ꝙ filie dictoꝝ Petri ꝛ Marci dotari debuerunt de ꝓprijs bonis ipsoꝝ Petri ꝛ Marci,non de cõmunibus inter eos ꝛ Joãnem.l.si socius pro filia.ff.pro so.quod etiã voluit Specu.titu.de iudi.§.sequit̃.ver.quid si vnus ex fratribus ꝛc.Ange.in.l.ex duobus.ff.de neg.ge.Alex.de Jmol.consilio.ciiij.exordiente,Videretur circa cõsultationē p̄missam ꝛc.vbi multa inducit,in tertio volu.ꝛ cõsi.cxxxiij.exordiēte,Titulus questionis talis est.vbi etiã multos refert,in secundo volu.Et voluit Alexan.de Jmol.hoc procedere etiam si fuissent socij omniũ bonorũ:quo tamē casu videretur esse maior difficultas.Jn isto casu etiam loquit̃ Pe.de vbal.in suo tracta.socie.in sexta parte,col.xiij.ver.nono quero an onus dotãdi ꝛc.q̃ꝗuis dubius existat:videt̃ tamē magis adherere opinioni q̃ habet ꝙ filia sit dotãda nõ de bonis cõmunibus socioꝝ omniũ bonorum,sed de bonis patris:vbi vero nõ essent socij omniũ bonorũ,vt in casu,nõ esset dubium,de quo Bal.in tractatu duorũ fratrũ,ꝛ Alexã.de Jmol.in dicto cõsil.ciiij.in princip.Et ideo dico ꝙ si plus expensum extiterit de bonis cõmunibus in ꝛ pro dotibus filiarũ dictoꝝ Petri ꝛ Marci,ꝗ̄ in ꝛ ꝓ dotibus filiarũ dictorũ Bernardi ꝛ Joãnis,ipse Joãnes debet de illo pluri reimbursari.Verũtamen cõsiderandũ erit ꝙ dicti Petrus ꝛ Joãnes nõ solũ habuerũt,ꝛ pro tēpore possederũt medietatem bonorum mobilium ꝛ immobiliũ dicti quõdã Joãnis aui horum Marci ꝛ Joãnis:sed etiã dictũ mãsum de Labelh,ꝛ alia bona ꝑ eos acquisita.Et sic nõ solũ ad eos ꝑtinuit dimidia pars fructuũ perceptorũ ex bonis dicti quondam Joãnis:sed etiã fructus ꝑcepti ex dicto manso,ꝛ hoc ꝓ maxima pte.Propter qḋ si vel de his fructibus,vel de pecunia ex eis redacta fuissent dotes solute,eēt super hoc ꝑ bonos viros ꝛ in talibus expertos habēda cõsideratio.
5 † Etiã habenda est cõsideratio ad id,qḋ ponitur in casu,ꝛ mihi verbo refertur,scꝫ ꝙ nõ solũ se exercuerũt in cultura prediorũ ꝛ agricultura p̄fati Petrus ꝛ Marcus:sed etiã vltra eos duo vel tres filij dicti Petri ꝛ filij Marci.Propter qḋ debuerũt isti habere maiorē partē in fructib⁹,ꝗ̄ Joãnes.Pro quo allegasse sufficiat id qḋ voluit Ange.in.d.l.ex duob⁹.ff.de neg.gest.vbi dicit ꝙ si duo sunt fratres in vna familia habitantes,ꝛ vnus eorũ habeat plures filios qui multũ operãtur ꝛ ponũt in domo,alius vero nullos habeat,ꝙ in diuisione bonorũ haberi debeat ratio operarum filiorum suorũ,per.l.si id.§.si quas.ff.dona.inter vi.ꝛ vxorē.Et voluit Bal.in tractatu de duobus fratribus.col.vlti.vbi refert se dixisse in.l.si societatē.ff.pro so.ꝙ si sint duo fratres rustici,ꝛ vnus habet filios qui quotidie laborãt fundũ,quē communiter colunt:ꝛ alter nõ habet filios,ꝙ ille qui habet filios,q: plus ponit de opera,debet etiam in diuisione plus percipere de lucro,ꝛ illud plus intelligit̃ abitrio boni viri,iuxta verisimilem operarum qualitatē.Et idem voluit Alex.de Jmo.cõsilio.xcix.exordiēte,Habita sup narratis ꝛc.vbi plene,in secũdo volu.vbi etiam ponũtur alie remissiones ad Bald.ꝛ ad cõsilium Bartol.exordiēs.Cruciarellus ꝛc.ꝛ vt colligit ex his que dicit Bart.in dicto cõsilio,ꝛ post eum Alexã.de Jmol.in cõsilio prime dicto,esset attendēdum ad predia,semina ꝛ boues que forte erant communia inter dictos Petrum cũ viueret ꝛ Marcuꝫ post eum ex vna parte,ꝛ Joanneꝫ ex alia,ꝛ ad ipsos Petrum cum viueret ꝛ liberos,ꝛ tã ad ipsum ꝛ Marcũ ꝛ fratres suos,ꝗ̄ liberos eiusdeꝫ post mortem Petri ex vna parte,ꝛ dictum Joannem ex alia.Et hec omnia videtur mihi debere palpari,ꝛ videri ꝑ bonos,ꝛ eorũ arbitros decidi,q: vt dicit Paul.de cast.ꝛ post eũ Philip.corne.l.si.C.de colla.inter tales nõ est acerbe agendũ ad aliud,quo queritur quid iuris sit de quibusdam bonis acquisitis per dictũ quondã Joannem auum post donationem per eum factã dicto Petro primogenito,ꝛ ante donationē factam prefato Bernardo secundogenito,dico ꝛ respondeo ꝙ si ista bona sint mobilia vel immobilia,illa pertinēt ꝓ dimidia parte dicto Joãni in vim donationis facte dicto Bernardo eius patri,ꝛ ꝓ alia parte spectant ꝛ pertinēt dicto Marco,vel in vim donationis facte Petro eius patri de medietate bonorum mobilium ꝛ immobilium presentium ꝛ futurorum,vel in vim testamētarie dispositiõis dicti Joãnis.Si vero ista bona acquisita nõ essent mobilia vel immobilia,sed iura:vt verbi gratia,census,pēsiones,vel alia huiusmodi,ꝛ sic cõtēta sub tertio genere bonorum,illa ꝑtinerent insolidũ dicto Marco:quia vt alias dixit illa nõ comprehendebant̃ de iure in donationibus factis dictis Petro ꝛ Bernardo.

Aduertēdum est ad vnum,quod superius omisi,scilicet ad expensas seu sumptus factos per animalia bouina ꝛ malatina empta per dictos Petrum ꝛ Marcum, aut eorum alterum proprijs nominibus,ꝛ nutrita de herbis ꝛ fenis prediorum communium,ꝛ postea suis nominibus vēdita:quia talium sumptuum


sumptuum debet haberi cõsideratio, & signanter si nõ fuerint modici: postq̃ supponimus dictos Petrũ & Marcũ ex vna, & Ioãnem ex alia non fuisse socios saltem omniũ bonorum, quis socij extiterint cõmunis vite, & postq̃ supponimus dicta alalia fuisse propria dictorum Petri & Marci, et nõ debere cõmunicari, pro id quod no. do. Iason may. in. d. l. fi. col. iij. ver. ego autẽ distinguo: ibi, aut isti fratres nõ sunt socij omnium bonorum &c. C. de colla. Et vt sciatur q̃tum teneatur refundere dictus Marcus tam pro parte dictarum expensarum, q̃ de parte materie & expẽsarum factarũ in cõstructione domus edificate in solo proprio dicti Marci: & quia etiã ipse Marcus, put ponit in facto, rexit & gubernauit cõmune patrimonium, seu bona cõmunia inter eũ & Ioannẽ, tenetur idem Ioãnes reddere rationẽ sue administrationis. l. ij. ff. de nego. gest. & quod not. Io. an. in addi. Specu. tit. de instru. edi. §. nunc dicendũ. versic. priuatorum. in magna addi. ibi, restat tractare. Cõsulerem tamen pro bono pacis, & ne propter hoc partes predicte se inuoluant & fatigent sumptibus & expensis, q̃ hec videantur per bonos viros & amicos in talibus expertos, & pacificentur. Et ita mihi videtur, sub correctione &c.

1 ¶ Ordo beati Francisci an teneatur ad canonicam solutionẽ ecclesie parochiali, & quid de bonis mortuorum quorum sepulturam non habent, & de oblationibus. nu. 5.
2 Transactio quis contractus sit, & an sit pactum & conuentio.
3 Põtifex cõuẽtionibus iureiurãdo vallatis an derogare possit.
4 Papa priuilegiando an deroget iuri.
6 Funeralia que dicantur.

¶ Epitome.

¶ Fratres minores a canonicis solutionibus & alijs exactionibus exempti sunt, non iure communi: sed pontificum priuilegijs. V. F.

¶ De sacrosan. eccle. Consilium. lxxxiiij.

1 Quãuis † fratres minores teneantur de iure cõmuni parochiali ecclesie ad dandã canonicã portionem, hoc est ad quartã omnium obuentionũ tam funeralium q̃ quorũcũq̃ & quomodocũq̃ relictorum distincte vel indistincte ad quoscũq̃ certos vel determinatos vsus, de quibus etiã quarta siue canonica portio dari nõ cõsueuit, vel nõ debet de iure: nec non ad quartã obuentionum datorũ vel qualitercunq̃ donatorũ in morte seu mortis articulo in infirmitate donatis vel dãtis, de qua disserit cle. dudũ. §. verũ. de sepul. & qd not. doct. in c. fi. de testa. ipsi tamẽ fratres minores & fratres ordinis predicatorum fuerũt & sunt in multis & per diuersos Romanos põtifices priuilegiati & exẽpti, vt colligi põt ex literis sancte memorie dñi Sixti pape quarti, concessis Anno incarnatiõis dñice. M. cccc. lxxix. vij. calẽ. Augusti, vulgo dictis Marimagno. Et quidem primo reperiunt priuilegiati ne teneant ad solutionẽ canonice portionis alicui faciendã de his, que in arrendamẽtis, vel per eis, aut libris, fabrica, luminaribus, anniuersario septimo, vicesimo, tricesimo, aut alijs ad ppetuũ cultũ diuinũ, seu pitãcijs, aut victu ad sustentationẽ fratrũ, vel indumẽtis habẽt: nec nõ pro annuis censibus redimẽdis: ad quorũ solutionẽ alique dom⁹ reperiũtur ordini obligate, vel de domib⁹, pdijs, & hortis, alijsq̃ locis q̃ eis legãtur sm instituta ordinis opportunis, aut de his q̃ hmõi domib⁹, pdijs, hortis, & locis emendis eisdẽ legantur: dũmodo premissa nõ cõuertant in vsus alios, sed in illos dũtaxat pro quibus relinquuntur, aut etiam alios qui in dicta cõcessione vel indulgentia cõtinent. Sunt etiã priuilegiati vt nõ teneant ad solutionẽ canonice portionis de bonis defunctorum, quorũ cadauera apud eos non sepeliuntur, quomodolibet obueniant, aut quouis particulari vel vniuersali titulo. Nec etiam de his q̃ ad certos determinatos vsus eisdem fratribus vel eorũ domibus in genere aut specie relinquunt, etiã de bonis eorũ quorum cadauera apud eos cõtingit sepeliri. Insuper nec aliquo casu tenentur quartam soluere de cãdelis, q̃ ad manus ipsis fratribus dantur. in quibus priuilegijs & cõcessionibus inter cetera derogat expresse extrauagãti do. Bonifacij, Super cathedrã &c. & dicte cle. dudum. insuper ecclesiarũ ac locorũ quorũlibet statutis & cõsuetudinibus & inter quoscũq̃ dictorũ ordinum fratrũ predicatorum & minorũ professores, ac locorũ ordinarios seu rectores initis & conclusis ac hactenus obseruatis pactis & conuentionibus, etiam iuramento cõfirmatione apostolica, vel quãuis alia firmitate roboratis. Per q̃ videt extitisse derogatum transactioni, quam olim fecisse pretenduntur venerabilis quondam vir dominus Guichardus poncenti canonicus & sacrista ecclesie cathedralis ciuitatis Vapinci nomine sue sacristie ex vna parte, ac venerabilis & religiosus vir frater Petrus ach..rdi, gardianus cõuentus fratrum minorum de Vapinco, & alij fratres eiusdem conuentus ex alia, de & sup portione canonica, quã idem do. sacrista sibi & dicte sue sacristie de-
beri pretendebat de singulis oblationibus, obuentionibus, tam de funeralibus q̃ quibuscũq̃ & quomodocũq̃ relictis, legatis, & donatis conuẽtui dictorũ fratrũ, & singularibus psonis illius, ac
2 alijs latius mentionatis in instrumẽto transactionis. † Quia licet inibi sit sermo de pactis & conuentionibus, non aũt de transactionibus: illud tamen certum est q̃ transactio est cõuentio, ac etiam pactum, & contractus: est enim contractus innominatus, vt not. glo. Bart. Alexan. de Imol. & docto. in. l. siue apud. C. de transac. Alexan. de Imo. in. l. j. de re. permuta. & Fran. de are. cõsilio. xxxvi. exordiente, In presenti cõsultatione paucis vtar. col. vlti. Pro quo sm Alex. de Imol. in dicta. l. siue apud. col. vij. v. Item querit Bart. bene facit. l. ij. ff. de iureiuran. inducendo vt ibi per Bar. & tex. in. l. j. §. conuẽtionis. cum glo. in verbo trãsigẽdi. inducendo vt ibi per Barto. ff. de pac. Et q̃ transactio sit pactum probatur in. d. l. j. & qd ibi Ange. & docto. & fuit satis expressum per glo. & docto. C. de transac. in continuatione rubrice, per Gauffre. & Hosti. in summis suis in cõtinuatione eiusdẽ rubrice: qui omnes cõmuniter dicũt trãsactiones esse pacta. Derogãdo igitur quibuscũq̃ conuentionibus & pactis contrarijs, etiam iuramẽto & confirmatione apostolica roboratis, satis censent dicti summi põtifices derogasse transactioni, de qua supra: quia illa est contractus, pactũ, & conuentio, quemadmodũ homo est animal rationale, corpus animatum, & corpus: & sicuti tollens omne corpus tolleret omnẽ hominẽ: ita & qui voluit nullam conuẽtionem etiam iuratam obstare, consequenter voluit & hãc particularem conuentionem, hoc est transactionem de qua supra, priuilegijs & concessionibus, de quibus supra, non obstare: quia qui omne dicit nihil excludit. c. si romanorum. versi. dicendo vero omnia. xix. dist. Et presupposito, citra preiudiciũ veritatis, q̃ derogatio predicta extendi nõ deberet ad pactum vel conuentionem iuratam, si in ea adiecta non fuissent illa verba, Etiam iuramento roboratis, per id quod voluit glo. in dicta cle. dudũ. super verbo pacta, & in. c. cum non deceat. de elect. in. vj. Alexan. de Imol. in. l. fi. C. si cõtra ius. & tam ipse q̃ alij in alijs locis: hec tamen obiectio in hoc casu non prodesset, cũ in derogatione huiusmodi mentio facta extiterit non simpliciter, & dũtaxat de pactis & conuẽtionib⁹: sed adiectũ est, vt predixi, Etiã iuramẽto roboratis &c. per quod manifeste apparet de mente pontificis: et sic non est opus recurrere ad coniecturas vt intelligamus an senserit dũtaxat de pactis & conuentionibus non iuratis, an vero senserit etiã de iuratis: quia in incertis non in certis, locus est piecturis. l. cõtinuus.
3 §. cum ita. cum suis simili. ff. de verb. oblig. † Illud autem certũ est pontificem potuisse derogare conuentionibus & pactis etiam iuramento roboratis, cum iuramento promissorio semper intelligatur potestas pape excepta. c. veniẽtes. & quod ibi docto. de iureiuran. c. constitutus. vbi glo. & docto. de rescrip. de quo Hosti. in summa titu. de iureiuran. §. quot species. versi. habet autẽ iuramentum. pro quo facit quod videntur presupponere docto. in dicta clemẽ. dudum. §. penul. quatenus inibi querunt, an per illũ textum videantur sublate cõuentiones seu pacta iurata, & Pau. de cast. Alexand. de Imol. & alij moderni. in dicta. l. fi. C. si contra ius. illud etiam satis presupponit, Ange. in. l. j. §. que onerande. ff. qua. re. actio non da. gl. Lap. Abbas & Ioan. an. in nouel. & docto. in dicto. c. cum non deceat. de elec. in. vj. Panor. & doct. in. c. j. de his que fiunt a maio. parte capi. glo. & docto. in dicto. c. constitutus. de rescrip. & alij, & in consulendo & in scribendo: quatenus querunt an papa cassans consuetudines, statuta, vel alias dispositiones videatur cassare consuetudines, statuta, vel dispositiones huiusmodi iuramento roboratas. Superuacaneum em̃ esset super hoc tot labores assumere, si etiam nolens & hoc exprimens istud facere non posset. Preterea cum hoc fecerit papa in c. cum aliquibus. de rescrip. in. vj. & alij in alijs multis locis iuris cõmunis, & quotidie ita fiat in rescriptis, priuilegijs, & alijs literis apostolicis, non est hesitandũ quin hoc facere possit. Et facit pro concessionibus, priuilegijs & derogatione predictis, q̃ ille facte extiterũt ex causa, quinimo ex causis iustissimus in literis expressis, & que notissime existũt concernentes bonum publicum, & quidem non vnius vrbis aut prouincie dũtaxat, sed orbis, & honorem dei omnipotẽtis: & vbi non exprimeretur causa iusta, illa tamen presumeretur. Tum quia proprio motu. Tum quia ex cer
4 ta scientia. † Tum & quia papa priuilegiãdo derogat legi. Pro quo allegasse sufficiat qd voluit Iac. butri. in. l. prescriptiõe. col. fi. C. si contra ius. Sali. & alij multi in dicta. l. fi. C. eo. titu. Salic. in. l. nec causas. C. de appel. Alex. de Imol. & alij in. l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. Nec obstat predictis q̃ dicta transactio fuerit apostolica authoritate cõfirmata. Qm̃ respondeo, q̃ vt apparet ex tenore cõcessionum & priuilegiorũ predictorum, fuit derogatum conuentionibus & pactis etiam apostolica authoritate roboratis. Unde cũ, vt refert do. cardi. Florẽ. in dicta cle. dudũ. §. penult. do. Io. papa. xxij. pronuntiauerit inter epi-

scopū ꝛ capitulum Portugalense ꝛ fratres predicatores ꝛ minores illius loci, ꝙ per tex. dicti. §. penult. tollebant pacta, etiā que dicebantur iurata, ꝛ per papā cōfirmata: dicit ibi idē do. Cardi. se putare ꝙ intentio dicti. §. penulti. fit derogare cuicūꝙ dispositioni speciali contrarie. Multo ergo fortius videtur dicendū in hoc casu fuisse derogatum dicte transactioni, postꝙ in derogatione huiusmodi facta est mentio expressa de conuentionibus ꝛ pactis etiam apostolica authoritate roboratis.

5 † Ex premissis infertur, ꝙ cum in priuilegio dn̄i Sixti expresse cautū extiterit, ꝙ dicti fratres non teneantur in aliquo casu de candelis, que ad manus fratribus dantur, quartam aliquā quōdolibet dare, non potest venerabilis vir dn̄s sacrista predicte ecclesie petere illā dimidiam partē candelarum, de qua dicitur cōuentum ꝛ trāsactū: quia cōuentio hm̄oi apparet cōtraria priuilegio ꝛ exemptioni apostolicis. Preterea qꝛ in trāsactione predicta videtur fuisse conuentum de dādis annis singulis dicto dn̄o sacriste quinꝙ florenis, ꝛ medietate intorcitiarū ꝛ brandonorū, q̄ seu qui portarent illuminati dum funera portarentur ad ecclesiā ꝛ cemyteriū dictorū fratrū, ꝛ que vel qui illuminati ꝑmanerēt seu cōburerētur dū funus funerarent, seu ecclesiastice sepulture tradetur: et hoc non solū pro canonica seu quarta portione, que debetur ꝓ funeralibus ꝛ aliȷs de quibus in dicta cle. dudū. §. verum. de sepul. ꝛ ad que tenētur de iure cōi, nō obstātibus eorū priuilegiȷs, sed etiam ꝓ ea, q̄ debent de iure cōi de his q̄ legantur in ornamētis, vel ꝓ eis, aut libris, fabrica, luminaribus, anniuersario septimo, vicesimo, tricesimo, aut aliȷs ad perpetuū cultū diuinum, seu pro pitanciȷs aut victu ad sustentationē fratrū, vel indumentis, nec non ꝛ ꝓ annuis cēsibus redimēdis, ꝛ aliȷs de quibus mentio habet in dictis eoꝝ priuilegiȷs, ꝓ quibus tamē soluere non tenentur aliquā canonicā aut parochialem portionē: videt ꝙ dicta transactio rescindi debeat ꝛ retractari, pro eo quia nō tenent ipsi fratres ad solutionē alicuius canonice aut quarte portionis faciendā de his que legantur in ornamentis, vel ꝓ eis, aut aliȷs de qb⁹ supra, ꝛ plenius in dictis eoꝝ priuilegiȷs. Et sic negari nō pōt quin quo ad hec, ꝛ pretēsam eoꝝ canonicā seu quartam portionem fuerit et sit predicta trāsactio dictis priuilegiȷs cōtraria, per que, vt predixi fuerūt, ꝛ sunt exempti a solutione canonice seu quarte portionis al's de eis debite. Et ꝗuis in transactione p̄dicta conuentū nō extiterit de danda aliqua portione seu quota de predictis legatis, sed de dandis annis singulis quinꝙ florenis ꝛ quarta intorcitiarū ꝛ brandonoꝝ: quia tn̄ transactū est ꝙ hec darent tā ꝓ canonica seu quarta portione, q̄ tam de aliȷs ꝗ de prime dictis debebat: perinde videt quo ad rescindendā trāsactionem predictā, acſi transactum extitisset ꝙ de predictis omnibus soluerent canonica aut alia portio: quia cū i locū canonice seu portiōis predicte successerint dicti quinꝙ floreni annui, ꝛ medietas intorcitiarū ꝛ brandonorū predictoꝝ, illi sortiuntur naturā predicte canonice seu portionis. l. filie. §. j. ꝛ quod ibi docto. ff. de cōdi. ꝛ demō. §. fuerat. institu. de actio. l. si donare. §. si spōsus. ff. de donat. inter virum ꝛ vxorem. ꝛ. l. si eum. §. qui iniuriarū. ꝛ quod ibi doctores. ff. si quis cau. ꝛ quod voluit Oldra. consilio mihi. xix. exordiente, Factum tale est quedam vniuersitas ꝛc. Pro quo facit quod habetur in dictis literis dn̄i Sixti, seu marimagno, in capitulo de sepultura: ibi, in reliquis vero casib⁹ ꝗ in ꝑmissis in quib⁹ quarta ipsa soluēda veniret ꝛc. vbi idē do. Sixtus vult in posterū obseruari cōuētiones laudabiles ꝛ honestas, si que facte essent in reliqs casibus ꝗ in ꝑmissis, in quib⁹ quarta ipsa soluēda veniret. Ergo cōtrariū voluit in aliȷs cōuētionib⁹, de quarum numero fuit donatio, de qua supra, vt apparet ꝑ p̄dicta. Videtur igit ꝙ dicta trāsactio debeat rescindi, ꝛ ꝙ ipsi fratres non teneantur ad aliquā canonicā, aut portionē ꝑ eos soluendam in casibus superius mētionatis, ꝛ in quib⁹ reperiuntur priuilegiati ꝛ exempti. Quo vero ad funeralia, exceptis candelis q̄ ad manū dantur ipsis fratribus, in quibus sunt exempti, ꝛ quo ad alia in quibus non reperiunt priuilegiati aut exempti, tenentur ipsi fratres ad canonicam seu quartā portionē. dicta cle. dudū. §. verū.

6 † Illa aūt dicunt funeralia que deferunt cū funere, vel occasiōe funeris prouenniunt, siue ante corpus terre cōditū, siue postea obueniant, vt not. Laudē. Paul. de leaza. cardi. Floren. Joan. de Imol. ꝛ docto. cōiter in d. §. verū. Et idē dico de obla. que fiunt, per id qd̄ not. Panor. in c. in nostra. col. j. de sepul. ¶ Quo vero ad decimas dico ꝛ respondeo, ꝙ licet recolēde memorie dn̄s Clemēs papa quartus eosdem fratres priuilegiauerit, ne de eorum hortis vel virgultis decimam soluere tenerentur: prefatus tamē do. Sixtus indultū hm̄oi de decimis soluēdis ad quecunꝙ bona dictorū fratrum, ꝛ quascūꝙ decimas, etiam quas vulgus papales appellat, ꝛ apostolica sedes ꝓ Christiane fidei confessiōe, aut aliȷs imminentibus necessitatibus indicit, ꝛ quecūꝙ alia onera motu proprio ꝛ de eius certa scientia extendit: qd̄ non est dubiū eum facere potuisse. c. a nobis: ibi, nisi a prestatione ipsarū specialiter sit exemptus, ꝛ quod ibi nor. gl. Hosti. Joan. and. in nouel. Panor. ꝛ docto. de deci. ꝛ Hosti. in summa. eo. titu. §. a quibus, in princi. ꝛ aliȷ in aliȷs locis: super quibus non insisto.

1 ☞ Communicatio allegationū an fienda per aduocatos partium ante latam sententiam.
2 Cautela pro aduocatis articulantibus possessionem esse translatam per constitutionem precariȷ.
3 Locatio ad mensuram facta an conditionalis, ꝛ quousꝙ imperfecta.
4 Varietas temporis an ꝛ quando reprobet dicta testium, ꝛ quid in varietate loci.

¶ Epitome.

¶ Fundi pars incerta quo ad locum ꝛ quotam possideri nō potest: ꝛ ideo qui tali imaginaria possessione priorem se tempore existimat fallitur. V. F.

¶ De acquir. possess. Consilium. lxxxv.



1 Etiam, † si allegationes proborum virorum Claudi peyssonis, ꝛ fratrū, cōmunitate extiterint ante latam sententiam Joanni hebrardi seniori, ꝛ fratribus, aut spectabilibus viris dominis eorum aduocatis, seu alicui eorundem, vt patere potest ex tenore principȷ allegationum alterius eorundem: qd̄ fieri non debuit, per id quod singulariter voluit Innocen. in. c. per tuas. de testi. ꝛ Roma. in suo singulari incipiente, Fuit interrogatus dominus meus Joan. de imo. ꝛc. qui etiam alicubi refert ita fuisse de facto Bononie decisum per doctrinam Innocen. in dicto. c. per tuas: ipsi tamen do. aduocati non videntur sufficienter respondisse, pace eorum salua dixerim, iuribus ꝛ rationibus parte dictorum Peyssonis allegatis ꝛ deductis: nec satis opportune rationes allegasse, propter quas pro dictis Hebrardis ferri debuerit sententia, quam pro eis fuisse latam ꝛ audio ꝛ lego. Et quidem mouere non debuit egregium virum dominum iudicem Marsane pretensum primum fundamentum, quod profecto magnifaciunt dicti domi. aduocati: scilicet ꝙ per publicum instrumentum, iunctis propositis ꝛ deductis parte dictorum Hebrardorum, ꝛ responsionibus factis per dictum Claudium peyssonis ꝛ fratres, aut eorum procuratorem, apparuerit ꝛ appareat dictos Hebrardos probasse ꝛ dominium ꝛ possessionem centum sextariatarum terre, in actis cause vertētis inter partes lati⁹ expressarum: ꝛ hoc pro eo: quia per confessionem dicti Claudȷ peyssonis aut fratrum apparet, vt pretenditur, ꝙ dicte centum sextariate spectabant iure dominȷ seu quasi accensanti tempore facti de eis accēsamenti dictis Hebrardis, ꝛ ꝙ propterea cum in instrumēto predicto idem cōcedens cōstituerit se precario nomine dictorum Hebrardorum istas centum sextariatas terre tenere ꝛ possidere, fuerunt per cōstitutionem huiusmodi dominum ꝛ possessio dictarum centum ꝛc. in ipsos Hebrardos translate, ꝛ ex tunc acquisite. Pro quo dicto dicti do. aduocati multa inducunt profecto scite ꝛ exquisite, ꝛ que ego non nego: sed ea limito ꝛ restringo, vt nō procedant nisi eo casu quo fuit deductum ꝛ probatū, ꝙ constituens se tenere ꝛc. tempore facte cōstitutionis tenebat ꝛ possidebat rem, quā constituit tenere ꝛ possidere nomine alterius, vt voluit gl. in contro tex. ꝛ quod ibi apertius per An. in. l. ꝗuis. §. si cōductor. ff. de acquiren. possess. vbi etiam colum. ȷ. versicu. in eadem glos. ibi, conductor ꝛc. idem voluit Alexander de Imo. Idem etiam voluit Ange. in. l. quedam mulier, colum. j. versi. attende tamen ꝙ per nullum ex dictis actibus ꝛc. ff. de rei vēdi. ꝛ in. l. ȷ. prope fi. versi. similiter no. C. de acqui. pos. ꝛ ante eū Bal. eius german⁹ in. l. j. colū. j. versi. Itē in cōstitutione precarȷ. C. quando liceat ab emptio. disce. ꝛ ante eos senserat Albe. C. de donat. sup rubri. col. j. Idē etiam voluit Andre. barba. cōsilio. xli. exordiēte, Illud afferam in mediū quod prophete clarissimo venit in ore. col. vj. in prima parte, ꝛ Ange. consilio. clxxx. exordiēte, In questione vertēte inter Antoniū luce ꝛc. col. j. vel circa. ver. Itē nō obstat quod in

2 dicto instrumento continetur constitutio precarȷ: ꝛ hoc fuit de mente gl. in dicta. l. ȷ. sup verbo, tradita. C. de acqui. pos. † Hinc consulēdo dicit Ange. in allega. l. quedā mulier. l. ꝗuis. §. si conductor. ꝛ. l. ȷ. C. de acqui. pos. ꝙ cautus debet esse aduocatus pretendēs possessionē esse translatā per constitutionē precarȷ, vt articulet ꝛ probet constituentē possedisse tēpore cōstitutionis ꝛc. alioquin succūbet. Cui⁹ motiua ibi videri possunt, ꝛ apertius ꝑ Bal. dicta. l. j. col. j. C. quando liceat ab emptio. disce. Et quēadmodū possessio non trāsfertur, ita nec dominiū seu quasi: qꝛ illud non trāsfertur sine traditione vera aut ficta. l. traditionibus. iunctis ibi no. per scribētes. C. de pac. Cū igitur dicti Hebrardi non ꝓbauerint, quinimo nec ꝓposuerint ꝙ tēpore facti accēsamenti ꝛ pretēse constitutionis precarȷ dn̄s accēsans possideret, pretēdi non potest

non potest ꝙ per constitutionē precarij fuerint dominiū ꝛ possessio dictarum cētum ꝛc. seu etiam alterum eorūdem in dictos Hebrardos translatum: et sic non procedit dictū pretēsum fundamē
3 tū. † Cui etiam obstat quod als dixi, scilicet ꝙ dictum pretēsum accēsamentum factum fuerit ad mensuram: et sic fuerit conditionale, ꝛ imperfectū quousqꝫ fieret mēsuratio, ꝑ id qđ voluit Bar. in. l. iulian⁹. §. si titius. ff. de actio. empti. ꝛ Fran. de are. in. l. possideri. §. incertam. col. ij. ff. de acqui. possess. Et sic non censet̄ ꝑ constitutionem precarij possessionem dictarū cētum ꝛc. fuisse translatam in dictos Hebrardos, ꝑ id quod not. Bar. Alex. de Imol. ꝛ Fran. de are. in. d. §. incertā. quia pars incerta quo ad locū ꝛ quotam possideri nō pōt, dicto. §. incertā. ꝛ quod ibi docto. ꝛ qđ not. docto. in. l. locus. ff. de acqui. possess. Cuiusmodi fuerūt ꝛ sunt dicte cētum sextariate, que de predio seu campo aut terris eremis prefati accēsalis pretendunt̄ accensate. Ille enim sunt incerte: q2 nescitur quo ad locū, quia nescitur in qua parte dictorū eremorū tradētur. Item ꝛ quo ad quotam, quia nescit̄ an sit media pars vel tertia, aut queuis alia totius fundi, prout declarāt docto. in d. §. incertam. in eo qui vēdidit cētum tabulas certi ei⁹ fundi: de quo etiam dicit Fran. de are. in dicto. §. incertā. ꝙ ipse nō poterit agere rei vēdicatione, quia non fuit translatū dominiū in emptorem, nec etiam possessio, vt predixi. Nec opportune satisfacit responsio ex aduerso facta, ꝛ in qua dicitur ꝙ propter designationē terminorū seu limitum fuerit certū illud corpus seu prediū, quod fuit dictis Hebrardis accensatū. Qm̄ respondeo ꝙ dn̄s cōcedēs non accēsauit dictis Hebrardis aliquod certum prediū seu terrā limitibus confrontatā seu limitatā, sed cētum sextariatas terre confrontate ꝛ limitate: in qua tamē terra reperit̄ multo amplior numerus sextariatarū ꝛc. Et ita ante mensurationem non apparuit nec apparet que cētum sextariate ex hoc toto predio pertineant ad dictos Hebrardos, aut ꝑ eos possideantur. Nō ergo potuerūt ipsi Hebrardi pretendere se esse potiores in titulo aut possessione dictarū centū sextariatarū terre: cū vt dixi eorū pretēsus titulus seu dictū accēsamentū fuerit cōditionale, ꝛ in vim cuius ante factam mēsurationē nō potuit apprehendere possessionē, q̄a pars incerta quo ad locū ꝛ quotam possideri non potest, dicto. §. incertam. Et ex his infertur non obstare tertium fundamentum allegatū per egregiū virū dominū Bertrandū rostagni, scilicet ꝙ non appareat ꝙ ille, a quo dicti Claudius peyssonis ꝛ fratres receperunt in accensamentū, esset procurator dominij Marsane. Quoniā respondeo ꝙ hoc non obstat quominus in vim concessionis per illum facte potuerint dicti Claudius ꝛ fratres apprehendere possessionem, a qua eijci non debent ad instātiam dictorum Hebrardorum: qui vt dixi nec possident nec possidere pn̄t in vim dicti eorum pretensi accensamenti, postꝙ̄ apparet ꝙ in terra designata in dicto eorum accensamento fuit ꝛ est maior ꝗ̄titas, ꝙ̄ expressum extiterit.

Ad id vero quod deducitur in quarto fundamēto, dico alias in meis primis allegationibus fuisse responsum, ꝛ per su pradicta etiam apparet responsio, scilicet ꝙ dicti Hebrardi nec possederunt, nec possidere potuerunt ante mēsurationem, que nō est facta: ꝛ sic non procedit quod dicitur eos habere possessionē antiquiorem: quia si non habent possessionem, dici non possunt habere antiquiorem, arguendo a toto in modo ad suam partem, vt verbi gratia: si de aliquo ostenso dicamus ꝙ nō sit homo, consequenter infertur ꝙ non sit homo albus. Et per predicta, ꝛ alia iam dudum per me scripta, si bene ꝛ ad radicem attendantur, apparet sufficiens responsio ad omnia alia fundamenta facta per dictum do. Rostagni concernentia materiam possessorij.

Per predicta etiam apparet responsio ad allegata per egregiū virū do. Iacobū bochoni vsqꝫ ad. §. preterea. ꝛ secundo nō solū per actū factū ꝛc. q2 vt ex tenore allegatorum huiusmodi patet, idē do. aduocat⁹ cōtendit possessionē fuisse acquisitā per cōstitutionē precarij. Ceterū ad id de quo ibi opponitur. s. ꝙ possessio fuit etiam per eosdē Hebrardos acquisita ꝑ realē ꝛ corporalē eorum apprehensionē, respondeo ꝙ istud etiam nō obstat, prout ꝛ supra ꝛ als dixi. Multa enim huic dicto obstant. Et primo quidē quia, vt dixi, nō potuerunt isti Hebrardi apprehendere possessionem rei incerte ꝛ quo ad locum ꝛ quo ad quotam. d. §. incertam. cuiusmodi tamen erant ille centū sextariate terre: ꝛ vt mihi videtur tota inaduertentia stat in hoc, ꝙ prefati domi. aduocati videntur pretendere ꝙ dictis Hebrardis fuerit accensatum tenementum seu corpus cōtentum infra limites de quibus in instrumento. Ego autem dico ꝙ nō: sed dumtaxat cētum sextariate huius tenementi, de quibus re vera non apparet vbi sint: quia non sunt mensurate: sunt etiam incerte quo ad quotam, ꝛ hoc eadē ratione. s. quia, nō sunt mensurate, et sic nescimus quota pars existant predicti tenementi, quod apparet continere plus in multo ꝙ̄ sint centum sextariate. Cū igitur dicti Hebrardi pretendant se acquisiuisse possessionem dictarū centum ꝛc. in vim dicti accensamenti, ꝛ tam per cōstitutionem precarij, ꝙ per realem apprehensionem, necesse est eos fateri ꝙ immo nō acquisiuerint in vim dicti accensamenti: nisi etiam pretēdant ꝙ rei incerte ꝛ quo ad locū ꝛ quo ad quotā acquiri possit possessio. Sed istud dici nō potest, vt predixi. Etiā non obstat dictū prefati do. aduocati pretendentis possessionē fuisse acquisitam per realē ꝛc. ꝛ ꝙ hoc probatū fuerit per testes. Quia vt alias dixi, dicti testes fuerunt ꝛ sunt varij ꝛ discordes in his, que dixi, ꝛ singulares: ꝛ sic
4 nō probant. † Cui dicto non obstat quod voluit Bar. in. l. ob carmen. §. si. ff. de testi. quinimo facit pro hoc dicto, quatenus Bar. ibi voluit ꝙ si testes inducantur ad probandum aliquid nō limitatum certo tempore, tunc varietas temporis non reprobat eorū dicta. Et sic a sensu contrario sentit, immo etiam ꝛ hoc post glo. dicit, ꝙ quando testes inducuntur ad probandū aliquid certo tēpore limitatum, tūc nocet varietas temporis, quod est in casu nostro: quia testes fuerunt parte dictorum Hebrardorum in causa producti nō solum ad probandū eos possedisse: sed etiā ad probādum ꝙ ipsi possederunt ante dictos Claudium peyssonis ꝛ fratres. Debet ergo nocere varietas: quod etiam voluit Bar. ꝛ alij in. l. celsus. ad fin. ff. de vsuca. ꝛ Alex. de imol. consi. lxxij. exordiente, Inspecto diligenter ꝛc. col. iij. versi. sed premissis non obstantibus ꝛc. Preterea hic est contentio de possessione tegularie, ꝛ casalis per ipsos Claudium ꝛ fratres inibi edificati. Quo fit vt cum testes reperiātur varie deposuisse quo ad corpus, de quo deponunt, nec cōueniant de possessione loci cōtentiosi, videtur hec loci varietas nocuisse ꝛ nocere ipsis Hebrardis: ꝛ quibus nō ꝑficit dictum Bart. in. d. l. ob carmen. §. fin. qui loquitur in alijs terminis, scilicet in varietate temporis, ꝛ nos in loci varietate q̄ nocet. Pro quo allegasse sufficiat not. per doc. in. l. testium. C. de testi. Preterea etiam si multi testes concorditer deponerent de dicta pretensa possessione, ipsi non probarent illam: q2, vt predixi, res incerta quo ad locum ꝛ quotam possideri non potest. Nec huius contrarium dicunt doc. ex aduerso allegati in. d. l. locus. quinimo dicunt expresse quod dixi.

Preterea ad id de quo opponitur, ꝙ pro acquirenda possessione totius fundi opus non sit tangere omnes glebas, aut circuire totum fundum, ego respondeo ꝛ fateor hoc esse verum, nec alicubi dixi cōtrarium: sed est alia ratio, que impediuit apprehensionem possessionis, etiam si isti discurrissent per totum fundum ꝛ omnes glebas tetigissent, scilicet incertitudo loci ꝛ quote, postꝙ̄ nos supponimus ꝙ in vim dicti accensamenti prefati Hebrardi voluerunt apprehendere possessionem, non dico illius tenementi seu terre cōprehense in limitibus: sed dictarum centum ꝛc. Et quod dicitur ex aduerso sufficere, ꝙ locus cuius apprehēditur possessio sit certus ratiōe loci, ꝗ̄uis sit incertus ratione quote. Respōdeo ꝛ fateor hoc esse verū, sed nō satisfacit: quia ego dico ꝙ dicte centum ꝛc. sunt omnino incerte. Nec curo multū de eo super quo impugnantur testes parte dictorum Peyssonis in causa ꝑducti, super eo videlicet, ꝙ dixisse pretendunt̄ ꝙ regularia ꝛ puteus, seu etiā terra, de quibus cōtenditur, non comprehenduntur infra limites: quia sic limites huiusmodi comprehenderent plus ꝛc. Quia esto ꝙ ipsi non reddant causam sufficientem ꝛ concludentem, res huiusmodi infra limites nō concludi: ipsi tamen probāt ꝙ infra limites, cōtinetur maior quantitas, ꝙ̄ sint ducente ꝛc. de quo etiam sunt alia acta, per que hoc probatur: ꝛ qđ probatum multū officit dictis Hebrardis propter incertitudinem, de qua supra, quam inducit.

Insuper etiam nec obstat id quod opponit̄, dictos Peyssonis sciuisse appensionamentum fuisse antea factum dictis Hebrardis, ꝛ propterea vel fraudem vel malā fidem eisdē nocuisse. Quoniam respondeo ꝙ ex hoc, etiam si de eo appareret, non concluditur potioritas iuris dictorū Hebrardorum. Et per hec videtur satis patere responsio ad alia allegata per dictum domi. aduocatū vsqꝫ ad. §. non obstat illud quod dicit pars aduersa ꝙ contractus ꝛc. in quo idem domi. aduocatus visus est velle respōdere rationi per me ꝛ alias. ꝛ supra facte de incertitudine loci ꝛ quote: vbi pretendit ꝙ cum in instrumento dicti accensamenti fuerint positi confines loci accensati, apparet ꝙ in hoc fuerit certitudo ratione loci, ꝗ̄uis vt fatetur fortasse fuerit incertitudo ratione qualitatis. Sed honore suo saluo dixerim, ipse non respondet rationi: nec ego fateor ꝙ in dicto instrumento fuerint positi confines loci accensati, ꝗ̄uis bene confiteor ꝙ in eo positi extiterint cōfines cuiusdam terre, cuius terre fuerunt ducēte sextariate accensate, ꝛ sic non fuerūt confinate dicte centū sextariate, sed terra que longe plus continet, ꝛ ratione huius multi pluris resultat incertitudo etiam rōne loci quousqꝫ facta fuerit mēsuratio.

Procederet autem dictū prefati domi.aduocati,si in instrumento diceretur talem appensionasse quandam terram centum sextariat rum ⁊c. Confrontatam ⁊c.sed non dicitur hoc: sed dicitur eundem appensionasse centum sextariatas. Inter que est grādis differētia,prout alias dixi,⁊ idē domi.aduocatus optime nouit,

¶ Et q̄uis quedā alia allegentur parte dictorum Hebrardorum:quia tamen ex predictis,⁊ aliis alias per me scriptis,appa-ret sufficienter ꝙ illa non obstant,non est opus alia responsione magis particulari. Concludo igitur ꝙ dictus domi. Judex,honore saluo dixerim,male processit,⁊ vt puto vel non visis vel saltem non appensate consideratis allegationibus dictorū Claudi peyssonis ⁊ fratrum,per quas videre potuisset fundamenta pro dictis Hebrardis assumpta non obstare. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Rex Sicilie quod ius in Prouincia habebat.
2 Princeps in sua terra quid possit.
3 Est deus in terris romana Cesar in vrbe.
4 Spurius quis dicatur.
5 Princeps spurio suo an possit relinquere.
6 Donatio facta per patrem filiofamilias quo casu valida.
7 Princeps in dubio an ⁊ quando censeatur vti plenitudine potestatis.
8 Regi aut principi an ⁊ quatenus interdicta alienatio aut donatio.10.14.17.
9 Legatum ⁊ donatio.
11 Testator legans rem suam an videatur legasse ⁊ ius quod in ea habet.
12 Argumentum a communiter accidentibus an validum.
13 Dispositio quelibet an recipiat interpretationem ⁊ supplementum a consuetudine.
15 Spurius an sit capax ad succedendum in feudo,⁊ quid in seruo.16.
16 Effectus ex scientia augetur,qui ex ignorantia destrueretur.
18 Feudum alienari an ⁊ quando possit sine vasalli voluntate.

¶ Epitome.

¶ Etiam in spurium,suum nedum in filium naturalem, potest princeps rem suam transferre non requisito vasalli vel subditorum consensu. V. F.

¶ De naturalib.libe. Consilium.lxxxvj.

1 D Icit† Oldra.consil.mihi xix.exordiēte,Factum tale est quedaʒ vniuersitas seu syndici ⁊c.ꝙ rex Sicilie habebat in comitatibus Prouincie ⁊ Forcalquerij iura imperialia: ⁊ istud est in hac insigni sede notorium,ꝙ tam recolende memorie illustrissimus do. Renatus dudum rex Sicilie ⁊ comes dictorum comitatuū,q̄ sui predecessores habuerunt a tempore,de cuius initio hominū memoria in cōtrariū nō existit,⁊ citra,in dictis comitatibus iura imperialia,ꝙ ꝙ in illis
2 a tēpore hmōi nō recognouerūt superiorē.† Poterat igitur idem do. Renatus in dictis comitatibus quicquid pōt imperator in imperio,per id qđ magis cōiter scribunt doct.in multis locis,scilicet Bar.in.l.j.§.de qua re.ff.de postu.in.l.iij.in princ.ff.de mino.in.l.infamem.ff.de publi.iudi.in.l.relegati.ff.de pe.⁊ in.l.hostes.ff.de capti.⁊ postlimi.reuer. Jo.and.in.c.sup quibusdam.§.preterea.de verb.signi. Bal.in.l.ex empto.C.de proba.⁊ in aut. hoc amplius.colū.ij.vel circa.ver.an filij regis.C.de fideicōmis. Pau.de cast.cōsi.ccxxvij.exordiente,Super primo dubio videt dicendū ꝙ legitimatio istius Joannis non valeat ⁊c.⁊ Alex.de imol.in.l.acta.§.de ampliāda.ff.de re iudi. Alex.cōsi.ij.colū.vj. ver.quinimo plus reperio consuluisse: Pau.de ca.in primo vol. ⁊ cōsi.xv.exordiēte,Visis narratis in themate ⁊c.col.ij.ver.⁊ satis est vt predicta procedant,in quinto volu.⁊ qđ cōmuniter no. Cano.in.c.cū te.de re iudi.⁊.c.per venerabilē,qui filij sint legiti. ⁊ do.Felyn.in.c.que in ecclesiarū.col.ij.versi.⁊ quod dixi in principe.⁊ col.xiij.versi.tertius casus est in principibus qui in suis terris ⁊c.de constitu.⁊ Jo.and.in addi.Specu.titu.de instrumen. edi.§.porro.in addi.exordiente,Hec subscriptio donātis ⁊c.col. fi. Multa autem de his que potest Imperator in imperio colligit Bal.in.l.rescripta.col.ij.ver.no.ergo hic aliqua de principis potestate.C.de p̄ci.impe.offe.vbi etiā Alex.de imol.ponit multas remissiones. Multa etiā ⁊ elegantia ponit Bal.cōsi.cclxxx. exordiente,Queritur si rex Romanorū iam dudū creauit quēdā
3 nobilem ⁊c.in tertia parte:† vbi inter cetera dicit euʒ esse deum in terris,vt in aut.de consul.⁊ refert illud Senece,de clementia ad Neronē,describentis Cesarē,⁊ in eius persona de se loquentis qui sic ait. Ego ne ex omnib⁹ mortalibus placui,electusꝗ sum, qui in terris deorum vice fungerer: ego vite necisꝗ arbiter gentibus: qualem quisꝗ sortem statūꝗ habeat in manu mea positum est,quid cuiꝗ mortaliū fortuna datū velit meo ore pronun-
4 tiat,⁊ reliqua.† Ex quibus infert,ꝙ licet nobilis ⁊ generosus vir do. Joānes,fili⁹ dicti quōdā illustrissimi do. Renati,nō posset dici proprie filius naturalis: sed magis spurius:pro eo inter alia qꝛ q̄uis procreatus extiterit ex soluta,nō tamē ex soluto:et sic non ex muliere in schemate concubine retenta,aut.quib.mo. natura.effi.sui.§.si quis aūt defunctus.colla.vij.⁊ aut.de trien.⁊ semis.§.⁊ hoc dicimus si vni concubine.versi.sit autē ei domi.colla.iij.⁊ qđ voluit Oldra.consi.mihi.xlvj.exordiente,Factū tale est quidā nobilis conuertit se ad quandā mulierē solutā ⁊c. Joā. an.in addi.Spec.in tit.q fil.sint legiti.sup rubrica.col.ij.vel.iij.
❧ Ceterū veniēdo ad materiam principalē, dico et respōdeo dictā Mānselā debuisse et debere in hoc vniuersali iudicio sentētiam obtinere. Probauit eīm cōfessione partis aduerse, q̄ dudum fuerat in humanis honesta quondam mulier Alaysia saone eius auia parens, et q̄ illa intestata ab humanis decesserit, superstitibus et sibi supuiuentibus Raymundo et Malenco saonis ipsius Alaysie filijs naturalibus et legitimis. Nisi forte quis dicat q̄ licet confessione dictarū Margarete et Armande probatum extiterit, et appareat ab humanis decessisse Alaysiam superstitibus et sibi superuiuentibus dictis Raymundo et Malenco: non tū apparuit vel apparet cōfessione dictarū Margarete et Armande, vel alias, q̄ ipsa Alaysia intestata decesserit: sed hoc non obstat.
2 † Qm̄ respōdeo q̄ ipsa presumitur decessisse intestata, nisi probetur fuisse testata, per id q̄d voluit Bar. in. l. is potest. col. pen. ff. de acqui. heredi. vbi etiam de hoc Alexan. de Jmol. in vltima col. et idem voluit Alexa. de Jmol. et do. Jason may. in. l. si emancipatus. C. de collat. Pro quorum dicto facit, q̄ allegans aliquē fecisse testamentum proponit factum, q̄ non presumitur nisi probetur. l. in bello. §. facte. cum suis simi. ff. de capti. Restat igitur esse probatum q̄ dicta quondam Alaysia ab humanis decesserit superstitibus dictis Raymundo et Malenco eius filijs naturalibus et legitimis dictarum Margarete et Armāde. Et q̄ decesserit intestata probatur presumptione iuris, vt predixi. Ipsius ergo hereditas fuit deuoluta et delata dictis Raymundo et Malēco. auth. de here. ab intest. §. j. colla. ix. et transumptiue in auth. in successione. C. de legi. libe. Preterea etiam probatur partim cōfessione dictarum Margarete et Armande, et partim ꝑsumptione iuris, q̄ prefat' Raymundus ab humanis intestatus decesserit superstite et sibi superuiuente dicta nobili Mansela eius filia naturali et legitima. Cui propterea tanq̄ proximiori ab intestato delata est hereditas eiusdem Raymundi. dicto auth. de heredi. ab intesta. §. j. et allegata auth. in successione. Ex quibus infertur q̄ cum dicte quondā Alaysie non superfuerint nisi duo filij, scʒ Raymundus et dicto Raymundo superfuerit dicta Mansela, que etiā adiuit et quatenus opus fuit acceptauit, vt apparet ex dicto libello, hereditatem eiusdem quondam Alaysie, ista debet eidem Alaysie pro dimidia parte succedere. Etiam probatum est depositionibus testium parte dicte Mansele in causa productorum, q̄ dicta quondam Alaysia tempore eius vite et mortis tenebat et possidebat multa et varia bona tam mobilia, q̄ immobilia, et quod bona huiusmodi tenētur et possidentur per dictas Margaretam et Armandam, vt videri potest in his, que testificantur et deponunt dicti testes super scdo et decimoquarto articulis libelli, de quo supra. Et sic nulli dubiū quin ipse Margareta et Armanda conueniri potuerint petitione hereditatis. l. licet. cum suis simili. ff. de peti. here. Dʒ igitur iuxta libelli ꝯclusionē declarari dictā Mānselam actricē fuisse et esse heredē pro dimidia parte dicte quondā Alaysie.
3 ¶ † Cui nō obstat quedā pretensa quittātia, qua se iuuare nitunt dicte Margareta et Armanda: ea potissimum rōne, q̄ illa, si tū et quaten' de ea legitime appareat nō fuit facta per ipsam Mānselam, sed per prouidum virum Joannē bartholomei eius virum, et qui de ea facienda nullam habuit facultatem seu mandatum: et sic eidem Mansele nocere non debuit. l. si vnus. §. ante oia. ff. de pac. et. l. id q̄ nostrum. cū suis simili. ff. de reg. iu. Concludo igit vt supra sn̄iam fuisse et esse ferendam cōtra dictas Margaretam et Armandā, et illas fore condēnandas iuxta conclusionem libelli, de quo supra. Que dixerim sub correctione. &c.

1 ☞ Fratres cum matre qualiter succedant in fratris hereditate, siue adita, siue non.
2 Juramentum an excludat beneficium restitutionis in integrū.
3 Juramentum compromittentis quam conditionem secum trahat, et an non obstante illo possit peti restitutio in integrum immodica lesione interueniente.

¶ Epitome.

¶ Minor, qui arbitrorum sententiam seruare iurauit, quia per iuramentum tantum maior representatur, si enormiter ex ea lesus fit, maior factus restitui se in integrum frustra postulat: sed suppleri iustum pretium petere debet. V. F.

¶ Si aduers. rem iudi. Consi. ciiij.



PO nitur in facto quod dudum et ante annum dn̄i. M. cccclxxxiij. et diē sextum mensis Octobris, vel circa, vita functus est et ab humanis intestatus decessit nobilis vir Ludouicus de sancto Marcello, superstitibus et sibi superuiuentibus venerabili et nobilibus domino Guichardo, Georgio, Joanne, Antonio, Nicolao, Margareta, et Melienos ei' filijs, et filiabus naturalibus et legitimis: q̄ q̄ postea ante mēsem et diē ꝑdictos vita functi sūt et ab humanis sine liberis itestati decesserūt dicti nobiles Georgi' et Melienos, superstitibus nobili et generosa muliere dn̄a Margareta de alansono

eorum matre, et dictis do. Guichardo, Joanna, Antonio, Nicolao, et Margareta eorum fratribus et sorore utrinque coniunctis.

¶ Item et quod tam tempore mortis dicti quondam nobilis Ludouici, quam tempore compromissi, ac lati laudi, et secute ratificationis seu emologationis latius expressarum in mihi exhibita copia compromissi, laudi, et emologationis huiusmodi latius mentionatarum, bona valebant communi estimatione, deductis ere alieno et funeris impensa, duodecim mille florenis et ultra. Et cum tempore compromissi laudi et emologationis predictarum idem nobilis Nicolaus non excederet decimum quintum annum.

¶ Quesitum est an non obstantibus compromisso, laudo et emologatione huiusmodi possit idem nobilis Nicolaus, qui supponitur nunc esse etatis triginta duorum annorum, habere aliquod remedium contra dictum Joannem eius fratrem.

¶ Premitto pro illius solutione quod cum dictus nobilis Ludouicus intestatus decesserit, eius hereditas fuit deuoluta et delata dictis eius filiis et filiabus tanquam proximioribus ab intestato: cuilibet videlicet pro septima parte. auth. de heredi. ab intesta. §. j. colla. ix. et trasumptiue in auth. in successione. C. de suis et leg.

1 libe. † Premitto insuper et secundo quod cum postea ab humanis decesserint dicti nobiles Georgius et Helienos, eorum hereditates deuolute extiterunt dictis eorum fratribus, et sorori, et prefate domine Margarete eorum matri: cuilibet videlicet pro sexta parte: et hoc si ante eorum mortem se paterne hereditati immiscuerint, dicto auth. de heredi. ab intest. §. consequens. et transumptiue in auth. defuncto. C. ad tert. Si vero prefati nobiles Georgius Helienos se paterne hereditati non immiscuerint, et sic non fuerit eis quesita hereditas, ipsi iure suitatis illam non aditam transmiserunt ad quoscunque eorum heredes, et sic ad dictos eorum matrem, fratres, et sororem, quemlibet videlicet pro sexta. parte l. si fratris, et quod ibi Alex. de Imol. et doct. communiter. C. de iu. delibe. et l. apud hostes. C. de suis et legiti. et quod voluit Bart. Alex. de Imol. et moder. in l. si infanti. C. de iu. delibe. Bar. Joann. de Imol. et docto. in l. ventre. ff. de acqui. heredi. et sic dicto nobili Nicolao spectauit et pertinuit tempore compromissi, laudi, et emologationis predictarum ab una parte septima pars bonorum dicti quondam nobilis Ludouici, et ab alia sexta pars duarum septimarum partium, earum videlicet que delate extiterant dictis quondam nobilibus Georgio et Helienos: que septima pars omnium bonorum et sexta duarum aliarum septimarum partium ascendebant et in multo ultra valorem mille florenorum. Propter quod non solum reperitur ipse nobilis Nicolaus lesus usque ad dimidiam partem iusti pretii inclusiue, sed longe ultra: et sic non solum enormiter, sed enormissime. Potest igitur Joan. B. non obstantibus compromisso, laudo et emologatione superius mentio

2 natis, petere non quidem se in integrum restitui: † quia ab hoc beneficio exclusus est propter iuramentum, auth. sacramenta puberum. et quod ibi omnes scribentes. C. si aduer. vendi. sed quod iustum pretium dictarum septime et sexte partium sibi suppleatur usque ad valorem legitime earundem, aut quod partes huiusmodi eidem restituantur, et hoc petere potest beneficio. l. ij. C. de rescin. vendi. et c. cum dilecti. c. cum causa. de emptio. et vendi. Nec eidem nobili Nicolao obest iuramentum per eundem prestitum. Et quidem non iuramentum quod prestitisse dicitur tempore dicti com

3 promissi: † quia illud habebat tacitam conditionem, nisi immoderate lederetur per laudum illorum suorum pretensorum parentum et amicorum, arg. l. quero. §. inter locatorem. ff. loca. et l. quidam cum filium. ff. de verbo. obliga. et quod voluit Bar. in l. si societatem. §. arbitrorum. col. vj. ver. quero utrum possit renuntiari. ff. pro so. et quod ponit do. Gui. pape decisione. cccccxix. exordiente, Licet renuntiatum fuerit arbitrio &c. Non etiam per iuramentum prestitum tempore emologationis dicti pretensi laudi: quia illud solum representauit dictum nobilem Nicolaum maiorem vigintiquinque annis, ut no. glo. et docto. in dicta. l. ij. C. de rescin. vendi. gl. et docto. in d. c. cum causa. Quemadmodum ergo maior, si fuerit circumscriptus siue lesus ultra dimidiam iusti pretii, potest contrauenire, si non iurauerit, et petere supplementum iusti pretii, aut rem restitui, dicta. l. ij. et c. cum causa. ita minor, qui fuit lesus ultra dimidiam iusti pretii, potest non obstante iuramento simpliciter prestito petere iustum pretium suppleri, aut rem restitui: quia (ut dixi) iuramentum huiusmodi ipsum solum reputat maiorem viginti quinque annis. Et sic eum non excludit a beneficio dicte. l. ij. a quo non excluduntur maiores contrahentes sine iuramento, si circumueniantur aut ledantur ultra dimidiam iusti pretii. Que dixerim &c.

1 ¶ Filii positi in conditione, ex expressa testatoris voluntate repellentes substitutum, an censeantur substituti.

2 Bona heredis de restituendo grauati an veniant in restitutionem fideicommissi vniuersalis.

3 Liberi primi gradus de fideicommisso an detrahant duas quartas.

¶ Epitome.

¶ Quamuis filii positi in conditione ex expressa voluntate testatoris repellant substitutum: non tamen censentur substituti. V. F. ¶ De insti. et substi. Consi. cv.



Pace salua dixerim et honore egregii viri domini aduocati probi viri Petri valerii loci de Paternis, quidam libellus parte eiusdem Petri, contra et aduersus honestam mulierem Peronetam relictam Benedicti valerii, coram vobis reuerendo in Christo patre et domi. Luscurrensi episcopo, et locumtenente reuerendissimi do. gubernatoris Auenionis oblatus et productus de iure non procedit: sed fuit et est reiiciendus et repellendus, causis, rationibus, et motiuis ex eo apparentibus. Tum quia supposito (citra preiudicium veritatis) quod probus quondam vir Ymbertus valerii, pretensus pater Petri, Germani, et dicti Benedicti valerii testamentum prout ex aduerso pretenditur condidisset, et in eo heredes suos vniuersales instituisset dictos Petrum, Germanum, et Benedictum, et primo decedenti aut decedentibus, si sine liberis decederet, aut decederent, substituisset superuiuentes aut superuiuentem: non tamen ex hoc infertur nec inferri potest, quod dictus Petrus in hac causa actor censeri debeat fuisse substitutus prefato Benedicto eius

1 pretenso patruo: et hoc duabus causis. † Prima quia quamuis filii vel liberi positi in conditione ex expressa voluntate testatoris repellant substitutum: non tamen censentur substituti, per id quod habetur in l. ex facto etiam. l. si quis ita heres instituatur si legitimus. ff. de hered. institu. l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de leg. j. et l. si quis sub conditione. ff. si quis omis. cau. testa. quod etiam voluit glo. et post eam Jaco. de are. Cy. Rayne. Bart. Fran. tigri. Nico. de neapo. Bal. Ange. Jo. de imo. Raph. cuma. et moder. in l. lucius. la. ij. ff. de hered. insti. Jo. and. in addi. Spec. tit. de testa. §. j. in addi. exordiente. Huic questioni accedit, ver. quinta questio. et ita consuluit Oldra. cons. mihi. lxiij. exordiente, Thema tale est testator habebat unum fratrem et ex fratre premortuo unum nepotem &c. et consi. cix. exordiente, Thema tale est dominus Guilielmus canonicus Lemouicensis. col. fi. idem voluit Bar. in l. si cum dotem. in princ. ff. solu. matri. Bal. in l. quod scitis. col. pen. ver. nec obstat. ff. de pact. &c. C. de bo. que libe. Bal. in l. j. ver. venio ad secundum &c. C. de summa trini. et fide cath. Raph. cuma. et Pau. de cast. in lectura Bononiensi, in dicta. l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de leg. j. Et pro hac parte solent docto. communiter consulere: et quidem Alex. de imo. consi. xcj. exordiente, Ponderatis his que in themate, col. ix. ver. Quod autem illi qui sunt positi in conditione non censeantur instituti seu substituti, et consi. cviij. exordiente, Viso themate &c. col. j. in primo vol. et consi. xxij. exordiente, Visis ac perlectis &c. col. iiij. in tertio vol. et in aliis multis que referre non expedit. Secunda ratio, quia supposito (citra preiudicium veritatis) quod filii vel liberi positi in conditione censeri possent substituti, eo casu quo superessent eorum parentibus de restituendo grauatis: idem tamen Petrus actor non censetur substitutus dicto quondam Benedicto eius non quidem patri, sed patruo: sed dicti deberet substitutus dicto quondam Petro eius patri. Tum etiam non procedit dictus pretensus libellus: quia in conclusione illius, et in vim pretense substitutionis, et ut asseritur facte per dictum Ymbertum, petitur dictam Peronetam heredem predicti Benedicti condemnari ad tradendum et restituendum hereditatem et bona, que idem quondam Benedictus dum viueret tenebat et possidebat. Quod peti non debuit nec peti potest, etiam si verum esset prout non est quod dictus Petrus actor censeretur fuisse substitutus dicto quondam Benedicto eius patruo. Sed solum peti deberent bona, que fuisse pretenderentur dicti quondam

2 Ymberti: † quia in restitutione fideicommissi vniuersalis non veniunt bona heredis de restituendo grauati. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. et pupilla. qui tex. quotidie et in scholis et in iudiciis solet ad hunc casum allegari, et qui eum decidit. Peti igitur debuerunt bona, que dum viueret et tempore mortis tenebat et possidebat dictus quondam Ymbertus, non que tenebat prefatus Benedictus. Tum et quia ubi dici posset quod dictus Petrus censeatur substitutus dicto Benedicto eius patruo, et ubi ipse Petrus actor petiisset sibi restitui bona, que dum viueret et tempore mortis tenebat dictus quondam Ymbertus: adhuc non procederet conclusio dicti pretensi libelli, quatenus de conclusione huiusmodi

3 non deducitur nisi legitima debita iure nature. † Cum tamen certum sit quod liberi primi gradus detrahant duas quartas, scilicet legitimam et trebellianicam. l. iubemus. ubi casus. C. ad trebel. de quo glo. et docto. in l. in fideicommissariam. in principio. ff. ad trebel. Que dixerim sub correctione &c.

Transmissio

1 ¶ Transmissio hereditatis per immistionem an fiat.
2 Sui paternam hereditatem ad quoscunque suos heredes transmittunt.
3 Conuentus petitione hereditatis, modicum ex illa possidens, an veniat condemnandus.
4 Declaratio rerum in petitione hereditatis an necessaria, & quādo facienda.

¶ Epitome.

¶ In iudicio vniuersali libellum sufficit edere generalem, cum in ipsa executione res postea minutatim designari possint. U. F.

¶ De eden. Consi. cvi.



Viso processu, cause diu est cepte & pendentis indecise, per & inter Christophorum riuerij & Bertranam martine eius vxorem, Thomam Germani & Ueranam martine coniuges ex vna parte, & Guillielmum meyerij ex alia dico & respondeo dictos Christophorū, Bertranā, & consortes debere in hac causa obtinere. Egerunt enim petitione hereditatis: vt clarissime perpenditur tam ex propositis & deductis in libello parte eorum in dicta causa oblato ex conclusione illius, egerunt, inquam, predicta actione dicte videlicet Bertrana & Uerana ex personis earundem, & dicti Christophorus, Thomas germani iure eis cesso. Et vt apparet ex propositis, narratis & conclusis in predicto libello, ipsi petierunt bessem, seu, duas tertias partes bonorum & hereditatis quondā viri Alziarij meyerij, dictarum Bertrane & Uerane aui materni, & ab intestato vita functi. Et vt appareat eas debere obtinere victoriam premitto constituisse & constare confessione partis aduerse quod dudum fuerit in humanis dictus Alziarius, & quod ipse intestatus decessit, superstitibus & sibi superuiuentibus dicto Guilielmo reo, Syffreda, & Jāneta eius filio & filiabus naturalibus & legitimis: quibus propterea delata est eius hereditas. auth. de hered. ab intes. §. j. colla. ix. transumptiue in auth. in successione, C. de suis & legi. libe. Preterea etiam probatur confessione partis, quod dicte Jāneta & Syffreda ab humanis decesserunt superstitibus dicte videlicet Janete pfata Uerana, & ipsi Syffrede dicta Bertrana earū filiabus naturalibus & legitimis: quibus propterea tanquā proximioribus delate sunt earū hereditates, per iura superius allegata: In quibus comprehendebantur hereditas & bona pa-
1 terna, si tamen eidem paterne hereditati se immiscuissent. † Et si se non immiscuerint hereditati hmōi dicte Janeta & Syffreda hereditatem hmōi transmiserūt ad dictas earum filias. l. vnica.
2 C. de his qui ante aper. tab. † Pro quo facit quod sui transmittunt paternam hereditatem ad quoscunque suos heredes: pro quo allegasse sufficiat no. per docto. in. l. si fratris. & plenius in. l. si infanti. C. de iur. delib. & in. l. ventre. vbi Barto. Jo. de imo. & alij. ff. de acqu. hered. Et si fortasse probatū non fuerit, quod dicte Janeta & Syffreda non se immiscuerint paterne hereditati: cum iste Uerana & Bertrana earū filie potuerint illā adire, quod & fecerunt, vt apparet ex contētis in libello. Etiā probati sunt partim cōfessione partis, & partim per publicas scripturas cōtractus matrimoniorum inter dictos Christophorum & Bertranā, & Thomā Germani & Ueranā, ac dotiū cōstitutiones, & cessiones actionū & iurium facte per dictas Bertranā & Ueranā: que sufficiunt ad hoc vt potuerint et dicti Thomas & Christophorus experiri predicta actione, & hoc ex iure cesso, vel propter constitutionē dotiū. Et cum cōstet & appareat dictū Guillielmū tenere & possidere de bonis dicti quondā Alziarij predia latius mentionata in responsione per eum facta interrogatorijs litium preparatorijs predictorū Christophori & consortū in hac causa oblatis, ipse debet cōdēnari iu-
3 xta conclusionem libelli: † quia conuentus petitione hereditatis, etiam si minimam rem dūtaxat possideat de bonis hereditarijs, condemnandus est. l. licet. ff. de petitio. heredita. Nec opponat aliquis quod vel in libello predicto, vel in probationibus debuerit
4 declarari que fuerint vel sint bona aut res hereditarie. † Quoniā respondeo quod immo hoc fieri non oportuit, cum petitio hereditatis sit iudicium vniuersale, in quo non est opus rerum declaratione seu designatione: quia illa fit post latam sententiam, & in exequutione illius, iuxta theoricam, quam ponit glo. & sequuntur omnes scribentes in. l. j. in princi. ff. de eden. de quo etiā per multos in. l. edita actio. C. de eden. c. ij. de libel. obla.

1 ¶ Legatario pro cōsequēdo legato plures actiones an cōpetant.
2 Actio personalis an sequatur particularem successorem.
3 Libelli conclusio pandit que actio fuerit intentata.
4 Consuetudo vt dici possit introducta que requirantur.
5 Dictum testis obscurum contra quem interpretandum.
6 Testis deponens a tāto tpe citra quod tempus includat, nu. seq.
7 Propositio an verificet in vno tm̄ die, si dictū fuerit, a cētum annis citra.
8 Articuli post publicatas attestationes admittendi, Et quid si admissi cum clausula saluo iure impertinentium.

¶ Epitome.

¶ Actio personalis non sequitur particularem rei successorem: quamuis etiam non heres possit cōueniri actiōe hypothecaria, si de rebus testatoris possideat: discussis tamen prius heredis bonis. U. F.

¶ De heredītat. actio. Consi. cvij.



1 Quamuis † nonnunquam plures actiones legatario pro consequutione sui legati competere soleant. l. j. C. communi. de leg. facit. l. cum filius. §. varijs. ff. de lega. ij. actio tamen ex testamento, que personalis est, datur contra heredem testatoris, non contra possessorem alicuius ex rebus
2 eiusdem testatoris: † quia actio psonalis nō sequit pticularē rei successorē. l. legatorum petitio. ff. de lega. ij. l. j. §. si heres. & qd ibi gl. & doc. ff. ad treb. l. fi. §. fi. & qd ibi Alb. Sal. & doc. ff. de contrahē. emp. & vend. facit. l. fideicōmissum. §. j. ff. de iudi. dixi de actiōe psonali ex testamēto, quia nō nego quin alius etiā nō heres possit cōueniri actione hypothecaria, si de rebus testatoris possideat, suo tamen ordine, hoc est prius discussis bonis heredis. Cum igitur honorabilis vir Frāciscus guigonis nō fuerit nec ponatur fuisse heres quondā viri Stephani audiberti testatoris & qui legasse pdicit sex solidos annuos in processu latius mētionatos: sed heres illius fuit quedā dña Maritona eiusdē Audilberti filia, nō potuit nisi nulliter & de facto dictus Guigonis actiōe psonali conueniri p venerabilē virū dñm Blasiū de ystrio, p solutiōe dictorū sex solidorū & arreragiorū eorūdē: qd tamē idē do. Blasius facere tentauit, & de facto fecit. Qd satis colligitur & apparet ex conclusione cuiusdā pretense libelli cōtra eūdē Guigonis in hac cau-
3 sa oblati, † qz libellus attēdit penes cōclusionē, & ex illa cognoscit que actio intentata extiterit. Pro quo allegasse sufficiat qd ponit Ange. cōsi. xxxvj. exordiēte Pro decisiōe quesitorū. col. ij. versicu. scdo premitto. Ange. are. in. §. j. charta antepenult. vel circa versi. in fi. gl. p hoc facit &c. ibi. & tene mēti ppetuo qd ad duo &c. De quo etiā Paul. de cast. cōsi. vj. & cōsi. cclxxiiij. Multas remissiones ponit And. sicu. cōsi. xxxviij. exordiente, Preclare scripsit psalmista celebris prope est dñs inuocātibus &c. col. xiij. ver. item subdit postea dicta do. Petrina. Male ergo quinimo nulliter & fine actiōe videt pcessisse dictus dñs Blasius, quatenus agere tētauit, & de facto egit actione personali contra dictum Guigonis.
4 † Cui non suffragatur illa pretensa cōsuetudo, de qua articulauit in quibusdā eius pretensis articulis exordiētibus, Prouidus vir Frāciscus &c. insertis fol. liij. Pro quo allegasse sufficiat, quod vt not. gl. & doc. in. c. fi. de cōsuetu. multa requirūtur ad hoc vt cōsuetudo dici possit introducta, que possunt ibi videri: & inter ea requiritur qd fuerit legitime prescripta: qd maxime procedit eo casu, quo consuetudo huiusmodi non est preter legē, sed cōtra legē, vt in casu de quo cōtēditur. Sed cōsuetudo huiusmodi parte dicti do. Geruasij deducta nō fuit sufficienter probata per plures do. Geruasiū: & quidē illā nō pbāt testes parte ipsius pducti. Et primo nō quatenus ipsi aut eorum aliqui deponunt ad se fuisse habitum & haberi, regressum, & se tāquā possessores soluisse & soluere anniuersalia p eos mētionata. Quoniam quo ad hoc sunt singulares deponētes, vcz singuli de eo qd se dicunt fecisse & facere: nō ergo pbant. l. iurisiurādi. cum suis simi. C. de testi. Nō etiā probāt quatenus dicūt se velle alios tāquam possessores fuisse cōuētos p solutione anniuersariorū. Qm̄ nō deponūt se fuisse cōuētos actione personali. Potuerūt em̄ fortasse cōueniri actione hypothecaria tāquam possessores rei pro anniuersario tacite vel expresse obligate: & sic eorū dictū nō cōcludit, sed est dubiū, in-
5 certum & obscurum. Quod propterea debet interpretari contra producentem. c. in presentia. & quod ibi docto. de proba. & quod not. Bar. & Alexan. de imol. in. l. inter stipulantem. §. si stichum. ff. de verborum obliga. Et non probant quatenus dicūt cōtenta in primo articulo dicte schedule, Prouidus vir Franciscus &c. fuisse & esse vera, & reddunt causam dicentes quod ita viderūt obseruari, scz vnus vel plures ab annis sexaginta, aliqui vero ab annis quinquaginta, alij vero ab annis quadraginta, & alij prout in eo-
6 rū depositionibus. † Qm̄ dico & respondeo quod attenta redditione cause dictum eorum non concludit fuisse in loco de Berra obseruatum per quadraginta annos, imo nec per triginta aut viginti, quinimo nec per decem, prout in dicto primo articulo deducitur. Pro quo videatur. l. j. §. quod autem. ff. de aqua. quoti. et esti. et quod not. Hostien. & Joannes andr. in capi. licet. super verbo et citra. de proba. vbi etiā Panor. col. iij. versi. not. nono: ibi, declaro tex. hic &c. Bar. i. l. celsus. col. fi. ver. sed circa huiusmodi pba-

tionem videndum est quid iuris.ff.de vsuca. Bald.in.l.iudicia.
C.de rei vendi.z in.l.falsus.col.iij.C.de fur. Alex.de imol.consi.
cx.exordiente, Uisis acutissimis dubitationibus zc.col. fi., versi.
nec obstat ꝙ Augu.interruperit zc.in primo vol.quatenus vo-
lunt ꝙ testes deponentes aliquem possedisse aliquã rem a decem
annis citra non probant ꝙ ille rem hmõi possederit per decem
annos,quinimo nec per duos dies:qr ista est vera, possedi rem il-
lam a decem annis citra etiam si non possederim nisi per vnum
7 diem,vt sentiunt docto. vbi supra. † Et idem dico si dicerem qd
ego possedi rem aliquam a centum annis citra: quia ista propo-
sitio verificatur etiam si non possederim nisi forte per vnũ diem.
Et sic non probant possessionem centum annorum, quinimo nec
duorum dierum. Testes igit parte dicti domini Seruasij in hac
causa producti,quatenus dicunt se vidisse obseruari,prout in di-
cto primo articulo, aliqui videlicet a sexaginta annis citra, alij
vero a quadraginta,aliqui vero a triginta, z alij prout in preten
sis eorum depositionibus,non probant quod per tempus de quo
loquuntur fuerit ita obseruatum prout in articulo:qd etiam vo-
luit Alex.de imol.loquens in prescriptione consuetudinis,in cõ-
silio.xlv.exordiente, Uisis attestationibus testium receptorũ zc.
colum.iij.versi.tertius testis, ibi,item de tẽpore dicit a quadra-
ginta annis zc.vbi pro hoc allegat dictum.c.licet causam, z qd
ibi Hostien.z Joannes and,allegat etiam Barto, z Bal, in lo-
cis superius allegatis.

Preterea supposito, citra

preiudiciũ veritatis, ꝙ prefatus Guigonis potuisset alias actio
ne personali conueniri:non tamen videtur potuisse conueniri per
dictum dominum Seruasium, cum non appareat dictos sex soli-
dos fuisse sibi legatos aut relictos,sed presbyteris seu sacerdoti-
bus dicti loci de Berra,per quos voluit dictus quondã Stepha
nus audiberti testator annis singulis certo die anniuersariũ ce-
lebrari,z inter eos predictos sex solidos distribui. De quorũ nu-
mero non apparet fuisse dictum dominum Seruasium tempore
cepte cause huius,z minus illis tribus precedentibus annis,pro
quibus arreragia petijt. Et supposito quod de illorum numero
extitisset: non tamen videtur potuisse agere, z petere insolidum
tanꝙ sibi debitos tredecim grossos cum dimidio, cum sibi non
deberentur insolidum. Cui non suffragatur quedam pretensa cõ
suetudo parte ipsius allegata in secundo articulo dicte schedule
8 Prouidus vir Franciscus zc. † Cum quia cum super articulis
dicti Francisci guigonis exordiẽtibus, Ut vobis zc.insertis fol.
ccccxxxiij. propositum extitisset quod facientes anniuersaria so-
lent ea distribuere presbyteris illa cãtantibus seu facientibus,z
super hoc fuissent parte eiusdem Guigonis testes producti, exa-
minati,z eorum depositiones publicate z didicite,nõ debuit di-
ctus secundus articulus admitti,propter metum subornationis,
per id ꝙ habetur in clemen,testibus.z quod ibi per scribentes,de
testi.z.c.fraternitatis.z quod ibi doc.eo.titu.z ꝙ not.legiste in.l.
per hanc.C.de tempo.appella. Et ꝙuis illi admissi extiterint: qr
tamen admissi fuerunt cum clausula saluo iure impertinentium,
eorum admissio non fuit pura,sed conditionalis,scilicet si admit
tendi essent. Quo fit vt si non erant admittendi,prout non erant,
habeantur pro non admissis,quasi deficiat conditio:z ita non no
cuit eorum admissio,per id quod voluit Joan.de imol.in.l.si qñ.
ff.de lega.j.z Bart,in.l.ambitiosa.q.penul.ff. de decre, ab ordi.
facien. Cum quia esto quod contenta in dicto primo articulo es-
sent vera,scz ꝙ curatus,vicarius,aut renderius iurium z emolu-
mentorum parochialis ecclesie dicti loci de Berra consueuerit
experiri z agere pro recuperatione pecuniarũ debitarum pro an-
niuersarijs in dicta ecclesia celebratis,vel que ibi fiunt:non tamẽ
infertur quod ipse curatus,vicarius, aut renderius possit agere
vel experiri pro pecunia hmõi tanꝙ sibi debita,nisi forte quo ad
quotam ipsum concernentem:sed deberet eam petere tanꝙ ad-
ministrator iurium ecclesie,z procurator sacerdotuz,vel tanꝙ eis
debitam. Cum z qr non apparet ꝙ tempore cepte cause huius,
z minus ꝙ dictis tribus annis pro quorũ arreragijs etiam egit,
fuerit idẽ domi. Seruasius curatus,vicarius,aut renderius pre-
dicte ecclesie. Qd tamen per eum probari oportuit: quia dicenti
aliquid se posse tanꝙ talem,incumbit probatio quod sit talis.

1 Chartusianorum priuilegia.
2 Priuilegium per principem concessum an indigeat confirma-
tione.
3 Confirmatio priuilegiorum per principes datorum quid opere-
tur,z ad quid prosit.
4 Imperatoria maiestas per mortem cesaris non extinguitur.
5 Priuilegium vergens in enorme detrimentum reipublice an ip
so iure reuocatum: z an reuocari possit vel moderari. Et quid si
fuerit priuilegium in corpore iuris clausum.

Epitome.

Antiquum rescriptum per sequentes principes etiam non
confirmatum si nondum alteri detrimentum adferat, quamuis
tractu tpis adferret,est interim obseruandum,nec sola posset illa
futuri damni suspitione per principem tẽperandũ aut mutandũ.

V. 5. De diuers.rescr. Cons. cviij.



1 Etiam † si priuilegium de non soluendis
decimis de terris,vineis, hortis,
pratis,syluis, pascuis, z possessionibus quibus-
cunqꝫ,vbilibet consistentibus,que tunc tempo-
ris iuste z canonice possidebat, aut in futurum
concessione pontificum, largitione regum vel
principum, oblatione fidelium, seu alijs iustis modis prestante
domino posset adipisci venerabilis conuentus Uallisbenedi-
ctionis de Uillanoua Chartusiẽñ ordinis,de illis videlicet que
proprijs manibus vel sumptibus excolebat:vel extunc imposte-
rum excoleret, ipsi conuentui per recolende memorie dominum
Innocentium papam sextum concessum,non fuisset per eius suc
2 cessores confirmatum: † illud nihilominus firmum z perpetuum
existeret,vt pote quod pro sui firmitate aut perpetuitate confir-
matione non indiguit,neqꝫ eget.c.j.ij.z.iij.xxv.q.ij.auth.consti.
que de dignita.§.fina.colla.vj.z.c.decet concessum.z qd ibi glo.
de reg.iur.in.vj.z ꝙ not.glo.xxij.q.v. super rubrica: quod etiam
voluit Cy.in.l.priuilegia.in princ.C.de sacrosanc.eccle. vbi dicit
quod per.l.illam illi,qui habent priuilegia a principe, procurant
vt per principes confirmentr:sicut videmus inquit quando crea-
tur imperator nouus:z idem in papa:z subiungit Cy.quod ꝙuis
hoc sit bonum,non est tamen necesse. Idem etiã sensit ibi Pau.
3 de ca. † dicens ꝙ confirmatio priuilegiorum,si sunt valida, parũ
operatur:qr solum renouat z obseruantiam recitat, z aliquando
prodest propter vetustatẽ chartarum. Hoc ipsum z apertius vo-
luit Alexan.de imol.consilio.xxxiij.exordiente, Ponderatis his
que continentur in priuilegio zc.col.iiij.in quinto volu.vbi dicit
non esse curandum ꝙ priuilegium immunitatis,de quo ibi,con-
cessum per do.Carolum quartum non fuerat per successores eius
dem Caroli renouatum: quia hoc non fuerat necessarium,dicto
4 auth.constitu.que,de dignita.ad finẽ.z allegato.c.decet. † Non
enim per mortem Caroli, aut dicti do. Innocentij sexti fuit ex-
tincta imperialis aut papalis dignitas.c.si gratiose.de rescript.
in.vj.z.l.proponebatur.ff.de iudi.non ergo obest eidem priuile-
gio quod confirmatum non extiterit per dictos successores:si ta-
men verum est qd confirmatum non fuerit.

5 † Etiam nec illi vel dicto

venerabili conuentui obest quod dici audio, scilicet quod ex illo
sequi possit enorme detrimentum parochialis ecclesie dicti loci
Uillenoue, eo quia idem conuentus posset acquirere oẽs terras
z vineas totius territorij Uillenoue,vt iam in maxima parte fe-
cerunt,prout dicunt,si verum sit,z sic frustraretur ipsa parochia-
lis ecclesia: quia licet priuilegium etiam ab initio iustum possit
ex post facto,si vergat in alterius enorme detrimentum,per con-
cedentem seu successorem in dignitate reuocari seu moderari: il-
lud tamen etiam vbi in detrimentum huiusmodi iam vergit non
est ipso facto reuocatum, vt voluit glo.fina. in.c. suggestum. de
deci.idem voluit glo.in.d.c.decet.idem voluit Jo.de imol. in.l.
ex facto.in prin.in col. iij.versi. item not.quod aliquid potest esse
ab initio zc.vbi etiam Alexã.de imol.col.iij.ver.item probat.ff.
de vulga.z pupil. Et respondent ad dictam.l.ex facto.in prin. qd
ibi cessabat cã concessionis:ideo non mirum si concessio cesset. c.
cum cessante.cum suis simili.de appella. Secus vero si nõ cesset
causa concessionis. Que vero fuerit causa concessionis hmõi cla
re colligit ex prefatione literarum apostolicarũ:que nõ cessat nec
authore dño cessabit. Et quod priuilegiũ hmõi,etiam vbi actua
liter vergeret in enorme detrimentum alterius,vtpote parochia
lis ecclesie,vel alterius pretendentis ibi habere decimas,nõ fue-
rit vel sit reuocatum,etiam sensit Inno.in.d.c.suggestum. super
verbo sed nunc: vbi dicit ꝙ ea casu tẽperandum est priuilegiũ per
superiorẽ.l.Neratius.in fi.ff.de re.iur.z dicta.l.ex facto.in pncipio.
ff.de vulga.z pupil.hoc etiam voluit Host.in dicto.c. suggestuz,
super verbo querelam.vbi dicit ꝙ eo casu principis est estimatio,
dicta. l.neratius. Principum enim beneficia solet princeps in-
terpretari,vel ille cui commiserit,z non alius.dicta.l. ex facto. in
prin.z.c.cum venissent.de iudi. Idem etiam sensit Jo.de imol.
in.c.cum ad hoc.de cleri.non residen.qui etiã in priuilegio in cor
pore iuris clauso sentit tutius esse tenere quod nõ reuocetur. Et
hoc in priuilegio non clauso in corpore iuris, cuiusmodi est hoc
de quo est sermo,tenuit Guil.de petrata,quem refert z sequit Jo.
caldi.in suis addit.in d.c.suggestũ.z hi oẽs loquuntur qñ priuile
giũ ab initio iustũ vergit (non dico vergere põt) sed iam vergit in
enorme seu graue detrimentum alterius. Et tamẽ dicunt ipsum
non existi

non cēseri reuocatū: q̄uis cōcedens vel successor possit ex hac causa ipsum reuocare vel moderari. Que si ita se habeāt: immo q2 sic se habēt, multo fortius dici nō debet reuocatū priuilegiū, de quo supra, cum nec vergat, nec post illius cōcessionem vergere ceperit in graue detrimētū dicte parochialis ecclesie loci Villenoue, aut illius qui inibi decimas se habere cōtendit. Audio enim qd a tēpore concessionis dicti priuilegij, a quo existimo cucurrisse centū z quinquaginta annos z vltra, vel circa, nihil acquisiuit dict9 cōuentus in territorio Villenoue, nisi duas desertas vineas capacitatis sexaginta iornaliū: propter quarū acquisitionem, seu non solutionem decimarum antea forte percipi solitarū ex fructibus vinearum huiusmodi, dici non potest dicta parochialis ecclesia vel alius pati enorme detrimentum: cum territorium predictum et decimaria sint multum ampla, z decima fructuum vinearum huiusmodi satis vilis aut modica existat. Et presupposito (qd tamē verum nō credo) quod idem conuentus de facto acquirere posset oīa predia zc. hec tamen potentia, z q̄diu ad actum reducta non extiterit: nō ledit, nec enormiter lederet dictam parochialē ecclesiam: ergo nec ex hac causa debet dictū priuilegiū reuocari etiā per superiorem, aut in aliquo moderari. Cum autē cōtigerit predictam ecclesiam vel alium enormiter grauari, seu ledi, tunc nō nego quin tunc possit moderari, vel aliter prouideri per superiorem: sed dico quod illud posse, de quo supra, nō debeat nūc attēdi: alioquin si talia considerarentur, deberent multa auferri, vel etiam non fieri pro eo quia licet, bona existāt, possunt tamen ex illis grauia sequi detrimenta, contra id quod habetur in ca. de occidendis. xxiij. q. v. Et ita mihi videtur.

1 ☞ Emptor percipiēs fructus rei empte anteneatur ad vsuras aut interesse pretio non soluto etiam de iure canonum.
2 Perfidia an presumenda in mora solutionis, emptore rei empte fructus percipiente, quo minus non soluatur recompensa emolumenti.
3 Venditoris cōfessio de pretio recepto an sibi obstet emptore post ea debitum fatente.
4 Scientia sibi non teneri an requiratur in stipulante anteq̄ possit agere ad promissionem illius, qui sciebat se non teneri, nu. seq.
5 Stipulatio an requirat causam.
6 Iuramentum an augeat obligationem.
7 Presumptio alia, q̄ donationis quādiu capi potest assumenda propter difficultatem.
8 Presumptio pro legitimo titulo allegato ex prestationibus per longum tempus factis an habeat locum etiā in donatione, z cur.

¶ Epitome.

¶ Nihil impedit domus venditorem, qui eam ad emptorem interea possidentem transtulit, si pretium nondum solutum sit ex integro, interesse quotannis iustū accipere ab emptore, donec soluatur, id etiam permittente iure canonico. V. F.

¶ De senten. que pro eo quod interest prof. Consi. cix.

1 Etiam † si verum sit qd post venditionem domus, de qua in casu, z quam fecisse dicitur prouidus vir Alanus hereterij, anno videlicet domini millesimo. cccclxxvij. et die tertia mensis Junij, discreto viro Jaqueto Gobeti sabbaterio loci Cristearnaudi, pretio trecentorum z quinquaginta florenorum monete tunc currentis, prouidus vir Bernardus hereterij dicti Alani patruus receperit ab eodem Jaqueto annis singulis, quamdiu postea vixit idem Bernardus, duodecim florenos: non tamen viderētur posse per dictum Gobeti ipsi Alano imputari vel insolutum, vel in diminutionem ducentorū z quadraginta florenorum eidem debitorum pro resta dictorum trecentorum z quinquaginta florenorum. Quia, vt supponitur in facto, domus predicta fuit eidem Jaqueto ab initio expedita, z z postea per eū possessa: z que vt audio poterat communiter locari annis singulis quindecim florenis z vltra. Quo fit vt ratione emolumenti per eundem emptorem ex possessione dicte domus percepti, potuerit idem Bernardus recipere annis singulis a prefato emptore dictos duodecim florenos, non quidem tanq̄ verā vsuram debitam pro dictis ducentis z quadraginta florenis: sed tanq̄ interesse, z in recompensam emolumenti per eundem Jaquetum percepti. l. ij. C. de vsuris. l. curabit. C. de actio. empti. l. iulianus. §. ex vendito. ff. eo. titu. z c. salubriter. de vsuris. Et procedit quod predixi non solum de iure ciuili, sed etiam de iure canonico. secundum glo. que hoc not. in dicta. l. ij. z in. l. curabit. supra allegata. Idem voluit glo. in dicta. l. iulianus. §. idem papinianus. super verbo excedit, ver. sed secundum nos. z in. c. conquestus. super verbo de feudo, versic. alias etiam posset attentari. de vsu. Hostien. in summa titu. de vsur. §. an aliquo casu. versicu. secundo fm Laurē. Cy. in dicta. l. ij. vbi etiam Bar. z Pau. de ca. colum. ij. versic. in eadem glo. ibi responsio zc. C. de vsur. Bart. in dicta. l. curabit. vbi etiā Bald. Ange. z Salice. Barto. in dica. l. iulianus. §. idem papinianus. vbi etiam Bald. z Bal. in dict. §. ex vendito. z Alberi. in. l. j. colum. mihi. ix. ver. predicta puto vera quando vsure petuntur vt vsure. C. de summa trinitate. vbi et multos refert qui possunt ibi videri. Et hoc etiam satis fatet in hoc casu, qñ scz quātitas pmissa, vel soluta, nō multū excedit fruct9 pceptos ex re tradita. Laurē. de rodul. in suo opere d vsur. seu repetitione. c. cōsuluit. in scda parte, in q̄rta oppositione, de vsur. z Jo. de ana. in. c. in ciuitate. col. ij. z. d. c. cōquestus. col. ij. d vsur. Et queadmodū nō videnł imputāde in diminutionē dictoz ducentoz z quadraginta flore. ille summe, quas a tpe venditionis z citra recepisse d dict9 quondā Bernard9: ita nec in diminutionē precij hmōi seu reste videnł imputāde alie pretense summe, quas post mortē dicti Bernardi recepisse pretendił dictus Alanus vēditor: postq̄ supponimus dictos ducentos z quadraginta floren. non fuisse sibi solutos dictū Jaqtum tenuisse z possedisse dictā domū, z que poterat vt audio cōiter locari annis singulis quindecim aut decē z octo flore. q2 summe fuerūt z cēsentur pro recōpensa partis fructuū seu emolumēti dicte domus per dictū Jaquetum recepte. ¶ † Nec opponat aliqs, q non ex pfidia seu recusa
2 tione eiusdē Jaqueti, sed de consensu dicti Arani fuerit dilata solutio dictoz ducētoz z quadraginta florenoz, z q pptera teneatur ipse Alan9 dictas summas receptas imputare in dictos ducētos z quadraginta florenos. Qm̄ rñdeo q ad hoc vt nō teneret imputare nō regrebał perfidia seu cōtradictio aut mora dicti Jaqueti, postq̄ vt predixi supponimus q iste Jaquetus interim gauisus est z gaudet cōmoditate domus. Et hoc voluit Bal. in d. l. ij. ver. denuo querit quid si emptor. vbi etiā Paul. de ca. col. j. ver. quinimo dicit Bal. C. de vsur. z Jo. de ana. in. d. c. conquestus. col. ij. ver. querit etiam ibi Bal. quid si emptor zc.

3 † Nec opponat aliquis quod tempore facte venditionis dicte domus, dictus Alanus cōfessus extiterit se habuisse z recepisse a prefato Jaqueto dictos ducētos z quadraginta florenos. Qm̄ rñdeo q cū postea bonā fidē agnoscēdo cōfessus fuerit idē Jaquetus se teneri p resta dicti pretij in dictis ducētis z q̄draginta florenis, z illos pmiserit se soluturū post mortē dicti Bernardi, satis apparet q illi re vera soluti nō extiterāt, z q nō obstāte ꝯfessione pdicta possit ipe Alanus illos exigere. Pro quo allegasse sufficiat id quod not. Joan. de imol. et docto. in. l. in his. §. si vir. ff. soluto matrimonio. Bald. in. l. si absentis. col. fina. versicu. z ex his infertur. C. si cert. pet. z in. l. legē. C. de pac. Angel. consi. clxj. exordiente. Genera a socero confessus fuit zc. z And. Barb. consilio. xix. exordiente. Preclare scribitur primo Regum. c. ij. Et q2 hic punctus non habet dubium, super eo non insisto.

4 † Venio ad id de quo vlterius queritur, an videlicet vltra z preter dictos ducentos z quadraginta florenos, z duodecim florenos, quo hactenus annis singulis dicuntur percepisse primo dictus quondam Bernardus, z postea iste Alanus, z quos videtur imposterum posse percipere, z hoc in recompensationē commoditatis dicte domus, seu partis illius, q̄diu dicti ducenti z quadraginta floreni sibi non soluenł, possit idem Alanus exigere annis singulis a prefato Jaqueto duodecim florenos pensionales, quos confessus fuit debere, z soluere promisit z iurauit dicto Alano pro domo zc. Dico z respōdeo quod istud non est sine dubio. Et in primis consulo ipsi Alano vt ad conscientiam recurrat. Nam si isti duodecim floreni pensionales essent in veritate recogniti, z de soluēdo promissi, pro eo: quia idem Jaquetus non soluerat nec soluebat dictos ducētos et quadraginta florenos, licet commoditatem dicte domus habuisset z haberet, z fuisset actum inter eos vel expresse vel tacite, quod q̄diu cessaretur in solutione dictorum ducentorum z quadraginta florenorum, deberet ipse Jaquetus annis singulis soluere duodecim florenos pensionales, nō posset ipse Alanus post solutionem dictorum ducentorum z quadraginta florenorū exigere predictam pensionē: q2 sic cessaret causa dicte promissionis. Sed si in veritate nec expresse nec tacite fuerit facta recognitio, z promissio dictorum duodecim florenorum pensionalium propter cessationem: seu dilationem solutionis dictorum ducentorum z quadraginta florenorū, z cōmoditatem dicte domus, z sic non sumus in casu in quo ob illam causam timeamus offendere conscientiā, remanet in hoc difficultas principaliter, an confessio z promissio
5 huiusmodi valuerint. † Pro eo q2 licet in eis interuenerit stipulatio: non tamē apparet de causa, que videł esse necessaria ad hoc vt cum effectu valeat stipulatio. Super quo articulo doct. cōtra dicunt. Et quidem si appareret quod vterq3 sciret causam nō subesse, hoc est dictus Jaquetus dictā pēsionem florenorum duodecim non debere prefato Alano, z idem Alanus illam sibi non de

beri. Tunc sine dubio valeret stipulatio ex cause presumpte libe-
ralitatis. Quia sic videretur dictus Jaquetus promisisse ex cau-
sa donationis, ⁊ ipse Alanus ex causa huiusmodi stipulatus. l. cā
panus. ff. de oper. liber. l. cuius per errorem. ff. de regu. iur. iuncta
l. si. ad legem falci. ⁊ quod voluit gl. magna. in. l. qui cum alio. ff.
de regu. iuris. ⁊ in. l. hactenus. §. fin. ff. de constitu. pecu. qđ etiam
voluit Alex. de imol. ⁊ Fran. de are. ⁊ Joan. de imol. in. l. a titio.
ff. de verbo. oblig. qui etiam ibi dicunt non sufficere ad hoc vt sti-
pulans efficaciter agere possit ex tali promissione, qđ promittens
sciens se nō teneri promiserit: sed etiam opus est qđ ille cui fit pro
missio sciat sibi non deberi: q̃uis glo. aliter dixerit in. d. l. ij. §. cir-
ca. ff. de excep. doli. Si vero appareret qđ dictus Jaquetus puta
ret subesse causam, que non suberat, ⁊ sic promisisset: non posset ex
tali stipulatione cum effectu agi, pro eo q: obstaret exceptio. d. l.
ij. §. circa. ⁊ de hoc nullus dubitat. Sed si dubitetur, prout puto
in casu nostro dubitari, an promissio sine causa facta fuerit ab er-
rante vel a sciente, ⁊ sic ab errante, vel non: dico qđ super hoc sunt
opiniones. Nam Azo in summa authenticorum. titu. de fide in-
stru. Joā. de blo. in libellis suis super titulo de actione ex stipula
tu, ⁊ Jaco. de rauē. ⁊ Pet. vt refert Cy. in. l. generaliter. C. de nō
nume. pecu. Marti. de fano. vt refert Joā. and. in addi. Specul.
tit. de confess. §. nunc videndū. versi. sed que est ratio. ⁊ Bar. in. l.
ita stipulatus. in prima oppo. vlti. partis. ff. de verb. obli. in. l. nu
da. ff. de dona. Bar. ⁊ Ang. in. d. l. ij. §. circa. tenent valere stipula
tionem tanq̃ factam ex causa donationis. Et huic opinioni vide
tur adherere Joā. and. in addi. Spec. tit. de feu. §. i. vers. quarto
⁊c. Pro quorū dicto solet allegari. d. l. campanus. ⁊ l. hoc iure. in
principio. cum ibi no. ff. de donationi. Sed contrariam partem te
nuerunt glo. Jacob. de are. Cy. ⁊ alij multi tam in dicta. l. genera
liter, q̃ alibi: prout plene refert Alexā. de imol. in dicta. l. a titio.
vbi etiam Joan. de imol. ⁊ Fran. de are. ⁊ Ang. are. in. §. in per-
sonam. instit. de actio. Et q̃uis prima opinio habeat magnos de
fensores: hec tamen videtur esse communior, ob quod esset dif-
ficile contra eam obtinere. Verum in recognitione facta per di-
ctum Jaquetum fuit dictum, pro domo sua, quam etiam emerat
⁊ se sciebat emisse: propter quod videtur ꝙ ipse presumi debeat ꝙ
sciuerit se nō debere hanc pensionem. Ipse etiam iurauit: per qđ
videtur voluisse actum valere eo meliore modo ⁊c. l. cum pater. §.
6 filius matrem. ff. de lega. ij. † Sed contra hoc, ⁊ pro dicto Jaque
to facit, quod iuramentum non auget obligationem: sed ei intra
suos limites manenti addit religionis vinculum, vt voluit Ol-
dra. consilio mihi. clxxxvij. exordiente, Cum mulier donatrix, quē
refert Bal. in. l. fin. circa principium. C. de non nume. pecu. Pro
quo facit quod not. Francis. de are. in. l. j. §. si quis ita. colum. vj.
versi. tu autem aduerte. ff. de verbo. oblig. ⁊ quod habetur in di-
cta. l. fin. C. de non nume. pecu. ⁊ in. l. fina. ff. qui satisda. cogant.
⁊ quod not. Bart. in. l. si quis pro eo. vers. fi. ff. de fideiussori. Pre
7 terea † certuꝫ est quod difficulter presumitur quis donare: ⁊ quod
quamdiu capi potest alia presumptio, illa assumēda est potius q̃
presumptio donationis. l. si cum aurum. ff. de solu. quod etiam vo
luit Ange. consil. xc. Sed in casu nostro videtur posse assumi alia
presumptio, ex eo quia ille Jaquetus tenebatur in illis ducentis
⁊ quadraginta florenis. Pro quibus etiam, seu commoditate di
cte domus diu soluerat annis singulis illos duodecim florenos:
ad quod faciendum se forte obligare voluit in recognoscendo ⁊c.
Pro quo facit qualem qualē presumptionem illa protestatio fa
cta per dictum Alanum, quasi per eā videatur ipse se nolle astrin
gere propter illam recognitionem ⁊ promissionem sibi factam de
dandis duodecim ⁊c. quominus posset petere quando vellet il-
los ducentos ⁊ quadraginta florenos. Et pro hac presumptione
facit. l. triticum. ⁊ quod ibi doctores. ff. de verbo. obli. ⁊ quod no.
Alex. de imol. in. d. l. a titio. col. iiij. ver. secūdo limita. Addo qđ
in casu mihi exhibito idem Alanus non contendit recognitionē
⁊ promissioneꝫ predictas fuisse factas ex causa donationis: sed ra-
tione pluris valoris dicte domus: ⁊ pro quo, seu alias pro rescissio
ne dicte vēditionis se velle agere dicebat tempore dicte recogni
tionis: quod forte non esset malum fundamentum, si probaretur
ille excessus in valore, de quo narrat, nisi legeretur in instrumento
dicte venditionis donasse maiorem valentiam etiam si in duplo
triplo ⁊c. Propter que, salua rectiore sententia cuiuslibet domini
melius sentiētis, ⁊ pleniore deliberatione mei ipsius, mihi ꝓ nūc
videtur quod ipse non possit petere vtrūq;, hoc est solutionē di-
ctorum ducentorū ⁊ quadraginta florenorū, ⁊ dictā annuam pen
sionem recognitam: sed quod debet esse contentus altero istoruꝫ.
8 † Nec me mouet in partem contrariā, quod dicitur hunc Jaque-
tum diu prestitisse annis singulis, predictam pensionem per eum
recognitam: q: q̃uis regulariter ex prestationibus per longū tem
pus factis presumatur pro legitimo titulo allegato. l. cum: in rem
verso. ⁊ quod ibi per scribentes. ff. de vsur. de quo etiam per mul-
tos in. l. si certis annis. C. de pac. ⁊ per cano. in. c. peruenit. de cēsi.
hoc tamen fallit in titulo donationis: q: ille non presumitur, nec
probatur ex prestationibus huiusmodi, scilicet quod ille qui pre-
stiterit, vel qui donasse dicitur in preterito, velit donare in futurū:
quia presumptio iuris est in contrarium, scilicet quod nemo ve-
lit iactare suum. l. cum de indebito. ff. de probat. et hoc voluit
Bald. in. l. fina. C. ne de statu defunc. ita limitans dictam. l. cum
de in rem. versi. vbi etiam colum. fina. hoc satis voluit Bartol.
idem voluit domi. Jas. may. vbi etiam alia allegat in dicta. l. si
certis annis. colum. fina.

1 ☞ Arbitramētum an valeat compromisso arbitratoribus nō
presentato, ⁊ de procedendo requisitis.
2 Compromissi prorogatio an partibus intimanda.
3 Compromittens an debeat vocari ad arbitramentum audien-
dum. nu. seq.
4 Requisitio partis in discussiōe actus extraiudicialis an rēqrat.
5 Clausula, sola facti veritate inspecta, an plus importet q̃ clausu-
la, summarie, simpliciter, ⁊ de plano ⁊c.

¶ Epitome.

¶ Non solum in discussione cause: sed inferenda etiam arbitram̃
tali sententia debent ipse vocari partes. V. F.

¶ De arbitris. Consi. cx.

1 Spectabilis † vir ac do
supposito,citra preiudicium veritatis,ꝙ probatũ extitisset ꝙ di-
ctus quondam Petrus ipsam Claudetam occidisset,prout non
occidit,⁊ ꝙ propterea se submersisset:tamen non debuissent eius
bona confiscari,dicto aut.vt nulli iudi.§.fin.per quem quo ad bo
norum confiscationem corrigitur.l.ij.C.qui testa.face.pos.⁊ iura
simi.sm Pet.Cyn.Rayne.Albe.⁊ do.Jas.in.d.l.ij.Et ita te-
nent ibi oẽs cõmuniter.Si enĩ vbi vere quis fuit cõdẽnatus pro
delicto bona nõ confiscent,dicto aut.vt nul.iudi.§.fi.⁊ trãsumpti
ue in dicta aut.bona dãnatorũ:ergo etiã publicari nõ debent isto
3 casu:†⁊ hoc cõtingit ne plus operetur fictio in casu ficto, ꝙ veri-
tas in casu vero,cõtra.l.qui ad certum.ff.loca.Et ita etiam tenet
gl.in.l.eius qui.§.j.in verbo,publicabunt.ff.de testa.⁊ gl.in.l.fi.
in gl.magna.C.de iur.fis.lib.x.Bart.in.d.l.fi.§.i.in vlti.qđ.ff.de
bo.eorũ.vt dixi doct.cõiter in.d.l.ij.Preterea cum dictus Pe
trus guionis ab humanis decesserit anteꝙ de dicta pretensa per
cussione vxoris fuerit accusatus,denũtiatus,inquisitus,vel alias
quomodolibet per curiã vexatus:nõ sufficiebat nec sufficeret pro
bare ꝙ ipse percusserit:immo nec ꝙ ipse occiderit dictã Claude-
tam,⁊ ꝙ postea occiderit seipsum se proijciendo in puteum.Sed
oportebat ⁊ oporteret probare ꝙ propter homicidiũ se proiecit in
puteũ:q⁊ non presumitur se ob illã causam proiecisse,postꝙ nõdũ
erat accusatus,denũtiatus,inquisitus,vel alias molestatus pro-
pter dictum delictum,sm docto.qui ita cõmuniter sentiũt in.d.l.
ij.Quod si ita est:immo q⁊ est ita,non video quomodo bona pre-
fati quondam Petri debuerint aut de iure potuerint confiscari,
cũ non solum probata non fuerint illa duo,quinimo nec eorũ ali-
quod.Nõ enim probatũ est,quinimo nec assertũ ꝙ ipse interfece
rit vxorem,que postea vixit multis annis,⁊ vt puto adhuc viuit.
Etiã nec probatũ est ꝙ ipse voluerit illam occidere,quinimo nec
ꝙ eã percusserit.Insuper nec est probatum ꝙ ipse in puteũ se pre
cipitauerit,⁊ possibile est ꝙ ab alio forte fuerit precipitatus ⁊ pro
iectus.Et si nõ probet ꝙ se p̄cipitauerit:ergo nec ꝓbatur ꝙ pro-
4 pter pretensam percussionẽ se p̄cipitauerit:†q⁊ a quo remouetur
totũ in modo,remouet ⁊ pars,vt verbi gratia:si ostenso asino hec
sit vera,iste nõ est hõ,cõsequenter etiã hec erit vera,iste nõ est hõ
albus.Ex quibus infert sniam,quã olim tulisse dicit egregius vir
dñs vicarius Cauillicẽsis,fuisse p̄dictis rationibꝰ iniquã ⁊ iniu-
5 stam,ac etiã ex eo maxime nullã †quia fuit lata contra minorem
indefensum.l.cum ⁊ minores.C.si aduer.rem iudi.

1 ☞ Religiosus infra annum probationis habitum exuens an
possit bona,que religioni portauit,recuperare,nu.3.
2 Moniali religionem non professe an liceat redire ad seculum,⁊
nubere.
4 Patre ⁊ filio simul contrahentibus an censeatur pater licentiam
filio prebuisse,statuto etiam reclamante.
5 Simoniaca an sit receptio monachi in religionẽ ꝓpter pecuniã.
6 Monasterio quatenus licitum sit pecuniã in ingressu monachi
recipere.
7 Monialis an debeat ferre dotem monasterio tanꝙ marito suo.
8 Consuetudo an possit facere licitum de illicito.

¶ Epitome.

¶ Moniales nõ professe relicto monasterio ⁊ nubere possunt,⁊
quod pro earum alimentis iam ei numerauerãt repetere. V. F.

¶ De episco.⁊ cleri. Consi.cxxxv.



Ex tenore instrumẽti parte nobi-
liũ Joãnis Stephani,⁊ Alienos rays filiorũ na-
turaliũ ⁊ legitimorũ nobilis quõdam viri Petri
rays producti in causa quã habẽt ⁊ ꝓsequũtur cõ
tra ⁊ aduersus dñm Economũ,seu reuerendã do.
abbatissam,dominas moniales,⁊ monasteriũ monialium sancte
clare Auenionis:apparet dictas dominas Abbatissam ⁊ monia
les fuisse capitulariter cõfessas se habuisse ⁊ recepisse a dicto quõ
dã nobili Petro,ꝙuis tũc absente,ac etiã eas in ⁊ sub presentia
notarij ⁊ testiũ realiter habuisse centũ florenos monete in Aue-
nione tunc currentis,⁊ hoc cõtẽplatione ingressus dicti monaste
rij facti per dictam nobilem Alienos,tũc ipsius monasterij noui
tiã.Quo fit vt cũ infra annũ probationis,⁊ nulla per eam facta
professiõe,⁊ sic lege permittẽte.ipsa Alienos monasterium hmõi
exiuerit,⁊ ab eo fuerit egressa,⁊ se ... edierit,debuerit ⁊ debeãt
dicti cẽtũ floreni prefato Petro rays,si tũc vixisset,vel eius here
dibus,aut saltẽ dicte nobili Alienos solui ac reddi ⁊ restitui,arg.
eorum que habẽtur in.c.ex trãsmissa.de renũciatione.c.quoda te
de cle.coniuga.in.c.super eo.c.statuimus.de regularibus.⁊ in.c.
j.eo.ti.in.vj.⁊ qđ per illa iura volũt doct.in.d.c.quod ate, de cle-
1 ri.cõiug.†vbi no.Hosti.Jo.an.in nouel.Henri.boyc.⁊ Pe.de
peru.ꝙ si clericus ingressus religionem exeat infra annũ proba-
tionis,ipse omnia recuperat.Et ꝙuis Florenti.Ant.de bu.Pa
nor.⁊ Joã.de imol.videãtur in aliquo dissentire a dicto Hosti.⁊
aliorum predictorũ:mihi:tamen videtur ꝙ quo ad casum,de quo
queritur,hoc est in quo appareat ꝙ contẽplatione dicti ingressus
dati fuerint ⁊ recepti dicti centũ floreni,ipsi non cõtradicunt his
que dixi:q⁊ quatenus videntur dissentire,loquuntur eo casu quo
res est in dubio:sed nos sumus in certo,prout apparet per dictum
2 instrumentum.†Certum est enim ꝙ eidem Alienos licuerit du-
rante anno probationis,⁊ nulla per eam facta ꝓfessione, in super
⁊ habitu nõ suspecto,qui profitentibus dari cõsueuit,exire dictũ
monasterium,⁊ redire ad seculum .d.c.statuimus.c.ad apostoli-
cã.c.cõsulti.de regula.⁊.c.j.de sta.regu.facit.c.puelle.xx.q.j.Et
non solum potuit exire,sed etiam poterit nubere, seu matrimoniũ
cõtrahere.c.meminimus.⁊.c.cursus.qui cleri.vel vouen.Quod si
ita est:immo q⁊ ita est,debent dicti centũ floreni restitui,†per p̄-
dicta:facit quod no.Bal.in aut.ingressi.C.de sacrosan.eccle.vbi
voluit ꝙ ante professionem bona ingredientis nõ fiant mon ste
rij.Pro quo allegat not.in regula beneficium.de regu.iur.in.vj.
Omnibus non obstat dicta aut.ingressi.aut.de mona.§.illud quo
que.collat.i.⁊.l.deo nobis.versicu.huius ⁊c.C.de episco.⁊ cleric.
vbi probatur ꝙ per ingressum religionis bona transferuntur in
monasterium cum effectu.Quoniã respondeo ꝙ illa iura loquũ
tur ingresso ⁊ ꝓfesso,⁊ sic eo casu quo ingressus tenuit irreuocabi
liter:sed hic ꝙuis forte ingressus ab initio valuerit,potuit tñ ipsa
nobilis Alienos durante anno probationis,⁊ non facta profes-
sione exire monasteriũ,⁊ sua recuperare.

4 †Nec videtur ꝙ dicte do.
abbatissa ⁊ moniales debeant multum cõtendere, an dicti centũ
floreni restitui vel solui debeant dictis nobilibus Joanni ⁊ Ste-
phano vniuersalibus heredibus prefati quõdã Petri,⁊ in quos
translate sunt actiones hereditarie,vel dicte nobili Alienos cu-
ius cõtẽplatiõe seu dicti eius ingressus dati sunt dicti centũ flo-
reni,⁊ deinde per ipsum quõdam Petrũ in suo vltimo testamẽ-
to iure institutionis relicti:postꝙ nec dicti Joãnes ⁊ Stephanꝰ
sine eadẽ Alienos soli agũt,nec ipsa Alienos,sine eis.Sed ipsi
oẽs in eodẽ libello narrauerũt,ꝙ parte eorũ fuerunt requisite ⁊ re
quirant dicte do.Abbetissa ⁊ moniales quatenus darẽt ⁊ solue-
rent dictam summã,⁊ ad illam sibi dandum ⁊ soluendum eas cõ-
dẽnari petierunt ipsi oẽs:⁊ sic dicti heredes de consensu eiusdem
Alienos ⁊ dicta Alienos de consensu predictorum heredum.et
mutuo consensu hincinde accedẽte ꝓpter simultaneã cõuẽtionẽ.
Pro quo allegasse sufficiat id quod voluit Bar.in.l.cũ pater.§.
libertis.ff.de leg.ij.Bal.Ang.⁊ Alex.de imo.in.l.is qui heres.
§.fin.ff.de acqui.heredi.Bald.in.l.si filius.in fi.ff.de iudi.Jo.de
imo.⁊ moderni.in.l.si cũ dotem.§.transgrediamur.ff.solu.mat.⁊
P mor.in.c.cũ dilectus.col.i.vsier.⁊ facit istud ⁊c.de consu.qua
tenꝰ sentiũt ꝙ eo ipso ꝙ pater ⁊ filius simul agũt,vel simul cõhũt
cum alio censeatur pater licentiam filio impartiri,⁊ sibi consen-
tire,vt sic valeat iudicium etiam quo ad filium in ipsius potesta-
te existentem,⁊ teneat contractus,etiam vbi statuto caueretur
ꝙ filiusfamilias sine consensu patris se obligare non possit.

5 † Et q̃uis verba instrumē
ti, de quo supra, non vsquequaq̃ videant᷑ apte sonare, quaten⁹ ini
bi dicitur pecuniā fuisse receptā p̱ ingressu seu introitu dicti mo-
nasterij facto per ipsam nobilē Alienos, per id quod habetur in
c. non satis. c. de hoc. ⁊ c. quoniam simoniaca labes. de simo. ⁊ qđ
not. Barto. Joan. de imol. ⁊ docto. in. l. titio centum. §. j. ff. de cō
ditio. ⁊ demonstratio. Bart. ⁊ docto. in. l. ij. C. de institu. ⁊ substi-
tu. Barto. in. l. vxorem. §. si heres. ff. de leg. iij. quatenus sentiunt
esse turpe ⁊ illicitum pecunia inuitare monasterium ad recipien-
dum aliquem vel aliquam in monachum vel monialem: ⁊ pro re
ceptione seu ingressu illius dare ⁊ soluere pecuniam esse simonia
cum: non puto tamen dictas domi. Abbatissam ⁊ moniales esse
ad hoc perductas vt ad earum tuitionem, immo profecto ad om
nimodam confusionem, velint pretendere dationem et receptio-
nem predictas fuisse simoniacas, et propterea earum vt pote pos-
sidentium cōditionem esse meliorem. Quoniam vt dixi hoc eas
non iuuaret, sed potius desolaret, dicto. c. quoniam. ⁊ c. veniens.
de simonia, et faceret pro dicta nobili Alienos quo ad repetitio-
6 nem dicte summe. d. c. veniens. † Et ita consultius est ꝙ dicant
⁊ pretēdant se pro substētatione seu alimētis eiusdē Alienos, ⁊ ne
dicto monasterio nimium onerosa extiteret, pecuniam predictā
recepisse: quod sic facere licuit, signanter si monasterium est te-
nue pe id quod voluit glo. ⁊ Joā. and. in dicto. c. non satis. Bar
to. ⁊ Joan. de imol. in dicta. l. titio centum. §. j. Joan. de imol. in
l. ille autem. colum. j. ff. de heredib. instituen. ⁊ in. l. titia. circa fin.
principij, versicu. item tangit hic Bartol. ⁊ quod ibi plenius per
Franci. de are. colum. vj. versicu. vtrum autem super matrimonio
spirituali. ff. de verbo. obligatio. Bald. in. l. fina. colum. fin. C. de
sponsa. Addicio quod Bal. in. l. vnica. versic. quinto queritur. C.
de his que pe. nomi. voluit ꝙ quemadmodū licitum est puelle bo
na sua dedicare tēpore ingressus monasterij: ita licet patri nomi-
ne puelle, quasi breui manu videat᷑ dare puelle. ⁊ puella monaste-
rio, arg. l. iij. §. sciendum. ⁊ l. mulier. ff. de donatio. inter vi. ⁊ vxo.
⁊ l. singularia. ff. si certum peta. Et subdit Bald. ꝙ ita seruat con
7 suetudo. † Dicit etiam Angel. in aut. vt ea que vocātur. colla. v.
ꝙ quelibet monialis intrans monasterium dat dotem, ⁊ ꝙ quia
8 datio est pura, non ad hoc vt recipiatur in monialem: sed † quia
istud est de consuetudine, que hoc licitum facit, authēti. de sāctis-
si. episco. §. pro consuetudinibus. colla. ix. quod etiam videtur vo
luisse glos. in dicta authen. vt ea que vocantur, super verbo, mini
steria. Concludo igitur, sub correctione cuiuslibet domini melius
sentientis, ꝙ dicte domi. Abbatissa ⁊ moniales tenentur ad solu
tionem dicte summe: nisi forte quatenus possent pretendere ean-
dem nobilem Alienos de summa huiusmodi expendisse. Et ita
mihi videtur ⁊c.

1 ☞ Binuba quando in penas sibi designatas cadat, ⁊ que sint
ille pene.
2 Fideicommissum quartis deductis restituendum.
3 Bona aliunde acquisita an veniant in restitutione fideicommis-
si ⁊ qui succedere in illis debeant.

¶ Epitome.

¶ Secundo nubens mulier bonorum, que a priore erat habitura
viro, solum vsumfructum retinet, proprietatē vero perdit. V. F.

¶ De secun. nupt. Consi. cxxxvj.



Visis trib⁹ publicis in-
strumētis parte honeste mulieris Marthe, filie
quōdam naturalis ⁊ legitime Petri de nes, pro
ductis: vno videlicet matrimonij dudum cōtra-
cti per verba de futuro per ⁊ inter prouidū quon
dam virum Antonium romanelli, alias daynart ex vna parte, ⁊
ipsam Margaretam ex alia: alio vero vltimi ⁊ nuncupatiui testa
menti facti per dictum Antonium, Anno domini Millesimo
cccclxxj. ⁊ die septima mensis Maij: in quo inter cetera heredes
vniuersales instituit Bartholomeam ⁊ Catherinam eius filias
naturales ⁊ legitimas, ⁊ ventrem dicte Marthe eius tunc vxo-
ris, si ex eo tunc pregnans esset, vel postea pregnans extiteret, et
posthumum vel posthumos, aut posthumam vel posthumas pro
crearet, ⁊ eos vel eas ad lucem perfectam peruenire contingeret,
Posthumum videlicet vel posthumos masculos in medietate
bonorum suorum, ⁊ posthumam vel posthumas filias cum dictis
Bartholomea ⁊ Catherina simul et equis partibus inter eas di
uidendis, eos ⁊ eas sibi inuicem substituendo casu quo decede-
rent sine prole legitima ⁊ eorum corporibus legitime procreata:
⁊ alio vltimo ⁊ nuncupatiui testamenti facti, Anni videlicet do-
mini Millesimo. cccclxxxix. et die vigesimatertia mensis Julij,
per dictam Bartholomeam, et in quo inter alia heredes vniuer
sales instituit Aligium montanerij ipsius Bartholomee filium
naturalem ⁊ legitimum, ⁊ dictam Martham eius matrē equis
portionibus, Dictam videlicet Martham ad eius vitam natu-
ralem solum et dumtaxat, ⁊ post ipsius mortem voluit prefatum
Aligium esse eiusdem testatricis heredem vniuersalem et insoli-
dum: cui etiam quandocunq̃ decedēti sine prole legitima ex suo
corpore ⁊ de legitimo matrimonio procreata substituit dictum
Petrum montanerij eiusdem Bartholomee maritum. Dico et
respondeo breuiter ⁊ succincte, ꝙ cum prefatus quondam Anto
nius in dicto eius ⁊ dicte Marthe matrimonio eidem Marthe
dederit ⁊ donauerit donatiōe propter nuptias ⁊ inter viuos ter-
tiam partem omnium bonorum suorum mobilium ⁊ immobili-
um presentium tunc ⁊ futurorum, post tamen finem dierum eius-
dem Antonij valitura, ipsa Martha, que eidem Antonio super
fuit. habuisset ⁊ habere debuisset illam tertiam partē pleno iure,
si post mortem eiusdem Antonij superstitibus liberis communi
1 bus non conuolasset ad secundas nuptias. † Sed quia ad illas
conuolauit, ipsa perdidit proprietatem bonorum huiusmodi, et
sibi non competit ratione donatiōis huiusmodi nisi vsusfructus
illius tertie partis. l. femine. §. nec quicq̃. C. de secun. nuptijs. ⁊
quod habetur clarius in authen. de nupt. §. si vero expectet. col-
lat. iiij. Et sic non plenam proprietatem, sed dumtaxat vsumfru-
ctum eius tertie partis videtur potuisse petere in bonis dicta
Martha.

2 † Ceterū quia ponit᷑ in ca-
su quod dicta Catherina postea sine liberis ⁊ intestata ab huma
nis decessit facta pubes, dico quod fuit locus substitutiōis fidei
commissarie cōprehense in breuiloca compendiose substitutio-
ni admixta, ⁊ quod detractis duabus quartis scilicet legitima ⁊
trebellianica, residuum bonorum dicti quondam Antonij ad di
ctam Catherinam peruentorum debuit restitui prefate Barto-
lomee superstiti. l. precibus, ⁊ quod ibi per docto. C. de impube.
⁊ alijs substitutio. In dictis vero quartis que ex persona eiusdē
Catherine detrahi potuerunt, per id quod notat glo. Bartol. ⁊
docto. in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inofficio. testamē. glo.
⁊ Bartol. in. l. q̃q̃. C. ad legem falcid. Bal. in. l. filium quem. C.
familie erciscun. debuerunt succedere dicte Martha ⁊ Bartho
lomea mater et filia. authen. defuncto. ⁊ in corpore vnde sumitur
C. ad tertullia. Et hoc verum, nisi ipsa Martha vel ante mortē,
vel post mortem dicte Catherine ad secundas nuptias conuolas
set. Sed q2 ad secundas nuptias conuolauit ipsa Martha perdi
dit proprietatem bonorum illius partis, que de bonis predicti
Antonij ad eam peruenerat, et apud eam quo ad partem bono-
3 rum huiusmodi remanet solus vsusfruct⁹. † Si vero prefata Ca-
therina habuerit aliqua bona vltra et p̄ter bona paterna, dicta
Martha successit pleno iure in medietate bonorum huiusmodi.
Hec probantur in authen. de non eligen. secundo nuben. §. cum
igitur. colla. j. authen. de nuptijs. §. hinc nos. colla. iiij. ⁊ trāsum-
ptiue in auf. ex testamento. C. de secun. nup.

¶ Quo vero ad bona dicte quondam Bartholomee dico ⁊ rn̄-
deo ꝙ cū ipsa dictā Marthā eius matrē heredē p̱ semisse seu di-
midia parte instituerit ipsa, d͛bet habere dimidiā partē hmōi: q2
licet ipsa post mortē dicti quondā Antonij ad secūda vota cōuo
lauerit: potuit nihilomin⁹ per dictā Bartholomeā eius filiā he-
res institui, dicto aut. de nup. §. hinc nos. ver. si igit᷑ legitime ⁊c.
⁊ transumptiue in dicta aut. ex testamento. in prin. ¶ Ad id ve-
ro de quo queritur, an dictus Alisius existens in patria p̄tāte di-
cti Petri mōtanerij eius p̄ris testari possit, dico ⁊ rn̄deo ꝙ non.

1 ☞ Debito per vnū ex socijs nōie cōitatis ꝯtracto, an teneant᷑
alij socij cōtribuere, si nō p̱bat᷑ bona expēdisse in cōem vtilitatē.
2 Negotiorum gestor, an teneatur ad rationes reddendas.
3 Expense maiores de bonis communibus facte an connumeran-
de inter fratres, ⁊ quatenus.

¶ Epitome.

¶ Fratres vt socij simul agentes si postea ad diuisionē p̱ueniunt
tenent᷑ compensare labores vtilitatibus, ⁊ bona fide onera mu-
tuo agnoscere. V. F.

¶ Commu. diuidun. Consi. cxxxvij.



Christi nomine inuocato. Viso
casu mihi exhi
bito parte Andree bassini loci de Tuleta, cum
1 dubijs ex casu huiusmodi elicitis, † dico et respō
deo breuiter et succincte ad dubia hmōi prout in
fra. Et primo ad primū, ꝙ nisi debita de quibus
in casu fuerint per Guillelmum bassini eius fratrem pro cōmuni
ipsorum fratrū vtilitate contracta, ⁊ pecunia per ipsum Guillel-
mum a creditoribus recepta conuersa in communem vtilitatem
eorundem Guillelmi ⁊ Andree, non tenetur ipse Andreas con-
tribuere

tribuere in solutione dictorum debitorum, nec debent hec debita solui de bonis cōibus, sed de parte ipsius Guillielmi, vt voluit Specu. titu. de iudi. §. sequit. versi. quid si duo fratres. Pro quo allegat. l. non debet. ff. de regu. iur. Pro quo facit qd no. Jo. pe. ferra. in sua practica, ti. for. libel. quo agi. pro heredi. vel re. singu. diui. super verbo, cōiter ⁊ pro indiuiso, ver. ex his patet decisio. vbi dicit q̄ si vnus ex fratribus manentibus in cōione dotē vxoris sue ipsius receperit, non tenentur alij contribuere in restitutione huius dotis, nisi ille frater qui dotē hmōi recepit eā expenderit in cōem vtilitatem: nec sufficit q̄ frater dicat se contraxisse debita pro cōi vtilitate, vel occasione cōmuniū bonorū, ⁊ se in bonis communibus pecuniam expendisse: sed oportet q̄ ipse hoc probet, vt voluit Specu. vbi supra.

2 † Ad secūdū dico ⁊ respōdeo, q̄ si ipse rexerit ⁊ administrauerit bona cōia nominibus suo ⁊ dicti Andree ei⁹ fratris, ⁊ sic in hoc gesserit negotium eiusdem Andree, ipse tenetur reddere ratione͂ sue administrationis. l. ij. ibi, ⁊ sane sicut equū est ipsum actus sui ratione͂ reddere debere. ff. de nego. gest. ⁊ qd voluit Jo. and. in addi. Specu. tit. de instru. edi. §. nunc dicedum. in magna addi. ver. restat tracta. Et in hac redditione seu calculatione rationis debebit ipse reddere ratione͂ de vēditione illorū animaliū ⁊ aliorū bonorū mobiliū ini bi mentionatorum. Si vero idem Guillielmus dicta aīalia ⁊ alia bona mobilia vendidisset, non quidem gerendo cōe negotiū, sed dūtaxat noīe suo proprio, ⁊ sic tanq̄ sua, ⁊ illa nō essent prescripta, illa possent pro parte vendicari ab emptoribus: q: non potuerunt vēdi ⁊ distrahi in preiudiciū dicti Andree, et sic pro parte spectāte ad dictū Andreā, regula, id qd nostrū. ff. de regu. iur. Et q: nemo plus iuris in aliū trāsferre potest q̄ habeat. l. traditio. ff. de acqr. rerū domi. c. gratia. j. q. j. ⁊ c. Daybertū. j. q. vij. Pro quo est casus in. l. j. C. de cōmu. re. alie. Si vero bona predicta essent vsucapta: tunc posset idem Andreas in subsidium agere ad partē pretij contra dictum Guillielmū. d. l. j. ⁊ quod ibi gl. ⁊ docto.
3 † Quo vero ad expensas maiores, quas fecisse dicitur idē Guillielmus de bonis cōmunibus in puerperijs vxoris sue, ⁊ alimentis liberorum, ⁊ in nuptijs suis, dico q̄ Pau. de cast. in. l. vlti. C. de collat. videtur tenere q̄ dictus Andreas nihil possit repetere pro illa maiore expensa facta per fratrem, saltē si ille Guillielmus ⁊ vxor subibant seu supportabant onus seu curam domus. Et ita dicit se respondisse in contingentia facti, ⁊ q̄ ita fuit approbatum per probos viros, q̄uis aliqui volentes ponere scādalū inter fratres aliter dicerent. Et ita videtur voluisse Pau. de ca. in. l. si paterno. C. de nego. gest. vbi dicit q̄ maior expensa nunq̄ debet solui per fratrem qui illam fecit, quando eius filij aliquid operabantur in domo, vel etiam si nihil operabantur: dūtamen ille frater maior ⁊ eius vxor habebant totā curam rei domestice ⁊ familiaris: q: tunc secundū Pau. de ca. illud sufficit pro recōpensatione filiorum vt nulla impensa solui debeat: sed sufficit q̄ frater maior qui maiorem familiā habebat etiam sustinebat pondus circa gubernationem bonorum paternorum: sed Bald. in. d. l. si paterno, aliter dicit. Voluit eñ q̄ si filij fratris faciebant operas considerabiles: vt q: iam magni erant, ⁊ forte custodiebant animalia: q̄ tunc pro expensis istorum filiorum factis de bonis cōmunibus nihil debeat repetere eorum patruus. ⁊ idem dicēdum est de expensis vxoris. Si vero nulle erant opere horum liberorum, vt q: forte erant paruuli qui nihil faciebant: tunc possunt repeti p̄ patruum. Et idē voluit Ang. are. in. §. actionum. in materia actionis negotiorum gestorum, institu. de actio. Et hoc putarem esse verius. Et idem credo de expensis puerperiorum ⁊ nuptiarū, saltem si iste expense essent magne ⁊ maxime: q: vt audio dictus Andreas operabatur ⁊ laborabat. Et breuiter pro pacificanda ista materia consulerem esse recurrendum ad viros probos, qui videant ⁊ inquirant de numero puerperiorum, de numero liberorum nutritorum, de expensis puerperiorum, liberorū ⁊ nuptiarū: ⁊ de operis dictorum liberorum, si que fuerint, aut nulle. Et istis visis poterūt ipsi videre ⁊ discernere de expēsis, si fuerint magne, vel non: ⁊ an his fuerit iste Andreas grauatus, ⁊ in quanto, vt sic reimbursetur in diuisione bonorum, maxime si iste fuerint magne expense.

Ad tertium dico ⁊ cōsulo q̄ non fiat venditio aliquorū bonorū per dictū Andream: q: forte posset postea molestari pro euictione, si forte illi emptores conuenirentur per dictū Guillielmū pro parte eū concernente: ⁊ melius est, vt predixi, q̄ idem Guillielmus requiratur de reddēda ratione sue administrationis, ⁊ de soluendo reliqua ad que tenet, si negotia vtriusq; gesserit, vel ad pretiū, vt superius dixi. Et super his erit faciēd⁹ libellus, si aliter nolit idē Guillielmus acquiescere ratiōi. De pecunijs vero, quas idē Guillielmus lucrat⁹ est extra patriam, ⁊ manendo separatim, non tenetur reddere eidem Andree rationem, nisi probaretur q̄ isti essent socij omnium bonorum: de quo nihil ponitur in casu. Et ideo super hoc non possum vlterius scribere.

1 Papa duas ecclesias distinctas vnire an possit, ⁊ vnitas diuidere.
2 Papa plenariam in beneficijs potestatem habet.
3 Rex francorum est ecclesie protector ⁊ propugnator.
4 Ecclesiastica potestas paralysi interdum laborat.
5 Unio in quibus possit fieri.
6 Negotia vnius prouincie expediri in alia prouincia an ⁊ quando possint.
7 Imperator quicquid potest in imperio, hoc potest non recognoscens superiorem in suo territorio.

Epitome.

Causa vnionis de beneficijs per papam facte tractari potest per parlamentum regium in alterutra prouinciarū, in quibus singulis duo illa singula beneficia sunt sita. V. F.

Ubi de pos. agi opor. Consilium. cxxxviij.

1 Rem † non nouam aut inusitatam, nec de iure sibi impossibilem facere tentarunt ⁊ fecerūt recolēde memorie dominus Innocentius papa octauus, ⁊ sanctissimus do. noster Alexander papa modernus, si abbatias sanctorum Antonij Viennensis diocesis, ⁊ Petri mōtismaioris Arelatensis diocesis, aut dictam abbatiam sancti Petri, eidem abbatie sancti Antonij vnierūt. Et quidē non rem nouā. c. ⁊ temporis qualitas, ⁊ quod ibi glo. xvj. q. j. ⁊ c. sicut vnire, ⁊ quod ibi gloss. ⁊ docto. de excessib. prelato. Quemadmodum solet papa episcopatus vel abbatias sic vnire: ita solet nonnunq̄ diuidere, prout etiam fecit recolende memorie dominus Joannes vigesimussecundus, qui nonnullas dioceses in duas, ⁊ aliquas in plures diuisit, vt legitur in sua extrauaganti, Ad perpetuam rei memoriam sedes apostolica ⁊c. Non etiam facere tentarunt aut fe-
2 cerunt rem de iure impossibilem: † quia papa in beneficijs habet plenariam dispositionem ⁊ liberam potestatem. c. ij. in princip. de preben. in sexto. ⁊ clemen. j. ad fin. vt lite penden. Multas remissiones ponit Domi. Felyn. in. c. que in ecclesiarū. colum. xv. de cōsti. Huic ergo vnioni ac monitionib⁹ ⁊ p̄ceptis aplicis etiā sub censuris factis parere debuit, ⁊ humiliter obedire venerabile
3 monasteriū scti Petri mōtismaioris: † qd q: nō fecit, reqsitus est serenissim⁹ ⁊ christianissim⁹ do. nr̄ Francorū rex ecclesie p̄tector ⁊ defensor, ⁊ nō immerito: q: vt dicit Hostien. in. c. j. de offi. ordi.
4 † potestas ecclesiastica aliquādo est paralytica, ⁊ iō eget seculari potestate, ⁊ ad quā p̄pterea recurrere ⁊ ipsius brachiū inuocare solet, ⁊ secularis potestas sibi succurrere. d. c. j. principes. c. administratores. c. de liguribꝰ. xxiij. q. v. c. quoniā in plerisq;, in fin. de offic. ordi. ⁊ c. ij. ad fi. de cleri. excōmu. ministrā. Potuit igit idē serenissimus sic requisitus, seu excellēs Regiū consiliū eius vices gerēs, receptis ⁊ visis vnione ac monitionib⁹ ⁊ p̄ceptis huiusmodi, decernere eas exequēdas, ⁊ hui⁹ decreti executionē cōmittere magnificis ⁊ egregijs viris dn̄is Carolo de la vernade militi magistro reqstarū, ⁊ Philippo deberi Regis cōsiliarijs.

Non obstat quod opponitur parte procuratorum patrie Prouincie, necnō ciuitatis Arelatēsis ⁊ dicti monasterij, in quadā pretēsa appellatione parte dictorum comitatus, ciuitatis, ⁊ monasterij interiecta. Et primo non qd opponitur q̄, licet vnio facta extiterit de Regno ⁊ dicto comitatu: non fuit tamen ipse comitatus Regno accessorie vnit⁹, vt sic pars Regni diceretur, aut sibi subijceretur, ⁊ suis regulis regeretur: sed magis eque principaliter nomen comitatus retinens: ⁊ q̄ propterea debeat regi suis proprijs regulis, cōstitutionibus, ⁊ statutis, ⁊ priuilegijs. Quoniā respondeo ⁊ in primis fateor non vidisse vnionem: ⁊ sic nescire an Regnum ⁊ comitatus
5 vniti extiterint principaliter, aut regno comitatus. † Potest enim multis modis fieri vnio ⁊ in beneficijs ⁊ in dignitatibus secularibus, vt not. glos. ⁊ docto. in. d. c. ⁊ temporis qualitas. glo. Hosti. ⁊ alij scribentes in. c. j. ne sede vacan. Bart. ⁊ docto. in. l. si conuenerit, la. ij. §. si nuda. ff. de pigno. actio. Bart. ⁊ docto. in. l. vnica. C. de metropoli beryto. lib. xj. ⁊ ad intellectum speciei huius vnionis, videnda essent verba illius argu. l. ad probationem la. j. in ver. quē tenor ostendit. C. de proba. l. sancimus. versi. placiti tenor ⁊c. C. de fideiusso. l. fideiussores magistratuū. §. pro aurelio. versi. lecta subscript. ⁊c. ff. eo. tit. ⁊ l. si quis stipulatus sit stichum. versic. querētibus inspiciendus est sermo ⁊c. ff. de verbo. oblig. Uerū puto q̄ quacūq; vnione vniti extiterint regnum ⁊ comitatus: vel regno comitatus, potest do. noster, ⁊ cōsequenter dictum excellēs cōsilium eius vices gerēs tractare in regno ne-

gotia comitatus,& econtra. Si enim hoc potest legatus ad diuersas prouincias, scilicet tractare negotia vnius Prouincie in alia prouincia. c. nouit. & quod ibi Inno. & docto. magis communiter. de offi. delega. hoc multo fortius potest & posse debet serenis-
6 simus domi. noster Rex & comes. † Pro quo optime facit qd voluit Bar. & post eum Iaco. rebuf. & Ioan. de pla. in. d. l. j. C. de metropoli beryto: vbi dicunt quod quando vniuntur due prouincie, ita quod vtraque remanet principalis, sed sub vno preside, negotia vnius prouincie possunt expediri in alia. Ad qd allegant dictum. c. no-
7 uit, & qd ibi per Inno. † Si hoc potest preses presidens duabus prouinciis, multo fortius hoc potest idem serenissimus do. francorum Rex: qui non solum in regno, sed etiam in dicto comitatu, vtpote nullum recognoscens superiorem, potest quicquid potest Imperator in imperio, per id quod magis communiter scribunt doct. in multis locis, scilicet Barto. in. l. j. §. de qua re. ff. de postu. l. iij. in princi. ff. de mino. l. infamem. ff. de publi. iud. in. l. relegati. ff. de pe. & i. l. hostes. ff. de capti. & postlimi. reuer. Alex. de imol. consi. ij. col. vi. versic. quinimo reperio consuluisse &c. in primo volumi. & consi. xv. exordiente, Visis narratis. col. ij. ver. & satis est &c. in quinto volu. & quod communiter not. Cano. in. d. c. que in eccle. vbi etiam domi. Fely. col. ij. vers. & quod dixi, & col. xiij. versic. tertius casus est in principibus, ponit multas remissiones quod etiam plane fatentur dicti procuratores. Potest ergo etiam negotia Prouincie tractare in regno: & non solum ipse, sed etiam dictum eius excellens consilium eius vices gerens, & cuius consistorium est proprie consistorium ipsius serenissimi domi. Regis. Et sic dici non possunt facta a non iudice.

1 ☞ Mulier in causa criminali criminaliter intentata an possit esse testis, & testimonium illius valeat, & quo iure.
2 Causa clerici etiam criminalis an possit agitari in foro seculari.
3 Canones in foro ecclesiastico seruandi.
4 Testimonium impubis vel minoris viginti annis an valeat, etiam in criminali.
5 Incestus etiam post penitentiam an impediat sacramentorum administrationem sine dispensatione, nu. seq.
6 Incestus an grauior adulterio.

¶ Epitome.

¶ Nonnulla sunt crimina, vt incestus, qui peior est adulterio, que si notoria sint egent pontificis summi dispensatione: si occulta, non egent, ad hoc vt clericus, qui illa commisit, sacramenta ministrare queat. V. F.

¶ De incest. nupt. Consilium. cxxxix.



1 Adherendo † opinioni egregii viri domini. A. fabri, dico & respondeo quod testimonium illius Ioanne, que in causa criminali criminaliter intentata contra egregium virum do. Titium, deposuit & dixit se fuisse per eum carnaliter cognitam, non valet, pro eo quod quamuis de iure ciuili mulier possit in causa criminali etiam criminaliter intentata in testem produci. l. iij. §. lege iulia. ff. de testi. quod etiam voluit glos. in. c. mulierem. xxxiij. q. v. & c. forus. de verbo. signi. tamen de iure canonico non potest mulier in causa criminali criminaliter intentata esse testis. d. c. mulierem. & quod ibi glo. & allegato. c. forus. ad fin. & quod ibi glo. & docto. in. c. quoniam. de testi. & Specu. in titu. de teste. §. j. versi. item quod est mulier. & Hosti. in summa, tit. de testi. §. quis possit esse testis: de quo Ioan. de imol. in. l. qui testamento. §. mulier. ad fin. ff. de testa. Cum igitur dicta causa agi-
2 taretur, vt puto, † non quidem in foro seculari, cum nec in eo agitari possit, aut. statuimus. C. de episco. & cleri. & c. nullus iudicum.
3 cum infinitis simi. † sed in foro ecclesiastico, & in quo debent seruari canones, eius testificatio non valet.

4 † Ad secundum dico & respondeo, quod cum ille, qui dicitur deposuisse contra eundem do. Titium in causa criminaliter mota, de & super lapsu carnis commisso, vt pretenditur, cum quadam Elibde, sit impubis etatis, videlicet octo vel nouem annorum, non valet eius depositio sine dictum. l. iij. §. lege iulia. Vers. quiue impuberes. ff. de testi. & l. inuiti. la. ij. ad fi. & quod ibi glo. & doct. de testi. Quinimo nec valeret si esset pubes, dummodo tamen esset minor viginti annis. l. in testimonium. ff. eo. tit. quod etiam voluit Alberic. de male. in suo tracta. de testib. in quinta parte prime partis. §. consequenter repellitur testis qui est intestabilis.

5 † Ad tertium dico & respondeo, quod si in veritate idem do. Titius dictum delictum non commiserit, non est opus aliqua habilitatione aut dispensatione obtinenda a summo pontifice. Si autem ipse delictum huiusmodi commisisset, quamuis de illo non constet per propriam confessionem, nec de eo appareat per depositionem dicti impuberis, cui vt dixi non creditur, tunc esset maior difficultas,
6 † pro eo quod crimen incestus est graue crimen, & grauius adulterio. c. adulterii malum. & quod ibi glo. & Archi. xxxij. q. vij. Et ita prima facie videretur etiam post peractam penitentiam impedire sacramentorum ministrationem. Et sic propter obtinendam facultatem ministrandi videretur esse necessarium adire pontificem. Sed his non obstantibus puto, sub correctione cuiuslibet melius sentientis, quod hoc non sit necessarium: quia licet crimen incestus non sit leue, non tamen reperio quod illud, maxime in casu de quo queritur, sit de illis enormibus criminibus, que quamuis occulta sint, etiam post penitentiam impediunt ministrationem, seu officii executionem, de quibus habetur per tex. gl. & doct. in. c. fi. de tempo. ordi. & in. c. nisi cum pridem. §. propter conscientiam. de renuntia. vbi super verbo executio, plurimos casus colligit Host. & no. aliqui in. c. inquisitionis. in pn. de accusatio. Quo vero ad illam Elibdem quam reuera dicitur cognouisse, & vt audio stuprasse, & ex ea suscepisse liberos, dico & respondeo quod si hec occulta existant, non est opus propter hec adeat sedem apostolicam: quia peracta penitentia potest ministrare in susceptis ordinibus, per id quod plene not. gl. & docto. in. d. c. fin. de tempo. ordi. Si vero hec occulta non essent, sed forte notoria per spontaneam confessionem in iudicio factam, vel per sententiam, aut per facti euidentiam, iuxta. c. fi. de cohabita. clerico. & mulie. tunc opus esset adire superiorem pro dispensatione & licentia ministrandi. Et puto quod cum hec, vt audio, notoria non existant per confessionem in iudicio spontanee factam, aut per sententiam, poterit episcopus cum eo dispensare, per id quod not. Hosti. in. c. fi. de tempo. ordi. & docto. in. c. at si. clerici. §. de adulteriis. de iudi.

1 ☞ Ignorans trabem domus contigue adherere suo camino an teneatur de incendio.
2 Culpa ab eo qui diuinare non potuit minime exigenda.
3 Culpa, que a lege presumitur fuisse in incendio, an sit leuissima in negligendo vel in committendo. nu. 5.
4 Lex in lege aquilia. ff. ad legem aquil. dicens actionem. l. aquil. etiam ex culpa leuissima dari, quo casu procedat.

¶ Epitome.

¶ Si ex latente trabe tua, vel communi, ignis a me in solarium feni tui ita mearit, vt leuissime tantum culpe argui possim, aduersus me nulla tibi actio competit. V. F.

¶ De leg. aquil. Consilium. cxl.



1 Etiam † si probaretur quod incendium domus seu fenilis prouidi viri Ioannis vigorosii processerit a domo prouidi viri Iacobi galmare: qui tamen vt audio istud contigit propter trabem immissam ex domo dicti Vigorosii in murum dicti Iacobi, vel communem inter ipsos Vigorosium & Iacobum, et que ignorabatur immissa in eam partem muri, pape quam fiebat & tenebatur ignis per eundem Iacobum, vt pote parte muri a parte
2 domus eiusdem Iacobi existentis tecta & cooperta: † non posset, prout nec potest aliqua culpa eidem Iacobo imputari: quia non potuit diuinare trabem in illam partem protendi. l. si putator. ad fin. ff. ad legem aquil. & c. sep. dist. quinquagesima: facit. c. beatus Paulus. xxij. q. ij. Non ergo tenetur ad emendam pretensi damni, quod se passum affirmat dictus Vigorosius propter incendium dicte asserte eius seu fenerie. l. qui occidit. §. in hac actione. ff. ad legem aquil. & l. j. C. eo. tit. & quod no. Saly. in. l. que fortuitis. col. iiij. versi. sed iuxta hoc quero pone quod ignis. C. de pignora. actio. Preterea vbi pretendi posset, vel dici, presumendam esse culpam
3 dicti Galmare, vt non creditur, illa esset leuissima: † quia culpa que a lege presumitur fuisse in incendio est culpa leuissima, vt voluit glo. in. §. preterea, super verbo debet, institu. quib. mod. re contrahi. obli. & post eam Saly. in. d. l. que fortuitis. col. fin. versi. vnum tamen est singulariter notandum, & Alexan. de Imol. in. l. si quis ex
4 argentariis. §. fi. ff. de eden. † Cui non obstat si forte opponatur ex aduerso quod pro damno per me incurso ex culpa leuissima alterius detur mihi actio legis aquilie. l. in lege aquil. ff. ad le. aquil. Quoniam respondeo quod illa. l. In lege aquilia, procedit eo casu quo culpa leuissima presumitur interuenisse in committendo seu in faciendo secus est si presumatur interuenisse in negligendo diligenter custodire: quia tunc non habet locum id quod habetur in. d. l. in lege aquilia, quam ita declarauit gl. penul. in. l. si mora. ff. solu. mat. Barto. in. l. quod nerua. col. xij. vel circa, ver. item quero vtrum culpa leuissima. ff. depositi. Bal. in. l. pignus. & Saly. in. l. si nulla. in fi. C. de pigno. actio. & docto. maxime Io. de imol. in. c. j. de commo. facit. l. si cuius. §. de preteritis. versi. denique. ff. de vsufruc. not. Bart. in. l. qui bona. §. cum inter. ff. de dam. infec. & in. l. eleganter. §. si quadrupes. ff. de dolo, & Alexand. de imol. in. d. l. si quis ex argentariis. §. fin.
5 versi. ad istud argumentum. † Et subiungit ibi Alexan. de imol.

quod pro

q pro lege nõ probatur q culpa leuissima, que presumitur interuenisse in incendio, dicatur esse culpa leuissima in faciẽdo vel cõmittendo, immo potius glo. in. d. §. preterea, videtur sentire contrarium, dum in hoc equiparat furtum z incendium: quia culpa leuissima, que in furto comittitur, videtur esse in negligendo custodiam. l. cum duobus. §. damna. ff. pro socio, z dicit Alexan. de imo. z bene declarat, q ista fuit mens Saly. in. d. l. que fortuitis, ad fin. dum ibi dicit, q glo. in. d. §. preterea, erat singulariter notanda in incendio: quia non semper quis tenetur de leuissima culpa. Quia si verum esset q in incendio presumeretur culpa leuissima in faciendo commissa, semper posset talis culpabilis conueniri actione. l. aquilie ad estimationem damni: z sic nihil operaretur q esset culpa leuissima magis q̃ leuis: z q talis presumpta in incendio videatur in non faciendo z negligendo satis innuit text. in. l. qui edes. in verbo, negligentia. ff. de incen. ruina z naufra. qui tex. intelligitur de culpa leuissima, vt voluit Bald. in. l. data. in quarta vel. v. col. C. qui accusa. non pos. Et q propter talem culpam leuissimam a lege presumptam in incendio quis non teneatur, voluit etiam Alexã. de imol. in. l. domos. col. pen. ff. de lega. j. z cõsi. xv. col. vj. versi. confirmo predicta zc. in primo volu. z do. Jason may. in. d. l. si quis ex argentarijs. §. penul. aut fi. col. fin. vbi etiam alios inducit, qui possunt ibi videri. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Bona, que filius viuente patre ex industria acquisiuit, an sint aduentitia, z an illa teneatur filius conferre in diuisione bonorum paternorum cum alijs fratribus.

2 Bona acquisita post mortem patris per filium seorsum a patre morantem an communicanda alijs fratribus.

¶ Epitome.

¶ Non conferuntur que propria industria acquirunt filij, maxime post mortẽ patris, in diuisione hereditatis: quãuis ea aliquãdiu fuerit inter fratres pro indiuiso possessa. V. F.

¶ De colla. Consilium. cxli.



Viso consultationis themate mihi exhibito parte prouidi viri Antonij de longis, z dubijs ex themate huiusmodi elicitis, dico z respondeo ad dubia huiusmodi breuiter et succincte prout infra. Et primo ad primum q, si Joannes de longis, pater quondam naturalis z legitimus Bertrandi, Petri, Joãnis, z alterius Joannis, ab humanis z intestatus decesserit, superstitibus prefatis Bertrando, Petro, Joãne, z Joãne eius filijs naturalibus z legitimis, hereditas eiusdẽ Joannis patris eisdem Bertrando, Petro, Joanni, z Joanni tanq̃ proximioribus ab intestato delata est, cuilibet videlicet p quarta parte, aut. de trien. z semis. §. j. colla. ix. z transumptiue in aut. in successione. C. de suis z legi. libe. z institu. de heredi. que ab intesta. defer. circa principium. Si vero dictus quondã Joãnes pater decessisset testatus, esset videndum eius testamentũ: alias vero huic primo dubio secure responderi non posset.

1 † Ad secũdũ dico z respõdeo, q siue dictus Joannes de longis pater huius Antonij consilium poscentis acquisiuerit bona, de quibus in casu, viuẽte prefato quondam Joanne eius patre, siue post mortem illius, nihil potuerunt nec pñt in bonis huiusmodi petere Petrus z Guillielmus de longis filius z nepos dicti alterius Joannis, huius Antonij quondam patrui. Et primo quidem non si fuerint quesita viuente dicto quondam Joanne patre dictorum Bertrandi, Petri, Joannis, z Joannis: q2 cum illa acquisita extiterunt per ipsum Joannem patrem huius Antonij, non quidem ex bonis dicti quondam eius patris, sed ex proprio labore z industria eiusdem, illa fuerunt bona aduentitia eiusdem Joannis filij acquirẽtis. l. cuz oportet, in prin. z quod ibi scribentes. C. de bo. que libe. nec tenebatur idem Joannes acquirens illa conferre seu cõicare dictis Bertrãdo, Petro, z alteri Joãni eius fratribus. l. fi. C. de

2 collat. † Si vero bona hmõi acquisita extiterint post mortẽ prefati quondam Joannis patris dictorũ Bertrandi, Petri, Joãnis, z alterius Joannis, nihil etiã possunt petere in bonis hmõi prefati Petrus z Guillielmus, q̃uis bona dicti quõdam primi Joannis patris dictorũ Bertrandi z fratrum essent indiuisa inter dictos eius filios: q2 cũ dictus Joannes pater hui9 Antonij maneret seorsum z ad partẽ, hoc est nõ cũ dictis eius fratribus, ipse nõ cẽset cũ eis cõtraxisse societatẽ, q̃uis bona paterna essent inter eos indiuisa: sed acquisita per eũ sibi acquisiuit. Et sic p eũ acquisita nõ fuerunt cõmunia inter eũ z dictos fratres, nec p eũ aut dictum Antoniũ eius filiũ z heredẽ illis aut dictis Petro z Guillielmo eorũ successoribus cõicanda. Pro quo allegasse sufficiat id qđ habetur in. l. cũ. duobus. §. papinianus, z quod ibi p docto. ff. pro socio, z quod no. Bar. in. l. Titium z Meuiũ. §. altero. ff. de administratio. tuto. Barto. z docto. in. l. si patruus. C. cõmu. vtriusq; iudi. Bald. in. c. j. §. si duo fratres, titu. de duob9 fratri. de no. benefi. inuesti. z in. l. fin. C. de colla. in. l. si socius. ff. si cer. pet. z in. l. j. C. qui testa. face. pos. z in addi. ad tracta. Bar. de duo. fratri. Poterit igitur iste Antonius petere quartã partem bonorũ dicti quondã Joannis de longis eius aui paterni: si tamen verum est ipsum Joannẽ intestatũ decessisse. Nec poterunt aut possunt dicti Petrus z Guillielmus in bonis p dictũ Joãnem huius Antonij quondam patrẽ, vel per ipsum Antoniũ acquisitis aliquid sibi vendicare vel petere. Et ita mihi videt sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Testamentum, in quo auia materna est preterita extantibus proximioribus z institutis, an nullum, z ius dicendi nullum an auie competat, nu. 3.

2 Bonorum possessio contra tabulas cui detur.

4 Legitima parentibus an debeatur in bonis eorum liberorum, z debeat relinqui titulo institutionis tota vel in parte.

5 Legitima parentum in bonis liberorũ an hodie aucta queãdmodum legitima liberorum in bonis parentum.

6 Legitima patris vel matris in bonis filij vel filie an sit triens, vel tertia pars trientis, quem habituri erant ab intestato.

¶ Epitome.

¶ Illi datur bonorum possessio contra tabulas, vel aliud remedium ad impugnandum testamentum, cui deberetur successio ab intestato: ideo auia a nepote, cui mater z fratres supersunt, preterita ab illis deijcitur, sicut z matris ipsius legitima ppter alios filios redigitur ad dimidiam eius quod habitura erat ab intestato. V. F.

¶ De bono. poss. contra tab. Consilium. cxlij.



Viso consultationis themate mihi exhibito parte honorabilis viri Antonij de preyssino, z dubijs ex themate hmõi subtiliter elicitis, dico z rñdeo breuiter z succinte ad

1 dubia hmõi put infra. † Et prio ad primũ, q lz honesta mulier Clera, auia materna hõeste quõdã mulieris Antonie miliarde, p ipsam Antoniã in suo vltio z nũcupatiuo testõ preterita extiterit, non ppterea potest nec debet testamentum hmõi fuisse vel esse nullu: nec potest p ipsam Claram cõtratabulari, vel al's impugnari. Pro cui9 dicti declaratione pmitto, q pfate Antonie vt ponit in themate antedicto, supfuerũt honesta mulier Antonia mr, venerabilis vir dñs Hubertus miliardi, Gaspard9, Joãnes, z Ysabela fratres z soror eiusdẽ Antonie testatricis vtrinq; cõiucti: qui ppterea mater fratres, z soror eidẽ quõdã Antonie filie z sorori ab itestato erãt successuri, si ipsa intestata decessisset, repulsa a successione hmõi dicta Clara eiusdẽ testatricis auia materna, aut. de heredi. ab intesta. §. si igit defunct9, versi. aũt plurimi ascendentiũ zc. z. §. si vero cũ ascẽdentib9. col. ix. z trãsumptiue in aut. defuncto. C. ad tertul. Non poterat igit dicta Clara ab intestato succedere eidẽ quondã Antonie, si ipsa intestata decessisset ergo nec põt ipsa Clara si pterita extiterit dicere ratione pteritionis hmõi testamentũ esse nullũ vel ipsum cõ

2 tratabulare, aut al's ipugnare ratiõe pteritionis: † quia illi dat bonorũ possessio cõtratabulas, vel aliud remediũ ad impugnãdũ testamentũ, cui deberet successio ab intestato. l. j. post principiũ. z. §. filiũ. l. illud. §. j. ff. de bono. posses. cõtratabu. l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de inoffi. testa. z est optim9 text. in. §. itẽ adoptiuos instu. de heredi. que ab intest. defe. Sed huic Clere nõ deberetur successio ab intestato, si dicta quõdã Antonia intestata decessisset: sed vt predixi deberet pfatis matri fratribus z sorori eiusdẽ quondam Antonie: ergo eidẽ Clere non datur bonorum

3 possessio cõtratabulas, vel aliud remedium, † Et q sibi non det aut cõpetat ius dicendi nullũ predictũ testamẽtum ex eo patet: quia ius dicẽdi nullũ deducit rem ad causam intestati. Sed hec Clara ab intestato eidem quõdã Antonie succedere nõ poterat ppter superexistentiam pdicte Antonie matris dicto ver. si aũt plurimi: ergo dicte Clere nõ cõpetit ius dicendi nullũ. Pro predictorũ pleniore fortificatione allegasse sufficiat qđ voluit Bar. in. l. gall9. §. z quid si tantũ. versi. quidã pater filiũ zc. ff. de libe. z posthu. z qđ ibi Alex. de Imo. col. viij. ver. Item not. ex ista gl. qđ. §. noster zc. Bar. in. l. fi. col. fi. ver. quero quid si ista filia femina. ff. ad tertul. Alex. de Imo. multos referẽs in. l. filio dotẽ. col. ij. ver. z ista inducunt per Ang. hic. C. de col. vbi etiã do. Jason may. col. iiij. ver. Istud inducitur per Ang. hic in lectura Florẽtina. z Alex. de Imol. in. l. ij. C. de libe. preteri. vel exhere.

4 † Ad secundũ questitũ dico z respõdeo, q quemadmodũ legitima debetur liberis in bonis

suorum parentū, ita ⁊ econtra: hoc est legitima debetur parentibus in bonis suorū liberorū. l. nā etsi parentibus. in princip. ff. de inoffi. testa. Et q̄uis Bar. in auḱ. nouissima. C. de inoffi. testa. cōcluserit q̄ nō sit necessariū q̄ legitima relinquat̄ parentibus per liberos titulo institutionis, p̄ gl. in. l. j. §. j. ff. si quis a parente fuerit manumis. que idē dicit in legitima patroni, q̄ sibi non debetur titulo institutionis: ⁊ regulariter parens ⁊ patronus equiparantur, nisi in casibus sp̄alibus enumeratis p̄ illā glo. inter quos iste nō reperitur, ⁊ idē tenet Bar. in. l. siue. §. excluditur. ff. de iu. pat. tamen cōis opinio est in contrariū, scz q̄ imo etiā parētibus debeat relinqui legitima titulo institutionis. Hanc enim opinionē tenuit Jaco. de bello vi. in auḱ. vt cum de appella. cogno. §. aliud quoq̄ capitulū. colla. viij. pro qua multa inducit. Etiā illā tenuit Bal. in. l. j. C. de bono. pos. s̄cdm tabu. Paul. de ca. Roma. ⁊ Alexā. de Jmol. in dicta auḱ. nouissi. ⁊ alij in alijs locis. Non dico tamē oportere q̄ tota legitima relinquat̄ iure institutionis: sed sufficit q̄ aliquid relinquat̄ iure institutionis ad hoc vt valeat testamētum. Sed poterit p̄ parentē agi ad supplementū. l. omnimodo. ⁊ l. scimus. §. repletionē. C. de inoffi. testa. Dico igitur, respondēdo ad dictum secundum quesitum, q̄ dicta Antonia mater habere debet legitimam in bonis predicte Antonie eius quōdam filie.

5 †Ad tertium quesitum dico et respondeo, q̄ nisi supereessent dicti fratres ⁊ soror prefate quondā Antonie, non esset difficultas quin legitima huius Antonie matris esset tertia pars bonorum predicte quondam Antonie, hoc est eorū que supersunt deducto ere alieno ⁊ funeris impensa. Quia licet legitima fuerit olim regulariter quarta pars. l. cū queritur. C. de inoffi. testa. quemadmodū tamē legitima liberorum aucta est, auḱ. de triē. ⁊ semis. §. j. colla. iij. ⁊ transumptiue in dicta auḱ. nouissima. ita ⁊ legitima parentū hodie aucta est, vt voluit glo. in dicta auḱ. nouissima. Idē tenet glo. in auth. de triē. ⁊ semis. §. hec nos, ⁊ in auth. de nō eligen. secūdo nubē. §. igiṫ. colla. j. Bar. in. d. l. nā et si parentibus, ⁊ per illū tex. quē bene inducit Bald. ⁊ Ange. in. l. si a milite. §. fi. vbi etiā Bar. ff. de testa. mili. Ang. in auḱ. de heredi. ⁊ falci. §. j. ad fi. colla. j. ⁊ Pau. de ca. in auḱ. ex cā. C. de libe. preteri. vel exhered. Pro qua opinione, q̄ est cōis, multa possunt induci, q̄ breuitatis causa omitto.
6 † Sed quia eidem quondā Antonie supfuerunt non solū dicta Antonia mater, sed etiā fratres ⁊ soror est maior difficultas, ⁊ que cōsistit in hoc, an legitima huius Antonie matris sit tertia pars omniū bonorum eiusdem Antonie, vel tertia pars illius portionis quā habitura erat ab intestato. Super quo articulo reperio doc. variasse. Bar. enī motus rationibus de quibus ibi dicit in. l. pater filium. ff. de inoffi. testa. q̄ legitima matris nō est triens, sed tertia pars trientis seu portionis quā habitura erat ab intestato. Et hāc partem videnṫ sequi Bal. Ange. Jo. de Jmol. ⁊ Fran. de are. Hāc secundam opinionē etiā sequitur do. Jason may. in dicta auḱ. nouissima. charta. v. col. iiij. ver. tangit etiā Bal. hic in. viij. q. Et sic eēt forte difficile obtinere cōtra hanc opinionē: q̄uis pfecto negari non possit quin prima opinio etiā habeat multa ⁊ magna motiua, ⁊ defensores toto orbe famosissimos: s̄m quoꝝ opinionē prefata Antonia mater nō debet habere pro legitima nisi semissem seu dimidiā p̄te quinte partis predictoꝝ bonoꝝ, p eo q̄a ab intestato erat successura dicte quōdā Antonie sue filie p̄ quinta parte, ⁊ prefati tres fratres ⁊ soror, ⁊ eorū quilibet p̄ quinta parte, per iura supra circa principum huius scedule allegata.

1 Legata conditionalia ante conditionis euentum peti an possint.
2 Legatarius an possit mercedē exigere post acceptum legatum relictum pro seruitijs.

Epitome.

Cui compensandi animo quid sub conditione legatur, satius est eum rem ipsam nunc petere, q̄ compensationis conditionem expectare: ne forte deficiente ea, per electionem legati, remuneratēq̄ rem ipsam perdat. V. F.

compensa. Consilium. cxliij.



Visis duobus publicis instrumentis, vno vcz vltimi ⁊ nuncupatiui testamenti facti ⁊ conditi per probum quondam virum Joannem charrerie, ⁊ hoc de Anno domini. M. cccccxij. ⁊ de mense Julij, ⁊ alio vltimi ⁊ nuncupatiui testamenti facti per Claudium charrerie, Anno domini. M. cccccxiiij. ⁊ de mense Julij, vna cum casu seu cōsultationis themate mihi exhibito parte probi viri Guillielmi charrerie, ⁊ dubijs ex casu hm̄oi elicitis,
1 † dico ⁊ respōdeo breuiter ⁊ succincte, q̄ legata eidē Guillielmo relicta per dictū quondam Joannē nō sunt pura, sed sunt conditionalia: ⁊ cum conditio sub qua relicta extiterūt nondū euenerit, nō puto q̄ illa peti possint: quia per euentum cōditionis sortiṫ effectū dispositio conditionalis. l. pecuniā. ff. si cer. peta. l. qui heredi. §. fi. ff. de cōdi. ⁊ demon. ⁊ l. cedere diē. ff. de verb. sig. vbi autem eueniret conditio, de qua ibi, hoc est vbi idem Guillielmus matrimoniū contraheret, posset ipse petere dicta legata iuxta formam ⁊ tenorem testamentarie dispositionis eiusdem quondā Joannis.
2 † Et si idē Guillielmus acceptaret legata huiusmodi: non posset ipse aliquid petere p̄ suis stipendijs sibi al's debitis per ipsum quōdā Joannē: quia, vt apparet ex tenore legatoꝝ huiusmodi, idē Joānes charrerie illa sibi reliquit pro seruitijs ⁊c. hoc adiecto q̄ nihil aliud petere posset: et sic videtur legata huiusmodi reliquisse animo cōpēsandi cum toto eo quod sibi debebatur de ⁊ pro stipendijs. l. cum ab vno. ff. de lega. ij. ⁊. c. officij. de testa. ⁊ quod per illa iura voluerūt Alex. de Jmol. ⁊ Philip. de corne. in. l. si compensandi. C. de heredi. insti. Et sic forte erit melius huic Guillielmo experiri pro dictis stipendijs, ⁊ illa petere, q̄ expectare euentum cōditionis dictorum legatorum, ⁊ illa postea petere. Quo vero ad legatum relictum per dictum quōdam Claudium, respondeo q̄ illud fuit ⁊ est purum: et sic peti potest per ipsum Guillielmum. Verūtamē quia idem Claudius voluit nihil vltra posse peti per eūdē Guillielmum, videtur fortasse ipse Claudius etiam dictum legatum sibi reliquisse animo compensandi, ⁊ q̄ propterea idem Guillielmus non possit petere vtrūq̄, hoc est legatum ⁊ stipendia, dicta l. cum ab vno, ⁊. c. officij. Propter q̄d fortasse consultius esset q̄ ipse peteret stipendia sua, que ascendunt ad longe maiorem summam. Et ita mihi videtur, sub correctione ⁊c.

1 Testium productio, parte licet citata, procuratore tamen illius nō citato, facta an sit nulla, tanq̄ facta cōtra non citatum.
2 Dominus litis an cogatur inuitis comparere, ⁊ quando.
3 Testium productio an vitietur per omissionem citationis, partibus ⁊ procuratoribus presentibus ⁊ patientibus ⁊ non contradicentibus.
4 Pars an possit procuratorem suum priuare a prosecutione cause procuratore inuito.
5 Jgnorans non patitur.
6 Processus per iudicē factus parte, de cuius interesse agitur, aut illius procuratore non vocatis an valeat.
7 Judex an possit notario cause citationem cōmittere, ⁊ an notarius citare possit sine commissione.
8 Nuntio an credatur si non appareat de cōmissione, ⁊ quid in iudice si dicit se illam fecisse, ⁊ non constat.

Epitome.

Si cū procurator dominus litis effectus citari debuerat pars citata sit, nec comparuerit, redditur actus nullus. si vero comparuerit presente procuratore valet, absente non. V. F.

De procura. Consilium. cxliiij.



1 Si † egregius vir dn̄s Petrus linieux iurium licentiatus, procurator prouidi viri Claudij peyssonis ⁊ fratrum, ⁊ dn̄s litis effectus, non fuerit citatus visurus produci testes parte Joannis esbrardi ⁊ suorum fratrum p̄ductos: sed dicti Claudius ⁊ fratres, supposito q̄ ipsi sic citati non cōparuerint, non valuit productio: sed fuit nulla tanq̄ facta contra nō citatū, vt no. Jo. an. Bal. Anto. de butri. Jo. de Jmol. ⁊ Panor. in. c. ij. de testi. Bar. Jo. de Jmol. Ro. ⁊ Alex. de Jmol. in. l. furioso. ff. de re iudi. Bald. in. l. mutari, ad fin. ff. de pcu. ⁊ in. l. j. C. si aduer. rē iudi. ⁊ in. l. pcuratoribꝰ, p̄ illum text. C. de procu. Bar. ⁊ Bal. in. l. j. C. de senten. ⁊ interlo. oīm iudi. Bal. in. l. q̄n. in. vij. q. C. de testi. ⁊ in. l. statutis, ppe fi. C. de sentē. ex periculo recitan. p̄ rationem. d. l. j. C. de sentē. ⁊ pro eo etiā
2 † quia dn̄s non cogitur inuitus comparere, nisi ex causa, vt. l. j. §. ff. de procura. ⁊. c. j. de iudi. in. vj. ⁊ facto procuratorio dn̄s se exonerauit de consilio legis. l. j. §. vsus. ff. de procura.
3 † Si vero prefati Claudius peyssonis ⁊ fratres citati sponte cōparuerint in productione testium, sciente, ⁊ hoc fieri patiente eodē do. pcuratore, tunc nō videreṫ p̄dicta pductio fuisse nulla pp̄ter omissionem citationis eiusdē do. Petri, s̄z Bar. ⁊ alios in dictis locis, ⁊ Bar. in. l. si pcuratori p̄senti. ff. de verbo. obli. Pro quo dicit Panor. in. d. c. ij. se allegare optimū tex. in. c. si quē, cū glo. super verbo, sine post. de procuratō. in. vj. ⁊ illū tex. allegat Bar. in. d. l. mutari. ff. de pcura. Jdeo aūtē dixi sciente ⁊ patiente prefato do. Petro pcuratore, quia si ipse nesciuisset, vel sciēs contradixisset, non valuisset
4 productio: † pro eo quia dicti Claudius ⁊ fratres non potuerunt inuito eodē do. Petro pcuratore cū priuare facultate prosequēdi causam. c. q̄uis. de procura. ⁊ dicta. l. pcuratoribus. C. eo. tit. quod etiam videtur sensisse Joan. de Jmol. in dicta. l. patre furioso, ⁊ apertius Franci. de are. in dicto. c. ij. de testi. quod etiam videntur

videntur sensisse docto. in dicto. c. ij. ⁊ Bar. in locis superius allegatis: quatenus volunt ⁊ dicunt ꝙ sufficiat procuratorem non contradicere, pro quo allegant. l. que omnia, in princi. ff. de procura. ⁊ expresse habetur in dicto. c. si quem. Si vero idem do. Petrus ignorauerit dictam productionem ⁊ comparitionem factã per dictos Claudium ⁊ fratres, ipse dici non potest illi consensisse,
5 vel hoc fieri passus fuisse: † qꝛ ignorans non patitur. l. quoties. ff. de seruitu. not. Bal. in. l. si aquam. l. ij. col. j. in quarta oppo. C. de seruitu. ⁊ aqua.

6 † Preterea processus ille, quẽ fecisse dicitur dominus iudex a quo sup illa superlineari adiectione facta in instrumẽto ⁊c. ⁊ extractione note originalis, non videtur valuisse, vt pote factus absentibus ⁊ legitime nõ vocatis prefatis do. procuratore ⁊ dñis cause, per generalia de quibus in. l. nã ita diuus. ff. de adop. in. l. de vnoquoqꝫ. ff. de re iudi. ⁊ c. j. cũ suis simili. de cau. pos. ⁊ proprie. ⁊ pro nullitate extractionis allego id qđ voluerunt domini de Rota, decisione. x. exordiente, Fuit dubitatum vtrũ instrumenta ⁊c. in nouis. Nec iuuat dictos Esbrardos, si forte opponatur ꝙ imo citati extiterint dicti Claudius ⁊ fratres, ⁊ sub presentia dicti do. Petri, prout se fecisse dicit retu
7 lisse, magister Joannes riconi notarius. † Qm̃ respondeo, ꝙ q̃uis iudex possit citationem faciendam cõmittere etiam notario cause, vt voluit Specu. titu. de citatione. §. sequit. versi. quãdoqꝫ et sic facta sibi cõmissiõe possit citare: ipse tamẽ sine ea citare nõ potest, quinimo nec alius. l. neminem. ⁊ qđ ibi Bar. Sali. ⁊ doct. C. de exhiben. re. Bar. in. l. sciendum. vbi etiam Alex. de Jmol. col. penult. ver. vtrũ autẽ: constitu. de relatione. ff. de verb. oblig. Phi. de fran. in. c. cũ parati. col. ij. ver. circa primum queritur an nuntius, vbi etiã do. Prepo. col. vij. ver. glo. in verbo, suus nuntius ⁊c. ibi, electo nuntio anteꝙ fiat citatio debet fieri cõmissio
8 ⁊c. de appella. † Nec presumitur cõmissio hmõi interuenisse nisi de ea appareat, nec de ea creditur nuntio, vt voluit Alexã. ⁊ alij vbi supra. Nec super ea crederetur iudici si diceret illam fecisse: quia iudici nõ credit super processu, nisi quatenus cõstat ex actis. c. qm̃ cõtra falsam, de proba. quod etiã voluit Phili. de franc. in dicto. c. cũ parati. col. ij. Cũ igitur dictus Riconi non esset nuntius publicus, nec appareat de cõmissione sibi facta: palam infertur ꝙ non valuerit citatio per eum facta, etiam si de ea appareret. Preterea esto vt de illa appareat, de qua non apparet: nõ tamen tenebant dicti do. Petrus, Claudius, ⁊ fratres sibi credere de cõmissione, sed debuit eis exhiberi, vel alias fides fieri per literas, vt voluit do. Prepo. in dicto. c. cũ parati. col. ix. ver. limitabitis secundo non procedere in omni alio nuntio.

1 Testatoris liquida voluntas pro lege seruanda.
2 Judeo particulari christianus an possit regulariter aliquid legare vel relinquere.
3 Heredi grauato de restituẽdo an succedatur per fideicommissariam substitutionem, an vero grauanti.

Epitome.

Neophytorum filij quãuis in perfidia remanentes: iura tamẽ suitatis retinent in bonis patris: tanto igitur fortius in bonis succedunt aui qui in iudaismo mortuus est. V. F.

De iudeis. Consilium. cxlvj.

PONitur in facto ꝙ dudum, Anno videlicet domini. M. cccc. xcj. ⁊ die penultima mẽsis Augusti, Astrugonus de bellocadro iudeus fecit ⁊ condidit eius vltimũ ⁊ nuncupatiuũ testamentũ: in quo inter alia heredem vniuersalẽ instituit Vidas de bellocadro eius filium naturalem ⁊ legitimuꝫ: ⁊ post eiusdem Vidas mortem seu decessum substituit filios masculos eiusdem Vidas equis partibus: qꝫ mortuo ⁊ vita functo in voluntate huiusmodi prefato Astrugono idem Vidas bonis ⁊ hereditati eiusdem se immiscuit ⁊ immiscet. Successu vero temporis idem Vidas iudeus conuersus est ad fidẽ christianam, ⁊ Christianus effectus est, ⁊ qui nunc vocatur Saucherius de bellomonte. Cum eo etiam vel post eum conuersi extiterũt ad fidem christianam aliqui ex eius liberis tam masculis ꝙ feminis, alijs scꝫ Jacob, Boniac, Salomone, ⁊ Abraham ipsius primo Vidas ⁊ nunc Saucherij de bellomonte filijs masculis naturalibus ⁊ legitimis in iudaismo remanentibus. Quesitum est an si contingeret eũdem Saucherium de bellomonte ab humanis decedere superstitibus prefatis Jacob, Boniac, Salomone, ⁊ Abraham, aut aliquibus eorundem, possent ipsi superstites in vim substitutionis facte per dictum Astrugonum eorum quondam auum aliquid petere in bonis eiusdem Astrugoni, anve deberent ⁊ de iure possent ipsi Jacob, Boniac, Salomon, ⁊ Abraham, aut illi ex istis qui tunc superessent repelli per alios factos christianos.

Ad quod respondeo ꝙ substitutio, de qua supra, fuit ⁊ est compendiosa, ⁊ que ex dispositione testatoris habitura est locũ post mortẽ predicti Saucherij de bellomõte in
1 personam suorũ ipsius Saucherij filiorũ masculorũ. † Jlla enim fuit clara dispositio ⁊ voluntas dicti quondã Astrugoni, ꝙ propterea pro lege seruanda est. l. j. C. de sacrosanc. eccl. aut. de nupt. §. disponat. colla. iiij. ⁊ c. vltima volũtas. xiij. q. ij. quilibet enĩ est moderator ⁊ arbiter rei sue. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahen. emptio. ⁊ vendi. l. polla. C. de his qui. vt indig. ⁊ c. de his. ad fi. de sepul. Cũ ergo ipse de bonis suis vtpote moderator ⁊ arbiter sic disponere potuerit, ⁊ ita disposuerit, vt predixi, poterunt predicti Jacob, Boniac, Salomon, ⁊ Abrahã, aut illi ex eis quos eidem Saucherio de bellomõte superuiuere cõtigerit, vel soli, si soli extiterint, vel cũ alijs filijs masculis, scꝫ christianis eiusdẽ Saucherij petere fideicõmissum sibi relictuꝫ. Nisi forte quis dicat ꝙ imo petere nõ poterũt, pro eo quia sunt iudei, ⁊ dictus Saucherius est xp̃ianus: cui propterea succedere nõ po
2 terunt. † Qm̃ respõdeo ꝙ supposito, citra preiudiciũ veritatis, ꝙ etiã particulari iudeo non posset christianus regulariter aliquid relinquere vel legare: cuius tamẽ contrariũ voluit Bar. in. l. cum senatus. ff. de re. dubijs. gl. Pe. Jaco. butr. in. l. j. C. de iude. Cy. in. l. j. in tertia oppo. vbi etiã Albe. col. j. ver. redeundo ergo ad huius legis ⁊c. C. de sacrosanct. eccle. Saly. in. d. l. j. col. ij. versi. quinto oppo. ⁊ in allegata. l. j. C. de iude. ⁊ Jo. de ana. in. c. iudei. le. ij. col. ij. versi. in gl. pmittit ⁊c. de iudeis. qđ maxime pcedere deberet in istis Jacob, Boniac, Salomone, ⁊ Abrahamo, vtpote remanentibus in patria potestate predicti Saucherij. c. ex litteris. de cõuer. infide. et sic non videantur pdidisse iura suitatis: dictum tñ suppositum eisdẽ Jacob, Boniac, Salomoni, ⁊ Abrahe nocere nõ deberet nec noceret, pro eo quia p dictã substitutionẽ, que valere non potest nisi in vim fideicõmissi, non dicunt succedere nec succedẽt dicti Jacob, Boniac, Salomon, ⁊ Abraham prefato Saucherio de bellomonte eorꝫ patri ⁊ christiano, sed dicto quondã Astrugono eorum auo paterno ⁊ iudeo. l. coheredi. §. cũ
3 filie. ff. de vulga. ⁊ pupil. † vbi probatur ꝙ per fideicõmissariam substitutionem succeditur, nõ quidẽ heredi grauato de restituendo, sed testatori grauanti, seu fideicommissarie substituenti.

1 Onus restituendi fideicommissi an videatur esse iniunctũ filio impuberi, an eius heredi ab intestato, etiam si filius fuerit institutus heres.
2 Opinio doctorum communis insequenda.
3 Ex separatis an inferatur.

Epitome.

Restituendi fideicõmissi onus non ipsi impuberi, sed venientibus ei ab intestato iniunctum esse censetur. V. F.

De fideicommis. Consilium. cxlvij.

1 REcordor † ꝙ cũ alias scriberem pro honorabili viro Carolo baiulli, cõtra honestam mulierem Stanquam relictã prouidi quondam viri Petri garcie, scripserim ꝙ fideicõmissum dicto Carolo ⁊ prouido viro Antonio garcie per dictuꝫ Petrũ in quibusdam eius codicillis relictum videbatur fuisse relictum, non quidem a Bertrando filio impubere eiusdem Petri, sed ab eius heredibus ab intestato: et sic a dicta Stanqua eiusdem Bertrandi matre, ⁊ ꝙ onus restituendi fideicõmissum huiusmodi censebat iniunctũ nõ ipsi Bertrando, sed eius heredi ab intestato. Pro quo allegasse existimo Bar. in. l. qui duos. in fi. ⁊ qđ ibi Jo. de Jmol. ⁊ Pau. de cast. ff. de vulga. ⁊ pupil. Jo. de Jmol. Pau. de ca. Alex. de Jmol. ⁊ docto. cõiter in. l. coheredi. §. cũ filie. ff. de vulga. ⁊ pupil. Alexan. de Jmol. in. l. j. §. substituere. ⁊ in. l. centurio. col. xxxvij. versi. sed hec responsio non est sufficiens. ff. de vulg. ⁊ pup. ⁊ cõsi. lxvij. exordiente, Consideratis his que in themate ⁊c. col. iij. ibi, sed in casu nostro ⁊c. in primo volu. ⁊ consi. xij. exordiente, Attentis verbis testamenti ⁊c. colũ. penul. ver. fortius dico, in tertio volu. Joan. de Jmol. in. c. raynutius, charta. xij. vel circa. versi. an autẽ filio, de testa. Fulgo. in. l. eã quã. C. de fideicomis. Cuma. in. l. j. §. fin. ff. de vulg. ⁊ pupil. ⁊ do. Jason mag. in. l. precibus. col. xiiij. ver. Jtẽ retento eo in quo omnes concordant ⁊c. C. de impube. ⁊ alijs substitu. ⁊ in. l. ex tribus. col. j. ver. tenẽdo cõmunẽ sentẽtiam. C. de inoffi. test. Et hec est fm docto. cõis sententia: quã puto procedere non solum eo casu, in quo nihil fuisset vltra legitimam relictum filio, post cuius mortẽ relinquitur fideicõmissum: sed etiã eo casu quo fuisset filius heres institutus. Et hoc clarissime colligitur ex mente ⁊ verbis Alexã. de Jmol. in dictis duobus consilijs, ⁊ in d. l. centurio. col. xxxvij. ver. sed hec responsio ⁊c. si tamen hec verba illius ver. ⁊ verba posita in col. precedenti. versi. quarta fuit opinio Bar. bene aduertantur. Nec video ꝙ cõmunis opinio, de

quia predixi, limitetur per doct. vt procedat dũtaxat eo casu quo
2 nihil fuisset filio relictũ vltra legitimam.† Non est ergo a dicta cõi opinione in iudicando vel consulendo recedendũ, ꝑm cõem theoricam quam ponunt Hosti. Jo. an. ꝛ doct. in. c. j. de cõstitu.
¶ Quo vero ad constitutionẽ dñicalem factam super declaratione opinionum, que erant de substitutione facta per verbũ cõe matre existente in medio, dico ꝙ illa non facit ad casum: non enĩ contendimus de specie substitutionis facte per dictum Petrũ, hoc est an illa fuerit pupillaris vel fideicõmissaria: qꝛ fateor ꝙ illa est fideicõmissaria. Sed cõtendimus cui substitutio huiusmodi facta extiterit, hoc est an dicto quondam Bertrando, vel huic Stanque. Et hoc propter varium effectum, quo ad detractionẽ vel non detractionem legitime. Et sic illa nihil obstat, vt pote lo
3 quens in casu separato ꝛ diuerso:† ex quo propterea ad hunc non infertur. l. inter stipulantem. §. sacram. ver. sed hec dissimilia, cũ suis simili. ff. de verbo. oblig. Possent ꝛ alia multa dici de ꝛ sup materia dicte substitutionis. Sed qꝛ alias bina vice scripsi, ꝛ puto ꝙ allegationes mee habeantur, ego vlterius non insisto. Premissa dixerim sub correctione ꝛc.

1 ¶ Ancille filius an dicatur domini, ꝛ quando, ꝛ quid si filius nascatur in decimo mense.
2 Concubinatus schema quid requirat.
3 Femina varium ꝛ mutabile semper.
4 Mulier deponens se fuisse ab aliquo cognitam, vt se a partus alimentatione exoneraret, an sufficiens testis.

¶ Epitome.

¶ Dicto mulieris, quam quis apud se quidem, sed non in schemate concubine tenebat, non creditur ꝙ ab hero compressa fuerit, ꝛ ab eo pepererit: nisi aliter probetur. A. F.

¶ De concubinis. Consilium. cxlvij.

1  tiam † si verum esset ꝛ probaretur, ꝙ quedã Matthea olim pretensa pedissequa honorabilis viri Petri sonioni, temporibus quibus concepisse ꝛ peperisse pretendit, fuisset pedissequa eiusdẽ Petri, ꝛ ꝙ ipsa in domo dicti Petri peperisset: non tamen presumendum esset hunc partum esse filium dicti Petri, nisi probaretur ꝙ eãdem Mattheam teneret ꝛ haberet in schemate concubine: quia indigna esset talis presumptio. c. michael. de fil. presbyt. qḋ etiam voluit Bald. in. l. filium. col. penulti. ver. sed pone quidam puer natus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. vbi voluit Bald. ꝙ quis puer nascatur in domo mea ex mea pedissequa, non tamen presumitur filius meus, nisi probetur fuisse mea concubina: quia indigna esset presumptio huiusmodi. arg. dicte. l. filium. in primo responso, ꝛ dicti. c. michael. Et idem voluit Andre. barba. consilio. xxvij. exordiente, Scripsit doctissimus apud grecos summe philosophie princeps Plato ꝛc. colum. ij. in prima parte. Dicta vero Matthea non solum non fuit tenta in schemate concubine di-
2 cti Petri, † ad quod multa requiruntur, vt colligitur ex his que not. Joan. and. in addit. Specu. titu. qui filij sint legi. super rubrica, colum. ij. versicu. scias ergo. Oldra. consilio mihi. cxlvij. exordiente, Factum tale est quidam nobilis ꝛc. Albe. C. de natura. libe. super rubrica, in principio. Bartol. consilio mihi. lxxiiij. exordiente, Quidam habens nepotem ex filio legitimo ꝛ naturali. Matthe. de mata. in suo tractatu successionum ab intestato, in secundo membro prime partis, versicu. primo quando sunt nati ex libero ꝛ libera ꝛc. ꝛ multi scribentes tam in. c. per venerabilem, qui filij sint legi. ꝙ alibi: sed nec fuit per eum carnaliter cognita: ergo presumi non debet dictus partus esse eius filius, nec ipse Petrus tanꝗ pretensus eius pater cogendus ad eum nutriendum. Non obstat ꝙ dicitur dictam Mattheam asserere se fuisse carnaliter cognitam per dictum Petrum, ꝛ ipsum partum esse huius Petri filium. Quoniam respondeo ꝙ huic dicto, etiã si esset iuratum, non est credendum. Tum quia hec mulier esset vnica testis, cuius propterea dictũ est dictum nullius. l. iurisiu-
3 randi. cum suis simili. C. de testi. † Tum quia femina, que variũ ꝛ mutabile semper producit. c. forus, circa fi. de verborum signi. c. de viduis. le. ij. ad fi. xxvij. q. j. Tum ꝛ qꝛ vilis, tum ꝛ quia pro
4 filio. l. parentum. C. de testi. † Tum ꝛ quia sic deponit vel deposuit vt se exoneraret a nutritione seu alimentatione eiusdem partus. l. omnibus. C. de testi. ꝛ. l. nullus. ff. eo. Que dixerim sub correctione ꝛc.

1 ¶ Releuatio facta per testatorem rationis reddende ab administrata tutela quid importet, ꝛ an releuet tutores super eo qḋ dolo, fraude, ꝛ lata culpa gesserunt, ꝛ an extendatur ad consignationem reliquorum.
2 Dolus futurus in administratione tutele an censeatur remissus testatore legante tantum de suis bonis, quantum tutores teneri possent, vel super administratione condemnarentur.
3 Fideicommissum reliquorum future administrationis an possit tutori per testatorem relinqui.
4 Alexander de Imola nonnunꝗ dissimulauit quid pro iuris veritate concludi deberet.
5 Delinquendi causa penitus abroganda.
6 Heres grauatus de restituendo adeunti fideicõmissum sine inuentarij cõfectione an possit deducere per viam retentionis aduersus fideicommissarium illud qḋ debebatur grauato.
7 Heres nõ cõfecto inuẽtario an teneat̃ vltra vires hereditarias.
8 Acquisita per mulierem post mortem viri, ꝛ priusꝗ nuberet, an censeantur de bonis viri esse acquisita, ꝛ quando. 10. 12.
9 Mulier infra tempus luctus dicitur adhuc esse in primo matrimonio, ꝛ cur.
10 Castitas eadem desideratur in vidua infra annũ lugubrem, que in matrimonio desideratur.
11 Filius quando presumatur de bonis patris acquisiuisse.
13 Empta per tutricem de bonis pupillaribus sunt pupilli.
14 Trebellianice detractio in substitutione fideicõmissaria an censeatur prohibita in restitutione fideicõmissi per hec verba, pleno iure, vel insolidum, vel in totum, vel in omnibus bonis. 17.
15 Inuentarij omissa cõfectio an impediat quartarũ detractionẽ.
16 Notorium est qḋ sepissime occurrit, nec indiget declaratione.
18 Liberi primi gradus an possint prohiberi a detractione trebellianice.
19 Portio quã habuit filius a patre an veniat in restitutionem fideicommissi, ꝛ quid de bonis heredis aliunde quesitis. 21.
20 Baldus ꝛ Jason incorrecti in. l. ex tribus. C. de inoffi. testa.
22 Fideicommissum quãdo extinguatur etiam quo ad suos vt non possit transmitti.

¶ Epitome.

¶ Mulieri, sicut ceteris, administratiõis tutelaris ratio remitti potest, non dolus: ꝛ quod ipsa post viri mortem acquirit de suo acquisiuisse presumitur, si industria polleat, nisi aliud specialiter refragetur. A. F.

¶ Arbitr. tute. Consilium. cxlviij.

1  I † honorabilis quondam vir Joãnes lamberti testator, de quo in casu, dumtaxat releuasset honestam mulierem Catherinam eius tunc vxorem: ꝛ venerabilem virum dominũ Ludouicum rostagni tutores relictos eius liberis impuberibus, a confectione inuẽtarij, ꝛ necessitate reddendarũ rationum, ipsi nihilominus tenerentur reddere rationem administrationis de eo qḋ dolo, fraude, ꝛ lata culpa gessissent: pro eo qꝛ illa prohibitio seu releuatio reddẽde rationis administrationis importat vt scrupulosa inquisitio non fiat. l. si seruus vetitus. ff. de leg. j. l. cum tale. §. fi. ff. de condi. ꝛ demon. ꝛ. l. pomponius. ff. de nego. gest. ꝛ nihilominus tenerentur ad reliquorũ consignationẽ: quia liberatio a redditione rationis administrationis in testamento relicta nõ extenditur ad consignationem reliquorũ: l. aurelio. §. caius. l. si quis rationes, l. procurator. ꝛ. l. aurelius. §. meuia, cum multis simili. ff. de libera. lega. Multas remissiones ponit Alex. de Imo. consilio. xlv. exordiente, Habita super his de quibus dubitari contingit ꝛc. col. j. ꝛ cõsilio. xlvij. exordiẽte, Circa primũ de quo querit̃. colũ. ij. ꝛ seq. in primo volu. Pau. de castro consilio. ccclxxj. exordiente, Ad primum quesitum respondetur. Ange. consilio. cxl. exordiente, Reuocatur in dubiũ viso testamento ꝛc. ꝛ Ange. aret. in. §. actionum. in materia tutele, versi. vigesimoquinto quero quid importent illa verba ꝛc. institu. de actio. Sed qꝛ, vt apparet ex casu exhibito, idem quondam Lamberti non solũ dictos do. Ludouicum ꝛ Catherinam priuilegium ꝛ vxorem releuauit a predictis: sed etiam a reliquo-
2 rum consignatione, † ꝛ nihilominus vbi de iure dicta releuatione non obstãte ad premissa tenerent̃, eisdẽ dedit ꝛ legauit oĩa in quibus premissorũ occasione tutores ipsi teneri possent: superest maior difficultas: qꝛ quidã vt Dy. in addi. in. l. quidã decedens. ff. de administra. tutorũ, ꝛ in quodã suo consilio exordiente, Brunell⁹ notarius, ꝛ Rayne. de forliui. in. l. si quis rationes. ff. de libera. lega. videt̃ voluisse ꝙ licet dol⁹ de futuro nõ possit expresse ꝛ directe remitti future administratori: tamẽ potest sibi remitti per indirectum, hoc modo. Testator ordinat in testamento tutores vel curatores filijs suis, ꝛ mãdat ꝙ finita tutela vel cura ab eis exigi non possit aliqua ratio administrationis: ꝛ si cõtingeret ꝙ ab eis ratio exigeretur, ꝛ ꝑpter hoc condẽnarentur, extunc testator tantũ legat de bonis suis ꝓprijs, ꝗtũ est illud in quo fuerint condẽnati ratione tutele vel cure administrate, vel occasione reliquorũ. Isto modo veniet in relicto, ꝑm eos, etiã illud quod exigi poterit ratione doli de futuro. Et idem videt̃ sensisse Ang. cõsi. clxxj. exordiẽte, Silius vigonis. col. j. ver. secus si grauaret heredẽ specifice ꝛc. Cui cõsilio se subscripserũt quinꝗ solẽnes doctores, vt

res, vt ibi videri potest. Sed contrariũ videtur verius, vcȝ ꝙ ꝓ-
pterea nõ censeatur remissus dolus futurus. Pro quo induco id
qđ voluit Pet. de anch. consil. cxvij. exordiente, Casus talis est.
Ubi in casu in quo testator reliquerat tutores, ⁊ eos absoluerat a
reddenda ratione administrationis, ⁊ suos ipsius testatoris he-
redes dãnauerat de remittendo dictis tutoribus id in quo condẽ
narentur occasione dicte administrationis tutele male geste, do-
lo, culpa, vel negligentia, cõsuluit dictam liberationẽ ⁊ absolutio
nem non extendi ad ea que dolo gesserũt, vel ad reliqua, que sunt
penes ipsos tutores: de quo dicit esse casum in. l. nõ solum. §. fi. l. si
quis rationes. in princi. ff. de libera. lega. ⁊ in. l. quidã decedens.
ff. de administratione tuto. ⁊ glo. in. l. cum necessitatem. C. de fi-
deicõmis. ⁊ ad iura inibi per eum in contrarium allegata respon-
det Pet. de anch. ꝙ debẽt intelligi de scrupulosa redditione ra-
tionis exigenda: que non debet exigi, stãtibus verbis de quibus
supra, vt in casu. Nec huic sententie Pet. de anch. obstat legatũ
factũ per dictum Lamberti de his in quibus occasione admini
strationis ⁊c. possent dicti tutores condẽnari. Tũ quia tale lega
tum respectu reliquorum nihil operatur. Tũ quia nõ presumitur
3 de mente testatoris. Tũ quia prestitisset causam maleficij. † Nec
obstant iura q̃ dicunt ꝙ fideicõmissum reliquorum potest tutori
relinqui: quia respondeo ꝙ illa intelliguntur de reliquis preteri-
te administratiõis, nõ future, vt voluit Bar. in. l. quidã decedẽs.
⁊ in. l. si quis rationes, super ius allegatis, ⁊ docto. in. d. l. cũ neces
sitatem. C. de fideicõmis. Et idẽ qđ Pet. de ancha. voluit etiam
Pau. de cast. consilio. ccclxxj. exordiente, Ad primum quesitum
respondet ꝙ non obstante ⁊c. Jo. de ana. consil. lxxx. exordiente,
4 Visis ⁊ intellectis his que in themate ⁊c. † Et q̃uis cũ in facti
cõtingentia casus iste occurrisset Alex. de Jmol. ipseq̃ nõnunq̃
dissimulasset quid ꝓ iuris veritate concludi deberet, vt apparet
ex his que ipse ponit consil. liiij. exordiente, Circa id qđ queritur
an stante dispositione ⁊c. in secundo volu. ⁊ cõsil. clxiiij. exordien-
te, Presuppono primo circa cõsultationem premissam, in quinto
volu. ipse tamẽ hunc articulũ plenius examinãs ⁊ attingẽs con-
suluit pro eo qđ supra retuli tenuisse Pet. de anch. vt videri põt
consilio. lxij. exordiente, Serenissimus ⁊ xp̃ianissimus imperator
noster ⁊c. vbi plene, in quarto volu. Et ante hos oẽs idem voluit
Sali. in. d. l. cũ necessitatẽ. ⁊ do. Jason may. qui contẽni non de-
buit in. l. actione. col. fi. C. de transac. ⁊ in. d. l. cum necessitatẽ. Et
vt dicit idem do. Jason in dicta. l. actione. dictum Dy. vt prima
facie videtur contrarium tenẽtis debet intelligi in dolo de prete
rito. Et ita eñ intelligit Bar. in. d. l. aurelio. §. Caius. col. penul.
ff. de libera. lega. Et si Dyn. loqueretur in administratiõe de fu-
turo, male diceret, ſm eũ: quia dolus de futuro nullo modo remit
ti põt: ergo nec directo nec per indirectum, ⁊ quidẽ non directo.
l. si vnus. §. illud. cum suis simili. ff. de pac. Non etiam per indire-
5 ctum: † quia sic daretur materia delinquẽdi ⁊ spoliandi miseros
pupillos. contra. l. conuenire. ff. de pac. dota. Et quia hec pars vi
detur mihi verior ⁊ sanctior, ego illi adhereo. Et adherendo di-
co ꝙ non obstante releuatione, ⁊ alijs de quibus supra, tenebant
dicti do. Ludouicus ⁊ Catherina reddere rationẽ ⁊ reliqua, hoc
est ea que penes eos erant, vel esse presumebantur, vel ad que ex
dolosa administratione tenebantur consignare. Et ita etiam cõ
suluit Signo. de homode. cõsi. cix. ⁊ longe plenius ⁊ vltra q̃ ali-
quis per me visus consil. cx. vbi profecto eleganter, subtiliter, et
plenissime arguit hincinde: ⁊ deinde concludẽs pro olim pupillis
6 plenissime respondet rationibus parte tutoris inductis.

† Ad secundum dico ⁊ respondeo ꝙ, li-
cet Claudius lamberti
eidem quondam Catherine sue nouerce etiã sine inuentarij cõfe
ctione successerit: potest nihilominus prefata Melchiona eius
heres ⁊ ex persona ipsius aduersus dictũ Monetum regis dicto
quondam Claudio substitutum, ⁊ pro restitutione pretensi fidei-
cõmissi sibi relicti experiri, nitentem per viam retentionis sibi cõ
sulere, ⁊ cõsulẽdo retinere de bonis dicte quondã Antonete vsq̃
ad valorẽ eorum, in quibus dicto quondam Claudio tenebatur.
Pro quo allegasse sufficiat id quod voluit Ang. consi. lxiij. exor
diente, Quoniã nihil est quod magis ⁊c. col. ij. ver. super secũdo
dico, ⁊ Pau. de cast. in. l. ita tamen. §. si ex trebelliano. ff. ad tre-
bellia. in lectura padua. vbi etiam respondet ad. l. fi. §. in compu-
tatione. C. de iu. deliberã. ⁊ dicit ꝙ ille. §. loquitur quando vellet
contra creditores hereditarios deducere, vel contra legatarios
singulares, quorum credita ⁊ legata possunt transcendere vires
hereditatis, ⁊ heres tenetur soluere insolidum ipsis creditoribꝰ
⁊ olim ⁊ hodie. l. que dotis. ff. solu. matri. ⁊ non confecto inuenta
rio hodie tenetur etiam insolidum legatarijs. Sed quemadmo-
dum iure vetere poterat heres aduersus fideicõmissum deduce-
re illud quod sibi heredi debebatur, vt no. glo. j. in. d. §. si ex tre-
belliano, ⁊ super verbo actiones: ⁊ tamen deducere non poterat
aduersus creditores qui tenebatur insolidum, dicta. l. que dotis:
ita etiam debet hodie posse hoc facere, quia non confecto inuen-
tario remanemus in dispositione iuris veteris respectu credito-
ris ⁊ fideicõmissarij vniuersalis: q̃uis respectu legatorum parti-
cularium sit secus: quia iure vetere legata non debebantur vltra
7 vires hereditarias. l. j. §. si is qui quadringẽta. ff. ad trebel. † Ho
die vero non confecto inuentario tenetur vltra vires, aut. sed cũ
testator, ⁊ in corpore vnde sumitur. C. ad leg. falc. Jdẽ etiam te-
nuit Raph. cuma. in. l. debitor. in principio. ff. ad Trebellia. qui
etiam ibi refert ita se consuluisse. Jdem etiam voluit Paul. de
ca. in. l. ab omnibus. §. fi. ff. de lega. j. in lectura paduana: qui etiã
idem consuluit consil. clxv. exordiente, Queritur primo vtruȝ he
res qui non confecit inuentarium. ⁊ consil. ccxj. exordiente, Du-
bium facit in omnibus predictis. vbi etiam refert ꝙ ita consu-
luit Fulgo. quod ⁊ verum est, scȝ consil. lxxxij. exordiente, Pun-
ctum super quo consultatio proponitur tale est an heres heredis
instituti ⁊c. Fran. de are. consi. cxlviij. exordiẽte, Jn questione ꝓ-
posita ⁊c. col. pen. ver. secundo hoc demonstratur adhuc euiden-
tius ⁊c. ⁊ Alex. de Jmol. in. d. §. si ex trebelliano, ⁊ ante oẽs pre-
dictos Bald. in. l. debitori. col. ij. ver. extra eppono ꝙ etiam non
facto inuentario. C. de pact. Et quia istud non habet dubiũ, ego
non prosequor. ¶ Ad tertium dico ⁊ respondeo ꝙ transactio, de
qua ibi, non suffragabitur dicto Moneto, quominus possit con-
ueniri, vt infra, per ea que habentur in. l. j. ⁊ qđ ibi per omnes scri
bentes. C. de transac.

Ad quartum dico ⁊ respondeo, ꝙ cum di
cta Catherina olim contu-
trix dicti do. Ludouici habuerit duos heredes, scȝ eundem Lu-
douicum eius filium ⁊ prefatum Claudium, qui ambo eius he-
reditatem adiuerunt, non videtur dicta Melchiona posse de-
trahere seu deducere aduersus dictum Monetũ, petentẽ fidei-
cõmissum relictum per dictã Catherinam sibi restitui, nisi id pro
quo idẽ Claudius vel eius heres experiri potuisset contra aliũ,
pone Titium, si illum non dictum Claudium heredem instituis-
set dicta quõdam Catherina: et sic nõ nisi ꝓ parte hereditaria, et
adhuc non pro tota ea parte, sed solum pro dodrante, cuȝ ipsa ex
persona dicti Claudij eius quondã fratris remaneat etiam cum
effectu heres ꝓ quarta parte ad causaȝ trebellianice, quã retinet
8 † Ad quintum dico ⁊ respõdeo, ꝙ Ang.
consi. cxxxvij. exordiente,
Dissoluto matrimonio morte viri ⁊c. loquens de acquisitis per
quondam vxorem post mortem viri ⁊ priusq̃ alteri nubat, ⁊ que
rens an ista presumantur acquisita ex bonis viri defuncti, dicit
ꝙ in hoc variarunt Joan. ⁊ Accursius in. l. quintus mutius. ff.
de donat. inter. vi. ⁊ vxo. Joan. enim dicit adhuc idem presumi,
hoc est id quod presumeretur si acquisita extitissent tempore ma
trimonij. Accur. vero dicit oppositũ: ⁊ subiũgit Ange. videri ve
rum ꝙ aut quondam vxor emit infra annum a tempore mortis
9 viri, † ⁊ sic infra tempus luctus, quo tempore dicitur adhuc esse
in primo matrimonio, cũ nubere nõ possit. aut. de nup. §. soluto,
colla. iiij. l. fi. ff. de repu. not. gl. in. l. vnica. §. exactio, super verbo,
10 restituẽdis. C. de rei vxo. ac. † Et isto casu ꝑsumit quesiuisse de bo
nis viri Cũ ergo eadẽ castitas desideret per legẽ in muliere infra
tẽpus luctus, que desideraret cõstante matrimonio, aut. de resti-
tu. ⁊ ea que pa. in rubro ⁊ nigro: sicut matrimonio cõstante, ⁊ ne
talis castitas denigretur, presumũtur omnia esse quesi de bonis
viri, si non appareat vñ aliũde queri potuerint: sic ⁊ quesitũ infra
tẽpus luctus. ⁊ hoc casu vera sit opinio Jo. Sed si bona fuerint
acquisita elapso tẽpore luctus: ⁊ sic eo tẽpore quo nõ ita castitatẽ
seruari lex voluit, vera est opinio Accur. vt de suo soluisse ꝑsuma
tur: alś nulla mulier posset quicq̃ tute querere nisi ostẽderet vñ
originem habuerit pecunia: qđ est falsum, ſm eum. Jntelligit ta
men hoc esse verum Ange. nisi mortuo viro remãserit in admini
stratione bonorũ viri, forsam cũ filijs suis pupillis. Per presum-
ptionem eñ lucri nec mulier delictũ incurrit, nec a delicto excu-
satur: ideo ad hanc coniecturã recurritur, ꝙ si non potuit aliũde
lucrari presumatur acquisisse aut ex bonis viri, vel ex bonis filio
11 rum, † sicut dicimus in filio qui non est industriosus, nec apparet
vñ aliũde querere potuerit, presumit de bonis patris quesiuisse.
l. cum oportet, ⁊ quod ibi gl. ⁊ Bar. qui hanc rationem assignat.
12 C. de bo. que libe. † Et hoc videt maxime ꝓcedere in ista mulie-
re, quã audio non fuisse multũ industriosaȝ, quinimo nec aliquo
modo, ⁊ que habuit pingue et amplum patrimonium non dico
suũ ꝓprius, sed filiorum dicti Lamberti, ⁊ paucam doteȝ: insuper ⁊
que non reddidit rationem de ꝑ eam administratis. Et ita nõ vi
detur obstare. l. si defunctus. C. arbi. tute. que videt habere locũ
quando tutor reddidit rationeȝ tutele, ⁊ reliqua persoluit. Sed
ante reliqua persoluta videtur stare ꝑsumptio cõtra eam, vt vo-
luit Bal. in. c. j. versi. vel dic melius, titu. de contẽtio. inter do. ⁊
vassal. de inuestitu. feu. ſm Frã. de are. qui ita videt eũ intellige
re cõsi. xxxj. exordiẽte, Cõsiderata diligẽter ⁊ mature. col. ij. ver.

preterea illa lex &c. videtur tamen Ange. voluisse in dicto consilio quod quesita per mulierem sint sua, postquam sunt acquisita nomine sui ipsius, & sibi tradita. Pro quo allegat multa iura, que possunt ibi videri. Sed aduertendum est quod Ange. non loquitur in muliere
13 tutrice: † quia in tutrice emente aliquid ex bonis pupilli, videtur aliter dicendum, scilicet quod illa fierent pupilli. l. tutor. C. arbi. tutel. l. ij. C. quan. ex fac. tuto. de quo glo. Bal. & docto. in. l. si ut proponis. C. de rei vendi.

14 † Ad sextum dico & respondeo super hoc sunt opiniões: quidam vero dixerunt quod per verbum pleno iure censeatur prohibita detractio trebellianice, ut ubi gratia si voluerit testator bona sua pleno iure restitui, vel si in bonis suis heredi per eum instituto aliū pleno iure substituerit. Et hanc opinionem tenuit Bal. in. l. precibus. charta vlti. vel penul. vers. procedo vlterius: ibi per ista verba ergo. C. de impube. & aliis substitu. ubi dicit quod per hec verba pleno iure, vel insolidum, vel in totum, vel in omnibus bonis, dicit nihil aliud intelligere nisi falcidiam esse prohibitam a testatore in substitutiõe fideicõmissaria. Idem etiā videtur sensisse Bal. in auth. sed cum testator. C. ad le. fal. & sunt qui dicunt quod ita sensit Bar. in. l. centurio. in ij. q. principali. ff. de vul. & pupilla. Sed cõtrariam sententiam tenuit Oldra cõsi. cccxl iij. Mihi aūt. cxcvij. exordiente, Presupposita consuetudine ciuitatis Parisiensis. ver. ad quartam questionē est dicendū quod pro illa verba pleno iure &c. ubi pro hac parte multa inducit. Hanc opinionē secutus est Alber. referens Oldra. in. l. raptores. col. ij. versicu. que oīa faciunt ad questionem si testator &c. Etiam hanc opinionem secutus est Ange. in auth. de trien. & semis. §. illō quoque. le. j. col. iij. Pau. de cast. & Philip. corne. in dicta auth. sed cum testator. C. ad leg. fal. Roma. consil. lxxix. exordiente, Totum fundamentum iam consulētium &c. & lõ ge plenius in repeti. auth. similiter. charta vlti. C. ad leg. fal. ubi dicit quod in contingentia facti quidam innitētes authoritati Bart. & Bal. dixerunt trebellianicā videri & esse efficaciter prohibitam: pro quorum opinione fulcienda aliqua inducit. Deinde vero cum ipse & quidā alij contrarium sensissent, commemorat sua & eorum fundamenta & motiua, & finaliter subiungit, quod cum in hac questione omnes valentiores doctores Italie cum eo conuenirent, vno excepto qui non consuluerat, ad eū fuit trāsmissum cõsilium, qui suam & aliorum predictorum sententiā cõfirmauit: & dicit quod iste fuit excellētissimus doctor do. Pau. de castro. & hec opinio videtur mihi magis communis et si Alexander de Imol. in dicta. l. centurio. colum. xxxvij. ad fi. videatur quasi nõ ore aperto aliter sentire: a qua propterea communi sententia non est in consulendo vel iudicando recedendum. l. j. §. crebrior. apud veteres opinio. ff. de offi. questo. & quod not. Hostien. Jannes andr. & alij in. c. primo. de constitu. ubi domi. Feli. charta vltima questione secunda. ponit multas remissiões. Puto igitur prefatam Melchionam posse detrahere trebellianicam. non obstantibus illis verbis, pleno iure. Debet tamen in illam imputare fructus per eam perceptos. l. in fideicommissariam. in principio. & quod ibi glossa & doctores. ff. ad trebellianic. & quod habetur in lege iubemus. iunctis his que. ibi notant scribētes. C. eod. titu.

Ad alia dubia respondeo, et primo ad primum, mihi videri cõsultius quod ipsa adeat fraternā hereditatē sibi ex testamēto dilatā, quam quod eam repudiet: & consultius quod illam adeat cum bñficio inuentarij, quam simpliciter. Et si sic facere decreuerit, ipsa poterit sub presentia iudicis, notarij & testium referre se certiorată de testamēto honorabilis quõdā viri Joan. lāberti eius quõdā patris, & de vniuersali fideicõmisso sub cõditione, de qua ibi sibi relicto, seu substitutione de ea facta post mortē Roli. & Claudij suorum fratrum, si sine heredibus legitime procreatis ex eorum corporibus ab humanis decederēt: nec nõ etiā & de testamēto eiusdem quõdam Claudij, in quo ipsam heredem vniuersalem insolidum, et vnicam instituit: et quod nec sibi quomodolibet preiudicet in dicto fideicõmisso aut alijs suis vel pertinentibus iuribus in & super bonis dicti quõdā Joannis lamberti eius patris, & alias ut plene potiri possit & gaudere beneficijs cõcessis heredibus inuentarium de bonis hereditarijs legitime conficientibus, ipsa adit & acceptat dictam fraternam hereditatem cum beneficio inuentarij, non aliter nec alio modo: & quod infra tempus legitimum, & alia legitime, secundum ius commune seu consuetudinē & stylū approbatos huius insignis vrbis, conficere vult & intendit. Et ita protestetur.

15 † Ad secundū dico & respõdeo quod confectio vel omissio confectionis inuētarij dicte fraterne hereditatis nihil facit ad id de quo querit: hoc est quo ad facultatē retinendi illas quartas: quia ille non detrahuntur ex persona sua, sed ex persona dictorum Rolini & Claudij, quibus fuit substituta, & quibus successura est per dictā aditionē. Sed queri posset, an ex persona seu personis pdictorum possint detrahi iste quarte, attento quod ipsi non confecerunt inuentariū. Sup quo sunt opiniones, & quidē magne: † attamē quia iste casus sepissime occurrit, pu-
16 to esse notoriū que opinio consueuerit in Prouincia obseruari. Et ideo bonum est hoc intelligere ante aliam scripturam.

Uenio ad tertium super quo dico quod cum dicti Rolinus & Claudius fuerint grauati de restituendo post eorum mortem si sine heredibus &c. dicte Melchione eorū sorori paternā hereditatē ex eorū personis detrahētur eorum legitime, que sunt bes triētis seu due tertie partes trientis, & quarta pars residue, que sunt eorum legitima & trebellianica, que ascendunt ad paulominus quam sit dimidia pars hereditatis, pro eo, quia dicta Melchiona facit eis partem in legitima: & si iste detrahantur, nõ potest detrahi alia trebellianica. l. j. §. in de neratius. ff. ad trebelli. legitimā vero debuit habuisse ab initio, & que fuit pars trientis, & illam poterit detrahere, quia non censetur fuisse grauata de illa restituenda. l. cohered. §. cum filie. ff. de vulga. & pupilla. Aliam autem legitimam pretendere non
17 potest ad causam substitutionis. † Quo vero ad id quod ibi subijcitur, an illa verba pleno iure &c. impediant quominus imposterum possint dicte quarte detrahi: respondeo quod non. Et primo quidē, non legitima, quia in illa grauari non potuerunt dicti Rolinus, Claudius, & soror, dicta. l. coheredi. §. cum filie. l. omnimō. & l. quoniam in prioribus. C. de inofficio. testamē. non etiam tre-
18 bellianica. † Tum quia isti sunt de liberis primi gradus, qui prohiberi non possunt, secundum Bal. & Salice. qui hoc not. in dicta. l. iubemus. quos aliqui sequuntur: quamuis aliqui aliter sentiant. Tum & quia per illa verba pleno iure, non censetur trebellianica fuisse prohibita, ut plenius dixi in alio consilio.

19 † Ad quartum dico & respõdeo quod super hoc sunt opiniones, & contrarie doctorum sententie in. l. ita tamen. §. qui suspectam. ff. ad trebellia. Ego vero puto quod etiam pars Rolini, illa videlicet quam a patre habuit, veniret in restitutionē fideicommissi, per id quod not. Joan. de Imol. & post eum Alexā. de Imol. in dicto. §. qui suspectam, detractis tamē etiam de illa parte legitima dicti Rolini & trebellianica, per id quod voluit Bal. in. l. ex tribus. colum. fin. C. de inofficio. testa-
20 men. † quem aliqui habent satis incorrectum. Est etiam ibi incorrectus dominus Jason may. ubi etiam videri poterit cum
21 Pau. de cast. † Quo vero ad alia bona aliunde quesita per Rolinum quam a patre, non puto quod illa debeant venire in fideicõmisso, pro eo quia substitutio facta est dictis Rolino & Claudio: & sic ipsi ambo grauati per fideicommissum, in quo non veniunt bona heredis, dicta. l. coheredi. §. cum filie, quod etiam voluit Alexā. de Imol. in dicto. §. qui suspectam. col. viij. ve. circa.

22 † Ad quintum dico & respondeo, quod si pendente conditione fideicommissi, de quo ibi, hoc est viuente dicta Melchiona moreretur dictus dñs Ludouicus, fideicommissum huiusmodi fieret caducum: quia siue fideicommissum sit vniuersale, siue particulare, illud extinguitur si pendente conditione illius moriatur fideicommissarius. l. in personam. C. de fideicommiss. l. vnica. §. sin autem sub cõditione. C. de cadu. tollen. l. miles. §. j. l. vnum ex familia. §. rogo. in fi. l. cum pater. §. hereditatem. ff. de legatis secundo. & quod not. gl. & doctores in l. vnica. C. de his qui ante aper. tabu. de quo Alexāder de Imo. consilio. clxv. exordiente, Circa presentem consultationem. colū. j. vel circa. in quinto volumine. Et quod dico illud extingui, intelligo non solum quo ad fideicommissarium, sed etiam quo ad suos, ut videlicet ad eos non transmittat ius fideicommissi huiusmodi: quod etiam voluit glo. & doctores in dicta. l. vnica. C. de his qui ante aper. tabu. Joānes de Imol. & Alexāder de Imo. in. l. cum ex filio. in principio. ff. de vulga. & pupilla. & alij in alijs locis. Et quia hoc est sine dubio, vlterius non insisto. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini &c.

1 Res an possit detineri propter expensas in re factas, & quādiu.
2 Scriba an possit detinere chartam scriptā donec sibi numeretur, Itē & de sartore in veste: itē & in veterinario pro equo curato. Opere in re an equiparentur impensis in re.
3 Uector sarcinularum an possit pro soluta gabella scholastici sarcinam detinere.
4 Uiri probi sine lite componunt. Mercatorum domicilium veritatis & equitatis debet esse habitaculum.

taculum.
5 Testium examinatio parte cuius interest non citata, vel eius procuratore per iudicem facta an valeat.

Epitome.

Nauta, siue aurigiũ pro portu, a vectura potest retinere merces donec ei satisfactum fuerit. Sic & colonus, scriptor, & sartor.

De vi & vi armata. Consilium.cxlix.



Ex actis cause agitate per & inter prouidum virum Joannem sorgeti actorem ex vna parte, & honorabilem viruz Petrum gauterij reum ex alia. Constat & apparet eundem Petrum portasse seu portari fecisse pro dicto Joanne sorgeti ex loco Pontissorgie apud Auenionẽ viginti quatuor saumatas bladi, de triginta saumatis eidem Sorgeti per ipsum Petrũ venditis. Et quia de portu istarum viginti quatuor saumatarum bladi nõ fuit eidẽ Petro per eundem satisfactum: poterat idẽ Petrus illas penes se retinere, & eas non
1 expedire, donec sibi satisfacto de dicto portu. † qua propter expensas in re factas potest res ipsa retinere donec expẽsis refusis. l. colonus. ad fi. ff. de vi & vi arma. vbi colonus propter expensas
2 factas in re sibi locata, potest eam retinere. † Idem dicimus de scriptore qui scribit in charta, & potest eam seu quinternum retinere donec sibi soluatur, quia opera in re equiparatur impense in re. l. si non fortem. §. si centum. ff. de condi. indebi. Idem dicimus in sartore vt possit retinere vestem quã fecit, donec sibi satisfacto
3 de labore. Idem in marescallo qui equum curauit. † Et idem in eo qui portauit fardalium seu sarcinulas pro scholare & aliquid soluit pro eo nomine gabelle. l. huiusmodi. ff. qui potio. in pigno. habe. quem tex. ad hoc allegat Guil. de cug. & post eũ Bal. subiungens quod idẽ est in ceteris similibus. l. fi. C. cõmoda. vbi etiam satis. Idẽ voluit Saly. dicit enim quod vbi causa retinendi coheret rei: qđ est ob impẽsam factam in re ve. ob rem, potest res ipsa retineri. pro quo all. gat. l. in rebus. §. possint. ff. commoda. l. paulus. ff. de dol. excep. & l. si in area. ff. de condi. indebi. & subiungit quod supra dixi de scriptore, sartore, & vectore. Potuit ergo, vt prediti, pro dicta vectura idẽ Petrus retinere illas viginti quatuor saumatas donec fuisset lib. de mercede satisfactum. Ergo etiam potuit retinere illas sex saumatas nõ portatas postꝙ erãt penes eum sine vitio, & ille recipiebant functionem cum alijs, nec fuit maius interesse in retentione illarum sex, ꝙ in retentione dictaruz vigintiquatuor saumatarũ: immo vt videt longe minus. Tum quia illa vigintiquatuor faciebant longe maiorem numerum. Tum & quia erant in loco. potuerunt facilius vendi, expediri, & pro eis pecunia recipi per eundem Sorgeti. non est ergo de quo debuerit ipse Sorgeti conqueri de dicto Petro, sed potius debuit cõqueri de seipso ac sibi & sue rusticitati imputare quod summam portus non soluerit, cum in principio cause huius se offerret dictus Petrus bladum expedire, satisfacto de portu. regula, damnũ. cũ suis simili. de regu. iur. in. vj. Et ita non videtur ipse Petrus fuisse in mora in non expediendo dictas sex saumatas. Nec obstat si forte opponatur quod idem Petrus pretenderet sibi deberi maiorem pecunie summam pro dicto portu ꝙ deberetur. Post ꝙ non apparet dictũ Sorgeti aliquid obtulisse vel voluisse soluere de dicto portu, debuit enim saltem offerre partem de-
4 bitam, † vel quod ille portus taxaretur & sine lite more proborum virorum & mercatorum, quorũ domus debent esse domus veritatis & equitatis, vt dicit Ange. consilio. cxxxviij. exordiente, Arnaldus ferici de Barselona vendidit Mattheo &c. colũ. ij. post medium. & consilio. cccxxi. exordiente, Creditor volens sibi solui
5 &c. colum. ij. versi. secũda culpa creditoris. † Ceterum vbi premissa cessassent que non cessarunt: & ꝙuis egregius vir dominus iudex maior ordinarius Carpeñ. potuisset ex suo officio audire testes super valore dicti baldi seu pretensi interesse: hoc tamẽ facere non debuit parte absente, sed debuit ipsa vel saltẽ eius procuratori citari visura eos iurare. l. si quando. C. de testi. & c. ij. eo. tit. iunctis his que habentur in. l. nam ita diuus. ff. de adopt. l. de vnoquoꝙ. ff. de re iudic. & quod habetur in capi. j. de cau. possessio. & proprietatis. Non ergo valuit illa examinatio prouidorum virorum Barlanserij alias Bassellij, & Joannis peleterij, quam in suo studio, & absente ac etiam ignorante dicto Petro fecisse dicitur idem do. Judex. Et sic ex hoc solo capite deberet & debet sententia per eum lata, quatenus concernit dictum pretensum interesse, reuocari & rescindi, & ipse Petrus ab interesse huiusmodi absolui. Que dixerim sub correctione &c.

1 Domicilium in diuersis locis an quis habere possit.
2 Bona persone conditionem sequuntur.
3 Immunitas concessa incolis super non soluendo vectigali qualiter intelligenda.
4 Tempus, de cuius initio aut contrario non est hominum memoria, an habeat vim constituti & priuilegij.
5 Vectigal an sit munus personale.

Epitome.

Non potest dñs de Pilis vectigal ab eo exigere, qui Ayonis est incola, licet & alibi domicilium habeat, ita suadente priuilegio, & diutina consuetudine. V. F.

Vectiga. no. iusti. non pos. Consilium.cl.



1 Nemini † dubium quin aliquis possit habere domicilium in diuersis locis. l. labeo. & l. assumptio. §. iuris prudentibus. ff. ad municipa. glo. & doc. in. c. statutum. §. cũ vero. de rescript. in. vj. Quo fit vt potuerint & possint honorabilis vir Antonius bonihominis & eius fratres habere, prout & de facto habent, domicilium tam in locis Vallisdorome & Myrabelli, ꝙ in loco Ayonis. Et cum incole seu domiciliati in dicto loco de Ayonis sint franchi & immunes a solutione pedagij loci de Pilis, non debent ipsi Bonihominis cogi ad soluendum pedagium in ipso loco de Pilis: & non solum nõ debent cogi ad soluendum pedagium de & pro bonis dicti loci de Ayonis, sed nec pro alijs vndecunꝙ sua sint: quia dicta franchesia seu immunitas concessa est vel ex priuilegio vel ex consuetudine legitime pscripta habitãtibus in dicto loco seu incolis de Ayo-
2 nis: & sic personis, quibus bona accedunt, † quia bona sequuntur conditionem persone, arg. l. fi. C. de inoffi. testa. & aut. de ecclesia. titu. §. ad hec. & sequuntur conditionem huiusmodi tanꝙ acces-
3 soria & hominum causa creata. l. in pecudũ. ff. de vsur. † Ubi autẽ ista immunitas seu franchesia esset cõcessa nõ incolis, sed bonis que portarentur ex loco seu territorio illius, tunc forte posset procedere id quod pretendit dñs de Pilis: quia cum hec immunitas concessa nõ esset bonis, que ex alijs locis vel ad alia loca deferrentur & portarentur aut ducerentur causa negotiationis per territorium de Pilis, forte pretendi posset qđ de illis deberetur pedagiũ: sed vt dixi immunitas predicta concessa est ipsis habitantibus seu incolis dicti loci. Et sic gaudere debent hac immunitate quo ad omnia eorum bona, hoc est quo ad hoc vt pro nullis eorũ bonis emptis, que per illum locum vehunt, seu vehi aut
4 duci faciunt, debeant soluere pedagium. † Et vt audio ita obseruari consueuit per tẽpus, de cuius initio aut contrario non est hominum memoria, qđ habet vim constituti & priuilegij. c. sup quibusdam. §. preterea. & quod ibi Inno. & Hosti. de verbo. sig. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quoti. & esti. c. j. ad fi. & qđ ibi glo. & doc. de prescrip. in. vj. Preterea ad id quod superius dixi, scȝ quod franchesia seu immunitas de qua supra fuerit dictis incolis ex priuilegio vel consuetudine legitime acquisita, & qđ propterea pro
5 nullis eorum bonis debeant soluere pedagium, facit † quia pedagiũ est munus personale, ꝙuis imponatur personis pro rebus, vt voluit Bar. in. l. j. §. hic titulus. ff. de publica. & Jo. bartha. in suo tracta. de Gagel. in preludijs. col. iij. versi. premitto vlterius qđ vectigalia. quod etiam fuit de mente gl. in. l. fi. C. de cano. largi. titu. lib. x. Et sic debet intelligi quod voluit Bartol. in. d. l. j. col. fi. versi. itez quero &c. C. de mulieri. & in quo loco. Nõ ergo debent cogi dicti Bonihominis ad soluendum pedagium parte dicti domi. de Pilis ab eis postulatum. Et ita mihi videtur &c.

1 Verba testamenti generalissima an debeant ad omnia extendi, vt sunt verba, & alia quecunꝙ testamenta.
2 Clausula, vel alia quacunꝙ de causa, posita in instrumento an stringatur ad specificata tantum.
3 Testamentum vltimũ an deroget prioribus, si in illis sint posite clausule derogatorie ad impediẽdã testandi futurã dispositionẽ.
4 Testator an possit prohibere ius accrescendi, & an non obstante prohibitione institutus particularis, si non habet coheredẽ vniuersalem, debeat in vniuersum succedere, nume. 6. & 7. & an verba, semel tantum, id operentur.
5 Reuocatio aliorum testamentorum per clausulam, cassans & irritans &c. an valida testamento nullo.
8 Legata reseruata ex reuocatis testamẽtis virtute cuius debeant.
9 Substitutio conditionalis conditione aduemente an sumat vires, & quid in legatis conditionalibus, nu. 13.
10 Ablatiui absoluti quid importent.
11 Parentes qui dicantur.
12 Heres an intelligatur ille qui fuit institutus, vel qui hereditatem adiuit.
14 Aduocata hereditate per filium preteritum, ab instituto extraneo fideicommisso relicto tertio, an inspiciendum filium sine liberis decessisse vel institutum.
15 Loquendi grossus modus an in testamentis attendendus.
16 Legatum relictum in diem incertum an condionale, & an possit

transmitti pendente conditione.

17 Clausula, et aliis quibuscunque, in testamento posita quid operetur.

18 Testator generaliter loquens generaliter intelligendus.

19 Differentia inter legata et substitutiones ex diversitate titulorum. C. et ff.

¶ Epitome.

¶ Priora etiam multa testamenta tolluntur per postremum: quamvis in isto quedam in illis relicta liberet reservari possint. U. F.

¶ De testa. Consilium. cli.



Ex scripturis mihi transmissis colligitur et apparet, quod magnificus et strenuus quondam miles dominus Stephanus de poysiaco, habens in uxorem nobilem et egregiam mulierem dominam Ludouicam de saulx, diversis temporibus quatuor condidit testamenta, unum scilicet et primum Anno domini, M. cccc. xcviij. et de mense Septembris, quod tamen non exhibetur, nec eius copia, sed de eo fit mentio in principio narrative ultimi testamenti de quo infra. Aliud autem et secundum condidit eodem anno, sumptum tamen ab incarnatione, vel sumptum a nativitate anno. xcix. et die. xxiij. mensis Februarij: in quibus inter cetera per eum disposita et fieri ordinata heredes universales instituit quosdam eius cognatos seu fratres patrueles, nulla mentione habita de posthumis aut posthumabus. Aliud vero et tertium, prius audito et cognito quod dicta do. Ludouica pregnans existeret, fecit et condidit anno predicto. xcix. et die. x. mensis May: in quo heredem universalem seu heredes universales instituit posthumum masculum aut posthumos masculos, si unum vel duos eandem do. Ludouicam tunc pregnantem parere contingeret: quos invicem, unum scilicet alteri substituit: et si sine liberis masculis naturalibus et legitimis, ab humanis decederent substituit heredes per ipsum do. testatorem institutos, et nominatos in eius precedentibus testamentis, scilicet nobiles Ludouicum et Claudium de poysiaco fratres, et Sybuelum de poysiaco eius cognatos. Et casu quo dicta domina Ludouica filiam solam pareret, ipsi filie legavit et iure institutionis reliquit pro ipsa maritanda summam xv. milium francorum semel tantum. Si vero duas filias pareret, iure institutionis reliquit primo nasciture dictam summam. xv. millium francorum: et secundo nasciture summam decem millium semel tantum, pro omni iure parte etc. Volens et ordinans quod eo casu quo non nascerentur liberi masculi, prima eius testamenta quo ad heredis institutionem et alia in eisdem contenta in suo robore permanerent. Novissime vero, anno predicto. xcix. et die. vj. mensis Junij, fecit et condidit idem strenuus miles eius ultimum et nuncupativum testamentum: in quo inter cetera cupiens ut dicit sue posteritati providere cassavit, revocavit et annullavit testamenta et codicillos inibi mentionatos, et quecunque alia testamenta per eum antea facta: institutionesque heredum, et quascunque substitutiones in eisdem testamentis et codicillis contentas et descriptas, cum derogationibus in testamentis et codicillis huiusmodi appositis, si que essent, etiam si de illis et earum tenore facere oporteret mentionem specialem: reservatis tamen et exceptis legatis pijs, et alijs quibuscunque tam pro funerarijs suis, quam alias pro remedio anime sue, ac etiam suis parentibus et servitoribus factis, contentis, et descriptis in testamentis et codicillis per venerabilem virum magistrum Antonium chomardi notarium publicum receptis: et que legata non obstante revocatione huiusmodi corroboravit et confirmavit per modum et formam inibi contentos et descriptos. Heredem vero suum universalem instituit et nominavit posthumum masculum ex eadem domina Ludouica nasciturum, si masculus nasceretur. Et si duos posthumos masculos ex ea nasci contingeret, primum nasciturum heredem universalem instituit. Secundum vero posthumum masculum nasciturum heredem particularem instituit in castro, mandamento, et iurisdictione Alteruppe, et alijs inibi expressis, unum alteri et contra quandocunque sine liberis masculis naturalibus et legitimis ab humanis decederent substituendo. Si vero eadem domina Ludouica unicam posthumam pareret, sibi legavit et iure institutionis reliquit summam duodecim mille librarum turonensium semel tantum. Et si duas filias pareret, legavit et iure institutionis reliquit secunde summam decem millium librarum turonensium semel tantum pro omni iure, parte, et portione. Et eo casu quo masculus seu masculi ex dicta domina Ludouica non nascerentur, usufructuarias omnium bonorum suorum durante earum vita naturali duntaxat reliquit, donec aliter providisset, prout dixit se consequenter facturum. Et casu quo dicti sui heredes liberi et masculi unus aut plures quandocunque ab humanis sine liberis naturalibus et legitimis ex suis corporibus procreatis decederent, voluit et ordinavit quod dicte sue filie, si que nascerentur, una vel plures, essent et esse deberent usufructuarie omnium bonorum suorum earum vita naturali duntaxat durante, donec aliter providisset. Idem domi. testator quo ad substitutionem aliorum heredum, post tamen mortem et decessum dicte domine Ludouice. Successive autem idem do. strenuus miles permanens in voluntate huiusmodi, et non facta per eum alia substitutione ab humanis decessit, superstite et sibi superviuente dicta domina Ludouica, et que vel ante mortem eiusdem domini testatoris, vel postea peperit unicam filiam. Et ita non superest nec superfuit eidem do. testatori aliquis filius masculus. ¶ Quesitum est primo an dictum ultimum testamentum valuerit et valeat. Et quis universaliter eidem do. testatori succedere debeat, an videlicet dicta nobilis et unica eius generosa filia, vel dicti cognati seu fratres patrueles instituti in alijs testamentis, vel eorum altero.

¶ Secundo quid videatur idem dominus testator reservasse per reservationem factam de legatis pijs, et alijs quibuscunque tam pro funerarijs suis, quam alias pro remedio anime sue, ac etiam suis parentibus et servitoribus factis et descriptis in testamentis et codicillis per dictum magistrum Antonium chomardi receptis.

Et primo veniendo ad primum dico, quod istud videtur posse oriri ex eo, quia in dicto ultimo testamento narratur eundem domi. testatorem ignorantem dictam dominam Ludouicam esse pregnantem pro tempore condidisse plura testamenta et codicillos. Que narrativa ideo pretenditur falsa, cum in dicto testamento per eundem condito, anno predicto. xcix. et die. x. mensis May, dixerit ad sui notitiam pervenisse, quod dicta domina Ludouica pregnans existeret, cum etiam in illo posthumum et posthumos masculos heredes instituerit, posthume vero et posthumabus certas pecuniarias summas iure institutionis reliquerit. Et ita videtur posse pretendi quod illud non fuerit per hoc ultimum revocatum. Sed puto quod istud fundamentum non valeat: quia ut predixi dictus dominus testator fecit quatuor testamenta, primum scilicet de mense Septembris Anno. xcviij. et hoc apparet in narrativa dicti ultimi testamenti: ubi dicitur quod cum pridem et de mense Septembris proxime preteriti et a dicto tempore citra etc. Preterea in testamento condito dicto anno xcix. et die. x. mensis May, narratur quod ipse antea condiderat duo testamenta, ut potest videri in principio narrative. Et hoc etiam colligitur ex illis verbis, Volendo tamen et ordinando eo casu quo non nascerentur liberi masculi dicta eius prima testamenta quoad heredis institutionem etc. ubi advertendum est, quod non dixit primum testamentum singulariter, sed prima testamenta pluraliter. Et sic non est falsum quod narravit in dicto ultimo testamento se ignorantem prefatam dominam Ludouicam esse pregnantem condidisse plura testamenta, et in quibus certos heredes instituit: et in hoc potest loqui de duobus primis. Sed ipse in hoc ultimo non solum cassavit et revocavit illa: sed etiam alia quecunque per eum antea facta. Et ita non superest ratio, propter quam non videatur voluisse revocare, et cassare, et annullare non solum illa que per eum facta extiterant cum ignoraret dictam do. Ludouicam esse pregnantem seu

1 gravidam: sed etiam alia quecunque: † quia ita sonant illa verba, et alia quecunque testamenta per eum hactenus facta: que cum generalissima existant debent ad omnia extendi. l. pluribus. ff. de acceptila. l. emptor. §. lucius. et quod ibi gl. et docto. ff. de pac. et quod not. Pet. Cyn. Rayne. et Bal. et alij in. l. sub pretextu speciern. C. de transact. Bal. in. l. si de certa. C. eodem titulo. et in. l. qui cum tutoribus. §. fi. ff. eodem titu. doctores in. l. si ex pluribus, in principio. ff. de solu. et in. l. aurelio. §. caius. ff. de libera. lega. et quod no. gl. et doc. in. c. j. de transactio. Et hoc maxime debet procedere in hoc casu, cum illa verba, et alia quecunque testamenta etc. non videantur posse referri salua ratione recti sermonis ad testamenta inibi specifice mentionata, hoc est ad ea, que se fecisse narrat et commemorat idem dominus testator cum ignoraret prefatam dominam Ludouicam esse pregnantem: ergo non debent ad illa restringi, ut no. doctores in locis preallega-

2 tis, per dictam. l. pluribus, in principio. † Et in hoc exemplum ponit Jo. de imol. in dicto. c. j. de transac. ubi dicit quod si in instrumento contineatur quod talis promisit ex causa transactionis, nihil amplius petere occasione rei petite in iudicio vel alia quacunque de causa, quod tunc paret dicta verba non posse referri salua ratione recti sermonis ad specificata tantum. Allegat quod legitur et no. in dicta. l. pluribus. et in allegata. l. si pluribus. in principio. et. l. alimenta. §. basilice. ff. de alime. et ciba. lega. l. coheredi. §. qui patrem. ff. de vulga. et pupilla. l. doli clausula. ff. de verborum obligat. et. l. sanctio le-

3 gum. ff. de pe. † Censeri ergo debet dictus dominus testator voluisse revocare et cassare, ac etiam revocasse et cassasse non solum illa testamenta, que ignorans dictam dominam Ludouicam esse pregnantem cum viveret condidit: sed etiam alia quecunque, et sic tertium quod condidisse legitur dicto anno. xcix. et die. x. mensis May. Quod procederet etiam si in illo et alijs essent posite clausule derogatorie ad impediendum validitatem postea faciendi aut faciendorum testamentorum, attentis illis verbis revocat, cassat, et annullat: et post pauca, cum derogationibus in eisdem testamentis et codicillis, si que sint, appositis,

appositis, etiam si de illis ex tenore ipsarum oporteret facere mẽtionem specialem. Pro quo allegasse sufficiat id quod voluit Fede. de se. consilio. xlvi. exordiente, Habita super casu predicto collatione & deliberatione conuenienti. Barto. in. l. si quis in principio testamenti. col. iii. ver. quero quid si testator dixit sic, cassans & irritans &c. ff. de lega. iii. Bal. in. l. omnes. colum. i. ver. Et propter hoc dico quod si testator. C. de prescript. triginta vel quadraginta anno. & alii in aliis locis.

4 † Preterea dictũ primum dubium potuit ex eo oriri, quod dicto domino testatori nõ super fuerint aliqui masculi, sed vnica filia, cui relicta est iure institutionis summa duodecim milium librarum turoneñ. semel tantũ: propter quod videtur idem testator prohibuisse ius accrescendi. Et quia super hoc sunt opiniones, non sine causa queritur an hoc

5 vltimum testamentum de iure valuerit. † Quia licet ipse dominus testator quantum in eo fuit cassauerit, reuocauerit, & annullauerit precedentia testamenta: huiusmodi tamen cassatio, reuocatio & annullatio de iure non valerent nec sortirentur eff ctũ, nisi dictũ vltimuz testamentũ de iure valuisset, & ex eo potuisset adiri hereditas. Pro quo remisisse sufficiat ad ea ue not. Bal. Ange. & Joan. de imol. in. l. sed & si in conditione. §. fina. ff. de heredi. institu. Pau. de cast. in. l. sancimus. ad finem. C. de testa. vbi etiam colum. ii. versi. & adde ad supradicta. idem voluit Philip. corne. & Barto. in. l. si iure. colum. ii. versic. quero dicit testator in secundo testamento &c. ff. de legat. iii. quia cassatio, reuocatio & annullatio videntur restringi secundum earum caus m. l. cancellauerat. ff. de his que in testa. delen. & l. qui ex liberis. §. testamento. ff. de bono. pos. contra tabu. Quo fit vt cum cassatio, reuocatio, & annullatio videantur facte respectu vltimi testamenti, pro eo quia dictus dominus testator voluit istud preualere: ideo si non valerent illa verba, cassans, reuocans &c. & nihil operarentur dicta. l. qui ex liberis. §. testamento. & l. cancellauerat. Et vt dicit Paulus de castro in dicta. l. sancimus. ad fi. illis verbis, cassans, irritans &c. inest conditio, si testamentum in quo apponunt validum sit, dicta. l. si iure. Non ergo videtur ad effectualem reuocationem precedentium testamentorum, & presertim tertii conditi anno. xcix. & die. x. mẽsis Maii, sufficere illa reuocatio, cassatio & annullatio eorundẽ precedentiũ testamentorum, quam fecisse dicitur dictus dominus testator. Sed opus est defendere hoc vltimum, & ostendere quod illud valuerit & valeat, intelligo secluso militari priuilegio: de quo forte aliquid infra dicetur. Superest ergo videre an istud vltimum testamentum valuerit: dubium facit, quia in casu qui euenit nullus reperitur in eo vniuersalis heres institutus, sed dumtaxat reperitur dicta nobilis filia instituta in summa duodecim milium librarum turoneñ. cum illa adiectione, semel tantum: cui etiam fuit relictus vsusfructus omniũ

6 bonorum quãdiu viueret. Et sic nihil videtur dictus dominus testator de aliis bonis expresse disposuisse. † Et nihilominus videtur prohibuisse ius accrescendi. Super quo an hoc facere possit testator, intelligo non de milite, sed pagano, sunt opiniones. Quidam enim voluerunt quod q̃uis institutus vel in fundo vel in alia re seu pecuniaria summa debeat succedere insolidum, si nõ habeat coheredem vniuersalem, vel habeat, qui tamẽ repudiet. l. i. §. si ex fundo, & quod ibi per omnes scribentes. ff. de heredib' instituen. l. quotiẽs. vbi etiam per doctores. C. eodem titulo. De quo ponũt multi in. c. raynutius. de testamen. hoc tamen debet limitari & restringi vt non procedat quando institutus in fundo vel alia re particulari seu summa prohibitus est aliud petere: q̃a sic censetur testator prohibuisse ius accrescendi, & noluisse quod sic institut' succederet in alio: qđ videtur posse facere. l. quotiẽs. §. si duo. ff. de heredi. institu. per quem tex. & alia multa fundamẽta hoc voluit ibi Barto. quem etiam aliqui sunt sequuti in dicta l. quotiẽs. C. de heredi. institu. Et secundum hanc opinionem cõsuluit idem Barto. consi. clxxii. exordiente, Matheolus gratioli condidit testamentum in quo reliquit Marie eius matri &c. Et si hec opinio vera esset, videtur prima facie qđ dicta vltima testamentaria dispositio dicti do. testatoris non valuisset, & consequẽter qđ testamentum factum tertio loco, hoc est anno predicto. xcix. & die. x. mensis Maii, non fuisset per hoc vltimum reuocatum: quod etiam videtur fuisse de mente Bar. secundum vnum intellectum in. l. si quis priore. ff. ad trebel.

7 † Sed cõtrariam opinionem, sc3 q̃ testator non possit prohibere ius accrescendi, & qđ non obstante prohibitione huiusmodi institutus in fundo vel in re certa si non habet coheredem vniuersalem debeat in vniuersum succedere, & sic q̃ prohibitio vitietur, & causa testati trahatur ad causam intestati tenuit Dy. relatus per Bal. in. l. si quis ita heres instituatur si legitimus. ff. de heredi. institu. per Jo. de imol. in. l. i. §. si ex fundo, in repeti. charta. viii. vel circa. versic. vna fuit opinio Dy. quam refert Bal. ff. de heredi. institu. & in. d. l. quoties. §. si duo. col. v. vel circa. ver. vna fuit opinio Dy. &c. eo. titu. & in. c. raynutius. col. xxiii. ver. iuxta predicta potest dubitari qđ si aliquis instituatur solus &c. illam etiam cõiter referunt scribentes in. d. l. quoties. C. de heredi. instit. Roma. & moder. in. l. vnica. C. quan. nõ petẽ. par. Et pro hac opinione Dy. contra Bar. facit. l. si ita quis heres institutus sit excepto fundo. ff. de heredib. institu. Secundo facit quia testator non potest facere qđ. ll. locũ non habeant in suo testamento. l. nemo potest. ff. de leg. i. Cum ergo lex disponat qđ institutus in re certa habeat totam hereditatem. d. l. i. §. si ex fundo. videtur qđ non possit testator facere seu disponere oppositum. Tertio facit pro Dy. id quod not. gl. in. l. si seruus cõis ab extero. ff. de acqui. here. vbi gl. videtur velle qđ in institutionibus directis non possit testator prohibere ius accrescendi: quam gloss. commemorat & sequitur Bald. in. d. l. si quis ita heres instituatur si legitimus. & in repetitione. l. in suis. circa chartã vlti. ff. de libe. & posthu. & in repeti. c. si pater. de test. in. vi. Saly. in dicta. l. vnica. ver. quero quarto an testator possit prohibere ius accrescendi &c. vbi etiam de hoc plene per Roma. col. viii. versi. decimo examinat an ius accrescendi &c. C. quan. nõ peten. par. Saly. in. d. l. quoties. ver. quero sexto si testator nõ habens liberos &c. C. de heredi. institu. Jo. de imol. in repeti. dicti c. raynutius. col. xxiii. ver. iuxta p̃dicta potest dubitari. & in multis seq. vbi plene refert opinionem Bar. & Dy. & tandem respondet fundamentis pro Bar. inductis, & concludit cuz Dy. Idem voluit Joan. de imo. in. d. l. i. §. si ex fundo. charta. viii. vel circa. versi. restat etiam vltimo oco discutere an testator possit prohibere ius accrescendi &c. & multis seq. vbi etiam relatis opinionibus Dy. Barto. & quorundam aliorum respondet fundamentis Bart. & aliorum aliter sentientium, & tandem concludit cũ Dy. Eandẽ opinionem sequutus est in dicta. l. quoties. §. si duo. vbi etiam respondet aduersariis. Istam partem etiam sequutus est Pet. de vbal. in repeti. dicti. c. r ynutius. charta. xxv. vel circa. colum. iii. versic. sed dubitatio magna est quando quis instituit in re certa &c. Illam etiam sequutus est Ang. consil. cxliii. exordiente, Dominus quiricus do. Caroli de ciuitate Marine suũ cõdidit testamentum &c. col. iii. ibi, saluo nisi talis institutus in re certa &c. vbi multa inducit, & respondet motiuis Bar. idez tenet Rapha. cuma. in. d. l. quoties. §. si duo. & Jo. de imol. in dicta. l. si quis ita instituatur. circa fi. vbi etiã dicit opinionem Dy. esse veriorem. Idem voluit Barto. & Joã. de imol. in. l. hereditas ex die. ff. de heredi. institu. Ange. are. in. §. hereditas. ad fi. institu. eo. titu. vbi etiam affirmat istam esse veritatem contra Bartol. in dicto. §. si duo. Hanc opinionem dicit Alexã. de imo. in dicta l. si quis priore. ff. ad trebel. esse magis cõmunem: idem tenuit in d. l. quoties. col. fi. versi. vltimo queri posset quid si test tor &c. C. de heredi. institu. Pro qua opinione, & contra opinionem Bart. in. d. §. si duo. consuluerunt Jaco. pute. & Rolan. de curte. consilio incipiente, Factũ tale est melchion de Stephanis ciuis Saonensis &c. moti multis iuribus, rationibus, & authoritatibus, prout inibi videri potest. Idem voluit domi. Francisc. decur. in d. §. si duo. idem etiaz voluit coll ctor decisionũ Rote. decisiõe. cccxxxii. exordiente, Si pater plures filios in potestate sua habens &c. in nouis. Et q̃uis Bal. in dicta. l. vnica. C. quan. nõ peten. par. Ang. in. l. penul. ff. de iniust. rup. & irri. testa. & Saly. in. d. l. quotiẽs. plene relati per Jo. de imol. in. d. c. raynutius. & in. d. §. si ex fundo. videantur in aliquo discessisse ab opinione Dy. si tamen discurrantur & videantur doc. qui de & super articulo huiusm di scripserunt, vel etiam consuluerunt, profecto apparebit qđ opinio Dy. est magis cõmunis: a qua propterea in iudicãdo vel consulendo non est recedendum. l. i. versic. crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. l. i. ff. de senato. c. in canonicis. dist. xix. c. de quibus. dist. xx. & quod voluerunt Hosti. Jo. an. & doct. in. c. i. de constitu. vbi do. Feli. charta vlti. col. ii. ponit multas remissiones. Supposito igitur qđ propter illa verba semel tantum, videretur dictus quondam do. testator prohibuisse ius accrescendi, prout re vera nõ prohibuit: hmõi tñ prohibitio nõ impediret, nec impedire posset quomin' dicta nobilis eius filia habere deberet & haberet totaz hereditatem: pro eo quia illa inhibitio nihil operaretur, nec faceret quin per hoc vltimum testamentũ, tanq̃ efficax & validum, censeri debeant alia testamenta fuisse & esse reuocata, dicta. l. si quis priore. ff. ad trebel.

Preterea non est verum q̃ per illa verba semel tantum, censeri debeat idẽ dominus testator prohibuisse ius accrescendi. Pro quo induco id quod voluit Barto. in dicta. l. si quis priore. & in allegato cõsilio. clxxii. in quibus locis respondendo oppositioni facte de dicta. l. si ita quis heres institut' fuerit excepto fundo, dicit quod v ba, instituo te ex

ceptofundo,hoc importat,qd in fundo te non instituo:sed nō important qd ego prohibeam potestatem legis seu iuris tacite accedere. Et hoc videt posse optime adaptari casui nostro:in quo idem do.testator iure institutionis dedit ⁊ legauit dicte nobili eius posthume duodecim mille libras turoneñ.semel tantū:quia illa verba hoc important qd non aliud dabat vel legabat iure institutionis ipse domi.testator dicte nobili posthume:sed non important quod ipse prohibuerit potestatem legis seu iuris tacite accedere,⁊ in vim cuius debebat ⁊ debet residuum sibi accrescere. Pro quo optime facit quod voluit Ange.in.d.l.quoties.§.si duo.vbi dicit quod si testator dicat,instituo Titiū in fundo tm: non videatur virtute istius dictionis taxatiue tātum,phibuisse ius accrescendi,eo quia verba ista sunt presentis tēporis,⁊ ideo non trahuntur ad futurum.l.si ita.ff.de auro ⁊ argento lega.⁊ qd no. in.l.qui rome.§.duo fratres.ff.de verbo.oblig.⁊ dicit Ang.l.ꝙ sensus istorum verborum est,hunc tantum fundum pro nunc tibi assigno. Pro quo dicto facit:quia taciti ⁊ expressi eadē est virt⁹. l.cum quid.ff.si cert.pet. Sed si testator solum dicat instituo Titium in fundo,ꝙuis subintelligatur dictio taxatiua tantum,per ea que habentur in.l.fina.§.j.iuncta glo.ff.de lega.ij. Non tamē intelligitur prohibuisse ius accrescendi,dicta.l.j.§.si ex fundo.ergo necius huiusmodi prohibuisse intelligitur quādo hoc expressit. Et idem quod Ange.voluit Joan.de imol.in.d.§.si duo.col. iiij.versi.dicit tamen Ange.qd non intelligitur esse prohibitum ⁊c. Pro quo etiam allegat dictam.l.si ita.⁊ not.in dicta.l.qui rome.§.duo fratres. Etiam idem voluit Joan.de imol.in repeti. dicti.§.si ex fundo,charta antepenulti,ver.dicit tamen Ang.ibi quod non intelligitur esse prohibitum ⁊c.quod si ita est,immo quia ita est:ergo nec in casu de quo queritur,in quo videlicet prefatus do.testator eidem nobili posthume legauit ⁊ reliquit iure institutionis duodecim mille libras turoneñ.semel tātum,videtur ipse dominus testator prohibuisse ius accrescendi. Et sic videtur qd non obstantibus illis verbis semel tantum,debeat ipsa nobilis posthuma habere totam hereditatem,hoc est esse heres insolidum eiusdem domi.testatoris. Et per hec patet responsio ad dictum primum quesitum.

Venio ad secūdū:pro cuius solutione premitto quod,licet vt predixi dicta prima testamēta fuerint ⁊ sint reuocata quo ad heredum institutiones ⁊ substitutiōes:fuerūt tamē reseruata certa legata in dicto vltimo testamento ⁊ themate huiuscemodi consultationis latius mentionata:quod fieri potuit per ipsum dominum testatorem,etiā si iure militari testari non potuisset,dicta.l.si quis priore.cum suis simili.ff.ad treb. Quia nō propterea dicitur decessisse cū duobus aut
8 pluribus testamentis,sed cum vno,† pro eo quia dicta legata reseruata nō debentur ex illis testamentis reuocatis,sed ex isto vltimo,per id quod voluit glo.in.d.l.si quis priore,super verbo.teneri,⁊ quod ibi docto. Est ergo videndum que legatā vid ñt reseruata. Ad quod dico primo quidē quo ad relicta in primo,qd factum fuisse dicitur dicto anno.c.xvij.⁊ de mēse Septēbris,me non posse respondere,cum illud non viderim. Quo vero ad alia. Et primo quo ad legatū,qd fecisse dicitur nobili Joāne de poyssiaco ipsius domini testatoris sorori de bonis ⁊ hereditate eiusdē domini testatoris,que sunt vltra forestam septimi,dico ⁊ respondeo quod si substitutio in dicto legato cōmemorata,⁊ facta eidē do.testatori per nobilem ⁊ potentem quondam virum Georgiū de poyssiaco eius patrē sibi locū vendicauerit,vt quia forte facta extiterat si ipse dominus Stephanus testator sine liberis masculis decederet,tūc videretur hoc legatum esse reseruatū:et sic sibi deberi si illud acceptare velit,vel vsumfructū bonorū legatorum
9 si legatū acceptare noluerit.† Sed si cōditio dicte substitutionis nō euenerit,vt q̄ forte facta fuit sub cōditione,si idē do.Stephanus testator sine liberis decederet,qd nō contigit,p eo q̄ sibi superfuit dicta filia.l.j.C.de condi.inser.⁊.l.nō est sine liberis,cum suis simili.ff.de verbo.signi.tunc putarē dictū legatū nō posse peti,pro eo quia illud fuit relictum in ⁊ pro cōpensatione illorū bonorum,in quibus dicta nobilis Joāna eidē do.Stephano testatori substituta extiterat. Et nō fuit legatū hmōi pure relictū,sed cōditionaliter,scʒ si casus substitutionis sibi facte eueniret:quod
10 colligitur ex illis † ablatiuis absolutis,casu substitutionis adueniēte,positis in dicto legato qui cōditionē importāt.l.a testatore.⁊ quod ibi Bart.⁊ doc.ff.de cōdi.⁊ demō.de quo no.multi in l.ab emptione.ff.de pac. Et queadmodū fuit cōditionaliter relictū:ita fuit dicto vltimo testō cōditionaliter reseruatū,corroboratū,⁊ cōfirmatū,ppter illa verba,p modū ⁊ formā ibidē cōtētos ⁊ descriptos,posita in clausula dicte reseruationis. Ad qd facit,q̄a si pfatus do.testator tēpore dicti secūdi testamēti,⁊ quādo nihil cogitabat vel sperabat de liberis,solū eidem nobili Joāne legauerit adueniente casu substitutionis:pfecto fortius vel non minus censendus est sic voluisse tēpore dicti vltimi testamēti,⁊ eo tēpore quo ⁊ de liberis masculis ⁊ feminis cogitauit. Cū igit legatum de quo supra,⁊ illius reseruatio,corroboratio,⁊ cōfirmatio sint cōditionales:illud nō debet si cōditio nō euenerit:q̄ cōditionalis dispositio per cōditionis euentum sortitur effectum.l.pecunia.ff.si certū pe.tatur.l.cedere die.ff.de verbo.signi.⁊.l.qui heredi.§.si.cum multis simili.ff.de condi.⁊ demon.

Quo vero ad legata facta de prediis ⁊ redditibus,quos sub gratiis redemptiuis habebat idē do.testator,⁊ quos voluit dictā dñam Ludouicā de saulx ei⁹ vxorē teneri in fine dierū suorū relinquere hrdibus eiusdē do.testatoris,seu illi vel illis ex ipsis heredibus magis sibi gratis,est maior difficultas,an vcʒ ista videantur reseruata quo ad hoc,vt illi qui ex institutis heredibus in dicto secūdo testamento electi extiterint per ipsam do.Ludouicam,vel dños sancti Petri ⁊ de Ternay,⁊ eis nō existentibus oēs heredes ab eodē do.testatore inibi institutos,petere valeant,si eos vel eorū aliquos viuere cōtingat tempore mortis dicte do.Ludouice,post cui⁹ mortē vidētur relicti. Hec autem difficultas non oritur ex eo qd illi nobiles inibi instituti,vel prefati do.sancti Petri ⁊ de Ternay non dicū
11 tur de parentibus ipsius do.testatoris:† quia licet parētes proprie dicantur ascendētes vsq ad tritauū,vel generaliter etiā maiores vsq in infinitū.l.iurisconsultus.§.parentes.ff.gradi.⁊.l.iiij. §.parētes.ff.de in ius vocan.tamē magis generaliter ⁊ secūdum grossum modū loquendi etiam agnati,⁊ qui attinent per genus vel nuptias dicuntur parentes,aut.de aliena.⁊ emphy.§.economus,iunctis ibi not.per Ange.colla.ix.⁊.c.vnico.ver.de parentibus.⁊ qd ibi Bald.tit.quemadmo.feu.ad fili.pertine.⁊ Andr. barba.in repeti.l.cum acutissimi,charta.xix.col.iiij.versi.quid si testator dixerit si heres meus decesserit sine parentibus.C.de fideicommiss. Sed oritur ex eo quia dictus do.testator non ibi expressit qd ipsa do.Ludouica dicta legata seu predia ⁊ redditus relinqueret illi,puta nobili Ludouico de poyssiaco,vel alii eius ppio nomine expresso:sed dixit heredibus seu illi vel illis ex ipsis heredibus:et sic sub nomine appellatiuo. Quo fit vt cum nullus ex illis fuerit vel sit heres eiusdem do.testatoris,sed dicta eius nobilis filia,non possint imposterū illi nobiles heredes instituti
12 in dicto secūdo testamēto petere hec legata:† quia heres intelligitur non qui heres institutus fuit,sed qui hereditatē adiit,fm Barto.⁊ Jo.de imol.in.l.seruus alienus.§.si quis ita.ff.de heredi.institu.vbi ⁊ per quem tex.not.ꝙ illa verba prolata a testatore,scʒ si talis heres erit,intelligatur,id est si talis adierit hereditatem,non autem intelliguntur si talis fuerit scriptus heres a testatore. Pro quo facit,quia idem dominus Stephanus testator in dicto legato nō dicit,ꝙ prefata domina Ludouica in fine dierū suorum teneretur relinquere heredibus per eum institutis vel nominatis,aut in dicto secundo testamento descriptis:sed dixit heredibus eiusdem domini testatoris,seu illi vel illis ex ipsis ⁊c. Et sic non obstans ei qd predixi not.per Bart.in.l.qui liberis.§. hec verba.ff.de vulga.⁊ pupilla.per Alexan.⁊ alios in.l.fina.C. de heredi.institu.quatenus inibi loquuntur de herede infra ⁊ su
13 pra scripto.† Et ꝙuis vel forte multa vel aliqua possint induci in contrarium,non puto tamen ꝙ super his sit pro nunc faciēda magna inquisitio,pro eo quia cum illa legata relicta extiterint post mortem dicte domine Ludouice,⁊ sic in diem incertū,⁊ consequenter sint conditionalia,⁊ sub conditione relicta,si vcʒ illi superuixerint eidē do.Ludouice.l.heres meus.§.j.ff.de conditio.⁊ demō.l.iiij.ff.quādo dies le.cedat.⁊ quod not.doctores in.l.post mortē.C.de fideicōmis.poterit prout voluerit altissimus contingere quod viuet eadē dña Ludouica eueniet hoc vel aliud. Forte vero opponet quod cū legatū eidē nobili Ludouice factū,⁊ in quo voluit prefatus do.testator,qd de oibus prediis ⁊ redditib⁹, quos habebat sub gratiis redēptiuis,esset ipsa nobilis Ludouica dña ⁊ administratrix ac vsufructuaria,fuerit reuocatū ⁊ annullatū saltē per dictū vltimū testamentū,cū ibi non reperiatur fuisse reseruatum,non debeat vlterius considerari seu etiā expe
14 ctari mors dicte do.Ludouice:sed quod hoc nō obstat.† Quoniam respōdeo ꝙ immo cōsiderari ⁊ expectari debeat,per id qd in simili voluit Bar.⁊ docto.magis cōiter in authenti.ex causa. C.de libe.preteri.vel exhereda.Bal.in.l.multum interest.col.iij. vel circa.versicu.simile dico in testamento ⁊c.C.si quis alteri vel sibi.⁊ Barto.in.l.fundum.ff.de actio.emp.⁊ vendi.quatenus volunt quod si testator preterito filio aliquem ponē Titium heredē instituat,⁊ sibi si sine liberis decesserit substituat Sempronium, ⁊ postea contingat filium preteritum aduocare hereditatē,⁊ q̄ratur de fideicommisso relicto Sempronio,nō inspicitur an filius ipse,sed an Titius heres institutus decedat sine liberis. Pro quo multa inducit Alex.de imol.in dicta authen.ex causa.col.ij. vij.vel circa.ver.⁊ iuxta hoc q̄rit Bar.hic quid si Titius heres. ⁊ dominus

⁊ dominus Jason max.colum.ix.versi.iuxta hanc conclusionem dubitat Barto. Quo vero ad domum habitationis ipsius do. testatoris, vineas,⁊ alia bona,que habebat in ciuitate Viennensi excepta domo Catherini de maladeria,quam post ipsius do.Ludouice mortem deuenire voluit ad dominũ Sybuelum de poysiaco ⁊ suos masculos:⁊ alias prout ibi,⁊ quo ad census ⁊ redditus quos percipiebat in loco Demothesiaci,de quibus disposuit vt
15 i respõdeo q legata huiusmodi videtur fuisse reseruata,† pro eo quia sunt relicta agnatis,et sic parentibus eius secũdũ grossum ⁊ vulgarem modum loquendi,de quo supra dixi,⁊ qui attendendus est in testamẽtis,vt voluit Barto.consilio.li.exordiente,In nomine domini Salũbensis Joannelli suum condidit testamentum,⁊ Joães de imol.in.l.filiusfamilias.§.cum quis.ff.de le.i. Sed vt dixi in articulo pcedenti,ista nõ debebũtur nisi post mor
16 tem dicte domi.Ludouice,† et si illi nominati vel eorum masculi tunc superuixerint,alias non:quia legatum vtpote relictum in diem incertum est conditionale,⁊ non transmittitur ad heredem pendente conditione.

Quo vero ad institutiões ⁊ substitutiones factas in dictis precedentibus testamẽtis de dictis fratribus patruelibus,seu cognatis ipsius domini testatoris,hoc est de nobilibus Ludouico,Claudio,Joanne ⁊ Sybuelo
17 de poysiaco,† dico ⁊ respondeo q,q̃uis prima facie,⁊ secundum verborũ primũ corticem,ille videantur reseruate,pter illã clausulã,Reseruatis tamẽ ⁊ exceptis legatis pijs ⁊ alijs quibuscũq tam pro funerarijs suis q̃ alias pro remedio anime sue ⁊ etiam suis parentibus ⁊c.vbi attendendum est verbum,quibuscũq:puto tamen quod immo non fuerint aut reseruate. Cum quia illa clausula quibuscunq tam pro funeralibus ⁊c.debet restringi et limitari vt procedat in legatis factis pro funerarijs,ver.⁊ als p remedio anime dicti domini testatoris ⁊ in legatis factis eius parentibus:⁊ hoc operatur illa dictio,alijs,per id quod voluit glo. Bal.⁊ alij multi in.l.si fugitiui.C.de seruis fugitiuis.Pro quo dicto multa inducit Andreas barba.in repetitione.l.cum acutissimi,charta.v.col.j.versi.nec etiam obstat iste text.dũ dicit ⁊c.⁊ multo plura dominus Felinus in.c.sedes apostolica.col.ij.versi. clausula generalis.⁊ colum.vij.versi.sed contra istam declarationem sunt multe decisiones ⁊c.de rescript.Cum ⁊ quia hoc satis declaratur in dicta reseruatione:vbi in cauda fuerunt illa verba ⁊ profecto multum prudenter ⁊ docte scripta,scilicet.Et que legata:non obstante huiusmodi reuocatione ⁊c.per que manifeste apparet quod idez dominus testator in dicta reseruatiõe,⁊ quatenus illa concernebat eius parentes,non reseruauit nisi legata. Cum ⁊ quia si diceremus eundem dominum testatorem voluisse reseruare etiam institutiones ⁊ substitutiones factas de suis parẽtibus,hoc est de illis quos predixi,scilicet nobilibus Ludouico,Claudio,Joãne ⁊ Sybuelo,etiã dicere oporteret quod illico se corrigere voluerit ⁊ correxerit:cum paulo ante,immo immediate ante reuocasset,cassasset,⁊ annullasset dicta per eum commemorata testamenta ⁊ codicillos,⁊ alia quecunq testamenta per eum hactenus facta:institutionesq ⁊ substitutiones quascũq in eisdem ⁊c.qd tamen,scilicet q antea se correxerit,non est presumendum.l.non ad ea.ff.de condi.⁊ demon.Et hoc maxime pcedit in hoc casu,cum institutiones ⁊ substitutiones huiusmodi facte fuerint de parentibus,non de alijs:⁊ nisi diceremus eas reuocatas,nulle reperientur reuocate.Preterea,dicet mihi aliqs, si quis est qui contrarium teneat,in quo prouidisset idem do.testator sue posteritati:cũ tamen vt dixit in proemio dicte sue vltime testamẽtarie dispositiõis prouidere voluit,⁊ ad eã cupiuit hereditatem ⁊ bona sua deuenire,nisi sensisset vt predixi:⁊ profecto videtur quod vel in nullo vel in modico.Cum enim per institutiões factas de dictis eius parẽtibus essent castra,iurisdictiões, ⁊ alia bona per ipsum do.testatorẽ inter eos distributa,si voluisset institutiones de eis factas esse reseruatas,quero in quo erant successuri liberi masculi vnus vel plures,si illi nati extitissent ex dicta do.Ludouica.Preterea si hoc sensisset,quomodo in dicto suo vltimo testamento heredem particularẽ instituisset secundũ eius posthumum in castro,mãdamẽto ⁊ iurisdictiõe Alteruppe, in quibus in dicto scdo testamẽto heredes instituerat dictos nobiles Joãnẽ ⁊ Sybuelum,profecto non video.Dico igitur institutiones factas de dictis nobilibus Ludouico, Claudio,Joãne ⁊ Sybuelo nõ esse reseruatas.Et idem videt de substitutionibus inter eos ⁊ eorũ liberos masculos,⁊ post ipsos ⁊ eorũ liberos masculos de earum filiabus factis de ⁊ super bonis,in quibus extiterunt dicti heredes instituti.† Cum quia,vt apparet ex serie dicti vltimi testamẽti,idẽ do.testator reuocauit heredũ institutiones ⁊ substitutiones quascũq in testamẽtis ⁊ codicillis antea p ipsum factis.Cum enim generaliter loquutus extiterit de quibuscũq substitutionibus,et sic per verbũ vniuersale distributiuum,per id qd not.Bar.Jo.de imol.⁊ alij in.l.hoc articulo.ff.de heredi.institu.debet generaliter de omnibus intelligi.l.i.§ generaliter.⁊ qd ibi glo.ff.de lega.pstan.⁊.c.si romanorum,versi.dicendo vero omnia ⁊c.cum suis simili.di.xix.Cum ⁊ quia cũ verba dicti do.testatoris reuocantis institutiones ⁊ substitutiones quascunq factas in testamentis ⁊c.non est a verbis huiusmodi recedendum.l.ille aut ille.§.cum in verbis,⁊.l.non aliter.ff.de lega.iij.Cum ⁊ qr si nõ censerent substitutiones facte de dictis parentibus fuisse reuocate,illud verbum substitutiones quascunq superfuerat:cũ in dicta vltima testamentaria dispositione nulle reperiantur substitutiones,que facte non extiterint de dictis parentibus,accipiendo vt predixi verba parentis grossomodo,⁊ sm vulgarem loquutionem:secundum quẽ modũ etiã idem do. testator accepit.non sm proprium:qr nec patrem aut matrẽ eius vel alium parentem de linea ascendentium heredem instituit seu etiã substituit.Sed non est dicendũ q illa verba substitutiones quascũq superfluant:quia non solum vnaqueq clausura,sz etiã vnumquodq verbum in dispositione prolatum debet esse cũ potestate operandi si fieri potest.l.hac lege.ff.de contrahẽ.emptio. ⁊ venditio.l.si stipulatus.in prin.ff.de vsur.⁊ quod voluit Bal. C.de cõtrahen.emptio.super rubrica.q.ix.Roma.cõsil.lxxxij.in fi.And.barba.consi.lxj.col.x.in prima parte.Alex.de imol.cõsi. cxvij.exordiente,Visis super narratis in themate.col.penulti.in primo volumine:⁊ tam ipse q̃ alij in multis alijs locis. Quibus non obstat reseruatio,quam fecisse dicitur idez domi.testator de legatis pijs,⁊ alijs quibuscunq tam pro funerarijs suis,q̃ alias
19 pro remedio anime sue,⁊ etiam suis parentibus.† Quoniam respondeo q,vt predixi,ipse reseruauit legata:inter que ⁊ substitutiones est differentia,vt colligitur ex diuersitate titulorũ qui habentur in.C.⁊.ff.in.C.quidem.de impubẽ.⁊ alijs substitu.ad trebel.⁊ de lega.in.ff.de vulg.⁊ pupil.ad trebel.⁊ de lega.j.ij.⁊.iij. Preterea cum in disponendo de bonis,in quibus dicti nobiles Ludouicus,Claudius,Joannes ⁊ Sybuelus fuerunt instituti, ⁊ post institutionem seu institutiones de illis factas vsus fuerit verbo,substituit,non verbo legauit,presumendum est ipsum dominum testatorem sensisse etiam istas substitutiones reuocasse, cum reuocauit substitutiones quascunq,⁊ non eas reseruasse,cũ reseruauit legata facta parentibus.l.si seruus plurium.§.fina.ff. de leg.i.Possunt ⁊ alia multa pro hac parte induci:sed quia predicta mihi videntur sufficere,vlterius non insisto.

1 Arrendator in societate res alterius administrans,qui de negotijs gestis non reddidit calculum,penis incursis,furtum an dicatur commisisse,⁊ an possit conueniri de ratione reddenda.
2 Actio pro socio quanto tempore duret.
3 Taciturnitas an noceat.
4 Societas an possit in vna re contrahi.
5 Libellandi modus in actione pro socio ad calculum reddẽdum.
6 Clausula,summarie simpliciter ⁊ de plano sine strepitu ⁊c.est maximi momenti ad lites accelerandas.
7 Debitorem extraiudicialiter lapso termino interpellare vrbanitatis est creditoris.
8 Socius de ratiõe reddenda extraiudicialiter non interpellatus an condemnandus in expensis,si vocatus offerat calculum.
9 Cancellatio instrumenti locationis an eleuet fidem probationis de locato.

Epitome.

Ere est vt socius in reddenda ratione administrationis contumax prius extraiudicialiter interpelletur:ne aliter in primo termino calculum offerendo condemnationem expensarum eius euadat. V. F.

Pro socio. Consilium.cliij.

1 Non† puto nobilem virum Libertum gomberti penam incurrere pro eo quia dicitur nondum reddidisse calculum sue administrationis,nec propterea,quia non reddidit aut reddit,cõmisisse aut cõmittere furtum, Ipse enim de voluntate ⁊ expressa conuentione ⁊ consensu recuperauit ⁊ exegit prouentus,redditus,⁊ alia iura castri de Misonor:⁊ mediante titulo arrendamẽti sibi cõcesso per eum,qui castrũ seu fructus,prouentus,redditus ⁊ emolumẽta illius potuit arrẽdare.Potest tamẽ idez Gõberti per honorabilem virũ magistrũ Bertrandum arpilhe cõueniri,⁊ compelli vt calculum ⁊ rationẽ reddat.Pro quo allegasse sufficiat id quod not.Jo.an.in addi. Specu.titu.de instrumentorum edi.§.nunc dicendum restat.in addi.exordiente,Quia de argentario,versicu.restat tractare,in principio.Et per hoc patet responsio ad primum quesitum.
2 † Ad secũdum dico ⁊ respõdeo q,cũ actio pro socio sit actio personalis,et sic duret triginta annis.l.receptitia.C.de constitu.

pecu.l.sicut in rẽ.C.de prescrip.triginta vel quadraginta anno.z
institu.de perpe.z tempora.actio.circa principium,non est pre-
scriptum aduersus dictam actionem,quominus possit idem ma
gister Arpilhe dictum Somberti conuenire ad reddendũ ratio-
nem de per eũ administratis z receptis,z ad reliqua cõsignãdũ.
¶ Ad tertium dico z respõdeo quod taciturnitas,de qua in ca-
3 su,aut vtẽsilium restitutio eidẽ Arpilhe nocere nõ debeat.† Et
quidem non taciturnitas:quia illa nõ fuit nec est tanti temporis
que sufficiat ad prescriptionem,nec est talis que debuerit aut de-
beat perimere iura dicti magistri Bertrandi.Nõ etiã restitutio
dictorũ vtensiliũ,postq̃ alias sufficiẽter nõ apparet aliqd esse ge-
stũ per prefatũ Sõberti,per quod discessum extiterit a societate.
¶ Ad quartũ dico z respondeo,quod dictus magister Alpilhe
aget actione pro socio,postq̃ vt ponit in casu ipsi magister Alpi
lhe z nobilis Somberti contraxerunt societatẽ in z super lucro z
damno tunc prouenturis ex arrendamento seu firma huiusmodi,
4 z quodam alio antea facto.† Potest enim societas in vna re cõ
trahi.l.societates.ff.pro socio.vt verbigratia,cum animo cõtra-
hende societatis aliquam rem eminus.l.cum proponas.C.p so.
facit.l.ij.ff.cõi diuidũ.vel cũ illã cõducim⁹.l.vt sit p socio actio.
l.cũ duobus.in prin.z.§.itẽ mela.z.l.actiõe.§.itẽ si societatẽ.ff.p
5 socio.¶ † Ad quintum dico z respõdeo q̃ modus libellandi cõ
tra dictũ Somberti erit,quod parte dicti magistri Arpilhe pro-
ponatur q̃ societas cõtracta fuit de z super arrendamẽto fiendo
per ipsum Somberti de talibus zc.ac de z super lucris ex arren-
damento seu firma huiusmodi prouenturis.Et quod ipse Sõber
ti arrendamentũ seu firmã noie suo reciperet,z deinde negotiare
tur,prout conuentũ fuit inter partes.Et qd deinde idem Sõber
ti durante tempore arrendamẽti recepit fructus,prouẽtus,reddi
tus z alia emolumenta z iura zc.Qd tempus dicti arrendamẽti
finitũ est:z qd lz ipse fuerit parte dicti magistri Arpilhe pluries
requisitus de reddẽda ratione z computo sue administrationis,
z de consignando reliqua si que sint:ipse tamen hoc facere recusa
6 uit,z petetur ad hec condemnari.¶ † Ad sextũ rñdeo,q̃ suppli-
care eminẽti regio cõsilio,vel illustri do.magno senescallo Pro-
uincie nõ põt nisi pdesse,z preferri3 si etiã supplicet,qd fieri z ob-
tineri poterit,vt pcedat in causa summarie,simpliciter,z de pla-
no,sine strepitu z figura iudicij,z sola facti veritate inspecta: qa
7 propter hec poterit causa abbreuiari.¶ † Ad septimũ dico z re-
spondeo q̃,lz nõ sit necessaria interpellatio seu requisitio extra-
iudicialis,sed fiat ex vrbanitate creditoris.l.quidam hyberus.z
qd ibi flor.ff.de seruitu.vrba.pdio.l.debitores.la.ij.vbi p doct.
C.de pigno.de quo Ang.are.institu.de actio.in.§.j.versi.vnum
aliud cõiter solet apponi,z in.§.sic itaq3.ver.in glo.denũtiari zc.
institu.de actio.Panor.in.c.nouit.col.fin.de iudi.consulo tñ q̃
idẽ magister Alpilhe eũdẽ Sõberti interpellet,z requirat,anteq̃
8 ipsum trahat in iudiciũ,vt sic eũ in mora cõstituat:† qz si nõ facta
interpellatione seu requisitione eũ citari faceret,vel supplicaret
cõtra ipm,z deinde idẽ Sõberti cõparendo in iudicio respõderet
se esse contentũ reddere rationẽ z reliqua consignare,ipse nõ cõdẽ
naretur in expensis,vt not.Panor.in.d.c.nouit.col.fi.Ang.are.
in.d.§.sic itaq3,z in loco preallegato,z Bartho.cepol.in suis cau
te.charta mihi.liiij.§.in libellis solet cõmuniter apponi,z alij in
alijs locis:ad quas tamẽ tenebitur si primo fuerit interpellatus.
9 ¶ † Ad octauum dico z respondeo,q̃ illa cancellatura,de qua
ibi,non nocet quominus probetur per notam cancellatam quod
arrendamentum factu3 extiterit.l.qui tabulas,z quod ibi Bar.
z qd not.idem Bart.in.l.fullo.§.qui tabulas.ff.de furt.¶ Ad
nonum dico z respondeo q̃,si bona de quibus ibi fuerint per di-
ctum Somberti,z suo ipsius nomine acquisita,illa sunt sua pro-
pria,non communia,nec cõmunicanda inter eum z dictum ma-
gistrum Arpilhe.Que dixerim sub correctione zc.

1 ☞ Aduocatus iurium corticẽ non debet calumniari,sed ex-
actum medullitus sensum perscrutari.
2 Verborum certamen inane,cui etiam lex plurimum reclamat.
3 Iudei nuda verborum superficie cõtenti nihil introrsum oculati.
4 Actio ex narratione resultãs an intelligatur in libello intẽtata.
5 Conclusio libelli plurimum attendenda.

¶ Epitome.

¶ Editus libellus,ex cuius z narratis z conclusione nihil pensi
euoluitur,est repellendus. V. F.

¶ De eden. Consilium.cliij.



1 SI † prout oportebat aut saltẽ
expediebat,vise z palpate extitissent responsio-
nes facte per aduocatum Ludouici martini et
Antonij cabrolis,quibusdam motiuis,rationi-
bus,z iuribus ex aduerso,z parte nobilis z ho-
norabilis viri Ioannis de saliente allegatis z deductis:profecto
comperisset eundem aduocatum dictorum Martini z Cabrolis
non solum predictorum iurium corticem z folia attendisse,sed et
iurium huiusmodi rationem z verborum verum significatum seu
sensum:a quo non est in dubio recedendum.l.ille aut ille.§.cũ in
2 verbis.z.l.non aliter,cum suis simili.ff.de lega.iij.† Nec preten-
disset eundem aduocatum contendere quod non rebus sed ver-
bis lex imposita extiterit:de quo nõ contendebat nec contendit
idem aduocatus,cum sciret contrariũ esse verum,scz qd non ver-
bis sed rebus lex imposita fuerit.l.omne verbum.ad fi.C.cõmu-
3 nia de lega.† Fatetur igitur idem aduocatus dictorũ Martini
z Cabrolis,quod non nudus verborum cortex z folia inspici de-
beant,subaudi more iudaico,hoc est quatenus contraria contra
riarentur intentioni iurisconsultorum,z qd non sint iura verbis
imposita,sed rebus.Sed pro deo dicatur eidem aduocato que sit
hec ratio,z occulta legis anima,que vel contrarietur vel aliter
opponatur responsionibus factis per dictũ aduocatum,aut pro-
pter quam dici aut pretendi debuerit iudaisare,aut alias dũta-
xat attendisse ad corticem z folia.Ceterum his omissis nõ video
qua ratione possit dominus aduocatus dicti nobilis de Saliẽte
pretendere quod in libello,de cuius admissione contendit,inten
tata extiterit rei vendicatio.Non eñ in illo narrata extiterũt ne-
cessaria ad dicta3 actionem,vel verba ex quibus colligi possit qd
illa intẽtata extiterit.Sed potius colligitur ex narratis quod cõ
4 dictio zenoniana,z sic actio personalis fuerit intentata.† Quod
vt verum appareat,videant verba:qm vt not.Barto.Ioan.de
imol.Alex.de imol.z docto.in.l.gallus.§.quidã recte.ff.de libe.
z posthu.in libello intelligitur intentata actio que ex narratiõe
facta resultat.Pro quorum dicto facit quod voluit Cy.in.l.edi
ta actio.in quinta.q.principali.C.de eden.Bar.in.l.certi condi-
ctio.in prin.ff.si cert.peta.z in.l.si prius.in quinta oppo.secunde
partis.ff.de ope.noui nuntia.facit quod voluit Alex.de imol.cõ
silio.cxvij.circa principium,in secũdo vol.Et vbi cõtentiose dici
posset,prout nõ põt,quod narrata in dicto pretẽso libello possint
adaptari rei vendicationi:proculdubio certũ est q̃ cõclusio eius-
dem libelli eidem actioni,vel ipsa actio dicte cõclusioni adapta-
5 ri nõ possit:† que cõclusio tamen plurimum attendenda est,pnt
videri potest his que no.Ange.consilio.xxxvj.exordiente.Pro
decisione predictorũ premitto zc.col.ij.vers.secũdo premitto zc.
Ang.are.in.§.j.ver.in fi.gl.pro hoc facit zc.ibi,z tene mẽti per-
petuo qd ad duo zc.institu.de actio.z And.barba.cõsi.xxxviij.
exordiẽte,Preclare scripsit psalmista zc.col.xvj.versi.itẽ subdit
postea dicta do.Petrina zc.in secunda parte,vbi ponit multas
remissiones.Et quidem quod verba cõclusionis predicte rei vẽ-
dicationi adaptari non valeant,videatur ipsa si placet.Nõ obstã
tibus igitur ex aduerso allegatis dicũt dicti Martini z Cabro-
lis dictum libellum non esse responsalem.

1 ☞ Princeps an possit tollere priuilegiũ per se vel per anteces-
sorem suo subdito concessum.Et quid in priuilegio concesso per
viam contractus,aut remunerationis.nu.3.
2 Princeps ex suo contractu an possit legari.
4 Ingratitudo an vitiare possit priuilegium remunerationis.Et
quid in priuilegio exceptionis.
5 Concessio in remunerationem an censeatur mera liberalitas z
donatio,z an insinuatione indigeat in excessu summe legalis.
6 Verbis enunciatiuis inter disponentes quando standum.
7 Princeps per clausulam,non obstante quocunq3 priuilegio,an
censendus reuocare priuilegia reuocari prohibita.
8 Sermo.generalis an includat in se prohibita.
9 Priuilegium momenta ne effectus an perdatur per vnicũ actũ
contrarium,z in quo fallat.
10 Persone singulares an possint renuntiare in preiudicium ciui-
tatis vel populi.
11 Donare posse an veniat in mandato generalissimo cũ libera zc.
12 Procurator generale mãdatum cum libera habens an possit re
mittere exceptionem peremptoriam.
13 Priuilegio quando renuntietur,z an renuntiatum cẽseatur per
obedientiam regio baiulo prestitam.
14 Canonici sub certo numero de mãdato summi pontificis super-
numerarium admittentes an sibi preiudicent.
15 Superfluum nihil esse debet.

¶ Epitome.

¶ Priuilegia,que Renatus Rex subditis suis de hardana in
remunerationem concessit:sicut nec donationes eiusmodi,etiam
consentientibus eiusdem loci sindicis,per ipsum concedentem,
aut per eius successores postea auferri non possunt:nam z prin-
ceps legibus paret. V. F.

¶ De legib.z consti.princ. Consi.cliiij.

1 Etiã† si veruz sit quod princeps regulariter reuocare valeat vel auferre priuilegium per se vel predecessorem suo subdito cõcessum.c.veniẽs.de prescrip.ꝛc.j.cũ ibi plene not.per doc.de rescrip.quod etiã voluit Bal.in.l.qui se patris.col.mihi.vij.vel circa.ver.ꝛ scias quod si princeps.C.vnde libe.ꝛ fuit de mẽte Bar.in.l.quod semel.C.de decre.ab ordi.faciẽ.ꝛ in.l.oẽs populi.in tertia principali.q.ff.de iusti.ꝛ iu.hoc tamen fallit quando priuilegium huiusmodi cõcessum extitit per viã cõtractus:quia eo casu priuilegiũ est irreuocabile,etiã si cõcessum extiterat suo subdito:saltẽ nisi subsit iusta reuocatiõis causa,vt not.Inn.in.c.in nostra.de iniu.quẽ refert ꝛ sequitur Anto.de but.in repeti.c.cum.M.de cõstitu.de quo videtur bonus casus recte intuẽti in.l.titius puerũ.ff.de obse.a
2 lib.ꝛ li.† Et nimirũ,qꝛ princeps ita ligatur ex suo contractu,sicut ꝛ alius quilibet,vt est casus in.c.j.de natu.feu.ꝛ.c.j.de pba.facit quod voluit Cy.ꝛ doct.in.l.digna vox.C.de legi.ꝛ Bal.in l.princeps.ff.eo.titu.ꝛ in.l.j.ff.de cõstitu.ꝛ Jo.de ana.in.c.si.col.vij.versi.quid autem in cõtractu principis ꝛc.ne prelat.vi.suas.Et vt dicit Alex.de imo.cõsi.cvij.exordiente.De facto cõsultus respõdi ꝛc.in tertio volu.si princeps veniat cõtra pactũ.videtur esse casus fortuitus ꝛ insolitus:qꝛ princeps tenet̃ seruare conuentionem,pro quo allegat.c.j.de proba.c.j.de natu.feu.ꝛ qꝺ not.
3 doc.in.d.l.digna vox.† Hoc etiã fallit,ꝛ secũdo,vt etiam reuocari nõ possit priuilegiũ suo subdito cõcessum qñ cõcessum extitit per viã remunerationis.l.si pater.§.si quis aliquẽ.ff.de dona.qui iuncta glo.super verbo irreuocabilis,dicit contractum donationis remuneratorie fore irreuocabilem,etiã si ex parte donatarij adsit causa propter quã al's possit donatio reuocari,puta ingratitudo,iuxta.c.fi.de dona.ꝛ.l.fi.C.de reuocan.dona.facit quod vo
4 luit Bal.in.l.si cum mihi.ff.de dolo.† Ubi voluit quod licet priuilegiũ exemptionis possit reuocari ꝑpter ingratitudinẽ,vt not.idem Bal.in.l.ij.ad fi.C.de liber.ꝛ eo.libe.tamen vbi priuilegiũ huiusmodi cõcessum esset in remunerationem,illud non reuocaretur propter ingratitudinem,ſm Bald.in.d.l.si cum mihi.per gloss.in allegata.l.si pater.§.fina.ff.de dona.Et nimirum si priuilegium in remunerationem concessum etiam subdito non re-
5 nocetur:† quia concessio facta in remunerationem non cẽsetur mera liberalitas,seu donatio proprie,vt voluit Bal.in proemio ffor um.pro quo allegat.l.sed et si lege.§.consuluit.ff.de peti.heredi.l.attilius.ꝛ dictam.l.si pater.ff.de dona.idem volunt cano.ꝛ maxime Panor.extra de dona.in rubrica,per.l.j.ibi,ꝛ propter nullam causam.ff.de dona.hinc est ꝙ talis donatio etiã si quingentos aureos excedat insinuatione non indiget,dicta.l.attili⁹.vbi Barto.ꝛ plenius Joan.de imol.ꝛ probatur in.l.fina.in principio,iuncta gloss.parua,ꝛ quod ibi Ange.C.de iu.do.Bald.in l.ij.ad finem.C.ne lice.poten.ꝛ in dicta.l.si cum mihi.ff.de dona.ꝛ in.l.iij.C.qui bo.cede.pos.Cum igit̃ priuilegia,frãchesie,immunitates ꝛ libertates dudum concesse per recolende memorie illustrissimum dominum regem Renatum Prouincie,ꝛ Forcalquerij comitem.singulis ꝛ vniuersis hominibus oppidi seu castri de Sardana,eisdem concesse extiterint propter obsequiosa ꝛ preclara eorum seruitia,que,iuxta assertionem eiusdem diui principis,gratiam concessionis huiusmodi exposcebant,ille non potuerunt nec possunt saltem sine causa reuocari,nisi forte quis dicat quod de obsequiosis ꝛ preclaris seruitijs huiusmodi non ap-
6 pareat.Sed istud non obstat.† Quoniam respõdeo ꝙ cum sup narratione dictorum obsequiosorum ꝛ preclarorum seruitiorum fundata extiterit intentio dicti illustrissimi domini concedentis,ꝛ concessio per eam facta,videtur esse illi standum.cle.j.de probatio.vbi enim actus dependet a voluntate asserentis ꝛ enunciãtis,standum est verbis enunciatiuis inter disponentes.l.ex hac scriptura.cum ibi no.per Bar.ff.de dona.l.optimam.C.de contrahen.ꝛ cõmitten.stipu.ꝛ quod not.in.l.ex his verbis.C.de testa.mili.ꝙuis secus sit vbi hoc non penderet a voluntate disponentis.l.ꝛ si forte.vbi Barto.ff.de castren.pecu.Barto.ꝛ alij in l.si donatione.C.de colla.Non igitur potuerunt priuilegia,franchesie,immunitates ꝛ libertates singulis ꝛ vniuersis hominib⁹ dicti loci Sardane tunc presentibus ꝛ futuris a dicto dño Renato rege concessa,per ipsum vel recolende memorie illustrissimum dominum Carolum eius successorem reuocari.Et quia habita relatione concessionis huiusmodi ad priuilegia,frãchesias,immunitates ꝛ libertates per ipsum dominum Renatum vel eius predecessores ciuibus Aquensibus concessas,censetur idẽ dominus Renatus in priuilegium concessisse eisdem de Sardana,vt perpetuis temporibus manerent immediati subditi dominorum comitũ Prouincie ꝛ Forcalquerij,qui pro tempore existerent,hoc est qꝺ nunꝙ in alium per ipsum dominum Renatum vel aliquem eius successorem in dictis comitatibus transferrent:

non videtur dictus quondam illustrissimus dominus Carolus potuisse dictum locum de Sardana infeudare,vel alias transfer
7 re in liberos nobilis Alziarij ruffi.† Nec censendus est voluisse derogare dicto priuilegio ꝛ priuilegijs dictorum de Sardana:quia si per generalem sermonẽ cõtinentem reuocationem vel nõ obstantiam priuilegiorum non censeatur princeps reuocare pri-
8 uilegia reuocari prohibita,† pro eo quia generalis sermo nõ includit in se prohibita.l.ꝙꝙ.ff.de ri.nupt.l.si pater.ff.de his que in frau.credi.l.lucius.§.penulti.ff.ad municipa.ꝛ quod not.Jo.and.iij.c.fi.de immunita.eccle.in.vj.in nouel.ita nec videtur dictus quõdam dominus Carolus per dictam infeudationem voluisse derogare dictis priuilegijs,eo maxime quia ipse priuilegia huiusmodi ignorabat ꝛ ignorasse presumitur.l.verius,cum suis simili.ff.de probatio.Non enim videtur de illis cogitasse.

Nec videtur posse dici ꝙ prefati Sardanenses censeri debeant renunciasse dicto eorũ priuilegio,vel alijs,pro eo quia passi sunt tam dictum nobilem Alziarium patrem,ꝛ legitimum administratorem dictorum eius liberorum,ꝙ nobilem Jacobum forbini adipisci ꝛ apprehendere possessionem dicti castri,ꝛ suarum pertinentiarum ꝛ iurium:ꝛ ita
9 fecerunt actum dicto eorum priuilegio cõtrarium.† Quoniam respondeo ꝙ licet priuilegium habens effectum momentaneum perdatur per vnicum actum contrarium.c.priuilegium.xi.q.iij.ꝛ qꝺ not.Barto.in.l.fin.ad fi.ff.de constitu.ꝛ in.l.ij.ff.de vetera.hoc tamen fallit eo casu quo contrauentio fit per eum qui priuilegio expresse renuntiare non posset:sed ad perditionem priuilegij opus est tunc prescriptione.c.accedentibus.ꝛ quod ibi Innocẽ.ꝛ docto.de priuileg.ꝛ qꝺ not.Panor.in.c.pro illorum.de prebẽ.
10 ꝛ in.c.cum accessissent.de constitu.† Et hinc est qꝺ si singulares persone de populo contrauenniant priuilegio ciuitati vel populo concesso,non fit ei preiudicium:quia singulares persone non possunt renuntiare in preiudicium ciuitatis vel populi,dicto.c.cum omnes.de constitu.Facit quod voluit Andr.de baru.in.l.ij.C.de his qui spon.munc.susce.lib.x.vbi loquens de immunitate vectigalium concessa a regia curia Januensibus ꝛ Pisanis,dicit quod per solutionem vectigalium factam ab aliquibus de populo etiam voluntarie non intelligitur preiudicatum priuilegio in preiudicium populi.Cum igitur priuilegia,frãchesie,immunitates ꝛ libertates superius mentionate,inter quas etiam existit priuilegium,de quo supra,concesse fuerant non solum singulis personis dicti loci de Sardana,sed etiam vniuersis:nõ potuerunt quidam pretensi sindici,ꝛ alij qui pretense apprehensioni possessionis interfuisse dicũtur,preiudicare dictis priuilegijs,aut huic de quo contendit̃:cum non solum fuisset eis cõcessum,sed vniuersis.Nec obstat ꝙ aliqui ex illis pretendantur fuisse sindici vniuersitatis ꝛ hominum dicti loci.Quoniã respõdeo ꝙ de hoc non apparet:ꝛ si appareret,etiam ipsi nõ poterant renuntia-
11 re priuilegio in preiudicium populi:† quia in mandato quantũcũꝙ generali etiam cũ libera nunꝙ venit qꝺ quis donare possit l.cõtra iuris ciuilis regulas.§.fi.ꝛ.l.seq.ff.de pact.ꝛ.l.filiusfamilias.in principio.ff.ꝺ dona.facit quod voluit Bar.in.l.si quis de
12 legauerit.ff.de noua.† Ubi dicit qꝺ ꝓcurator habẽs gñle mandatum cum libera nõ potest remittere exceptionem peremptoriam.Idẽ voluit Bar.ꝛ plenius in.l.fi.ff.de his que in frau.credi.Bal.Sali.ꝛ moder.in.l.pactũ curatoris.C.de pact.Et idem videmus in prelatis ecclesiasticis.ſm cano.in.c.ij.per illũ tex.de dona.Inno.in.c.j.de deposi.ꝛ in.c.cũ olim.primo.de offi.deleg.Nec obstat quod non solũ dicti pretensi sindici ꝛ alij,sed etiã oẽs homines ꝛ incole dicti loci pretẽdantur paruisse ꝛ obedijsse tam dicto nobili Alziario,vt patri ꝛ legitimo administratori dictorum suorum liberorũ,ꝙ etiam dicto nobili Jacobo Forbini ꝛ nobili Michaeli eius filio,tanꝙ veris dominis dicti loci.Quoniã rñdeo ꝙ,vt referũt qui hanc causam prosequũtur ꝛ defendũt,istud non est verũ,nec creditur de hoc apparere.Nec obstat ꝙ nobilis vir Aymo de patis fuerit baiulus dicti loci creatus ꝛ deputatꝰ tã per dictũ Alziariũ,ꝙ ꝑfatos Forbinos ꝛ hoiẽs dicti loci eidẽ nobili de Patis tanꝙ vero officiario ꝛ baiulo obedierũt ꝛ paruerunt.Qm̃ respõdeo ꝙ dict⁹ nobilis de Patis nõ solũ cõperit̃ creatus baiulus per ipsos nobiles Alziariũ ruffi ꝛ Forbinos,sed etiã per dictũ illustrissimũ quodã do.Renatũ.Et quidem nõ ad annũ,vel alias ad tempus certũ,sed ad vitã supꝑfatus nobilis de Patis.Quo fit vt cũ prefati homines scirent eundẽ de Patis fuisse baiulũ deputatũ,ꝛ ad vitam per dictũ do.Renatum,ꝛ nescirent ipsum fuisse constitutum aut creatũ baiulum per dictos nobiles Ruffi ꝛ Forbinos,cẽseri debeãt ipsi hoies potius obedijsse ꝛ paruisse dicto nobili de Patis tãꝙ baiulo regio
13 ꝙ vt baiulo dictorũ Alziarij ꝛ Forbinorum.† Et sic nõ sunt cẽsendi per paritionẽ seu obedientiã hmõi renũtiasse priuilegio:qꝛ tunc demũ per actũ cõtrariũ priuilegio renũtiat̃ eidẽ,qñ act⁹ est talis

ꝙ in eo cadere non possit alia presumptio q̃ renuntiationis pri-
14 uilegij. secus enim si alia presumptio capi possit, † quia tunc non
renuntiatur. Exemplum ponitur. Canonici habēt priuilegium
vel statutū de certo numero canonicorum, qui si de mandato pa
pe faciant actum contrariū, vtputa si recipiant canonicū super-
numerarium sibi non preiudicant: q̄r presumuntur facere animo
obediendi pape, iuxta not. in. c. constitutis. de purga. cano. quod
etiam voluit Anto. de butri. in. d. c. accedentibus. col. ij. de priui
leg. Cyn. in. d. l. voluntarie. C. de excusa. tuto. ⁊ Alexan. de imol.
consi. xxxiij. exordiente, Ponderatis his que continentur in pri-
uilegio. col. iij. in quinto volu. vbi etiam allegat Hostien. Joan.
and. ⁊ Anto. de butri. in. d. c. accedentibus. ⁊. c. super hoc. de re-
nūtia. Cū igitur in casu capi possit presumptio, q̄d hoīes predi-
cti dicto nobili de Patis obedierit tanq̃ baiulo regio, eo q̄ vt
dixi fuerat ad eius vitam baiulus deputatus, ⁊ in concessione pri
uilegiorum, franchesiarum ⁊c. cōfirmatus, presumi non debet q̄d
voluerint renuntiare dicto eorum priuilegio: et sic ꝙ paruerint
sibi tanq̃ baiulo pro dictis pretēsis dominis. Et si dicat q̄d in cō
cessione predicti officij nō solū dictum extiterit, q̄d illud conferat
ad vitam ipsius nobilis de Patis, sed adiectū fuerit, ⁊ alias du-
rante beneplacito dicti quondam illustrissimi do. Renati, quod
per mortem ipsius videtur cessasse. c. gratiose. in primo responso.
de rescrip. in. vj. Respondeo ꝙ istud non obstat: quia verba cōces
sionis si bene inspiciantur hoc non habent, vt idē nobilis de Pa
tis esset baiulus dūtaxat durante beneplacito, hoc est q̃diu du-
raret beneplacitum ipsius domini Renati, vt sic censeri debeat
quod passim ⁊ indistincte deberet cessare seu expirare officium ꝑ
mortem predicti do. Renati: sed hoc habent vt esset idē de Pa-
tis ad vitam suā ipsius baiulus dicti loci, nisi aliud placeret ipsi
domino Renato: alias enim dicta verba, ad vitā, posita in con-
cessione predicti officij nihil operarentur, quinimo fuisset super-
flua. Sufficiebat enim dicere q̄d officium conferebat per ipsum
de Patis obtinendum durante beneplacito ⁊c. q̄d non est dicen
15 dum: † quia vt dicit Bald. C. de cōtrahen. emp. super rubrica, in
ix. q. non solum vnaqueq̧ clausula, sed etiam vnūquodq̧ verbū
debet esse cum virtute operandi si fieri potest. l. hac lege. ff. de cō
trahen. emp. ⁊. l. si stipulatus. in principio. ff. de vsur. facit. l. si qñ.
ff. de lega. j. ⁊. l. j. ⁊ quod ibi gloss. ff. quod me. cau. c. si papa. de pri
uile. in. vj. ⁊. c. si romano. dist. xix. quod etiā voluit Hosti. in. c. ex
ore, super verbo intelligitur, de priuile. Ang. consi. ccl. exordiēte,
Seigneur Symon de regio suū condidit testamentum ⁊c. colū.
iij. Alexan. de imol. consi. cxvij. exordiente, Visis supra narratis
in themate, col. penulti. ⁊ alij in alijs locis. Debent ergo verba
concessionis intelligi vt predixi.

1 ☞ Habere an adhuc presumatur qui aliquando habuit, vt in
tutore de libris rationum pupilli.
2 Juramentū in litē veritatis ad quid deferri soleat, ⁊ contra quē.

¶ Epitome.

¶ Libros rationum, quos non ita pridem habebat tutor, adhuc
habere presumitur: qua de re iuramentum in litem, nō quod affe
ctionis, sed quod veritatis est prestari debet. V. F.

¶ De administra. tut. Consilium. clv.



1 Existimo † si me nō fal-
lat memoria, q̄d ex processu cause diutius agita-
te, per ⁊ inter nobilem ⁊ honorabilem virū Ba-
ptistam de ponte ex vna parte, ⁊ Bernardum
de cena tutorem ⁊ tutorio nomine liberorum ⁊
heredum prouidi quondam viri Joannis de chauario ex alia: ap
paruerit ⁊ appareat libros rationum dicti quondam de Chaua-
rio parte dicti nobilis de Ponte exhiberi petitos, ⁊ de quibus
exhibendis lata fuit sententia, que diu est in rem transiuit iudi-
catam, fuisse penes dictū tutorem, ⁊ qui propterea adhuc presu-
muntur esse penes eum, per ea que not. doct. in. l. non ignorabit.
C. ad exhiben. ⁊ presertim cum ratione officij teneretur ⁊ teneat
ad eorum custodiam: qui si nō exhibeantur potest ⁊ debet eidem
nobili de Ponte deferri iuramentum in litem, arg. l. penul. ff. de
in lit. iurā. l. instrumenta. ⁊ dicta. l. non ignorabit. C. ad exhibē. ⁊
loquor non de iuramento in litē quod est affectionis: quia nō pu
2 to q̄d illud sibi deferri petierit idem de Ponte, † sed de iuramē-
to in litem quod est veritatis. de quo habetur per tex. ⁊ docto. in
l. in actionibus. ff. de in lit. iurā. ⁊ quod deferri solet propter dolū
aduersarij, ⁊ data difficultate probationis, vt habetur in. d. l. in
actionibus. ⁊ not. Barto. in. l. si. versi. vltimo quero. illo eo. titu.
Et q̃uis cā hec non sit propria causa dicti Bernardi, sed dictorū
liberorū ⁊ heredū impuberum: q̄r tamē propter indebitas recusa
tiones, quinimo propter dolū dicti Bernardi deueniendū est ad
delationē huiusmodi iuramēti, illud deferendū est ꝯtra eū postq̃

pena delicti, hoc est pecuniaria cōdemnatio cadere potest in eū-
dem Bernardum sicut ⁊ in dictos impuberes. l. meminerint cun
cti. C. vnde vi, ⁊ quod no. Cy. in. l. iubemus nullā. versi. primo re-
uocant in dubiū. ibi, aut pena talis delicti. C. de sacrosan. eccle.
vbi etiā Bal. col. fi. ver. sed tu adde q̄d aut loquimur ⁊c. ⁊ Pau.
de cast. ad fi. non autem deferendum est contra dictos pupillos.
l. j. ff. quan. ex facto tuto. facit. l. neq̧ interdicto. ff. de regu. iur. ⁊
l. nō est ignotum, cum suis simili. C. de administra. tuto. Et vbi
deferretur contra eos, ipsi cedendo actionem contra tutorem for
te liberarentur, per id quod not. gl. in. d. l. neq̧ interdicto, ⁊ in al-
legata. l. j. ff. quando ex facto tuto.

1 ☞ Preses prouincie aut legatus de latere an possint iura prin
cipi debita remittere alicui subdito.
2 Mandatum generale an trahat post se donandi facultatem.
3 Actio personalis an sequatur fundū ⁊ particularē rei successorē.
4 Princeps in suo territorio an recognoscat superiorem.

¶ Epitome.

¶ Non remittit nec tollit magistratus que gesta sunt per princi
pem sine speciali mandato: leges enim sunt. V. F.

¶ De legib. ⁊ consti. prin. Consilium. clvj.



Illud autē videtur in-
dubitatum, q̄d nisi magnificus ⁊ potens vir do-
minus Palamides forbini, tūc magnus Pro-
uincie Senescallus aut gubernator, habuerit
expressam facultatem remittendi pactum, seu
reseruationem factam per recolende memorie illustrissimum do.
Carolum de anione, olim Sicilie regem, ac Prouincie ⁊ Forcal
querij comitem, tempore per eum facte infeudationis de oppi-
do seu castro Sardane nobili Alziario de rossello, recipienti pro
⁊ nomine suorum ⁊ quondam nobilis Silone eius vxoris libe-
rorum, ⁊ per quam reseruationem voluit idem illustrissimus do.
Carolus q̄d satisfacto eidem de Rossello seu dictis eius liberis
aut eorum heredibus de summa pecuniaria, ⁊ alijs in literis di-
cte infeudationis latius mētionatis, dictum castrum Sardane
cum iuribus, rebus, ⁊ bonis immobilibus in ꝑdictis literis de-
claratis, ad ipsum ⁊ eius curiam reuerteretur ⁊ etiam redu-
ceretur, prout tunc erat, non potuit idem magnificus domi.
Palamides pactū seu reseruationē huiusmodi, aut iura medio
illius acquisita ipsi illustrissimo do. Carolo, ⁊ que post ipsi⁹ mor-
tem competierunt recolende memorie serenissimo do. Ludoui-
co Frācorum regi, ⁊ dictorum comitatuum comiti remittere seu
alias concedere nobili Jacobo forbini eius fratri, argu. l. prohi
bere. §. plane, ⁊ quod ibi gl. ff. quod vi aut clam. ⁊ quod de lega-
to de latere voluit Bart. in dicto. §. plane ad fi. in consi. suo exor-
diente, Ciuitati Camerini, ⁊ Bal. in. c. j. col. j. paulopost princi-
pium, de vassal. qui contra constitu. lotha. Et maxime procedit
hoc fiti. donationis dicta iura remiserit idē magnific⁹ do. Pa-
2 lamides, † quia in mandato quantūcunq̧ generali etiam cum li
bera nunq̃ venit quod quis possit donare. l. contra iuris ciuilis
regulas. §. fin. ⁊. l. seq. ff. de pac. ⁊. l. filiusfamilias. in principio. ff.
de dona. facit. l. preses. ad fi. ⁊ quod ibi doc. C. de transac. ⁊ quod
not. doc. in. l. pactum curatoris. C. de pac. Videtur igitur nō esse
dubium quin satisfaciendo dicto nobili Michaeli de summa ⁊
alijs in dictis literis mentionatis, possit repetere ⁊ recuperare
dictum castrum Sardane cum suis pertinentijs ac iuribus ⁊ bo
nis immobilib⁹. nisi forte quis dixerit q̄d actio, in vim cui⁹ repe
ti poterat a dicto nobili de Rossello, seu dictis ei⁹ liberis, ⁊ eorū
heredibus, fuerit actio personalis, ⁊ quod hac actione cōueniri
3 nō possit dictus nobilis Michael: † pro eo quia actio persona-
lis nō sequitur fundum, nec particularem rei successorem. l. j. §. si
heres. cum suis simili. ff. ad trebel. ⁊ quod plene prosequitur Ale
xan. de imo. consi. x. in primo volu. vbi plene ponit de pacto reso-
4 lutiuo contractus. † Sed hoc nō obstat: quia vt apparet ex teno
re literarum dicte infeudationis, prefatus quōdā illustrissimus
do. Carolus voluit q̄d infeudatio huiusmodi, ⁊ alia per eum tūc
gesta, haberent vim regij contractus ⁊ vicē. l. obtinerent: ⁊ quas
vim ⁊ vicē obtinere debuerunt, cū ipse in comitatibus predictis
vt notoriū est superiorem non recognosceret, per id q̄d not. Bar.
in. l. j. §. de qua re. ff. de postu. in. l. iij. in prin. ff. de mino. in. l. infa-
mē. ff. de publi. iudi. in. l. relegati. ff. de pe. ⁊ j. l. hostes. ff. de cap. ⁊
postli. reuer. Bal. in exēplo. C. de ꝓba. ⁊ auť. hoc amplius. col. ij.
vel circa. C. de fideicōmis. Pau. de cast. consi. ccxxvij. exordiēte.
Super primo dubio videt̄ dicendū ⁊c. Alex. de imo. cōsi. ij. colū.
vj. versi. quinimo plus reperio consuluisse ⁊c. in primo volu. ⁊ cō
si. xv. exordiēte, Visis narratis. colū. ij. versi. ⁊ satis est. in quinto
volu. ⁊ quod cōmuniter not. cano. in. c. cum te. de re iudi. ⁊ in. c.
per venerabilē, qui filij sint legiti. ⁊. d. Fely. in. c. que in ecclesiarū
col. ij. versi. ⁊ quod dixi. ⁊ col. xiij. versi. terti⁹ casus est in principi

bus qui

bus qui in suis terris &c. qui communiter volunt qđ quicquid po
test imperator in imperio, potest rex vel alius princeps aut domi-
nus non recognoscens superiorem in suo regno, principatu, aut
dominio. Cum igitur cõtractus imperatoris habeat vim legis,
ergo infeudatio & alia gesta per dictum dominum Carolum: & sic
dicta reseruatio, per quam voluit castrum ad se & curiam reuerti,
vicem legis obtinent, maxime cum ipse expresse hoc voluerit. l.
donationes quas diuus impator. ff. de dona. inter vi. & vxo. Po
test autem rei dominiũ tam directum q̃ vtile ad tempus alteri
concedi, post tempus ad concedentem vel eius heredez ipso iure
reuersurum: sic enim quãdoq; concedit testator legatario. l. fina.
iuncta glo. super verbo remeãtibus. C. de lega. sic concedit vxor
viro dominium rei dotalis apud eũ duraturum durante matri-
monio, & post finitũ matrimoniũ ipso iure reuersurũ ad eã. l. in re-
bus. C. de iu. do. & l. j. C. solu. matrimo. sic etiã concedit venditor
emptori, cum concedit sub pacto adiectionis in diem, aut legis
cõmissorie. l. cõmissorie. ff. de pac. inter empto. l. si quis hac. & l. si
ager. in glo. ff. de rei vendi. & l. si fundum. ff. de fun. dota.

1 ☞ Dominus nemoris, qui vsum pascuorum & lignationis vni concessit, an & quando possit etiam alteri concedere. Et idem de domino aque. nu. 4. & 6.
2 Successoris appellatione an veniat particularis successor.
3 Emptor domus ab illo, qui promisit nihil edificare, an possit in domo edificare. nu. 5.
7 Uerba geminata habent emphasim, & plurimum operantur.
8 Priuilegium principis an possit per eum vel per successorem reuocari, & quando.
9 Remaneo, quod verbum sit, & quid significat.
10 Possessio ex tempore immemoriali an habeat vim priuilegij & tituli.
11 Datũ ab eo, qui de iure dare nõ poterat, an habeatur p nõ dato.
12 Habitare in aliquo loco quis dicatur, & quid si propter pestẽ alio se contulerit. nu. 15.
13 Habito, quod verbum sit.
14 Doctor qualiter intelligendus.
16 Domicilium in diuersis locis an quis habere possit.
17 Iniuriam iniuria & viam facti via facti tollere an fas sit.
18 Possessio que animo retinetur an & quando possit amitti.
19 Ignorans an possit & pati & consentire.

¶ Epitome.

¶ Particulares etiam successores eius, qui huiusmodi personali actione tenetur, que causam alios maxime afficientem habeat, tenentur factum authoris obseruare. Ideo qui in principis locum succedunt in castro, incolis immunitates, & pascua ipsis cõcessa relinquere tenentur illibata. U. F.

¶ De pascuis. Consilium. clvij.

Multa sunt dubia parte
vniuersitatum & hominũ locorũ Uillenoue, Ro
bionis, & Murinasij mihi missa, de & super qui-
bus sibi responderi & scribi postulant: ad que per
1 ordinem breuiter & succincte respondeo. † Et pri
mo ad primum, quo quesitum est, an per concessionem vsus & per-
cursus Nemoris inibi mentionati factam vniuersitati & homini
bus seu manentibus tunc presentibus & futuris dicti loci Ro-
bionis, fuerit sublata facultas bone memorie illustri dño Hũber
to tunc Delphino & suis successoribus donandi, vendẽdi, aut al's
alteri cõcedendi vsum pascendi pecoris & lignandi in nemore hu
iusmodi: videtur dicendum qđ non, & qđ non obstante concessiõe
huiusmodi, vel ipse, vel successores sui potuerint & possint alij vel
alijs vsum pastionis & lignationis concedere. l. si alij. & quod ibi
glo. ff. de vsufruc. l. sed & si. §. fi. & l. seq. ff. de vsu & habita. Et hoc
videtur procedere vbi vsus nemoris & pascuorum sufficeret homi
nibus & habitantibus dictorum locoruz Robionis & Murina-
sij, & alij vel alijs, cui seu quibus idem do. Delphinus vel succes-
sores concessissent aut concedere vellent, singula singulis oppor-
tune referendo, arg. l. ij. §. si aqueductus. ff. de seruituti. rusti. pre-
dio. & l. lucio. ff. de aqua quoti. & esti. & quod voluit gl. Bar. Bal.
& docto. in. l. aquam. C. de seruitu. & aqua. Bar. in. l. in conceden
do. C. de aqua pluui. arcen. & Bartho. vero. in suo tracta. de ser-
uitu. sub rubrica. de seruitu. aqueduc. col. xv. versicu. quero sexto
principaliter: qui voluit qđ si dominus aque illam seu vsum illi⁹
concesserit vni, potest nihilominus concedere alteri, duntamen
vtriq; sufficiat, secus vero si non sufficeret vtriq;: qr tunc conces-
sio facta secundo non noceret primo, nisi illi consensisset. l. in con-
cedendo. ff. de aqua pluui. arcen. l. per quem locum. ff. de seruitu.
rusti. predio. & dicta. l. aquam. Si igitur vsus predictorum nemo
rum & pascuorum sufficiat non solum illis incolis & manentibus
dictorum locorum Uillenoue, Robionis & Murinasij, sed etiam
alijs, videtur qđ dictus quondam illustrissimus do. Delphinus
potuerit etiam alijs concedere vsum dictoruz nemoris & pascuo-
rũ: & qđ ita possit facere dñs modernus loci Robionis, dũtamen
vsus nemoris & pascuorum omnibus sufficiat. Nec videtur obsta
re id quod ponitur in concessione dicti vsus, quatenus inibi sta-
tuit & promisit idem quondã do. Delphinus pro se & suis, qđ in-
fra territorium seu mandamentum eiusdem loci Robionis ipse
vel heredes seu successores sui non possent villas & grangias con
struere, vel aliqualiter habere ouilia & tenere, vt ibi habere oues,
capras, vaccas, boues, vel equas, & porcos, nec alia animalia ad
pascendum in pratis & pascuis Uillenoue, Robionis & eius ter-
ritorij: quodq; non deberet equas suas dimittere in pratis dicte
ville ad inibi depascendum. Et quidem non quo ad lignandum:
quia de hoc non fit ibi sermo. Non etiam quo ad vsum pascuorũ.
Tum qr non dicitur ibi qđ ipse vel sui heredes vel successores nõ
possint inibi habere animalia ad depascendum in predicto nemo
re. Sed inibi dicitur qđ ea habere non possint ad depascendum
in pratis & pascuis dicte Uille. Poterant enim esse pascua extra
& preter pascua nemoris, que fortasse erant dicte ville. Tum etiã
quia licet ibi dicatur quod ipse dominus Delphinus seu eius he
redes vel successores: nihil tamen dicitur de particulari successo-
2 re, † quia appellatione successoris venit successor vniuersalis, non
particularis. l. quedam. §. nihil interest. & quod ibi per docto. ff.
de eden. & l. stipulatio ista habere licere. §. sicut. ff. de verbo. obli.
& quod not. Bal. in. l. emptorem. circa tertiam col. C. loca. & Ioã
nes de imol. in. l. quod dicitur, circa penul. vel vlti. col. ff. de verb.
obliga. Et sic videretur quod licet prefatus quondam dominus
Delphinus, seu eius heredes, aut alij vniuersales successores nõ
potuissent aut possent grangiam facere, aut animalia ad depascẽ
dum immittere, tenere & habere in predictis pascuis seu nemori-
bus: non propterea impediri deberent particulares successores:
cuiusmodi videtur esse modernus dominus. Et hoc dico suppo-
3 sito qđ nõ preiudicetur vsui predictorum hominum. † Preterea
pro dicto domino moderno, & quod sibi liceat vel facere grãgias,
vel alij concedere facultatem hec faciendi, seu animalia ad depa
scendum immittere, videtur facere id quod no. Barto. in. l. iij. §.
opus. ff. de aliena. iudi. mutã. cau. fac. & qđ post eum in dicto lo-
co voluit Io. de imol. in dicta. l. stipulatio ista habere licere. §. si-
cut. col. ij. ver. in glo. in verbo, succedunt. & quod voluit Specula.
titu. de emptio. & vendi. §. j. versicu. sed pone. Ioan. and. in addi.
Specu. titu. de iudi. §. generalia. in addi. exordiente, Quid si cir-
ca, & Bartho. vero. in suo tracta. de seruitu. sub rubrica. de serui-
tute reali. colum. iij. vel. iiij. versicu. si vero verba sonantia in sim-
plex non factum referantur &c. qui volunt quod si ego promittã
non edificare in domo, vel nõ facere in ea fenestram, & demũ ven
dam domum, obligatio personalis, qr obligabar ad non edifican
dum, vel non faciendum fenestram, non transit cõtra emptorem.
Et ideo poterit emptor non obstante conditione edificare in do-
mo, & facere fenestram. Ergo a simili videtur quod licet dictus
dominus Delphinus, aut sui heredes & vniuersales successores
non possint habere grangias, vel animalia immittere ad depa-
scendum: hec tamen omnia facere posset particularis successor,
contra quem non transit actio personalis. l. j. §. si heres. cum suis
simili. ff. ad trebel.
4 † Sed premissis nõ obstã-
tibus, dico & respõdeo, sub correctione cuiuslibet domini melius
sentientis, qđ non solum ipse quondam illustris do. Delphinus,
seu eius heredes aut successores vniuersales nõ potuerũt nec pñt
grangias habere, & animalia ad depascendum immittere & habe
re in nemoribus & pascuis superius mentionatis, sed nec hoc fa-
cere possunt eorum particulares successores: & hoc obstãte pacto
seu promissione de qua supra, & de qua apparet per literas concef
sionis facte per dictum quõdam do. Humbertum. Et q̃uis vlti
mo allegata videantur aliquantulũ refragari: illa tamen nõ ob-
stant: pro eo quia illa intelliguntur & intelligi debent, vbi al's nõ
apparet de causa pacti aut conuentionis: sed vbi apparet de cau
sa, vt quia hoc fit ratiõe seruitutis aut iuris in re cõstituti, quẽad-
modũ nõ debet paciscens aut eius heredes & successores vniuer-
sales contrauenire: ita nec debet aut potest contrauenire particu
5 laris successor. † Et hinc dicit Spec. in. d. §. j. versi. sed pone. P.
quod si in cautione seu promissione, de qua ibi, & per quã promisi
sub pena nõ habere vel facere fenestrã in muro domus mee, fuis-
set causa expressa, vt puta ne aliqs vsus domus vicini mei impe-
diretur, aut aliquid huiusmodi: tunc censeret constituta seruitus
in domo mea, & ita nec mihi paciscenti aut heredibus & successo
ribus meis vniuersalib⁹, nec successori particulari, vtpote empto
ri domus, vel alij in ea particulari successori liceret facere vel ha
bere fenestrã in domo. Et hoc etiã eleganter voluit Barto. in. d.
l. iij. §. opus. ff. de aliena. iudi. mutã. cau. fac. Fiona. l. l. vt pomũ.

ff.de seruitu.ti.genera.⁊ Barth.vero.in suo tracta.de seruitu.ti.
de seruitu.reali.col.iiij.versi.si vero verba sonantia in simplex nō
factum.Et vt dicunt Flori.⁊ Bartho.vero.in dictis locis,bonū
est hoc intelligere ⁊ scire:quia cum eo casu quo causa exprimitur
censeatur iudici constituta seruitus,trāsibit domus vel res alia
ad quēlibet possessorē cū illo onere seruitutis,⁊ poterit agi con-
fessoria actione contra quēcunq; impedientem vel turbantē.l.si
quis diuturno.in fi.⁊.l.ij.⁊ quod ibi Flo.ff.si serui.vendi.⁊ voluit
6 idem Flori.in.d.l.vt pomū.†Cum igitur promissio de nō habē-
do grangias,⁊ de non immittendo ⁊ habendo animalia ad depa
scēdū ⁊c.appareat facta ex cā,scilicet ne per hoc preiudiciū asse-
retur vsui vniuersitatis ⁊ hominum loci predicti de Robione:
palam infertur q̄ quemadmodum predicta facere non poterat
ipse dn̄s Delphinus,aut sui heredes ⁊ vniuersales successores:
ita nec facere possint particulares successores.Et si de facto fece
rint aut faciant,vel alij ab eis causam habentes eosdē impediāt
aut turbent quominus libere vtantur predictis nemoribus et
pascuis,eis cōpetit confessoria actio contra illos.Et hoc etiam
satis colligitur ex sententia arbitramentali lata post concessionē
de qua supra,⁊ hoc anno domini.M.cccxxv.⁊ die.ix.mēsis Fe-
bruarij,per ipsuz do.Hūbertū Delphinum:per quā voluit quod
vsus ⁊ percursus pascuorum ⁊ lignorum trium partium,⁊ in tri-
bus partibus predictorum nemorum,de quibus contendebatur
inter partes inibi mētionatas,remaneret perpetuo totus ⁊ inte-
ger vniuersitati hominum Villenoue,⁊ mandamētj Robionis.
Ubi aduertendum est quod non solum dixit percursus ⁊ vsus li-
gnorum ⁊ pascuorum,sed dixit percursus ⁊ vsus totus ⁊ integer.
7 †Et ita vsus est verbis geminatis,prout fit in.c.examinata.de
iudi.ibi,incongruentem cognouimus ⁊ ineptam,in cle.j.ver.suf
ficiēter,⁊ idonee,de penis,⁊ que solēt multum operari,p id quod
voluit Bal.in aut.sed cum testator.loquēs de testatore qui vo-
luit tota ⁊ integra legata solui.C.ad leg.falci.⁊.l.balista,⁊ quod
ibi doc.ff.ad trebel.Preterea si idem domi.Humbertus sensis-
set de solo ⁊ simplici vsu,⁊ non de vsu,qui revera quo ad predicta
erat vsusfructus:illa verba,totus ⁊ integer,superfluerent,quod
non est dicendum:q̄ non solum vnaqueq; clausula posita in dis-
positione,sed etiam vnumquodq; verbum debet esse cum virtu-
te operandi si fieri potest.l.hac lege.ff.de contrahen.emptio.⁊ vē
di.⁊.l.si stipulatus.in principio.ff.de vsur.not.Bal.C.de cōtra-
hen.emptio.super rubrica.q.ix.quod etiam voluit Hosti.in.c.ex
ore.de priuile.Roma.consi.lxxxiij.col.fi.Alexan.de imol.consi.
cxvij.exordiente,Visis supra narratis ⁊c.col.penul.in primo vo-
lu.⁊ in multis alijs.Ut igit̄ dicta verba,tot⁹ ⁊ integer,aliqd ope
rentur,dicendum est qd̄ percursus ⁊ vsus pasquerandi,bocherā-
di ⁊ affoyandi pro tribus partibus in nemoribus ⁊ pascuis ante-
dictis sic pertinuit ⁊ pertinet prefatis de Robione,q̄ nulli alij
licuit aut licet in pascuis ⁊ nemoribus hmōi quo ad dictas tres
ptes seu tres q̄rtonos bochayrare,aīalia depascere,aut affoya-
re:nec potuisset idē do.Delphinus alteri vendere,dare,alberga-
re vel accensare bocheragium aut pasquerium sine cōsensu vni-
uersitatis ⁊ hominū p̄dictorū:q̄ id quod nostrū ⁊c.l.id quod no
strū.ff.de regu.iur.⁊ quia sic venisset cōtra cōtractū p se gestum,
⁊ qui apparet vltro citroq; obligatorius:quod non licet.l.cesar.
ff.de publican.c.j.de proba.⁊.c.j.de natu.feu.⁊ quod voluit Cy.
⁊ doc.in.l.digna vox.C.de legi.Bal.in.l.princeps.ff.eo.titu.⁊.l.
j.ff.de constitu.princi.Recepit etiam ab eis aliam recōpensam,
vt patet ex tenore instrumenti predicte sententie.Quo fit vt pre-
supposito qd̄ concessio predicta diceretur priuilegium:nō tū pote
8 rat reuocari.†Quia licet priuilegium principis possit per eū vel
successorē regulariter reuocari.c.j.de rescrip.c.veniēs.de prescri.
hoc tamen fallit quando priuilegiū huiusmodi cōcessum extitit
per viā cōtractus:quia eo casu est irreuocabile,etiā si fuerit con-
cessum subdito,saltem nisi subsit iusta reuocationis causa,vt no.
Inn.in.c.in nostra.de iniu.quē refert ⁊ sequit̄ Anto.de butr.in
repeti.c.cum.M.de cōstitu.de quo videtur bonus tex.recte in-
tuenti in.l.titius puerum.ff.de obseq.Et nimirū,quia princeps
ita ligat̄ ex suo ꝯtractu sicut ali⁹ quilibet.dicto.c.j.de natu.feu.
⁊ alijs iuribus superius allegatis.Fallit secundo vt reuocari non
possit per principem priuilegiū huiusmodi suo subdito cōcessum
quando fuit cōcessum per viā remunerationis.l.si pater.§.si quis
aliquem.ff.de dona.qui iuncta gl.super verbo irreuocabilis,pro
bat cōtractuz donationis remuneratorie fore irreuocabilē.Etiā
si ex parte donatarij subsistat causa,propter quam alias possit do
natio reuocari,puta ingratitudo,iuxta.c.fin.de dona.⁊.l.fi.C.de
reuocan.dona.facit quod voluit Bal.in.l.si cū mihi.ff.de dolo.
vbi voluit qd̄ licet priuilegiū exemptionis possit reuocari ppter
ingratitudinem,vt no.idē Bal.in.l.ij.ad fi.C.de liber.⁊ eo.libe.
tamen vbi priuilegiū huiusmodi cōcessum esset in remuneratio-
nē,illud nō reuocaret̄ propter ingratitudinem,fm Bal.in.d.l.si
cum mihi.per gl.in allegata.l.si pater.§.si.ff.de dona.Et per hec

patet respōsio ad id quod arguēdo a cōtrario sensu videbat̄ posse
dici propter capitulū predicte sententie,in quo cauet̄ q̄ castella-
nus Robionis,Murinasij,seu alius quicūq; nullo tēpore possit
vendere,dare,albergare vel accensare bocheragium lignorū vi-
ridium vel siccorum quarte partis:quia argumētum a contrario
sensu non procedit quādo sequeretur absurditas,vt in casu,⁊ etiā
quia satis apparet ex tenore predicte sententie,pro eo q̄ in ea di
ctum est qd̄ vsus ⁊ percursus totus ⁊ integer dictarū triū partiū
remaneret predictis de Robione:quod tamē nō fuerat sic expres-
sum quo ad vsum ⁊ percursum dicte quarte partis.Quo vero ad
percursum ⁊ vsum alterius quarte partis,⁊ pro indiuiso,apparet
ex tenore predicte sententie q̄ ille spectat vniuersitatibus ⁊ ho-
minibus Robionis ⁊ Murinasij,⁊ quod nullus potest vendere.
dare,albergare vel accensare bocheragiū lignorū viridiū aut sic-
corum.Ita enim dictum fuit ⁊ declaratū per dictum do.principē
in dicta eius sententia:⁊ que quo ad hoc ⁊ alia predicta debuit
eidem do.principi preiudicare,qd̄ non solum fuerit sententia,sed
etiam elargitio per eum facta,⁊ mediante pecunia,vt apparet ex
tenore predicte sentētie.Quod etiaz idē princeps satis expressit,
quatenus fuit protestatus,quod nō intendebat iurisdictiōi supe-
rioritatis,vel alijs suis iuribus q̄buscūq; preiudicare,nisi quate
nus per eū fuerat largitū ⁊ declaratū.Ergo a cōtrario sensu ipse
cēsuit sibi preiudicasse quo ad ea de quibus apparet per eū fuisse
expresse declaratum ⁊ cognitum,quod illa remanerent diuisim
aut coniunctim prefatis vniuersitatibus ⁊ hominibus.Nisi for-
te aliquem moueat quod verbum remaneat,non conueniat largi
tioni seu concessioni:sed potius presupponat rem iam esse penes
9 illum,penes quē dicitur vt remaneat.†Quoniam respondeo qd̄
verbū remaneat,est verbū cōmuni:⁊ ideo aliquando habet signi
ficationem directam,aliquando implexam,vt voluit Bart.in.l.
pretor.in fi.principij.ff.de colla.bono.Ang.Pau.de ca.in.l.tale
pactū.§.fi.ff.de pac.Multa ponit do.Gui.pape decisiōe.cccccx.
exordiente,Fuit factum iuramento vallatum ⁊c.

Preterea ⁊ pro premissis

apertissime faciūt sentētie tā dominorū iudicū,que in rē trāsiue-
runt iudicatam,q̄ etiā sententia arbitralis olim lata pro ⁊ in fa-
uorem dictorum vniuersitatum ⁊ hominum mandamenti Vil-
lenoue ⁊ Robionis ex vna parte,ac illustrē virū dn̄m Ludouicū
marchionem Saluciarū,⁊ tūc dominū vtilem loci predicti Ro-
bionis:necnō vniuersitatē ⁊ homines loci Srinionis ex alia par-
te:per quas fuit declaratum ⁊ cognitum albergamētum de quo
ibi tanq̄ factum in eneruationem libertatū fore cassum,⁊ quod
cassauerunt do.iudicantes.Preterea etiam pronunciauerūt do.
arbitri.qd̄ prefatus do.Marchio nō posset extūc in antea per se
aut suos peyssonagia,pasqueragia,bocheragia ⁊ alia de quibus
ibi locare ad tempus,nec etiam albergare in perpetuū aliquib⁹
extraneis ⁊ forensibus,nisi hoc fieret de consensu ⁊ volūtate cōsu
lū ⁊ procuratorum dicte vniuersitatis Robionis.Et quēadmo-
dū obstantibus predictis sententijs,vltra ⁊ preter alia de quib⁹
supra,non poterat ipse do.Ludouicus marchio locare vel accen
sare ad tempus vel in perpetuum:ita nec potest hoc facere mo-
dernus dominus dicti loci Robionis.l.exceptio.ff.de re iudic.⁊
l.si superatus.§.fi.ff.de pigno.⁊ quod not.glo.in.l.si a te.§.iulia-
nus.ff.de excep.rei iudi.Et per predicta patet responsio ad pri-
mum ⁊ secundum quesita.

Ad tertium dico ⁊ respō-

deo q̄,si est verum,⁊ ita probari possit prout ibi.⁊ in themate seu
casu positiuo supponitur,facultas habēdi grāgias,immittēdi ⁊
habēdi animalia ad fines depascēdi in nemoribus ⁊ pascuis pre-
dictis,ac pascua ⁊ nemora vendendi,dandi,albergādi vel accen-
sandi bocheragiū lignorū ⁊c.sublata est dominis ⁊ domino dicti
loci Robionis,⁊ sublata extitisset per possessionem temporis de
quo ibi etiā si sublata non appareret per cōcessionem,sn̄iam arbi
10 tralem,⁊ elargitionem dicti quōdam illustris do.Hūberti:† q̄
possessio tāti temporis habet vim priuilegij ⁊ tituli.c.super qui-
busdam.§.preterea,⁊ quod ibi doc.de verb.signi.c.j.ad fi.⁊ quod
ibi glo.⁊ doct.de prescript.in.vj.facit.l.hoc iure.§.ductus aque.
ff.de aqua quoti.⁊ esti,⁊.l.j.§.fin.⁊.l.ij.§.antepenulti.ff.de aqua
pluui.arcē.⁊ quod not.doct.in.l.seruitutes.ff.de seruitu.Ex quo
infert̄ quod cōcessio,quā fecisse dicitur dominus modernus di-
cti loci Robionis hominibus de Veraceno,⁊ albergamentū fa
ctū nobilibus Gileto facionis ⁊ eius filio,de iure non tenuerūt:
nec per cōcessionē ⁊ albergamentū huiusmodi fuit predictis ho-
minibus aut dictis nobilib⁹ Gileto factionis ⁊ filio aliquod ius
quesitū.Tū q̄ nemo plus iuris ⁊c.l.traditio.ff.de acq.re.domi.
l.alienatio.ff.de cōtrahē.emptio.⁊ vēdi.c.gratia.j.q.j.⁊.c.day-
11 bertū.j.q.vij.†Tū ⁊ quia datū ab eo qui de iure dare nō potuit
pro non dato habetur.c.quod autem.ad fi.⁊ quod ibi gl.⁊ docto.

de iu. patro. & possunt vt iam superius dixi predicte vniuersitates & homines agere & experiri confessoria actione tam contra dictũ modernũ dominũ, quam dictos homines loci Veraceni, & nobiles Facionis tanquam eos turbãtes in dicto eorum iure seu seruitute. Et per hec patet responsio etiam ad quartum quesitum.

Venio ad quintũ quesitũ:

pro cuius solutione premitto quod, prout apparet ex literis concessionis libertatum & priuilegiorũ predictarum, ille fuerũt cõcesse per dictum quondam dominum Humbertum hominibus tunc habitantibus aut pro tempore habitaturis in loco aut manda-
12 mẽto Villenoue & Robionis. † Propter quod vidẽdum est quis dicatur habitare in aliquo loco. Reperio Bal. in. l. j. col. ij. vers. sed pone. ff. de sta. homi. vbi querit de eo qui propter pestem recesserat a ciuitate, & se contulerat ad vnam suam domum, quam habebat in oppido seu castro, ad hoc vt ibi maneret durante peste: qui eo manente in domo huiusmodi donauit alteri oẽs domos quas inhabitabat: querit Bal. vtrũ dicta domus in qua moram faciebat in castro censeatur donata, & respõdet quod non. Pro quo
13 allegat. l. j. §. habitare. ff. de his qui deie. vel effude. † Verbũ enim habito est frequentatiuũ, & ideo de rata habitatione & momentanea non est intelligendum: nec singula momẽta habitationem faciunt, sed animi residentia, argu. l. si quis ita legauerit dũ vxor mea. & quod ibi dominus Barto. fori. ff. de conditio. & demõstra.
14 † Et quia doctor intelligendus est secũdũ legem quam allegat, vt voluit Barto. in. l. non solum. §. si liberationis. ff. de libe. leg. & l. cum quidã. ff. de his qui. vt indig. Saly. in. l. si ex cautione. C. de nõ numerata pecunia. Jo. an. in. c. cũ nũtius. de testi. Roma. consi. ccxj. exordiẽte, Allegationes doctoris eximij domini Michae. &c. col. penul. ver. quo ad vltimum. Alexan. de imol. consi. cxxxviij. exordiente, Opportune cõsideratis &c. col. xij. & Andr. barba. cõsi. xliij. exordiẽte, Sempiterna dignũ est memoria quod preclare scribitur apud Job, colum. iij. vers. scdm illud dictũ eo-
15 rum debet intelligi scdm legẽ &c. † Que si ita se habeant, immo quia sic est, censetur Bal. vbi supra voluisse, quod idem sit habitare in aliquo loco, quod fouere vel habere domicilium: quia hec videtur probari in. d. l. j. §. habitare: ibi, multum autẽ interest inter habitatorem & hospitem inquantũ interest inter domiciliũ habentem & peregrinantẽ: quod etiam ore aperto voluit Rom. consi. cclxiij. exordiẽte, Vt is Aurfinus de quo queritur &c. circa principium. Tunc autẽ dicitur aliquis sortiri vel habere domicilium, cũ vel in illo loco maiorem partem suarum fortunarum seu bonorum posuerit, vel cum ad illum se contulit mõ & intentione inibi perpetuo habitandi, & inde nõ discedendi nisi superueniat aliquid quod eum inde auocet. l. ciues. & quod ibi not. Jacob. rebuf. & Jo. de pla. C. de inco. lib. x. l. ij. & quod ibi, Paul. de cast. & alij. C. vbi senato. vel viri clarissi. Propter quod dico quod si dictus nobilis Siletus habeat in loco vel mandamento Robionis maiorem partem fortunarum seu bonorum eiusdem, ipse censetur incola, & sic habitator dicti loci. Et si appareat eum ibi habere aliquid, presumit quod maiorẽ partẽ ibi habeat, nisi probet quod alibi maiorẽ partẽ habeat, vt not. Bar. in. l. de iure. ff. ad municipa. quod etiã voluit Bal. consi. lvij. exordiente, Factũ tale est pro parte hoim Castri &c. col. ij. ver. sciendũ est quod vbi quis habet maiorẽ partẽ &c. in secũda parte, & Joan. de pla. in. d. l. ciues. col. iiij. versi. & not. singulariter &c. vbi etiã do. Jason may. in addi. Preterea quamuis idem Siletus nõ habeat in dicto loco vel eius territorio maiorẽ partẽ suarũ fortunarũ: si tñ ibi resederit & resideat cũ familia sua, vtpote cũ vxore & alijs, & ibi audiat diuina, & statuerit perpetuo remanere, ipse censeret habere ibi domiciliũ, quamuis etiã alibi haberet vel ratione originis, vel pro eo quia ibi habet ma-
16 iorem partem suarũ fortunarũ: † quia potest quis habere domicilium in diuersis locis, quamuis vnum sit principalius altero vel ceteris. l. labeo. & l. assumptio. §. visis prudẽtibus, & quod ibi Bart. & l. si quis instructus. ff. ad municipales, & c. cum quis. de sepul. in. vj. quod etiam voluit Innocen. in capitu. omnes. de maiori. & obedien. Joan. de plate. in. d. l. ciues. colũ. iij. versi. sequit vers. incolas &c. glo. & doc. in. c. statutum. §. cum autem. de rescript. in vj. & in. c. ex parte. de fo. compe. Et nisi alterum duorum premissorum interuenerit, non putarem dictum Siletum habere domiciliũ in loco predicto vel mandamento, & sic eũ esse habitatorem dicti loci & mandamenti, postquam ipse nondũ in loco & mandamento huiusmodi resedit decem annis. l. ij. C. de incol. & quod not. Jaco. rebuf. in dicta. l. ciues. Et respondendo ad dictum quintũ quesitum videretur, quod ipse gaudere non deberet priuilegijs & franchesijs dicti loci, vtpote forensis & extraneus.

17 † **Ad sextum dico & respõ**deo quod si hoies dictorũ locorũ Robionis & Murinasij fregerint & ruperint domũculã, de qua in themate, & animalia immiserint ad depascendum in locis accensariis seu albergatis quam primũ hec ad eorum notitiam peruenerunt, ipsi non videntur in aliquo deliquisse, cum eis hoc facere licuerit, & sua authoritate repellere viã facti & iniuriam seu turbam que eis inferebatur. Pro quo allegasse sufficiat id quod not. Bar. in. l. j. §. vñ vi. ff. de vi & vi arma. Pet. de anc. & post eum Panor. in. c. j. de immunita. eccle. Pe. de ancha. in cle. ij. colũ. ij. versi. quero post Pau. de cast. & Ange. are. in. §. eque. col. fi. ver. quero si in medio vsus. institu. de actio. Et quia pro hoc allegantur multa bona fundamenta, & illa possunt ibi videri, ego ne pretermodum prolixior fiam super eis nõ insisto Et puto quod isto casu non potuissent dicti Siletus & filius inten-
18 tare beneficium statuti, si quis per literas. † Tum quia propter dictum pretensum albergamentum, & alia de quibus in casu, dici non possent vniuersitas & homines prefati perdidisse possessionẽ seu quasi dicti eorum percursus, que animo retinebatur. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquir. posses. & quã nõ presumitur quis in dubio perdidisse, nisi forte ex obliuione decẽ annorum, aut saltem tẽporis de quo iudici videtur. Pro quo allegasse sufficiat quod voluit Ang. are. in. §. sic itaque. charta. ij. vel circa vs. secundo aduertas: ibi, secundo casu principali quñ affirmat &c. Instit. de actio. Alex. & doc. in. l. si de eo. §. si forte. ff. de acquir. posses. & alij in alijs locis. Tũ & quia in dicto statuto, si quis per literas, dicitur, ex quo per decem dies passus est notorie possidentem
19 possidere: quod isti fecisse dici non possent si nesciuerunt: † quia nesciens non patitur nec consentit, vt voluit Bald. in. l. si aquã. col. j. vel. ij. versi. quarto opponit. C. de seruitu. & aqua. & in. c. j. §. preterea, qui. mo. feu. amitta. Sed si videntibus & patiẽtibus dictis de Robione, & alijs, prefati Facionis edificassent & construxissent prefatam domũculam, tũc esset maius dubium: & videret quod isti perdidissent possessionem, per id quod no. Pet. & Cyn. in l. ij. C. de rei vendi. & Alexan. de imol. in. d. l. si de eo. §. si forte. col. iiij. versi. ex predictis potest inferri ad id quod dixit &c.

Ad septimũ dico & respõdeo quod licet dictus modernus dominus loci predicti Robionis non censeatur obligatus ad obseruantiam libertatum & sententiarum predictarũ: tamẽ vt predixi eidem opponi potest exceptio rei iudicate. Insuper & tam contra eum, quam contra alios habẽtes ab eo causam, vel titulum, & turbantes vniuersitates & homines predictos agi potest confessoria actione: & hoc in vim iuris quod habent in nemoribus & pascuis superius mentionatis. Et ita mihi videtur, sub correctione &c.

1 Adoptio quid requirat, & an mulier etiam imperio magistratus possit adoptare.

Epitome.

Adoptio de filiofamilias facta sine consensu eius patris, & sine magistratus imperio non valet, nec cum huius quidem imperio, si per mulierem fiat. V. F.

De adoptionib. Consi. clviij.



Non puto quod aymo genaudani, frater Joãnis genaudani, aliqd petere possit in vim adoptionis de eo facte per Petrum boyssoni & Catherinam genaudane, in bonis dictorum Petri & Catherine, aut alterius
pere potuissem, an infeudatio huiusmodi facta extiterit primo
in feudum recipienti simpliciter, vel recipienti pro se ꝛ filijs suis,
vel pro se ꝛ liberis suis, aut pro se ꝛ suis descendētibus, aut pro se ꝛ
heredibus: quia secundum variationem possessiouum variantur
6 effectus in multis: quarum propterea visione salua dico pro nūc,
sub correctione cuiuslibet melius sentientis, † ꝙ cum in falcidiā
solum regulariter imputentur ea que ex testamento ꝛ iure heredi
tario percipiuntur per heredem de bonis defuncti. l. in quartam.
in princi. ꝛ quod ibi scribentes. ff. ad leg. falcid. Et dictus Gerar
dus non successerit aut succedat in dictis bonis feudalibus ex te
stamentaria dispositione dicti quōdam Melchionis. c. j. ꝛ quod
ibi docto. de succes. feu. c. j. §. donare. titu. quali. olim feu. pote. a-
liena. ꝛ. c. j. in prin. de prohibi. feu. aliena. facit. c. j. de prebē. ꝛ. viij.
questio. j. per totum: non videtur ꝙ idem Gerardus dicta bona
7 feudalia imputare debeat in dictam falcidiam. † Pro quo facit
quia in accessione testamentaria filius non imputat sibi in legi-
timam bona feudalia ad se delata ex prouisione suorum progeni-
torum. Pro quo sufficiat remisisse ad ea que not. glo. ꝛ Angel. in
l. si patroni. in princi. ff. ad trebel. vbi etiam dicit Ange. hunc ca-
sum esse valde quotidianum, ꝛ quod de eo non facit mentionem
Barto. in. d. l. in quartam. ꝛ idem quod Ange. voluit Rapha. cu
ma. ꝛ Pau. de cast. in dicta. l. si patroni. in prin. Angel. in aut. de
nupt. §. optime. collat. iiij. Alexand. de imol. consi. vij. exordien-
te, Visis subtilissimis dubitationibus, colum. ij. versicu. presup-
posito ergo. in tertio volu. ꝛ consi. lxxxix. exordiente, Utrum em-
phyteosis ecclesiastica ꝛc. col. j. versicu. sed immo dubitantandū
est vtrum emphyteosis, in quarto volu. Bald. ꝛ Sali. in. l. omni-
modo. §. fina. C. de inoffi. testa. Et ita videtur ꝙ ipse Gerardus
debeat habere bona feudalia precipua, ꝛ nihilominus iure institu
8 tionis ꝛ pro falcidia quartam partem aliorum bonorum, prius de
ducto seu detracto ere alieno ꝛ funeris impensa: † duntamen in-
uentarium, de quo supra, fuerit vel secundum statuta, vel secūdum
consuetudinem aut stylum curiarum predicte ciuitatis rite con-
fectum. Quod ideo dico: quia in illius confectione non est serua-
ta dispositio iuris cōmunis, de qua in. l. fin. §. sin autem dubius. C.
de iure delibe. ꝛ aut. de heredi. ꝛ falci. §. hinc nobis. ꝛ seq. colla. j.
ꝛ qd not. Azo in summa in dicto aut. post mediū. ver. ꝛ ad hoc vt
habeat locum ꝛc. ꝛ plenius Specu. ti. de instru. edi. §. dicto. versi.
in huius autem inuentarij confectione ꝛc. ꝛ Pau. de cast. in. d. §.
sin autem dubius. Que dispositio seu solēnitas potuit diminui sta
tuto, cōsuetudine vel stylo, per id qd voluit Ang. in. l. j. §. hec sti-
pulatio. col. viij. versi. de quinto conclude ꝙ dicta solennitas. ff. si
cui plus q̄ per leg. falci. Pro quo allegat Spec. in allegato. §. di
cto. ver. quid si heres petit scribi. ad fi. ibi, si igitur premissa nō ser
uātur. facit qd no. Bal. in. l. j. col. ij. ver. sed hic q̄ro. C. ad velleia.
ꝛ in. d. l. fi. in fine princip. C. de iure delib. ꝛ cōsi. cclxj. exordiente,
In cōfectione inuētarij possumus ꝯsiderare ius cōe. in prima par
te, Pau. de cast. in. d. l. fi. §. cū igitur. vbi etiā do. Jas. may. col. v.
versi. sed licet predicta ꝛc. Que dixerim sub correctione. ꝛc.

1 ☞ Facultas in vim procuratorij et mandati concessa an possit
extendi ad donationem.
2 Venditio ꝛ emptio an semper in dubio presumātur vbicun ꝙ t
mentio de pretio.
3 Clausula, ꝛ alias p out sibi videbitur, in mandato apposita, an im
portet liberam voluntatem vel arbitrium boni viri.
4 Verbum alienandi, propter copulatiuam ꝛ in procuratorio posi-
tum, de qua alienatione debeat intelligi.

¶ Epitome.

¶ Mandatum alienandi pretio quo videbitur ꝛc. alienationem
oneroso tantum titulo fiendam importat, non donationem. ꝛ ꝙ
iusto pretio res vendatur. U. F.

¶ De procura. Consil. clxxx.

Non puto ꝙ in vim p-
curatorij ꝛ mandati, seu facultatis cōcesse per no
bilem ꝛ honorabilem virum Guillielmum bruti
ni, venerabili viro domino Symoni moreti pres-
bytero, de vendendo, distrahendo, ꝛ alienādo, seu
vendi, distrahi, ꝛ alienari faciendo res, predia ꝛ bona in instrumē-
to mandati seu procuratorij ꝛ concessionis huiusmodi mentiona-
tas, potuerit idem domi. Symon donare dicta bona, aut aliqua
1 de his, ꝛ presertim domum inibi mentionatam. Tum † quia in
mandato quantuncunqꝫ generali etiam cum libera nunq̄ venit
ꝙ quis possit donare. l. contra iuris ciuilis regulas. §. final. ꝛ seq.
ff. de pact. et. l. filiusfamilias. in principio. ff. de donatio. Tum et
quia licet verbum alienandi, de quo in dicto mandato, sit alias la
tum ad omnē cōtractum, ꝛ speciem distractionis cōprehendat. l.
j. §. j. cum seq. ꝛ se. ff. que in frau. credi. authen. de non alie. reb. ec-
cle. §. aliena. collat. ij. l. fin. C. de reb. alie. non alie. ꝛ. c. nulli. ꝛ quod
ibi Joan. and. de reb. eccle. non alie. ꝛ quod not. Bal. in aut. hoc
ius porrectum. C. de sacrosanc. eccle. Insuper ꝛ q̄uis stricte ꝛ pro
prie accipiendo importet omnem translationem dominij, per id
quod not. glo. in. l. j. in princip. C. de iure emphy. ꝛ quod habetur
in. l. hoc edicto. §. alienare. ff. de aliena. iudi. mutan. cau. fac. quia
tamen in casu de quo queritur non fuit simpliciter eidem do. Sy
moni data seu concessa facultas vendendi, distrahendi, ꝛ alienan
di res ꝛ bona, de quibus ibi, sed cum adiuncto, scilicet pretio seu
pretijs ꝛc. non videtur sibi fuisse concessa facultas illa alienādi ti
tu. gratuito. sed oneroso. Et quidem vt videtur titulo vēditionis:
2 quia vbicunqꝫ fit mentio de pretio, semper presumitur in dubio
venditio, ꝛ emptio, per id quod singulariter voluit glos. in. l. cum
dotem. super verbo, quis enim. ꝛ quod ibi Bal. C. de iure do. Pro
quo facit. l. fina. ꝛ quod ibi Joan. de pla. et moder. C. de predi. cu-
ria. lib. x. Cum igitur eidem domi. Symoni data fuerit falcultas
vendendi, distrahēdi, ꝛ alienandi pretio ꝛ pretijs ꝛc. videtur dun-
taxat sibi data facultas dicta bona alienandi titulo vēditionis,
Nisi forte quis dicere vellet, ꝙ verbum pretio ꝛ pretijs, debeat re
stringi ad verbum vendendi ꝛ distrahendi. Sed istud non obstat:
quia verbū pretio ꝛ pretijs, videntur debere referri ad omnia pre
cedentia, scilicet ad verba vendendi, ꝛ distrahendi, ꝛ alienādi, per
ea que no. docto. in. l. talis scriptura. ff. de lega. j. in. c. secundo re
3 quiris. de appella. ꝛ in. l. j. C. de libe. preteri. vel exhereda. † Nec vi
detur idem domi. Symon potuisse vēdere dicta bona pretio vili,
vel pretio quo voluisse, sed pretio iusto, ꝛ alias iuxta arbitrium bo
ni viri, propter illud verbum sibi videbitur, de quo in ipso manda
to: quod importat, non quidem meram ꝛ liberam voluntatem, sed
arbitrium boni viri. l. thays. §. sororeꝫ. ꝛ. l. fideicommissaria. ff. de
fideicommissa. liber. ꝛ quod not. Barto. in extrauaganti ad repri
mendum. super verbo videbitur, in prin. ꝛ in. l. creditor. §. lucius.
ff. manda. docto. in. l. si sic. ff. de legat. j. Angel. aret. in. §. in bonefi
dei. versi. quinto idem erit dicendum. in verbo videbitur, institu.
de actio. ꝛ Pet. de ancha. cōsi. lxxxiij. exordiente, Domina Azo-
lina in suo testamento ꝛc. colum. ij. versi. ꝛ hoc propter dicta verba
videbitur. Tum etiam non videtur idem domi. Symon potuisse
donare, vel alias titulo gratuito bona de quibus in dicto māda-
4 to aut aliqua eorundē concedere: pro eo † quia propter dictioneꝫ
copulatiuam ꝛ verbum alienandi, debet intelligi de alienatione

que fieret titulo oneroso, vt sic intelligatur repetita qualitas ⁊c.
per id quod habetur in.l.seie.§.caio.⁊ quod ibi Bar.ff.de fur.in-
struc. Pro quo faciunt alia plene inducta per egregium virũ do-
minum primo scribentem: que quia sufficiunt, vlterius non insi-
sto. Que dixerim sub correctione cuiuslibet dñi melius sentiẽtis.

1 ☞ Litis victoria fundamentum respicit intẽtionis, quod pro-
bandum est, siue affirmatiuum sit, siue negatiuum.
2 Depositio auditus in his que videri debebant, ⁊ econtra, an ad-
mittenda. ⁊ quid de testimonio de auditu auditus.
3 Mala fides predecessoris an noceat vniuersali successori, si de no
uo vult inchoare prescriptionem bona fide.
4 Prescriptio habet vim solutionis.
5 Debitor per creditorem non interpellatus an ⁊ quanto tempo-
re prescribat.

¶ Epitome.

¶ Pacto de retrouendendo.xxx. annis prescribitur, si qui rem
petit nunq̃ interim de ea retrouendenda interpellauerit possesso-
rem. V. F.

¶ De prescript.xxx.annor. Consi.clxxxi.



Viso cõsultationis the
mate mihi exhibito parte prouidi viri Joannis
roberti, ⁊ dubijs ex themate huiusmodi elicitis,
dico ⁊ respõdeo breuiter ⁊ succincte ad predicta
dubia prout infra. Premittens ꝙ nisi illi, qui si-
bi reuendi petunt terram, pratum, ⁊ alia de quibus in dicto the-
mate, ⁊ que olim vendita extiterunt probo quondam viro Joan-
neto roberti, auo paterno eiusdem Joanis, probent se iure here-
ditario immediate vel mediate successisse Joannete relicte Pe-
tri porterij, et Stephano porterij eorundem Petri et Joanete
filio, vel alias ab eis aut eorum successoribus causam habuisse le
1 gitimam, non possunt isti petere sibi reuẽdi res predictas: † quia
istud est fundamentum eorum intentionis, tenentur ergo pro vi-
ctoria obtinenda probare illud: quia vnusquisq̃ tenetur probare
id quod est fundamentum sue intentionis, siue illud sit factum
affirmatiuum, siue negatiuum.l.actor.C.de probatio.l.in exce-
ptionibus.in princip.ff.eod.titu.l.si quis.C.de fabricen.libro.xj.
l.in illa.cum.l.sequen.et quod ibi Barto.⁊ Alexand.de imol.ff.
de verborum obligatio.⁊ in capit.super his.vbi Innocen.de ac-
cusatio. Nec sufficeret ad probandum quod isti sint illorum Joan
nete ⁊ Stephani heredes, quod testes deponerent de aliorum au
2 ditu: † q̃r testimonium de auditu auditus est contra regulã iuris.
Et ideo regulariter admitti nõ debet, cum testis debeat testifica
ri de his que vidit, vel audiuit fieri, siue dici.c.testes.⁊.c.de his.⁊
quod ibi gl.iij.questio.ix.c.cum causam.de testib.l.testium.in fi.
C.eo.titu.⁊.c.ij.de consuetu. Pro quo etiam allegari solet.c.pre-
terea.⁊.c.tam literis.de testib.⁊ quod not. Specu.titu.de teste.
§.j.versicu.item quod non prohibet testimonium.docto.in.c.li-
cet ex quadam.de testib.⁊ Alberi.de malefi.in suo tractatu.de te
stib.in vltima parte.§.consequenter opponitur contra dicta te-
stium. Et quamuis a predicta regula excipiantur aliqui casus, de
quibus per glo.in.d.c.de his.⁊ per Specu.in dicto versicu.item
ꝙ non perhibet inter eos: tamen non connumeratur casus pre-
sens. Nisi forte quis dicere voluerit, ꝙ immo casus presens sit de
illis, vt etiam videtur probari in dicto.c.de his.⁊ quod ibi gl.su-
per verbo audierunt.in princip. Sed istud non obstat: quoniam
respondeo quod testis aliquãdo deponit per sensum auditus pro
prij. Exemplum, vt si testis dicat Titium promisisse decem, ⁊ in-
terrogatus de ratione, respondet ex eo se scire quia audiuit ipsum
promittere. Hoc enim casu admittitur probatio de auditu, per
id quod not. Innocen.in dicto.c.cum causam.et docto.in.l.j.§.j.
ff.de verbo.obligatio. Sed hic non loquimur de tali testimonio
auditus: sed loquimur eo casu quo testes dicunt se audiuisse ab
alio vel alijs qui dicebant aliquẽ fuisse dictum vel factum, vt ver
bigratia: qui forte dicebant quod tales erant vel fuerãt heredes
talium, vel quod talis fuerat vel filius, vel nepos, vel frater il-
lius. Et istud est testimonium de auditu auditus, non testimo-
nium auditus tanq̃ proprij et immediati sensus testis: et de tali
dico qđ nõ valet, per predicta. Nec predictis obstat qđ habetur in
d.c.licet ex quadã. Quoniã respõdeo ꝙ illud loquitur in casu spe-
ciali, vt ibi patet. Et quamuis aliqui dixerim illum tex.debere ex
tendi ad alios casus: hoc tamen non obstat. Tum quia commu-
nis doct.opinio est in contrarium, quam ibi tenent Hostien. Jo.
and. Joan.de imol. Panormi.⁊ Francis.de are. Tum ⁊ quia vbi
opinio contraria dici posset esse vera, illa adhuc non obstaret:
pro eo quia illa procedit, secundum eos qui eam sequuntur, in
his que excedunt hominũ memoriam, cuiusmodi nõ est casus de
quo loquimur, cũ venditio de qua in casu facta extiterit Anno
domini Millesimo ccccxxix.⁊ ita non cucurrerint a tẽpore illius
centũ anni, ⁊ consequẽter nec a tẽpore decessus dictorũ vẽditorũ,
quorum isti aduersarij se pretendunt fore heredes.

Sz vbi supponerem⁹ qđ
isti possent se ꝓbare esse heredes aut bonorũ possessores immedia
tos vel mediatos dictorũ vẽditorũ, vel ab eis causã legitimã ha
buisse: tũc procederet questio, de qua in casu: an videlicet illis ob-
stet exceptio prescriptiõis, cũ vt audio a morte dicti Joãneti em
ptoris, ⁊ qui gratiã redimendi seu reachetum cõcessisse dicitur di
ctis venditoribus, preterierint quinquaginta vel sexaginta anni.
3 † Et hoc est q̃rere, vtrũ mala fides predecessoris noceat vniuer-
sali successori: super quo sunt opiniones. Quidaz enim dixerunt
ꝙ qñ heres nõ vult vti accessione tẽporis sui predecessoris sz vult
eam inchoare de nouo, potest ipse heres prescribere, non obstante
scientia malefidei possessoris, ⁊ hec opinio secundum eos proce-
dit de eq̃tate canonica, scđz Dy.in regula.possessor malefidei.de
regu.iu.in.vj.⁊ hanc opinionẽ tenuit Bar.in.l.cũ heres.ff.de di-
uer.⁊ tẽpora.prescrip.Cy.⁊ Bar.in.l.vitia.C.de acqui.pos.Bar.
in.l.nihil.C.pro herede. Jo.an.in regula, cum quis in ius.de reg.
iu.in.vj.in mercu. Jo.de imol.in.c.illud.col.ij.de prescrip. Pau.
de cast.consi.ccxcij.exordiente, Visa suprascripta facti narratio-
ne.⁊ consi.ccxciiij.exordiente, Ego Pau.de ca.col.fi. Ang.in.l.j.
C.de prescri.longi tempo.⁊ late Maria.in rubri.de causa posses.
⁊ proprie.in tertio tracta.arti.iiij.versi.vj.competit publiciana.
et est fo.cxxviij.vel circa: vbi probat ꝙ etiam in terris Imperij,
si heres non vult vti adminiculo defuncti, prescribit cum bona fi
de, non obstante ꝙ probetur malafides vel scientia defũcti: q̃uis
Ange.in.l.si ego.§.partus.ff.de publi.dicat opinionẽ Dy.proce
dere in terris Ecclesie, ⁊ non in terris Imperij. Alexan.de imo-
la consi.cxxxiiij.exordiente, In causa ⁊ lite inter Albertinum ⁊c.
col.fi.in.ij.volu. Istã opinionem Dy.in prescriptione longissimi
temporis, ⁊ sic in ea in qua nõ requiritur titulus tenuit etiã Bal.
in.l.eum qui.§.in hac.⁊ in.l.si ego.§.partus.ff.de publicia.in rem
act.⁊ in.l.nihil.C.de vsu.pro herede.⁊ Fran.de are.in.l. Põponi
us.§.cũ quis.ff.de acqui.pos.⁊ tenẽdo hanc opinionẽ posset dici,
ꝙ nõ debet impediri prescriptio decursa in herede propter exone
4 rationẽ anime defuncti. † Quia prescriptio habet vim solutionis
l.si pupillus.ff.de admi.tuto.vbi dicitur ꝙ is qui tempore libera
tus est, similis est ei qui satisfecit. Et hec opinio videretur maxi-
me procedere eo casu, in quo agitur non de prescriptione rerũ cor-
poraliũ, sed de prescriptione actionũ, vt in casu nostro: in quo est
sermo de prescriptione illius actionis personalis, in vim cui⁹ po-
terat dictus emptor ⁊ eius heredes ante prescriptionẽ cõuenir ꝑ
5 vẽditores vel eorũ heredes ad sibi reuẽdendũ res vẽditas. † Quo
casu dixerunt multi, ⁊ quidẽ nõ contẽnende authoritatis, ꝙ etiã
ipsi q̃ cõtraxerũt, vel sciũt se debitores ꝑscribũt, si nõ interpellent
per creditores infra triginta annos. Et hanc opinionẽ videt̃ fir-
mare Inno.in.c.cura.in gl.penul.de iu.patro. Hosti.in summa,
titulo de prescrip.rerum corporaliũ.§.que res prescribi possunt.
Bart.in.l.fi.ff.queadmodũ seruit⁹ amittat̃.⁊ in.l.sequẽt.§.si viã.
vbi etiã pro hac opiniõe multa inducit Roma.ff.de vsuca. Istã
opinionẽ etiã tenuit Henri.boyc in.c.si diligẽti.in tertia decisio-
ne.de prescrip. Et ꝑ hac opinione fuit alias iudicatũ in parlamẽ
to Tholose, vt patet in decisiõibus capelle Tholosane.q.lxxvi.
Et huic opinioni satis videt̃ accedere Panor.in.c.fi.de prescri.
Fateor tamen ꝙ contra opinionẽ Dy.quã posuit in dicto.c.pos-
sessor.⁊ quã supra retuli, tenuerunt Anto.de butr. Panor.⁊ multi
alij dicto.c.si diligenti.de prescri. Joã.de imol.in dicto.c.fi.col.
iij.vel circa.⁊ alij in alijs locis. Etiam cõtra opinionẽ Inno.quã
posuit in.c.cura.⁊ quam supra retuli, tenuerunt etiam multi, vt vi
deri potest in dicto.c.fi.de prescri.⁊ in dicta.l.sequẽt.§.si viã. Pro
pter quod iste articulus non est ꝑfecto sine dubio ꝓpter conflictũ
6 opinionum. † Veruntamẽ q̃r dictus Joannetus dum viueret nõ
tenebat̃ se offerre facere reuẽditionẽ de predijs predictis, nec po-
terat dictis vẽditoribus vel heredibus inuitis reuendere: q̃r con
tractus reuenditionis est vltro citroq̃ obligatorius, putarẽ sub
correctione cuiuslibet melius sentientis ꝙ opinio Dy.⁊ sequa-
ciũ esset in hoc casu verior. Nõ enĩ potest idẽ Joãnetus dici fuisse
in mora in non vendendo qđ vendere non poterat inuitis dictis
vẽditoribus vel heredibus. Et sic aliud videtur esse in hoc casu,
q̃ in debitore q̃ đbet soluere, ⁊ potest si vult etiã creditore inuito,
vel saltẽ potest se a debito liberare per oblationem, cõsignationẽ,
⁊ depositionẽ debiti, factas cõgruis loco ⁊ tempore, ⁊ alias iuxta
id quod habetur in.l.acceptã.⁊ quod ibi per scribẽtes.C.de vsur.
Sed dictus Joannetus non sic poterat se liberare ab obligatio-
ne de reuendendo. Et pro hac parte bene faciunt inducta per
Hosti.in dicto.§.que res prescribi possunt, ⁊ per Panormita.in

dicto

dicto. c. si. de prescriptioni. que possunt videri. Etiam pro hoc be-
ne facit quod voluit Henri. de bouen. in repetitione authē. sacra-
7 menta puberū. C. si aduersus vēdi. †vbi dicit ꝙ licet ille qui cō-
uenit ꝛ iurauit soluere certo termino nō prescribat, pro eo q2 si nō
soluit in termino, ipse incurrit periuriū: secus tamē in eo qui pro-
misit, ꝛ iurauit soluere ad primam requestaȝ debitoris: quia nisi
requiratur infra triginta annos a tēpore promissionis ꝛ iuramē
ti, ipse prescribit. Qd si ita est: multo fortius debuit prescribere
ipse Joannetus, si tantū vixisset post datū reachetuȝ, ꝛ multo for
tius Petrus eius filius, qui presumptiue ignorauit dictum rea-
chetum. l. verius. ff. de probatio. ꝛ adhuc lōge fortius dictus Jo-
annes ipsius Petri filius, attento ꝙ vt audio iam preterierunt
quadraginta anni vel circa a morte dicti Petri. Et sic iste Joā-
nes videtur indubie ex persona suōpsius prescripsisse, non obstan
te malafide: que re vera non est malefides, dicti quondā Joanne-
ti, etiam si verum esset ꝙ malafides autoris seu predecessoris no-
ceret successori vniuersali seu heredi: quia hoc intelligendū est de
mala fide immediati predecessoris, cuiusmodi nō fuit dictus Jo-
annetus, sed prefatus Petrus, qui non presumitur sciuisse, vt vo-
luit Alexā. de imol. consil. xxxix. exordiente, Visis scripturis, co-
lum. ij. versi. quinimo dato ꝙ aliquo modo ꝛc. in secundo volum.
vbi etiam refert hoc voluisse Jaco. de are. ꝛ probasse. l. si libertis.
§. si quis sciens. ꝛ. §. qui sciens. ff. de fideicōmissa. liber. Sed forte
aduersus predicta opponetur, ꝙ predicta nō obstant, pro eo quia
8 dictus Joannetus dedit perpetuum reachetum. †Et sic non vi
detur ꝙ facultas redimendi potuerit tempore seu per prescriptio
nem tolli. Sed istud non obstat: quoniā respondeo ꝙ illud verbū
perpetuū, debet restringi fm subiectam materiā, vt per hoc non
videantur tolli leges loquentes de prescriptione. Pro quo alle-
gasse sufficiat quod post Roma. in. l. j. ff. de vsur. voluit Francis.
de aret. in. l. cum stipulatus sim mihi a proculo. in princip. in ter-
9 tia colum. ff. de verbo. obligatio. †Preterea secundum vnā acce
ptionem, verbum perpetuum, accipitur, id est vsq3 ad triginta vel
quadraginta annos, institu. de perpe. ꝛ tempora. actio. in princip.
quod etiam voluit glo. in. l. j. ff. pro socio. Et ꝗuis aliquādo etiā
summatur vt importet id qd est sine prefinitione temporis: hoc ta
10 men non deberet prodesse dictis aduersariis, †pro eo quia in du-
bio interpretatio facienda est contra eum qui se fundat ex verbis
cōtractus. l. veteribus. ff. de pact. l. stipulatio ista habere licere. §.
in stipulationibus. ff. de verbo. obliga. ꝛ regula contra eum. de re
gu. iur. in sexto. Debet igitur intelligi dictum verbum perpetuū,
de tempore vsq3 ad triginta vel quadraginta annos: quod cuȝ la-
psuȝ sit, periit facultas redimēdi. l. ij. ꝛ quod ibi doc. C. de pac.
inter empto. ꝛ vendi. Que dixerim sub correctione cuiuslibet do-
mini melius sentientis.

1 ☞ Hereditas in codicillis qualiter detur.
2 Verba directa in codicillis an ꝛ quando obliquentur.

¶ Epitome.

¶ Quamuis in Codicillis verba directa pro dāda ꝛ ab alio adi-
menda hereditate adiecta sint illa tamen rediguntur solū ad ius
fideicommissi. A. F.

¶ De codicil. Consil. clxxxj.



Ponitur in facto ꝙ ho-
nesta quondam mulier Jacoba, relicta Antonij
guisolis, condidit suum vltimum ꝛ nuncupatiuū
testamētum: in quo heredes vniuersales instituit
Andrieuam eius filiam naturalem ꝛ legitimam,
ac Joannem ꝛ Bartholomeum tardini fratres eius nepotes si-
ue felezenos: dictam videlicet Andrieuam pro media parte, ꝛ pre
fatos Joannem ꝛ Bartholomeum pro alia dimidia: quoq3 suc-
cessu temporis, Anno videlicet domini Millesimo quatercente-
simo nonagesimosexto, ꝛ die vicesima mensis Maij, dicta Jaco-
ba partem siue quotam ꝛ portionem, in qua dictum Bartholo-
meum in dicto eius testamento instituerat, in codicillis per eam
cōditis reliquit honeste mulieri Joanne tardine, ꝛ hoc omnibus
melioribus ꝛ vtilioribus modo, via, iure ꝛ forma, quibus hoc fa-
cere potuit atq3 sciuit: ipsamq3 Joannā in parte ꝛ quota seu por-
tione predicta, ꝛ dicto Bartholomeo relicta, heredem instituit, ꝛ
in codicillis huiusmodi eidem Bartholomeo legauit ꝛ reliquit
1 decem florenos soluendos prout ibi. †Quesitum est an dicti co-
dicilli valuerint ꝛ valeant. Dubium facit: quia in codicillis non
potest dari vel adimi hereditas. l. ij. cum suis simili. C. de codicil.
Ad quod dubium respōdeo breuiter ꝛ succincte, ꝙ ꝗuis in codi-
cillis directe dari non possit vel adimi hereditas: potest tamen ꝛ
dari ꝛ adimi per fideicommissum. in. d. l. ij. ꝛ quod ibi per omnes
scribētes. C. de codicil. ꝛ. l. ij. ff. ad trebellia. Quo fit vt ꝗuis here
ditas dicte quondā Jacobe pro quarta eius parte dicto Bartho
lomeo relicta in predicto testamento eidē directo adimi seu au-
ferri non potuerit in dictis codicillis, nec in illis directo relinqui
dicte Joāne: potuit tamen per fideicommissum eidem Bartho-
lomeo adimi ꝛ auferri, et ipsi Joanne relinqui. Et sic ꝗuis idem
Bartholomeus remanserit heres, censetur tamen fuisse rogatus
seu grauatus de restituendo eidem Joanne illā partem seu quo-
tam, in qua fuerat heres institutus, detracta quarta trebelliani-
ca, per id quod habetur in. d. l. ij. ꝛ quod ibi Alexand. de imo. ver-
sicu. quero an si in codicillis coram quinq3 testibus. Cui dicto nō
obstat ꝙ dicta Jacoba in dictis codicillis vsa fuerit verbis dire
ctis, prout refert notarius, qui dicit ipsam Jacobam heredem in
stituisse dictam Joānam in ꝛ super parte quota seu portione ꝛc.
2 †Quoniam respondeo ꝙ cum vt, ex verbis dispositionis per eam
facte, de quibus in ver. cupiens tamen ex certa causa animū suuȝ
ꝛc. appareat eandem voluisse non quidē testari, sed codicillos con
dere, verba directa obliquātur, ꝛ trahuntur non quidem ad insti-
tutionem directam, sed ad fideicommissum, per quod cēsetur ipsa
Joanna non quidem heres instituta, sed per fideicommissum di-
cto Bartholomeo substituta. l. cum quis decedēs. §. seia. ff. de le-
ga. iij. ꝛ. d. sceuola. ꝛ quod not. Joan. de imol. in. l. ij. colum. fi. ver
sicu. tangit etiam hic Ang. ff. de iniust. rup. ꝛ irri. testa. Alexā. de
imol. in. l. verbis ciuilibus. colum. iiij. versicu. aliam limitationē
tradit Ang. ꝛc. ibi, hoc dictum nullo modo puto verum. ff. de vul
ga. ꝛ pupil. ꝛ in. d. l. ij. col. ij. C. de codicil. Et respōdet Jo. de imo.
vbi supra, ad. l. hereditas. C. de his quib. vt indig. ꝙ illa intelligi
tur quando tantūmodo facta esset ademptio in codicillis, vel si in
eis institutus fuisset non capax: eo enim casu procederet dictum
Ang. de quo ibi, alias vero secus, ex quo a principio nō potest dis
positio valere iure directo, vt in casu nostro: in quo non potuit in
dictis codicillis hereditas directo adimi dicto Bartholomeo,
nec directo relinqui dicte Joanne. Verba igitur directa obliquā
tur, vt sic per ea censeatur, vt predixi, dicto Bartholomeo Joan-
na substituta per fideicommissum: de quo tamē fideicommisso po
test dictus Bartholomeus detrahere quartam trebellianicam,
per iura vulgaria: non autem legitimam, cum honesta mulier. R.
ipsius Bartholomei mater superesset, ꝛ que cuȝ dicta Andrieua
primum locum obtinebat, ꝛ ipsi debebatur legitima in bonis di-
cte Jacobe non ipsi Bartholomeo. Que dixerim sub correctio-
ne cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Abbreuiatura ꝛ cetera, posita in instrumento donationis
post dictionem renuntiantes, qualiter extendi debeat.

¶ Epitome.

¶ Ex notariis stylo, quo in similibus contractibus vtitur, abbre-
uiationes eius sunt extendende. A. F.

¶ De tabellar. Consi. clxxxiij.



1 Via †copia instrumen-
ti donationis supra mentionate mihi exhibita re
peritur abbreuiate scripta, ꝛ presertim post verbū
renuntiantes, vi immediate scribitur abbreuiate
ꝛc. non possum videre an renuntiatū extiterit per
Joannem abicelli seniorem. l. si vnꝗ. C. de reuocan. donatio. supe
rius allegate. Et nisi aliud obstaret parti nostre, cōsulerem recur-
rendum ad alias notas, tam breues ꝗ extēsas, receptas super do
nationibus per notarios, qui notam donationis huiusmodi rece
pisse dicuntur: vt sic sciri posset eorum stylus, ꝛ intelligi quomo-
do in similibus consueuerant extēdere illā dictionem ꝛc. positam
post verbum renuntiātes: quod fiendum esset, per id quod voluit
Bartol. ꝛ doct. in. l. gallus. §. idem credendum. ff. de liberis ꝛ po-
sthumis. ꝛ alij in alijs locis. Sed est aliud quod etiam videtur
parti nostre obstare, scilicet ꝙ dicta donatio non videatur fuisse
simplex donatio, sed donatio ob causam, in qua non habet locum
dicta. l. si vnꝗ. Pro quo allegasse sufficiat quod ponit Alexand.
de imol. consi. xl. exordiente, Super primo dubio ꝛc. col. v. versic.
circa tertium dubium quo queritur ꝛc. in quarto volu.

1 ☞ Tempus mortis testatoris in legitima deducenda an spe-
ctandum, quamuis alio tempore plus vel minus valuerint bona
defuncti.
2 Legitima que quota sit.
3 Suplementum legitime qua actione petatur, ꝛ qui pro eo resar-
ciendo obligati. nu. 11.
4 Inuentariū factum per matrem tutricem an fidem faciat contra
pupillum ꝛ in fauorem tertij.
5 Pupillus an cogi possit ad inuentarium contra se producendū,
vt aduersarium iuuet.
6 Educatio sorori, cui dos tantum per testatorem relicta est, presti
ta ab herede an imputanda.

7 Fructus supplementi legitime an peti possint.
8 Supplementum legitime an consignandum super defuncti bonis, vel in pecunia refundendum.
9 Pater an possit filio prohibere legitimam vel illius supplementum.
10 Substitutio facta filio, cui nihil vltra legitimam relictum est, an valeat.
12 Scripture cancellate, seu instrumẽto ex ea per iudicis commissionem extracto, an adhibenda fides.
13 Protocolum cancellatum penes tertium repertum per quem presumatur fuisse cancellatum.
14 Suspicio an cadat in cancellatura scripture.
15 Recursus ad arbitrium boni viri an haberi possit per enormiter lesum ex sententia arbitrali.

¶ Epitome.

¶ In petitione legitime vel eius supplementi quoad valorẽ bonorum tempus mortis testatoris attenditur, nec prohibitio patris illius petitionem impedire potest, nec super ea ex laudo enormiter lesus arcetur a recursu arbitrij boni viri. V. F.

¶ De inoffi. testa. Consi. clxxxiiij.



Visis quesitis parte Joanne tardini mihi exhibitis, respondeo breuiter et succincte, quia temporis opportunitas non se offert, prout infra. † Et primo ad primum, φ in legitima attendi debet tempus mortis patris, seu illius in et super cuius bonis debetur legitima, q̃tum videlicet eo tempore valeant eius facultates: q̃uis alio tẽpore plus vel minus valuerint, authen. nouissima. ibi, ex substantia deficientis ꝛc. ⁊ apertius in. l. cum queritur. versic. mortis tempore ꝛc. C. de inoffici. testamen. ⁊ quod voluit Bald. in. l. si qua pena. in prima lectura. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. ⁊ domi. Jason may. in dicta authenti. nouissima. colum. j. Et procedit hoc nisi in casu, de quo in authenti. vnde ⁊ si parens. C. de inoffici. testamẽ. ⁊ in casu quem not. domi. Jason may. in dicta auť. nouissima. colum. iij. secundum aliquos: multi vere aliter sentiunt. Debetur igitur dicte Joanne supplementum legitime habito respectu ad omnia bona, que super fuerũt Andree tardini eius quõdam patri tempore eius mortis, prius tamen deducto ere alieno ⁊ funeris impensa. l. papinianus. §. quarta. ff. de inoffici. testamẽ.
2 † quia legitima non est quota hereditatis, sed quota bonorum, vt voluit Barto. in. l. ex facto. la grande. ff. de heredib. institue. ⁊ Bald. in. l. quotiens. C. eod. titu. post Jacob. butri. in. l. si quis in suo. C. de inoffici. testamen. Et q̃uis post mortem dicti quondã Andree bona fuerint diminuta: potest tamen ipsa Joanna petere supplementum habito respectu ad valorem bonorum, que fuerunt tempore mortis ꝛc.
3 † quia supplementum legitime petitur actione personali, scilicet condictione ex. l. omnimodo. C. de inoffici. testamen. quod etiam voluit ibi gloss. Rayne. ⁊ Paul. de castr. Bald. in dicta. l. si quis in suo. Salice. in. l. scimus. in princ. C. de inoffic. testamen. Angel. in dicta. l. papinianus. §. si conditioni. Et pro supplemento huiusmodi sunt heredes dicti quondam Andree obligati. l. omnimodo. ⁊. l. scimus. superius allegatis, ⁊ clarius in auť. vt cum de appel. cogno. §. aliud quoq; capitulum: versi. ceterum si qui. colla. viij. secundum Angel. qui hoc not. in dicto. §. si conditioni. colum. j. versicu. in gloss. que incipit immo adhuc ꝛc. Et sic male mouetur Bartholomeus tardini huius Joanne frater, quatenus pretẽdit eam debere experiri cõtra matrem olim tutricem: quia immo potest experiri contra eũ
4 tanq̃ heredem. ¶ † Ad secundum, in quo queritur an inuentarium factum per matrem ꝛc. dico ⁊ respondeo φ licet inuentariũ de quo ibi fidem faciat pro pupillo, ⁊ contra dictam tutricem. l. fina. §. sin autem. C. arbi. tute. ⁊ contingit propter fauorem pupilli: non puto tamen φ fidem faciat contra ipsum pupillum, ⁊ in fauorem tertij: alias enim retorqueretur in odium pupillorum quod in eorum fauorem introductũ est, cõtra. l. quod fauor. C. de legi.
5 ¶ † Ad tertium dico ⁊ respondeo dictum Bartholomeum non esse cogendum ad exhibendum inuentarium ꝛc. Tum quia nimis graue ꝛc. l. nimis graue. cum suis simili. C. de testi. Tum et quia, vt dixi, inuentarium huiusmodi non probat in fauorem tertij, ⁊ contra olim pupillos φ bona de quibus in eo fuerint ipsorũ pupillorum. ¶ Ad quartum dico ⁊ respondeo, φ si contingeret dictam Joannam producere dictum inuentarium, non propterea sibi preiudicaret quominus probare posset, φ vltra ⁊ preter bona, de quibus in inuentario, dictus quondam Andreas alia bona habuerit, ⁊ de quibus petere posset ipsa Joanna supplementum legitime, ⁊ istud non videtur habere dubium.

6 ¶ † Ad quintũ dico ⁊ respõdeo, φ dictus Bartholomeꝰ eidẽ Joãne eius sorori in sortem, vel diminutionem sortis imputare nõ possit victum ⁊ vestitum sibi prestitos a tẽpore mortis dicti quondam Andree, ⁊ priusq̃ nuberet. l. qui filium. ⁊ qđ ibi Bal. ff. vbi pupil. educa. debe. ⁊ qđ no. Cy. Bal. ⁊ Pau. de ca. in. l. alimenta. C. de nego. gest. Sali. in. l. nõ omni. C. de administra. tut. Ange. in. §. fuerat. longe post medi. ver. aliud no. φ si pater simpliciter reliquit filie certum quid pro dote, ⁊ nihil dicat quomodo debeat alimentari. institu. de actio. ⁊ Benedic. capra. consil. lxxij. exordiente, Pactus quidam Micael ꝛc. col. ij. vel. iij. ver. Secundo fallit alia dubitatio de alimentis ipsarum filiarũ ꝛc. ibi, immo ⁊ si testator ita non disposuisset.
7 ¶ † Ad sextũ dico ⁊ respondeo, φ dicta Joanna potest petere non solum supplementum legime, sed etiam fructus illius, auť. nouissima. ⁊ qđ ibi glo. C. de inoffi. testa. l. papinianus. §. vnde si quis. ff. eo. titu. ⁊. l. in fideicommissariam. in princ. in prima glo. ad fi. ff. ad trebel. de quo Bal. in. l. non est. C. famil. erciscun. et Alexand. de Jmol. consi. lxix. exordiente, Super primo dubio queritur an dicta Agnes ꝛc. in primo volu. ⁊ Joan. an. in addit. Specu. titu. de pigno. §. sequitur. in addi. que incipit, Si vsusfructus debeatur. Et puto φ isti fructus peti possint ſm quotam ⁊
8 ratã bonorũ: † quia dicta Joanna petere potuit supplementum dicte legitime sibi consignari in bonis seu in substantia bonorũ dicti quondam Andree, nec tenebatur vel tenetur illam recipere in pecunia. dicta. l. scimus. §. repletionẽ. C. de inoffic. testa. qđ etiã voluit Bart. in. l. suus quoq;. ad fi. principij. vbi etiã Joan. de Jmol. col. viij. ff. de heredi. institu. Alexã. de Jmol. in. l. non amplius. §. fi. ff. de lega. j. ⁊ alij in alijs locis. Et per hoc patet responsio ad sequens quesitum, sc3 φ pro supplemento legitime debẽt eidem Joãne assignari seu adiudicari aliqua ex bonis dicti quõdam Andree. Et hec quo ad primum dubium principale.

Venio ad secũdũ casum ⁊ dubia, que ex casu huiusmodi eliciuntur. Et primo ad primũ: qđ cũ dicta Joãna fuerit soror vtrinq; coniuncta illarũ duarũ sororũ, q̃ facte puberes dicunť ab intestato decessisse, superstitibꝰ matre, duobus fratribus, ac ipsa Joãna, ⁊ alia sorore vtrinq; cõiunctis, dicta Joanna vocata est ad illarum successionẽ in partẽ virilem. auť. defuncto. ⁊ in corpore vnde sumiť. C. ad tertul.
9 ¶ † Ad secundum dico φ in illo queritur de multis: et primo an prohibitio patris, per quam voluit illas suas filias, de quibus ibi, non posse aliquid vlterius petere ꝛc. de iure valuerit. ad qđ respondeo φ nõ. auť. vt cũ de appella. cogno. §. aliud quoq; capitulũ. ver. ceterũ si qui ꝛc. colla. viij. quod etiã voluit Bal. Sal. ⁊ Pau. de ca. in. l. si quando. §. ⁊ generaliter. C. de inoffici. testa. Bal. ⁊ Pau. ꝺ ca. in dicta. l. omni modo. in principio. Bal. in. l. hac edictali. versi. quã obseruationẽ. C. de secun. nup. Ang. in. l. iubemus. C. ad trebel. Joan. de Jmol. in. l. quod de bonis. §. cũ fideicõmissum. C. ad leg. fal. Alexan. de Jmol. in dicto consilio lxix. ⁊ Benedic. capra. consilio. vj. in primo ⁊ secundo quesitis.
10 † Preterea q̃ritur ibi, ⁊ secũdo: an substitutio, quã illis de hac Joanna ⁊ sororibus fecisse dicitur dictus quondã Andreas eorũ pater, de iure valuerit. ad quod respõde, φ cũ idem Andreas nõ solum nõ reliquerit dictis suis filiabus aliquid vltra legitimã, 3 nec ipsam legitimã, non valuit substitutio eis facta: nec possunt in vim substitutionis huiusmodi aliquid sibi vendicare dicti hꝫdes, vel de summa dictis filiabus relicta, vel de earũ legitima. Et q̃dã nõ in vi3 pupillaris substitutionis, postq̃ ille sunt mortue facte puberes. l. in pupillari. cũ suis simili. ff. de vulga. ⁊ pupilla. nõ etiã in vim fideicommissarie substitutionis, quia dicte filie grauari non potuerũt in dicta earũ legitima. l. coheredi. §. cũ filie, ⁊ quod ibi docto. ff. de vulga. ⁊ pupilla. et. l. ex tribus. C. de inoffi. testamẽ. Et sic nõ obstante substitutione eis facta, sibi ab intestato equis portionibus successerũt mater, fratres, ⁊ sorores superstites. Si vero idem quondã Andras aliquid eis reliquisset vltra ⁊ preter legitimam, ipse potuisset in illo pluri substituere, prout sepius consuluit Barto. ⁊ alij: super quo vt pote non necessario non insisto.
¶ Ad tertiũ dico ⁊ respõdeo φ dicta Joãna habere d3 partẽ et portionem nõ solum de legato dictis eius sororibus iure institutionis relicto, sed etiam de eo quod eis debebatur pro supplemẽ
11 to earũ legitime: † quia actio personalis, scilicet cõdictio ex lege omni modo, que idem competũt pro dicto supplemento. dicta. l. omni modo. ⁊ quod ibi gl. Rayne. ⁊ Pau. de cast. C. de inoffi. testa. ⁊ Ang. in dicta. l. papinianus. §. si conditioni. ff. de inoffi. testamen. hodie competit dicte Joanne, ⁊ alijs coheredibus suis, ⁊ heredibus dictarum filiarum: ⁊ istud non habet dubium.
¶ Ad quartum dico ⁊ respondeo, φ non solum poterit ipsa Joana petere partem legitimarum dictarũ suarum sororum: sed etiã partem fructum perceptorum ex legitimis huiusmodi. Si autẽ queratur

queratur q̄ntum eis debere retur pro huiusmodi legitimis, respondeo ꝙ cum dicto Andree superfuerint sex liberi, scilicet duo filij ⁊ quatuor filie, horū omniū legitima fuit semis, seu dimidia pars bonorum dicti quondam Andree, eorum videlicet que superfuerunt deducto ere alieno ⁊ funeris impensa, authenti. de trien. ⁊ semis. §. j. colla. iij. ⁊ transumptive in dicta autheti. nouissima, iuncta dict. l. papinian⁹. §. quarta. Et sic legitima cuiuslibet est duodecima pars predictorum bonorum: que soluenda erat non in pecunia, sed in substātia bonorum defuncti, vt superius dixi in alio articulo. Potest ergo ipsa Joanna petere fructus quinte partis duarum duodecimarum partium predictorum bonorum: de quimus tamen deduci debent expense. l. fructus. cum suis simili. ff. soluto matrimonio.

Nunc esset respōdendū secundum ordinem casus missi, tertio principali quesito concernenti materiam codicilli. Sed quia illi fuit in principio huius sche-
12 dule responsum, hic omitto. ¶ †Venio ad quartum in quo est sermo de cancellatione instrumenti, seu protocoli testamenti facti per socerum dicte Jacobe: ⁊ queritur, an huic scripture cancellate, seu publico instrumento ex ea extrahendo ex commissione iudicis, debeat fides adhiberi. Super quo varij varia scripserunt, vt videri potest ⁊ colligi ex his que not. docto. in. l. proxime. ff. de his que in testamen. delen. ⁊ in. l. si vnus. C. de testamen. ⁊ pro evitatione expensarum, ⁊ ne incidamus in conflictum opinionum, consulo ꝙ pars nostra impetret monitorium generale cōtra eos, qui cācellarunt, aut cancellari fecerunt, seu etiam cōsuluerunt, et
13 cōtra scientes. †Interim vero ne omnino preteream dubiū huiusmodi, dico ꝙ cum istud protocolum fuerit repertum cancellatū, non quidem penes testatorem vel eius heredem, sed penes tertium, illud videtur debere presumi fuisse cancellatum per tertiū, argumen. l. si chirographum. cum ibi not. ff. de probatio. ⁊ eorum que not. in. l. post q̄. ff. de pactis. secundum Pet. Cyn. Rayne. Bald. Ange. Saly. ⁊ domi. Jason may. in dicta. l. si vnus. Bal. Rapha. ⁊ Pau. de cast. in. l. j. ff. de his que in testamen. delē. q̄uis Joan. de Jmol. in dicta. l. proxime. col. fi. quem videtur sequi Alexand. de Jmol. in dicta. l. si vnus, colū. iiij. aliter censerit. Et sequendo opinionem Pet. Cyn. ⁊ aliorum predictorum, videretur ꝙ dicta cancellatio nō vitiaret scripturam, dicta. l. j. §. j. ff. de his que in testamen. delen. ⁊ dicta. l. si vnus. not. glo. super verbo,
14 comissa. †Sed contra hoc vdetur facere regula generalis, qua cauetur, ꝙ scripture habentes huiuscemodi cancellationes sunt suspecte, nec eis datur fides. l. iubemus. C. de probat. ⁊. l. fin. de fi. instru. ſm Rapha. in dicta. l. si vnus. ad quod facit. c. inter dilectos. eod. titu. Propter quod, ⁊ alia, consulo vt supra vellem etiā habere totum tenorem illius note seu protocoli, vt possem pleni⁹
15 respondere veritatem, vel quod mihi videbitur. ¶ †Ad vltimū quesitum dico ⁊ respondeo, ꝙ si attento valore bonorum paternorum ⁊ auie, ⁊ legato facto per matrem, dicta Joanna reperiatur enormiter lesa, ipsa potest prosequi recursum parte eius vt audio interpositum ad arbitrium boni viri: ⁊ cui non lego eam renuntiasse in compromisso. Pro quo allegasse sufficiat quod voluit Barto. in. l. si societatem. §. arbitrorum. columna. vj. versicu. quero vtrum possit renuntiari, ⁊ col. seq. versic. quero que dicitur parua vel magna q̄ntitas. ff. pro so. Alexan. de imol. in. l. si quis arbitratu. colū. fi. versi. postremo Jmol. hic ⁊c. ff. de verborum oblig. Panor. in. c. quintavallis. col. xv. versi. venio ad secundum membrum, de iureiurand. ⁊ alij in alijs locis. Et hec videtur mihi via vtilior pro obtinenda rescissione seu reuocatione sententie arbitralis seu arbitramētalis. Et ita mihi videtur: q̄uis premissa in cursu descripserim, propter celeritatem partis instantis.

1 ¶ Donatum sub conditione an possit pendente cōditione tradi ⁊ transferri dominium.
2 Dominium qualiter transferatur, item ⁊ possessio, nu. 4.
3 Traditio rerum donatarum ficta quomodo fiat.
4 Jus melius vter ex donatarijs habeat, an prior, cui nō reperitur fuisse translatam possessionem, an posterior qui per retentionem vsufructus possessionem ⁊ dominium habet.
5 Cautela pro illo, qui se fundat in constitutione precarij, ad trāslationem possessionis ⁊ dominij.
6 Possessio ⁊ dominium per clauium traditionem an transferantur, ⁊ quarum rerum.
7 Possessio ⁊ dominium rerum absenti donatarum an ratihabitionem quesita.
8 Constitutio an trahatur ad preterita.
9 Jnsinuationi donationis an possit per iuramentum renuntiari.
10 Actus non spiritualis an infirmetur propter precedens iuramentum sibi contrarium.
11 Res expresse obligata vel pignori data pro obseruantia pacti de non alienando an possit alienari, ⁊ quando. 14.
12 Alienatio irreuocabilis an fortius impediatur per hypotecam specialem, q̄ per generalem.
13 Debitor actione hypothecaria conuentus an possit questionem dominij referre in hypotheca speciali.

¶ Epitome.

¶ Cum duobus eadem res donata fuit, is ad quē donans per retentionē vsufructus, vel constitutū, vel cōstitutionē precarij, vel per traditionē clauium dn̄ium ⁊ saltem ciuilē possessionē transtulit, licet posterior sit tēpore: potior est tamē eo, ad quē per simplicē donationē ⁊ ei antea factum nihil huiusmodi peruenit, nec obest ꝙ hic seruata non fuerint requisita per principis rescriptum postea secutum. A. F.

¶ De dona. Consil. clxxxv.



Quamuis donatio quā olim, anno vz domini. M. cccclxij. ⁊ die. xxvi. mensis Junij, fecisse dicitur nobilis ⁊ generosus vir Guido de brezosello, nobili Joanne eius filie naturali ⁊ legitime, tūc future spōse nobilis Aymari alamandi, de eius domo forti Montismartini, cum iurib⁹ pertinentijs ⁊ obuentionibus eiusdem domus, fuerit donatio, non quidem causa mortis, q̄uis in ea de morte mentio habita extiterit sed inter viuos, propter multa de quibus in ea fuit tamen donatio cōditionalis, facta vz sub conditione, si idem nobilis Guido sine liberis masculis naturalibus ⁊ legitimis de suo proprio corpore ⁊ ex legitimo matrimonio procreatis ab humanis decederet ⁊ cuius effectus seu executio collatus est post tēpus mor-
1 tis dicti nobilis Guidonis. †Et q̄uis pendente conditione potuissent res donate tradi, ⁊ sic transferri dn̄ium. l. dotis. §. fi. cū. l. seq. ff. de iu. do. ⁊. l. sub cōditione. ff. de sol. quod etiā voluit Bar. ⁊ docto. in. l. j. §. fiue. ff. de acqui. posses. non tamen apparet ex instrumēto donationis antedicte, ꝙ idem nobilis Guido res donatas tradiderit dicte nobili Joanne. Nō enim ponūtur ibi alique clausule possessionis ⁊ dn̄ij trāslatiue, vt pote cōstituti, aut consti-
2 tutionis p̄carij, vel retētionis vsufructus: †⁊ tamē certum est ꝙ per donationē ipsam, etiam si pura extitisset, nō potuit transferre dn̄ium nisi secuta traditiōe vera aut ficta, ficta. s. que fit per alterā ex dictis clausulis, vel aliam de iure approbatā. l. traditionibus. cum ibi no. per gl. ⁊ doc. C. de pac. ⁊ per doc. in multis alijs locis.
3 †Ex quibus infertur ꝙ cū successu tēporis, Anno vz dn̄i. M. cccclxiij. ⁊ die vltima mēsis Januarij, idē nobilis Guido donanerit donatiōe pura simplici ⁊ irreuocabili, q̄ fit ⁊ fieri dicit̃ inter viuos, nobili Barbe alamandi, nunc dicto Nicolao ex dicta nobili Joāna eiusdē nobilis Guidonis nepoti naturali ⁊ legitimo, domū p̄dictā Mōtismartini, cū dictis suis iuribus ⁊ pertinētijs, retento vsufructu dom⁹ ⁊ bonorū hmōi, dictus nobilis Nicolaus habet iura potiora, vt pote in quē p retētionē vsufructus trāslatum est dn̄ium, ⁊ etiam possessio. l. quisquis. ⁊ qd ibi glo. Salic. ⁊ doc. ⁊. l. si quis argentū. §. sed si quidē. C. de dona. quod etiam voluit gl. in. l. iij. in prin. super verbo animo. ⁊ qd ibi Bart. Alexan. de Jmol. Fran. de are. ⁊ alij. ff. de acqui. pos. Sali. do. Jas. may. ⁊ alij in. d. l. traditionibus. C. de pac. Saly. in. l. licet. C. de acquir. pos. Pau. de cast. cōs. xj. Alex. de Jmol. cōsi. xiiij. col. fi. in primo
4 volu. ⁊ cano. in. c. ex literis, de cōsue. †Cū eīm a iure cōcessum extiterit aliquē posse retinere vsumfructum, necessario sequit̃ ꝙ in aliū transeat possessio ciuilis, ⁊ dn̄ium, vt not. glo. in dicta. l. iij. in prin. ff. de acqui. pos. ⁊ in allegata. l. quisquis. Et queadmodū per retētionē vsufructus transferunt̃ possessio ⁊ dn̄ium: ita etiā trāsferunt̃ per cōstitutū, ⁊ cōstitutionē p̄carij. Pro quo remisisse sufficiat ad remissiōes quas ponit do. Jas. may. in repeti. l. quotiens. colū. iiij. vel circa, ver. v. principaliter limita istā. l. C. de rei vendi. Et qd dixi per clausulas p̄dictas. s. retētionis vsufructus, constituti, ⁊ cōstitutionis p̄carij, transferri possessionē ⁊ dn̄ium, intelligo p̄cedere ⁊ esse verum, si retinens vsumfructū, vel sic cōstituens se tenere ⁊c. dn̄s erat, ⁊ possidebat tēpore retētiōis ⁊ ꝯstitutionis hmōi, alias nō: qz nemo plus iuris ⁊c. l. traditio. ff. de acquirē. re. domi. qd etiā videtur sensisse glo. ⁊ apertius Ang. Jo. de Jmol. ⁊ moderni. in. l. q̄uis. §. si ꝯductor. ff. de acqui. pos. ⁊ voluit Alb. in. l. j. C. de donat. Ange. in. l. quedam. ff. de rei vendi. ⁊. l. ij. C. de
5 acqui. pos. ⁊ cōsi. clxxx. †⁊ dicit vtrobiq Ang. ⁊ Jo. de Jmol. in dicto. §. si cōductor. ꝙ cautus esse debet ille qui se fundat in cōstituto aut cōstitutione p̄carij, vt deducat ⁊ pbet ꝙ cōstituēs possidebat tēpore cōstituti, aut ꝯstitutionis hmōi, alias succūberet, p iura p eos allegata. Et qd dicūt isti in cōstituto, ⁊ cōstitutiōe p̄carij, p̄cedit etiā in retētione vsufructus: quia vt dixi, nemo plus:
6 regula, Nemo plus iuris. de reg. iu. in. vj. †per quā regulam idē dicit Oldr. cōsilio mihi. clix. exordiente, Jn causa hospitalis sancti Eligij Vuisbonēsis. col. j. ⁊. ij. in traditiōe clauū, vt vz per eā trāsferatur possessio ⁊ dn̄ium rei, cuius claues traduntur, si apud

tradendi erat possessio, l. clauibus. ff. de cõtrahen. emptio. ꝛ vẽdi. et qđ not. doc. in dicta. l. traditionibus. ꝛ in allegata. l. iij. in princ. ff. de acqui. posses. ꝛ multis alijs locis. Et ideo si non fuerit parte dicti nobilis Nicolai alamãdi articulatũ, ꝙ dictus nobilis Guido tempore per eum sibi facte donationis, de qua supra, predictã domum fortis, cum suis pertinentijs ꝛ iuribus tenebat ꝛ posside bat iure dominij seu quasi: ꝛ ꝙ ipse domum huiusmodi cũ dictis suis pertinentijs ꝛ iuribus antea tenuerat ꝛ possederat, consulo
7 ꝙ de hoc articuletur. † Preterea etiam expedit ꝙ parte eiusdẽ nobilis Nicolai articuletur de tempore quo ratam habuit donationem, de qua supra, ꝛ sibi tunc absenti factam: quia ante ratihabitionem huiusmodi non fuit sibi quesita possessio nec dominium l. communis seruus. §. j. ff. de acqui. pos. ꝛ. l. si ego. ff. de nego. gest. ꝛ quod not. Alexand. de Jmol. in. l. quod cum eo. in princi. in. ij. col. ff. de acquir. poss. ꝛ. l. qui iure. ad fin. eo. tit. ꝛ cano. in. c. cum venissent. de restit. spol. Alexand. de Jmol. consi. cx. col. ij. in primo volu. Pau. de cast. cõsi. xj. exordiente, in casu presenti visis omnibus ꝛc. moderni in. l. qui absenti. ff. de acquirend. posses. ꝛ do. Jason may. in. l. fin. col. viij. versi. successiue querunt docto. hic princeps ꝛc. de constitu. ꝙuis dominus Gui. pape decisione. xlix. exordiente, Jn processu dicte cause Stephani ꝛc. referat aliter fuisse conclusum. Sed quod predixi videtur mihi securius, etiam si verum esset ꝙ per notarium queratur actio ei, cuius nomine stipulatur, antequam ille ratificet. Cuius tamẽ cõtrarium voluit Alberi. in. l. non aliter. ff. de adop.

Sed forte aduersus donationem, de qua supra, ꝛ illius validitatem opponetur de multis: ꝛ primo quidem ꝙ illa non valuerit, pro eo quia in ea seruata non extiterit solennitas requisita in donationibus inter viuos, secundum dispositionem constitutionis recolẽde memorie dñi Ludouici tunc Delphini, super donationibus inter viuos nõ faciẽdis, nisi sub solennitate de qua ibi. Sed istud non obstat, pro eo quia, vt ex data cõstitutionis huiusmodi clarissime apparet, illa facta fuit Anno dñi. M. cccclvj. ꝛ die vltima mensis Junij: dicta vero donatio facta fuit anno ꝓdicto. M. cccc liiij. ꝛ die vltima mẽ-
8 sis Januarij: † ꝛ sic ante dictam dñicalem cõstitutionem, que propterea huic donationi nõ officit. c. ij. ꝛ. c. penul. ꝛ qđ vtrobiqꝫ per glo. ꝛ docto. de constitu. Adijcio ꝙ donatio huiusmodi fuit iurata: quo fit vt valuerit ꝛ valeat, etiam si facta esset post dictam cõ-
9 stitutionem, per ea que infra dicentur. ¶ † Preterea fortasse opponetur, ꝙ illa vt pote facta sine insinuatione nõ valuerit, saltem quatenus valor predicte domus fortis, suarum pertinentiarum ꝛ iuriũ, ꝛ aliorũ donatorũ excedebat summã quingẽtorũ aureorũ. l. penult. C. de dona. ꝛ qđ not. glo. ꝛ doct. in. l. illud. C. de sacrosanc. eccle. Sed hoc non obstat, pro eo quia ꝛ dicte. l. penult. ꝛ insinuationi fuit per dictum nobilem Guidonem cum iuramento renunciatum: qđ fieri potuit. Pro quo allegasse sufficiat qđ no. Jo. an. in addi. Specu. tit. de instru. edi. §. porro. in vlti. addi. ꝛ post eum Joan. de Jmol. in sua solenni repeti. c. cum contingat. in decimo mẽbro, ver. circa quartum quando fit donatio sine insinuatione de iureiuran. Fran. de are. consi. ij. vbi plene ꝛ eleganter, ꝛ Alex. de Jmol. in. l. nemo põt. col. v. vel circa, ver. Jtem inq̃rtum quesiuit Bar. an statuto vel legi requirẽti insinuationẽ ꝛc. vbi multos refert. ff. de lega. i. ꝛ consil. iiij. col. xj. vel circa, in primo volu. vbi etiam multos refert, super quorũ recitatione nõ insisto, cum videri possint, ꝛ hec opinio sit magis communis. Jnsuper forte opponetur, ꝙ dicta donatio nõ valuerit, pro eo qꝛ forte facta pretenditur contra iuramentum dicti nobilis Guidonis: qui tempore dicte prime donationis, facte videlicet dicte nobili Joanne, iurauerat nunꝙ contra eam per se vel alium facere, dicere vel venire: et post pauca, seqꝫ non fecisse in preteritũ vel facturum imposterum quominus omnia vniuersa ꝛ singula contenta in dicta prima do natione suum debitum sortirentur effectum, rataqꝫ manerent, et
Viso processu cause vertente et pendentis indecise per et inter honorabiles viros Petrum et Laurentium rosseti cives Valentinos, actores ex una parte, et Joanem et Joanonum chaloys reos ex alia, dico et respondeo, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, sententiam diffinitivam fuisse et esse ferendam pro dictis actoribus, et dictos Joanem et Joannonum condemnandos ad petita parte ipsorum actorum.
1 † Pro cuius dicti faciliore declaratione premitto, quod licet conventio seu promissio facta per aliquem, quod alius certum quid faciet, et sic promissio facti alieni regulariter non valeat. l. stipulatio ista habere licere, in principio, et quod ibi per docto. ff. de verborum obligat. et. §. si quis aliu. cu suis simili. institu. de inutil. stipula. conventio tamen seu promissio solenniter facta, per quam quis promittit se curaturum aut facturum quod alius certum quid faciet, est efficax et valida, ut pote promissio non facti alieni, sed proprij l. quotiens quis. ff. de verborum obligat. l. sicut reus. et. l. si stipulatus es. ff. de fideiusso. et. l. fin. §. j. ff. si certum petatur. et quod no. Angel. Joan. de Jmol. et docto. in dicta. l. stipulatio ista habere licere, in princip. Joan. fa. Angel. aret. et Por. in dicto. §. si quis alium. Valuit ergo promissio quam solenniter, hoc est interveniente legitima stipulatione, fecerunt dicti Joanonus prefatis Petro et Laurentio tunc presentibus et stipulantibus, de vez faciendo laudari ratificari et approbari per Catherinam rosete, cum matrimonium per verba de presenti cum dicto Joannono chaloysij contraxisset, ea de quibus in libello parte dictorum Petri et Laurentij in hac causa oblato, et sub pena de qua inibi per eosdem Chaloysios danda et solvenda, si ita fieri non fecissent. Preterea dicti Joannes et Joanonus non solum convenerunt et solenniter promiserunt fieri procurare et facere ratificationem et approbationem predictorum, sed etiam iurarunt: quo casu etiam si non promisissent factum proprium, sed alienum, valuisset tamen conventio et promissio per eos facta, quia sic censeri deberent ipsi Joannes et Joannonus promisisse se facturos et curaturos, quod dicta Catherina ratificaret et approbaret etc. quod etiam fuit de mente Romani in dicta. l. stipulatio ista habere licere. in principio. Pro quo allegat text. cum gloss. in. c. ex literis. et. c. sicut. de sponsa. Et ideo videtur sensisse sub verbo, forte de iure canonico. Joan. fa. in dicto. §. si quis alium. ad fin. Pro quo allegat. c. ex rescripto. de iureiurando. et dicit Fran. de are. in dicta. l. stipulatio ista habere licere. in principio. in. iiij. columna, quod ista fuit originaliter doctrina Bal. in loco quem ibi allegat: sed hunc articulum non prosequor, ut pote non necessarium, cum clare appareat dictos Joanem et Joannonum promisisse se facturos quod Catherina approbaret etc. et sic factum proprium, non alienum.

☞ Premissis vero non obstat id quod habetur in l. titia. in prin. et quod ibi doc. ff. de verbo. oblig. in. c. gemma. et quod ibi doc. de sponsa. Tum quia in casu illorum iurium fuit interposita promissio seu stipulatio penalis, casu quo matrimonium non contraheretur, que propterea damnatur de iure, quia matrimonia debent esse libera: sed in casu nostro non fuit penalis stipulatio interposita committenda in casum in quem matrimonium non contraheretur inter dictos Joanonum et Catherinam: quia nec ipsi Joanes et Joanonus hoc promiserunt: sed fuit interposita stipulatio huiusmodi in casum in quem post contractas nuptias inter eosdem Joanonum et Catherinam ipsi Joannes et Joanonus non facerent ratificari et approbari per dictam Catherinam ea de quibus supra, et plenius in libello predictorum actorum. Et sic non sumus in
2 casu predictorum iurium, sed in casu multum diverso: † ad quem propterea non infertur. l. inter stipulantem. §. sacra. versi. sed hec dissimilia. ff. de verbo. obliga. l. maritus. C. de dona. inter vi. et uxorem. et vulgata. l. papinianus exuli. ff. de mino.
3 † Tum et quia penalis stipulatio interposita inter extraneos, in casum in quem matrimonium non contraheretur inter aliquos eisdem extraneos, non est de iure reprobata, per id quod voluit glo. in dicta. l. titia. quod saltem procedit nisi promissor pene esset coniunctus vel multum amicus illius, de quo promisisset se curaturum et facturum sub pena quod illam duceret in uxorem, vel illi viro nuberet, ut voluit Barto. in dicta. l. titia. et Panor. in dicto. c. gemma. col. ij. vel. iij.

☞ Valuit igitur dicta penalis promissio, ut cum dicti actores sufficienter et plene partim per instrumenta, et partim per depositiones testium probaverint eorum intentionem, ut patet ex discursu processus cause huius debuit et debet sententia pro eisdem proferri, pro eo quia nihil reperitur propositum, deductum, et probatum parte dictorum Joannis et Joanoni, quod intentionem predictorum actorum eliserit. Et primo quidem non id de quo penitus opponere conati sunt in quibusdam eorum acticulis exordientibus, Excipiendo etc. in sertis fo. lxij. scilicet quod cum dicta Catherina nondum esset etatis. xxv. annorum, promissio per eos facta, et quam pretendunt fuisse conditionalem non erat purificata, vel quod dies faciende ratificationis et approbationis eorum, de quibus in dicto libello, nondum evenerat. Quoniam respondeo quod istud non procedit, pro eo quia revera prefati Joannes et Joannonus legitima interveniente stipulatione promiserunt et iurarunt quod incontinenti post contractum matrimonium per verba de presenti, et factas nuptias per et inter ipsos Joanonum et Catherinam, et alias ad primam requisitionem predictorum actorum, ipsi sub pena, de qua in libello predicto, per eos danda et solvenda facerent per dictam Catherinam ratificari et approbari ea de quibus in predicto libello, prout plene videntur deposuisse honorabiles viri magister Claudius ioberti, Innocentius bertoye, magister Joannes de quercu. et frater Bertrandus durandi, super. ij. iij. et. iiij. articulis schedule exordientis, Ut preter et ultra etc. parte dictorum actorum in causa producte, et inserte fo. lxxxv. Cum igitur sufficienter probatum extiterit, et probatum appareat, tam per depositiones testium parte dictorum actorum in causa productorum, quam etiam productorum parte predictorum reorum, quod dicta Catherina adolevit, et est etatis decem et septem aut decem et octo annorum, et quod ipsa matrimonium contraxit per verba de presenti cum eodem Joannono: quodque ipse Joanonus eandem desponsavit in facie sancte matris ecclesie iam sunt tres anni et ultra: fueritque nihilominus etiam probatum per publicum instrumentum parte dictorum actorum in causa productum, et insertum fo. xxxviij. eosdem Joannem et Joannonum fuisse legitime requisitos pariter et interpellatos, quatenus per dictam Catherinam facerent ratificari et approbari ea de quibus supra, quod facere non curarunt: palam infertur eosdem reos incidisse in penam per ipsos promissam. Quibus non obstant proposita et deducta parte dictorum reorum in sexto articulo quorundam pretensorum articulorum exordientium, Replicando etc. parte ipsorum reorum in causa productorum, et insertorum fo. ci. Quoniam respondeo quod licet quidam ex testibus parte dictorum reorum super dicto sexto articulo examinatis conati fuerint deponere, prefatos Joannem et Joannonum promisisse facere per dictam Catherinam ratificari et approbari ea de quibus supra, dum ipsa ad legitimam etatem pervenisset, et non aliter: horum tamen testium depositiones quo ad hanc caudam, et non aliter, non refragantur eisdem actoribus, nec iuvant dictos reos: pro eo quia quo ad hoc ipsi nituntur astruere negativam.
4 † Quo fit ut potius credi debeat dictis quatuor testibus, de quibus supra, ut pote deponentibus super affirmativa, scilicet quod dicti rei facerent predicta ratificari incontinenti post matrimonium seu post desponsationem etc. quam testibus parte dictorum reorum productis, etiam si plures essent, quatenus subijciunt et non aliter. c. cum ecclesia sutrina. de cau. posses. et proprie. not. glo. in. l. diem proferre. §. si in plures. ff. de arbi. glo. in. c. super hoc. de renuntia. et Innocen. in c. veniens. de verbo. signi. in. vj. et Archi. in. c. artaldus. ad fi. viij. q. iij. Quod maxime procedit et procedere debet in hoc casu in quo testes parte dictorum reorum producti non leguntur deposuisse super dicto sexto articulo, prout eos deponere oportuit ad hoc ut probarent non fuisse aliter promissum de faciendo ratificari etc. nisi post etatem legitimam: et maxime quia non dixerunt dictos reos non potuisse promittere se facturos ratificari incontinenti post desponsationem vel post nuptias etc. quin ipsi hoc bene audivissent: quod tamen dicendum erat, secundum theoricam quam ponit glo. in. l. j. §. hoc interdicto. super verbo, annum. prope fi. ff. de itine. actuque priva. glo. in auth. de heredi. et falci. §. si vero absunt. super verbo, vidisse prope fin. et quod ibi Ange. versic. super glo. eadem: ibi, quin ipse viderit. de heredi. et falci. collat. j. Bald. in. l. cum hi. §. nihil au-

tem.columna prima.ff.de trāsactionibus.ꝛ in.l.j.columna secunda versiculo,quero extra quomodo potest probari hec negatiua. vbi etiam idem sequitur Roma.versiculo extra gloss.inquantum Bald.ꝛc.ꝛ Alexander de Imol. columna fina. versiculo vltimo tene menti que tangit Bald.C.de bono.possessio.secundum tabul.Bartol.in.l.heredes palam.circa finem principij,versicu.sed si asserunt contrarium eius quod alij dicunt ꝛc.ff.de testa. ꝛ Joā. de imol.in.l.si bine tabule.versiculo sed tu dic posse saluari opinionem Bald.ff.de iniusto rupto ꝛ irrito testamento. Et huius dicti ratio patet:quia potuerunt dicti Joannes ꝛ Joānonus promittere,ꝙ ipsi facerent ratificari ꝛc.per Catherinam postꝙ peruenisset ad etatem legitimam.Et ad hoc bene aduerterunt dicti testes.Et nihilominus potuerunt ipsi Joannes et Joannonus declarando dictam promissionem promittere,ꝙ ipsi facerent ratificari per dictam Catherinam incontinenti post desponsationē: ad quod non aduerterunt dicti testes parte dictorum reorum super dicto sexto articulo examinati ꝛ auditi.Eorū ergo dispositiōes nō obstāt:nec ꝓbāt negatiuā,quā ipsi testes astruere nitunt.

Preterea etiā non obstāt proposita ꝛ deducta parte dictorum reorū in.xvij.xviij.xix. ꝛ.xx. articulis dictorum articulorum exordientium,Excipiendo ꝛc.et in decimo articulo schedule exordientis,replicando ꝛc.quatenus inibi deduxisse visi sunt,se interpellasse ꝛ requisiuisse prefatā Catherinam quatenus ratificaret ꝛc.Et quidem non deducta in dictis decimoseptimo et tribus sequentibus articulis schedule,Excipiendo ꝛc.quia nihil productum reperitur ad probationem articulorum huiusmodi.Nec etiam eisdem actoribus nocent deducta in dicto decimo articulo.Tum quia illa videntur inepte et impertinenter seu non concludenter deducta:pro eo quia,vt apparet ex deductis in libello et articulis replicatorijs exordientibus,Ut preter et vltra ꝛc.parte dictorum actorum in hac causa oblatis,dicti rei conuenerunt et promiserunt,ꝙ post contractum matrimonium per verba de presenti inter dictos Joannonum et Catherinam,vel postꝙ ipse Joannonus eandem desponsasset, ipsi Joannes et Joannonus facerent ratificari ꝛc.Debebant ergo ipsi rei post dictum matrimonium eandem requirere,ꝙ ipsa ratificaret quod tamē dicti rei se fecisse non probarunt,quinimmo nec proposuerunt,immo potius articularunt de quibusdam pretensis requisitionibus factis,si tamen facte probentur,anteꝙ matrimonium contraheretur inter dictos Joannonum ꝛ Catherinam,vt satis apparet ex tenore dicti decimi articuli.Et sic non
5 obstat.† Tum etiam non obstat,quia difficultas contingens circa adimpletionem promissorum non videtur promittentem excusare a pena per eum promissa si conuenta non adimpleret.l.qui autem.§.sed ꝛ si quis.ff.de constitu.pecu.quod etiam voluit Frāci.de aret.in.l.si ita stipulatus fuero per te sisti.§.possum.colum.j. vel.ij.ff.de verbo.obliga.ꝛ nisi ita esset,dicta promissio esset modici effectus,ꝛ presertim in casu nostro,si per volūtatē dicte Catherine posset promissio huiusmodi adimpleri:ꝛ daret materia fraudandi ꝛ colludendi,vt in casu nostro inter dictos reos ꝛ Catherinam.Ut igitur tollatur occasio huiusmodi,scilicet fraudis cōmittende,ꝛ quia si promissio posset hoc modo resolui,posset de facili esse modici effectus aut nullius,videtur secundum Franciscum de Aretio, vbi supra,quod licet quis fecerit quicquid potuit: ipse tamen promittens tenetur.Preterea supposito,citra preiudicium veritatis, difficultas excusaret a pena,prout aliqui dicere voluerunt,per.l.si vehenda.§.penultimo,ꝛ fin.ff.ad legem rhodiam de iactu.hoc tamen intelligitur procedere ꝛ procedit quando ille fecit quicquid facere potuit.Et sic in casu nostro,si volebant dicti rei a pena excusari,debebāt facere quicquid facere potuerunt ad hoc vt dicta Catherina post contractum matrimonium per verba de presenti ratificaret et approbaret cōuenta ꝛ promissa,quod aperte senserunt Antonius de butr.Panormi.ꝛ domi.Preposi.in dicto capitulo gemma.et Franciscus de aretio in dicta.l.si ita stipulatus fuero per te sisti.§.possum.et Federicus de senis consilio mihi.xxiij.exordiente,Martinus promisit se facturum ꝛc.vel secūdum fuit dominus Pagni.quod tamen dicti Joannes et Joannonus non fecerunt.Et quidem non ipse Joannes,cuius nulla apparet,quinimmo nec proponitur interpellatio aut requisitio de ratificando:non etiam dictus Joannonus,qui non solum nō fecit quicquid facere potuit pro faciendo ratificari,et approbari,sed etiam quod deterius est adiuit egregios viros do.aduocatos pro consilio habēdo pro dicta Catherina,ꝛ contra dictos actores:ꝛ contra quos ipsa deinde causam mouit corā egregio viro domino iudice venerabilis capituli ecclesie Valētineñ.quā etiā ad procuratores,ꝛ grapharios seu scribas sepissime solicitauit:ꝛ testes pro ꝛ nomine eiusdē Catherine corā dominis commissario ꝛ adiunctis produxit,et illos eis monstrauit,prout sufficiēter apparet ex his que parte dictorum actorum probata extiterūt per multos ex testibus productis parte dictorum actorum,ꝛ examinatis super vndecimo et duodecimo articulis schedule exordientis,Ut preter ꝛ vltra ꝛc. ꝛ super decimotertio ꝛ decimoquarto articulis schedule,nihil legitur ꝛc.inserte fo.cxx.Addo,ꝛ hoc sufficeret,ꝙ post factam requisitionem parte dictorum actorum,ꝛ de qua constat per publicum instrumentum in hac causa productum,ꝛ iam supra mentionatum,dicti rei nihil egerunt nec egisse proponuntur pro faciendo ratificari ꝛ approbari ꝛc. quinimo potius fecerunt contrariā, saltem dictus Joannus,quatenus postea dictam causam pendentem corā domino iudice capituli solicitauit,ꝛ testes produxit,ꝛ alia multa de quibus supra. Preterea ꝛ postremo non obstat dicta pretensa exceptio,obstante statuto seu stylo venerabilis curie maioris Viennensis apud sanctum Marcellinum:cuius viribus ꝛ sigillato se submiserūt dicti rei,de quo solum admittuntur tres exceptiones,scilicet falsitatis instrumenti,pacti de non petendo,ꝛ solutionis:vel secundum alios falsi,solutionis ꝛ nouationis,de quarum numero non est predicta exceptio:ergo
6 non erat admittenda.† Et hoc siue dispositio predicta fuerit ꝛ sit statutaria,siue ex stylo.Et primo quidem si sit statutaria,illi standum est,ꝛ inherēdum verbis eius etiam si dura viderentur.l.prospexit.ff.qui ꝛ a qui.ꝛ.l.j.§.si is qui nauē.ff.de exerci.actio.ꝛ qd voluit Bartol.ꝛ post eum moderni in.l.primo.§.primo.ff.quod vi aut clam.docto.in.l.final.ff.qui ꝛ a quibus,ꝛ in.l.ita nobis pu
7 dor.C.de adul.ꝛ in capitu.ex parte.de offic.de legat.† Et idem dico si dispositio huiusmodi fuerit aut sit ex antiquo stylo dicte curie:quia ille tenaciter seruandus est,per id quod not.Cyn.ꝛ alij in.l.ij.C.que sit longa consue.ꝛ pro obseruatione styli curie domi.Cardinal.floren.post Lauden.ꝛ Senze.in cle.sepe.§.ꝛ quia colum.j.inducit.c.ex literis.de constitu.c.in causis.de re iudica. c.ꝙ graui.de crimi.fal.ꝛ quod habetur in.c.per tuas.de senten.ex communi.in.c.mos antiquus.disti.xcvi.ꝛ in.l.j.§.sed ꝛ si que.C. de vete.iure enucle.ꝛ dicti Angeli areti.in suo tractatu malefi. super verbo,necnon ad querelam ꝛc.paulo post medium.versicu. ꝛ primo quero an in accusatione sit necessaria ꝛc. ibi,nam stylus curie ꝛc.ꝙ de stylo curie potest iudex pro sui informatione interrogare procuratores ꝛ alios astantes cum iuramento. ꝛ in actis eorum relationes fieri facere. Pro quo etiam allegat Bartol.ꝛ
8 Flori.in.l.iij.§.fina.ff.de testi.† Et ꝙuis exceptio huiusmodi,ꝛ alie quedam impertinentes admisse extiterint:quia tamen prudenter admisse sunt,scilicet cum clausula,saluo iure impertinentium ꝛc.illarum admissio,etiam si probate extitissent,non nocet prefatis actoribus,nec suffragatur dictis reis:quia dicta admissio censetur conditionalis,facta videlicet sub conditione si admitti debeant. Quo fit vt cum admitti non deberent,ꝛ si non fuerit conditio purificata,non nocet admissio predictis actoribus,per id quod voluit Joan.de imol.in.l.si quando.ff.de legat.j.vbi etiā allegat Bartol.in.l.ambitiosa,ad fin.ff.de decre.ab ordi facien.

Et per predicta etiā dico ꝙ eis non nocent quedam alia excepta,ꝛ parte dictorum reorum sepius repetita in quibus videlicet pretēdunt,ꝙ sponsalia primo contracta per ꝛ inter dictos Joannonum ꝛ Catherinam de iure non tenuerunt,ꝛ ꝙ insequendo sponsalia huiusmodi non fuerit postea matrimonium per verba de presenti inter eos contractum sed fuerunt noua sponsalia,ꝛ noua pacta,in quorum exceptionem contractum pretenditur dictum matrimonium per verba de presenti.Quoniam cum exceptio huiusmodi non sit de numero admissibilium,illa per iam dicta non fuit admittēda:ꝛ quia admissa est cum clausula predicta,scilicet saluo iure impertinentium ꝛc. ꝛ sic conditionaliter,eius admissio nō nocuit predictis actoribus nec profuit dictis reis.preterea valuerint aut non valuerint dicta prima sponsalia,nihil ad rem:quia sponsalia huiusmodi non fuerunt principalis conuentio seu stipulatio,sed promissio de faciendo ratificari ꝛ approbari per Catherinam dum matrimonium contraxisset cum prefato Joannono,quam certū est non esse de iure reprobatam,ꝛ sic contra legem,prout apertissime colligitur ex his que not.Anton.de butr.Panormita.ꝛ domi.Preposi.in d.c.gemma.Ergo stipulatio penalis illi subiuncta,ꝛ in qua fuit pena promissa si non faceret ratificari,valuit,dicta.l.stipulatio ista habere licere.§.alteri stipulari.versicu.plane si veum,per quē tex.probatur ꝙ penalis stipulatio non regulatur secundum naturam illius stipulationis cui adijcitur. Quod etiam voluit Alex. de imol.in.l.stipulationum.§.item in facto.colum.ij.vel circa. de verborum obligationib.Et,vbi verum esset ꝙ ita demum debeatur pena subiuncta stipulationi accessorie,si interfit stipulantis vt fiat id de quo in stipulatione accessoria,vt voluit Hugo.in dict.l.stipulationum.§.item si in facto,per.l.si eum.§.qui iniuriarum.ff.si quis cau.cuius contrarium voluit Alexand.de imol.in dicto.§.item si in facto.colum.iij.hoc,tamen non obesset dictis actoribus

actoribus, etiam si illa stipulatio de faciẽdo ratificari ⁊c. cui adiecta est penalis stipulatio, dici posset accessoria: quia dictorum actorum intererat vt ratificarentur cõuẽta ⁊ pmissa, ⁊ ne ipsis qui dare promiserunt, ⁊ dederunt quadringentos ⁊ viginti florenos, auferrentur dicta bona. Et ita non sumus in terminis in quibus loquitur Hugoli. ⁊ post eum Rapha. in. d. §. item si in facto, quorum etiam opinio non procedit, vt clare ibi probat Alex. de imo. qui etiam respondet. d. §. qui iniuriarum.

1 ☞ Testis an teneatur reddere causam sui dicti etiam nõ interrogatus.
2 Ratio testis de auditu auditus an concludat.
3 Pactum ab initio de dando in solutum, vel de vendendo pro debito rem pignori datã pecunia infra terminum non soluta, an de iure valeat.

¶ Epitome.

¶ Articulorum non admittendorum admissio cũ clausula, Saluo iure ⁊c. non nocet ĩs, contra quos admittuntur. A. F.

¶ De iudicĩs. Consi. ccxv.



Quia post per me alias scripta fuerunt parte magnifici do. Saltus oblati ⁊ producti quidam pretensi articuli exordientes, Ultra deducta ⁊c. dico ꝙ nec illi, aut proposita ⁊ deducta in eisdem refragantur intentioni dictorum nobiliũ de Arro et consortũ, nec iuuant intentionẽ ipsius do. Saltus. Et primo quidẽ nõ quatenus inibi deducitur, ꝙ dñicatura seu dñium dicti loci de Reuesco spectat ⁊ pertinet pro medietate venerabili viro domino priori seu prioratui eiusdem loci. Tum quia istud nõ probatur: nullus enim ex testibus parte eiusdem domi. Saltus in hac causa productis de hoc deposuit. Et si aliquis vel aliqui de hoc deposuerint, eorum dictum non probat,
1 †pro eo quia non reddiderunt causam sui dicti saltem sufficientẽ et idoneam, quam tamen reddere debuerunt etiam non interrogati, per theoricam Innocen. quam ibi sequuntur docto. in. c. cũ causam. de testi. ⁊ in. l. solam. C. eod. tit. Si quam enim rationem
2 reddiderint, illa est de auditu auditus: † que regulariter non concludit ad veram probationem. c. licet. in verbo preter communẽ. de testi. c. tua. ⁊ quod ibi Panor. de cõsanguini. ⁊ affini. ⁊. c. super prudentia. in verbo auditu ⁊ visu. xiiii. qõ. ij. ⁊ quod not. glos. in. l. testiũ. in verbo, presto fuerint. C. de testi. ⁊ Albe. de malefi. in suo tracta. de testi. in prima parte. §. consequenter opponitur cõtra dicta testium esse redditam rationem de auditu. ⁊ domi. Fely. in. c. tam literis. colum. ij. vbi etiã ponit multas remissiones. de testi. Tum ⁊ quia sunt multo plures testes parte dictorum nobiliũ de Arro ⁊ consortum in dicta causa producti ⁊ examinati super articulis in ea nouissime productis ⁊ exordientibus, Proposita et nouissime ⁊c. qui videntur probare contrarium, quatenus testificantur ⁊ deponũt ꝙ ipsi nobiles de Arro ⁊ consortes ⁊ eorũ predecessores, solum ⁊ duntaxat solent in dicto loco deputare officiarios, veluti iudicem, baiulum, notarium et seruientes: per quos, ⁊ non per alios solet inibi iurisdictio exerceri, ⁊ quibus tãꝙ deputatis per veros dominos pareri solet ⁊ obediri. Deponũt etiã ꝙ dicti nobiles de Arro ⁊ predecessores illa facere soliti sunt.

☞ Preterea etiã nõ nocent dicti pretensi articuli, aut contenta in eis, prefatis nobilibus de Arro ⁊ consortibus: quatenus in eisdem deducitur, ꝙ dict⁹ prior loci de Reuesco inibi percipit medietatem iurium ⁊ emolumentorum. Tum quia istud non est sufficienter probatum. Tũ ⁊ quia est vt citra preiudicium veritatis probatum dici posset, hoc ta-
3 men nihil concluderet: † quia licet docto. communiter dicant in l. j. ⁊. iij. C. de pact. pigno. Bart. in. l. ꝗuis. alias calipodius. ff. de solutio. Alberi. ⁊ Salice. in. l. titius. ff. de pigno. actio. ⁊ Cano. in. c. significante. de pigno. ꝙ pactũ ab initio per ⁊ inter creditorem ⁊ debitorem factum, ⁊ quo conuenit, ꝙ nisi pecunia solueretur infra terminũ, res pignorata vel hypothecata vẽderetur, aut vẽdita esset iusto pretio, est de iure validũ, per. l. si fundus. §. fin. ff. de pignori. omnes tamen passim ⁊ indistincte dicũt, ꝙ si ab initio fiat pactum de dando in solutum, vel de vendendo pro debito rem pignori datam vel hypothecatã, si pecunia infra terminum non soluatur, illud pactum est inualidum ⁊ de iure reprobatum: nec distinguunt isto casu, an debitum, pro quo res fuit pignori data vel hypothecata, sit equiualẽs valori ⁊ rei huiusmodi: qđ erat facilimum dicere si quis eorum ita sensisset. Cuz igitur, vt sepissime dictum est, pactum, de quo in actis cause huius, fuerit ⁊ sit pactum legis commissorie factum ab initio constituti pignoris seu hypothece, et pro debito seu pretio pro quo mandamenta et territoria, de quibus supra, obligata extiterũt, illud fuit ⁊ est improbatum, etiã si illa summa, duorum millium octingentorũ ⁊ quinquaginta sex florenorũ ⁊ nouem grossorum, fuisset verum ⁊ iustum pretium locorum, mandamentorũ ⁊ aliorum predictorum. Erãt igitur dicti articuli impertinentes, ⁊ sic nõ admittendi. l. ad probationem. C. de probatio. l. non hoc. C. vnde cogna. ⁊. c. cum contingat. cum suis similib. de offic. delega. Et quamuis admissi extiterint: quia tamen fuerunt admissi saluo iure impertinentium et non admittendorum ⁊c. eorum admissio non nocuit eisdem nobilibus de Arro ⁊ consortibus: quia eorum admissio fuit conditionalis, scilicet si admitti deberent. Et quia admitti nõ debuerunt illi habentur pro non admissis: quia defecit cõditio, ⁊ sic admissio non nocet, per id quod no. Jo. de imo. in. l. si quando. ff. de legat. j. qui etiam dicit ꝙ hoc fuit de mente Bartol. in. l. ambitiosa. ad fi. ff. de decre. ab ordi. facien. Tum etiam non nocent predicti articuli eisdem nobilib⁹ de Arro ⁊ cõsortibus: quia supposito citra preiudicium veritatis ꝙ dicti articuli fuissent pertinẽtissimi, ⁊ sic admittendi, insuper ⁊ ꝙ illi quo ad perceptionem medietatis iuriũ ⁊ emolumentorum dicti loci de Reuesco probati extitissent: non esset tamen probatum ꝙ nobilis quondam vir Baudonus ademarĩ, pretensus debitor, non fuisset grauissime lesus si dictũ pretensum pactũ de iure valuisset, cũ fuerit probatũ parte dictorũ nobiliũ de Arro ⁊ consortũ, loca ⁊ mandamẽta de Reuesco ⁊ Petrarussa, ⁊ alia predicta, valuisse ⁊ valere octo mille florenis, que vt iam dictum est hypothecata extiterunt pro summa duorũ millium octingentorum ⁊ quinquaginta sex florenorum ⁊ nouẽ grossorum. Et si opponatur ꝙ supposito eo quod predixi, citra preiudicium veritatis, scilicet ꝙ dicti articuli quo ad dictam pretẽsam perceptionem meditatis iurium ⁊ emolumentorum probati extitissent, non concluderetur dictum quondam nobilem Baudonum fuisse lesum vltra dimidiam iusti pretĩ, pro eo quia sic videretur ꝙ de pretio seu valore predictorum bonorum deberet detrahi tertia pars tanꝙ spectans predicto prioratui. Dico ⁊ respondeo ꝙ istud non obstat. Tum quia non est verũ ꝙ tertia pars pretĩ seu valoris detrahi deberet: quia testes non deponunt nisi de perceptione medietatis glandagiorum ⁊ herbagiorum, ⁊ sic certorũ particulariũ iuriũ dicti loci de Reuesco, seu eius territorĩ. Tũ ⁊ quia hic non agitur de impugnatione dicti pacti ex capite lesionis excedentis dimidiam partez iusti pretĩ, et sic ex beneficio l. ij. C. de rescin. vendi. ⁊. c. penult. de emptio. ⁊ venditio. sed quia pactum huiusmodi fuit pactum legis commissorie damnatum in pignoribus, ⁊ cuius asperitas si valeret etiaz enormiter grauasset dictum quondam nobilem Baudonum, ⁊ nunc grauaret dictos nobiles de Arro ⁊ consortes.

1 ☞ Fructus pignoris an et quando veniant in sortem computandi.
2 Fructus quanto tẽpore durare presumuntur.
3 Juramentum qua forma adimplendum, ⁊ an impediat compensationem adimpleri.
4 Juramentum an transeat ad heredem.
5 Juramenti dispensatio quid operetur.
9 Conuentio absolute facta de non compensandis vel imputandis fructibus in sortem, an sit vsuraria ⁊ nefanda.

¶ Epitome.

¶ Pactum, ꝙ fructus pignoris in sortem non computentur, est vsurarium, ac proinde inualidum. A. F.

¶ De pact. pignor. Consi. ccxvi.



1 Fructus † ⁊ prouentus qui dicuntur ⁊ probãtur fuisse percepti, ⁊ qui percipi potuerunt, tam per nobilem quondam viruz Arnocetum botarici, ꝗ nobilem Langerium botarici eius filium ⁊ heredem, ex loco seu castro de Rogerio, eius territorio, ⁊ pertinentĩs, debuerunt ⁊ debent imputari in sortem quingentorum et vndecim florenorum: pro quibus, et vt eundem quondam Arnocetum tutum et securum faceret magnificus quondam vir dominus Astorgius de petra, auus paternus magnifici viri domini Antonĩ de petra moderni domini ipsius loci: eidem quondam Arnoceto assignauit locum seu castrum predictum de Rogerio, cum omnibus ac singulis et vniuersis suis iuribus et pertinentĩs. ⁊c. ad habendum ⁊ possidendum, fructibusꝗ prouentibus ⁊ emolumẽtis ipsius castri vtendum, fruendum ⁊ agendum, ⁊ hoc donec eidem Arnoceto fuisset ⁊ esset integre de dictis quingentis ⁊ vndecim florenis satisfactaz. c. j. ⁊. ij. de vsur. c. cũ cõtra. de pigno. l. j. ⁊. ij. de pigno. actio. ⁊. l. j. C. de distra. pigno. Et quia vt puto per acta cause huius apparet, ꝙ fruct⁹ huiusmodi, hoc est percepti, ⁊ qui perci

pi potuerunt ante inchoationem in cause huius, ascendunt ⁊ vl-
tra valorem seu estimationem dictorum quingentorũ ⁊ vndecim
florenorum, illi extinxerũt totum debitum: ⁊ ita fuit locus seu ca-
strum predictum cum suis pertinẽtijs ⁊ iuribus ab obligatiõe pi
gnoris liberatum. d.c.cum contra. l.j.C.de distra.pigno. ⁊ alijs iu
ribus superius allegatis. Et hoc per compensationem de eis seu
eorum quantitate ⁊ valore oppositam in libelo parte ipsius ma-
gnifici Moderni domini de Petra in dicta causa producto. Nisi
forte opponatur, ꝙ de fructibꝰ huiusmodi, vtpote specie quadã,
ad dictam pecuniariam quantitatem compensatio fieri non pos-
sit. Sed hoc nõ obstat. Quoniam respõdeo ꝙ licet de fructibus
vtpote de specie nõ possit fieri compensatio ad quantitatem: po-
test tamen de quantitate seu pretio fructuũ, cuius quantitate seu
pretij factus est ipse Botarici debitor, opponi cõpensatio ad quã
titatem debitam, per id quod habetur in dicta. l.fin.C.de distrac.
pigno. et.c.cum contra. de pigno. et quod not. docto. in.c. ad no-
stram. le premier. de iureiuran. ⁊ quidem ideo Botarici factus est
debitor quantitatis, seu estimationis predictorum fructuum vel
per venditionem, si illos vendiderit ⁊ de venditione appareat, vel
2 alias per consumptionem, que presumitur post triennium: † quia
fructus sunt de his que seruando seruari non possunt, et qui non
presumuntur durare vltra triennium. Pro quo allegari solet glo.
in.l.j. ⁊ quod ibi Bald.C.si aduer. vsucapio. Angel. ⁊ Alexan. de
imol. in.l.j.§.quesitum.ff.ad trebellia. ⁊ Alexan. de imo. vbi mul-
ta inducit consil. xlij. exordiente, Mature ponderatis his que in
premisso themate ⁊c. colum. ij. in primo volumi. Non igitur ob-
stat dicta pretensa oppositio. Etiam nec obstat si forte oppona-
tur, ꝙ dictus magnificus domi. Antonius ideo compensationẽ
predictorum fructuum opponere non oportuerit: quia nõ fuit nec
est in dicta causa rẽus, sed actor, vt quidam dicere voluerunt di-
cto.c.ad nostram. Quoniam respondeo ꝙ vt dicit Ioan. de imo.
et post eum domi. Felyn. in. d.c. ad nostram. colum. iiij. nõ videtur
ꝙ repugnet, ⁊ ꝙ debitor non possit repetere pignus, ⁊ dicere cre-
ditori satisfactuz fuisse ex fructibus perceptis, dicta. l.j. ⁊. ij.C.de
pigno. actio.

Forte vero opponetur ꝙ
ab initio cause huius debuerit ipse dñs de Petra offerre animo
soluẽdi, vel soluere dictos quingẽtos et vndecim florenos, priusꝙ̃
molestare aut vexare debuerit dictum nobilem Botarici, su-
per restitutione dicti loci seu castri de Rogerio, et dictarum sua-
rum pertinentiarum et iurium, attenta forma conuentiõis. Pro
quo forte inducitur dictum.c.ad nostram. le premier. de iureiurã.
3 Sed hoc non obstat. † Tum quia licet iuramentum videatur de
bere impleri in forma specifica: illud tamen non impedit quomi-
nus possit adimpleri compensatio. Pro quo gratia breuitatis, et
quia paschale tempus aliter non patitur, allegasse sufficiat quod
voluit Barto. Angel. ⁊ Cuma. in.l.amplius.ff.rem ratam habe-
ri, ⁊ Alexan. de imol. consi. xij. colum. fina. in primo volumi. ⁊ Io.
fab. in.§.bone fidei. instit. de actio. Pro quo multa inducit Bar
tho. Sozi. in.l.iulianus si heredi.ff.de conditio. ⁊ demonstratio.
⁊ domi. Felyn. in. d.c. ad nostram. vbi videri potest. Tum et quia in
d.c. ad nostram. fructus percepti ⁊ percipiendi non ascendebant
ad valorem summe debite. Quo fit vt nõ sit mirum si ibi dicatur
illos debitores male processisse: quod etiam põderauit Barthol.
Sozi. in. d.l.iulianus. Tum ⁊ quia dictum.c.ad nostram. proce-
dit ⁊ loquitur in illo ipso debitore, qui rem pignori dedit, et iura-
uit ⁊c. de quo propterea dicitur ꝙ metu iuramenti, hoc est ne per
iurium incurrat, ipse debet primo soluere, ⁊ deinde ⁊c. ⁊ hoc pon-
derauit glo. in dicto.c.ad nostram. super verbo pecunia persolua
tur. ⁊ super verbo ad rescindendum. vbi etiam docto. Sed in ca-
su nostro non fuit nec est timor periurij: quia dictus magnificus
Modernus dominꝰ de Petra nõ est ille qui cõtraxit, sed dictus
4 eius auus. † Et sic non potest ipse incurrere periurium: quia iura-
mentum quo ad vinculum spirituale ⁊ periurij est personale, ⁊ non
transit in heredem.c.veritatis. et quod ibi per omnes, de iureiu-
ran. de quo Bald. ⁊ alij in authenti. sacramenta puberum.C.si ad
uer. vendi. Et sic supposito, citra preiudicium veritatis, ꝙ dictus
quondam domi. Astorgius auus paternus, et quatenus si viue-
ret debuisset primo offerre dictum pretium, vt sic periurium eui-
tasset: nõ sic tamen tenebatur ipse Modernus dominus, per pre-
dicta. Pro quo optime facit quod voluit Ioan. por. in.§.extra-
neis. institu. de here. qualita. et differen. et post eum domi. Iason
may. in dicta authenti. sacramenta puberum. colum. x. versic. ⁊ si
dicas que vtilitas. qui satis sentiũt, ꝙ vis iuramenti eo casu quo
non firmat contractum non transit in heredẽ. Quod vel maxime
vel saltem procedere debet eo casu, quo contractus inhibitus est
odio creditoris, vt in pacto legis commissorie, in macedoniano, in
contractu vsurario, ⁊ in similibus, de quibus per Barto. Angel.
et docto. in.l.si quis pro eo.ff.de fideiusso. in capitu. debito. ex. de
iureiur. ⁊ in multis alijs locis. Quia quamuis in his casibus te-
neatur contrahens et iurans propter metum periurij, nisi fuerit
per creditorem iuramentum relaxatum, aut cum eo dispensatum,
vel alias sibi prouisum aliquo de modis, de quibus per doc.c.j. de
iureiuran. secus tamen est in herede qui non iurauit: quia ille nõ
tenetur. Et quidem non ratione contractus: quia ille est nullus,
non etiam ratione iuramẽti: quia illud quo ad vinculum periurij
5 non transit in heredem, vt predixi. Pro quibus facit | quia, vt di
cit Angel. in quadam sua disputatione exordiente, Domina Ca
therina, dispensatio seu absolutio iuramẽti nõ operatur nisi hoc,
scilicet ꝙ contrauenient non incurrat periurium: ⁊ tamen vide-
mus ꝙ si iuramentum fuerit relaxatum, vel iurans ab eo absolu-
tus, poterit ipse contrauenire, dicto.c.debitores. ⁊ quod ibi per om-
nes ergo hoc facere potest heres qui non iurauit, ⁊ cui non est me
tus periurij. Illud autem nõ est dubium quin pactum, de quo in
dicta assignatione, fuerit magis infectum ⁊ vsurariuz, ꝙ̃ illud de
quo in dicto.c.ad nostram. quia in casu dicti.c.ad nostrã. fuit cõ-
uentum de non molestando creditorem, non quidem simpliciter,
6 sed absolute: sed donec facta solutiõe sortis. † Sed in casu nostro
fuit conuentio absolute facta de non compensandis vel imputã-
dis fructibus in sorte: que propterea fuit vsuraria, vt voluit Bal.
in dicta.l.j.C.de distrac. pigno. Bal. in.l.si ea pactione. ⁊.l.si ea le
ge.C.de vsur. Et si certo ꝙ id quod voluit Ioan. an. post Hosti.
in.d.c.ad nostram. scilicet ꝙ in casu illius.c. peti non possit abso-
lutio iuramenti: cuius cõtrarium voluit ibi Panor. hoc tñ nihil
faceret ad casum nostrum, qui (vt predixi) ab illo multuz differt.
Que dixerim sub correctione ⁊c.

1 Denuntiatori maxime leproso an credẽdum sine probatio-
ne, ⁊ si non probet an puniendus.
2 Denuntiator inimicus an repellendus a testimonio ferendo cõ-
tra illum quem accusauit.
3 Testi inimico, etiam si sit in mortis articulo, an credendum.

Epitome

Dicenti sibi ab aliquo venenum esse porrectum non creditur:
quia eo ipso inimicum se eius profitetur. A. F.

De testib. Consi. ccxxij.



1 Cum † vt audio Francci-
sia relicta Matthei iuliani, fuerit et sit honesta
mulier, ⁊ pro tali semper habita, tenta, ⁊ reputata
per ⁊ inter habentes notitiam de eadem, non de-
bet ipsa ad denuntiationem cuiusdam, qui dici-
tur esse leprosus, pretendentis se fuisse maleficiatum, capi vel in-
carcerari, si non subsint alie informationes, ꝙ̃ informatio sumpta
cum isto leproso: quia denuntiatori non creditur, sed debet
ipse probare ea que denuntiat. l.diuus.ff.de custodia reorum. l.ab
accusatione.§.nũtiatores. ⁊ quod ibi no.gl.ff.ad turpilia. ⁊.l.j.C.
de mulie. que se propri. ser. alias si non probet puniendus est, vt vo
luit Barto. in dicta. l.diuus. col. penul. versi. quero vtrum ille qui
denuntiat. Pro quo allegat dictam. l.diuus. ⁊ dict.§.denuntia-
2 tores. Facit pro premissis: † quia cum idem leprosus se faciat ca-
pitalẽ inimicũ predicte Francesie eã sic inculpando, ⁊ de suspsius
leprosi propria persona vt pretendit offensa, ipse debet repelli a iu
dicando ⁊ testificando in hac causa. l.lex cornelia. in princip. cum
ibi not. per Bar.ff.de iniu. ⁊ in.l.j. cum ibi not. per Bal.C.de ra-
3 pto. virgi. l.nullus.ff.de testi. ⁊.l.omnibus.C.eo.tit. † Et testi ini-
mico non creditur etiam si sit in mortis articulo cõstitutus, vt no.
Bal. tit. de pa. constan. in verbo, vasalli, le premier. facit. l.si quis
in graui.§.si quis moriens.ff.ad sillania. Melius igitur ⁊ multo
iustius faciet dominus iudex si abstineat ab incarceratiõe huius
honeste mulieris, ꝙ̃ si ad dictum seu depositionem huius leprosi
eam incarceret, ⁊ sic diffamet: quia per incarcerationem iuste fa-
ctam infertur grauis iniuria incarcerato.

Epitome.

Non obstante matris prohibitione filij habent in bonis eius
legitimam. A. F.

Ad SC. Orficia. Consi. ccxxiij.



Nisi dubio parte pro-
bi viri Claudij matthei patris, ⁊ legitimi admi-
nistratoris filiorũ ⁊ heredum defuncte mulieris
Philippe dicti Claudij quõdã vxoris, mihi exhi
bito, dico ⁊ rũdeo ꝙ postꝙ̃ idẽ Claudius petijt
satisfacere executoribꝰ testamẽtarie dispositiõis dicte Philippe
⁊ iam

ꝛ iā ppter promissionē huiusmodi condēnatus fuit, ꝛ deinde propter contumaciam in non soluendo excommunicatus, si velit ab excommunicatione absolui, opus est ꝙ soluat vel de pecunijs dotis per eum iam receptis, vel de pecunijs pro resta eiusdem dotis adhuc debitis, vel de alijs. Poterit tamen idem Claudius tanꝙ legitimus administrator personarum et bonorum predictorū heredum tantuz exigere a socru sua de resta dicte dotis, ꝙ penes eū et liberos remaneat tertia pars bonorum dicte quondam Philippe: quia cum superfuerint eidē Philippe duo liberi primi gradus, ipsi debent habere pro sua legitima trientē, seu tertiam partem bonorum dicte quondam Philippe, authent. de trien. et semis. §. j. collat. iij. et transumptiue in authēti. nouissima. C. de inofficio. testamen. in quo triente seu tertia parte nec quo ad proprietatem, nec quo ad vsumfructum, potuerunt per matrem fraudari seu ledi, dicto authēti. de triē. et semis. §. j. ꝛ authenti. nouissima. et qd ibi per omnes scribentes, ꝛ quod voluit glos. in. l. quoniam in prioribus. super verbo grauamen, et quod ibi Bald. C. de inofficio. testamen. glos. in. l. omnium. ff. de vsufruc. Cyn. in. l. j. C. eod. titu. Barto. in. l. vxori mee. ff. de vsufruc. lega. Joan. and. in addi. Specu. titu. de pigno. §. j. circa vlti. colum. in addi. exordiēte, Si vsusfructus debebatur, ꝛ Benedi. capra. consi. ix. colum. iij. Quāuis igitur prefata Philippa, vt audio, prohibuerit in dicta sua testamentaria dispositione aliquid peti seu exigi ab eius matre, socru dicti Claudij, quādiu vixerit de resta dotis predicte, que ascendere dicitur ad summam centum ꝛ sexaginta florenorum, siue ad summam octo viginti: ipse tamen Claudius vt pater ꝛc. poterit petere eam summā, que necessaria est ad hoc vt habeat et penes se retineat tertiam partem bonorum dicte quondam Philippe, vt apparet per predicta. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Possessio rerum corporalium an possit acquiri per procuratorem etiam generalem, ꝛ quid in negotia procurante vel gerente non secuta ratihabitione.

2 Apocha recognita an faciat fidem in preiudicium tertij.

¶ Epitome.

¶ Per negotiorum gestorem ante ratihabitionem non acquiritur possessio, que per procuratorem acquireretur. U. F.

¶ De acquiren. pos. Consi. ccxix.



Ulta sunt que facere videntur contra nobilem ꝛ honestam mulierem dominam Margaretam champelle, causam habentem ab honorabili viro Petro baronati oppidi seu loci Anoniaci. Et primo quidem contra eam facit: qu a licet in executionē literarū parte dicti Baronati a curia Cabeoli obtentarū. Anno dñi. M. cccclxxxiij. ꝛ die. xxvj. mēsis Augusti, fuerit quidā Joānes bonifacij seruiēs Delphinalis, habitator Ualētie, immissus ꝛ inductus pro ꝛ nomine eiusdem Baronati in possessionē realē, actualē ꝛ corporalē domus in actis cause latius mētionate, ꝛ hoc anno pdicto ꝛ die decima mēsis Septēbris. hec tñ immissio seu inductio nō videtur profuisse
1 eidem Baronati: † qꝛ licet per procuratorē etiā generalem acquiri possit possessio rerū corporaliū, ꝛ aliarū non spiritualium, per id quod habetur in. l. j. ꝛ quod ibi docto. C. per quas personas. l. j. et quod ibi glos. ꝛ doct. C. de acqui. posses. l. j. §. per procuratorem. et quod ibi glos. ꝛ docto. ff. eod. titu. ꝛ quod not. Bart. in. l. qui mihi donatū. ff. de dona. Anto. de butri. Pe. de ancha. ꝛ Joā. de imo. in. c. accedens. de preben. pro quo allegat Jo. de imol. bonū text. iuncta glo. in. l. si rem mihi surreptam. ff. de vsucap. illa tñ acquiri non potest per extraneū forte negotia procurantem vel gerētem, nisi demū secuta ratihabitiōe facta per illū cuius nomine ꝛc. per id quod habetur in. l. communis seruus. §. j. super verbo procurator. ꝛ quod ibi glo. Jo. de imol. ꝛ docto. ff. de acqui. posses. ꝛ quod no. glo. Joan. de imol. Alexan. de imol. ꝛ doct. in. d. l. j. §. per procuratorem. ff. de acquir. posses. ꝛ Sali. in dicta. l. j. co. j. in secunda oppoñ. C. eo. tit. Cū igitur non appareat dictū Bonifacij habuisse mandatū speciale ꝛ generale a dicto Baronati, insuper nec appareat ꝙ idem Baronati vllo vnꝙ tempore, ꝛ signanter ante immissionē seu inductionē in possessionē dicte domus factā, le Peletier ratificauerit apprehensionē eiusdē domus factā pro et noīe suprascripti Baronati per dictū Bonifacij nō fuit eidem Baronati possessio dicte domus acquisita: ꝛ cōsequenter nec dominiū, quod regulariter non acquiritur nisi secuta traditione. l. traditionibus cum suis simili. C. de pac. que non legitur facta eidem Baronati nisi vt predixi: quod non sufficit.

Et quāuis videat idē posse dici contra dictum Richardum le peletier, qui etiam nō legitur missus ꝛ inductus in possessionem dicte domus, sed quidam Andreas de sancto Martino eius pretēsus procurator: hoc tamen in nullo suffragatur dicte nobili Margarete. Tum qꝛ, vt legitur i actis dicte cause, prefatus Richardus ꝛ frater eundez de sancto Martino procuratorē constituerūt Anno dñi Millesimo cccclxxxv. ꝛ die. vj. mensis Nouēbris, vt constat publico instumēto, inserto fo. xc. per quod forte videtur idē Richardus tacite ratificasse gesta per eundē Andreā: vt voluerunt quidaz dicentes ꝙ per constitutionē procuratoris videtur cōstituens tacite ratificare antea gesta nomine suprascripti constituētis per eū quē procuratorem cōstituit. Et supposito ꝙ hoc non sufficeret in hoc casu: est tamen aliud qd eidē Richardo sufficiat, scilicet ꝙ post illā immissionē ipse possederit, tā per se ꝙ inquilinos dictam domū, vt deponunt multi ex testibus examinatis super. xxiij. xxiiij. ꝛ. xxv. articulis schedule exordientis, Ut eminenti parlamento ꝛc. inserte fol. cxcix. per quod satis cēsendus est idem Richardus ratificasse apprehensionem possessionis dicte domus factam per dictū de sancto Martino.

Secūdo obstat eidem nobili Margarete: quia licet appareat ꝙ dictus Baronati eidez remiserit ꝛ cesserit domū supra mētionatā, ꝛ iura que in ea habebat, ꝛ hoc ex causa dationis in solutū, ꝛ pro solutione seu emenda quorundā iocaliū latius expressorū in instrumēto transactionis celebrate ꝛ inite per ꝛ inter eandē nobilem Margaretam, ꝛ dictū Baronati, ꝛ hoc insi ro fol. ccxliij. seu in schedula ꝛ apocha cōfessionali antea facta p ipsum Baronati: nō tñ sufficiēter apparuit vel apparet de deposito, seu traditione iocaliū hmōi facta dicto Baronati, sed nec etiam sufficienter apparet de confessione antea facta
2 per ipsum Baronati: † quia illa apocha est priuata scriptura, que licet recognita fidem facere posset contra dictū Baronati illaz recognoscentē. l. scripturas. C. qui potio. in pigno. habeā. non tamen fidē aut preiudiciū facit tertio, per id quod no. docto. in. c. ij. de fide instru. ꝛ multi in. l. admonendi. ff. de iureiu. ꝛ sic ex hoc capite videtur dicta datio in solutū fuisse simulata. l. per diuersas, ꝛ quod ibi Bar. col. ij. ver. sed iuxta hoc quero quid si de alijs ꝛc. ꝛ col. iij. versi. quero quid vult dicere text. ꝛc. C. māda. ꝛ quod voluit Fran. de are. cōsil. xcvi. exordiēte, In presenti cōsultatione paucis vtar. col. iij. versi. circa tertiū. ꝛ cōsil. cxxxvij. exordiēte, Clarissime do. collateralis ad dubia mota ꝛc. col. ij. vers. ad quartū est responsum, paulo post principium. Et iste due cause videntur multū obstare eidem nobili Margarete.

¶ Preterea aduersus dictā nobilez Margaretam faciunt alia. Et primo decretum, seu interlocutoria sententia lata per magnificum Delphinale parlamentum, Anno dñi Millesi. cccclxxxiij. ꝛ die. xiiij. mensis Martij, per quaz decreuit ꝛ ordinauit dictum le Peletier fore mittēdum in possessionem realem, actualez, et corporalem dicte domus: que interlocutoria fuit deinde per immissionem in possessionem realem, actualem ꝛc. executioni demandata anno predicto et die prima mensis Julij. Et quamuis ante hanc realem immissionē fuerit dictus le Peletier citatus apportaturus literas et mandata ꝛc. ꝛ visurus eas reuocari. vel pronūtiari nullas: non tamen inhibitum est expresse ne quid interim noui fieret. Insuper et quamuis postea fuerit dictum per dictum magnificum parlamentum, ꝙ domus et pensio ꝛc. iterum et pro tertio inquantu inquantarentur, ꝛ quod deinde citaret nobilis Joannes plouerij dicturus contra inquantus, alś visurus dictum le Peletier mitti in possessionem ꝛc. dictum tamen magnificū Delphinale parlamentum non reuocauit expresse interlocutoriam, ꝛ immissionem in possessionem superius mentionatas, nec decreuit predictum le Peletier expellendum a possessione domus ꝛc. ꝛ sic dictus le Peletier reperitur fuisse in possessiōe anno predicto lxxxiij. ꝛ die decima mēsis Septēbris: qua die fuit pro dicto Baronati in possessionem immissus dictus Joannes bonifacij, qui propterea poterat impedire hanc immissionē que fiebat pro ipso Baronati, etiam supposito ꝙ sua precedens immissio fuisset nulla postꝙ supererāt alia bona debitoris: vt deponunt multi testes. Etiam faciunt contra eum multa proposita ꝛ allegata parte aduersarij, ad inducendum presumptionem simulationis processus literatorij, hoc est literarū compulsoriarū ꝛ immissionis in possessionem parte dicti Baronati: ꝛ presertim ꝙ litere huiusmodi fuerint obtente per seruitores dicti nobilis Plouerij. Itē et ꝙ ante processum huiusmodi fuerit idez Baronati cōfessus habuisse de dote nobilis Magdalene plouerie scuta quadringēta, ꝛ deinde post hec omnia Anno videlicet domini Millesimo cccclxxxvj. et die septima mensis Septembris, confessus est habuisse alia quadringenta scuta, ꝛ hoc in diminutionem dotis ꝛc. quod verisimiliter non fecisset, si ille processus non fuisset fictitius. Nec verisimiliter nobilis Claudius plouerij post solutionem factā de quadringentis scutis auri, ꝛ captionem ꝛ distractionē dicte domus factas

pro scutis tricentis soluisset prefato Baronati quadringēta scuta:quia sic reperiretur idem Baronati habere non solum scuta septingenta in dotem constituta,sed mille ꝛ centum scuta. Nisi forte dicatur ꝙ idē Baronati non receperit summas predictas,sed forte spe future numerationis cōfessus extiterit se illas recepisse. Sed istud non obstat:quia cum matrimonium dictorum Baronati ꝛ nobilis Plouerie eius vxoris durauerit vltra decē annos, opponere non potest prefatus Baronati exceptionem nō numerate dotis,per id quod habetur in auť. ꝙ locum,ꝛ quod ibi gloss. ꝛ docto. C. de dote cau. non numerata.

1 ☞ Procuratorem cōstituens an in dubio ratificare ante gesta nomine constituentis videatur in casu ignorantie.
2 Ordinatio ex hiisdem actis iustificanda.

¶ Epitome.

¶ Qui procuratorem cōstituit ante gesta ratificare censetur, nisi illa ignoret. V. F.

¶ De procura. Consi. ccxx.



Ordinatio quam fecisse dicitur spectabilis vir dominus Viguerius insignis Arelateñ. ciuitatis,p quā ordinauit,ꝙ honorabilis vir Petr⁹ feutrerij exhiberet,ꝛ exhibere haberet librū sue ꝑtense administrationis ⁊c.ꝛ a qua fuit parte eiusdē Feutrerij ad vos reuerēdū patrē dñm vicariū dicte ciuitatis Arelateñ. appellatū ꝛ ꝓuocatū,fuit ꝛ est nulla, ꝛ cessante nullitate iniqua ꝛ iniusta. Nulla quidē,q2 in ea fuit expressa causa falsa,scilicet ꝙ idē Feutrerij cōsenserit cōmissioni,de qua in ea:cuius tamē contrarium est veritas. Iniusta vero,q2 nō apparuit nec apparet de dicto pretenso consensu. Et quidem non de expresso:quia nec de hoc acta sonant,nec ipse confessus est hoc ratum habuisse,nec de hoc apparent instrumenta seu testes. Nō etiam tacito:ꝛ quidem non per cōstitutionē procuratoris postea factam nobili ꝛ egregio viro domino Petro guilloti iuriū professori eximio:†quia licet quis cōstituēdo aliquem suum procuratorem,videatur in dubio ratificare antea per eū gesta nomine ipsius constituentis.l. iulianus. et quod ibi docto. ff. qui satisda. cogan. hoc tamen non procedit in hoc casu,pro eo quia idem Feutrerij in substituendo expresse hoc reseruauit ꝛ excepit,quod facere potuit,cum penderet ab eius mera voluntate. Et propterea potuerit hoc excipere ꝛ reseruare:quia illa antea gesta,seu dict⁹ pretensus consensus per dictum do. Guillotiadhibitus,non,sic erat postea gerendus connexus quin posset non approbari,quinimmo ꝛ reprobari. Sicuti videmus in his que ante constitutionem gesta sunt pro ꝛ nomine cōstituentis eo ignorante,de quibus dicūt docto. quod ille nomine cuius facta sunt,postea constituendo nō censetur ratificasse, argumen.l. qui cum tutoribus.§.fi.ff. de transact.ꝛ.l. si quis ita.§.penul.ff. de testamenta. tute. quod etiam voluit Ioan. andr. in additio. Spec. titu. de procurato:i.§.j. versic. sed quid si procuratorium.ꝛ Alex. de imo. in d.l. iulianus. in prin. Potuit ergo dictus pretensus consensus expresse reprobari, vel non approbari in dicta cōstitutione procuratoris:nec etiam apparet ꝙ tacite hoc fecerit in comparendo coram illis pretensis domi. commissariīs ꝛ computare inchoando,nec hoc videtur posse 2 probari in hac secunda instantia:†quia dicta ordinatio debet iustificari ex eisdem actis,clemen. appellanti. de appellatio. Que dixerim breuiter et succincte sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Confessio extraiudicialis parte absente an valeat,ꝛ si pars sit presens ꝛ non acceptet,an sit nulla.
2 Confessio extraiudicialis coram notario facta parte absente, an censeatur facta in iudicio,ꝛ valeat. 4.
3 Cōfessio liberatoria pte absente,ꝛ extra iudiciū facta an teneat.
5 Ius alicui ex contractu acquisitum an debeat acceptari cum omnibus suis clausulis.
6 Iuramētū ꝓbationē supplet,ꝛ an possit deferri ex officio iudicis.
7 Veritas perquirenda,ꝛ non occultanda.
8 Actio de dolo contra tertium impedientem quando detur.
9 Actio de dolo propter inaduertentiam an debeat dari notario.

¶ Epitome.

¶ Confessio extraiudicialis confitenti non preiudicat,nisi pro illo cuius interest stipulante notario. V. F.

¶ De confessio. Consi. ccxxi.



Etiam si sufficiēter apparuisset de quadam quittantia,seu confessione, quam absentibus Ioanne de auronis ꝛ Ioanna coniugibus fecisse dicitur honorabilis vir Franciscus guigonis,Anno incarnationis dominice Milesimo quatercentesimo nonagesimo tertio, ꝛ die vigesima secunda mensis Aprilis:huiusmodi tamen quittantia seu confessio eisdem de Auronis ꝛ Ioanne prodesse non poterat, nec nocere 1 dicto Francisco:†pro eo quia illa facta fuit,si ꝛ quatenus appareat illam fuisse factam,absentibus eisdem de Auronis ꝛ Ioanna,ꝛ extra iudicium:ergo non valuit, vt voluit glo. ꝛ docto. magis communiter in.c. ex parte. de confessis,ꝛ clarius hoc tenent gl. vbi etiam Panormi. in.c. si cautio. de fide instrumen. ꝛ legi. in.l. generaliter. C. de non numera. pecunia. nec ad validitatem confessionis sufficit presentia partis:sed opus est ꝙ fiat parte presente ꝛ acceptante,vt sentit Cy. in.l. vnica. questio. vj. vbi etiam Salice. in.xv. oppositio. C. de confes. Salice. in.l. generaliter. questio. vj. C. de non numerata pecu. ꝛ in.l. iubemus. C. de libera. causa. vbi etiam refert se ita sepius consuluisse:quod etiam voluit domi. Iason may. in.l. error. colum.j. C. de iuris ꝛ fac. ignoran. ꝛ in l. post ꝙ liti. colum.j. C. de pac. ꝛ vtrobiqꝫ ponit multas remissio-2 nes,que videri possunt.†Forte vero opponetur ꝙ cum confessio predicta facta extiterit sub presentia notarij, illa videatur fuisse facta in iudicio. Sed hoc non obstat. Pro quo allegasse suffici-3 at not. per gl. Salic. ꝛ doct. in.l. iubemus. C. de liber. causa.†Etiam nec obstat si forte opponatur,ꝙ quis confessio extraiudicialis facta ad obligandum,ꝛ parte absente non valeat:si tamen fiat ad liberandū:illa valet quo ad hoc vt possit pars absens opponere doli exceptionem,vt videtur sensisse glo. in.l. non solum.§. si liberationis. ff. de libera. le. Quoniā respondeo ꝙ contrarium, ꝛ verius,tenuit glo. in.l. idem si duobus. ff. de pac. ꝛ in.l. pomponius. ff. de nego. gest. quod etiam voluit Bartol. in dicta.l. non solum.§. si liberationis. Federi. de sen. consili. mihi. cclxix. exordiente, An.l. post ꝙ liti. Pau. de cast. consilio. lxxxiij. exordiente, Ad id quod queritur satis clara patet responsio ⁊c. ꝛ Panormi. in.c. ex parte. colum.v. ver. secundo casu ⁊c. ibi, Item valet confessio facta ⁊c. de confes. ꝛ domi. Iason may. in.l. tale pactum. in princ. in prima colum. ff. de pact. vbi allegat Barto. in dicta.l. non solum.§. si liberationis. ꝛ Cano. in dicto.c. si cautio. Pro 4 quo dicit esse bonam glo. in.l. illud. C. de sacrosanct. eccles.†Nec obstat si opponatur,ꝙ confessio facta etiam parte absente valeat,quando fuit facta sub presentia notarij, vt voluit Barto. in.l. cum quis decedens.§.j. ff. de legat. iij. ꝛ Bal. in.l. rationes. C. de probatio. Quoniam respondeo ꝙ Barto. ꝛ Bald. loquuntur eo casu quo notarius presens fuit stipulatus nomine ꝛ vice absentis. Et ita eos etiam intelligit dominus Iason mayn⁹ in dicta.l. tale pactum. in principio in prima columna versiculo tertio intellige.

Preterea quittātia seu cō-5 fessio predicta†ideo etiam non potuit nec potest preiudicare dicto Guigonis,nec prodesse prefatis de Auronis ꝛ Ioanne:quia tempore quittantie huiusmodi ꝛ in ea fuerūt reseruate ꝛ excepte certe expense,que parte dicti Guigonis fuerunt petite taxari,ꝛ de quibus deposuerunt testes parte eius producti. Ille igitur peti potuerunt non obstante dicta quittantia seu confessione, per ea que not. docto. in.l. si ex cautione. ff. de non numera. pecunia. Nec obstat quod ex aduerso vel oppositum vel allegatum dicitur,scilicet ꝙ pro eis debuerit idem Guigonis experiri, non contra ipsos de Auronis ꝛ Ioannam,sed contra venerabilem virū dominum Geruasium de ystrio presbyterum. Quoniam respondeo ꝙ ille,cui acquiritur ius ex contractu,debet acceptare cōtractum huiusmodi cū omnibus clausulis in eo appositis.l. caius. ff. de manumis. vindic. ꝛ.l. ij. ff. de reb. eo. ꝛ quod not. Bald. ꝛ post eum domi. Iason may. in.l. cōtra iuris ciuilis regulas.§. si filius. ff. de pact. ꝛ Bald. in.c. nihil. de elect. Supposito igitur citra preiudicium veritatis ꝙ dicta pretensa quittantia seu cōfessio de iure valuisset,prout tamen non valuit,nec valet,ꝛ predicti debuissent ꝛ deberent dicti de Auronis ꝛ Ioanna quittantiam seu cōfessionem recipere cum suis clausulis,ꝛ sic cum reseruatione dictarum expensarū,per predicta. Nisi forte opponant ꝙ de reserua-6 tione huiusmodi non sufficienter apparuerit.†Sed istud non videtur obstare,cum saltē duo deposuerint:ꝛ si aliquid deerat plene probationi, potuit iuramentum deferri in supplementum plene probationis,per ea que not. doctores in.l. admonendi. ff. de iureiurando.l.in bone fidei. C. eodem titulo. et Canoni. in capitulo finali,eodem titulo. et potuit deferri iuramentum huiusmodi etiam ex officio iudicis, vt not. Salice. in dicta.l. in bonefidei. columna penultima,versiculo, item quod iudex ex suo officio. et Alexander de Imola consilio. liiij. in primo volumi. Ex quibus infero ꝙ sententia dudum lata per venerabilem virum dominum Antonium bruni, promulgata pro dicto Guigonis,et contra dictos de Auronis et Ioannam, fuerit plene et iuste lata,ꝛ quod consequenter fuerit male et contra debitum iuris cassata

tis cassata & reuocata, reuerentia salua dixerim egregiorum dominorum, qui illum reuocarunt, et dictos de Buronis & Joannam ab impetitis absoluerunt, & quorum sententie fuerūt & sunt reuocande: Nisi forte opponatur, quod appellatio nouissime interiecta parte dicti Guigonis, fuerit & sit deserta, pro eo quia causa illius finita non extitit infra primum fatale. Sed hoc non videtur obstare. Pro eo quia idem Guigonis fuit impeditus facto notarij, qui tempore expeditionis processus facte eidem Guigonis pro obtinenda consultatione totum processum non expediuit, sed penes eum remanserunt omnes termini tenti ab Anno domini Millesimo. cccc.xcviij. et die decimaquinta mensis Decembris, vsq; ad diem expeditionis processus: qui postea portatus est Stephano Bertrando consiliario huius Guigonis, qui propter ea nihil potuit recte consulere, vt satis cognosci potest ex literis per eundem Stephanum missis reuerendo patri & viro egregio domino Joanni de pomerolis in causa productis & insertis fol. cxliij. De quo etiam poterit officio reuerēdi patris & viri egregij domini iudicis cause huius dominus scriba & notarius eiusdem

7 cause interrogari. † Et non solum potest hoc fieri ipsum do. iudicem, sed etiam debet, vt veritas reperiatur, & vt nō occultetur, & vt illi reperte locus sit. l. si eum. in fine principij. ff. si quis cau. l. ij. C. de eden. l. fina. in fin. cum suis simili. ff. de probatio. & comperta veritate debebit tempus impedimenti deduci de primo anno:

8 † quia licet appellanti impedito facto tertij currat primus et secundus annus, non obstante impedimento huiusmodi, & eo casu detur actio de dolo contra tertium impedientem, & ipso non existente soluendo peti possit & dari debeat in integrum restitutio ad tantum tempus quātum facto tertij fuit sibi ablatum, vt voluit glo. in. l. arbitrio. §. dolo. & quod ibi Bar. ff. de dolo. aut. itē si appellatione, & quod ibi docto. magis cōmuniter. C. de tēpo. appel. & doct. magis cōiter in. c. ex ratiōe. de appel. & glos. in. l. fi. ff. de eo

9 per quē fac. erit. † hoc tamē nō videtur procedere cōtra notariū: quia nō puto quod ipse dolose pretermiserit ordinare & describere in processu misso illos terminos, sed vt puto propter varias occupationes, vel forte propter inaduertentiā: super quo poterit ipse examinari. Et sic non potest dari actio de dolo contra eū. Debet ergo sibi prouideri per deductionem seu detractionem temporis impedimenti: quod etiā voluit Pau. de cast. consilio. xxj. exordiente, In causa desertionis appellationis &c. col. iiij.

1 ☞ Prodigus, cui interdicta est bonorū administratio an possit contrahere cum iuramento, & ex illo obligetur.
2 Cause cognitio in bonorum administratione interdicenda prodigo an premitti & interuenire debeat.
3 Prodigalitas qualiter probāda, item & dementia.
4 Prohibitio alienationis facta per iudicem an reddat alienationem nullam, sicut facta per testatorem.
5 Interdictio administrationis prodigo facta an in locis publicis promulganda.
6 Precarij constitutio ciuilem possessionem transfert.
7 Possessionem suam continuans an dicatur spoliare.
8 Fructus bonorum non dotalium an spectent viro pro matrimonij onere.

¶ Epitome.

¶ Qui donationem per se factam sub pretextu fatuitatis aut prodigalitatis reuocare nititur, nisi id ad vnguem probet, frustra laborat, frustra vxoris bona alia quam dotalia debere se gubernare cōtendit. A. F.

¶ De reuocan. dona. Consi. ccxxij.

1 Olim † fuit et hodie est magna difficultas inter scribentes, an prodigus, & cui tanquam tali interdicta est bonorum suorum administratio obligetur ex iuramento per eum prestito in contractu, & an id quod per eum geritur cū iuramento valeat, vt colligi potest ex his que not. scribentes in l. is cui bonis. ff. de verb. obl. & plenius in. l. is cui bonis. ff. de verb. obli. Cano. in. c. cū cōtingat. & maxime Joā. de imol. in sua solēni repeti. in tertio mēbro, de iureiu. & Fede. de sen. cōsi. xxxj. Et supposito quod opinio Fede. in dicto cōsi. Bar. & seq. qui multi sunt in. d. l. is cui bonis. ff. de verbo. obliga. volentiū quod prodigus huiusmodi non obligetur etiam cū iuramento, esset de iure verior per rationes, & quidē copiosissime inductas, per eos qui hanc partem sequūtur & tenent: adhuc tamē dubitarem de viribus donationis, quā fecisse dicitur prouidus vir Joannes raynardi Magdalene eius vxori leprose, pro eo quia idem Raynardi nō fuit per egregiū virum dominū iudicem Buxi & viceballiuum baroniarū Medullionis & Montisalbani declaratus prodigus: & si fuisset, non forte valuisset eius declaratio, pro eo quia ipse non premisit nec adhibuit opportunam cause cognitionē, Cū enim de preiudicio dicti Raynardi

2 ageretur: † quia de sibi auferēda seu interdicenda bonorū suorum administratione, debuit ipse citari, & premitti cause cognitio, & inquiri de per eū prodigaliter gestis. l. obseruare. ff. de curato. furio. quod etiam voluit Ange. in. d. l. is cui bonis. ff. de verbo. oblig. & sequitur Andr. barba. col. xviij. ver. & circa predicta. Pro quo allegat dictam. l. obseruare. & l. si deserta. C. si propter publi. pensita. & sequitur etiam Francisc. de are. in dicta. l. is cui bonis. colū. iiij. versicu. item adde &c. & hec est communis opinio. Hanc autē cause cognitionem non premisit ipse do. viceballiuus & iudex sed pretermissa citatione dicti Joanis, & eo non audito commisit honorabili viro magistro Raymundo martini notario, & sue curie scribe, vt de & super expositis per quosdam dominos parentes et affines eiusdem Joannis se informaret: qui deinde eodem Raynardi non vocato iuramētum recepit a quibusdam probis, quod efficaciter fieri non potuit. l. si quando. C. de testi. & c. in nomine

3 domini. eodem titulo. † Preterea illi testes deposuerunt multum obscure, et nimium generaliter. Si enim per eos debebat probari prodigalitas, oportebat quod deponerent de actibus prodigalitatis, & quomodo prodigaliter viuendo forte luxuriose, vel ludendo, vel donando, vel pretijs vilibus & causa non subsistēte bona sua alienādo, vel alia, ex quibus inferretur prodigalitas. Si enim per eos erat probanda amētia, seu defectus sensus: quia amentia, seu nimia simplicitas, vel carentia sensus non cognoscitur immediate sensu corporali, non enim videtur nec auditur: oportebat igitur quod deponerent de actibus, per quos qui tales agūt cōmuniter dicūtur fatui vel amentes aut insensati, prout dicimus quando agitur de probando aliquē esse furiosum: quod tū nō fecerūt testes

4 producti. Propter quod quamuis interdictio administrationis facta alicui per iudicē alias multū operetur, etiā si nō fiat ex causa prodigalitatis, vt voluit Pau. de cas. in. d. l. is cui bonis. col. ij. ver. sed quid si fiat nō ex iusta causa. ff. de verb. oblig. Pro quo allegat. l. de pollicitationib9. in fi. ff. de pollicita. l. creditores. in fi. C. de priuileg. credi. l. diuus. ff. de petitio. heredi. & quod not. Bartol. in. l. filiusfamilias. §. diuus. ff. de legat. j. qui videtur tenere quod prohibitio alienationis facta per iudicē reddit alienationē nullā, sicut facta per testatorem. Ego tamen propter premissa multū dubito, pro eo videlicet quia, vt predixi, non fuit premissa cause cognitio, prout premitti debuit, quamuis interdictio fuerit facta eidem Joanni & Guillielmo patri presentibus & consentientibus: sed adhibitio huius consensus non facit valere interdictionem, que alias nō valebat, sed erat nulla.

5 ☞ † Preterea aduertendū est quod Pau. de cast. in. d. l. is cui bonis. col. fi. dicit, quod nō sufficit fuisse prodigo factā interdictionē administrationis: sed oportet quod illa publicetur in locis publicis, & hoc vt. d. l. is cui bonis. locū habeat. Pro quo allegat. l. sed si pupillus. §. de quo. & §. prescribere. ff. de instito. Et hoc dictū Pau. dicit Fran. in. d. l. is cui bonis. se putare seu credere esse verum: quia secundū eū probatur a cōtrario sensu in. l. si sciens. ff. de cōtrahē. emptio. Pro quo facit. l. si ab eo. ff. de vsucapio. Fateor tamē quod Jo. de imo. in. d. l. si ab eo. videtur sentire contrariū: quē sequitur Alexand. de imo. in. d. l. is cui bonis. Et ita hec materia in multis eius passibus & pūctis est in cōflictu opinionum, & profecto nō est sine dubio, si velimus cū effectu cōtendere, quod donatio predicta fuerit & sit nulla ex solo capite prodigalitatis seu interdictionis, de qua supra: quā nō puto multum valere. Et sic si nō haberet idem Raynardi aliud fundamē-

6 tum, donatio predicta valuisset, per ea que alias dixi: † & quia idē Raynardi cōfessus fuit se precario nomine prefate Magdalene eius vxoris tenere & possidere pratū donatū, fuisset in eam translata ciuilis possessio. Pro quo allegasse sufficiat quod voluit glo. fi. in princi. in. l. ab emptione. vbi etiam Ange. col. iij. versi. sequitur in glos. &c. ff. de pac. Ex. in. l. cū falsa. ver. quarto quero. & seq. C. de iur. & facti igno. Albe. in. l. error. C. eo. titu. Bald. in. l. cū nemo. colum. ij. C. de acqui. posses. Vita. de Cāba. in suis clausulis. §. enumeratiua verba cōfessionis. col. vj. Et propter hanc possessionē ciuilem translatā per confessionē predictā potuisset dicta Magdalena etiā inuito eodem Raynardi apprehendere possessionē naturalē, vel sua propria authoritate ingredi pratum, & illud possidere etiam naturaliter. Preterea de hoc fuit sibi data facultas in instrumento donationis.

☞ Restat vt breuiter me expediā, quod nisi probari possit istū Joannē esse amentē vel fatuū, seu adeo simplicem, vt nō intelligat quid agat, vel quod tēpore donationis & ante erat & fuerat notorie prodigus, erit difficile obtinere in iudicio possessorio. Super quo etiā nō est litigandū corā dicto do. Viceballiuo, sed coram magnifico Delphinali parlamēto, in quo fuit causa preuenta, & corā quo eadem Magdalena pretēdit se fuisse & esse in possessione dicti prati, & se turbari per dictū Joā-

nem. Nec poterit dictus Joãnes obtinere a dicto magnifico par
lamēto reintegrationē possessiōis dicti prati, qua se spoliatū pre/
tendit, donec auditis partibus ad plenum super causa per ipsam
Magdalenam inchoata, in qua pretendit se fuisse z esse in posses/
sione dicti prati. Pro quo videri potest quod not. Panor. in c.
cum venissent. colum. penult. versic. et ex hoc infero notanter zc.
de in integ. restitutio. Angel. consi. ccxlix. exordiente, Inter alia
c. pacis. colum. iiij. versicu. quid dicemus. z domi. Preposi. in c.
significante. colum. j. z ij. de appella. cum enim ista Magdalena
pretēdat se possidere z se possedisse a tempore donationis z citra,
dicet ꝙ recipiendo herbam zc. non spoliauit dictum Joannem,
7 sed continuauit possessionem. † Quia quis suam possessionem cō
tinuando non dicitur spoliare aduersarium, vt no. Geminia. in c.
ad decimas. colum. ij. de resti. spolia. Habet igitur ipse Joannes
se defendere z deducere iura sua coram dicto magnifico Delphi
nali parlamento. Nec valet cōparitio quā corā eo lego fuisse fa/
ctam, z in qua dicit se tenuisse pratū zc. sed potius facit pro ipsa
Magdalena habente titulum a dicto Joanne, et confessionem
superius mētionataꝫ. Sed oportet deducere alia media, per que
appareat donationem z confessionem non valuisse: z sic donatio/
nem, confessionem, z dationem licentie de quibus supra non va/
luisse: z sic ꝙ per confessionem huiusmodi non fuerit trāslata pos/
sessio in dictam Magdalenam, z ꝙ authoritate predicte licentie
acquiri non potuerit inuito dicto Joanne. Et si possit probari ꝙ
iste sit amens, fatuus, seu adeo simplex, vt superius dixi, scribatur
mihi de actibus per eum gestis, ex quibus comprehendi potest
ista fatuitas, amētia, vel nimia simplicitas: ad hoc vt eis visis, si
mihi videātur sufficere, possim dictare articulos defensionales, z
etiam pro obtinenda restitutione feni ablati, coram dicto magni/
fico Delphinali parlamento producendos, in quibus etiam, si in
eis videro esse bonum fundamentum, deducam materiam inter/
dictionis pro confortatione, que per se sola non sufficeret.
8 † Reperi multa alia quesi/
ta in duob⁹ tiletis: qbus nō oportet nec vt videt multuꝫ expedit
ꝑ nūc respōdere, eo excepto de quo queris, an dict⁹ Joānes sit vsu
fructuari⁹ zc. Ad qđ respōdeo ꝙ nō: qꝛ licet fructus bonorū dota
liū spectēt viro pro matrimonij oneribus supportandis. l. pro one
ribus. C. de iure do. secus tamen est in fructibus aliorū bonorum
vxoris, nisi de consensu vel ea sciente z patiente perciperentur per
virum: nō si ea cōtradicente vel resistente. Pro quo allegasse suffi
ciat not. per Alexan. de imol. in. l. penult. ff. ad legem falci.

1 Dotis titulus quo ad maritum onerosus, z quo ad vxorem
lucratiuus.
2 Mater an extraneus constituens dotem an censeatur tacite do/
nare.
3 Binubus an eisdem penis puniatur quibus z binuba, z que sint
he pene.

Epitome.

Extraneus, vt mater filie, quod in dotem constituit, ei cui con
stituit donare videtur: z binubus vir eidem penis, hoc est priua/
tione proprietatis bonorum, que ex priore ei vxore obuenerant si/
cut binuba multatur. U. f.

De rei vx. actio. Consi. ccxxiij.



Viso casu mihi exhibi/
to parte honeste mulieris Claudie gonterie, dico
breuiter z succincte ad dubia huiusmodi prout
infra: salua tamen visione instrumenti matrimo/
nij dudum cōtracti per z inter probum virum Gi
raudū gōterij ex vna parte, z honestā mulierem Joannā romieue
ex alia, z in cuius matrimonij cōtractu eadē Joāna dicto Girau/
do donasse dicitur tertiā partem omnium bonorū suorū: quod in/
strumentum libēter vidissem propter hanc tertiam partem, vt sic
intellexissem, an hec tertia pars post mortem Matheline, que
ab humanis primo decessit, eidē Giraudo iure dominij spectaue/
rit, an vero solum extiterit huius tertie partis vsufructuarius: qꝛ
si dicte partis vsufructuarius et non dominus extiterit, erit de ea
iudicandū prout de alijs duabus tertijs partib⁹. Salua igitur hu
ius instrumenti visione, dico z respondeo ꝙ cum dicta Joanna
ab humanis decessit, sibi ab intestato successit Mathelina eius
filia in illa tertia parte, quā habuit tempore cōtractorū matrimo
niorum inter eam et dictum Giraudum, et rursum inter Joan/
nem gonterij z eandē Mathelinam, authenti. de heredi. ab inte/
sta. §. j. colla. ix. z trāsumptiue in aut. in successione. C. de suis z le/
giti. libe. Alia vero tertia pars, quam pro dote et in dotem eius/
dem Matheline dedit et constituit ipsa Joanna romieue prefa/
to Joanni gōterij eius genero, eidem Matheline spectauit titu/
1 lo tacite donationis facte per cōstitutionem dotis: † quia quam

uis titulus dotis quo ad maritum sit onerosus, est tamen lucrati
2 uus quo ad vxorem: † quia constituens dotem saltem extraneus,
cuiusmodi etiam est mater, censetur tacite donare illi mulieri pro
qua dotem constituit. l. vnica. §. accedit. ad finem, iuncto. §. extra/
neum. C. de rei vxo. actio. Et cum successiue prefata Mathelina
ab humanis z intestata decessit, superstitib⁹ tribus liberis, quos
ex dicto Joanne gonterij susceperat, scilicet Claudia, Antonino
z Joanna, dico ꝙ his tribus taꝗ proximioribus delata est here
ditas eiusdē Matheline. Et sic dicti tres liberi in his duabus
partibus dicte Matheline eorum matri successerunt, quilibet
videlicet pro tertia parte dicto auhenti. de heredib. ab intesta. §.
j. collat. ix. z transumptiue in authēt. in successione. C. de suis z le
giti. libe. Et cum postea ab humanis decesserint dicti Joanna,
z Antonius, eisdem successerunt Joānes gonterij pater z Clau
dia soror vtrinꝗ coniuncta, auhenti. defuncto, z in corpore vnde
sumitur. C. ad tertullia. quod intelligo esse verum si anteꝗ more/
rentur dicti Joanna z Antonius, prefatus Joānes eorum pa/
ter nondum conuolauerat ad secunda vota: sed si iam conuolaue
rat, ipse non successit nisi in vsufructu medie partis, z Claudia suc
cessit in medietate pleno iure, et in proprietate quo ad aliam me/
dietatem. Et cum post mortem prefate Matheline idem Joan/
nes secundum matrimoniū contraxerit, ipse vel non successit Jo
anne z Antonio in aliqua proprietate, si ante eorū mortē secun/
dum matrimonium contraxerat, vel illam propretatē quā acqui
sierat si prius mortui sunt perdidit. Et sic finaliter tota proprie/
3 tas dictarum duarum partiuꝫ peruenit ad Mathelinam: † quia
eisdem penis punitur vir binubus quibus z mulier binuba. Pro
quo allegasse sufficiat quod voluit Matthe. de mata. in suo tra/
cta. iuris dotium, in secundo membro principali, versi. secundo ca
su quando nos loquimur in patre: vbi etiam domi. Ludouicus
bologninus, in additio. qui pro hoc allegat bonos text. Et idem
voluit Oldrad. consilio mihi. lxxv. exordiente, Quidam habuit
vxorem ex qua duos habuit filios, verlic. ad secundum vero mē/
bruꝫ zc. dictus igitur Joannes vel non successit in aliqua parte
quo ad proprietatem bonorum, que ad dictos Joannam z Anto
nium ex materna successione peruenerant, vt quia ante eorū mor
tem secundum matrimoniū contraxerat, vel si in aliqua parte suc
cesserat etiam quo ad proprietatem, vt qꝛ illi mortui erant anteꝗ
secundo nuberet, ipse postea secundo nubendo perdidit illā par/
tem, z remansit duntaxat vsufructuarius: quia hec est pena mulie
ris habentis liberos ex primo viro, z post mortē illius secūdo nu/
bētis, aut. ex testamēto. C. de sec. nup. ergo z viri binubi, ꝑ ea que
no. Mathe. de mata. Lud. Bologni. z Old. in locis pallē. Et qꝛ
dict⁹ Joānes postea decessit, finitus est vsusfructus, §. finit. insti.
de vsufruc. Et sic dicte due partes spetauerunt z pertinuerūt ple
no iure dicte Claudie post mortem dicti eius patris.
Quo vero ad aliā tertiam
partē, de qua superius feci mentionē, hoc est quā dicta Joanna ro
mieue si primo ab humanis decederet donauit dicto Giraudo ei⁹
secundo viro, dico, z respondeo ꝙ si Giraudus fuerit duntaxat
huius partis vsufructuarius, et sic proprietas spectauerit dicte
quondam Matheline, quod etiam ista tertia pars spectat dicte
Claudie, per ea que superius dixi cum loquerer de alijs duab⁹ par
tibus. Sed si proprietas spectauit dicto Giraudo quandiu vixit,
quia ante eum ab humanis decessit prefata Mathelina, dico ꝙ
quia dicti Joanna, Antonius, z Claudia non habuerunt hanc
tertiam partem a dicta Mathelina eorum matre, sed a prefata
Romieue eorum auia materna, dictus Joānes eisdem suis filijs
quo ad hanc tertiam partē successit pleno iure pro dimidia parte
et pro alia dimidia dicta Claudia illorum soror vtrinꝗ coniun/
cta. Nec aliquid nocuit eidem Joanni gonterij quo ad hanc par/
tem, ꝙ secundo nupserit, pro eo quia viri binubi non impediun/
tur pleno iure succedere liberis primi matrimonij, nisi quo ad bo
na que ad eos ex matre peruenerant: nec propter secundum ma/
trimonium priuantur proprietate bonorum in quibus successe/
rant suis liberis, nisi quo ad bona que ad eos peruenerant ex ma
terna successione: quia nec mulieres binube priuantur, vel succe/
dere quo ad proprietatem impediuntur, nisi quo ad bona que ad
eos peruenerant ex paterna successione, non que ex auitiua, per
id quod ponit Matthe. de mata. in dicto tractatu, in secundo
membro, versicu. quid autem sit de bonis. post Bart. in dicta au
thenti. ex testamēto. C. de secun. nup. Et sic concludendo dico ꝙ
isto casu dicta Claudia habere et habere deberet duas tertias
partes, z medietatem alterius tertie partis bonorū dicte quon/
daꝫ Joāne Romieue. Alia vero medietas dicte tertie partis spe
ctaret heredibus dicti Joānis gonterij, in cuius bonis ipsa
Claudia habere debet legitimaꝫ, que est dimidia pars eius quod
habitura erat ab intesta, si idem Joannes intestatus decessisset,
auhenti. de trien. z semis. §. j. collat. iij. z transumptiue in authen/
ti. nouissima.

ti. nouissima. C. de inofficio. testamen. Supposito ergo valore bonorum predictorum, de quo in dicto casu, videtur dicta Claudia posse agere, et quod sibi non nocet iuramentum.

1 ¶ Clausula, omnes et singulas, in cõstitutione reuocatoria posita quid operetur.
2 Clausula posita in principio aut medio vel fine plurium capitulorum an referatur ad omnia, et in qua materia.
3 Tamen, que dictio sit.
4 Exceptio an debeat esse de terminis regule, et quam naturam habeat.
5 Clausula alicuius dispositionis qualificatoria ad quod referatur.
6 Clausula in medio posita an referatur ad precedentia et sequẽtia, et quid de clausula in fine posita, vt. s. nu. 2.
7 Impetrãs literas generales ad obtinẽda beneficia, et specificans aliquid sine protestatione si succumbat, an possit ad aliud trãsire, et vno omisso aliud acceptare.
8 Oldradus fidelis relator, et doctor doctissimus.
9 Sententia per iniuriam vel imprudentiam contra emptorem lata, an sibi sufficiat ad agendum contra venditorem de euictione.
10 Procurator sufficienti facultate munitus cõsentiens, an et quando preiudicet constituenti.
11 Consentiens alteri donanti rem suam an sibi preiudicet, et quid in legante.
12 Decretum irritans an sit accessorium ad gratiam.
13 Clausula accessoria an sequatur naturã principalis dispositionis.
14 Contractu principali soluto, an solutum accessorium.
15 Pena posita in aliquo actu an intelligenda, si actus principalis valeat.
16 Renuntiatio in cõpromissis posita an intelligenda, compromisso effectum habente et laudo sequente.
17 Precarium et constitutum an reddantur nulla contractu principali nullo.
18 Vacatio beneficij noua an inducatur per mortem cõmendatarij.
19 Possessio beneficij ecclesiastici an possit apprehendi sine titulo.
20 Possessorium retinende palmã cui tribuat, et an requirat maiorẽ colorationem quam possessorium recuperande.

¶ Epitome.

¶ Qui per rescriptum reuocatum beneficij possessionem adeptus est cuius preterea procurator in alium consensit, exclusus est a possessorio recuperande, illo alio ad ius suum persequendum admittendo. V. F.

¶ De diuers. rescr. Consil. cccxxiiij.



Viso consultatiõis thémate mihi misso per nobilem et egregium virum dominum Joannem arzelerij iurium professorem eximium, vna cum copia literarum apostolicarum continentium reuocationem etc. et dubijs ex dicto themate elicitis, videtur dicendum ad dubia huiusmodi prout infra, sub correctione tamen cuiuslibet domini melius sentientis. Et primo ad primum, quod litere apostolice olim concesse reuerendo in Christo patri domi. Vapicensi episcopo per recolende memorie dñm Innocẽtiũ papã octauũ, et breue reualidatoriũ eidẽ do. Vapincẽsi episcopo per sanctissimũ dominũ nostrũ papam modernum cõcessum, censeantur et censeri debeãt reuocate per cõstitutionẽ, quam fecisse dicitur idem sanctissimus do. noster Anno incarnationis dominice Millesimo. cccclxxv. et die. viij. mensis Augusti: in qua legitur quod ipse anno et die predictis, et ex causa inibi mentionata, reuocauit omnes et singulas cathedraliũ etiã metropolitanarũ et aliarum ecclesiarum ac monasteriorũ et prioratuũ, dignitatum, personatuum, administrationũ, officiorum, et canonicatuum, et prebẽdarũ, aliorũque beneficiorũ ecclesiasticorum quorũlibet seculariũ et ordinum quorũcunque, etiã militiarũ regulariũ, cum cura et sine cura vacaturorum, speciales reseruationes et gratias expectatiuas: a qua reuocatiõe solum videtur excepisse speciales reseruatiões et gratias expectatiuas cathedraliũ, metropolitanarum et aliarum ecclesiarum et monasteriorum a sua sanctitate cõsistorialiter factas. 1 † Quo sit vt omnes alie speciales reseruationes, etiam si ille consistorialiter facte extiterint, censeri debeãt reuocate, et hoc propter illud signũ vniuersale omnes, et distributiuum singulas, quod omnia ambit et includit. l. nãque. §. vltimo. ff. de penu lega. l. j. ff. de vsufruc. ea. re. qui enim omnes et singulas dicit, nullã excepisse videtur: exceptis reseruationibus cathedralium etiam metropolitanarũ et aliarũ ecclesiarum et monasteriorum. c. si romanorum. xix. dist. et c. solite. de maio. et obedi. 2 † Forte vero opponetur quod illa clausula, nõ tamen cõsistorialiter a sua sanctitate factas, referri debeat nõ solũ ad precedentia, hoc est ad reseruationes et gratias factas de cathedralibus, etiam metropolitanis et alijs ecclesijs ac monasterijs, sed etiam ad reseruationes et gratias factas de prioratibus, dignitatibus, personatibus, et alijs inibi mentionatis per id quod habetur in. c. secundo requiris. et quod ibi docto. de appella. et quod not. Bartol. et docto. in. l. talis scriptura. ff. de lega. j. docto. in. l. j. C. de libe. preteri. vel exhereda. et in. l. si idem cum eodem. §. fin. ff. de iurisdi. omni. iudic. de clausula posita in principio, aut medio, vel in fine plurium capitulorum, quam dicunt regulariter referri ad omnia. Et ita videtur quod dicta verba, non tamen consistorialiter etc. debeant referri non solum ad precedentia, sed etiam ad sequentia: et sic quod ab hac reuocatione reseruationum et gratiarum expectatiuarum excepte extiterint omnes reseruationes consistorialiter facte per sanctissimum do. nostrum papam, et etiam si ille facte non sint de ecclesijs metropolitanis, vel alijs cathedralibus, aut de monasterijs. Sed obiectio huiusmodi obstare non videtur. Pro cuius solutione premitto quod, vt dicit Bartol. in. d. l. si idem cum eodem. §. fi. et plenius ibi Bal. colum. fi. Barto. in. d. l. talis scriptura. et domi. Fel. in. c. causam que. colũ. iij. versi. clausula refertur. de prescrip. due sunt materie, vna est materia relationis, alia est materia repetitionis. Aliquando enim dubitatur vtrum clausula absolute posita, et que stat per se, referatur ad omnia, vel non: et hec est de qua vt plurimum loquuntur docto. in. c. secundo requiris. c. requisitioni. de appel. l. talis scriptura. et alijs iuribus superius allegatis et Specu. tit. de instru. edi. §. nunc autem videndum. versicu. item excipe. Aliquando vero queritur quo ad qualitatem positam in hac clausula, an videatur repetita in alia: et de ista secundum variationem eorum, in quibus clausula huiusmodi reperitur scripta tractant docto. in varijs locis. Bald. in. l. quemadmodum. §. hec verba. ff. ad leg. aquil. Barto. in. l. pretor. §. erit et differentia. ff. vi bono. rapto. in. l. seie. §. cayo. ff. de fun. instru. in. l. si ita stipulatus fuero si titius. §. chrisogonus. ff. de verb. obl. et tam ipse quam alij in alijs locis. Nunc redeũdo ad propositum dico, quod hic potius sumus in materia repetitionis, quam in materia relationis. Tum quia illa verba, Non tamen consistorialiter a sua sanctitate factas, nõ continent clausulam absolute positam, et que stet per se, vt de se patet. Tum et quia dicta verba, consistorialiter factas, important quandam qualitatem reseruationum, quarum alique fiunt consistorialiter, alie vero non consistorialiter, sed extra consistorium. Et ita reseruationibus accidit fieri sic vel sic. Sumus igitur in materia repetitionis, non in materia relationis. Et ita procedere non videtur obiectio de qua supra. Sed forte nunc opponetur quod ista qualitas, consistorialiter factas, posita in precedentibus hoc est adiecta reseruationibus factis de cathedralibus etiam metropolitanis et alijs ecclesijs ac monasterijs, repeti debeat in gratijs expectatiuis et reseruationibus mentionatis in sequentibus, hoc est factis de prioratibus dignitatibus, personatibus etc.
3 Sed istud non videtur obstare. † Tum quia illa dictio tamen, est dictio aduersatiua. l. qui tamen. ff. de arbit. l. ita tamen. ff. ad trebellianum. et. l. iam tamen. ff. iudic. solu. quod etiam per illa iura voluit Bartol. in. l. prima in princip. versicu. est igitur melior litera, nõ tamen. ff. si quis ius dice. non obtẽpera. et idem voluit Alberic. de Rosa. in suo dictionario, in verbo, tamen. Sic igitur dicta verba, non tamen consistorialiter etc. importãt exceptionem ab eo quod in precedentibus dicitur omnes et singulas cathedralium etiam Stationopolitanarum et aliarum ecclesiarum et mo-
4 nasteriorum. † Quod si ita est: immo quia ita est, hec exceptio debet esse de terminis regule. l. nam quod liquide. §. final. ff. de pe. not. Docto. post gloss. in. l. prima. ff. de regul. iur. et. l. in his. ff. de legi. Paulus de Castro in. l. prima, in princip. in prima colum. versicu. iste intellectus non placet. et ibi plenius Alexand. de imol. colum. iiij. vel circa. versic. item dictum generale positum in princip. etc. ff. si quis ius dicen. non obtẽpera. et plenius Dyn. extra de regul. iur. in. vi. super rubrica, versicu. circa quintum et vltimum. Et si pontifex in hac exceptione excipit reseruationes cathedralium etiam metropolitanarum et aliarum ecclesiarum ac monasteriorum consistorialiter factas, non alias. De natura enim exceptionis non est arctare precedentem generalitatem nisi in exceptatis: quinimo in alijs illam generalitatem seu regulam confirmat. l. quesitum. §. idem respondit. ff. de fund. instru. et instru. lega. authenti. de non alie. vel permutan. re. eccle. §. vt autem lex. colla. ij. not. glo. in. d. l. j. in fin. ff. de regu. iur. et Dyn. in loco superius allegato. Tum etiam non procedit predicta obiectio: quia
5 quicquid iuris sit de clausula posita de per se et principaliter: † hoc tamen verum est quod clausula nõ posita de per se et principaliter, sed solum ad aliquam dispositionem qualificandam, refertur ad illud solum cui coheret immediate, et non ad alia. l. filium. ff. qui dicitur lega. cedat. quod etiam colligitur ex his que per dictam. l. filium. voluit Bar. in. l. fin. ff. de reb. dub. Et idem voluit Pau. de cast. in. d. l. si idem cum eodem. §. fina. versicu. item semper allegatur: ibi, quod aut nõ ponitur in oratione etc. ff. de iurisdictio. omni. iudi.

idem voluit in dicta.l.i.colum.j.versic.vltimo opponitur &c.ibi, sed si non fuit apposita inter diuersa, et ibi etiam domi.Jason may.colum.fina.versicu.sexto limita.Cum ergo dicta clausula, nõ tamen consistorialiter &c.fuerat apposita non quidem de per se,& principaliter,sed ad qualificãdum precedentia,hoc est reseruationes factas de cathedralibus etiam metropolitanis & aliÿs ecclesÿs ac monasterÿs,illa debet dumtaxat ad hec referri,& non ad sequentia.Et quamuis Bartol.videatur in dicta.l.fi.de reb. dubÿs,loqui de clausula que non per se et principaliter,sed ad qualificandam aliam dispositionem ponitur in fine vt tunc videlicet non referatur ad omnia precedentia,sed dumtaxat ad vltimum cui immediate coheret:idem tamen est et esse debet quando clausula huiusmodi adÿceretur non in fine,sed in medio,et ad qualificandum precedentia: vt tunc videlicet solum referatur ad id precedens,cui immediate coheret:quia vtrobiq est eadem
6 ratio.Quia quemadmodum alias clausula in medio posita regulariter refertur ad precedentia et sequentia.l.iÿ.§. filius autem. ff.de liberis et posthu.not. Bartol.in dicta.l.talis scriptura.ff. de lega.j.et alÿ in alÿs locis:ita etiam lcausula alias posita in fi. regulariter refertur ad omnia precedentia,dicta.l.talis scriptura.vbi etiam voluit Bartol.& docto.in dicta.l.si idem.§.fina.ff. de iurisdictio.omni.iudi.docto.in dicta.l.j.C.de libe.preteri.& in allegato.c.secundo requiris. Quod ergo clausula non per se et principaliter,sed ad qualificandam aliam dispositionem,si ponatur in fine,solum referatur ad vltimũ,hoc est ad illud cui immediate inheret,hoc facit & operatur qualificatio:hoc est quia ad qualificandum ponitur:ergo & eadem ratione si ponitur in medio,debet referri ad illud cui immediate coheret,& ad cuius qualificationem posita est:quia vtrobiq est eadem ratio,ergo idez ius.l. illud,cum suis simili.ff.ad legem aquil.quod etiam satis expressit Paul.de cast.in dicta.l.j.versicu.vltimo opponitur.C.de libe.preteri.Et per hec fit responsum ad primum quesitum.

7 **† Ad secũdum quesitũ dico**

& respondeo in primis ꝙ,si prefatus do.Episcopus sciebat illa beneficia,de quibus ibi,se nõ posse acceptare,vt quia sciebat illa alteri debita,illa deberent sibi imputari in diminutionem sue summe,vel ad consummationem gratie perinde acsi illa debita extitissent,per id quod not.glo.in.c.cum in multis,super verbo,variari,& quod ibi Archi.Jo.and.in nouel.& doct.de rescrip.in.vj. & Roma.consili.cccxxix.exordiente,Presens consultatio in hãc incidit questionem.Si vero nesciebat beneficia huiusmodi alteri esse debita,vel sibi non deberi,& sic se non posse illa acceptare, tunc dico ꝙ super hoc sunt opiniones.Dicit enim Hostien.in.d.c. cum in cunctis.col.ÿ.versi.quid si quis impetrauerit ꝙ sibi prouideatur de primo beneficio,ꝙ si impetrans acceptauerit vnum beneficium,non poterit postea variare si illud consequi potuerit c.i.§.penul.de conces.preben.in.vj.Si aũt illud consequi non potuit,vt quia forte is,qui consimiles habebat literas priores in data,prius acceptauerat,arg.c.ex parte.le.i.de offi.delega.vel quia acceptauit beneficium non vacans, & sic non tenuit acceptatio. poterit variare,& aliud beneficium acceptare,arg.l.ÿ.ff.de optio. lega.& q verba intelligenda sunt cum effectu.c.relatum,de cleri. nõ residen.& subiungit ibi Hostiẽ.ꝙ caueat sibi talis impetrans, ꝙ per sententiam succumbat,hoc est ꝙ sententiam contra se proferẽdam super primo acceptato expectet,& succumbat sine collusione:q si colluderet non sibi prodesset,sed obesset.c.ÿ. de collusio.detegenda.& idem si compromitteret vel alias componeret: quia etiam tunc imputaretur sibi,nec posset aliud acceptare, argumento.l.si dictum.§.si compromisso.ff.de euictio.& c. ad audientiam.de rescrip.sed Jo.and.quem magis communiter sequuntur docto.voluit in.c.cum in multis,ꝙ etiam si sine sententta,potissime si ille impetrans portestationem fecerit vt moris,si videns errorẽ & beneficium alÿ debitum illud omittat & aliud acceptet, valeat acceptatio.Pro quo allegat not.per Cõpostel.in.c.capitulũ,circa fi.versi.sed quid si nõ valeat &c.& vltra mediũ.versic.item quid si collatio.de rescrip.& quod no.ipse Joã.and.in.c.in literis, de offic.lega.nã & in casibus cõmendatur qui sententiã non expectat.c.si beneficia.de preben.in.vj.& c.penul.de elect.& subiungit Jo.an.ꝙ tamen oportebit istũ impetrantẽ nunc fidem facere qd beneficium illud sibi nõ debebatur.Et idẽ voluit Phili.de frã. in.d.c.cũ in cunctis.col.iÿ.ver.in glo.fi.vbi etiã allegat idem vo
6 luisse Oldra.consi.cclxiiÿ.quod tamẽ nõ potuit reperire:† sed nõ puto eum male referre nec errare:q est fidelis relator & vir doctissimus.Ex quib⁹ infero ꝙ nisi fuissent sentẽtie late in materia petitorÿ contra hunc do.epm,vel probet illa beneficia esse alteri debita,illa debent sibi imputari:pro eo q secundũ cõmunẽ sententiã perinde habetur & repellitur ab acceptatione aliorũ beneficiorũ,acsi essent debita.Quinimo dicunt Jo.an.& Philip.ꝙ etiã si esset sententia lata contra eum admitteretur aduersarius ad probandum illa beneficia esse debita:& si probaret non prodesset quo
9 ad hoc vt posset acceptare alia,† vt videmus in sententia per iniuriam vel imprudentiam contra emptorem lata,que sibi non sufficit ad hoc vt de euictione contra venditorem agere possit.

19 **† Ad aliud quesitũ dico & re**

spondeo ꝙ cum dominus Joannes feraudi clericus procurator sufficienti facultate munitus consenserit cessionis & literarum expeditioni commende priorateuum inibi mentionatorum, consensus huiusmodi,si secuta est collatio seu prouisio alteri facta, pre
11 iudicauit eidem domi.episcopo,† prout dicimus de eo qui consensit alteri donanti rem suÿpsius consentientis.l.si seruus.§.j.ff. de dona.inter vir.& vxor.l.ÿ.C.si aduer.dona.& l.in edibus.in fin. ff.de dona.& quod not.Bartol.in.l.que dotis.versicu.tertio pone ꝙ consentio &c.& quod ibi Joan.de imol.Alexand.de imol.& docto.ff.soluto matrimonio.prout dicimus de eo qui consentit alteri leganti rem suÿpsius.l.sicut.§.venditionis.ff.quib.mod. pig.vel hypo.sol.quod etiam voluit Joã.de lmol.in dicta.l.que dotis.colum.penult.Bal.in.c.j.§.preterea.quib.mod.feu.amit. & in.c.j.§.donare.colũ.ÿ.titu.quali.olim feu.pote.aliena.in.l.vẽditioni.C.de vsucap.pro empto.& in.l.quotiens ab omnibus.C. de fideicommis.domi.Jason may.in.l.cum proponas.la.j.C.de pact.in.l.cum rem alienam.colum.ÿ.C.de lega.& in.l.si quando. §,& generaliter.colum.iÿ.versic.quarto & vlti.C.de inoffi.testa.& tam Bald.ipse & Jason,ꝙ alÿ in multis alÿs locis.

Ex quibus apparet nullũ

ius competÿsse aut competere dicto domi.episcopo in prioratu sancti Lupi Pennopolis ordinis sancti Benedicti Viennensis diocesis.Et quidem non in vim literarum & breuis superius mentionatarum:quia(vt dixi)reseruationes de quibus in eis censen
12 tur reuocate per dictam constitutionem.† Et sic decretum irritans,de quo in eisdem,cum esset & sit quid accessorium ad gratiã, clemen.j.& quod ibi Joan.de imol.in tertio no.de concessio.prebende.& Roma.consilio.cccxxx.exordiente,Circa primum proposite consultationis articulum,versicu.quo ad tertium de quo queritur &c.censetur fuisse reuocatum & extinctum:& ita nec titu
13 lum nec possessionem dicti prioratus affecit:† quia clausula accessoria subintrat naturam principalis dispositionis,& eam sequit.c.si super.de offi.delega.in.vj.& regula accessoriũ.cũ suis similib.de regulis iuris. eodem libr. quod etiam voluit Joan.de imol.in dicta clemen.j.& Roma.in dicto consilio versicu.ad tertium de quo queritur.vbi pro hoc multa inducit.Ad quod etiã facit quod voluit gloss.in.l.si patronus.§.primo super verbo in fauiana.ff.si quid in frau.patro.& quod not. Bald.in.l.j. colum.v.
14 C.de lnoffi.dona.† qui not.ꝙ quando rescinditur principalis cõ
15 tractus,similiter rescinduntur & accessoria:† facit etiam gloss.in c.significantibus.& quod ibi docto.de offic.delega.que not.ꝙ pena posita in contractu vel in compromisso,aut in alio actu,intel
16 ligitur si actus principalis valebit.Etiam † facit regula,ꝙ renũtiationes apposite in compromisso intelliguntur,si compromissum habeat effectum,& sequatur laudu:alias secus.ita no. Bal. in.l.si diuersa.col.ÿ.& ibi Raph.fulgo.C.de transac.& Alexand. de imol.consilio.xxÿ.exordiente,Viso instrumento &c. colum.j.
17 in primo volu.† Facit etiam quod voluit Bald.in.l.ex testamento.C.de fideicommis.& c.ÿ.titu.de feu.da.in vicem le.commis.dicit quod si contractus principalis sit nullus,etiam precariũ & cõstitutum,de quo in eo redditur nullum,& hoc est quia accessoriuz regulatur per suũ principale.Esto igitur ꝙ decretũ alias afficiat & titulum & possessionem,in hoc tamẽ casu neutrum affecit:quia vt predixi dicte litere fuerunt reuocate,& sic consequenter decretũ tanꝗ illis accedens.Non ergo impediuit quominus venerabilis vir dominus Joannes merlini presbiter secularis,& cui sufficienter dispensatũ fuit per ordinariũ,dicti prioratus cõmendatus potuerit in vim commẽde hmõi apprehẽdere & adipisci illius possessionem.Nisi forte quis dicat ꝙ immo nõ potuerit,pro eo quia idẽ prioratus cõmendatus extiterat per summũ pontificẽ dicto quõdam do.de Poysiaco.Et sic nõ videtur ꝙ de eo disponere potue
18 rit ordinarius collator.Sed istud nõ videtur obstare.† Et primo quidem hoc certum esset si diceremus ꝙ per mortem commendatarÿ inducatur noua beneficÿ vacatio,vt voluit Lap.in c.nemo.
19 de elect.in.vj † Tum etiã non obstat:quia etiaz sine titulo efficace,quinimo et sine titulo potest quis apprehendere possessionem bneficÿ ecclesiastici,vt voluit Anto.debutri.in.c. ex insinuatione,colum.ÿ.de procura.Panor.in.c.in literis.colũ.v. de restitutio.spolia.& in quadã sua disputatione exordiẽte,Titius cleric⁹ in secundo quesito,& Pet.de ancha.in.c.beneficium.in princi.de regu.iur.in.vj.qui pro hoc allegat,ꝙ ex contractu inutili & a iure reprobato transfertur possessio,vt.l.j.§.si vir.ff.de acquiren.possessio.inducit etiam ꝙ sine aliquo titu.est reperire possessionez in beneficÿs

beneficijs, illaqꝫ sine eo tenentur ꝛ possidentur: quod patet, quia
quandoqꝫ quis beneficium possidet tanꝙ predo, ꝛ datur sibi resti
tutio si spolietur. d. c. in literis. ꝛ. c. item cum quis. de restitu. spol.
quandoqꝫ etiam titulus quē antea habuit quis extinguitur ipso
iure. c. licet episcopus, de prebend. in. vj. Potuit igitur idem do.
Merlini apprehēdere possessionē dicti prioratꝰ Pēuopolis, ma-
2o xime cū hoc fecerit authoritate ordinarij. † Et cū fuerit primꝰ in
apprehensione possessionis hmōi, ipse videt̃ potior in possessorio
retinēde: quia ille in eo vincit ꝛ obtinet, qui ceteris paribus primo
habuit possessionē, vt not. Inno. in. c. licet causaꝫ. super verbo plu
res, versi. ad hoc potes respōdere, ꝛ quod ibi Panor. in. viij. not.
de proba, Bart. in. l. j. §. quod ait pretor. versi. ex predictis habes.
ꝛ in. l. si duo, ff. vti possi. Cy. Bald. ꝛ Salice. in. l. j. C. eo. tit. Cyn.
videlicet in versicu. decimo queritur: ibi, sed qualiter apparebit.
Bald. vero in versicu. aduerte quod aut probatur de possessione
ꝛc. et Salice. in versicu. nunc reuertor ad glos. ꝛ Paul. de castro
consilio. v. versicu. secundo principaliter. ꝛ consilio. clxxviij. exor-
diente, Fundamentum domini vicarij non est bonum ꝛc. Et hoc
videtur maxime procedere, cum post apprehensionem possessio-
nis dicti prioratus idē domi. Merlini apontifice obtinuerit no-
uam, ꝛ vt puto efficacem prouisionem: et cum per predicta appa-
reat literas ꝛ breue dicti domi. episcopi fuisse reuocatas. Et sic nō
solum non apparet de aliquo iure suo, sed etiam apparet de non
iure: quod magis nocet ꝙ si de dictis eius literis ꝛ breui non ap-
pareret. Et sic non potuit nec potest cum effectu agere possessorio
recuperande vel retinende, per id quod not. Innocen. ꝛ post eum
Hostien. ꝛ Ioan. and. in. c. constitutus. de filijs presbyte. ꝛ Pa-
nor. in. c. cum super. col. j. versi. sed circa hoc. ꝛ versi. secundo colli-
git glos. de causa possessio. ꝛ proprie. iunctis his que not. Anto.
de butri. in dicto. c. in literis. de restitutio. spolato. vbi quo ad
colorationem possessionis parificat possessorium recuperande et
possessorium retinende. Quinimo si credimus do. Card. floren.
opus est maiore coloratione in possessorio retinende, ꝙ in posses-
sorio recuperāde, vt colligitur ex his que ipse no. in cle. j. [illegible]. op-
po. de cau. posses. ꝛ proprie. Ex quibus infero prefatum do. Mer-
lini debere in possessorio iudicio obtinere. Et ita mihi vr̃, sub be-
nigna supportatione huius magnifici Delphinalis parlamenti.

1 ☞ Proxeneta an ferre possit testimonium, ꝛ quando, ꝛ an cre-
dendum super eo quod tractauit. 4. 5.
2 Proxeneta quid sit, ꝛ eius officium circa que versetur, ꝛ an sit sor
didum ꝛ vtile.
3 Proxenete in magna ciuitate vtiles, ꝛ an possint mercedem exi-
gere.
4 Mediator non ex officio, sed ex amicitie beneficio lites et iurgia
componens, an dicendus proxeneta.
6 Proxeneta an possit cogi ad testificandū, ꝛ quando, ꝛ an prebeat
suspitionem de affectione.
7 Falsitatis imago in non verisimilibus apta.
8 Argumentum a speciali an valeat.

Epitome.

Proxeneta testis esse potest ad partium requisitionem. U. F. De testib. Consil. ccxxv.

Dixeram potius stādū esse depositioni prouidorum virorum Francisci
sire sartoris, ꝛ Petri porterij pelliparij, examina
torum parte honorabilis viri Petri pomerij, cō
tra ꝛ aduersus Claudium de mieu, deponentiuꝫ
de et super reseruatione cuiusdam apothece in actis cause inter
eos vertentis latius mentionate, ꝙ cuidam pretenso publico in-
strumento de ꝛ super arrendamento seu venditione vsusfructus
certe domus, in dictis actis etiam plenius mentionate, recepto ꝛ
confecto. Ad quod dicendum motus sum rationibus per me scri
ptis: in quo dicto etiam nunc persisto. Cui non obstat si forte op-
poneretur ꝙ dicto seu depositioni eorundem Francisci ꝛ Petri
porterij ideo credi aut stari non debeat: quia ipsi videntur fuisse
mediatores seu proxenete arrendamenti, seu venditionis vsusfru
1 ctus superius mentionate: † ꝛ sic contra eos facit id quod not. gl.
in authenti. de instrumen. caute. ꝛ fid. §. in his vero. colla. vj. vbi
dicit gloss. mediatorem siue proxenetam ferre testimonium, volē-
te tamen vtraqꝫ parte, non alias. Tum quia dicti Franciscus et
Petrus porterij producti extiterunt, non quidem ad probanduꝫ
ꝙ ad eorum mediationem siue tractatum fuerit facta venditio
predicti vsusfructus, ꝛ ꝙ eis tractantibus fuerit facta reseruatio
predicte appothece: sed ad probandum ꝙ tempore venditionis ꝛ
ante eam fuit conclusiue per dictos Pomerij ꝛ de Mieu apo-
theca huiusmodi reseruata. Et ita quo ad id quod dicunt de sua
mediatione seu tractatu videntur deponere non iurati, ꝛ sic quo
ad hoc, scilicet ꝙ ipsi tractauerūt, nō videretur eis esse credendū.
Tum esto vt eis credatur etiaꝫ super eo ꝙ dicunt se tractasse: nō
2 tamen propterea dicerentur esse proxenete. † Est enim proxene-
ta, sm Azo. in summa. C. titu. de sponsa. §. si. qui explorat volun-
tates hominum, qui cum quibus, ꝛ qualiter velint cōtrahere ma
trimoniū, ꝛ que sint facultates volentiū cōtrahere: de quibus lo-
quitur cōstitutio greca. Et cōsistit eorū officiū circa matrimoniū,
ꝛ circa amicitias copulādas, ꝛ circa assessores querendos ordina-
rijs iudicibus, ꝛ circa nomina facienda, scilicet ꝙ mutua pecunia
l. cum de indebito. ff. de probat. facit. l. si cum aurum. ff. de solu.

1 ☞ Legitima non est portio hereditatis, sed bonorum.
2 Filij particulariter institutis an habeantur loco legatariorum ꝛ
in quo fallat.

3 Legatari⁹ legatũ nõ agnitũ trãsmittere ad ei⁹ heredes an possit.
4 Testator grauamen in legitima filij an possit apponere, ⁊ super dilatione solutionis quicq̄ statuere.
5 Legitima an peti possit per filium in corporibus hereditarijs, licet illa sibi relicta fuerit per patrem in pecunia.
6 Status, dictio quid significet, ⁊ sub legato status persone quid comprehendatur.
7 Alimentorum legatorum appellatione quid veniat, ⁊ an prestanda secundum dignitatem ⁊ qualitatem persone.

¶ Epitome.

¶ Quam inepte sunt patres, qui tantum non ineptos filios post eorum mortem conijciunt in compedes minutarum quarundã prestationum. Quibus merito lex prospicit, ne saltem legitima vllam sentire possit procrastinationem, vel sectionem: de vita autem vt plurimũ sublatis filijs illis testatori charioribus, isti neglectiores contra delirantium senum sententiam ad successiones premorientium fratrum vocati serio triumphant. V. F.

¶ De dona. Consilium .ccxlij.



Ponit in facto qđ dudum fuit in humanis magnificus ⁊ egregius quondam vir Refortiatus de castellana, dñs de Salerinis: qui pridẽ, anno videlicet dñi. M. cccclxxiij. ⁊ de mẽse Augusti, fecit ⁊ cõdidit ei⁹ vltimũ ⁊ nũcupatiuũ testm̃: in quo hrẽdẽ vniuersallẽ instituit nobilẽ Carolũ de castellana eius filiũ naturalẽ ⁊ legitimũ. Nobili vero Raymundo de castellana alteri eius filio naturali ⁊ legitimo legauit, ⁊ iure institutionis reliquit summã duorum millium florenorũ, quos eidem solui voluit per annuales solutiones quinquaginta florenorum. Legauit etiã ⁊ iure institutionis eidẽ nobili Raymũdo reliquit statũ sue persone, ⁊ vni⁹ seruitoris cũ duobus equis q̄diu staret ⁊ habitare vellet in domo dicti eius heredis, ⁊ cũ eo, ⁊ nõ alibi, ⁊ donec ⁊ quousq; idẽ nobilis Raymundus esset matrimonio collocatus, aut alias in redditibus seu rẽdis ⁊ bonis ac iuribus ꝓuisus, ex quibus posset dictũ eius statũ cũ vno seruitore ⁊ duobus equis tenere ⁊ viuere honeste iuxta statũ sue persone, ⁊ non vltra. Preterea etiã quedã alia sibi reliquit, de quibus plenius in dicto suo testamento. Itẽ ⁊ in quo testamẽto idẽ nobilis Refortiatus legauit ⁊ iure institutionis reliquit alijs suis liberis, scz nobilibus Refortiato, Honorate, Sibilie, Catherine, Valentine, ⁊ Yolande eius filio ⁊ filiabus naturalibus ⁊ legitimis certas pecuniarum quantitates seu summas: ⁊ quibusdam ex eis res alias, prout plenius legitur in testamento huiusmodi. Et deinde permanens in voluntate huiusmodi vita functus est ⁊ ab humanis decessit, superstitibus ⁊ sibi superuiuẽtibus dictis eius filijs ⁊ filiabus. Post cuius mortem prefatus nobilis Carolus paterne hereditati se immiscuit, ⁊ pro herede se gessit ⁊ gerit. Successu temporis vita functi sunt, ⁊ ab humanis sine liberis ⁊ puberes decesserũt dicte nobiles Catherina ⁊ Valentina moniales, superstitibus dictis nobilibus Carolo, Raymundo, Refortiato, ⁊ sororibus superius nominatis vtrinq; coniunctis: ac magnifica ⁊ egregia muliere domina Margareta de boyl eorum matre cõi. Etiã vita functus est ⁊ ab humanis sine liberis ⁊ pubes decessit dictus nobilis Refortiatus, superstitibus dictis nobilibus Carolo, Raymundo, ⁊ dicta nobili Margareta de boyl matre cõi. Post hec mortua est dicta dña Margareta superstitibus dictis nobilibus Carolo, Raymũdo, Honorata, Sibilia, ⁊ Yolanda. Et postremo decesserunt dicti nobiles Carolus, ⁊ Honorata, superstitibus liberis ⁊ heredibus.

¶ Quesitum est de sequentibus.

¶ Primo, que seu quota fuerat legitima dictorum octo liberorum ⁊ cuiuslibet eorundem.

¶ Secundo, cum dicte Catherina ⁊ Valentina facte puberes sine liberis ⁊ intestate decesserint, quis eisdẽ succedere debuerit.

¶ Tertio idem queritur quo ad dictum Refortiatum.

¶ Quarto quis succedere debuerit dicte domine Margarete ab intestato vita functe.

¶ Quinto an summa dictorum duorum millium florenorum eidem nobili Raymundo relicta possit simul peti, vel solui per solutiones annuales quinquaginta florenorum.

¶ Sexto quid eidẽ nobili Raymũdo legasse ⁊ reliquisse cẽseat̃ dictus nobilis testator per legatũ seu relictũ status de quo supra.

¶ Septimo ⁊ vltimo queritur de quibusdam legatis eidem nobili Raymundo relictis infra plenius mentionatis.

Viso consultationis themate parte dicti nobilis Raymũdi mihi exhibito, ⁊ supra mẽtionato, ac dubijs ex themate huiusmodi latius mentionatis, dico ⁊ respõdeo breuiter ⁊ succincte ad dubia huiusmodi prout infra. Et primo ad primũ: qđ cũ dicto quondã nobili Refortiato testatori superfuerint octo liberi, scz tres filij ⁊ quinq; filie, horũ oĩa legitima fuit ⁊ est semis seu dimidia pars bonorũ eiusdẽ quõdã nobilis Refortiati, eorũ vcz que superfuerũt deducto ere alieno ⁊ funeris impẽsa, aut. de triente ⁊ semis. §. i. colla. iij. ⁊ trãsumptiue in aut. nouissima. C. de inoffi. test. iuncta. l. papinianus. §. quarta autẽ. ff. eo. tit. Et sic legitima cuiuslibet ex dictis octo liberis fuit ⁊ est decimasexta pars bonorũ dicti quondam nobilis Refortiati testatoris, eorũ vcz que superfuerũt deducto ere alieno, ⁊ funeris
1 impensa. Quod ideo dico, † q: legitima non est quota hereditatis, sed est quota bonorũ. d. §. quarta autẽ. qđ etiam voluit Bar. in. l. ex facto. la grande. ff. de hered. insti. ⁊ Bal. in. l. quoties. col. j. C. eo. ti. post Iaco. but. in. l. si quis in suo. C. de inoffi. testa.

Ad secũdum quesitũ dico ⁊ respõdeo, primo quo ad dictã quondã Catherinã, qđ eidẽ successerunt ⁊ succedere debuerunt viriliter, seu equis portionibus dicti do. Margareta ⁊ nobiles Carolus, Raymũdus, Refortiatus, ⁊ sorores superstites, aut. de hered. ab intest. §. si vero cũ ascẽdentibus. coll. ix. ⁊ trãsumptiue in aut. defuncto. C. ad tertul. Et hoc ꝓcedit siue dicta Catherina dictũ legatũ ⁊ sibi relictũ agnouerit, quo casu non est questio, siue non agnouerit: q: cum dictus nobilis Carolus heres vniuersalis institutus se paterne heredi-
2 tati immiscuerit, ⁊ sic dicta Catherina † ⁊ alij particulariter in-
stituti habeantur loco legatariorum, nisi quo ad quedã, de quib⁹
per gl. in. l. si quis priore. ff. ad trebel. ⁊ plenius per Bar. in. l. ex fa-
cto. col. ij. ff. de heredi. insti. Io. de imol. in. l. j. §. si ex fundo. ff. eo.
tit. p tex. ⁊ doct. in. d. l. quoties. C. eo. ti. dicta Catherina dictũ le-
gatũ sibi factũ ad heredes suos trãsmisit, etiã si per eã agnitũ nõ
3 fuerit: † quẽadmodũ dicimus legatariũ legatũ etiã nõ agnitum
trãsmittere ad eius heredes. l. cũ pater. §. surdo. ff. de leg. ij. l. vni-
ca. §. in nouissimo. C. de cad. tol. Et qđ heres particularis ab hu-
manis decedẽs anteq̄ agnoscat rẽ aut q̄titatẽ in qua fuit institu-
tus illã trãsmittat ad suũ heredẽ, voluit Ioã. de imo. in. d. l. j. §. si
ex fundo. col. viij. versi. ⁊ ex predictis etiã possunt decidi quatuor
dubia ⁊c. ⁊ Philip. fran. in repe. c. si pater. char. v. vel circa. ver.
in eadem gl. ibi habetur loco legatarij ⁊c. de testa. in. vj. Quo ve-
ro ad dictã nobilẽ Valentinã, que tam tẽpore mortis ipsius, q̄ di-
cti testamenti, erat professa ⁊ monialis, dico ⁊ respõdeo qđ illud
relictũ sibi factũ quesitum est si fuit agnitũ, vel queretur si agno-
scatur monasterio, qđ per dictam Valentinam successit vel suc-
cedere potest in dicto relicto. ¶ Ad tertium quesitum patet re-
sponsio ex his que dixi respondendo ad pm, scilicet q̄ dicto nobi-
li Refortiato successerunt dicti domina Margareta, ⁊ nobiles
Carolus, Raymũdus ⁊ sorores, dicta aut. de herered. ab intest.
§. si vero cum ascendentibus. ¶ Ad quartum dico ⁊ respondeo
qđ eidem do. Margarete succedere debuerunt prefati nobiles
Carolus, Raymũdus, ⁊ sorores, aut. de here. ab intest. §. j. ⁊ trã-
sumptiue in aut. in successione. C. de suis ⁊ legi. libe.

Ad quintum dico ⁊ respondeo, qđ licet dictus quondam nobilis Refortiat⁹ testator dicto nobili Raymũdo reliquerit summã predictã duorũ milliũ florenorum soluendã per annuales solutiones quinquaginta florenorũ: q: tamẽ a tẽpore mortis ⁊ decessus prefati testatoris, qui mortuus dicit̃, iam preterierunt viginti anni: omniũ solutionũ fiendarũ dies venit, ⁊ sic tota summa predicta peti potest. l. cedere diẽ. ff. de verbo. signi. Et supposito, citra preiudiciũ veritatis, qđ dies nõ venisset: adhuc nõ impediret̃ idem nobilis Raymũdus quominus totã summã ⁊ simul petere posset nisi probaret̃ qđ dicta summa, ⁊ alie res sibi relicte excederent eius legitimã, que vt dixi est decimasexta pars bonorũ dicti quõ-
4 dam testatoris: ꝓ eo † q: quidem testator in dicta legitima nullum
grauamẽ apponere potuit. l. omnimodo. l. quoniã in prioribus. ⁊
l. scimus. in prin. C. de inoffi. testa. ⁊ aut. vt cũ de appel. cog. §. hec
autẽ disposuim⁹. ver. ceterũ. col. viij. Et supposito qđ summa pre-
dicta, ⁊ alie res eidẽ nobili Raymũdo relicte excederẽt dictam
eius legitimã: nõ tñ potuisset idẽ quondã testator aliqd statuere
sup dilatione solutionis, nisi quo ad illã quãtitatẽ seu summã, in
qua summa res p̄dicte excessissent dictã eius legitimã. Pro quo
allegasse sufficiat qđ in simili voluit Bar. l. l. si. §. filie. ff. de leg. ij.
Pau. de cast. cõsi. ccxxxij. exordiẽte, Pro pleniore rñsiõe in pmo
dubio Bal. cõs. cxxxvij. exordiẽte, Quidã dicũt ⁊c. ⁊ Ang. are. in
5 §. fuerat. versi. vlterius q̄ro quotidie parẽtes legãt. † Et puto qđ
vbi dict⁹ nobilis Raymũd⁹ vellet habere eius legitimã, nõ qdẽ
in pecunia, sz in substãtia, hoc est ĩ bonis testatoris, ipse posset eã
petere sibi expediri in bonis hmõi: lz pr̃ illam reliquerit in pecu-
nia. d. l. scim⁹. §. repletionẽ ⁊ qđ ibi Bal. Pau. đ ca. ⁊ moder. ma-
gis cõiter. C. de inof. test. Bar. in. l. su⁹ q̃z. ad si. principij vbi etiã
Io. de imo. col. pẽ. ff. de here. insti. Alex. de imo. in. l. nõ ampli⁹.
§. si. ff. de leg. j. Multas remissiões ponit do. Iason may. in. d. l.
suus. col. ij. X. quinto no. ex tex. ⁊c. Et hec ꝓut referũt doct. fuit

opi. Guil. de cug. qui p ea allegat tex. in aut. neq3 virū qd ex do/
te. §. j. colla. vij. z l. libertus qui soluēdo. ff. de bo. liber. Intelligo
tamen predicta procedere z esse vera, nisi obstaret statutum, aut
consuetudo, vel aliud, per quod derogatum esset iuri communi.

6 †**Ad sextum** dico z respondeo, qd licet ver/
bum status, reperiatur in iure
sub variis significationibus z modis, vt apparet ex his que habē
tur in l. eius qui. ibi, status sui ignarus. ff. si cer. pet. in c. ij. vt lit.
penden. in. Iau. l. ij. C. ad leg. Aquil. in c. vbi periculū. §. sane. de
elec. in vj. ff. de sta. ho. C. vbi de cau. sta. z in epistola iter claras.
C. de sum. trini. z fi. cath. z in multis aliis locis: puto tamē in casu
nostro recurri debeat ad vsum loquēdi, vt intelligat quid dictus
nobilis testator legare voluerit per legatū status psone: qz vt di/
cit Old. cōsi. mihi. cxviij. exordiēte, Ad primā qōnem qua querit
cuius loci cōsideret estimatio zc. in exaudiēdis sermonibus vsus
omni regule omniq3 cōstitutioni derogat solus, Pro quo alleg.
l. librorū. §. quid ergo, z qd ibi no. ff. de leg. iij. l. semp in stipulatio
nibus. ff. de reg. iur. z c. ex literis. de spōsa. Et idē voluit Pano.
in c. j. col. pen. ver. ad vnū tñ adverte qd cōis vsus loquēdi zc. de
iudi. vbi pro hoc multa inducit, q ibi videri pñt. Dicit etiā Old.
consi. mihi. lxxxix. exordiēte, Ad primā qōnē qua querit vtrū mi/
les recognoscēs zc. qd in expositione vocabulorū attendēdus est
vsus z cōsuetudo loquēdi. l. legatis. §. vltimo. ff. de leg. iij. z l. an/
niculus. ff. de verb. sig. Poterūt igit sup intellectu dicti legati
7 interrogari egregij viri dñi aduocati illarū partiū. † Interim ve
ro, si nō delipio, puto qd dictus nobilis testator eidē nobili Ray/
mūdo legare voluerit, z legaverit statū, hoc est sustentationē sui
ipsius nobilis Raymūdi persone z seruitoris cū duobus equis:
seu alimēta p se, vno seruitore, z duob9 equis, tādiu pstāda, qdiu
ipse nobilis Raymūdus stare z habitare vellet in domo here/
dis, z cū eo, z nō alibi, seu alia parte, z donec z quousq3 fuisset ma
trimonio collocatus, aut alias esset in redditib9, siue bonis z iu/
ribus puisus, ex qb9 posset statū suū cū vno seruitore z duobus
equis tenere. Et puto qd p dictū legatū idē nobilis testator eidē
nobili Raymūdo filio legasse censeat oīa necessaria ad vitā, sine
quib9 corpus ali non potest, vt sunt cibaria z alimenta, que ho/
minū natura demōstrat: itē habitatio. l. legatis. ff. de alimē. z ci/
ba. leg. itē etiā calciariū seu calciamēta. l. cū hi. §. de calciario. ff.
de transac. z lectus, vestiariū, z alia que veniūt appellatione ali/
mentorū vel victus, de quibus per Bar. in suo tracta. de alimen.

Et puto qd alimēta z alia prestari debeāt
secundū dignitatē z qualitatē
sue persone, per id qd in simili no. doc. in l. sunt qui in id. ff. de re
iud. Bal. in l. ij. C. qd cum eo, z Ange. are. in §. appellantur. col.
viij. ver. in ea. glo. ibi in donatione, insti. de excep. qui loquentes
de illis, qui cum effectu non condemnantur nisi in id quod facere
possunt deducto ne egeant, dicunt hanc deductionem esse facien
dam secundū dignitatē z qualitatem personarū: pro quo multa
deducūt. Etiā p hoc facit qd voluit Flori. in l. sed si qd inedifica
uerit. §. mācipiorū. ff. de vsufructu: vbi dicit qd scdm ordinē digni
tatū sunt pstāda alimēta, sc3 maiora domicellis, q ragatio vel fa
mulis, z maiora monachis, q cōuersis. Cū ergo iste nobilis Ray
mūdus Gauffredi sit nobilis, z de domo antiqua z nobili, d3 ha/
beri respect9 ad ei9 nobilitatē z dignitatē, vt scd3 illas alimēret,
vestiat, z sibi pbeant alia necessaria ad suū statū. ¶ Ad septimū
dico z respondeo qd, cum capella mentionata in legato pretij do
mus z stabuli non sit amplius in manibus filij dicti quondā no/
bilis testatoris, non est amplius querendum de legato dicti pre/
tij: qz legatū huiusmodi fuit cōditionale, cuius conditio expira/
uit: z ita habendum est perinde ac si factum non extitisset.

1 ¶ Capellania per aliquem fundata de bonis suis an sit bene/
ficium ecclesiasticum ante erectionem per ordinarium.
2 Promissio diuini seruitij mediante pecunia an simoniaca.
3 Dignitas z authoritas multum faciunt ad excusationem.
4 Unio beneficiorum cuius iuris sit, z ad quem spectet.
5 Fundatoris voluntatem frustrare iniquum est.
6 Capitulum sumēs pecuniam, z iurans annis singulis certū quid
soluere donec summa repetatur, an agat cōtractum vsurarium,
Et quid super illo agere debeat.

¶ Epitome.

¶ In beneficium intrudere se quis non dicitur, si nondum illud
ab ordinario sit erectum z approbatum: sed tantum per funda/
torem dotatum: nondum enim beneficium dici potest. V. F.

¶ De epsco. audien. Consilium. ccxliij.



Iso cōsultationis the/
mate parte reuerēdi patris, z egregiorum virorū
dñorū Decani, canonicorum, z capituli venera/
bilis collegiate ecclesie beati Agricoli Auenio
1 nis, z dubijs ex themate hmōi elicitis, † dico z
respondeo breuiter z succincte ad dubia huiusmodi prout infra.
Pro quorū faciliore solutione premitto, qd capellania inibi mē/
tionata, z quam fundauit seu fundari z de bonis suis dotari vo/
luit z ordinauit egregius quōdam vir dñs Arnaldus le boulch,
tunc decanus dicti venerabilis capituli, dici non potuit nec fuit
ecclesiasticum beneficium, donec z quousq3 fuit in beneficiū hu
huiusmodi authoritate reuerendissimi in Christo patris z dom.
Auenionēn. archiepiscopi erecta. c. nemo. de consec. dist. j. c. cum
olim. le. ij. ver. insuper, de priuil. c. authoritate, eo. ti. in vj. z aut.
vt nullus fabri. orato. domum, in rubro z nigro. in princ. colla. v. z
qd no. glo. in c. nobis, z ibi Panor. in prin. de iurepatro. z glos. j.
in fi. in cle. si beneficiū. de deci. Ex quo sequitur responsio ad pri/
mum dubium, qd honorabilis vir Michael grossi officis dici non
possit se sua authoritate intrusisse in būficio ecclesiastico priusq
dicta capellania in ecclesiasticum beneficium erecta extiterit, cū
nondum tale beneficium existeret: nec puto qd propter receptio/
nem pecunie, de qua in dicto themate, priuari debuerit dicta ca/
pellania, prout fuit pro parte dictorum do. Decani z capituli op/
positum: cum ipse pro tempore in ea, vtpote que in esse producta
non extiterat, nullum ius haberet, z consequenter dici non potest
capellaniā huiusmodi propter dictam pretensam intrusionē fuis
se predicto capitulo applicatā. Et q̄uis sine causa pecuniā rece/
perit, z propterea teneatur ad restitutionem de ea faciendam: pu
to tamen qd pro excusatione eius culpe, z ad formentum sui erro
ris multū faciant illa confessio, conuentio, z promissio, quā anno
domini. M. cccclxxxviij. z die quinta mensis Julij, capitulariter
fecisse leguntur prefati do. Decanus, canonici, z capitulum. Cō/
fessi enim fuerunt z recognouerunt prefato Michaeli, tūc mino
ri quatuordecim annis, futuro capellano dicte capellanie, se ha/
buisse z realiter recepisse, ac penes se habere sexcētos z quinqua/
ginta florenos de pretijs domus, horti, z aliorū bonorū inibi mē
tionatorū: quibus mediantibus etiā promiserūt z conuenerūt sti
pulatione interueniente deseruire, seu deseruiri facere in diuinis
predicte capellanie, iuxta seriē z tenorē testamenti dicti quondā
do. Arnaldi fundatoris: insuper dare z soluere eidem Michaeli
annis singulis triginta florenos monete zc. z i terminis inibi ex/
pressis. Potuit enim verisimiliter errare idem Michael, qui tē
pore confessionis, z cōuentionis, z pmissionis predictarū erat vt
predixi impubes, propter authoritatē z dignitatē predictorū do
2 minorū, q dictā pecuniā sibi pmiserūt. † Qui z ipsi saluis suis re/
uerētijs ēt vident errasse, quaten9 pmiserūt mediātib9 pdictis
pecunijs deseruare seu deseruiri facere zc. Pro quo allegasse suf
ficiat no. per doc. in c. significatū, de pbē. z vt videt illa pmissio
habuit talē qualē faciet simonie. Preterea illa pmissio facta de
dādis illis triginta florenis qdiu illi sexcēti quinquaginta floreni
apō eos remanerēt, nō fuit licita ex pte creditoris, ne sibi ēr post
erectionem z collationem dicte cappellanie sibi factam licuisset
illam pecuniā exigere: qz ille contractus videtur fuisse vsurarius
3 † Sed vt dixi minor etas huius Michaelis ac authoritas z di
gnitas dictorum do. prouidentium multum facit ad excusatio/
nem. Et forte eis vtilius est hec tacere, q deducere in publicū.

Ad secundum dico z respondeo qd, cum
capellania predicta fue/
rit in ecclesiasticū beneficium authoritate dicti reuerēdissimi domi
ni archiepiscopi Auenionēsis, z sic ordinarij erecta, illa per cessu3
vel decessum prefati Michaelis illius primi rectoris nō desinet
esse beneficiū ecclesiasticū, nec poterit vniri ipsi capitulo p ipsum
capitulum: hoc est non poterunt prefati do. Decanus, canoni/
ci, z capitulum illam sua authoritate vnire, z applicare capitulo.
4 † Quia vnire talia est iuris z authoritatis episcopalis. c. sicut
vnire. de exces. prela. Nec puto qd dictus do. Arnaldus cōcede/
re potuerit hanc facultatem: quemadmodum dicimus, qd licet
fundator capellanie, vel alterius beneficij possit disponere de pa
tronatu illius, seu de iure presentandi beneficiū huiusmodi: nō ta
men potest disponere de iure instituēdi, vel cōferendi: qz ista sunt
regulariter iuris z authoritatis episcopalis. Puto tamen qd cū
pia volūtas dicti quondā do. Arnaldi seruāda sit. l. j. C. de sacro
san. eccl. z c. vltia volūtas. xiij. q. ij. reuerēdissim9 do. archiepisco
pus Auenionensis, qui erit pro tēpore, debebit dictā capellaniā
cū iuribus suis applicare z vnire predicto capitulo. Posset etiā
applicatio seu vnio hmōi obtinere maxime a pōtifice añ cessu3 z
decessum huius Michaelis: citra tamē preiudiciū ipsius. Et sic
essent securi qd post cessum vel decessum illius non possit alteri
cōferri, vtpote que nec per cessum nec per decessu3 vacare posset.
¶ Ad tertium dico z respondeo, vt iam dixi, qd opus erit no/
ua vnione: quā consulo potius obtineri z impetrari ante cessum
vel decessum eiusdē Michaelis, q horū alterū expectari qz sic
obuiabitur future liti, que esse poterit inter dictum capitulum, z
eū cui ordinarius, vel forte pontifex, vel alius conferet vel alias
puidebit, si antea vnio obtēta nō extiterit, z publicata informa

Ad quartum

Ad quartū dico & respondeo qđ cū vt iam dixi cōtractus de quo supra fuerit vsurarius, q2
pro dictis sexcētis & quinquaginta florenis ꝓmiserūt dicti.d. De
canus & canonici dare annis singulis dictos triginta florenos q̄
diu dictā summā &c. ipsi possunt repetere summā quā soluerunt.c.
debitores.cū suis simili.de iureiur. & tenebit ipse Michael sum
mam hmōi exsoluere ꝑdicto capitulo, vel eā compensare vsq3 ad
cōcurrētem q̄titatem cū dictis sexcētis & quinquagita florenis.
5 †Sed ex hoc insurget aliud, qđ videt̄ esse multū iniq̄ū, vc3 fru
stratio voluntatis dicti do. fundatoris. Preterea videnť ipsi do.
Decanus & capitulū fuisse in aliquali culpa, qđ nō expēderint pe
cuniā penes eos depositā in acquisitione redditū, & aliorū ꝓ fun
datione dicte capellanie, et ex quibus possit annis singulis con
gruus fructus percipi iuxta mentem fundatoris.

6 **†Ad quintū dico & respon**deo, qđ quo ad summā solutā, possunt (vt videtur) ꝑdicti do. De
canus, canonici, & capitulū illā repetere nō obstante transactione
&c. d. c. debitores. Quis vt dixi istud videatur durum non propter
dictū Michaelem, sed propter intētionem fundatoris: cui tamē
poterit fortasse satisfieri per vnionem &c. postq̄ sunt cōtenti post
cessum vel decessum eiusdē Michaelis deseruire aut deseruiri fa
cere dicte capellanie, & alias adimplere eius voluntatē circa cele
bratione misse quotidiane perpetuo dicēde. Quo ad futuras an
nuas prestationes, si forte dictus Michael peteret in vim ꝓmis
sionis sibi facte & iurate sibi solui annis singulis dictos triginta
florenos, esset opus ꝓpter iuramētum predictu3, qđ dñi sibi pro
uiderent, iuxta doctrinam quam ponunt docto. in. c. j. de iureiur.
& aliqui in. d. c. debitores. Quia licet illa promissio fuerit nulla, et
de iure reprobata: contrahentes tamen qui iurarunt debent pro
pter periurium euitandum facere alterum duorū. s. soluere & post
ea repetere qđ esset nimium graue & frequens, aut sibi prouidere
vt predixi, & petere partem compelli ad sibi relaxandum predictū
iuramentum: vel quod superior de illo cum eis dispenset, vel ab
illo eos absoluat, vt sic nō solum remaneat promissio in se nulla et
inefficax: sed etiam vt nullo modo coueniri valeant, & vt quiete vi
uant sine metu periurij. Que dixerim.

¶ Consi. ccxliiij. idem erat cum proxime precedente.

1 ☞ Nepos ex femina an comprehendatur in dispositione libero
rum masculorum mentionem faciente. nu. 3.
2 Emphyteosim recipiēs pro se & filijs masculis an includat nepo
tem ex filia, itē & in grauato sub ꝯditione, si sine masculis decedat.
4 Prolis appellatione qui veniant.
5 Statutum excludens feminam extantibus masculis an excludat
omnes qui defuncto attinent mediante femina.
6 Fructus perceptos an teneantur imputare in trebellianicam li
beri secundi gradus.

¶ Epitome.

¶ In conditionem, si sine masculis, non veniunt nepotes ex fe
mina. V. F.

¶ De insti. & substi. Consi. ccxlv.



Viso testamento dudū vc3 Anno domini. M. ccccxlj. & die octaua mē
sis Augusti, condito per nobilem quondam vi
rum Andream berlionis: & in quo heredes vni
uersales instituit nobiles & generosos viros Ay
marum de viro eius nepotem ex nobili & generosa muliere domi
na Margareta sua filia tunc viuente, & Amedeum gastonis etiā
1 nepotem suiꝑsius testatoris ex alia sua filia predefuncta, † dixi
alias & respondi q̄ si contingeret eundem nobilem Amedeum
ab humanis decedere superstitibus dicto nobili Aymaro in di
cto testamento eidem substituto, & quibusdam nepotibus mascu
lis procreatis ex filiabus suiꝑsius nobilis Amedei grauati, esset
locus substitutioni, de qua in dicto testamēto: & qđ dicti nepotes
masculi eundem nobilem Aymarum non repellerent. Pro quo
quedam induxi que non refrico: quia possunt ibi videri. Quibus
addo q̄ pro conclusione, quam ibi tenui, faciunt not. per Alexan.
de imo. in. l. ex facto. §. si. col. j. ff. ad treb. vbi voluit qđ si in aliqua
dispositiōe fiat mētio de liberis masculis, nō cōprehēdit̄ nepos ex
filia femina. Pro quo multa inducit, & inter alia remittit ad not.
2 per Specu. tit. de loca. §. nunc aliqua, versi. cxlvj. † vbi concludit
qđ si aliquis rē aliquam in emphyteosim acceperit pro se et suis
filijs masculis, & supersit nepos ex filia, ad illu3 non pertinebit res
hmōi. Et cū hac determinatione Spe. trāseūt Bal. Ang. Pau.
de cast. & Alexā. de imo. qui pro hoc multa inducit in. l. sed si hac.
§. liberos. ff. de in ius vocan. hoc etiā sequitr do. Ias. may. in. l. ij.
col. xcvj. ver. addo tamē qđ si aliquis acceperit. C. de iu. emphyte.
Pro hoc facit quod voluit Pau. de cast. in dicta. l. sed si hac. §. li
beros. ver. itē si aliquis. vbi dicit qđ si grauatus sub cōditiōe si de
cederet sine filijs masculis, decedet cū nepotib9 masculis descēdē
tibus ex filia femina, nō videt̄ decedere cū liberis masculis: & sic
videt̄ extare cōditio substōnis: q2 in cōditione fuit appositū ver
bū masculis. Pro quo allegat Pau. de ca. Spec. in. d. ver. cxlvj.
Etiā ꝓ predictis videnť bene facere multe rōnes & motiua indu
cta per Bal. cōsi. ccxxxviij. exordiēte, Quidā magnus nobilis ha
bens in suo patrimonio multa castra &c. in prima parte: vbi refert
Bal. qđ quidā magnus nobilis habens tres filias illas in certis
quātitatib9 heredes instituit, fratrē xo heredē vniuersalē insti
tuit, cui dictas filias & eaꝝ filios substituit si cōtingeret ipsum fra
trē sine liberis masculis ab hūanis decedere: qui frater postea ab
humanis decessit supstite vno nepote masculo ex ei9 filia ꝑdefun
cta, querebať an esset locus substōni in persona predictarū filiarū
aut filiorū earundē, an ve superexistētia dicti nepotis masculi de
beret repellere filias substitutas vel earū filios. Super quo casu
seu dubio ꝯsuluit Bal. vbi supra, & multis rōnib9 & motiuis deter
minauit & cōclusit locū esse substitutioni, & qđ ꝑfatus nepos ex fi
3 lia repellere nō deberet filias substitutas, vel earū filios. † Etiā ꝓ
ꝑdictis bene facit qđ voluit Matthe. de mata. singulari. cxxxj.
exordiēte, No. vnū dictū singulare qđ appellatiōe liberoꝝ mascu
loꝝ &c. vbi dicit qđ appellatiōe liberoꝝ masculoꝝ nō ꝯtinēt nepo
tes masculi ex filia viuēte vel mortua dscēdentes. Et idē si testa
tor istituerit fratrē suū heredē vniuersalē, & si decesserit absq3 libe
ris masculis substituit Titiū, & frater decedat superstite nepote
masculo ex filia sua viuēte vel mortua, vocat̄ substitut9. Pro quo
allegat Matthe. de mata. Ioannem and. in addi. Specula. titu.
de testa. super rubrica, col. penul. & refert q̄ ita cōsuluerūt Anto.
de butr. Pet. de ancha. Ioā. de mōte lau. & Sali. & Flo. de sancto
Petro, & ipse Matthe9 in causa ꝓpria. Reperio etiā qđ cū testa
tor habēs filiā, & duos fratres, ipsos fratres heredes instituisset, &
si sine liberis masculis ab humanis decessissent dictā ei9 filiā sub
stituisset, & deinde alter ex dictis fratribus cū nepote masculo ex
filia ab humanis decessisset, & alter cum nepote ex filio, cōsuluerūt
Sali. & Pe. de ancha. qđ filia substituta succederet in portione il
lius qui decessit cu3 nepote masculo ex filia. Et isti omnes videnť
in hoc conuenire, & qđ ille qui decedit cum nepote masculo ex filia
nō propterea dici debeat decedere cū liberis masculis, vel super
stitibus liberis masculis. Esto ergo qđ dict9 nobilis Amedeus
gastonis ab humanis decesserit superstitibus predictis masculis
nepotibus ex dictis eius filiabus procreatis: nō tamē dici debet
decessisse supestitibus liberis masculis, qui debeant repellere di
4 ctum nobilem Aymaru3 substitutū. † Sed forte opponetur, qđ
in dicta substitutione est sermo de prole masculina, non de liberis
masculis. Sed hoc nō obstat: q2 respōdeo q̄ ꝓut alias dixi, appel
latione prolis veniunt illi qui veniunt appellatione liberorum. l.
officiales. C. de episcopis & clericis. & l. adimi. C. de natu. liberis.
Et sic idem est loqui de prole masculina, et liberis masculis. Etiā
nec obstat si forte opponatur quod dictus nobilis Aymarus nō
fuerit substitutus dicto nobili Amedeo: sed potius nobili Caro
lo gastonis, aut suiꝑsius Caroli masculine posteritati. Tu3 quia
si attēdatur ad verba substitutionis vltimo loco facte de dicto no
bili Aymaro, ipse fuit non solū substitutus dicto nobili Carolo,
seu eius posteritati masculine: sed etiam ipsi nobili Amedeo, pro
pter illud verbum, ipsis. Tum & quia supposito (citra preiudiciu3
viritatis) quod solū substitutus extitisset ipse nobilis Aymarus
dicto nobili Carolo, vel sue posteritati: quia tamen viuente pre
fato Amedeo herede grauato alijs intermedijs honorati, et etiam
grauati, ab humanis decesserūt, remāsit fideicōmissu3 apud dictū
Amedeum cum suo onere. l. vnica. §. si autem sub conditione. C.
de caducis tollendis. et quod voluit Barto. & doct. in. l. q̄diu. la
vlti. ff. de acqui. hered. Nihil. ergo obstat quin substitutio de qua
5 supra sibi locū vendicet in personā dicti nobilis Aymari. † Pro
quo etiam faciūt quod no. doctores, maxime Bal. Sali. & Pau.
de castr. in. l. maximum vitiū. C. de libe. preteri. vel exhereda. & in
l. venia. C. de in ius vocan. volentes quod si statutum existētibus
masculis excludat filiam feminam vel matrem, censeātur exclusi
omnes illi qui attinent defuncto mediāte femina. Et pro omni
bus his adducitur ratio text. l. si viua matre. §. in nepotibus. C.
de bo. que libe. quia quēadmodum filia nō excluderet substitutū:
ita nec illū excludere videtur nepos masculus ex ea. Et hoc etiā
voluit Alexan. de imol. in. l. gallus. §. etiam si parente. col. iij. vel
circa. ff. de libe. & posthu.

6 **†Et supposito citra preiu**dicium veritatis, quod dictus nobilis Amedeus potuerit detra
here duas quartas, scilicet legitimā & quartā trebellianica3, pro
eo quia erat de liberis dicti quōdam nobilis Amedei berlionis,
per id quod habetur in. c. raynutius, & c. raynaldus, de testamen.

et quod not. glos. Bartolus et doctores in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. quia tamen idē Amedeus gastonis non fuit de liberis primi gradus dicti nobilis Amedei testatoris, sed de liberis secundi gradus, qr nepos ex filia, ipse debuit sibi imputare fruct⁹ perceptos in quartā trebellianicā, ita ꝙ si fructus ꝑ eū ꝑcepti ascendāt ad valorē dicte trebellianice, nō potest eius heres ex ꝑsona eiusdē aliquid petere ꝑ trebellianica. Si vero valor fructuum ꝑ eum ꝑceptoꝝ nō sit tātus ꝗtus est valor dicte quarte trebellianice: dictus heres petere poterit supplemētum, hoc est id qḋ deest ad supplendū valorem dicte quarte. l. in fideicōmissariam. in princi. et quod ibi glos. et docto. ff. ad trebel. et. l. iubemus. et qḋ ibi gloss. et docto. C. eo. titu. Et si q̄ratur ꝗta fuerit et sit legitima: dico et respondeo ꝙ cum eidem nobili Amedeo testatori superfuerint dicta dña Margareta tunc viuēs, et nepotes ex duabus filiabus ꝑdefunctis, scz nobilibus Ysabella et Frācesia: hoꝝ omnium legitima fuit triens seu tertia pars bonorum eiusdem testatoris, eorū videlicet que superfuerunt deducto ere alieno et funeris impensa, auť. de trien. et semis. §. j. colla. iij. et transumptiue in auť. nouissima. C. de inoffi. testa. Et hec legitima erat equis portionibus diuidēda inter dictos dñam Margaretā et liberos dictarū nobilium Ysabelle et Francesie, ita ꝙ ita do. Margareta debebat habere tertiam partē dicte tertie partis, liberi vero ꝑdicte Ysabelle tertiam partē, et omnes liberi dicte nobilis Frācesie aliam tertiā partē, dicta auť. de trien. et semis. §. j. iūctis his que not. Salice. in dicta auť. nouissima. in. vj. q. vbi etiam do. Jason may. col. antepenulti. versi. vtrla Bart. q̄ritur rc. et Alex. de Jmo. cōsilio. lxiij. exordiente, Sup primo dubio quāta sit rc. in secūdo volu. Et sic oēs filij et filie dicte nobilis Francesie matris huius Amedei gastonis debuerunt habere pro legitima tertiam dicte tertie partis, hoc est nonā partem omniū bonoꝝ dicti quōdam nobilis Amedei testatoris, deducto vt ꝑdixi ere alieno et funeris impensa. Et hec legitima deducenda est de dicto fideicommisso, hoc est de illis bonis in quib⁹ fuit dictus Amedeus gastonis heres institutus. Trebellianica vero est quarta pars residui, que post legitimā detrahitur, iuxta theoricā glos. in dicto. c. raynaldus. sup verbo, licet totas. et Joan. de Jmol. in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. et pupilla. sed vt dixi si fructus ꝑcepti tantum valuerint ꝗtum quarta pars predicit residui: nihil detrahi potest pro trebellianica. Si vero minus valuerint: tunc pōt detrahi ꝑ trebellianicā quatenus illi minus valuerunt, vt verbi gratia: si valor trebellianice ascendat ad summam mille florenoꝝ, et valor fructuum ꝑceptoꝝ ad valorem octingentoꝝ seu octocētum florenoꝝ: posset pro trebellianica detrahi de bonis vsqꝫ ad valorem ducētorum florenoꝝ, per predicta. Que dixerim sub correctione rc.

1 ☞ Donatio vni ex liberis re et cōsilio inofficiosa an irreuocabilis quo ad legitimā aliorū filiorū tantū: an vero in totū reuocanda: et quid si fuerit facta extraneo, et aliquid fuerit relictum filio.
2 Querela inofficiosi testamenti contra heredem datur, et querela donationis inofficiose aduersus donatarium.
3 Separato um [illegible] ratio incongrua.

¶ Epitome.

¶ Cū qs immēse vel inofficiose donat ꝑtim filie, ꝑtim extraneo ei⁹ marito, reuocat̃ hec donatio ꝑ alios donātis liberos quoad extraneū in totū: quoad filiā vero vsqꝫ ad illā partē virilē, quā habituri erāt dicti alij filij, si donatio hmōi facta nō extitisset. V. S.

¶ De inoffic. dona. Consil. ccxlvj.



Cum honeste mulieri Laure. M. superfuerint tēpore eius mortis duo liberi, s. Antonius cormion, ipsius Laure et prouidi quondā viri Rostagni cormion filius naturalis et legitimus, et honesta mulier Catherina guerine eiusdē Laure et ꝑuidi quondā viri Rostagni guerini filia naturalis et legitima, hoꝝ duorū. s. Antonij et Catherine, legitima eis debita in bonis dicte Laure fuit triēs, seu tertia pars eorūdē bonoꝝ, deducto ere alieno et funeris impēsa, auť. de triē. et semis. §. j. colla. iij. et transumptiue in auť. nouissima. C. de inoffi. testa. iūcta. l. papinianus. §. quarta. ff. eo. tit. Legitima igit̃ eidē Antonio debita erat dimidia pars triētis, et sic sexta pars omniū bonoꝝ ꝑfate quōdam Laure, eoꝝ vcꝫ que superfuissent deducto ere alieno et funeris impēsa.
1 † Quo fit vt cū dicta Laura de bonis suis re vera donauerit vsqꝫ ad valorē noningētoꝝ seu nouēcentū florenoꝝ venerabili viro dño Marcellino de aymonetis et dicte Catherine ei⁹ generi et filie, et bona q̄ sibi retinuit nō valeāt vltra quinquaginta florenos vel circa, fuerit et sit donatio hmōi re ipsa inofficiosa: quia nec exꝑsse nec tacite reliquit eadē Laura ꝑfato Antonio vltra valorē dimidie partis dictoꝝ quinquaginta florenoꝝ, seu vltra dimidiā partē quarūdā vineaꝝ quas sibi retinuit, q̄ dicunt̃ nō valere vltra quinquaginta florenos: et tñ cū vt dixi legitima eiusdem Antonij sit extra pars omniū bonoꝝ dicte quōdā Laure, deducto ere alieno et funeris impēsa, illa ascēdebat vltra centū et quinquaginta nouē florenos. Nō ergo eadē Laura dicto Antonio ei⁹ filio legitimā exꝑsse seu ēt tacite donauit vel reliquit: et ita fuit donatio ꝑdicta re ipsa inofficiosa. Fuit ēt cōsilio inofficiosa, attētis illis machinamētis, de quibus in ea, et per q̄ sub colore eoꝝ, q̄ ibi cōtra veritatē narrauit, conata est euertere seu impedire querelaꝫ inofficiose donationis, hoc est, hoc efficere et agere, ꝙ dict⁹ Antonius nihil petere posset ꝑtextu dicte ei⁹ legitime, vł saltē vt nihil petere posset nisi sup dictis vineis: qḋ tñ cū effectu facere nō potuit. l. titia seio. §. impator. ff. de leg. ij. l. j. l. si mater. et. l. si liqueat. C. de inoffi. dona. Nec fuit vel est eidē Laure (honore suo saluo dixerim) credēdū sup assertis. Pro quo allegasse sufficiat qḋ voluit Bart. in. l. cū quis decedens. §. codicillis. ff. de lega. iij. et Alex. de Jmol. cōsilio. xlv. exordiente, Habita super his de quibus dubitari rc. col. fi. in primo volu. iunctis his q̄ habent̃ in. l. seruuꝫ filij. §. eū qui chirographū. ff. de lega. j. et in. l. pactū inter heredē. ff. de pac. Et his suppositis veris, ꝙ donatio hmōi fuerit re et consilio inofficiosa, manet difficultas, an illa debeat in solidū reuocari, an vero dūtaxat vsqꝫ ad legitimā ꝑdicti Antonij, et q̄ nūc cōpetit Joanni, Guillielmo et Alaysie, eiusdē quōdā Antonij filijs naturalib⁹ et legitimis. Sup quo articulo sunt varie opiniones, quarum aliquas recitat glo. ac post eā plenius Bar. et Cuma. in dicta. l. titia seio. §. imperator. ff. de lega. ij. glo. Cy. Bar. Bal. et oēs scribentes in. l. j. C. de inoffi. dona. Jo. de imo. et Cano. in. c. fi. de dona. et Jo. pe. Ferra. in sua practica, tit. for. libel. quo agit̃ ꝑ dona. sup verbo irreuocabiliter. Et omissa recitatione opinionū hmōi, dico ꝙ cū dicta quōdā Laura aliquid saltē tacite reliquerit ꝑfato Antonio in ꝑdictis vineis, cum de eis non disposuerit, et ita videt̃ illas sibi saltem ꝑ parte tacite reliquisse. l. cōficiunt̃. in prin. ff. de iu. codi. l. ij. ibi vel etiam intestati successione cōtulerunt. C. de bo. mater. non videt̃ ipse Antonius seu dicti ei⁹ liberi posse reuocare seu reuocari petere ꝑdictā donationē, nisi vsqꝫ ad legitimā, hoc est quo ad hoc vt habeant legitimā. Et quidē nō quatenus ꝑdicta donatio cōcernit ꝑfatā Catherinā. l. si liqueat. C. de inoffi. dona. quod etiā voluit Bart. Cuma. et alij in dicta. l. titia seio. §. imperator. et doct. cōiter in. dicta. l. j. C. de inoffi. dona. Nō etiam quatenus cōcernit dictum do. Marcellinū, postꝙ vt ꝑdixi dicta Laurera aliquid reliquit saltēꝫ tacite ꝑfato Antonio. Et sic nō videt̃ ꝙ ipse vel dicti ei⁹ liberi potuerint eā reuocare, nisi vsqꝫ ad legitimā, et ꝙ ipsi agere debeant ad supplementū legitime, arg. l. olmodo. C. de inoff. testa. et quod not. in dicta. l. j. et. l. fi. C. de inoffi. dona. quod etiam voluit Bar. in dicto. §. imperator. col. j. ver. aut fuit collata in extraneū rc. Et idem voluerūt ibi Bal. Jo. de Jmo. et Cuma. Idē etiā voluit Jo. de Jmol. in dicto. c. fi. col. v. ver. aut donatio fuit facta extraneo: et tūc aut filio rc. de dona. Et hec opinio videt̃ mihi inter modernos doc. esse magis cōis. Fateor tamen ꝙ Sali. in dict. l. j. col. v. ver. aut fuit collata in extraneū, ibi, sed in casibus videt̃ voluisse et sensisse ꝙ si donatio facta extraneo sit re et cōsilio inofficiosa, potest filius petere eā reuocari in totum, etiā si sibi fuerit aliquid relictum: et ista fuit opinio Hugoli. recitata per gl. et docto. in dict. §. imperator. et in dicta. l. j. tenētis indistincte, ꝙ donatio inofficiosa re et cōsilio facta extraneo debeat in totum reuocari, ar. l. si libertus. §. penul. ff. de iu. patro. Hanc opinionē tenuit Cy. quando donatio huiuscemodi facta fuit post natiuitatē filij illam reuocare volētis, vt in casu de quo queritur: quia ꝑdicta donatio facta est post natiuitatē predicti Antonij. Hanc opinioneꝫ etiā quo ad hoc secutus est, vt refert Pe. in dicta. l. j. vbi etiā illam fuit ol im secutus Cy. quo ad casum de quo queritur: ꝗuis postea in addi. aliter scripserit. Dictam opinionē etiaꝫ sequitur Albe. in dicta. l. j. vbi etiam illā visus est primo sequi Pau. de cast. col. iij. ver. si vero facta est extraneo, ꝗuis postea videat̃ recedere ab hac opinione, et dicere sub dubio, forte ꝙ opinio Bal. de qua in dicta. l. sit melior. Et re vera ꝗuis opinio Barto. videatur apud modernos cōmunior: alia tamen opinio non est sine magnis defensoribus: et pro qua etiam Sali. adducit bonum fundamentū ad impugnationē fundamēti Bart. et sequa. qḋ fuit in hoc, ꝙ querela inofficiose donatiōis introducta est ad instar querele inoffi. testa. dicta. l. j. et. l. fi. C. de inoffi. dona. querela vero inofficiosi testamēti cessat, si aliquid fuerit filio relictū iure institutionis, dicta. l. omnimodo. et. l. scimus. C. de inoffi. testa. ergo si est aliquid relictū filio, qui vult reuocare donatonē, debet cessare querela inofficiose donationis: et debet fili⁹ agere ad supplemētū. Hoc fuit fundamētū Bar.
2 † cui respondet Sali. ꝙ q̄rela inofficiosi testamēti dat̃ cōtra heredē: querela vero inofficose donationis datur contra donatarium, vt not. in dicta. l. j. et. l. fi. Et sic nō videt̃ quo ad hūc articulū bene
3 argui de vna ad aliā: † qr ex separatis et diuersis non bene infert̃. l. inter stipulantem. §. sacrā. ver. sed hec dissimilia. ff. de verb. oblig. et. l. si maritus. C. dē dona. inter vi. et vxo. et vulgata. l. papinianus. exuli. ff. de mino. qḋ maxime videt̃ procedere in hoc casu, pro eo qr querela

querela inofficiosi testamenti videtur magis exosa, vt pote euertens supremum defuncti iudiciũ. dicta. l. omnimodo. & l. scimus. in prin. cũ multis simili. cui tamen iura multum fauent. l. j. C. de sacrosan. eccle. & c. vltima voluntas. xiij. q. ij. quod sit querela inofficiose donationis tendens ad reuocationem donationis: & sic contractus, & per quam non tollitur supremum iudicium. Propter que videretur, sub correctione cuiuslibet melius sentiẽtis, nõ esse peccatum in spiritum sanctum respondere quod in hoc casu debeat donatio predicta, quatenus cõcernit dictum do. Marcellinum extraneum in totum reuocari, hoc est vsque ad illam partem virilẽ quam habiturus erat dictus quondam Antonius, si donatio huiusmodi facta non extitisset: quo vero ad dictam Catherinã vsque ad dimidiam partem eius quod sibi deest pro legitima.

1 Supplementum legitime an possit peti in corporibus hereditariis.
2 Fructus supplementi legitime an peti possint etiam si sint consumpti ab herede bona fide possidente.
3 Filius vniuersalis heres an teneatur alere sororẽ vsque ad cõnubiũ.

Epitome.

Filiam testatoris heres alere tenetur, que & legitimam de corporibus hereditariis petere potest. V. F.

De alen. libe. Consi. ccxlvij.




1 Cum † quinquaginta floreni quos Saurete legasse legitur probus quondam vir Guillielmus maye, non sufficerent, nec vt audio sufficiant ad dictam legitimam, debet prouidus vir Hilarius maye eiusdem Guillielmi pretensus heres supplere id quod deest, & illud expedire in & de bonis seu substantia testatoris, dicta. l. scimus. §. repletionẽ. Quinimo poterat dicta Saureta, nisi consensisset cõstitutioni dotis pro ea facte per dictum hilarium, dicere quod ipsa volebat habere eius legitimam, non quidem in pecunia, sed in bonis & substantia dicti Guillielmi eius quondam patris, dicto. §. repletionem, & quod ibi Bald. quod etiam voluit Barto. in. l. suus quoque. ad fi. princip. vbi etiam Joan. de Jmol. colum. vij. ff. de heredi. institu. Alex. de Jmol. in. l. non amplius. §. fin. ff. de lega. j. Multas remissiones ponit dom. Jason may. que videri possunt in dicta. l. scimus.
2 colum. ij. versicu. quinto not. ex text. † Et puto quod dicta Saurete possit petere non solum supplementum dicte eius legitime, sed etiam fructus huiusmodi supplementi, dicta authentica nouissima. & quod ibi gloss. l. papinianus. §. vnde si quis. ff. de inoffi. testa. not. gloss. in. l. in fideicommissariam. in gloss. j. ad fin. ff. ad trebel. Joan. and. titu. de pigno. §. sequitur videre. in addi. incipiẽte, Si vsusfructus debebatur. Et hoc bene declarat Bal. in. l. nõ est. C. fami. ercis. vbi concludit hoc esse verum, etiam si tales fru-
3 ctus essent consumpti ab herede bona fide possidente. † Nec videtur prefatus Hylarius posse repetere alimenta, si illa dicte Saurete prestiterit: quia cum omnia bona patris fuerint apud eum, et sic commodum: merito apud eum etiam debuit esse incommodũ: & quemadmodũ pater alere tenebatur si vixisset, sic & dictus Hylarius, arg. l. secundum naturam. ff. de regu. iur. Adiicio quod cum onus alimẽtorum pertineat ad patrem dum viuit: ergo post eius mortem pertinet ad heredem, ad quem bona patris cum suo onere deuenerũt. l. si quis a liberis. §. Jtem scriptum. ff. de libe. agno. & quod voluit Cy. in. l. alimenta. ad fin. C. de nego. gest. vbi etiam idem voluerunt Rayne. & Bal. pro quo allegant. l. qui filium. ff. vbi pupil. educa. debe. Hanc opinionem etiam inducit Pau. de cast. in dicta. l. alimenta. dicens illam sibi placere. Jllam etiam sequitur ibi Fulgo. & Salice. in. l. non omni. C. de administra. tuto. Ange. Are. in. §. fuerat. ver. vlterius quero quotidie &c. in fin. instit. de actio. Fateor tamen quod Bart. in dicta. l. si quis. §. Jtem rescriptum. videtur aliter dicere.

1 Moderamen rei sue quatenus cuilibet competat.
2 Edificare in suo molendinum aut furnum an quis possit prohiberi, & quando. 4.
3 Obligatio in futurum an nascatur ex gratuite concessis.
4 Trituram facere cum alieno iumẽto an res prescriptibilis, & qualiter.
5 Possessio negatiue seruitutis quando acquiratur, & iura prohibitoria qualiter acquirãtur.
6 Testis ex sua depositione commodum reportans an probet.
7 Delinquere velle an quis in dubio presumendus.
8 Utilitas publica quando non preferenda priuate.

Epitome.

Communitas per sua parlamenta arctare nõ potest Carthusienses & similes ad calcandum eorum frumentum certis iumentis, nisi de eo seruitus vel alia iura sunt acquisita. V. F.

De seruitu. & aqua. Consi. ccxlviij.



Quilibet † est moderator rei sue & arbiter. l. in re mandata. C. mãda. l. dudum. C. de contrahen. emptio. & vendi. l. pol-la. C. de his q. vt indi. c. de his. ad fi. de sepul. not. hosti. in summa, tit. de cõstit. §. quando constitutio. ver. si tangat ius meũ. Quo fit vt de iure venerabiles & religiosi viri dñi prior & conuẽtus Chartusientiũ loci Uillenoue secus Auenionẽ possint & valeant suo nutu seu voluntate grana, que recolligũt in loco seu territorio Biturrite, triturare cum suis iumentis, nec sint cõpellendi aut cogẽdi ad illa trituranda cũ iumentis vniuersitatis eiusdẽ loci, vel aliis per dictam vniuersitatem
2 conductis, seu imposterũ conducẽdis. † Pro quo dico etiã facit quod dici solet non esse aliquem regulariter impediendum, quominus in suo molendinum & furnum edificet, aut edificari faciat, & in illis bladũ suum molat, & penam decoquat: & non esse cogendum ad molendum aut decoquendum in alterius molendino seu furno, vt no. cano. in. c. significante. de probat. Multa ponit Barthol. cepol. in suo tracta. de seruitu. sub rubri. de fur. Que procederent etiam si volens nunc edificare molendinum seu furnum, & sui predecessores, ab antiquissimis temporibus & citra blada eorum moluissent, & panẽ decoxissent in molendino & furno nunc prohibere volentis ne molendinũ aut furnum edificet, & cogi postulantis vt in ipsius prohibentis & postulantis molendino & furno bladum
3 molãt, & panẽ decoquãt: † quia ex his quae sunt mere facultatis, vel ex his quae gratuite conceduntur, non potest dici ius acquisitũ, nec prescriptio causata, nec per hoc nascitur in futurũ obligatio. c. possessiones. xvj. q. j. & quod no. gl. fi. in fi. in. l. solent. ff. de offic. proconsul. & Bar. in. l. cũ de in rẽ verso. col. vlti. de vsur. & quod in specie not. Cy. Bal. & alii scriben. in. l. j. C. de seruitu. & aqua. Albe. C. que sit lõg. consuetu. super rubrica, fo. penul. vel circa. versic. quid ergo si lõgissimo tẽpore totus populus venit &c. do. Ambro. de vigniate. in repeti. l. de quibus. charta mih. vij. versi. Jdem dico ego si oẽs de populo. ff. de legi. & Barthol. cepol. vbi supra: qui volunt quod si per longissimũ tempus molendo ad molendinũ tuũ accesserim, non propterea potes me in futurum cõpellere propter redditũ seu emolumentũ tui molendini, quod ego inibi molã: & idẽ dicunt doct. in furno. Et hoc ideo est, quia titio seu accessus hmõi factus est per modum cuiusdam facultatis. Jdem tenet Cyn. in. l. ij. C. que sit long. consuetu. Panorm. in. c. abbate sancti Syluiani. col. ij. de verbo. signi. & consi. cxiij. exordiente, Jn questione que vertitur inter reuerendum &c. & quod not. Jnnoc. in. cum ecclesia sutrina, de
4 cau. pos. & proprieta. † Ergo a simili presupposito, citra preiudicium veritatis, quod dicti do. prior & conuentus aliquãdo, quinimo ab antiquissimis temporibus eorum blada triturassent cũ iumẽtis dictorum de Biturrita, vel que pro tempore cõduxerũt: non tamẽ deberent nunc impediri, quominus dicta eorum blada triturarent cũ suis iumentis. Quod saltẽ procedit, nisi cũ alias fuisset eisdem inhibitũ, ne cũ aliquibus iumentis, preterquam cũ iumentis dicte vniuersitatis, vel que pro tempore conducerentur, sua blada decalcarent, & ipsi prohibitioni huiusmodi paruissent per tempus sufficiens ad prescriptionem facultatis seu iuris prohibendi & impediendi: quia ante prohibitionem, & secutam paritionem dici non potest vniuersitas fuisse in possessione seu quasi, inhibendi. Pro quo bene facit quod voluit Bal. in. §. prediorum. ver. deinde quero quando quis &c. institu. de seruitu. vbi referens Pe. dicit quod seruitutum quedam sunt affirmatiue, vt est seruitus aqueducende, & similes. & quedam negatiue, vt est seruitus ne altius e-
5 dificet. † Et dicit quod in negatiua seruitute non acquiritur possessio, nisi cum volens vti libertate fuit prohibitus ne ea vteretur, & ipse prohibitus paruerit prohibitioni huiusmodi. Ex hoc enim tempore, & non ante, prescribere incipit prohibens seruitutem, dicta. l. prima. C. de seruitutibus & aqua. & l. fina. ff. quemadmodum seruitutes amittantur. Pro quo voluit Baldus in. l. Jtem lapilli. versi. Tertio quero an possim prescribere quod nullus habeat molendinum &c. ff. de rerum diuisione. vbi dicit quod iura prohibitoria non aliter possunt prescribi, nisi precedat prohibitio, cui pareat prohibitus. Et idem not. docto. in dicto capi. significante. et Barthol. cepol. loquens in furno. & Ambro. de vigni. loquens de molendino & furno. in locis superius allegatis. Hoc etiam post Petrum voluit Bald. in dicta. l. prima. colũ. ij. versicu. & ex predictis infert Petrus. C. de seruitu. & Joan. fa. in. §. eque. colũ. vij. ver. sed quis erit modus. instituen. de action. vbi loquitur de seruitu-
6 tibus negatiuis. † Non puto autem quod parte dicte vniuersitatis probatum extiterit, quod eisdem do. priori & conuentui inhibitum extiterit, ne cum aliquibus animalibus preterquam &c. sua blada triturarent, & quod inhibitione huiusmodi, acquietum seu paritum extiterit, & deinde lapsum fuerit tempus sufficiens ad prescriptionẽ. Et quidem non per ciues vel incolas dicti loci Biturrite, cum

industria ꝛ operis ipsius Andree, ꝛ liberorũ suorum, vel al's ex pecunia propria eiusdẽ Andree, illa bona sunt ꝓpria ipsi⁹ Andree, nõ cõia vel cõicanda inter eũ ꝛ dictũ Joannẽ. vt not. Bar. Bald. Sali. ꝛ docto. ind. l. si patruus. Bart. in d. l. Titiũ ꝛ Meuiũ. §. altero. ꝛ alij in alijs locis. Et vbi esset dubiũ, an bona p̃dicta acq̃sita extiterint ex cõi pecunia, vel bonis cõibus, an vel de ꝓpria pecunia dicti Andree acquirẽtis, dicit Bar. in. d. §. altero. ꝙ indistincte presumi debeat ꝙ bona hmõi acquisita extiterint ex ꝓpria pecunia dicti Andree acquirẽtis. l. si defunct⁹. C. arbi. tute. ꝛ l. si ventri. in fi. ff. de priuile. credi. ꝛ dicit Bar. ꝙ nõ est recurrendũ ad cõiecturas. §. cuius cõditionis fuerit acquirẽs, an videlicet hõ artifex, vel nõ: q2 semꝑ presumitur ꝙ pecunia fuerit ꝓpria, ex quo nõ apparet ꝙ fuerit cõis, vel aliena. l. naz vnde originẽ. C. si cer. peta. Et supposito citra preiudiciũ veritatis ꝙ opinio ꝛ sentẽtia Bal. ꝛ sequacium in. d. l. si patruus. volentiũ ꝙ immo qñ sumus in dubio vtrũ ex propria pecunia vel ex cõi fuerint bona acq̃sita, recurri debeat ad cõiecturas: hoc tñ nõ noceret huic Andree q2 vt ponitur in casu pars ꝛ portio dicti Joãnis ante factas acquisitiones ꝛ tẽpore acq̃sitionũ vix̃ sufficiebat ad eũ nutriendũ. Dicti etiã Andreas ꝛ ei⁹ liberi fuerũt ꝛ sunt laboriosi ꝛ industriosi, locãtes operas suas, ꝛ al's laborantes. Propter que satis presumi debet, etiã si sequamur doctrinã Bal. ꝛ sequaciũ, ꝙ dicta bona fuerint acquisita ex propria pecunia dicti Andree, ꝛ nõ ex pecunia cõi, vel bonis cõibus Et sic dato ꝙ illa nõ sunt cõia nec cõicanda inter eos sed sunt propria dicti Andree, et hoc quo ad bona suo ipsius Andree noĩe acquisita: quo vero ad bona acquisita suo ꝛ dicti Joannis noibus, dico ꝙ si idẽ Joãnes aquisitiões hmõi ratificauerit aut ratificet, illa sunt vel erũt inter eos cõia, ꝛ sic diuidẽda. l. si ego ff. de nego. gest. no. Bar. Bal. Sali. doct. in. d. l. si patru⁹. ꝛ Bar. in. d. l. Titiũ ꝛ Meuiuz. §. altero. ꝛ alij in alijs locis videtur tñ ꝙ dict⁹ Joãnes debeat soluere dimidiũ ꝓtiũ bonorũ emptorũ, vel al's cũ pecunia acquisitorũ per prefatũ Andreã suo ꝛ ipsius Joãnis nominibus in illis casibus in quibus apparebit pecuniã fuisse solutã per eundẽ Andreã: † quia in dubio pecunia ꝓsumit̃ fuisse illius qui eam numerauit. d. l. si ventri. §. fin. ff. de priuileg. credi. quod etiam no. Bart. Bald. Sali. ꝛ docto. in. l. ij. C. pro so.

3 † Ad secundũ dico ꝛ respõdeo patere respõsionẽ ex his q̃ predixi: hoc est q̃ bona debeãt esse ꝓpria dicti Andree, ꝛ que debeãt inter eũ ꝛ Joannẽ eius nepotez diuidi. Quo vero ad id qđ ibi dicit̃ de laborib⁹ dictorũ ei⁹ liberorũ dico ꝙ ad eos debet haberi respect⁹ ꝛ ꝙ in fructib⁹ diuidẽdis debet dict⁹ Andreas habere lõge maiorẽ portionẽ, q̃ Joãnes ei⁹ nepos: ꝑ eo q2 circa p̃diorũ culturã ꝛ alia negotia dom⁹ vacarũt ipse Andreas ꝛ quatuor ei⁹ liberi. Et hoc est qđ voluit Ang. in. l. ex duobus. ff. de nego. gest. vbi dicit ꝙ sint duo fratres in vna familia habitãtes, ꝛ vn⁹ illorũ habeat plures filios, q̃ multũ operãtur ꝛ ponũt in domo, ali⁹ vero nullos habeat: debet in diuisiõe haberi respectus seu ratio operarũ filiorũ, ꝛ ꝙ ante partẽ debent solui per. l. si is. §. si quas. ff. de dona. inter vi. ꝛ vxo. ꝛ dicit Ang. in. d. l. ex duob⁹. ꝙ pluries hãc questiõnẽ habuit de facto in duob⁹ fratrib⁹ rusticis seu ruralib⁹. hoc ẽt voluit Bal. in. d. l. si patru⁹. col. fi. versi. sed pone ꝙ erãt duo fratres rustici: vbi etiã de hoc ꝑ Sal. ꝛ per Ang. are. in. §. nã ꝛ ita. ℣. qđ si erãt duo ffes rustici ꝛc. instit. de socie. ꝛ do. Jason may. in. l. fi. col. fin. versi. sed quid erit ecõtra si duo fratres ꝛc. C. de coll. q̃ volũt ꝙ si sunt duo fratres rustici, ꝛ veniant ad diuisionẽ bonorũ, ꝛ vn⁹ habuerit plures filios operarios, alter vero nullũ, diuisio fructuũ debet fieri ꝑ capita, ꝛ ꝙ quilibet dictorũ filiorũ operantiũ tantũ habebit de fructib⁹ ꝛ de acq̃sitis occasione fructuũ recollectorũ, quantuz quilibet ex p̃re ꝛ patruo, nec debet eis obesse ꝙ sint filij: q2 eorũ opera ꝛ labore acqrere possunt. l. cũ oportet. §. sic etiã. C. de bo. q̃ libe. ꝛ hoc etiã voluit Bal. in additiõib⁹ quas fecit ad tracta. Bar. de duob. fratr. Puto tamẽ ꝙ in diuisiõe istorꝫ debeat etiã haberi respect⁹ ad p̃dia, in q̃b⁹ excreuerũt dicti fruct⁹: q2 si illa sint cõi, debet aliqua portio de eis adiudicari dictis Andree ꝛ Joãni rõne terragij. Et idem dico de bobus, vel alijs animalibus, cũ quibus fuerũt terre culte, si animalia hmõi erãt cõmunia: q2 etiã deberet isto casu haberi respect⁹, ꝛ voluit Bar. in quodã suo cõsi. exordiente, Cruciarelus ꝛ vanuti⁹ ꝛc. Et idẽ etiã voluit Pe. de vbal. in suo tracta. socie. i. quarta parte, col. xv. ꝛ seq. ꝛ dicũt Bar. ꝛ Pet̃. de vbal. vbi supra. ꝙ ẽt habere debet respect⁹ ad expẽsas factas, que debẽt deduci de fructib⁹ Et q̃uis taxa p̃dictorꝫ, hoc est terragij, laboris, boũ, ꝛ aliorũ, relinquatur arbitrio iudicis: cõsulo tñ ꝙ isti Andreas ꝛ Joãnes hoc remittãt bonis viris eorũ vicinis, ꝛ amicis, qui eos filios ꝛ eiusdẽ cognoscant qui magis sciẽt de predictis arbitrari q̃ iudex vel ali⁹ Et ita poterunt euitari lites ꝛ dissensiones inter eos, que vitãde sunt ꝓpter faciẽdas inimicitias, expẽsas ꝛ alia dãna. Que dixi. ꝛc.

1 ☞ Locus iniurie illate etiam si ciuiliter agatur, an debeat in libello iniuriarum inseri ꝛ probari.

¶ Epitome.

¶ Cum locus in libello iniuriarũ, vt debuit, expressus est ꝛ alius per testes probatus, adiri princeps debet, qui iudici mandet, vt eo non errore non obstante de iniuria cognoscat. V. F.

¶ De precib. Imper. offer. Consi. ccliij.



Enerabilis vir ꝛ amice honorande, post debitas cõmẽdationes. Vidi processum ceptum ꝛ pendentem indecisum per ꝛ inter probum virum Petrum barbe actorem ex vna parte, ꝛ Bertrandum ꝛ Joannez alerij reos ex alia, pretextu ꝛ ad causam vulnerum ipsi Petro illatorum. Et q̃uis ex mihi videtur sufficienter appareat de dictis percussionibus non tamen apparet ꝙ ille facte extiterint in prato dicti Barbe sed facte probantur in publico itinere: ꝛ sic in alio loco q̃ deductum extiterit in libello. Et sic vereor ne dicti Alerij veniant absoluẽdi: † quia certum est ꝙ in libello iniurram poni debet locus illate iniurie, etiam si agatur ciuiliter, vt voluit Bart. in. l. pretor edixit. in prin. ff. de iniur. in. l. idem exigit. ff. de dolo. Bartol. in. l. edita actio. col. ij. vel circa, versi. sed si poneremus ꝙ libellus daretur in actione ciuili. C. de eden. vbi etiã Alex. de imo. col. v. versicu. annectit etiã hic Bar. ꝛc. ꝛ Ang. are. in. §. ex maleficijs, vers. ꝛ aduertendum. ꝙ predicta sunt vera non tm̃ quando de delicto agitur criminaliter ꝛc. institu. de actio. vbi etiaz do. Jason may. col. xiij. vel circa, versi. extra gl. restat vltimo ad cõplementum vt videamus ꝛc. ibi immo fortius etiã si ageretur de delicto, ꝛ Ange. are. institu. de except. super rub. ꝛ quemadmodum debuit loc⁹ illate iniurie proponi ꝛ deduci: ita ꝛ probari debuit locus deductus ꝛ articulatus, qđ tamen non est factum hic: q2 licet testes deponant ꝛ probent de loco, non tamẽ deponunt nec probant de loco deducto in libello: q2 ipsi deponunt de itinere, ꝛ in libello fuit articulatum de prato propter quod q̃uis in veritate ego existimẽ illos Alerios grauiter offendisse hunc Barbe, ꝛ vulnera ꝛ percussiones de quibus in dicto libello sibi intulisse consulo tamen propter predicta concordiam si haberi põt, vel ꝙ dictus Barbe recurrat ad serenissimum domi. nostrum Frãcorum regem Delphinum, vel ad illustrem do. gubernatorẽ Delphinatus, ꝛ ꝙ videat si obtinere poterit prouisionem ꝛ literas, per quas mãdetur egregio viro dño Judici, quatenus si sibi ꝯstiterit de percussionibus ꝛc. procedat ad diffinitionẽ huius cause perinde ac si probatũ extitisset ꝙ ille fuissent facte in loco expresso in libello: quã prouisionem vt puto obtinebit, pro eo maxime q2 dictum iter de quo deponunt dicti testes est ipsi prato contiguum. Non alia, preterq̃ vt bene valeatis. Ex ꝛc.

1 ☞ Laudimium an debeatur ex cõmunione iurisdictionũ, ꝛ an ex transactione super illa nonus titulus fuerit acquisitus.

2 Res ex causa transactionis apud alium dimissa an censeatur alienata, ꝛ quid in alijs contractibus.

3 Litem remittere non est dare.

¶ Epitome.

¶ Cum transactio celebratur, pro qua parte quis titulum acquirit debetur laudimium, pro alia vero non. V. F.

¶ De iure emphy. Consi. cclv.

1 

Uesitum † est an ex cõmunicatiõe iurisdictiõis loci ꝛ territorij de Masano, quam trãsigendo fecisse leguntur nobilis et generosus vir Honoratus alloaudi dominus dicti loci ex vna parte, ꝛ nobiles viri Stephanus, Gabriel, ꝛ Petrus de sadone ex alia, debeatur per ipsum nobilez Honoratuz camere apostolice comitatus Venayssini laudimiũ: ꝛ videtur ꝙ non. Pro cuius dicti declaratiõe premitto, ꝙ tẽpore transactionis ꝛ ante dictus nobilis erat ꝛ diu fuerat in possessione seu quasi, ꝛ insolidum. loci ꝛ territorij de Masano, ac meri et mixti imperij, et omnimode iurisdictionis, reseruata superioritate ꝛc. et hoc partim iure hereditario seu successorio suorum progenitorum, et partim titulo venditionis sibi facte per reuerendissimum in Christo patrem ꝛ do. domi. Julianum ꝛc. de qua parte etiam per curiam predictam fuerat inuestitus, ꝛ sibi laudimium soluerat. Quo fit vt per dictam communicationem nõ videatur aliqua iurisdictio sibi data vel tradita, sed potius apud eum dimissa. Et sic non videtur illa iurisdictio, quam hodie habet ipse nobilis Honoratus in breui, quod fuit nobilis Balthesaris retronchim ꝛ suorum predecessorum, ꝛ hodie est dictorũ nobiliũ de Sadone, fuisse in vim trãsactionis, de qua supra, in eũdẽ trãslata, nec aliquis nou⁹ titul⁹ sibi acquisitus. l. siue apud. ꝛ l. si pro fundo, vbi est tex. no. ꝛ qđ vtrobiq; no. per scribẽtes. C. de trãsact. no. glo. ꝛ doct. in. l. penul. C. de viuca. pro empto. Bar. in. l. ij. ff. eo. tit.

Bal.in.l.j.in fi.l.oppo.C.si aduer.transac.Bal.Alua.z do.Pre posi.in.c.vnico.de ꝯtrouer.iter vassal.z aliū de bnfi.z do.Prepo. in.c.si vassallus de suo,si de feud.controuer.fue.inter do.z agna.

2 †Et est hoc speciale in transactione,ꝙ res ex causa trāsactionis apud alium dimissa non cēseatur ꝓpterea alienata:cui⁹ cōtrariū est in alijs ꝯtractib⁹.l.quedā mulier.ff.de rei vēdi.l.si spōsalib⁹.ff. de iure do.l.qua rōne.§.interdū.ff.de acq.rerū domi.z.§.interdū. institu.de rerū diui.In quibus locis ꝓbatur,ꝙ ex alijs cōtractibus res apud aliquē dimissa cēseatur alienari,perinde ac si in vim contractuū hmōi tradita extitisset.Cū igitur et cōicatione ṗdicta nō cēseatur aliqua iurisdictio in eādē nobilē Honoratū trāslata,vel si ibi tradita,nō videtur ꝙ ipse teneatur ad solutionem laudimij.

Premissa sine dubio ꝓcederent,si dūtaxat fuisset pars iurisdictionis,de qua supra,eidem nobili Honorato dimissa:tūc em̄ null⁹ videretur per eū quo ad partē hmōi fuisse quesitus titulus.Sed istud nō est sic factū:sed vt dixi iurisdictiōes dictoꝝ nobiliū Astoaudi,ac Stephāi,Gabrielis, z Petri mutuo z vicissim sibi cōicate.Et sic quo ad partē predictā videt̄ nobilis Honorat⁹ titulū quesiuisse a dictis nobilib⁹ de Sadone,queadmodū z ipsi titulū acquisiuerūt in ea parte iurisdictionis,quā nūc habēt in breui dicti nobiles Astoaudi,ꝑ id qḋ voluit Bar.in.l.j.ff.de vsuca.ꝓ empto.z Raph.fulg.in.d.l.si ꝓ fundo. Pro quo facit qḋ voluit Bal.in.l.si iter vos.C.cōi.vtriusqꝫ iudi. vbi dicit ꝙ.d.l.si ꝓ fundo.in fi.loquit̄ qñ ꝯct⁹celebrat̄ sup instantia litis:qḋ dictū refert z seqtur.d.Jason may.in.d.l.si ꝓ fundo. col.iiij.versi.vnde alibi dicit zc.vbi subijcit idē Jason,ꝙ si contra heret̄ sup re ipsa:tunc tribueretur titul⁹ ei apud quē res ipsa re-

3 mitteret̄.†Dicit etiā Bal.in.l.j.col.j.ver.qro an pater.C.de bon. mater.ꝙ remittere litē nō est dare.d.l.si pro fundo,ad fi.sed dñ est dare remittere rē vel actionē.Cū igitur quo ad cōmunicationem iurisdictiōis,de q̄ supra,dicti nobiles Astoaudi z de Sadone trāsegerint nō sup lite,vel saltē nō solū sup lite,sed etiā sup re ipsa,hoc est ipsa iurisdictione,z quā voluerūt in ambobus breuibus seu territorijs esse cōem,puto eundem nobilē Astoaudi nouū titulum acquisiuisse quo ad partem iurisdictionis,de qua supra,z illā ex hoc titulo acquisiuisse,si antea eam non acquisiuerat,Propter quod puto,sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, ꝙ ipse teneatur ad laudimium huius partis.

1 Verba,z suos liberos,posita in testamento,de quibus in dubio debeant intelligi.
2 Testator quando intelligatur inuitare personas,inter quas affectio ordinata cadit,ordine successiuo.
3 Alternatiua resoluitur in coniunctam,z econuerso.
4 Charitas ordinata in succedendo que sit.
5 Testes qui nituntur probare negatiuam an sint suspecti de falso.
6 Maritus,cui mulier cessit iura in commodum suum,an possit repelli per heredes,z quando.
7 Testes super valore rei qualiter deponere debeant.
Valor rei qualiter percipiatur.
8 Fieri presumitur quo communiter fit.
9 Testis dictum an debeat de necessitate concludere.

Epitome.

Fieri ne potest vt Bona femina tam vastos excitet processus, quid relique faciant;Ceterum tam varia hec z de verbo z suos,z de successione ex charitate ordinata,deqꝫ vxore iura viro cedente, z de testibus subijciuntur,vt syluas omnes facilius in fasciculū conijcias. V. F.

Decisio. Consil.cclvi.

Multa sunt que obstare videntur intentioni honeste mulieris Catherine rossete,z ꝓpter que nō videtur intentio huiusmodi vsquequaqꝫ de iure ꝓcedere.Et primo quidē nō quatenus conata est petere et de facto petijt quintā partē bonoꝝ que fuisse pretendit honeste quondā mulieris Bone femine relicte Stephani de manens:z hoc in vim testamenti eiusdē Bone femine,Cū qꝛ nō fuit probatū ꝙ probus quōdā vir Frācisc⁹ rosseti,ipsius Catherine pretensus quōdā pater, fuerit put pretēdit heres ꝓ quota institutus per dictā Bonā fe-

1 minā:†qꝛ cū notarius,qui instrumētū testamēti recepisse ṗtenditur,vsus fuerit verbis tertie ꝑsone,illa verba,z suos liberos,videtur debere intelligi in dubio nō de liberis Joānis rosseti ꝑ ipsam Bonā feminā heredis instituti,sed de liberis suꝑpsi⁹ Bone femine testatricis.l.ex facto.in prin.iūcta gl.sup verbo,z suā.ff.ad trebel.vbi gl.exponit seu declarat suā.s.rogātis,z sic testatoris,z cōsequēter nō rogati,hoc est heredis instituti,z de restituēdo grauati.z idē voluit ibi Bar.Pro hoc etiā facit.l.cū in testā.iūcta gl. sup verbo,sui.ff.de auro z argē.leg.que exponit sui,scilicet testatoris,z sic nō legatarij.Ex qb⁹ duob⁹ testib⁹ iūctis gl.predictis colligit̄ doctrina,ꝙ adiectio z suis,vel z sua,vel z suos,dꝫ intelligi de suis disponentis:z nō de suis illius in quē ꝯfert̄ dispositio,z hoc vt iā dixi,qñ notari⁹ vtit̄ vbis tertie persone.Duo bona exēpla ponit Bar.in.d.l.cū testō.Idē voluit Alex.de imo.in.c.iudicāte.colū.vij.verſic.qnarto qrit qd si in testo scripto in tertia ꝑsona,de testa.Jo.Raynau.in suo tracta.suita.col.fi.z Alexan.de imol.cōsi.lvj.exordiente,Cōsideratis verbis testamēti in ea parte zc.col.j.in primo vol.Tū etiā qꝛ eisto vt videat̄ dicta Bona femina sensisse nō de liberis suꝑpsius Bone femine,sed de liberis dicti Joānis rosseti:nō videret ꝙ dictus Franciscus huius Catherine pater,z cōsequenter eadē Catherina vt pretēsa eius heres aliquid petere,potuerint in bonis dicte Bone femine ex capite pre-

2 tēse institutiōis facte de liberis:†qꝛ cū vt dicit̄ in testo dicte Bone femine,in parte vꝫ institutiōis heredū,dictus Joānes rosseti esset nepos charissimus eiusdē testatricis,hic videt̄ esse ordo charitatis:z ita cēseri debēt dicti Joānes z liberi fuisse inuitati,non q̄ lē simul,sed ordine successiuo.s.primo Joānes pr̄,z postea p̄re vꝫ repudiāte vel succedere nō valēte dicti eius liberi,iuxta theoricā quā ponit Bar.in.l.gall⁹.§.quidā recte.col.j.vers.qrit gl.ibi, ego dicerē ꝙ etiā vbi testator zc.ff.de libe.z posthu.dicit em̄ ibi Bar.ꝙ etiā eo casu in quo testator non necessitat̄ facere,vt ibi:si tñ faciat,z ponat copulatiua z inter personas inter quas cadit affectio ordinata,ipse intelligit̄ illas inuitare ordine successiuo.d.§. quidā recte.z.l.gñaliter.C.de instit.z substi.z.l.lucius.ff.de here-

3 di.instit.†Sicut em̄ alternatiua resoluit̄ in cōiunctā:ita eadē rō-

4 ne ꝯiuncta resoluit̄ in disiunctā.†Et appellat Bar.ordinatā charitatē,qñ sic ab intestato erāt ille ꝑsone successure,vt dicit pater in.d.§.quidā recte.Cum ergo inter dictos Joannē z eius liberos caderet hec charitas,ꝓ eo qꝛ,vt dixi,Joannes erat nepos ṗdicte testatricis,vt dicitur in dicto testamēto:qḋ etiā quo ad hoc fidē facit contra ꝓducentē.c.cū venerabilis.z qḋ ibi docto.de excep. Cui no obstat depositio quorundā pretēsoꝝ testiū parte dicte Catherine in causa ꝓductoꝝ,quaten⁹ ꝓbare nitunt̄,ꝙ dict⁹ Joannes nō fuerit de parētela vel cōsanguinitate dicte Bone femine

5 testatricis:†qꝛ quo ad hoc ipsi testes nitunt̄ ꝓbare negatiuā:z sic sunt suspecti de falso.c.cū ecclesia sutrina.de caus.pos.z ꝓprie.Cū em̄ dicta quondā Bona femina diu est ab humanis decesserit,et vt parte dicte Catherine fuit in causa propositū,ipsa tēpore mortis multū senex extiterit,quō scire possunt testes predicti ꝙ eidem Bone femine in nullo gradu cognationis attineret dict⁹ Joannes:cū ad hoc sciendū opus esset ꝙ ipsi cognouissent parētes hoc est supiores dictorū Joānis z Bone femine,saltē vsqꝫ ad gradum septimū:Forte vero opponetur fuisse satis ꝓbatū dictū Joannem in nullo gradu cognationis attigisse dictā Bonā feminam, ex eo qꝛ probatū est eū duxisse in vxorē Bonā feminā,ipsius Bone femine testatricis pretensam neptē.Sed istud nō obstat.Cū qꝛ nō inter oēs cognatos collaterales est prohibitū matrimoniū, sed dūtaxat inter cognatos vsqꝫ ad quartū gradū.c.nō debet.de consangui.z affi.Cum z qꝛ quis potest ducere in vxorē nō solum neptem amite vel matertere,sed etiam sororē fratris,vt verbi gratia:pone ꝙ ex Titio z Berta procreata sit Catherina,et deinde Titio mortuo ex Berta z Antonio ꝓcreatus sit Petr⁹:z postea mortua Berta ex Antonio z Philippa ꝓcreatus sit Stephan⁹ Quāuis enim Stephanus sit frater cōsanguine⁹ dūtaxat dicti Petri,z Petr⁹ sit frater vterin⁹ duntaxat ṗfate Catherine:poterit tñ Stephanus ducere in vxorē Catherinā:qꝛ illa in nullo attinet eidē Stephano.Habēt em̄ parētes diuersos,dicta vꝫ Catherina Titiū z Bertā,z Stephanus Antoniū,z Philippam, z tñ(vt dixi)Stephanus est frater Petri,z Petr⁹ frater Catherine.Nō est ergo sufficiēs rō,quā dicti testes allegant ad probandū,ꝙ Bona femina testatrix,z Joannes rosseti in nullo gradu cōsanguinitatis sibi attinerēt.Nō igitur ꝓbatū est dictū Joannem rosseti nō fuisse de parentela seu cognatione ṗfate quōdā Bone femine.Et sic restat ꝙ standū sit assertioni de qua supra,z ꝙ propterea fuerit charitas ordinata inter dictos Joannē z liberos,ſꝫ mentē Bar.z cōsequēter ꝙ primo fuerit vocatus idē Joannes,z deinde eius liberi,si ipse nollet vel nō posset adire hereditatē eiusdem Bone femine.Ex quo vlterius sequit̄ ꝙ cū ipse Joānes hereditatē hmōi adierit,z sic expirauerit vulgaris substitutio.l.post aditā.C.de impube.z alijs substi.fuerint ꝑpetuo exclusi dicti liberi,si iuxta mētē Bar.dicamus liberos fuisse vulgariter dicto eoꝝ patri substitutos,vel ꝙ cū dictis Margareta,Catherina,z Frācisco succedere debuerint etiam dicti Petrus z Laurentius,qui tempore aduenientis conditionis reperiuntur de liberis ex legitimo matrimonio dicti Joānis rosseti ꝓcreatis:ꝙ sufficit,q̄uis nec tempore testamēti,nec tēpore mortis eiusdē Bone femine ꝓcreati extitissent,arg.l.interuenit.ff.de leg.ṗstā.z.l.eū qui post. ff.de condi.z demō.z qḋ ponit Pau.de cast.cōsi.lxxviij.exordiente,Viso dicto pūcto zc.col.iij.ver.sup quarto videtur mihi dicendum.

dam, & Bart. Sozi. in. l. si cognatis. colū. j. & ij. ff. de reb. dub. Ex quibus sequitur portionē seu partē, quam ex persona dicti quōdā Francisci petere nititur ipsa Catherina, fuisse multo minorē quin ta parte bonorū dicte Bone femine. ¶ Preterea vbi omnia pre missa cessarent, & q propterea nō solum Joānes, sed etiā liberi viderentur instituti seu etiā inuitati non ordine successiuo, vt vo luit Bart. sed simul, prout quidam alij tenuerunt: adhuc videret prefata Catherina male petijsse quintā partem bonorū & here ditatis dicte Bone femine testatricis: q: dictus Joānes videtur fuisse institutus in dimidia parte: & dicti eius liberi in alia dimi dia, per id qd habetur in. l. interdū. in prin. & qd ibi gl. & doct. ff. de heredi. instit. Multas concordantias signat gl. in. l. lucius. la. ij. §. lucius. ff. de lega. ij. Cum igitur tempore testamēti & mortis di cte Bone femine testatricis, superessent tres liberi dicti Joannis rosseti, scilicet Margareta, Catherina, et prefatus Franciscus, prout parte dicte Catherine fuit in causa propositum & deductū, non videtur idem Franciscus fuisse inuitatus nisi in sexta parte, que est tertia semissis seu dimidie partis. In alijs vero duabus sextis partibus inuitate extiterūt prefate Margareta & Cathe rina, & de quibus nihil petere potuit prefata Catherina. Et qui dem nō de sexta parte relicta Margarete: quia ipsa illam dona uit honorabili viro Petro rosseti eius fratri. Non etiam in sexta parte relicta dicte Catherine: q: non sunt deducta media, per que appareat q in hac sexta parte succedere debeat dicta Catherina actrix. Et sic quo ad eā debent absolui ipse Petrus & honorabi lis vir Laurentius rosseti eius frater, etiam si non probauerint hanc sextam partem ad se pertinere, vulgata. l. qui accusare. C. de eden. l. fi. C. de rei vendi. & c. vnico. cum suis simi. vt eccle. benefi.

6 † Ceterum est & aliud quod obstitit & obstat predicte Catherine, scilicet pre tensa constitutio & assignatio in dotem facta Joannono chaloys eius viro, vna cum cessione iurium & actionum sibi competentiū in & super bonis predictis: de quibus constitutione, assignatione, & cessione constat publico instrumento parte eiusdem Catherine in hac causa producto. Cum enim constitutio, assignatio & cessio huiusmodi facte extiterint ad commodum dicti Joānoni, potue runt & possunt prefati Petrus & Laurentius de illis opponere, & opponendo eandem Catherinam repellere, etiam si nō interuene rit aliquod de illis tribus, de quibus in. l. iij. C. de noua. Pro quo allegasse sufficiat quod voluit Jacob. de are. & post eum Oldrad. in. l. j. §. j. ff. ad trebel. Bart. & Joan. de imol. in. l. facta. §. si heres. le premier. eo. titu. Barto. in. l. si cum emptore. ff. de pact. vbi etiā tandem in hanc partem videtur Alexā. de imol. inclinare, q̄uis visum fuerit se relinquere cogitandum. Opinionem Barto. etiā sequitur Bal. in. l. j. col. fi. ver. quero quid si esset procurator in rē suam. C. quan. prouoca. non est neces. Ang. in. d. §. si heres. ad fi. & in. d. l. iij. versic. ex predictis etiam apparet an post venditionem &c. & alius Ange. §. n. charta. xij. vel circa, versi. quarto potest op poni: ibi sed aduertas tu q. d. l. iij. &c. institu. de excep. pro quo fa cit quod not. gl. in. l. fi. ff. de transac. Multa pro hoc dicto possunt induci: sꝫ q: illa videri possunt in locis superius allegatis, ego bre uitatis causa illa non transcribo.

Ceterum hic est aduertendum q vt apparet ex processu cause huius, quadringē ti & viginti floreni, de quibus in processu, fuerunt constituti & assi gnati in dotem & pro dote eiusdem Catherine, & deinde dati & so luti dicto Joannono chaloys huius Catherine marito, qui post ea non est veritus stipulari & acceptare constitutionem & assigna tionem alterius dotis, & sibi constitute de bonis, rebus et iuribus superius mentionatis, volens (vt videtur) habere et pretium et bona, et vt dici solet galinam et oua, et qui saltem, vt deo et legi & honori suo satisfaceret, debebat q̄primum sciuit, ne dixerim insti gauerit, causam hanc suscitari et moueri contra istos Petrum & Laurentium per dictam Catherinam eius et nunc et tunc vxo rem, dictos quadringentos et viginti florenos vel dictis Petro et Laurentio soluere, vel saltem illos eis realiter offerre, quod si non fecit, nec vt videtur facere curat: non sunt tamen dicti Ros seti cogendi ad faciendum restitutionem de bonis ex aduerso pe titis, aut eorum parte, etiam si omnia predicta cessarent, que non cessant, nisi prius per eum facta solutione dictorum quadringen torum et viginti florenorum, causis et rationibus alias allagatis (si memoria non me fallat. quia non vidi) per egregium virum dominum Jacobum bochoni. Cui dicto non obstat id quod ex aduerso reperitur oppositum: scilicet q pars et portio, quam ha bere pretenditur prefata Catherina in bonis & hereditatibus di ctorum quondam Bone femine, Joānis & Francisci rosseti, esset tempore constitutionis & assignationis dictorum quadringento rum & viginti florenorum longe maioris estimationis & valoris,

7 q esset vel sit summa huiusmodi. † Quoniam respondeo q illud non probatur: q̄uis enim aliqui ex testibus parte eiusdē Cathe rine in causa productis pro hoc deponere videantur: ipsi tamen hoc non probant: vel pro eo quia non reddunt causam sui dicti quam etiam non interrogati reddere debebant: quia valor non percipitur immediate per sensum corporis, sed iudicio intellect9, & per discursum rationis, per not. per Innocen. & Cano. in. c. cum causam inter archiepiscopum. de testib. per docto. in. l. solam. C. eod. titu. Bart. in tractatu suo. de testi. per Pau. de cast. & Ale xand. de imol. in. l. pretia rerum. ff. ad legem falcid. per Bald. in. l. fina. in fin. C. de iur. domi. impetran. et Panor. in. c. cum causam que inter Economum. de testib. Pro quo faciunt no. per Bart. in. l. ij. ad fin. C. de rescin. vendi. per Bald. in. l. vnica. de sentē. que pro eo qd interest. & in magna repetitio. dicte. l. ij. circa vlt. char tā: vel si quam causam eo ū dicti reddiderint, illa fuit q ideo bo na predicta id valerent, de quo testificantur & deponunt: quia tan tum dedissent, & q hodie etiam darem eam summam quam di cunt bona huiusmodi nunc valere: quia testes huiusmodi ita de ponentes deponunt non de cōmuni pretio, sed de singulari, quod quia non debet attendi, dicta. l. pretia rerum. non probant, quod etiam voluit gloss. & Bartol. in dicta. l. ij. oportet enim quod te stes sic deponentes se referant ad pretium commune, et sic q ad dant q tantum pretium darēt pro communi estimatione. Et q̄ uis Nicola. de matta. quem refert et sequitur Bald. in dicta. l. ij. tenuerit contrarium, scilicet q testes probent in dubio, etiam si non addant illa verba, scilicet pro communi estimatione, pro eo quia non presumitur q deponant de affectione et estimatione sin

8 gulari, sed de communi: † quia homines presumuntur facere id quod communiter fit. l. si pactum. ff. de probatio. ad quod facit ra tio de qua in. l. cum de indebito. in princip. ff. eod. titu. tamē Jo an. de imol. in dicta. l. pretia rerum. non putat opinionem Nico

9 la. de matta. & Bald. esse veram: pro eo † quia dictus testis debet de necessitate concludere. c. in presentia. de proba. l. non hoc. C. vn de cogna. & quod not. Bart. & Alexan. de imol. in. l. inter stipulan tem. §. si stichum. ff. de verb. obliga. Quo fit vt cum possit esse, q testis moueatur propter affectionem particularem, ipse non pro bat: & dicit Jo. de imo. q iura allegata per Bald. non loquūtur in materia probationum, sed in alia materia. Et hāc opinionem, sci licet q non probent, secutus est Alexan. de imol. in dicta. l. pretia rerum. colum. v. versi. quid si testis dicat. Anto. de butri. & Joan. de imol. in. c. cum causam. de testi.

1 ☞ Judex an debeat inquirere & condemnare confitentē furtū si de delicto non appareat.
2 Torqueri an debeat confessus, si de furto aut homicidio aliter no constet.
3 Confessio propria difficilius impugnatur, q̄ depositio alterius.
4 Questio per iudicē dolo malo & sine causa decreta an sit pena in iuriarum, an capitalis.

¶ Epitome.

¶ Aduersus confitentem questio decernenda non est, si de alia probatione non constet. V. F.

¶ De questionib. Consi. cclvij.



Scripseram alias q ex responsionibus seu inculpationibus, quas con tra prouidum virum Dominicum plateli fecisse dicebantur Andreas carrerie, & Michael peco leti intitulati & inquisiti de & super quondam pre tenso furto, non erat idem Dominicus questioni seu tormentis subijciendus, motus iuribus, rationibus & causis per me tunc al legatis: que licet bene, & alias prout oportet inspicienti debuerint & debeant sufficere pro demonstratione eius quod tunc dixi, scili cet q idem Plateli torqueri non deberet: quia tamē audio egre gium virum dominum Judicem cause huius vel dixisse vel exi stimasse, q motus potius affectione quam gero ad hanc causam pro defensione eiusdem Dominici, q̄ iuribus, rationibus et cau sis sufficientibus, vel pro defensione veritatis. q̄uis profecto con

1 trarium sit veritas, † addo predictis (& hec sola sufficeret) quod cum non apparuerit nec appareat de illo pretenso furto, non de buit idem domi. iudex de illo inquirere, nec condemnare etiam confitentes, argumen. l. prima. §. item illud. ff. ad sillania. per quē text. probat quod prius debuit apparere de delicto ipso, vt verbi gratia: quod homicidium vel furtum vel aliud delictum commis sum extiterit, q̄ contra aliquem inquiratur an homicidium vel furtum huiusmodi commiserit. Pro quo videri poterit quod no. Bartol. & Bald. in dicta. l. i. §. item illud. Bald. Paul. de cast. et docto. in. l. quotiens. §. si quis nomen. ff. de heredi. institu. Bald. in aut. sed nouo iure. col. penul. versi. sed pone q quis cōfitetur se fecisse plura furta diuersis locis. C. de seruis fugi. Ang. are. in suo tractatu malefício. in gl. super verbo, & vestem &c. ver. quid si quis cōfitegtur se fecisse plura furta &c. d. Jason may. in. l. alias autē.

verſi. ſcḋo limita dictū Bar. φ ſi aliquis cōfiteatur ſe ⁊c. ff. de iureiurā. ⁊ do. Fely. in. c. auditis. col. xvj. ver. ad ſecundū de offenſo in cognito: ibi, dicit etiā φ ſi nō cōſtat de occiſiōe ⁊c. de preſcri. ⁊. Ange. in. l. certū. ff. de cōfeſ. ⁊ Pau. de caſt. qui no. φ licet als regulariter ſtet cōfeſſioni cōfitētis ſe aliquē occidiſſe: hoc tū limitatur vt procedat qñ apparet de homine quē cōfitetur occidiſſe, hoc eſt qñ apparet homicidiū fuiſſe cōmiſſum: nō aūt procedit ſi aliquis etiā ſpōte cōfiteatur in iudicio ſe occidiſſe hoiem, qui nō apparet nec reperitur occiſus, talis enim cofeſſio nō valet, nec ligat con-
2 fitentem. † Quod ſi ita eſt, imo quia ita eſt, fruſtra queritur de tortura contra hunc Dominicum infligenda, ſi non appareat, prout nō apparet: furtū eſſe cōmiſſum illi Antonio gauterij denuntianti: q̄reſto φ dictus Dominicus vel tortus vel nō tortus confiteretur: non poſſet ex hoc damnari, vt not. doc. in locis ſuperius allegatis, per dictū. §. illud. Et q̄uis dictus. §. loquat in homicidio: idem eſt in furto, vt voluit Bal. in dicta aut. ſed nouo iure. verſ. ſed pone φ quis. Idē voluit Ang. are. in dicto ſuo tracta. ſuper verbo, ⁊ veſtē. ver. quid ſi cōfiteatur. vbi etiā Augu. de bon fran. in addi. Et ſi forte opponat φ immo appareat de furto p cōfeſſionē illorum Carrerie ⁊ Pecoleti. Dico ⁊ reſpondeo φ illud non eſt verum: quia ſi illa eorum confeſſio, quam de ſeipſis ⁊ cōtra ipſos fecerunt, non eis preiudicet, vbi non conſtat de furto, vt apparet per predicta: multominus nocere debet predicto Domini-
3 co: q̄ magis debet nocere confitenti eius confeſſio, q̄ tentio, † pro eo quia facilius impugnatur depoſitio ſeu dictū alterius, q̄ propria confeſſio. l. generaliter. ad fin. C. de nō numera. pecu. ⁊. c. per tuas. de proba. Non eſt ergo dictus Dominicus torquendꝰ: quia proculdubio nō eſt torquendus inculpatus, niſi cōſtet de maleficio. d. §. item illud. vbi etiam in terminis hoc not. Bar. ⁊ ſubiungit quod aliud eſt factum, aliud faciēs: ⁊ φ de facto primo, debet conſtare, q̄ torqueatur quis pro eruenda veritate quid fecerit, ⁊ vt dicit Ange. are. in dicto ſuo tractatu maleficio. ſuper verbo, φ fama publica, verſi. duodecimo tu iudex ſis bene cautus ⁊c. φ iudex debet eſſe bene cautus, ne aliquem ad torturam ponat p maleficio, priuſq̄ cōſtiterit curie ſue id maleficiū fuiſſe commiſſum: ⁊ ſubiūgit φ ſi non facta diligentia de qua ibi aliquem torqueret
4 pro dicto maleficio, poſſet teneri in ſyndicatu: † vt dicit Bal. arguēdo in. l. decimatiōes. C. de queſtio. de quacūq̄ tortura, quā facit iudex dolo malo ⁊ ſine cauſa, eſt pena capitis: q̄uis alibi dixerit eum teneri pena iniuriarum, vt ponit idem Bald. C. de pena iudi. q male iudicauit. ſuper rubrica: quas cōſtat eſſe graues, preſertim in viro cōſtituto in dignitate. Et ideo cauendum eſt iudici ne quē minus iuridice torqueri faciat: ad que ſi placet aduertat dictus domi. iudex. Que dixerim ſub correctione ⁊c.

1 ☞ Poſitiones in cauſis ad quos fines facte ⁊ introducte.
2 Reſponſio ad poſitionem vt ſit congrua ⁊ apta qualiter facienda, ⁊ quid ſi fiat per verbum credit.

¶ Epitome.

¶ Vbi iuramentum veſtrum calumnie, o Patroni cauſarum, ſi per reſponſiones veſtras implicitas aduerſarium neceſſitate probandi aſſidue oneratis: non mirum igitur ſi tales non ſufficiant reſponſiones. V. S.

¶ De iureiuran. propt. cal. Conſi. cclviij.



1 Oſitiones † fiūt in cauſis ad hunc finem, vt ex reſponſione quam eis facit ille contra quem fiunt releuetur ab onere probandi, vt voluit gloſ. j. in. c. j. verſi. fiunt autem poſitiones. de confeſ. in. vi. Pro quo allegat dictū c. ⁊. l. eum qui. primo reſpōſo. ff. de iureiurando. Et vt dicit Alexander de Imola in. l. de etate. §. nihil. ff. de interroga. actio. poſitiones fuerunt introducte vt quis releuetur ab onere probandi. Pro quo allegat cle. ſepe. circa medium de verbo. ſignifi. ⁊. l. ij. §.
2 quod obſeruari. C. de iureiur. propter calū. † Hinc eſt φ niſi reſpōſio ſic fiat ad poſitionē, φ ponens releuetur a pbando, nō eſt apta aut cōgrua reſpōſio, vt voluit Bald. in. d. §. quod obſeruari. verſi. ſcḋo queritur, ⁊ idē voluit Alexan. de imol. in. d. §. nihil. qḋ etiam fuit de mente Bar. in. d. §. quod obſeruari. ad fin. vbi voluit φ reſponſio facta poſitioni criminali per verbū credit, nō eſt ſufficiēs, pro eo quia ex confeſſione hmōi non releuatur ponēs a probatione poſitionis: quia non poteſt ſic reſpondens condemnari, niſi poſitio aliter probetur, vt no. Bar. vbi ſupra. Etiā reſponſio ad poſitionem debet eſſe certa. l. certum. ff. de confeſ. not. glo. in. c. preſentium. ſuper verbo ſigillatim, de teſti. in. vj. ⁊ poſt eam Alexan. de imol. in. d. §. nihil. Ad que ſi vt oportet aduertiſſet venerabilis ⁊ egregius vir dñs Girardus teſtardi precētor eccleſie Tricaſtrinē ſis, non vtiq̄ reſpondiſſet tertie, quarte, ⁊ vndecime poſitionibus contra eum parte prouidorū virorū Guilhoti ⁊ Pauleti Hugonis propoſitis prout illis reſpōdit: nec poſt impugnatas reſpōſiones per eū factas cōtendiſſet, put cōtendit, ſufficienter reſpōdiſſe. Et primo quidem non tertie, in qua de titulo nihil dicitur: de illo enim fuit ſufficienter articulatum in ſecunda poſitiōe. Et ideo nō eſt cenſendum φ in dicta tertia poſitione voluerint ponentes titulum repetere. Preterea cum poſſit quis poſſidere cum titulo, ⁊ poſſidere ſine titulo, poſtq̄ idē do. Teſtardi reſpondit ſe nō credere dictos Hugonis ſaltē cū iuſto titulo poſſidere, debebat ipſe reſpondere an credat vel nō credat eos vel ſine titulo, aut ſine titulo iuſto poſſidere: quod quia non fecit, nō reſpondit poſitioni. Et idē dicendū eſt de reſponſione quā fecit ad quartā poſitionē. Preterea nec valet reſpōſio facta ad dictā octauā poſitionē, pro eo q̄ per illā nō releuatur ponēs. Et ſi tales reſpōſiones admitterētur, eſſet reſpondentibus aperta via reſpondendi negatiue ſine metu periurij, verbi gratia: ſi ageret creditor, cui fuiſſet ſatiſfactū, ⁊ poneret ſe mutuaſſe aduerſario, vel aliud quodcūq̄ verum: poſſet reſpondere reus habens exceptionē legitimā, ſe non credere ad ſinē ⁊c. Et ita in nullo releuaretur ponens per reſponſiones eius contra quē fierent poſitiones: quod eſſet contra finem propter quem introducere expedierunt poſitiones, ⁊ earum vſus: quod eſſet abſurdum. Illa vero cōſuetudo, quam allegat egregius do. aduocatus partis aduerſe, ⁊ de qua aliquid ponit Specu. titu. de poſitio. §. quarto. verſi. hoc quoq̄. ⁊ Hemi. in. c. ij. col. v. ver. ibi de viduis ſi actor ⁊c. de confeſ. in. vj. eſt multū diuerſa ab hac preteſa cōſuetudine, immo profecto corruptela, quā pro defenſiōe dictarum ſuarum reſponſionū allegare nititur dictus do. Teſtardi. illa eīn habet plurimū rationis, ⁊ que dicunt docto. eſt optima legum interpres. hec vero que nūc inducitur nihil habet rationis, ⁊ que omnino derogat fini ppter quē poſitiōes ſunt inuēte. Reſpōſio vero facta ad vltimā poſitionem eſt notorie inepta, ⁊ que non poteſt poſitioni adaptari. Propter que non obſtātibus quibuſcūq̄ ex aduerſo allegatis, tenetur idem domi. Teſtardi dictis poſitionibus ſufficientius reſpondere. Verū ne detur ſibi materia fugiendi, ⁊ latius dilatandi cauſam preſentē, ſaluo ſibi iure eiuſdē do. Teſtardi compellendi ſeu cōpela petendi ad ſufficiētius reſpondendum dictis tertie, quarte, octaue ⁊ vndecime poſitionibus, petūt dicti Guilhotus ⁊ Pauletus negata per ipſum do. Teſtardi ad probandum admitti, ⁊ terminum ad hoc faciēdum ſibi aſſignari. Et alias petunt in ⁊ ſuper premiſſis ⁊c.

1 ☞ Intentionis fundamentum cuiuſlibet eſt probandum.
2 Iudicium poſſeſſorium an dicatur momentaneum, ⁊ cur.
3 Sententia lata in fauorem vel contra defendentem ſine mandato, an poſſit ratificari.

¶ Epitome.

¶ Poſſeſſorium iudicium dicitur momentaneum. Poſſunt igitur ſyndici alicuius communitatis ſuper eo remedium implorare: quod ⁊ per ſucceſſores eorum ratificari potuit: quamuis cōitatis concluſio alias facta non id ferre videretur. V. S.

¶ Si de momen. poſ. Conſi. cclix.



Ententia quā pro vniuerſitate hominum loci Petrelate, ſuper reintegratione poſſeſſionis ſeu quaſi, tuliſſe venerabilis ⁊ egregius vir dominus Ponſonꝰ guionis viceiudex ⁊ locumtenens egregij viri domini Alziarij Hyppolyti legum doctoris tūc iudicis maioris comitatus Valentinenſis, contra ⁊ aduerſus Nicolaum ſeuenerij habitatorem eiuſdem loci, fuit ⁊ eſt valida ⁊ iuſta, cum vt exiſtimo eidē do. viceiudici legitime cōſtiterit de duobꝰ extremis, hoc eſt de poſſeſſione ⁊ poſſeſſionis eiectione, requiſitis ad hoc vt competat remedium ſtatuti Delphinalis, ſi quis per literas. Propter qḋ ſua pace ſalua dixerim, male proceſſit egregius vir dñs Modernus iudex eiuſdem comitatus, qui implorationem ⁊ executionē eiuſdem ſtatuti, cū earū effectibus ⁊ ſequelis, quatenꝰ in eo fuit reuocauit, ⁊ dictū Seuenerij ab inſtantia relaxauit cū expenſis, in quibus implorātes cōdēnauit. Cui, ⁊ dicte eius ordinationi in nullo ſuffragatur illa preteſa ratio, quā p fundamēto dicte ſue ordinationis aſſumpſiſſe legitur. ſ. φ per inſtrumētū ſyndicatus parte dicte vniuerſitatis in cauſa ⁊ corā eo productū appareret ſyndicos implorātes nō potuiſſe noie eiuſdē vniuerſitatis implorare poſſeſſoriū remediū dicti ſtatuti, Si quis per lras ⁊c. abſq̄ ſpeciali mandato hoim ⁊ habitantiū dicti loci. Cui rūdeo φ inimo non appareret de hoc: q̄ q̄uis in inſtro hmōi ⁊ creatione cōſulū dicitur cōtentū, φ cōſules tūc creati ⁊ cōſiliarij poſtea p eos deputādi, nō poſſent niſi cū ſolēnitate de qua ibi inchoare nouū litigiū aſcēdens vltra decē florenos: ex hoc tū nō ſequitur quin dicti cōſules potuerint implorare remediū pdicti ſtatuti, φ eſt poſſeſſoriū remediū pro recuperāde poſſeſſionis: ⁊ hoc pro eo q̄ nō apparuit nec apparet poſſeſſorium hmōi, ſeu cōmodū poſſeſſionis aſcēdiſſe vltra decē florenos. Non

Non enim hoc probauit, quinimo nec sufficiēter ꝛ put oportuit ꝓpo suit prefatus Nicolaus: q tñ hoc ꝓponere, ꝛ ꝓ victoria obtinenda
1 ꝓbare tenebat: † qꝛ quilibet tenetur ꝓbare id qḋ est fundamentū sue intētiōis, siue sit factū affirmatiuū, siue negatiuū. l. actor. C. de ꝓba. l. in exceptiōib⁹. in prin. ff. e. ti. l. nulla. cū. l. seq. ꝛ qḋ ibi Barto. Alexan. de imo. ꝛ doct. ff. de verbo. oblig. l. si qs. ꝛ qḋ ibi Bart. Jaco. rebuf. ꝛ Jo. de pla. C. de fabricē. lib. xj. Inno. ꝛ doc. in. c. sup his. de accus. Et ꝓsertim in hoc casu debuit idē Nicola⁹ ꝓponere ꝛ ꝓbare hūc excessuz in valore: ꝓ eo qꝛ, vt iā dixi, remediū parte di
2 ctorū cōsulū fuit possessoriū, † cui⁹ iudiciū dicit mometaneū, al's momētariū. l. momētanee. C. q legiti. pso. l. momētanee. C. vn̄ vi. ꝛ l. vnica. in ꝛ rubro. C. si de momēta. posses. ꝛ vt dicit gl. in. d. l. vnica. C. si de momēta. posses. ꝛ in allegata. l. momētanee. C. qui legi. pso. scḋm vnā lecturā ibi approbatā ꝑ Cy. Albe. Bar. ꝛ doct. iudicia possessoria ideo dicunt momētanea: qꝛ esse vel cōtingere potest, ꝙ qui succubuit in possessorio vincet in petitorio. Et hoc etiā voluit Odoffre. in. d. l. momētanee. col. v. versi. or seignori vidim⁹ que dicātur auxilia momētanee possessionis. Et sic parū durabit possessio apud victorē: qꝛ ꝑ exituz petitorij illa sibi auferet. l. exit⁹. ff. de acq. posses. ꝛ quis possit cōtingere ꝙ possessio multū sit duratura, ꝛ ipsa duret apud eū q vincit in possessorio: hoc tñ i casu nostro nō apparuit eidē do. iudici. Et sic puto ꝙ inspectis actis ꝛ probatis ipse male iudicauit, et ꝙ ex hoc solo capite debeat eius sententia reuocari.

3 † Preterea consules ꝛ vniuersitas dictoꝝ hoim Petre late post latā ꝓdictā sniaz ratificaue rūt ꝛ approbauerūt iplorationē remedij ꝓdicti statuti, ꝛ alia facta ꝑ dictos do. ꝯsules: qḋ videnť potuisse facere. l. licet. ꝛ qḋ ibi Bar. ꝛ doct. ff. de iudi. de quo est gl. reputata singularis in. l. si mater. §. hoc iure. ꝛ qḋ ibi Jac. are. Bar. ꝛ Ang. ff. de exce. rei iudi. Bar. i l. si tutor. C. in qb. cau. in integ. resti. nō est neces. ꝛ qḋ no. Bar. i. l. iulian⁹. q. v. ff. q satisda. cogā. Jo. de imo. i. l. sepe. col. xiij. ver. an au tē si iudiciū ꝛc. ff. de re iudi. ꝛ. l. ij. §. volūtate. ff. solu. matri. ꝛ i. c. cū in iure perit⁹. de offi. deleg. Alex. de imol. cōsi. xxxij. exordiēte, Vi so pūcto dubijs de qbus q̄ritur. col. penul. vel circa. in pmo volu. ꝛ Ang. are. in. §. itē si in iudicio. versi. quarto qd in pcuratore. insti tu. de excep. vbi plene ꝓsequit ꝛ examinat ꝓsentē articulū, dicens hanc opinionē esse cōem, ꝛ idē voluit in. l. si se nō obtulit. ff. de re iudi. Et refert do. Gui. pa. cōterraneus me⁹ in decisiōib⁹ magnifici Delphinalis parlamēti, decisiōe. cccxx. exordiente, Quia gesta ꝑ falsum pcuratorē ꝛc. se vidisse in curia eiusdē Parlamēti tolerari indistincte ratificationes sentētiaꝝ, siue pro ratificātib⁹ siue cōtra eos late extitissent, ꝛ ꝙ ita etiā cōiter pertrāseūt alij iudices inferiores patrie Delphinalis. Et idē dicit in cōmento dicti statuti, Si quis, sup verbo appellatiōe, col. fi. versi. circa hec q̄ro. iudex ap pellationū ꝛc. Et q̄uis hec snia vt dixi sit magis cōis: prima tamē ratio supra inducta magis placet in hoc casu. Que dixerim ꝛc.

¶ Fratres habentes bona paterna in cōmunione, non censentur ad partic ipādū in lucro ꝑ vnū facto, aut in acquisitis ꝓprio noie.

¶ Famil. ercisc. Consi. cclx.

Bona que in ciuitate Arelatensi, ꝛ eius territorio, vel alibi, suis ipsorū nominibus acquisiuisse dicuntur probi ꝛ honesti iuuenes Eutropius ꝛ Adaz durandi loci Cadeross ie, cum in ciuitate Arelatensi vel alibi seorsuz ꝛ ad partem residentiam facerent, fuerunt ipsis Eutropio ꝛ Ade acquisita: ita ꝙ nec fuerunt communia nec communicanda inter ipsos, ꝛ Ludouicum, Ysnardum ꝛ Albergasium eorum fratres sed fuerunt ꝛ esse debuerunt ipsis Eutropio ꝛ Ade propria ꝛ precipua: q̄uis tempore acquisitionis bonorū huiusmodi dicti Eutropius, Adam, Ludouicus, Ysnardus, ꝛ Albergassius possiderent ꝛ haberent cōmuniter ꝛ pro indiuiso bona probi viri. M. durandi eorum quondam patris: ꝛ hoc pro eo quia q̄uis haberent bona paterna in communione: non tamen propter hoc censebantur esse socij, adeo ꝙ lucrum factum per ipsos Eutropiuz ꝛ Adā deberet cum dictis eorum fratribus communicari, nisi interuenissent promiscui actus societatis, negotiando ꝛ omnia lucra inuicē conferēdo, per id quod habetur in. l. cum duobus. §. papinianus. ꝛ quod ibi doct. ff. pro so. Bar. in. l. Titium ꝛ Meuium. §. altero. ff. de admini. tuto. Barto. ꝛ alij post eum in. l. si patruus. C. communia vtriusq̄ iudi. ꝛ Bald. in. c. j. §. si duo fratres. tit. de duob. fratri. de no. benefi. inuesti. in. l. fina. de colla. in. l. si socius. ff. si certum petatur. in. l. j. C. qui testa. face. poss. ꝛ in addi. quas fecit ad tract. Bart. de duo. fratri. Ex quo infertur ꝙ cum dicti Eutropius ꝛ Adā tempore diuisionū postea factarū inter eos ꝛ dictos Ludouicū, Ysnardū, ꝛ Albergassiū dicta bona tanq̄ cōia postea recepērūt ꝓ sua parte vel parte illius, ipsi fuerūt plurimū lesi: qꝛ in diuisiōe bonorū paternoꝝ nō debuit fieri sermo de istis bonis, sꝫ debuerūt bona paterna inter eos diuidi equis ꝑtionibus.

Quo vero ad bona per eosdem Ludouicū, Ysnardum et Albergasium post mortē dicti eoruz patris acquisita, dico ꝙ si illa fuerint acquisita cōi nomine tā dictorū Ludouici, Ysnardi, ꝛ Albergassij acquirentiū, q̄ ipsorum Eutropij ꝛ Ade, ꝛ dicti Eutropius ꝛ Adā ratificauerint vel ratificēt hmōi acquisitiones, bona sic acquisita sunt facta vel fient inter eos cōia. l. si ego. ff. de nego. gest. Et si pretiū fuerit solutū de bonis cōibus inter oēs dictos fratres, ipsi Eutropius ꝛ Adā nō tenebunť aliquid vlterius soluere. Si vero solutū extiterit de proprijs pecunijs ipsorū Ludouici, Ysnardi, ꝛ Albergassij, ipsi Eutropius ꝛ Adā tenebunť eos reimbursare pro quota ꝛ portione eos concernēte. Super quo aduertendū est ꝙ cū dicti Ludouicus, Ysnardus ꝛ Albergasius percipissent fructus bonorū paternoꝝ, ipsi tenebuntur de illis satisfacere prefatis Eutropio ꝛ Ade ꝑ quota eos cōcernente. Ad que nō videť fuisse habitus aliquis respectus per dictos Eutropiū, Adam ꝛ fratres tempore facte diuisionis de bonis paternis, ꝛ hoc ꝓpter iuuenilē etatem eorundem Eutropij ꝛ Ade. Propter qḋ fuerūt ipsi in diuisione hmōi enormissime lesi, ꝛ de paternis bonis, de quibus habere debuerūt duas quītas partes, vel saltē duas sextas partes, ꝛ sic quatuor vncias, cū superesset vna soror, non habuerūt vnā vnciā. Videtur igitur mihi ꝙ bene facerent ipsi Ludouicus, Ysnardus, ꝛ Albergassius si hec omnia reuiderent, ꝛ denuo dicta bona paterna rediuiderent, vel alias sic recōpensarent dictos eorum fratres, vt non subesset iusta causa conquerendi, vel recurrendi ad superiorem, maxime attēta oblatione quam audio eos fecisse de dictis bonis per eos acquisitis. Et ita mihi videtur ꝛc.

1 ¶ Protocolo ꝛ prime note, tanq̄ matrici scripture, an potius standum, q̄ instrumento authēticato, ꝛ que sit matrix ꝛ originalis scriptura. 5.
2 Scripturis duabus originalibus, cui standum.
3 Abrasio ne vitiet instrumentum quid requirat.
4 Notarius an possit mutare substantiam originalis scripture.
6 Error an potius presumendus in indictione, q̄ in annis dñi. vbi erratum est in annis ꝛ indictione.

¶ Epitome.

¶ Cum instrumentum ꝛ extensa archetypo discrepāt, huic potius credendum est, q̄ illis, presertim non sine suspicione expunctis seu rasis. V. 5.

¶ De fide instrumen. Consil. cclxj.

1 Si † inter protocolū seu schedam, aut primam notam penes notarium remanentem, pretensum publicū instrumentū cuiusdā venditionis olim. Anno vꝫ domini Millesimo, ccccl vj, ꝛ die. xxiij. mensis Junij, facte nobili ꝛ egregio quondā viro domino Petro de Lassonia legum doctori per multos iudeos in protocolo ꝛ instrumēto huiusmodi latius mentionatos, ꝛ tā suis ipsorum particularium iudeorū proprijs ꝛ priuatis, q̄ vniuersitatis iudeorum Auenionis nominibus, de quadā annua ꝛ pecuniaria pensione: instrm̄ (inquā) postea expeditum ꝛ traditum dicto do. de Lassonia vel suis heredibus, reperietur ꝛ appareat diuersitas in summa seu quātitate pēsionis hmōi, recurrendū est ad dictum protocolū seu schedā aut primā notam, ꝛ illi tanq̄ matrici scripture est stādū, arg. auť. de tabel. §. penult. ꝛ qḋ ibi glo. super verbo, ꝓtocolū. ꝛ Ange. ad fi. colla. iiij. facit. l. veluti. in verbo minus plene. ff. de edē. ꝛ. c. qm̄ cōtra falsam. de ꝓba. ꝛ qḋ no. glo. in. l. chirographum. in glo. magna. ff. de admi. tuto. qḋ etiā voluit Bar. Bal. Jo. de imol. ꝛ Raph. cuma. in. l. sempronius. Multas remissiones no. do. Fely. in. c. qm̄ falsam. col. v. de proba. Bart. in. l. si librarius. colū. ij. vel circa versi. si vero scripserit scripturam propriam tunc si habet procolam ꝛc. ff. de regu. iur. Alexan. de imo. ꝛ do. Jason may. in. l. si quis ex argetarijs. §. pretor ait. in prin. ff. de eden. ꝛ Joā. de imol. in. l. cum proponebatur. col. fin. ff. de lega. ij. Alex. de imol. consi. cv. exordiente, Reuerende domine volq̄ clarissime domine vicarie ꝛc. Pro quo facit qḋ voluit Bal. in. l. imperator. col. penul. ff. de statu. homi. in. l. ij. q. viij. ꝛ. l. nostram. col. penul. vel fi. C. de testa. facit etiā qḋ voluit Specu. tit. de libel. concep. §. restat. in prin. ibi, libello enī originali creditur ꝛc. ꝛ Bal. in auť. offerať. col. j. versi. quid ergo si discordet libell⁹ oblat⁹ iudici. C. de litis cōtesta. Cū igiť in procolo seu prima nota ꝛ matrice scriptura dicte vēditionis, reperiať dictos iudeos quorū supra noibus eidē do. de Lassonia vēdidisse annuā pensionē sexaginta florenorū monete tūc currētis. Ecōtra vero e parte ꝓdictorū heredū dicatur ꝛ pretendať ꝙ in pretenso publico instro venditiōis hmōi, vel sibi, vel ipsi quōdā do. de Lassonia tradito ꝛ expedito scriptū extiterit eosdē iudeos ꝓdictis nominibus

ipsi do. de Lassonia vēdidisse pēsionē octuaginta florenoꝝ, poti⁹
standū est ꝑ iura ꝑdicta ꝑdicto ꝓtocolo seu prime note, ꝛ matrici
scripture, ꝙ huic ꝓtenso instr̄o. Nisi forte opponat ꝙ non solū pe-
nes notariū remāserit predictū ꝓtocolū, sed etiā illi⁹ minuta seu
extēsa, ꝛ ex qua tanꝙ ex matre immediata extractū est seu degrossa-
tum predictū instr̄m, ꝛ cui hec minuta seu extēsa in oibus et ꝑ oia
cōcordat. Sed hoc nō obstat: tū q: licet tam dictū ꝓtocolū, ꝙ hec
minuta seu extēsa remāserint penes notarium: ipsum tn̄ ꝓtocollū
seu scriptura illa, q̄ mihi exhibita est, ꝛ in qua est sermo ꝺ vēditiōe
pēsionis sexaginta florenoꝝ poti⁹ cēsenda est lr̄a matrix et prima
originalis, ꝙ minuta seu extensa, ꝓ eo q: in ea sunt imbreuiature,
hoc est dictiones ꝛc. vt videri pōt in multis locis. Et qdem ibi,
mei notarij ꝛc. ꝛ rursum ibi, vicario ꝛ legato ꝛc. Itē ibi, ꝓ se ꝛ suos
ꝛc. Itē ibi, iuramētis minoꝝ ꝛc. ꝛ i alijs plurimis locis. Preter-
ea in illa scriptura summatim et breuius reperit descript⁹ effect⁹
vēditionis dicte annue pensionis, ꝙ vt puto descript⁹ extiterit in
dicta minuta seu extēsa, q̄ vt existimo lōga est, ac in oibus ꝛ ꝑ oia
sic extēsa est prout dictū ꝓtensum instr̄m. Nō ergo hec, sed prima, q̄
reperit abbreuiate scripta, cēseri debet litera matrix ꝛ originalis,
1 obligauit dicto Petro bertrandi idem Sigaudi reus. † Quo fit vt cum constet et appareat eundem Cochonati predictum molendinum tenuisse, et sic dictum Petrum bertrandi patientiam prestitisse, nec eum impediuisse quominus prefatus Cochonati molendinum predictum tenuerit durantibus dictis sex annis, teneatur ipse Cochonati, et cōsequenter dictus Sigaudi fideiussor, ad totam summā conuentam, et maxime ad eam que parte dicti Bertrandi petita est, et que est longe minor summa dari cōuenta et promissa tam per dictos Cochonati, quam Sigaudi, postquam nō apparet de solutione illius. Pro quo allegasse sufficiat not. per docto. in. l. ij. C. de iure emphyteu. in illa questione quam in ibi formare consueuerunt, an videlicet dominus directus pretendens fuisse per triennium cessatum in solutione canonis debiti pro re emphyteutica probare debeat negatiuam, hoc est canonem non solutum, vel emphyteutica affirmatiuam, hoc est se illū persoluisse, et quod not. Inn. et docto. in. c. super his. de accusa. Tenetur ergo idem Sigaudi ad petita parte dicti Bertrādi. Nec sibi suffragantur parte eius proposita in quibusdā articulis exordiētibus, Ut vobis viro egregio domino iudici etc. et hoc causis et rationibus plenius allegatis et deductis in quibusdā articulis exordientibus, Parū probe quinimo multum improbe, parte dicti Bertrandi in hac causa productis, que si placet videanf: et maxime in ea parte, in qua opponitur quod dictus Sigaudi opponere non potuerit exceptionem compensationis: ea videlicet ratione quia nō
2 sumus in terminis in quibus fieri possit compensatio. † Cum et quia dictus Sigaudi conuenit, promisit, et iurauit soluere annis singulis dictas nouem saumatas annone. Non ergo potest aduersus hunc Bertrandi exceptionem compensationis opponere: sed debet annonam per se promissam et dari cōuentam expedire et soluere, vt est text. secundum vnam lecturam cōmuniter ibi approbatam per docto. in. c. ad nostrā. le. j. de iureiurādo. Et ob hoc Jo. de imol. d. c. ad nostrā. et in. l. iulianus. alias incipit, si heredi. ff. de condi. et demon. dicit quod per gl. et text. in. d. c. ad nostrā. et per ibi no. per omnes, apparet reprobari opinionē Bar. in. l. amplius non peti. col. fin. versi. iuxta primū quero etc. ff. rem ratā habe. vbi Bar. visus est tenere contrariū, motus rōnibus de quibus ibi: sed vt dixi dānatur opinio Bar. quia cōtra eū tenet glo. et cōiter oēs doct. in. d. c. ad nostram. per illū tex. secundum vnā lecturam, per quā apparet
3 responsio ad allegata per Bar. † scilicet quod magis debet impleri iuramentū in forma specifica, quam cōditio, vt patet in. c. ad nostrā. iūcta l. si peculium. ff. de statulibe. Et pro hac opinione cōsuluit Alex. de Imol. cōsil. xci. exordiēte, Uisis actis mihi transmissis etc. col. ij. ver. secūdo principaliter moueor etc. in secūdo volu. Forte vero opponetur, quod in instrumēto arrendamēti et fideiussiōis predictarū non legaf dictum Sigaudi iurasse de adimplendo et soluendo etc., sed istud non obstat. Tū quia, vt dicitur in testimoniali seu nota arrendamenti et fideiussionis hmōi, idē Sigaudi cauit in forma pro eodem Cochonati: et sic se obligauit de soluēdo et implen
4 do conuenta et pmissa per ipsum Cochonati, et ita iurauit. † Tū et quia cū cōmuniter, immo in omnibus cōtractibus interuenire consueuerit iuramentum contrahentium et se obligantiū, saltē quando de illis fit instrumētum: illud cēsetur interuenisse, etiam si scriptū non extiterit. Pro quo videatur do. Jason may. in. l. vt liberis. col. iij. et seq. C. de colla. et in. l. certi condictio. §. si nūmos. col. iij. et multis seq. ff. si cer. peta. et do. Fell. in. c. ex literis. col. vij. ver. septima et vltima declaratio etc. de fid. instru.

1 ¶ Pactum future successionis siue totius siue in parte an valeat, et an possit per consuetudinem introduci.
2 Bona intelliguntur post refusum es alienum.
3 Donatio reciproca an sit mera donatio.
4 Donatio iurata facta inter coniuges inter viuos, an roboretur iuramento.
5 Donatio facta de omnibus bonis presentibus et futuris, an valeat, et quando.
6 Actoris maior est contumacia quam rei.
7 Contumacia rei quando per actorem possit argui.
8 Reus pro incitato an habendus actore non comparēte, vel alio pro eo legitime fundato.
9 Citato et citante ad diem non comparentibus que compensatio facienda.
10 Procurator ad comparendū nondum habēs notitiam mādati an possit pro actore comparere, et rei contumaciam accusare.

¶ Epitome.

¶ Donatio mutuo, et iurata inter virum et vxorem de omnibus bonis ad eorum superstitem venturis, in qua non sit posita clausula constituti, vel constitutionis precarij, valet. A. F.

¶ De dona. inter vir. et vxo. Consil. cclxvij.



1 I † pactū quod fecisse dicuntur Henricus tassi et Genciana albanelle, diceretur fuisse pactum future successionis, non videref valuisse. l. pactū quod dotali, et. l. fi. et quod vtrobique per docto. C. de pact. l. hereditas. C. de pac. cōuen. l. ex eo. C. de cōtrahen. et cōmitten. stipula. l. stipulatio hoc modo concepta, et quod ibi Bar. et docto. ff. de verb. oblig. quia per testamentū vel ab intestato defertur hereditas, et nō per pactū, vt pbaf in locis superius allegatis. Pro quo videri potest Oldra. consi. cxxxix. exordiente, Ad habēdū aliqualē notitiā etc. col. j. et Albe. in. d. l. fi. col. j. versi. sed quia pulchrā questionē etc. C. de pac. et Alexan. de imol. cōsi. xxviij. in tertio volu. Et pcederet hoc nō solū eo casu quo factū esset pactū de tota futura successione: sed etiā vbi esset factum de quota, vt puta de dimidia, vel alia, per id quod voluit Pe. de anch. et Jo. de imol. extra de testa. super rubri. Jo. fa. et Alexā. de imol. in. d. l. fi. C. de pact. Fateor quod Pe. Cy. Albe. et Bal. videtur ibi tenere cōtrarium, super quo vtpote nō opportuno nō insisto. Et quāuis Bal. in. l. cū archimedorā. col. fi. ver. sed nunquid per cōsuetudinē etc. C. vt in posses. lega. videaf sensisse quod per consuetudinē introduci possit vt valeat pactū future successionis, motus per. c. mulier. et. c. filij nati. si de feu. contro. fuerit inter do. et agna. quod etiam videf voluisse Jo. de imol. in l. ille aūt. ad fi. versi. et forte talis consuetudo etc. ff. de here. instit. idem tamē Bal. cōtrariaz sententiā tenuit in. l. ij. col. ij. vel circa. ver. Itē in pacto de futura successiōe. C. que sit long. cōsue. Alex. de imol. in. d. l. pactū quod dotali. col. ij. vbi etiā. col. j. versic. quarto limita nisi per statutū vel cōsuetudinem etc. Idem voluit do. Jason may. et idē voluit Alex. de Imol. in. d. l. fi. col. vlti. ver. et inquantum tenui. C. de pac. et plenius in. d. l. stipulatio hoc modo concepta. col. iij. ver. an aūt possit consuetudine vel statuto validari etc. Et hec opinio videf mihi cōmunior: a qua ppterea non esset tutum in iudicando vel consulendo recedere, per ea que not. Host. Joan. and. Panor. et scriben. in. c. j. de constitu. vbi do. Feli. charta vlti. colum. ij. ponit multas remissiones, et inducit multos tex. qui videri possunt.

Sed non videtur quod pactū predictum fuerit pactum future successionis: pro eo quia per pactum future successionis hoc agitur, vt in vim pacti deferatur hereditas: et sic vt transeant iura actiua et passiua. l. nihil. ff. de verb. signi. et. l. heres in omne. ff. de acqui. heredi. Et hoc satis colligitur ex his que ponit Oldra. in dicto consil. cxxxix. Albe. in dicta l. fi. et apertius Alexand. de imol. in dicta. l. stipulatio hoc modo concepta. colum. x. versi. nec obstat secundum eum quod donatio non videtur differre a pacto de succedendo. Sed non videtur quod per dictū pactum voluerint predicti paciscētes, quod superstes succederet primo decedenti in iuribus actiuis et passiuis: et hoc plane colligi
2 tur ex eo quia voluerūt bona peruenire ad superstitem, † quia bona intelliguntur esse ea que supersunt deducto ere alieno. l. mulier bona. in princip. ff. de iu. do. l. eris alieni. C. de dona. et. l. subsignatum. §. bona. cum simili. ff. de verbo. significa. Sic igitur videtur quod isti paciscētes censeri debeant sibi mutuo et vicissim siue reciproce fecisse donationem conditionalem, que locum habitura erat in superstite. Et si ista donatio non fuerit facta de omnibus bonis presentibus et futuris: clarum est quod illa valuit, quia nihil est quod impediuerit. Et primo quidem non quod isti vel essent vel futuri essent coniuges. Tum quia donatio huiusmodi seu effectus illius conferebatur in tempus quo coniuges non essent.
3 † Tum et quia fuit reciproca, et sic non mera donatio: et propterea nec prohibita. Pro quo videatur. l. si pater puelle, et quod ibi Cyn. Pau. de cast. domi. Jason may. C. de inoffic. testa. et Jason in. l.

4 licet.C.de pac.† Cum ꝛ quia vt puto dictũ pactũ ꝛ alia contēta in instrumēto fuerunt iurata: ꝛ sic iuramēto confirmata, quod fieri potuit. Pro quo, quia tempus non suppetit, allegasse sufficiat Fran.de are.consil.lxxiiij. Alexā.de Jmol.consil.clvij.in secun. volu.vbi multos refert qui videri poterunt tenentes hanc opinionem, scʒ ꝙ donatio inter viuos facta inter coniuges firmetur iuramento. Et idem voluit Jo.de imol.in sua solēni repeti.c.cũ contingat, in decimo membro.de iureiuran. Si vero facta fuerit predicta donatio de omnibus bonis, quod colligere nõ potui ex casu misso, pro eo quia licet inibi scribatur donationem esse factā de omnibus bonis presentibus ꝛ futuris: nõ tamen dicitur ꝙ pactum fuerit factum de omnibus bonis presentibus ꝛ futuris: nec ꝙ factum fuerit de predictis bonis, sed simpliciter qd factum est
5 de omnibus bonis: † si inquā, donatio seu pactũ fuerit de omnibus bonis presentibus ꝛ futuris, ꝛ queratur an valuerit: respondeo ꝙ super hoc sunt magne opiniones. Bart. enim in.d.l.fin.C. de pac. ꝛ in.d.l.stipulatio hoc modo concepta. ꝛ vbiꝗ tenuit donationē factā de oībus bonis presentibus ꝛ futuris non valere: pro eo qꝛ per eam aufertur libera testandi facultas. Et idem voluerunt multi quos plene refert Alexā.de imol.in.d.l.stipulatio hoc modo concepta.col.viij.ver. Jtem inꝗtũ Bar.hic ꝛ in.d.l. fi. quidam vero vtpote Dy. ꝛ multi alij, quos etiā refert Alexan. de Jmol.vbi supra, tenuerunt partē cōtrariam, scʒ ꝙ donatio huiusmodi valeat. Pro qua etiā cōsuluit Ange.cōsi.clxxxi. Et hec opinio placuit Roma.in.d.l.stipulatio hoc modo concepta.supposito ꝙ in donatione hmõi non fuerit apposita clausula constituti, aut constitutionis precarij. Et cũ hac opinione sic limitata transit Alexan.de imol.in dicta.l.stipulatio hoc modo cōcepta. col.x. ꝛ mouentur isti: quia licet quis sic donauerit omnia bona presentia ꝛ futura, si tamen nõ fuerit in donatione apposita clausula cōstituti, aut constitutionis precarij, ipse remanet interim dominus: ꝛ sic poterit de eis testari, ꝗuis debeant restitui donatario. Sentit etiam Alex.de imo.in loco proxime allegato, ꝙ si donatio facta sit simpliciter de omnibus bonis presentibus ꝛ futuris, illa nõ veniunt de quibus in.l.obsignatione.in princip.ff.de pigno.inter que est supellex domus. Et sentit Alex.de Jmol.ꝙ isto casu valet donatio facta de omnibus bonis presentibus ꝛ futuris, etiā si in ea esset apposita clausula, cōstituti vel cōstitutiōis precarij, pro eo quia posset donator testari de supellectili, ꝛ alijs de quibus in dicta.l.obsignatione. Super hac dubitatione voluit Frā.de are.cōsil.liiij.exordiente, Jn causa magistri Blasij de cortona.col.fi.ver.amplius etiam credo ꝛc.ꝙ donatio facta de omnibus bonis presentibus ꝛ futuris valet quo ad presentia, si fuerit iurata: ꝛ mouetur, pro eo quia iuramentũ habet vim clausule, si nõ valet qd ago, valeat vt valere pōt.l.cũ pr.§.filiꝰ matrē. ff.de lega.ij.not. Barto.in.l.si quis pro eo.ad fin.ff.de fideiusso. Et ꝗuis opinio Barto.reperiatur esse cōmunis: profecto tamen alia habet fortissimos defensores. Propter quod articulus non est fine dubio: ꝛ bene facient egregij viri, si pro vitanda dura lite materiam componant.

6 † Quo vero ad formā processure dico ꝛ respōdeo, ꝙ queadmodũ comparere tenebat reus, ita ꝛ actor.c.j.de dolo ꝛ contuma.in.vj.quinimo vt ibi videtur probari, maior est contumacia actoris ꝙ rei. Et vt sentit Bar.in l.si finita.§.iulianus.col.ij.vel circa.versi.procedo vlterius.ff.de
7 damno infec.† ad hoc vt reus non comparens possit contumax dici opus est ꝙ actor compareat, ꝛ contumaciā rei accuset, ꝛ deinde fine iudicis licentia non recedat: qd etiam apertius voluit Alex.in dicto.§.iulianus.col.xij.ver. Jtem inꝗtum Barto.hic concludit, ꝛ Philip.fran.in dicto.c.j.de dolo ꝛ contumacia. Cũ igitur dictus actor non cōparuerit in termino, nõ potuit reus dici ꝯtumax, ēt si ꝓ actore cōparuerit alius, postꝗ supponimus eũ
8 non habuisse mandatum.† Actore enim non comparente, vel alio pro eo legitime fundato: perinde habetur ac si reus citatus non fuisset. Pro quo videri potest do. Jason.ff.de in ius vocan.
9 super rubri.l.ij.ff.de eo per quem fac.erit.† Et vt dicit Joan.an. in.c.consuluit.col.ij.de offic.delega.in nouel.si citatus non venit ad diē assignatum, sed nec is qui ipsum citari fecit presens fuit, fit compensatio hinc ꝛ inde, ita ꝙ neutra partium est punienda. l.antepenulti.ff.de arbi. Concluditur ergo ꝙ dictus reus nõ tenebatur comparere in termino: nec tēpore assignationis potuit dici contumax, postꝗ non comparuit qui efficaciter potuerit cō-
10 tumaciam eius accusare defectu mandati.† Quinimo plus dico ꝙ etiam si comparens fuisset procurator, ꝛ nondum habuisset notitiam de suo mādato seu procuratorio, ipse non potuisset pro actore comparere, ꝛ efficaciter accusare rei contumaciam. Pro quo videatur Archidia. ꝛ Joan.an.in nouel.in.c.is qui.de procura.in.vj. Bart.in.l.si pupilli.§. Jtem si procurator.ff.de nego. gest. Cardi. Floren.in cle.non potest.in fin.de procura. Joan.de imol.in.l.qui in domini.ff.de testa.de quo Alex.de imol. ꝛ multi alij in.l.multum.ff.de condi. ꝛ demon. Que succincte dixerim, pro eo quia tempus non suppetit.

1 Furtum confitenti an sit credendum super conscientia aliena in accusatione, ꝛ quando fallat, nu.5.
2 Socius an faciat indicium contra socium male conditionis ꝛ fame, nu.6.
3 Latrones Jsauri, quales.
4 Latronum ꝛ furum differentia.
7 Confesso sponte de se ꝛ de aliena conscientia an magis credendum, ꝙ confesso interrogato.
8 Testes notate persone infames an ꝛ quando in testimoniũ contra tertium recipiendi.
9 Arenarius quando notetur iuris infamia.
10 Periuri an possint esse testes, ꝛ eis credi debeat.

Epitome.

Accusationi furum de se post periurium confessorum non adeo creditur, vt ideo possit accusatus questioni subijci. V. F.

De questionib. Consilium.cclxvij.



Visso processu inquisitionali facto ꝛ formato ad querelam cuiusdā Antonij gauterij, contra ꝛ aduersus Andream carrerie ꝛ Michaelem pecoleti, dico ꝛ respondeo ꝙ ex responsionibus seu pretensis depositionibus aut inculpationibus dictorum Andree ꝛ Pecoleti delatorum: non debuit nec debet prouidus vir Dominicus Platelli
1 questioni seu torture ꝛ tormētis subijci.† Cum quia cũ dixerint ꝛ confessi extiterint se fuisse in furto, ꝛ fecisse furtũ, de quo deponunt, non est eis credendum de ꝛ super conscientia aliena.l.fin. ꝛ quod ibi glo.C.de accusat.c.j. ꝛ quod ibi glo.de confes.l.repeti. §.j.l.diuus.§.ex quibꝰ causis.ff.de questio. Est enī regula iuris, ꝙ in se vel de se crimē confessus de aliorum cōscientia interrogari non debet, nec si deponat credi. Et nimirũ quia est infamis, facinorosus, vilis persona ꝛ suspectus, vnde ei nõ credit.d.l.fin. Et ꝗuis id qd predixi fallat in casibus not.per gl.in dicta.l.fi.est tamen in omnibus alijs regulariter verum, prout ibi senserunt glo. Cy. Bar. ꝛ Albe. ꝛ vt dicit Albe.in.d.l.fi.col.fi. post Gabriē.de ozele, in suo tracta.de fama.§.prime.5.versic.subijcio etiā aliam questionem ꝛc. Jn hanc partem videtur inclinare gl. Azo, ꝛ Hugo in.l.j.§.si quis vltro.ff.de questio.dicit enim ibi gl.super verbo peruenires, non vt alijs preiudicares, loquēs de iudice. Jdem voluit glo.in.l.si filium.C.de libera.cau. Jdem Gandi.in tracta.
2 malefi.sub rubrica, de questio. ꝛ tormē.ꝛc.† vbi querens nunqd stetur dicto ꝛ depositioni hominis de se confessi ꝛ alium inculpātis: concludit verā esse opinionem Azo.ꝙ socius non facit indicium cōtra socium, nisi in certis casibus specialibus enumeratis per glo.in.d.l.fi. Furtum vero de quo dicti Carrerie ꝛ Pecoleti sunt confessi, ꝛ de quo dicuntur inculpasse prefatum Dominicũ, nõ est de casibus per gl.enumeratis in.d.l.fi. Nisi forte quis dicere vellet, ꝙ immo casus presens sit de dictis casibus.l.prouinciarum presides.C.de ferijs. Sed istud non obstat.† Quoniam re-
3 spondeo ꝙ illa lex loquitur in latronibus Jsaurorum, qui perfidiores erant: ꝛ vt ibi dicit Odoff. erant pessimi latrones ac magni ꝛ leues, insequendo ꝛ aggrediendo viatores peregrinos. Et ideo ratione atrocitatis ponuntur ibi cōtra tales duo specialia. Jsti vero carrerie, Pecoleti ꝛ Dominicus non sunt Jsauri. Et ita nõ procedit.l.predicta in hoc casu. Preterea vbi essent Jsauri, vel ibi diceremus ꝙ dicta lex deberet procedere etiam in latronibus non Jsauris: adhuc illa lex non faceret ad propositum, pro eo qꝛ dicti Carrerie ꝛ Pecoleti, etiam si verum sit ꝙ de se ꝛ
4 contra se confessi extiterint, non dicunt latrones, sed fures.† Latrones enim solent de die aliena rapere vel auferre, vt sunt pirate vel qui in publicis locis aggrediuntur homines: fures vero de nocte surripiunt aliena. Et hanc differentiam posuit gloss.in.l. congruit.ff.de offi.presid. ꝛ Albe.in suo dictionario, in versic.latro.§.latro de die. Et ꝙ isti debeāt dici fures apparet ex his que habentur in.l.j.in princip.ff.de furtis, ꝛ in.§.furtum.le.ij.instit. de obliga.que ex delicto nascuntur. Cum igitur dicta.l.prouinciarum: ponat casum specialem secundum omnes, ꝛ loquatur in latronibus: illa non est extendenda ad fures, postꝗ vt predixi differentia est inter furem ꝛ latronem: quia ex diuersis seu separatis non infertur.l.inter stipulantem.§.sacram.versic.sed hec dissimilia.ff.de verborum obliga.l.si maritus.C.de donatione inter virum ꝛ vxorem.ꝛ.c.dilectus.de offi.ordina. ꝛ vulgata.l.Papinianus exuli.ff.de mino.

5 † Sed forte opponetur ꝙ d.l.fina.cum suis simil.procedere debeat eo casu, quo accusatus vel

vel inquisitus & interrogatus de & super cõscientia aliena alium inculpasset: sed hoc non fuit hic: quia dicti Carrerie & Pecoleti non reperiuntur fuisse interrogati de & super conscientia aliena, sed sponte & non requisiti inculparunt & nominarunt prefatum Dominicum. Sed hoc nõ valet nec obstat huic Dominico, sed magis sibi prodest: quia vt dicit Saly. in dicta. l. fi. minus creditur homini de se confesso, si sponte & non interrogatus alium inculpauerit, q̃ si non sponte vel interrogatus eũ nominasset: quia inculpatio seu nominatio huiusmodi est suspecta legi, rationib⁹ allegatis in. d. l. fi. sic & alias dici solet, q̃ testis sponte se offerens
6 est suspectus. l. post legatum. §. his. ff. de his qui. vt indig. † Dicta ergo inculpatio non facit indicium, etiam si dictus Dñicus esset male cõditionis & fame, vt post Gabrie. de ozele voluit Albe. in. d. l. fi. col. fin. qd etiam fuit de mẽte Odoffre. in suo tracta. de questio. qui positus est in tracta. Gandi. titu. de questo. & tormẽ. ver. nunc aũt restat formare. & Bald. consil. lxxxi. exordiente, Regula iuris est, in tertia parte, post Specu. tit. de inquisitio. §. i. versi. sed scias. Et idem voluerunt Gandi. Gui. de suza. in locis allegatis in. §. seq. & Augu. de bonfran. in addit. ad Ange. aret. in suo tracta. malefi. super verbo, fama publica. versicu. quero an particeps criminis. in addit. exordiente, Tu autẽ in hac materia adde q̃ licet inueniã. & glos. & doc. & Panor. in. c. i. colũ. ii. vel. iii. ver. secũdo mẽbro. de cõfes. Preterea supposito q̃ nos essemus in casu dicte. l. prouinciarũ. prout nõ sumus: adhuc non deberet credi dictis inculpantibus, cum nõ subsint aliqua alia indicia cõtra dictum Dñicũ: quod tamen requireretur, vt voluit Gandi. in suo tracta. malefi. sub rubri. de questio. & tormen. col. iii. ver. nunc aũt restat formare &c. & sequitur Gui. de suza. in suo tracta. male. sub rubri. qualiter rei subiiciũ. tormen. in fi. prime col. & Augusti.
7 de bonfran. vbi supra. † Addicio q̃ licet magis credatur sponte de se confesso, quatenus confessio huiusmodi concernit preiudicium cõfitentis, q̃ confessio interrogati: minus tñ creditur quatenus concernit preiudicium inculpati, q̃ confessioni facte per interrogatum, vt voluit Bal. in dicto consil. lxxi. & Bar. in. d. l. i. §. questioni. ff. de questio. quinimo dicit Albe. in. d. l. fi. colũ. pen. post Gabrie. de ozele. vbi supra, q̃ in casibus in quibus quis põt de aliis interrogari, eius confessio seu inculpatio nihil valet, nisi sit facta in tormentis. Hoc enim videntur asserere dicta. l. puin-
8 ciarum. & l. i. C. de fal. mone. † Et idem videtur esse in aliis casibus, in quibus conceditur interrogato super conscientia aliena: nam cũ turpes & notate persone in testimonium recipiuntur, non creditur earum dicto sine tormentis. l. ob carmen. §. si ea rei conditio. ff. de testi. Et si dicatur q̃. §. ille loquatur in infamia iuris, dico q̃ istud non est verum, q: tex. ponit ibi exemplum de arena-
9 rio, † quẽ cõstat nõ infamari infamia iuris, nisi demũ post sniam. l. in arenã. C. de inoffi. testa. not. gloss. in. l. i. §. deniq̃. ff. de postulan. Non est igitur dicto seu inculpationi dictorũ Carrerie & Pecoleti credendum, qui nõ solum torti non extiterunt: sed nec interrogati de conscientia aliena. Preterea dicti Carrerie & Pecoleti interrogati semel & iterum, negauerunt se furtum predictum perpetrasse, quod postea sponte, & vt penas sibi impositas euitarent, vt dicunt, confessi sunt perpetrasse. Si est ergo verum hoc ipsum eos fecisse, non debet eis credi contra dictum Dominicũ:
10 quia primo & secundo negando incurrerunt periurium: † & sic eis quia periuri sunt credi non debet. c. quicũq̃. vi. q. i. c. paruuli. c. si quis. xxii. q. v. c. non potest. ii. q. vii. c. literas. de presump. & c. testimonium. §. si vero. & quod ibi gloss. super verbo periurii. & docto. de testi. Non est igitur dictus Dominicus quem audio esse bonum & honestum iuuenem & bone conuersationis tormentis subiiciendus. Et ita mihi videtur &c.

1 Pluralis locutio an diuidat condemnatos in expensis in partes equales & viriles.
2 Iudex an possit expensarum taxationem reseruare, & condemnationem in illis, & quanto tempore, & quid si in sententia diffinitiua condemnauerit reum in parte expensarum, & postmodũ ex interuallo condemnauerit insolidum, & taxauerit. nu. 6.
3 Expensarum taxatio quid sit.
4 Iudex an possit interpretari suam sententiam, & quatenus.
5 Iuramenti delatio & prestatio an sequi debeat expensarum taxationem, & condemnationem illarum precedere. 7. Et qualiter expense itinerum & diete taxande.
8 Expense que domi consueuerunt fieri, an veniant deducende in taxatione expensarum. & quid de expensis necessariis & vtilibus in causa factis, an omnes refundende.
9 Missio in possessionem ex decreto iudicis pro debito quod erat pro parte verum, & pro parte falsum, an valeat saltem pro ea parte qua debitum erat verum.
10 Decretum iudicis est indiuiduum.
11 Debitoris re creditori decreta pro maiore quantitate q̃ debere-tur, an vitiatum decretum, vt res repeti possit, & remaneat prima obligatio.
12 Pars, de cuius bonis fit estimatio & detractio condemnatiõis, an vocanda & citanda, & quid in pignoratione maxime bonorum meri & mixti imperii & iurisdictionis.
13 Peculium ciuitatis translatum an censeatur translata ciuitate in iurisdictione, & dominio alicuius.
14 Nemora, pascua, molẽdina, auenagium, gallinagium, & reliqua, an sint de pertinentiis iurisdictionis, vt concessa iurisdictione loci, censeantur & illa concessa. & quid si castrum est concessum cum pertinentiis.

Epitome.

Si plures vna sententia condemnati sunt, vel vnus tantum: non debent expense, quarum taxam iudex sibi reseruare potest in ipsa sententia, non ex interuallo, immense taxari: hoc est contra singulos cõdemnatos tanq̃ singulas actoris profectiones, cum vna tantum itio per hunc facta fuerit contra omnes simul. Ceterum castri iurisdictione pro expensis capta, domus, pascua, molendina, & similia non veniunt, secus si castrum ipsum cum iurisdictione & pertinentiis capiatur. V. F.

Si plures vna senten. condemna. sint. Consi. cclxix.



Viso processu cause cepte & aliquandiu vẽtilate per & inter nobiles & generosos viros Catherinum & Robinetũ de Cuciaco patrem & filium actores & supplicantes ex vna parte, & nobilem & generosum virũ Sybretũ de poysiaco filium & heredem nobilis & potentis quondam viri Jacobi de poysiaco reum & supplicatũ ex alia, de & super excessiua taxatione expensarum olim factaruz in quatuor causis per dictum quondam nobilem Jacobum de poysiaco motis: vna vcz contra & aduersus Michaelem de grangia & Benedictam eius vxorem, alia vero contra Joannem borerii: alia autẽ contra Joãnem, Georgiũ, & Petrũ de bressia, & alia contra & aduersus Georgium, Joãnem, & Stephanum garrerii, ad causam certorum censuum, redditũ, & recognitionem quos & quas petebat idem Jacobus sibi solui & fieri, singula singulis opportune referendo, & in quibus prefatus nobilis Catherinus interuenit, pretendens census & redditus huiusmodi & dominiũ directum rerum & prediorũ, super quibus petebantur, ad se pertinere: necnon de & super executionibus pretextu & ad causam executionũ post dictam excessiuam taxationem factarum in iurisdictionem loci de Dyesme, & eius territorii, & quondam prato in actis cause huius latius mentionato, dico & respondeo sub benigna supportatione huius insignis curie, & correctione cuiuslibet alterius domini melius sentiẽtis: q̃ multa sunt que plurimũ facere videntur contra taxationẽ & executiones superius mentionatas, & propter que ille videntur &
1 sunt rescindende, reparande, & in melius reformande. † Et primo quidem contra dictam pretensam taxationem facit: quia cum nõ solum in dictis causis condemnatus extiterit in expensis idẽ nobilis Catherinus interuentus, sed etiam rei prefati: et sic censeantur ipse nobilis Catherinus & dicti rei viriliter condemnati, dict⁹ vcz nobilis Catherinus in dictis quatuor causis, & earum quali-bet, & alii singulariter, quilibet vcz in causa contra se mota, ar. l. i. C. si plu. vna senten. facit. l. reos. §. cum tabulis. ff. de duo. re. nõ debuerunt nec de iure potuerunt expense dictarum causarum ex interuallo taxari insolidum contra eundem nobilem Catherinũ, etiam si debuisset in illis condemnari tempore latarum sentẽtia-
2 rum in dictis causis: † quia licet possit iudex tempore late per eũ diffinitiue sententie reseruare taxationem expensarũ, in quibus partem condemnarat, fm glo. Cy. & omnes scribẽtes qui ita no. in. l. terminato. C. de fructi. & liti. expen. Inno. Hostiẽ. & Cano in c. finem litibus. de do. & contuma. Bal. Ange. & Joan. de Imol. in. l. asse toto. ff. de heredi. institu. Alexã. de Imol. & alii multi in l. Paulus respondit. la. i. ff. de re iudi. non potest tamẽ iudex sibi reseruare facultatem post lapsum diei sententie condemnandi in expensis, vt plene prosequitur Cy. in dicta. l. terminato. vbi etiã idem voluerunt Oldra. & Albe. & q̃uis gl. in dicta. l. terminato. quã ibi sequitur Bar. senserit iudicem posse sibi reseruare condẽnationẽ vel parti petitionem expensarũ huiusmodi, mota rationibus de quibus ibi. Innoc. tamen Hostien. Joan. an. & Cano. tenent cõmuniter contrarium in dicto. c. finem litibus. Contrarium etiam voluerũt Cy. Albe. Bal. Ange. Pau. de ca. Saly. & alii scribẽ. in dicta. l. terminato. Non videtur ergo hec insignis curia potuisse ex longo interuallo, & sic post diem latarum dictarum sententiarum, condemnare ipsum nobilem Catherinum in expensis vltra & preter illam quotã seu partem, in qua condemnatus extiterat in dictis sententiis. Quod procederet etiam si fuisset reseruata facultas condemnandi, prout non puto fuisse reseruatã, vt apparet per predicta. Forte vero opponetur, q̃ non fue-

rit idem nobilis Catherinus ex interuallo condemnatus in expē
sis vltra ꝛ preter quotam seu partē, de qua supra: sed dūtaxat fue
runt expense cōtra eū insolidum declarate siue taxate. est aūt dif
ferentia inter condemnationē ꝛ taxationem, vt colligitur ex pre-
dictis. Et sic q̄uis non potuerit condemnari ex interuallo post
latas sententias: non tamen infertur ꝙ expense predicte non po-
tuerint contra eū insolidū taxari. Sed istud non obstat: quia vel
dicemus declarationem seu taxationem huiusmodi fuisse factā
in executionem condemnationis facte de expensis in dictis sen
3 tentijs, † pro eo q̄ vt dicit Inno. in. c. sepe. de appella. expensarū
taxatio est quedam executio sententie ante late: ꝛ hoc casu nō po
tuerunt expense insolidum taxari contra eundē nobilē Catheri-
num, post q̄ vt dixi non fuerat in illis insolidum condemnatus.
4 † nec poterat ipsa insignis curia sic interpretari per dictas sentē
tias: quia interpretatio hm̄oi non fuisset vera interpretatio, sed
magis dictarum sententiarum retractatio, quā eidem insignis
curie facere non licebat, per id quod not. Bar. in. l. ab executore.
ver. primo quero. vbi etiam Ioā. de imol. ꝛ Ang. are. ff. de appel-
5 la. † vel dicemus declarationē seu taxationem huiusmodi fuisse
factam ad eos fines, vt deinde pro expensarū probatione deferre
tur iuramentum dicto nobili Iacobo, ꝛ postea sequeretur condē
natio expensarum, iuxta id qd̄ habet̄ in aut. de iudicibus. §. opor
tet. ꝛ qd̄ ibi glo. colla. vj. ꝛ trāsumptiue in aut. post iusiurandum.
C. de iudi. ꝛ quod not. glo. in. c. j. §. adijciētes. super verbo, docue
rit. vbi etiam Gemi. de elect. in. vj. ꝛ Specu. titu. de expensis. §.
fi. in princi. ꝛ Panor. in. c. cum venissent. col. j. versi. not. ex primo
6 dicto ꝛc. de eo qui mitti. in posses. † Sed istud nō obstat: quia vt
predixi non potuit in dictis sententijs reseruari facultas condem
nandi post lapsum diei sententiarū huiusmodi in expensis. Et si
reseruatio facta extitisset, illa nō tenuisset; nec potuisset dicta in-
signis curia postea condēnare dictū nobilē Catherinū insolidū,
fm̄ cōmunē sentētiam tam legista. q̄ cano. in. d. l. terminato. ꝛ in
c. finē litibus. Ergo nec potuit postea cōdēnare in casu qui occur
rit: quia nō plus videtur potuisse in casu omisse reseruationis cō-
dēnationis huiusmodi, q̄ in casu expresse reseruationis. Preter
ea si post sententias predictas non potuerint expense peti insoli-
dum a dicto nobili Catherino, vt voluerunt cōmuniter docto. in
d. l. terminato. c. sepe. superius allegatis, frustra taxabuntur. So
lum igitur debuerunt expense contra eundem nobilem Catheri
num declarari ꝛ taxari pro quota ꝛ portione eum concernēte. Et
sic in summa longe minore, quā sit summa ducentorum sexagin-
ta octo florenorū sex grossorum ꝛ dimidij. Ex quo infertur iuris-
dictionē dicti loci de Myesme, ꝛ pratum de quo supra, seu octo
sextariatas longe vltra duplum valoris seu summe pro predictis
expensis per ipsum nobilem Catherinū debitis ascendisse, ꝛ sic
iuxta formam rescripti parte dictorū nobilium Catherini ꝛ Ro
bineti dictas executiones debere reuocari, rescindi, ꝛ reformari.

Preterea supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ omnia predicta cessauissent ꝛ cessarēt, ꝛ
ꝙ dicta insignis curia vel tempore latarū dictarum quatuor sen-
tentiarum, vel postea et iā ex interuallo potuisset condemnare di
ctum nobilem Catherinum in oibus expensis, ꝛ illas omnes con
tra eum taxare, fortasse pro eo quia vt pretēditur magister Clau
dius rolandi, commissarius ad sumendum recognitiones pro di
cto nobili de Poysiaco, retulit coram hac insigni curia, ꝛ in pri-
ma dieta, ꝙ dicti Michael degrāgia, Benedicta vxor, ꝛ alij pre
tensi emphyteute eidem dixerant, ꝙ nolebant se opponere, ꝛ ꝙ
bene sciebant deberi dictos census ꝛ redditus, ꝛ consequenter ꝙ
dicta insignis curia decerneret quod vellet: vel pro eo quia defen
sio illarum causarum principaliter spectabat eidē nobili Cathe-
rino, tanq̄ pretēdenti census ꝛ redditus huiusmodi ac dominiū
directū rerū ꝛ prediorum, super quibus petebant̄, ꝛ quas idē Ia-
cobus sibi recognosci postulabat, sibi deberi, ꝑ id quod no. Bar.
ꝛ alij in. l. ij. C. vbi in rem actio. non tamen debuissent expēse pro-
cessuū huiusmodi contra eum taxari prout taxate extiterunt. Et
primo quidem non octo viagia, que idem nobilis Iacobus se fe-
cisse pretēdebat, ꝛ que nō semel dūtaxat, sed in quolibet ex dictis
ꝓcessibus, ꝛ sic quater taxari obtinuit idē Iacobus. Et ita octo
viagia taxata extiterūt, perinde ac si fuissent triginta duo vel tri
7 ginta, quod profecto fieri non debuit: † quia si vt dixi, fm̄ dispoſi
tionem iuris debeant expense primo taxari, ꝛ deinde iuramentū
parti deferri, que iuret q̄tum re vera expenderit vsq; ad summā
taxatam per iudicem, vel infra summā, ꝛ nō vltra, aut. de iudici-
bus. §. oportet. ꝛ quod ibi glo. ꝛ quod not. glos. in. c. j. §. adijcien-
tes. super verbo docuerit. de elect. in. vj. ꝛ quod not. Spec. tit. de
expensis. §. fi. in principio, non debuerunt contra eundem nobilē
Catherinum pro octo viagijs, etiam si idem de Poysiaco se illa
fecisse iurasset, taxari triginta duo vel triginta viagia, vt tn̄ taxa
ta extiterunt: quia in qualibet ex duabus parcellis reperiuntur
taxata octo viagia, ꝛ in qualibet ex alijs duabus septē, ꝛ sic sunt
8 triginta, † de quibus vt videtur etiam deduci debuerūt expense
quas alr̄s in domo sua facturus erat ipse nobilis Iacobus, vt vo
luit gl. in. c. imprimis, super verbo, expendisse. ij. q. j. pro quo alle
gat. l. sed ꝛ si. §. plane. ff. ad exhiben. l. sed ꝛ si. §. quod autem quis
ex hereditate erogauerit. ff. de peti. here. ꝛ. l. si res. ff. de rei vend.
Et idem voluit Inno. in. d. c. finē litibus. super verbo ad soluen-
das. col. ij. versic. deducentur autem expense quas domi faceret.
Et idem voluit ibi Host. versi. deducentur autē ꝛc. de dolo ꝛ con
tumacia. Preterea si sole expense necessarie non etiam vtiles fa
cte in causa vel propter eam taxari debeant vel refundi, vt voluit
Io. gl. in. d. c. imprimis. super verbo expendisse: vbi etiam idem
voluit Vincen. vt refert Ioan. andr. in. d. c. finem litibus. col. fi.
in nouel. ꝛ idem etiam tenuit Inn. in dicto. c. finem litibus. super
verbo absoluendus, versi. ꝛ intelligimus condēnationem in ne-
cessarijs expensis non vtilibus, pro quo allegat Inno. c. cū dile-
cti. prope fi. de dolo ꝛ contum. pro quo bene facit dictum. c. cum
venissent. ad fi. de eo qui mitti. in posses. non debuerunt expense
dictorum triginta viagiorum contra eum taxari, que non solum
non fuerunt necessario facta, sed nec facta, vt predixi: sed solum
octo, immo forte nec octo, sed solum septem: cū non appareat de
datione quarundam pretensarum allegationum, pro quibus tra
dendis dixit dictus nobilis de Poysiaco se apud hanc Gratio-
nopolitanam ciuitatem accessisse.

Insuper cum illi quatuor libelli, de quibus in dictis processibus ꝛ parcellis, essent fere eius
dem tenoris ꝛ substantie, nisi quoad nomina reorū, ꝛ predia que
recognosci petebant̄, ꝛ confecti extitissent per vnū eundē aduoca
tum, nō videntur illi debuisse taxari ad octo scuta. Et idem dico
de ratificationibus parte dicti nobilis Iacobi in dictis processi
bus productis. Et idem videtur dicendum de predictis ꝓcessib⁹
ꝛ terminis, vt nō debuerint taxari nisi ꝓ vno processu, ꝛ pro vna
comparitione facta in singulis terminis, nō pro quatuor in quo-
libet termino seu assignatione, saltem ab eo tempore quo dictus
nobilis Catherinus dictos ꝓcessus sibi iungi petijt, ꝛ causam in
se suscepit. Quia cū eandē causam idē Iacobus in agēdo cōtra
illos p̄tēderet, scʒ ꝙ illa p̄dia fuissent cuiusdā Michaelis: ecōtra
vero aliam ꝛ vnam in interueniendo, ac in se suscipiendo ꝛ defen
dendo causam pretenderet dictus nobilis Catherinus, non vide
batur subesse causa legitima, propter quā dicti processus nō vni-
rentur, ad euitandum maiores expensas. Et sic expense q̄to ma-
iores facte propter impedimentum per eundem de Poysiaco
prestitum aduersus fieri petitam processuum cōiunctionem: non
solum non fuerunt necessarie, sed nec vtiles, sed magis dispēdiose
ꝛ inutiles. Et sic non erant dicto de Poysiaco refundende, ꝑ ea
que vt dixi not. Ioan. ꝛ Vincen. in. c. imprimis. ꝛ Innocen. in. d.
c. finem litibus. Et q̄uis Hostien. in. d. c. finem litibus. colū. fin.
versic. ꝛ not. ꝙ tantum necessarie ꝛc. senserit ꝙ non solum neces-
sarie, sed etiam vtiles ꝛ moderate expense sunt restituende: hoc ta
men adhuc non nocet, quia dicte expense q̄to maiores ꝛc. nō fue
runt vt predixi, vtiles. Fuerunt igitur dicte pretense expense lōge
plus taxate, q̄ taxari debuerint, ꝛ multa taxata que taxari non
debuerunt: et sic consequenter facte executiones superius men-
tionate, scilicet pignoratio, inq̄tus, ꝛ alia inde secuta pro maiore
9 pecunia q̄ eidē nobili Iacobo deberet̄. † Quo fit vt valuisse nō
videantur saltem decretum, in vim cuius mandatum fuit ꝛ ordi
natum, ꝙ lapso mēse idem de Poysiaco mitteretur in possessio-
nem bonorum inq̄tatorum vsq; ad summam principalis debiti
cum expensis, detracta tamen quinta parte ad estimationē pro-
borum etiā suspectorum, per id quod habetur in. l. j. §. hec verba.
ff. ne vis fiat ei. l. cū vero. §. sub euentū. ff. de fideicōmissa. liberta.
l. magis puto. §. manet. ff. de re. eo. ꝛ. l. fulcinius. §. si quis possede
rit. ff. ex qui. cau. in possessio. eatur. ꝛ quod voluit Bald. in. l. certi
condictio. colum. iij. versi. extra not. quosdā casus ꝛc. ibi, secūdus
si iudex ꝛc. ff. si certum petatur: vbi dicit ꝙ si iudex aliquē in pos-
sessionem miserit pro debito, quod erat pro parte verū, ꝛ ꝓ parte
falsum, non valet missio, etiam pro ea parte pro qua erat debitū
10 verum, nec isto casu separatur vtile ab inutili: † quia decretū iu-
dicis est indiuiduū. dicta. l. j. §. hec verba. ff. ne vis fiat ei. facit. l.
in hoc iudicio. ff. famil. erciscū. Et refert Bal. vbi supra, ꝙ Bar.
consultus in terminis ita cōsuluit. Ad premissa etiam facit quod
not. Barto. Pau. de cast. ꝛ alij in. l. si non sortem. §. si centū. ff. de
condi. indebi. Glosa. in dicta. l. in hoc iudicio. col. j. ꝛ Roma. in
l. si is ad quem. ff. de acquiren. heredita. ꝛ in. l. j. §. si quis ita. ff. de
11 verborum obliga. † quatenus volunt ꝙ si per decretum iudicis
fuerit res debitoris creditori adiudicata, vel insolutum data pro
maiore q̄titate q̄ deberet̄, nō valet decretum, sed vitiat̄ datio in
totum. Et hoc vt dicit Pau. de cast. in dicto. §. si centum, est ma
gni effect⁹: ꝛ pōt res repeti. ꝛ remanet prima obligatio. Et sic ex
hoc

hoc capite impugnantur dicte executiones. Que etiã ex alio capite
12 videntur posse impugnari: † pro eo videlicet quia dictus nobilis Catherinus non fuit vocatus visurus fieri per illos pretensos probos estimationem bonorum de pignore captorum, vel saltem visurus eos iurare, de bene, probe, & legaliter dicta bona estimando: quod tamen fieri debuit, per id quod voluit Barto. in. l. theopompus. ff. de do. prelega. Bal. & Saly. in. l. hac edictali. §. his illud. C. de secun. nupt. Bal. Saly. & docto. in. l. comparationes. C. de fi. instru. Floria. in. l. si irruptione. ff. fini. regund. Angearet. in. §. quedam. col. penul. versi. quero que erit forma: vbi etiã dominus Jason may. colom. penulti. institu. de actio. Multas remissiones ponit do. Feli. in. c. quia iudicante. col. j. de prescrip. Et debuit idem nobilis Catherinus ideo citari, quia potuisset opponere contra personas illorum pretensorum proborum: forte immo sine forte quod essent sibi suspecti, vel etiam quod non essent viri experti ad estimationem talium, & presertim iurisdictionis, ac meri & mixti imperij, que non omni sensui, quinimo nec intellectui se exhibent. Preterea etiam obesse potuisset, quod illi nescirent quid comprehenderetur appellatione iurisdictionis & suarum pertinẽtiarum, cum etiam nunc disceptetur inter partes, an appellatione iurisdictionis & pertinentiarum venerint in hoc casu Bannũ, leyda, corroate, nemora domini, aquarum decursus, & alia quedã de quibus in discursu cause huius: ita vt saltem certa non sit hec insignis curia, vtrum etiam mixta estimata extiterint per illos probos, vel que fuerint estimata quo ad capitulum iurisdictiõis & pertinentiarum. Est igitur quo ad hoc peccatum in solennitate executionum, & in alio, pro eo quia nõ reperiũtur intimate ipsi nobili Catherino. Et quamuis executor dicat pignorationem intimasse dicto nobili Catherino in personam Petri marchandi, Joannis fore, grangeriorum, & Artaudi rosseti pretensi procuratoris, attento quod propter clausuram castri eundem Catherinum adire non poterat: hoc tamen non prodest parti aduerse. Tum quia non apparet dictum Rosseti fuisse procuratorem. Tum & quia non apparet quod iste executor tentauerit ingredi dictum castrum, vel quod ad portã pulsauerit, vel aliam diligẽtiam fecerit de intimando dicto nobili Catherino. Potuit enim esse quod pro tempore clausa erat porta: & sic ea stante clausa executor castrum ingredi non poterat, sed debebat pulsare vt aperiretur, vel alias petere loqui cum domino.

Preterea fuit dictus nobilis Catherinus enormissime & vltra duplũ lesus in estimatiõe prati & aliorum predictorum, vt plene colligitur ex depositionibus testium parte ipsius & dicti nobilis Robineti in causa productorum, & examinatorum super primis articulis, & presertim sup tricesimosexto & tribus sequentibus articulis: super quibus multi deposuerunt, quod tempore factarum executionum octo falcate prati, de quo supra, & que reperiuntur fuisse de pignore capte, & deinde distracte, valebant ducentis scutis auri, et sic florenis quadringentis & ducentis grossis, ad rationem vigintiquinque grossorum pro singulo scuto: qui ducenti grossi ascendebãt ad florenos sexdecim & grossos octo. Et sic non restat ad hoc, vt appareat quod in duplo plus valerent iurisdictio, & dicte octo falcate, quam vẽdite extiterunt, nisi quod ostendatur esse probatum, quod iurisdictio valeret tẽpore dictarum executionum centum & viginti florenos: quod profecto clare probatum est. Et quidem per magistrum Claudium chapusij decimumquintum testem: qui super tricesimosecundo, tricesimotertio, & tricesimoquarto dictorum articulorũ deponit, quod iurisdictio & dicte octo falcate prati plus valebant in duplo quam summa &c. Probatur etiam per depositionem Joannis meruli super tricesimotertio articulo: super quo deponit illum esse verũ. Cuius dicti causam assignat, quia habebat notitiã de valore tẽporis designati in articulo. Sunt etiam multi alij, qui sup dicto tricesimotertio articulo deponunt, quod iurisdictio erat magni valoris tẽpore dictarũ executionum, quamuis nesciant deponere de certo valore: sed profecto magnus non erat, sed quasi vilis & abiectus valor iurisdictionis, ac meri & mixti imperij huiusmodi, si non excedebat valorem centum & viginti florenorum. Nec opponat aliquis, quod cũ plures videant estimasse iurisdictionẽ, ac merũ & mixtũ imperium cum suis pertinentijs, quam sint illi qui nunc testificantur & deponũt de maiore valore, potius debuerit & debeat illis quam istis fides adhiberi. Quoniam respondeo, quod cũ vt predixi dictus nobilis Catherinus citatus non extiterit visurus eos iurare, nõ valuit eorum estimatio, nec debuit credi eorum pretense relationi. Ad quod vltra superius allegata facit. l. si quãdo. C. de testi. c. in nomine domini. eodem titu. Facit etiam. l. nã ita diuus. cum suis simili. ff. de adop. Adijcio quod super hoc non sit insistendum, cũ iurisdictio, merum & mixtũ imperium cum pertinentijs taxate extiterint per illos pretensos probos saltem ad octuagintaquinque scuta auri, quamuis multum male & insufficiẽter: quod etiam colligitur ex taxatione seu adualuatione laudimiorum, que ad rationem quarti denarij reperiuntur taxata per cameram ad cẽtum & sexaginta seu octies viginti libras. Apparet igitur iurisdictionem & alia proxime dicta valuisse tempore dictarum executionum centum & viginti florenis, & longe vltra. Et ita fuit purificatum rescriptum parte dictorum nobilium Catherini & Robineti impetratum. Et propterea debent executiones superius mentionate, quatenus de facto vel alias processerunt reuocari & rescindi, ac pratum & alia predicta eidẽ nobili Catherino restitui. Illud autem videtur indubitatum, quod dictus de Poysiaco non debuerit nec de iure potuerit in vim dictarum pretẽsarum executionum, etiam si ille valuissent, sibi appropriare nemora, corroatas, auenagium, gallinagium, & alia quedam bona dicti nobilis Catherini, cum non appareat in illis factas fuisse executiones: sed duntaxat in dictis octo falcatis prati, iurisdictione, ac mero & mixto imperio, cum suis pertinentijs & iuribus: cuiusmodi nõ sunt predicta.
13 † Pro quo induco id quod voluit Jaco. but. in questione per eum disputata, & quam refert Bald. in. c. j. colum. ij. versi. Et est sciendum quod do. Jaco. butri. &c. de capita. qui curi. vendi. Supposuit enim Jaco. butri. quod commune Mutinense per syndicũ legitime ordinatum concessit et transtulit ciuitatem Mutinẽsem in quẽdam Marchionem, & quesiuit an per hoc transiuerint molendina prefate ciuitatis in dominiũ Marchionis: vbi primo arguit pro parte affirmatiua, & deinde pro parte negatiua: pro qua tandem concludit quod translata ciuitate in iurisdictionẽ & dñiũ Marchionis, molendina que erant peculiũ ciuitatis apud ipsam remansissent, & quod non videbantur fuisse translata: sed iurisdictiones que pertinebant ad ipsum commune videbantur esse trãslate. Et quamuis Bal. ibi subiunxerit, se idem dicere in molendinis, quod in iurisdictione, si molendina erant in dominio concedentis eo iure quo ipsa ciuitas, non si ad ipsam ciuitatem pertinebant iure priuato: hoc tamen non nocet eidem nobili Catherino, cum probatum non fuerit, quinimo nec propositum, quod nemus & alia predicta eidem nobili Catherino eo iure pertinerẽt, quo & iurisdictio: quod tamen probari debuisset per dictum de Poysiaco pretendentem ista esse de pertinentijs iurisdictionis. Preterea alia ratio suberat in casu dicte questionis, quam hic: pro eo quia ipsum commune dictam ciuitatem concesserat & transtulerat in Marchionem, & sic vsa fuerat verbo generali: quia ciuitas, castrum, villa, & alia huiusmodi, sunt verba generalia. In casu vero de quo est sermo, fuerunt facte executiones dũtaxat in prato & iurisdictione &
14 pertinẽtijs illius. † Et quod nemora & alia predicta nõ sint de pertinentijs iurisdictionis, sed potius de pertinentijs castri, videtur probari per ea que ponit Bal. in. d. c. j. col. ij. ver. modo hic queritur de tali questione &c. de capi. qui curi. vẽdi. vbi etiam per moder. qui ibi volunt, quod si princeps vel alius concedat alicui iurisdictionem in loco, non per hoc censetur cõcedere molẽdina castri: secus vero est si concedat castrũ cũ pertinẽtijs suis, & iuribus ad ipsum pertinentibus: quia eo casu veniunt molendina accessorie, nisi essent molendina priuatarũ personarum. arg. l. si adoptauero. ff. de precario. Et hoc vt dicit Bald. vbi supra, satis euidenter not. in glo. dicti. c. j. Illud autem etiã est indubitatum, quod dictus de Poysiaco pretendere non debuerit, nec de iure potuerit se habere iurisdictionem in dicto nobili Catherino, & quod ipse non sibi subijcitur, sed illi cui suberat ante factas executiones superius mentionatas, per id quod voluit Barto. in. l. cum ex oratione. ff. de excusa. tuto. vbi voluit quod si vnus ex fratribus comitis habentibus castrum vendat rustico eius partem cum omni iure suo, & postea maleficium committat, cognoscet de maleficio huiusmodi non quidem eius fratres, vel emptor, sed comes: quemadmodum & de illo cognouisset ipse comes, si iste delinquens non alienasset dictam eius partem. Non enim propter venditionem dicte iurisdictiõis debuit preiudicari superiori huius nobilis Catherini, nec ipse subijci huic de Poysiaco, qui nõ plus iuris habet in iurisdictione, quam haberet dictus nobilis Catherinus, quem constat non habuisse iurisdictionem in seipso. Addo quod licet tempore factarum executionum esset dictus nobilis Catherinus habitator & incola loci de Dyesme: non tamen puto eius castrum seu domũ, & quidem notabilem, fuisse comprehensam in his decem & septem bellu is, ad quas vt dicitur habitus est respectus in estimatione dicte iurisdictiõis. Ex quibus omnibus apparet imprimis dictas pretensas executiones de iure non valuisse, & quatenus de facto processerunt, vel alias, fore & esse rescindendas, ac iurisdictionem, merum & mixtum imperium, cum suis pertinentijs & iuribus, et pratum, seu id quod de eo occupat aduersarius, eidem nobili Catherino restituendas: & dictum nobilem aduersariũ multa vsurpasse in vim dictarum pretensarum executionum: que tamen nõ censentur nec censeri debuerunt fuisse eidem vendita, liberata, vel expedita. Et ita mihi videtur, sub benigna supportatione & debita reuerentia, vt prefatus sum.

1 ☞ Testium depositioni an potius standum, q̃ publico instrumento, et quatenus instrumento credendum.
2 Instrumentum et contractus an sint idem, et qualis sit inter eos diuersitas. 4.
3 Statutum tollens fidem instrumēto nō insinuato, et illud annullans gabella non soluta, an tollat etiam contractum per testes probatum.
4 Instrumentum est de pertinentibus ad notarium.
5 Dotis sub nomine veritas significatur, et sub nomine instrumenti tenor.
Statutum dicere, aduersus dotis contractum nullā posse opponi exceptionem, aut cōtra instrumentū dotale, plurimum refert.
6 Inferri an possit ex separatis.
7 Arguendi modus a communiter accidentibus an validus.
8 Testium dicto secundo quando potius standum, q̃ primo.
9 Opponens de simulatione an audiendus.
10 Juramentum ad mentem contrahentium regulandum.

¶ Epitome.

¶ Testibus credendum potius q̃ instrumentis et precedentia duo consilia demonstrant, et istud latius explicat. V. F.

¶ De testib. Consilium. cclxx.

Perseuerādo in eo qđ alias dixi in duabus meis schedulis exordientibus, vna videlicet, Cum de reseruatiōe apothece parte honorabilis viri etc. et alia, Dixeram potius standum esse depositioni etc. † dico et respōdeo vt sepius dixi q̃ potius standum est depositioni prouidorum virorum Francisci fite sartoris, et Petri poterij testium examinatorum, q̃ cuidam pretenso instrumento producto in causa in dictis meis schedulis latius mentionata. Cui dicto non obstat l. cum precibus. cum suis simili. C. de proba. Quoniam respōdeo et fateor q̃ publico instrumento stari debeat, et q̃ presumptio fit pro eo donec cōtrarium probetur, vel donec probetur fuisse plus vel minus, aut aliter dictum q̃ scriptum. Et sic si de alio non appareret satis pateret, q̃ cum in instrumento locationis domus, de qua in actis, facta sit mentio de toto eius tenemento, censeret etiam apotheca dicte domus fuisse locata. Sed vt alias dixi in casu de quo contenditur probata est per duos testes reseruatio apothece: quibus potius standum est, q̃ dicto instrumento, causis, rationibus, et authoritatibus alias per me allegatis, maxime in schedula, Cum de reseruatione apothece etc. quas refricare nō oportet. Et per hec patet responsio ad dictam. l. cum precibus, si forte ex aduerso allegaretur. Patet etiam respōsio si forte opponatur ex aduerso, q̃ maioris roboris esse debeat instrumentum propter authoritatem publicam, q̃ dicti testes, pro eo quia notarius qui illud scripsit et publicauit obtinet ex persona sui vim vnius, immo duorum testium, et instrumentum vim duorum. Et sic q̃ his attētis potius debeat stari publico instrumēto, vtpote vim habēti trium aut quatuor testium, q̃ dicto duorum testium. Huic enim rationi alias responsum est, et ostēsum etiā authoritate docto. q̃ iste modus argumētandi nō valet. Etiam nec obstat si forte opponat ex aduerso, q̃ honorabilis vir magister Petrus pomerij fuit iudicialiter cōfessus, et obtulit se velle facere iuxta promissionē de qua in contractu. Quoniā rñdeo q̃ non propterea cōfessus est se arrendasse domū cū apotheca, aut fructum seu vsum fructum domus et apothece vendidisse: nec etiā cōfessus est vel obtulit vendidisse, et facere velle iuxta contenta in dicto pretenso instrumento: sed dicit satis sciri ad quid mutuo et vicissim sibi teneantur venditor et emptor contrahentes, et obtulit se esse promptum et paratum hoc facere quod erat in eo, iuxta promissionem de qua in contractu: in quo vt probatur per dictos testes fuit facta reseruatio predicte apothece. Non ergo verum est q̃ idē magister Pomerij se facere obtulerit iuxta contenta in instrumen-
2 to. † Nisi forte putaret pars aduersa q̃ idem sint instrumentum et contractus. Sed istud non est verum, quia immo sunt diuersa, vt colligi potest ex eo quod voluit Pau. de ca. consilio. xcix. exordiente, Notandū est q̃ prefatum statutum annullat instrumentū etc. Joan. de imol. Rapha. Pau. de cast. et Alex. Raph. et Alex. de imol. in. l. seruum filij. §. eum qui chirographum. ff. de legat. j.
3 † vbi volunt Paul. videlicet in dicto consilio, q̃ licet statutum annuller instrumentum si non reperiatur insinuatum, statuendo q̃ nulla fides ei adhibeatur, et q̃ nullas vires habeat. Joan. de imol. Pau. de cast. et Rapha. et Alexand. de imol. et q̃ licet statutum disponat q̃ non soluta Gabella instrumentum sit nullum: nihilominus manet firmus contractus, si probetur per testes, sicut quando deperditum esset instrumentum. l. sicut iniquum. C. de fide instrumen. l. testium. C. de testi. et c. cum olim. de priuileg. quod non esset si idem esset instrumentum et contractus: quia sic
4 annullato instrumento annullaretur et contractus. † Patet etiā horum diuersitas ex eo, q̃ contractus pertinet ad partes contrahentes, et instrumentum est de pertinentibus ad notarium, per id quod not. Barto. in. l. si librarius. ff. de regulis iuris, et melius facit quod not. idem Bartol. in. l. si quis legatum, circa colum. ij. ff. ad leg. corne. de fal. et quod habetur in. l. non figura. ff. de actio.
5 et obligatio. † Pro quo dicto vltra predicta Alexand. de Jmol. in dicto. §. eum qui chirographum, allegat etiam et inducit text. in. l. fina. C. de fal. cau. adiec. lega. per quem dicitibi Bald. probari q̃ sub nomine dotis, significatur veritas: sed sub nomine instrumenti significatur eius continentia et tenor. Ex quo infert Bald. q̃ multum refert an statutum dicat, q̃ contra contractus dotium non possit opponi aliqua exceptio, an vero dicat q̃ cōtra dotalia instrumenta non possit opponi aliqua exceptio: quia primo casu statutum veram dotem significat. secundo vero casu nō potest aliquid opponi contra tenorem instrumenti, nisi defectus solennitatis, propter quam appareat id quod pretenditur esse instrumentum non esse instrumentum. Multa et alia inducit Alexander de Jmol. in dicto. §. eum qui chirographum, ex quibus colligitur aliud esse instrumētum, et aliud contractum pro cuius probatione fit instrumētum. Quāuis igitur idem magister Pomerij se obtulerit paratum facere iuxta promissionem factam in contractu: non tamen ex hoc infertur eū se obtulisse facere iuxta
6 contenta in instrumento: † quia ex separatis, cuiusmodi sunt hec, non infertur. l. inter stipulantem. §. sacram. versi. sed hec dissimilia. ff. de verbo. oblig. l. si. C. de procura. et vulgata. l. papinianus exuli. cum suis simili. ff. de mino. Etiam nec obstat si forte ex aduerso opponatur q̃ dictus Joannes scire videatur variasse tempore sue recensionis, pro eo quia interrogatus super secundo articulo exceptionum dicti magistri Petri, an aliter fuerit scriptum in villa Bellicadri penes notarium, q̃ in villa Tarasconis conuentum extiterit, dicitur respōdisse q̃ non: et super quinto interrogatus si de pacto allegato fuerit scriptum per notariū qui contractum sumpsit, dicitur respondisse se non recordari cum ad hoc non aduerteret. Quoniam respondeo, q̃ vt puto interrogatoriū factum super dicto secundo articulo fuit erronee scriptum, vel non fuit per ipsum scire intellectum: quod satis apparet ex ratione sui dicti, in qua dicit q̃ nō potuissent dictus magister Petrus pomerij et magister Claudius de mieu aliter cōtrahere aut conuenire q̃ conuentum extiterit in Tarascone supple, quin ipse sciuisset, cum semper fuerit presens. Hec enim cause redditio non adaptatur scripture notarij, sed conuentioni partium. Et sic vereor ne vbi reperit in dicto interrogatorio esse, si aliter fuerit scriptum, debuerit scribi, si aliter fuerit conuentū: vel puto dictum testem nō intellexisse interrogantē, cū tam in prima depositione, q̃ in dicta recensione super quinto dixerit et respōderit, se nescire an dictus notarius aliter scripserit, q̃ fuerit conuentū. Et hoc est verisimilius, pro eo q: nō solent testes inspicere et legere scripturā
7 notarij sumptam de extractu, † sc3 communiter, et ita arguendo a communiter accidentibus presumendū est hunc scire non legisse scripturam notarij, et sic nesciuisse quid scripserit: qui modus ar-
8 guendi bonus est. † Preterea cū per primam depositionē plene deposuerit, et cū iuramento, non potuit postea ex longo interuallo hec depositio infringi, etiam si dici posset variasse, prout nō puto eum fecisse, per id qđ not. Salice. in. l. si quis decurio. col. fi. C. de fal. per. l. ij. §. due. et §. finge. ff. de carboni. edic. Non obst. qđ not. Alex. de imol. consil. cxxiij. exordiente, Visa facti narratione. col. vi. in. ij. volu. vbi voluit standum esse secūdo dicto, nō primo. Quoniam respondeo q̃ Alex. de Jmol. loquitur in primo dicto testis non iurato, et in secundo dicto iurato: quo casu statur secundo, q̃uis Bart. senserit contrarium in. l. eos. ff. de fal.
9 † Postremo etiam nec obstat si forte ex aduerso opponat, q̃ nō debuerit dictus magister Petrus pomerij opponēs de simulatione audiri, obstāte iuramēto. Quoniam respōdeo q̃ idem magister Petrus non opposuit de simulatione, vt clare patet ex tenore suarum exceptionum: sed opposuit de reseruatione predicte apothece, q̃uis illa scripta nō extiterit. Et supposito q̃ ipse de simulatione opposuisset, ipse debuisset audiri, vt voluit Jo. de Jmol. et post eū Alex. in. l. nemo.
10 ff. de legat. j. † q: iuramentum regulatur fm mentē contrahentium. l. fi. C. de non nume. pecu. et per Barto. in. l. si quis pro eo. in octauo membro. ff. de fideiusso. Et q̃uis alia multa possent dici pro defensione depositionum predictorum testium: q: tamen predicta cum alijs alās scriptis mihi videntur sufficere, vlterius non insisto. Que dixerim sub correctione etc.

1 ☞ Substitutiones vulgaris et pupillaris quando expirent.
2 Heres grauatus de restituēdo an teneatur numerare fructus ex bonis restituendis perceptos in reparationum impensis.

Heres

3 Heres restitutione grauatus an possit bona restituenda alienare pendente conditione.
4 Donans dimidiam partem bonorum suorum an censendus donasse dimidium assis, an semissis.
5 Quarte duec fideicommisso an detrahende nõ confecto inuentario de bonis restituendis.
6 Trebellianica per omissionem inuentarij non perditur in patria Prouincie.
7 Quarte quo ordine detrahende.
8 Liberorum appellatione qui veniant, et an femine, et earũ masculi.
9 Donatio inofficiosa per liberorum preteritionem an et quatenus rescindenda.

¶ Epitome.

¶ Trebellianicam pure grauatus non detrahit: sub conditione vero sic: quo casu de perceptis fructibus non compensatur pro sumptibus quos in res restitutioni subiectas fecit. V. F.

¶ Ad S.c. trebel. Consi. cclxxi.



Udũ fuit in humanis dnobilis vir Ysnardus poyteuini, qui pridem, Anno, vez incarnationis dñice. M.cccclviij. et die decima mensis Septembris, fecit et cõdidit eius vltimũ et nũcupatiuum testamentũ: in quo inter cetera legauit et iure institutionis reliquit nobili Simone poyteuine eius filie naturali et legitime viginti florenos semel tantum, et dotem per eum pro et nomine eiusdem nobilis Simone constitutam et assignatã: in quibus viginti florenis et dote et non in pluri heredẽ instituit. In ceteris vero omnibus bonis, reb9 et iurib9 heredẽ vniuersalẽ instituit et ore proprio nõiauit nobilẽ Mononũ poyteuini eius filiũ naturalẽ et legitimũ ad ei9 vitam tm̃, et post eius mortẽ eidẽ substituit omnes suos ipsius Mononi liberos ex suo corpore legitime procreatos et procreãdos equis partib9 et portionib9, quos adinuicẽ substituit, ita quod pars seu portio premorientis seu premorientiũ ipsorum ad superstitẽ seu superstites eorundẽ iure institutionis deuolueretur, et ad suos. Fecit alias substitutiones, sed quia ille proposito nõ seruiũt, illas recitare pretermitto. Deinde idẽ nobilis Ysnardus permanens in voluntate huiusmodi vita functus est, et ab humanis decessit, superstitibus et sibi superuiuentibus dictis nobilib9 Monono herede vniuersali, et Simona herede particulari. Qui Mononus bonis et hereditati dicti quondam nobilis Ysnardi se immiscuit, et pro illius vniuersali herede se gessit. Postea vero procedente tpe, nobilis vir Petrus Ysnardi primogenitus dicti nobilis Mononi contraxit matrimoniũ cũ nobili Antoneta aloysie. Cuius matrimonij contemplatione, et donatione propter nuptias dict9 nobilis Monon9 eidẽ Petro donauit medietatẽ eim et quorũcunque bonorũ suorum, put de testamẽto et donatione hmõi pleni9 constat duob9 publicis instrumẽtis mihi exhibitis. Subsequẽter vero vita funct9 est et ab humanis intestatus decessit dictus nobilis Mononus, superstitib9 et sibi superuiuẽtibus dicto nobili Petro, ac nobilibus Guillielmo et Thoma eius filijs naturalib9 et legitimis, et quatuor filiab9 etiã naturalibus et legitimis. Postremo vita functi sunt et ab humanis decesserunt dicti Petrus et Guillelmus fratres, dictus vez Petrus superstite Joãne eius filio naturali et legitimo, et herede vniuersali, et Gullielmus sine liberis, superstite tamẽ dicto nobili Thoma eius fratre, ac vniuersali testamentario herede.

¶ Quesitum est de sequentibus. ¶ Primo an donatio, quã vt premisi fecit dictus nobilis Mononus prefato Petro eius filio censeri debeat facta de medietate totius assis: an vero de medietate totiu semissis, attenta substitutione de qua. s. ¶ Scdo an donatio predicta fuerit et sit nulla, an ve inofficiosa, et an possint alij liberi dicti nobilis Mononi agere et experiri contra Joannẽ ad rescissionẽ dicte donationis, an vero ad supplemẽtũ legitime. ¶ Tertio an donatio predicta debuerit ipsi Petro, et hodie debeat dicto Joãni eius filio imputari in legitimã, quã erat habiturus idẽ Petrus in bonis dicti Mononi: an ve vltra et pter dictã medietatẽ dicto Petro donatã debuerit ipse Petrus et debeat nunc dictus Joãnes eius heres habere partẽ in alia medietate.

1 Viso † consultationis thema, et dubijs ex eo elicitis, dico et respõdeo ad dubia huiusmodi prout infra. Pro quorũ faciliore solutione premitto qđ, cum dictus nobilis Mononus se immiscuit paterne hereditati, et decesserit factus pubes. substitutio vulgaris insup et pupillaris, si tempore facti testamenti de quo supra erat impubes, expirauerunt. l. post aditã. C. de impube. et alijs substitu. et. l. in pupillari. cũ suis simili. ff. de vulga. et pupil. remansit igitur sola fideicommissaria substitutio, que postea moriente dicto Monono sibi locũ vendicauit in personis liberorũ dicti Mononi.
2 † Premitto scdo quod liberi dictis Mononi fuerint eidẽ per dictũ quondã Ysnardũ substituti: et ñ pendente conditione substitutionis bona dicti quondam Ysnardi erũt et fuerũt dicti Mononi eius heredis, per id qđ voluit gl. in. l. emptor. super verbo superfluũ, versi. sed quid si pẽdente conditione. ff. de rei vẽdi. et qđ not. Bal. Ang. Jo. de imo. et Ale. de imol. in. l. in insulã. §. fruct9. ff. sol. matr. Alex. de imol. in. l. domos hereditarias. ff. de leg. j. quatenus volũt qđ heres rogatus grauat9 de restituẽdo nõ teneat computare fructus per seipsum perceptos ex rebus et bonis restitutioni subiacẽtibus in impẽsis reparationum per eũ factarum, pro eo quia fructus percepti pẽdente cõditione nõ sunt percepti ex re aliena, sed ex re ppria suapsius heredis grauati, quis esset alteri restituenda in euentũ cõditionis. Pro quo facit. l. si. §. sed quia nostra. et qđ ibi docto. C. cõia de lega.
3 † Hinc est qđ pẽdente conditione põt heres de restituẽdo grauat9 alienare bona subiacẽtia restitutioni, et illa in aliũ trãsferre dicto §. sed quia nostra, et qđ ibi doct. Ex quibus colligit responsio ad quesitum, scz quod dict9 quõdã Mononus potuit se adhuc viuẽte, et sic pendẽte cõditione vniuersalis fideicõmissi, donare vel aliãs alienare bona subiacẽtia restitutioni.
4 † Et cũ in instrumẽto donatiõis de qua supra legat et appareat clare et expresse eum donasse dicto Petro eius filio dimidiã partẽ oim bonorum suorum, intelligẽda est donatio huiusmodi fuisse facta de dimidia parte assis seu bonorum suorũ nõ de dimidia semissis: quia vt dixi omnia erãt sua. Et quia verba clara sunt, qđ scz donauerit bonorum suorum partem dimidiã nõ est ergo ab eorum significatione recedendũ. l. ille aut ille. §. cũ in verbis. et. l. non aliter. ff. de lega. iij.

5 † Venio ad secundũ. Pro cuius solutione premitto qđ, cũ substitutio de qua supra, et q̃ sibi locũ vẽdicauit in psonis liberorum dicti quõdã Mononi, fuerit fideicõmissaria, ipse potuit detrahere duas quartas, scz legitimã et trebellianicã, p id qđ not. gl. Bar. et doc. in. l. papinian9. §. meminisse. ff. de inoffi. test. gl. et Bar. in. l. q̃ꝗ. C. ad leg. fal. Jo. de imo. in. l. coheredi. §. cũ filie. ff. de vulga. et pupil. Bal. in. l. filiũ quẽ. C. famil. ercis. multas remissiones ponit do. Jas. may. in auf. res q̃. col. iij. C. cõia de leg. Pro quo sunt boni tex. in. c. raynutius. et. c. rainald9. de test. Et hoc est sine dubio, si idẽ Monon9 inuẽtariũ confecerit de bonis dicti Ysnardi eius quõdã patris. Si vero illud facere omiserit: tũc est grãdis difficultas, an propter illius omissionem pdiderit trebellianicã, de qua p doc. in. l. marcellus. in prin. ff. ad trebel. in auf. sed cũ testator. C. ad leg. fal. et in auf. de heredi.
6 et fal. §. si vero nõ fecerit. col. j. Sup quo non insisto: † quia existimo quod in prouincia sit vel consuetudo vel statutio, qđ propter omissionẽ inuẽtarij non perdat trebellianica. De legitima vero nullus dubitat quod illa nõ perdat. Suppono igit citra preiudiciũ veritatis qđ dict9 Mononus potuerit detrahere duas quartas, scz legitimã et trebellianicã, quarum legitima fuit nõ quidẽ triẽs, hoc est tertia pars assis, sed semitriẽs, et sic sexta pars bonorũ dicti quõdam Ysnardi, eorum vez q̃ superfuerũt deducto ere alieno et funeris impẽsa: alia vero sexta pars p sua ltia ptinet dicte Symone: pro eo quia dicto quondam Ysnardo superfuerũt dicti nobiles Mononus et Simona, auf. de triẽ. et semis. §. j. col. iij. et trãsumptiue in auf. nouissima. C. de inoffi. test. iuncta. d. l. papinianus. §. quarta autẽ. et qđ not. Bar. in. l. ex facto. la. ij. ff. de here. instit. et Bal. in. l. quotiẽs.
7 C. eo. tit. post Jac. butrig. in. l. si quis in suo. C. de inoff. test. † Et sic potuit idẽ Mononus p sua legitima detrahere de bonis, in quibus fuit heres institutus, duas vncias totius assis, et pro trebellianica quartã partẽ residui, hoc est alias duas vncias: hoc enim ordine fiẽda est harum quartarum detractio, p id qđ not. gl. in. d. c. raynaldus. sup verbo sz totas. et Jo. de imol. in. d. l. coheredi. §. cum filie. Residuũ vero bonorum dicti quõdã Ysnardi, hoc est sex vncie debuerũt restitui liberis eiusdẽ nobilis Ysnardi nõ solũ masculis,
8 sed etiã feminis † quia appellatione liberorum, veniũt oẽs descẽdentẽ. l. liberorum. ff. de vb. sig. et. l. cũ pater. §. rogo. ff. de leg. ij. et quod appellatiõe liberorum veniãt etiã femine descẽdẽtes, et masculi descẽdẽtes p feminas, clarissime pbat in. l. nõ est sine liberis. ff. de verb. sign. et. l. j. et qđ ibi doct. C. de condi. inser. et qđ not. Ang. et Alex. de imo. in. l. ex facto. §. si. ff. ad trebel. Et in istis sex vncijs equis portionibus succedere debuerũt ex capite substitutionis facte per dictũ quondã nobilez Ysnardũ prefati nobiles Petrus, Guillielmus,
9 Thomas, et quatuor filie. † Ex quibus satis apparet donationẽ factã per dictũ quondã nobilem Mononũ dicto Petro eius filio de medietate oim et quorũcunque bonorũ fuisse inofficiosaz, saltem re ipsa: pro eo quia nihil donauit, quinimo nec reliquit dictis alijs eius liberis. Debuit igit et dz donatio huiusmodi vsque ad legitimas aliorũ liberorũ tanque inofficiosa reuocari et rescindi. vt sic alij oẽs et eorum quilibet habeãt de istis bonis suã legitimã. auf. de immẽsis dona. §. j. colla. vij. et transumptiue in auf. vnde et si parens. C. de inoffi. testa. et. l. si liqueat. l. si totas. et qđ not. gl. et doct. in. l. j. C. de inoffi. dona. Bart. et docto. in. l. titia. §. imperator. ff. de leg. ij. et canoni. in. c. finali. de donatio. et cum eidẽ in Monono

supfuerint septem liberi. horum omniū legitima fuit semis. hoc est dimidia pars bonorum q̄ habebat idem Mononus tēpore facte donationis, vel ante eā. dicta auth. vnde ⁊ si parens. iuncto auth. de trien. ⁊ semis. §. j. colla. iij. ⁊ transumptiue in auth. nouissima. C. de inoffi. test. debēt ergo alij liberi ⁊ eorum quilibet habere de bonis dicti quondā Mononi eorum patris, de illis videlicet que nō veniunt in restitutionē fideicommissi, dimidiam partē eius quod ipsi ⁊ eorū quilibet erāt ab intestato habituri, si pater non donasset, ⁊ ab intestato decessisset. Et sic si diuidamus totum patrimonium dicti nobilis Mononi, illud videlicet ꝙ erat remansurum facta restitutione fideicommissi, in quatuordecim vncias, dictus Joannes ex persona sui patris habebit octo vncias, alij sex liberi reliquas sex: in quibus nec per contractum inter viuos, nec in vltima voluntate cum effectu grauari potuerūt, dicta auth. vnde ⁊ si parens. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. ⁊ l. scimus. in princ. C. de inoffi. test. Et per hec vt puto patet esse responsum etiam ad tertium quesitum.

Ceterum quia vt ponit in facto, dictus Guillielmus vita funct⁹ est sine liberis: ⁊ sic in personam fratrum ⁊ sororū superstitum fuit locus substitutioni facte per dictū Ysnardum, ⁊ de qua supra feci mētionē, debebat diuidi inter eos equis portionib⁹ id qd̄ habuit dict⁹ Guillielm⁹ in vim substitutionis superius mētionate: q: istud venit in restitutionem fideicōmissi, l. heredes mei. §. cū ita. ⁊ qd̄ ibi Bart. in. l. sceuola. ⁊ qd̄ ibi Bar. ⁊ doct. ⁊ Bar. in. l. marcellus. §. quidā liberis. Ang. ⁊ alij in. l. ita tā. §. qui suspectā. ff. ad trebel. Ange. in. l. cū virū. C. de fideicō. ⁊ Bar. in. l. si titius. iuncta gl. si. ff. de leg. iij. Alia vero bona, que ad dictū Guilielmū iure legitime peruenire debuerunt ⁊ suos, ⁊ ad suos heredes ex suis corporib⁹ legitime procreādos, ex successione dicti Mononi eius patris, seu pro legitima sibi in bonis sui patris debita pertinent ⁊ pertinere debent insolidum dicto nobili Thome eius heredi. ¶ Et vt que predixi apertius pateant subijcio exemplum. Ponamus qd̄ deducto ere alieno ⁊ funeris impensa bona dicti nobilis Ysnardi valuerint tempore mortis florenis duodecim, legitima dictorū nobilium Mononi ⁊ Simone ascēdit ad quatuor florenos equis portionibus inter eos diuidendos. Et sic dictus nobilis Mononus censetur cum effectu heres institutus in decem florenis: q: alij duo debebant Simone pro legitima. Et q̄uis dictus Mononus fuerit grauatus de restituēda hereditate dictis eius liberis: q: tamen grauamen fuit conditionale. l. post mortem. ⁊ qd̄ ibi docto. C. de fideicommis. potuit idem Mononus de dictis decē florenis detrahere duas quartas, hoc est legitimam, que vt dixi, ascendebat ad duos florenos, ⁊ quartam partem octo restantium pro trebellianica, ⁊ sic alios duos. Alij vero sex floreni restantes debuerunt in vim fideicommissi restitui dictis liberis substitutis. ⁊ in quib⁹ quilibet habere debuit septimā partem ⁊ sic si non fallor, decē grossos, vnum quartū, ⁊ septimam partē alterius quarti. De dictis vero quatuor florenis ⁊ alijs bonis p ipsum Mononū aliūde acq̄sitis, ꝙ ex paterna successiōe, potuit idē Monon⁹ disponere vsq̄ ad dimidiam partē, ⁊ nō vltra, cū effectu: quia alia dimidia pars debebat dictis septē liberis pro eorū legitima, per iura superius allegata. Et quia in restitutione dicti fideicōmissi ascēdentis ad sex florenos idē Mononus reperitur donasse oia restātia dicto Petro filio. debet vt superius dixi ista donatio reuocari ⁊ rescindi nō quidē insolidū, etiam si fuisset inofficiosa re ⁊ consilio, sꝫ vsq̄ ad legitimā debitā vnicuiq̄ ex alijs liberis dicti Mononi. q vt etiā dixi fuit septima pars semissis. Et si nos ponere mus qd̄ dictus Mononus nihil acquisiuerit, ⁊ ita non habuerit nisi quartas p̄dictas. hoc est quatuor florenos: habebit d̄ illis dictus Petrus seu Joānes eius heres duos florenos in vim donationis, ⁊ septimā partē aliorū duorū florenorū: que ascendit si nō fallor ad tres grossos, decem denarios, ⁊ septimā partē duorū denariorum: quia vltra dimidiam partem quā potuit Mononus donare etiam vni extraneo, debet habere Petrus seu Joannes eius heres septimā partē, vt concurrant cū alijs in legitima. Et sic apparet quid in vniuerso habere possit dictus Jonnes in bonis dicti quondam Ysnardi eius proaui paterne, tā in vim substitutionis facte dicto Monono, ꝙ in vim donationis facte per Mononū. Et insuper in vim substitutionis facte Guillielmo. de quia predixi, debet habere sextā partē decem grossorū vnius quarti, ⁊ septime partis alterius quarti. qui ad dictū quōdā Guillielmum in vim fideicōmissi peruenerāt. Patet etiam quid ⁊ quātum peruenerit ⁊ peruenire debuerit ad alios liberos dicti Mononi. Que dixerim sub correctione ⁊c.

1 ¶ Substitutio fideicommissaria adueniēte conditione sumit effectum.

2 Trebellianica ante legitimam non deducenda.

Remissa an censeantur que ignorabantur.

3 Fideicommissum morte fideicōmissarij an extinguat. Et quid si fideicommissum factum est per verbum ⁊ suos, an transmittat.

4 Inuitari aliud est, aliud repellere substitutum.

5 Liberi pōsiti in conditione an censeatur inuitati.

6 Portio exclusi a iure petendi an deferatur alijs iure accrescēdi, siue nolentibus, siue volentibus.

¶ Epitome.

¶ Cum pendente conditione in fata concedit vel moritur fideicommissarius, adeo fideicommissum extinguitur, vt non transmittatur. U. F.

¶ De fideicommissis. ¶ Consi. cclxxij.



Ponitur in facto ꝙ dudum fuit in humanis nobilis Joānes colonelli, habens nobiles Andream, Beatrisiam Ludouicam ⁊ Claudiam eius filium ⁊ filias naturales ⁊ legitimos, qui pridem Anno vcꝫ incarnationis dominice. M. cccc. xcviij. ⁊ de mense Septembris fecit ⁊ condidit eius vltimum ⁊ nuncupatiuū testamentum sufficienti testium numero ⁊ alijs de iure requisitis fulcitum ⁊ roboratum: qui inter cetera inibi contenta prefatis nobilibus Beatrisie, Ludouice ⁊ Claudie certas pecuniarias quātitates ⁊ res alias legauit ⁊ iure institutionis reliquit. Dictū vero nobilem Andream heredē suū vniuersalem instituit ⁊ nominauit. Cui, si eū q̄ncunq̄ sine liberis naturalibus ⁊ legitimis, ⁊ de legitimo matrimonio pcreatis in pupillari etate, aut al's quomodocunq̄ ab humanis decedere cōtingeret, substituit dictas Beatrisiam, Ludouicam ⁊ Claudiam, aut alterā ipsarū, si alie due essent mortue, vel superstitem ⁊ superstites. Fecit ⁊ alias substitutiones, quas q: proposito non seruiunt, nō recito. Qui nobilis Joannes testator permanens in voluntate huiusmodi vita functus est, ⁊ ab humanis decessit, superstitibus dictis eius filio ⁊ filiabus. Post cuius mortē idem Andreas bonis ⁊ hereditati eiusdē se immiscuit, ⁊ p illius vniuersali herede se gessit. Quo nobili Andrea viuēte p̄fate nobiles Beatrisia, Ludouica ⁊ Claudia matrimoniū ꝯtraxerunt, dicta vcꝫ Beatrisia, cū nobili Joāne lāgonis parochie scti Thome mādamēti scti Nazarij i Royans. Prefata vero Ludouica cū nobili Petro augerij de Greynhano Diēsis diocesis, ⁊ dicta Claudia cū nobili Philippo augerij dicti loci de Greynhano: q̄ ⁊ earū quelibet post matrimoniū ꝯtū quittarūt, cesserūt ⁊ remiserūt dicto Claudio eorū fratri, dicta vcꝫ Beatrisia oia vniuersa ⁊ singula iura, dreyturas, actiones, requisitiones, frarechias ratas portiones, que ⁊ quas ipsa Beatrisia habebat habereq̄ posset, ⁊ visura esset habere tūc vel in futurū in oībus vniuersis ⁊ singulis suis ipsius Beatrisie bonis paternis ⁊ maternis p̄sentib⁹ tunc ⁊ futuris quibuscunq̄. Dicta vero nobilis Ludouica oia bona paterna ⁊ materna excepto iure hereditarie institutionis, substōnis, ⁊ legalis successionis seu escheute. Et prefata nobilis Claudia oia bona sua paterna ⁊ materna quecunq̄, salua tamen ⁊ reseruata legali escheuta ⁊ legitima successione, insuper ⁊ legatis eidē factis per parētes casu quo excederēt summā quadringētorum florenorū monete in dotē ꝯstitutorū p dictū eius fratrem: quo casu ipsis legatis minime derogare intēdebat, sꝫ potius corroborare. Postea aūt viuēte dicto Andrea vita functa est, ⁊ ab humanis decessit dicta nobilis Beatrisia, superstitib⁹ ⁊ sibi superuiuentibus nobilibus Philippa ⁊ Claudia eius ⁊ dicti nobilis Joānis langonis filiabus naturalibus ⁊ legitimis. Postremo vita funct⁹ est, ⁊ ab humanis sine liberis decessit dictus nobilis Andreas, superstitibus tū ⁊ sibi superuiuētibus dictis nobilib⁹ Ludouica ⁊ Claudia eius sororib⁹, ac Philippa ⁊ alia Claudia eius neptib⁹ ex sorore predefuncta, prius cōdito per ipsum Andreā vt pretendit testamēto: in quo dicit heredes instituisse nobilē N. lāceline ei⁹ vxorē filiā nobilis Joānis lāceline de Alegrano, ⁊ nobilē leonardū teste de cleriaco, dictā vcꝫ eius vxorē in bonis existētib⁹ in dicto loco sancti Nazarij ⁊ eius territorio, ⁊ p̄fatū Teste in bonis existētib⁹ in dicto loco Cleriaci ⁊ eius territorio.

¶ Quesitum est de sequentibus.

¶ Primo an in vim substitutionis, de qua supra, possint aliquid petere, ⁊ quid, dicte nobiles Ludouica ⁊ Claudia in bonis que fuerunt dicti Joannis colonelli earum quondam patris.

¶ Secundo idem queritur de dictis Philippa ⁊ Claudia.

Uiso consultationis thermate, ⁊ dubijs ex eo elicitis, dico ⁊ r̄ndeo breuiter ⁊ succincte ad dubia hmōi put. j. Et primo ad p̄mū ꝙ, lꝫ substitutio pupillaris, quā eidē Andr. d̄ dictis Beatrisia, Ludouica ⁊ Claudia fecisse legit, expirauerit p eo qd̄ idē Andreas fact⁹ pubes ⁊ adultus ab humanis decessit. l. in pupillari, cum suis simili. ff. de vulg. ⁊ pupil.

1 † tū fideicōmissaria que eidē Andree facta est sub conditione si sine

sine liberis naturalib⁹ et legitimis et de legitimo matrimonio procreatis ab humanis post pupillarē etatē quomodocūq; decederet, nō expirauit: cum vt ponit in themate, idē Andreas sine liberis saltē naturalib⁹ et legitimis ab humanis decesserit, et ita euenerit cōditio substōnis facte de dictis Ludouica et Claudia: quib⁹ ppterea restituēda est hereditas dicti quōdā nobilis Joānis colonelli, seu fideicōmissuz p ipm relictū. l. p̄cib⁹. et qd ibi gl. et doc. C. de impube. et alijs substitu. et qd not. glo. et doc. in. l. cēturio. ff. de vulga. et pupil. et qd habet in. c. raynuti⁹, et. c. rainald⁹. de testa. verū qr pfat⁹ Andreas heres fuit grauat⁹ de restituēda hrditate nō pure, sed sub cōditione, dico q dicti ei⁹ heredes poterūt ex persona ipsius detrahere duas quartas, scz legitimā et quartā trebellianicā, iuxta theoricā quā ponit gl. et post eā Bar. et doc. in l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. test. gl. et Bar. in. l. q̄d. C. ad legē fal. Multas remissiōes ponit do. Jas. may. in aut. res q̄, col. iij. C. cōi de lega. Pro quo sunt boni text. in. d. c. raynutius. et c. rainaldus. Et cum dicto quondam Joanni colonelli superfuerint dictus Andreas, et tres filie, horū oim legitima fuit triēs, seu tertia pars bonorū eiusdem quōdam Joannis, eorū vcz que erāt superfutura deducto ere alieno et funeris impensa, aut. de trien. et semis. §. j. colla. iij. et transumptiue in aut. nouissima. C. de inoffic. testa. iuncta dicta. l. papinianus. §. quarta autem. et qd not. Bar. in. l. ex facto. la grande. ff. de heredi. institu. et Bal. in. l. quotiens. C. eo. ti post Jacob. butri. in. l. si quis in suo. C. de inoffi. testa. Et sic legitima dicti quondam Andr. fuit vna vncia, hoc est duodecima pars bonorum dicti Joannis colonelli, quā detrahere poterunt dicti heredes. Preterea si ille pecuniarie summe, et res alie, que dictis Beatrisie, Ludouice et Claudie relicte extiterunt minus ascēdant q legitima eis debita in bonis dicti Joānis, illud q minus habuerunt poterit detrahi de dicto fideicommisso, pro eo qr dicte Beatrisia, Ludouica et Claudia cesserunt et remiserūt eidem Andree omnia iura sua etc. vt ponitur in themate consultationis. Et sic puto q isti heredes poterūt effectualiter detrahere tam pro legitima dicti nobilis Andree, q̄ pro legitimis dictarum eius sororum quatuor vncias, nisi de illis pecunijs fuisset satisfactum in pecunijs, vel alijs bonis hereditarijs, propter q fuisset diminutum fideicommissum: qr hoc deberet attendi. De residuo vero, hoc est de octo vncijs restantibus poterūt dicti heredes ipsius nobilis Andree detrahere quartā partem pro quarta trebellianica, et sic duas vncias et sex remanētes. Et sic dimidia pars hereditatis dicti quondā nobilis Joannis dz dictis substi-

2 tutis restitui. † Quia autē vt predixi primo debeat detrahi legitima, et deinde pro trebellianica quarta pars residui, colligit ex theorica quā ponit gl. in. d. c. raynaldus. super verbo licet totas. vbi etiam per doc. et per Joan. de imo. in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. et pupil. ¶ Nec prefatis Ludouice et Claudie obstāt quitantie et remissiones, de quibus in themate: qr inibi non fuit aliquid expressum in specie de testamento dicti quōdam nobilis Joannis, per q appareat ipsas habuisse notitiam dicte substitutionis seu fideicommissi eis sub conditione relicti: nō ergo cēseri debent illud remisisse. l. j. ff. quēad. testa. ape. et. l. de his. ff. de trāſ. et q per illam voluit Bart. in. l. qui rome. §. duo fratres. q. v. quē ibi sequuntur Paul. de castr. col. iij. versi. si autem non diceretur etc. ff. de verb. oblig. istam eandem sententiā Bart. sequit ibi Jo. de imol. col. xx. versi. secūda questio etc. Fran. de are. col. xv. ver. secundo principaliter adde inquantum Bart. in. v. q. etc. Alex. de imol. col. xlviij. versi. item inquantū Bart. etc. et alij in alijs locis. Preterea dicta Ludouica expresse reseruauit ius substitutionis, et prefata nobilis Claudia reseruauit legata sibi facta per parentes casu quo excederent summā etc. per quod satis apparet ipsam non habuisse notitiam de dicto testamento.

Ad secūdum questitum in

quo querit, an ad dictū vniuersale fideicommissum censeant etiā inuitate dicte Philippa et Claudia nepres, dico in primis quod, cum viuente dicto nobili Andrea, et sic pēdente conditione prefa-

3 ta Beatrisia ab humanis decesserit, substitutio de ea facta quo ad eam facta est caduca. Et sic extinctū est fideicommissum: † qr moriente fideicommissario pendente conditione extinguit fideicommissum, siue loquamur de fideicōmisso vniuersali, siue de particulari. l. si in personā. C. de fideicommis. l. vnica. §. sin autem sub conditione. C. de caducis tollen. l. miles. §. j. l. vnum ex familia. §. rogo. l. cū pater. §. hereditatem. ff. de leg. ij. l. quero. ff. de alimen. et ciba. lega. l. heredes mei. §. cum ita. et quod ibi glo. et doctores presertim Alexan. de imol. super verbo suscepisset. ff. ad trebel. et qd not. gl. et doct. in. l. vnica. C. de his qui ante aper. tabu. Joan. de imo. in. l. cum ex filio. in fi. principij. vbi etiam Alex. de imol. ff. de vulga. et pupilla. Oldr. consi. cxxxj. exordiente, Quidam habens tres filias et duos filios, ver. ad primam questionem. Paul. de castr. consi. cccliij. exordiente, Uisis omnibus punctis, et Roma. consi. xvij. exordiente, Uiso puncto. et consi. cccclxxx. exordiente, In casu proposite consultationis. Nec solum facta est substitutio antedicta caduca quo ad ipsam Beatrisiam, sz etiam verum est quod ipsa nō potuit substitutionem huiusmodi ad dictas suas filias transmittere, vt not. glo. et doctores in. d. l. j. C. de his qui ante aper. tabu. gloss. et doctores in. d. l. heredes mei. §. cum ita. et Joan. de Jmol. in. d. l. cum ex filio. ad fi. principij: quis gl. teneret contrarium, et non bene in. l. is cui. ff. de actio. et oblig. Fateor tamen quod si dictus nobilis Joannes colonelli testator substituisset dictas nobiles Beatrisiam, Ludouicam et Claudiam, et suos, possent nunc dicte Philippa et Claudia nepres pretendere se habere ius in dicto fideicommisso, et petere tertiam partem illius non ex persona dicte quondā Beatrisie, sed ex personis suis tanq̄ inuitate, vt etiam voluit Paulus de Castro in dicto cōsi. cccliij. Ex cuius dictis apertissime colligitur, quod per exclusionem predicte Beatrisie nō censerentur dicte neptes excluse, immo potius incluse, arg. l. gallus. §. quidam recte. et. §. et quid si tantum. ff. de libe. et posthumis. Sed in casu de quo queritur non est dictum, et suos. Non etiam est dictum et suos heredes, vel et suos liberos: quo casu censerent dicte neptes inuitate ex earum personis. l. ex facto. §. vltimo. ff. ad trebel. et qd ponit Oldra. in dicto consi. cxxxj. Fateor tamen et verum est q in dicta substitutione posita sunt hec verba, vel superstitē et superstites. Sed videt qd illa verba debeāt referri ad filiam et filias nominatas in substitutione, que videlicet superessent tēpore mortis dicti nobilis Andree de restituendo grauati, non ad eorum liberos, quod etiā colligitur etc. qr lz consequenter idem nobilis Joannes substituerit dictis eius filiabus, si sine liberis decederēt, nobilem Guichardā eius sororem: non tamē substituit liberis dictarum filiaruz, quod verisimiliter fecisset: cū verisimiliter presumatur plus dilexisse filias, q̄ earum liberos, ratione ordinis charitatis: et qr etiam eas expresse nominauit in substitutione. Et q̄uis superexistētia liberorum dictarum filiarum repulisset dictā nobilem Guichardam a substitutione de ea facta, si dicte tres filie decessissent ante mor-

4 tem Andree: non tū censerentur isti liberi inuitati: † qr aliud est inuitari, aliud est substitutū repellere. Pro quo allegasse sufficiat qd voluit gl. et doctores communiter in. l. lucius. la. ij. ff. de here. institu. et multi in. l. j. C. de condi. insert. in illa questione quam in

5 locis predictis formant scribentes, † An liberi positi in conditione censeantur inuitati: et cōiter determināt quod non, q̄uis multi teneant contrarium. Sed non est recedēdum in consulendo vel iudicando a communi opinione. l. j. ibi, crebrior apud veteres opiniones. ff. de offi. questo. quod etiam voluit Hostien. Joan. and. Panor. et docto. in. c. j. de constitu. vbi dominus Feli. charta vltima col. ij. ponit multas remissiones. Et secundum hoc dico qd dicte nobiles Ludouica et Claudia habere debent non solum illas portiones, quas habuissent et habere deberent si viueret et superesset dicta nobilis Beatrisia, sed etiam portionem quā habitura erat ipsa Beatrisia si viueret. l. sed si plures. et. l. qui plures. ff. de vulga. et pupil. l. liber homo. §. si ita. ff. de heredi. institu. et. l. vnica. §. in primo. et. §. pro secundo. C. de caducis tollend. et Alex. de imol. consi. clxv. exordiente, Circa presentem consultationem, col. ij. versi. ex his infertur quod totum ius dicte substitutionis etc. in quinto volumine. Pro quo optime facit qd voluit Dyn. consilio vj. exordiente, Ex testamento domini Alberti etc. et post eum Joan. andr. in addi. Specul. titu. de testa. §. in primis. in ad-

6 ditio. exordiente, Quod de precedēti etc. versi. ad tertium. † Qui voluit quod quotiens vnus ex his, quibus successio defertur, directo vel per mediam personam alterius per repudiationem excluditur a iure petendi: eius portio defertur alijs iure accrescendi, aliquando volentibus, et aliquando inuitis. l. iiij. §. vi bonorū, cum tribus legibus seq. ff. de bonorum possessione. l. cum heredi. ff. de acquirenda hereditate. l. si nemo. ff. ad tertul. et. l. si ex pluribus. ff. de suis et legiti. l. vnica. C. quando non petentium partes, et dicta. l. vnica. §. his ita. C. de caducis tollen.

1 ☞ Possessionem colorare pro victoria obtinenda in possessorio beneficij ecclesiastici an opus sit, et qualis color requiratur.
2 Titulus collatitius an sit sufficiens ad colorationē possessionis beneficij ecclesiastici.
3 Possessorio beneficij ecclesiastici quis contendentiū potior habendus.
4 Clausula saluo iure impertinentium et non releuantium vel non admittendorum, posita in articulis agētis petitorio beneficij ecclesiastici quid operetur, num. 6.
Exceptio dominij an obstet agenti possessorio retinende.
7 Articuli simpliciter admissi, et per defendentē probati cōtra agētem, patiente et non resistente actore, an prebeāt reo palmarium.
8 Possessorium recuperande priuilegiatius retinende.
9 Beneficiorum permutatio patronis irrequisitis an ipso iure nul

la, et an conualescat ex tacito patroni consensu, qui. j. quadrimestre de contemptu non egit, nec presentauit, nu. 11. et 13.

10 Patronus beneficij infra quod tempus agit ad reuocandam permutationem, et an possit presentare ante cassationem.

12 Patronus, qui de contemptu infra tempus prescriptum non egit, an videatur potius contempsisse, quam fuerit contemptus, et per negligentiam a iure suo priuatus, et an sit facienda distinctio inter patronum laicum et clericum. 15.

14 Collatio per episcopum spreto patrono facta an sit ab initio nulla, et ex postfacto patrono tacite vel expresse consentiente ratificata.

16 Prelatus an habeat maius ius in collatione, quam patronus in presentatione.

¶ Epitome.

¶ Confert Episcopus beneficium patronatum iuspatronato infra quadrimestre nemine presentante: que collatio coloratum titulum vsque adeo prebet, vt alius quispiam presentari nequeat, nisi ea cassata. V. F.

¶ De episcopa. audien.

1 Etiam † si dicamus quod pro victoria obtinenda in possessorio, vbi agitur de possessione beneficij ecclesiastici, opus sit colorare possessionem, vt voluit gl. et docto. magis communiter in c. le. j. de cau. pos. et proprie. Joan. Andr. in addi. Spec. tit. de restitu. spol. super rubr. Spec. tit. de testib. §. nunc dicendum. versi. sed pone. le. j. vbi etiam Jo. andre. Archi. in c. j. de eo qui mitti. in pos. cau. rei seruan. et doct. magis communiter in c. in literis. de restitu. spolia. cuius contrarium tenuit Panor. in d. c. in literis. col. v. versi. ego declarando materiam etc. et longe plenius in quadam sua disputatione exordiente, Titius clericus etc. Petr. de Anch. in repetitione. c. j. circa principium, de reg. iur. in vj. videtur quod venerabilis dominus Bartholomeus de Vallebella rector capellanie latius mentionate et expresse in actis cause cepte et pendentis indecise, per et inter ipsum do. Bartholomeum de Vallebella ex vna parte, et venerabilem virum dominum Johannem boycerij ex alia, de et super possessorio retinende, debuerit et debeat in ea obtinere: pro eo quod ipse sufficienter et legitime fidem fecit non solum de possessione seu quasi capellanie superius mentionate, et quam apprehendit et adeptus est anno incarnationis dominice millesimo. cccccxvj. et die penultima mensis Januarij.

2 † sed etiam de titulo, scilicet de collatione sibi facta de capellania huiusmodi per bone memorie reuerendissimum in christo patrem dominum, tunc Aquensem archiepiscopum, et hoc anno predicto, et die. xxv. mensis decembris: que sufficit ad colorationem dicte possessionis, et vt non videatur idem do. de Vallebella habuisse vitiosum ingressum. Quo fit vt cum idem do. de Vallebella capellaniam huiusmodi cum suis pertinentijs et iuribus tenuerit et possederit pacifice et quiete spacio vnius anni vel circa et vsque ad inquietationem seu turbam, quam eidem intulit, et de facto infert idem do. Boycerij, debuerit et debeat ipse domi. de Vallebella in dicto possessorio recuperande obtinere:

3 † quia in possessorio huiusmodi ille vincit et obtinet, ceteris pauperibus, qui primo habuit possessionem, vt notat Inno. in c. licet causam. super verbo, plures, versic. ad hoc potes respondere etc. et quod ibi Panor. in viij. not. de proba. idem not. Bar. in l. j. §. quod ait pretor. versic. ex predictis habes, et in l. si duo. ff. vti possidetis. Cy. Bal. et Salice. in l. j. C. eo. tit. Cy. vero in versi. decimo queritur etc. Bal. vero in versi. aduerte quod aut probatur de possessione anteriore, et Sali. in versi. nunc reuertor ad glo. Et idem tenuit Jac. de Are. prout refert Cyn. vbi supra. Idem voluit Bar. in quodam suo consilio exordiente, In questione domini Cyoli etc. et Paul. de cast. consi. v. versi. scdo principaliter. et consi. clxxviij. exordiente, Fundamentum domini vicarij non est bonum etc. et Ang. are. in §. quadrupli, in materia interdicti vti possidetur. institu. de actio. Et per hec patet responsio ad primum quesitum parte dicti do. de Vallebella, scilicet quod nisi producta ex aduerso sibi obstent, debeat idem dominus de Vallebella in dicto possessorio obtinere.

4 † Venio ad secundum de et super quo voluissem in positione casus mihi missi plenius informari, vt sic apertius intelligere valuissem materiam petitorij ex aduerso propositi et deducti. et quid pro illius iustificatione prefatus Boycerij produxerit. Voluissem preterea intelligere an dictus domi. de Vallebella restiterit admissioni articulorum ex aduerso productorum continentium materiam dicti petitorij, et an illi admissi extiterint simpliciter et sine causa, aut cum illa solita clausula, saluo iure impertinentium et non releuantium vel non admittendorum propositorum. De quibus si fuissem ad plenum informatus potuissem facilius respondere. Verum vt satisfaciam petenti in eo quod possum, dico et respondeo per distinctionem. Et primo quod si dicti articuli fuerint admissi cum clausula de qua supra, prefatus domi.

5 de Valle bella debet in causa obtinere: pro eo † quia agenti possessorio retinende non obstat exceptio dominij seu proprietatis, vt voluit glo. quam multi reputant singularem in l. si de eo. §. fina. vbi etiam Bar. et doc. magis communiter. ff. de acquiren. posses. Bart. in l. naturaliter. §. nihil commune, versic. secundo oppono. eodem titu. Bar. in consilio exordiente, Martinus de eugubio etc. glo. in c. cum venissent. super verbo adiurasse. vbi etiam doctores de institu. et Ange. are. in dicto. §. quadrupli. col. fin. versi. an autem contra agentem hoc interdicto.

6 † Cum igitur articuli fuerint admissi cum clausula saluo iure non admittendorum et c. et sic conditionaliter, admissio huiusmodi habetur perinde ac si facta non fuisset. Et sic articuli cum illa clausula admissi habentur pro non admissis: quia conditio defecit. Et ita nocere non debuit admissio, per id quod voluit Joan. de imol. in l. si quando. ff. de lega. j. et est de mente Bartol. in l. ambitiosa. q. penultima. ff. decre. ab ordi. facien.

7 † Si vero fuerint admissi simpliciter non resistente dicto do. de Vallebella, et deinde probati, sic et taliter quod appareat capellaniam huiusmodi spectare et pertinere prefato Boycerij tanquam vero et canonico rectori, putarem quod idem Boycerij deberet in causa obtinere, arg. c. j. et quod ibi scriben. de restit. spolia. vbi probatur quod si patienti spoliato agente pro restitutione possessionis

8 reus idemque violentus probet de dominio, ipse obtinet. † Quantomagis fieri debet in possessorio retinende, quod non est tantum priuilegiatum, quantum possessorium recuperande.

Ideo autem superius dixi si apparuerit et appareat capellaniam huiusmodi spectare et pertinere dicto Boycerij tanquam vero et canonico rectori: quia etiam supposito, citra preiudicium veritatis, quod capellania huiusmodi esset de et sub patronatu laici, ad quem post lapsum quadrimestre datum patrono ad presentandum. c. vnico. §. verum. et quod ibi gl. de iure patro. in vj. fuisset per ipsum patronum presentatus, et deinde per reuerendissimum dominum diocesanum institutus dictus domi. Boycerij: non tamen inferretur capellaniam huiusmodi ad eum pertinere.

9 † Cum quia permutatio facta de beneficijs spretis et contemptis eorum patronis non est nulla ipso iure, vt voluerunt domini de Rota, tit. de re. permuta. decisione. v. exordiente, Item quod permutatio facta per ordinarium de beneficio spectante ad presentationem laici etc. in nouis: vbi pro hoc multa inducunt, et bene respondent ad c. decernimus. xxi. questione. vij. Et in hanc partem inclinat et illud tenet Joan. de imo. in c. fina. colum. ix. ver. tertio queritur an permutatio etc. de rer. permuta. Et domi. Felin. in c. cum Bertoldus. colum. v. versicu. limita quinto in permutatione etc.

10 de re iudi. † Ex quo sequitur quod licet patronus contemptus potuerit infra quadrimestre agere de contemptu pro obtinenda cassatione et reuocatione permutationis, et sequute collationis: non tamen potuit presentare ante factam cassationem, iuxta id quod legitur et not. in c. auditis. de elec. et in c. inter dilectos, de exces. prela. quod

11 etiam voluit Jo. de imol. in dicto. c. fi. in loco preallegato. † Cum et quia supposito quod ab initio fuisset nulla: illa tamen postea conualuisset ex tacito consensu dicti patroni, qui infra quadrimestre de contemptu non egit, nec etiam presentauit. Quo fit vt fuerit sibi sublata potestas agendi de contemptu:

12 † et ita ipse potius censeri debeat se contempsisse, quam fuerit contemptus, vt voluit do. Cardi. floren. in cle. j. col. ix. ver. Tamen puto quod si non presentauit alium infra tempus etc. de supplen. negligen. prela. et domi. Fal. in dicto. c. cum bertholdus. colum. iiij. versicu. tertio aduerte quia non solum verbis etc. et colum. v. versic. limita quarto. vbi ponit optimam rationem, et in questione de literis apostolicis preiudicantibus patronis. col. penul. ver. limitatur decimo et importantissime, vbi etiam alleg. domi. Cardi. in d. cle. et Panor. in disputatione exordiente, Augerio etc. in secundo dubio, in ver. aut patronus nec consensit nec contradixit infra tempus: vbi dicit quod si infra tempus prefixum a iure ad presentandum patronus neque consensit neque contradixit, et sic per negligentiam est priuatus iure suo, collatio prius facta conualidatur ipso iure absque collatione in futurum fienda: quia ipse episcopus qui contulit non potest contrauenire collationi a se facte, arg. l. per fundum. ff. de seruitu. rust. pred. c. veniens. de fil. presby. c. diuersis fallacijs. de cle. coniug. et c. si tibi absenti. de preben. in. vj. et dicit Panor. quod aut patronus negligens habetur pro consentiente ex quo non contradixit: nec alium infra tempus prefixum presentauit. l. si seruus cois. ff. de dona. inter virum et vxo. aut ius suum fuit per negligentiam transfusum in superiorem, penes quem erat ius instituendi, iuxta not. in cle. j. de sepul. et licet post transfusionem huiusmodi sit

13 apud episcopum ius conferendi: † tamen in casu nostro domi. archiepiscopus qui antea contulerat non potest contrauenire collationi sue, nec alteri conferre: quinimmo tenetur primam habere ratam. Et quod supposito vt supra quod permutatio predicta, etiam si ab initio fuisset nulla, debuerit postea conualidari dicto pretenso patrono laico non contradicente vel presentante alium infra tempus iure patrono ad presentandum prefixum, tenuit collector antiquarum

rum decisionum cũ multis aliis, vt videri potest sub rubr. de iu. patro. decisi. x. exordiente, Not. infra tempus patroni episcopus
14 confert &c. † Quis enim idẽ do. collector & alij multi senserint, quod collatio facta per episcopum cõtempto patrono fit ab initio nulla: tñ sibi visũ est qđ si patronus ei ꝯsentiat siue tacite siue expresse quod per eius ratificationẽ validet, arg. not. per Host. in sũma, tit. de iu. patrona. §. fi. versi. qđ si ecclesia &c. vbi, et in dicta decisione videri potest. Idẽ etiã voluit domi. Feli. d. in. c. cum ex officij. col. xvi. versic. ad idem quod not. Abbas in isputatione augerio.
15 † Nõ omitto qđ vt referet do. collector in dicta decisione, maior pars dñorũ distinxit inter patronum laicũ & clericũ, & voluit qđ si patronus cõtemptus sit laicus, collatio facta. ĩ. tẽpus prefixũ &c. valeat: secus autem dixit vbi patronus fuisset clericus. Cuius diuersitatis rationẽ assignauit: quia patronus laicus paruum vel nullum ius habet aut saltẽ debile in dispositione beneficij: & quicquid habet, est dei gratia, & totalis dispositio censet potius pertinere ad epicopũ, iuxta not. per Host. in. c. quoniã. de iu. patro. Et ideo collatio episcopi censet validior isto casu, quam eo casu quo
16 esset facta contempto patrono clerico: pręsertim † quia maius ius habet in cõcessione platus, quam in pñsentatione patronũ. c. dilect⁹. de offi. delegati. Alij vero domini dixerunt indistincte, collationẽ epĩ esse validam, ex quo patronus infra tẽpus debitũ nullum presentauit: & dixerunt eam ab initio tenuisse ipso iure quantũcunque fuisset facta infra tẽpus patroni, quamuis si patronus aliũ infra tẽpus presentaret, eo instante collatio esset cassanda & irritanda, arg. no. per Inno. in dicto. c. cum bertholdus, in tertia eius gloss. ad fi. Sed quãcunque ex his tribus opinionib⁹ dixerimus esse verã, illa facit pro dicto do. de vallebella, vt ex predictis, & ex verbis eiusdẽ dictionis clarissime colligit. Et hoc pro eo quia presuppono dictum pretensum patronum esse laicum, & nec cõtradixisse collationi facte ipsi do. de Valle bella, nec alium presentasse infra tempus prefixum.

1 ☞ Pactum liberationis inter tutorem & pupillum generaliter initum an debeat restringi ad ea, de quib⁹ est actum, & quãdo tutori prodesse non debeat, et quid de reliquis.
2 Tutoris dolum que arguant.
3 Clausula generalis quod superest calculi inter tutorem & pupillũ remittens an referatur ad ea que apud tutorem remanserant.
4 Relatio an possit fieri ad incogitata.

¶ Epitome.

¶ De administratione tutori generalis quietatio facta ad ea non extenditur, que ignorabantur apud eum latere, vel de quib⁹ non eit verisimiliter cogitatum. A. F.

¶ De administr. tut. ¶ Consil. cclxxiiij.



Cum anno domini millesimo. cccclxxx. & die. x. mensis Decembris, tẽpore vcz contracti matrimonij per verba de futuro, per & inter nobilem iuuenem Ludouicum rodulphi filium naturalem & legitimũ nobilis Nicolai rodulphi ex vna parte, et honestam iuuenculam Antonetam filiam quondam naturalem et legitimam Durandi de sancto Petro in pupillari etate tunc existentem ex alia, prouidus vir Guillielmus noguerij tũc tutor & administrator persone & bonorũ eiusdẽ Antonete, cõstituerit & assignauerit in dotẽ, & pro dote ipsius Antonete dicto nobili Ludouico eius tunc futuro sponso predia et alias res latius mentionatas & expressas in in-
1 strumento constitutionis & assignationis hmõi, & que ad eandem Antonetam spectabant & pertinebat † pactum quod eidẽ Guillielmo noguerij fecisse pretenduntur dicti Nicolaus & Ludouicus de ipsum quittando de tutela & administratione bonorum predicte Antonete, dum & quando parte eiusdẽ Noguerij requirerent, videt debere limitari & restringi ad bona & res alias in dicto instrumẽto latius mentionatas etiã si verba dicte pretense faciẽde quittantie fuissent magis ampla quam existant, arg. l. emptor. §. luci⁹. ff. de pac. & l. si de cer. C. de trãsac. Pro quo etiã facit qđ successu tẽporis anno vcz, incarnationis domnice. M. ccccxc. & die tertia mẽsis Januarij, dicti nobiles Nicola⁹ & Ludouic⁹ ꝯfessi fuerũt & recognouerũt se habuisse ab eodẽ Noguerij bona & res predictas, & ipsum de rebus hmõi quittarũt & liberarũt, nõ de alijs. Per has enim ꝯfessionẽ, recognitionẽ & quittationẽ postea subsequutas videt fuisse declaratũ pactũ, de quo supra. Preterea ipse Guillielm⁹ noguerij rexit & administrauit lõgo tpe res & bona eiusdẽ Antonete, & illarũ fruct⁹ pcepit, & vt audio tã añ matrimoniũ, de quo supra, quam tpe illi⁹ erãt multa & magna reliqua apud eũ vltra & pter res & bona mẽtionatas in istrumẽto dicte cõstõnis: quod tñ oĩa tpe dicti ptẽsi pacti idẽ Guillelm⁹ occultauit, aut saltẽ celauit & tacuit: vt sic ad eisdem Nicolao et Ludouico pactũ pdictũ extorqueret, in grande dãnũ & pĩudiciũ predicte Antonete, & suorũ heredũ: qđ ppterea eidẽ Noguerij cũ effectu pdesse nõ debuit, neque debeat. l. tres frẽs, & qđ ibi Ang. & doc. ff. de pac. Pro quo facit. l. nõ solum. §. si heres. l. aurelio. §. cai⁹: & qđ ibi gl. & Bart. l. pcurator. l. aureli⁹. §. meuia. & l. fi. §. titia. ff. de libera. leg. quidã decedẽs. ff. de admini. tut. et. l. si seru⁹. vetitus. ff. de leg. i. Et quamuis ista iura loquant in liberatiõe facta vel relicta in vltima volũtate: idẽ tñ videt eẽ in casu nostro, ex eo quia vt dixi dicta reliqua & bona erãt penes dicti Noguerij tpe facti pacti. qđ ipse sciebat, & vt audio affirmarat se non habere nisi cõstituta in dotem, vel se non teneri alia restituere. l. lucius. ff. de libera. lega. & d. l. tres fratres. & qđ voluit Bar. in. d. l. aurelio. §. caius. versi. quarto quero: ibi, dicerẽ sic. Quod saltem debuit & dẽ pcedere in hoc casu, in quo vt dixi dicti nobiles Nicolaus & Ludouicus, & vt puto prefata Antoneta hec ignorabãt. d. l. tres fratres. & qđ not. gl. in. l. põponius. ff. de nego. gest. & Sali. in. l. actio
2 ne, col. fi. ver. vltimo quero &c. ibi, nisi de errore. C. eo. tit. † Et facit contra dictũ Noguerij, qđ in affirmando qđ penes se nõ essent aliqua reliqua, vel in tacendo qđ penes ipsum existerẽt, vel in nõ restituendo, cõmisit dolum: hec probant per ordinẽ per id qđ voluit gl. in. l. dolus. C. de rescin. vendi. Fede. cõsi. cxcix. exordiente, Querit an dña Margareta &c. Jo. de imol. in sua solenni repeti. c. cũ ꝯtingat, versi. itẽ aduerte quia dicit do. Antoni. hic in quarto casu &c. ibi, & si dicas qñ dicet dolus, de iureiur. Ange. in. l. nõ em ff. de inoffi. test. & do. Feli. in. c. si autẽ. col. j. vel. ij. de rescrip. in. l. si procuratorẽ. §. fi. & qđ ibi not. gl. ff. manda. & qđ not. Bart. in. d. l. aurelio. §. caius. versi. quarto quero. ibi, si quidem dolus fuit adhibitus ex quo illi qui commisit aliquid adest vt quia substraxit vel reliqã retinet, & Ang. Are. in. §. actionũ. in materia tutele, versi. vicesimoquinto quero quid important &c. instit. de actio.
3 † Premissis nõ obstat quia quittatio seu quittãtia, quã eidẽ Noguerij fecisse dicunt dicti nobiles Nicolaus & Ludouicus, anno vcz dñi. M. ccccxc. & die. iij. mẽsis Januarij, nõ solũ de predijs & reb⁹ inibi declaratis: sed etiam promiserũt de nõ aliqd vlterius ab eodẽ Noguerij aut suis petẽdo. Tum quia cũ illa clausula posita in dicto instrumẽto, scz cũ pacto irreuocabili firmiter valituro & duraturo de nõ aliquid vlterius &c. possit & valeat salua ratiõe recti sermonis referri & restringi ad predia & alias res, hoc est ad vndecim trẽtenaria aueris minuti, illa dẽ ad predia & res huiusmodi referri: nõ aũt ad alia que penes eum remãserunt. l. si ex pluribus. ff. de solu. l. legatorũ. §. j. & qđ ibi Bart. ff. de leg. ij. l. si ita quis. §. fi. ff. de verb. obli. & quod not. Bar. in. l. quesitũ. §. fi. ff. de fun. instruc. & in. d. l. aurelio. §. caius. versi. p declaratione huius passus debetis scire &c. & qđ not. doc. magis cõiter in. d. l. emptor. §. lucius. ff. de pact. & in. l. si de certa. C. de trãsac. & in multis alijs locis. Tum & quia esto qđ predicta clausula non posset referri & restringi ad predia & alias res salua ratione recti sermonis: nõ tñ deberet nocere predicta remissio seu quittantia dictis nobilibus Nicolao & Ludouico quo ad ea
4 que ignorabant: † quia ad illa non potest fieri relatio, vtpote ad ea de quibus non cogitarunt. l. cũ aquiliana. ff. de transac. & sic non debent censeri donasse: quia ignorans non donat. l. nec ignorans. C. de dona. quod etiam voluit Bar. in. d. §. Caius. Tum & quia in instrumẽto predicte quittantie dicit, premissorũ pretextu. Et sic ex verbis quittantie huiusmodi clare apparet, qđ dicta clausula de nõ aliquid vlterius &c. debeat referri & restringi ad pdia pdicta & vndecim trecentenaria aueris, non autẽ ad alia extendi. Possunt igitur alia, que vel de bonis dicti quondam Durandi, vel de fructibus per ipsum Noguerij perceptis penes eum remanserunt, ab ipso peti. non obstante predicta quittantia. Et ita mihi videtur sub correctione &c.

1 ☞ Notarium fuisse qui instrumentum recepit pars negãs an ingerat actori negotium probandi notariatum a tempore suscepti instrumenti. num. 5.
2 Tabellionatus non est officium innatum, sed creatum, non passim, & per quos, & quibus.
3 Persona que semel fuit non publica an semper talis presumenda, nisi publica probetur.
4 Tempus habens pro fundamento cause, & illud non probãs, an debeat succumbere.
6 Negatoria cõuẽtus existens in quasi possessione seruitutis an teneatur seruitutẽ sibi fuisse constitutam probare, ne succumbat.
7 Gesta per eum, qui communi existimatione reputabatur tutor, & non erat, an valeant.
8 L. barbarius philippus. ff. de offi. preto. quem habeat intellectũ, & quam capiat restrictionem.
9 Instrumentum vt dicatur antiquum quod tempus requirat.
10 Rasura an detrahat de instrumento, & ipsum reddat suspectum & quatenus. num. seq.

11 Falsi suspitio an habeatur pro falsitate.
12 Instrumentum depositi locum receptionis rei deposite non continens an sit defectuosum, ⁊ quid in alijs instrumentis, nu. 14.
13 Consuetudo contra substantialia actus nulla.

¶ Epitome.

¶ Instrumentum, quod in locis presertim eius solennia respiciētibus vitiatum est, nec probatur notarius is qui illud sumpsit, nec in eo locus adiectus est, fidem non facit. V. F.

¶ De fide instru. Consilium. cclxxv.



NIcolaus colūbeti qui parte venerabilis ⁊ egregij viri domini procuratoris Delphinalis, ⁊ nobilis Jordanoni presidētis camere computorum Delphinaliū de vero, recepisse ⁊ scripsisse pretenditur quoddam pretēsum instrumentum parte eorum, contra nobilem ⁊ potentem virum Joānem cudardi, alias de mousy dn̄m loci de Thoro, ac nobiles ⁊ honorabiles viros Jacobū ⁊ Joannē peregrini: ⁊ in vim cuius nituntur ab eis repetere quoddam pretensum depositum
1 latius in huiuscemodi pretenso instrumento mentionatū, † negatus fuit, ⁊ negatur per eos fuisse publicus notarius, quinimo ⁊ in rerum natura vllo vnq̃ tēpore extitisse: ⁊ hoc tam coram venerabilibus ⁊ egregijs viris dominis tunc iudicibus ciuitatis Auenionēsis, tunc de remittendo eosdē nobiles de Mousy ⁊ Peregrini curie Cabeoli requisitis, q̃ coram hac insigni curia parlamenti Delphinalis. Debuerūt ergo dicti do. procurator ⁊ presidens ꝓbare eundē Columbeti fuisse notariū, iuxta id qȯ habetur in aut. de instrumen. caute. §. sed si instrumēta. cū tribus seq. colla. vj. ⁊ quod not. doc. in. c. j. de fid. instru. ⁊ Alex. de imo. cōsi. xvj. col. iiij. versi. posset etiam dici nō esse probatū ⁊c. in quinto volu.
2 † Cuius illa est ratio: q2 tabellionatus officium non datur a natura, sed cōfertur ab homine, ⁊ quidē nō ab omnibus, sed a paucis, puta a principe, vel ab eo cui ipse cōmiserit. Nō etiā omnib⁹ cōfertur, sed quibusdam. l. generali. C. de tabula. ⁊ per totū titulū. lib. x. ⁊ in aut. de tabellio. C. de instru. caute. ꝑ totū. colla. iiij. ⁊
3 qȯ not. Inn. ⁊ doc. in. c. cū. P. tabellio. de fi. instru. † Ex quo enī semel fuit quis nō publica persona, vel nō notarius, adhuc talis presumitur, nisi publica probetur. l. siue possidetis. C. de ꝓba. no. Specu. tit. de instru. edi. §. restat. col. x. vel. xj. versi. ⁊ scias. ⁊ col. xxj. ver. illud autem notandū, ⁊ fuit de mente Pau. de ca. consil. ccvij. exordiente, Videndum est vtrū fides sit adhibēda huic qȯ asseritur instrumentū ⁊c. ⁊ Pet. de anch. cōsil. ccxiiij. exordiente, Pro isto patre instituto: qȯ sine dubio debuit ⁊ debet procedere in hoc casu, in quo nulla exhibētur alia pretensa instrumēta, que per ipsam Colūbeti pretendātur fuisse recepta. Nec etiā apparet eū fuisse in possessione seu quasi tabellionatus, vel alias fuisse reputatum ⁊ habitum pro publico notario, vide Bart. Socy. cōsi. xxxiij. col. j. ver. secūda cōclusio. Cui non obstat qȯ ille, qui dictū pretensum instrumentum confecisse dicitur, pretēdatur scripsisse circa principium, in mei notarij publici apostolici ⁊c. Et in fine, publico apostolica ⁊c. Quī respōdeo ꝙ per hoc non probatur qȯ ille fuerit notarius: quinimo hoc non obstante potuit obijci contra dictū assertum instrumentum, qȯ illud cōfectū nō fuerit a publico notario. l. iudices. ibi, quod in prolatis instrumentis. C. de fide instru. ⁊ quod not. Specu. titu. de procura. §. ratione quoq; constituentis. versic. illud quoq; notandum. ⁊. d. §. restat. versic. illud autem notandum ⁊c. Etiam nec premissis obstat quedam pretensa attestatio facta vt pretenditur per dn̄m Raymundum de villario, pretensum tunc senescallum Bellicadri ⁊ Nemausi, sub Anno vcz domini. M. cccc. xlvij. ⁊ die. xij. mensis Februarij, per quā asseruisse ⁊ attestatus fuisse pretenditur qȯ quidā Guillielmus columbeti erat notarius publicus, ⁊ qȯ ab omnibus reputabatur, ⁊ alias ꝓut in hmōi pretēsa attestatione cōtinet̄. Tū quia hec pretēsa attestatio facta fuit de quodam Guillielmo colūbeti: in dicto vero pretenso instrumēto non reperit̄ subscriptus Guillielmus colūbeti, sed Nicolaus columbeti. Quo fit vt dicta pretēsa attestatio fuerit ⁊ sit de alio hoie ⁊ diuerso ab eo qui hoc pretēsum instrumentum confecisse pretendit̄. Nihil igitur ad factum, quia ex diuersis vel separatis non infertur. l. inter stipulantem. §. sacrā. ver. sed hec dissimilia. ff. de verbo. obli. l. si. ff. de calūnia. l. si maritus. C. de dona. inter vi. ⁊ vxo. ⁊ vulgata. l. papinianus exuli. ff. de mino. Tum ⁊ quia dicta pretensa attestatio non refert̄ ad tēpus dicti pretensi instrumenti, scz ad annū dn̄i millesimū. cccc. xxxviij. ⁊ diē sextam mensis Septēbris: sed ad tp̄s date ⁊ facte dicte pretense attestationis, scilicet ad annum domi. M. cccc. xlvij. ⁊ diē. xij. mensis Februarij, ⁊ sic ad nouum annum post tempus dicti pretensi instrumenti: ⁊ ita nihil ad rem. Nō enim ex eo quod dictus do. pretensus senescallus attestari pretenditur dictum Guillielmum columbeti fuisse notarium, ⁊ pro tali habitū anno predicto millesimo. cccc. xlvij. ⁊ de mēse Februarij, cōcludit̄ vel infertur eum fuisse notarium, ⁊ pro tali habitum tempore date dicti pretensi instrumēti. Potuisset enim dictus Guillielmus tempore dicte asserte attestationis esse notarius, ⁊ pro tali haberi: qui tamen antea, scz tempore date dicti pretensi instrumēti, notarius non extiterit, nec pro tali fuerit habit⁹. Dicta igit̄ attestatio non probat. l. neq; natales. C. de proba. ⁊. l. non hoc, cum suis simili. C. vnde libe. Preterea ad hoc vt posset idem Columbeti recipere ⁊ conficere dictū pretensum instrumētū, opus fuit quod tempore receptiōis illius ipse esset notarius ⁊ tabellio publicus: vel saltem vt quidam senserunt in possessione seu quasi tabellionatus, ⁊ quod pro publico notario habebat̄: et si nec tabellio, nec in possessiōe tabellioniatus seu quasi existebat, ipse nō potuit pre
4 dictum instrumentum recipere. † Debuerūt ergo ipsi do. aduocatus ⁊ presidens probare quod tempore date esset idem Columbeti notarius, vel quod esset in possessiōe seu quasi tabellionatus ⁊ quod pro notario habebatur, per id quod not. Barto. ⁊ post eū alij scribentes in. l. non solum. §. sciendum. ver. sed vt ꝓbari. ff. de ope. noui nūtia. vbi not. ꝙ vbicunq; tempus est fundamētum intentionis alicuius, tūc ille tenetur precise probare illud tēpus: alias debet succumbere, per id quod not. glos. in. l. eū actum, quā Barto. ibi multum not. ⁊ commēdat ad hoc. ff. de neg. gest. Pro quo Bar. in dicto ver. sed vt probari, ⁊ in. l. qui iurasse. §. si pater. le. ij. ff. de iureiuran. allegat gl. in. c. venerabilibus. in glo. penult. ff. de sentē. excōmunica. in. vj. ⁊ tam in locis predictis q̃ in. l. si is qui. in fi. ff. de iu. fis. ⁊ in. l. ⁊ an eandem. §. actiones. ff. de excep. rei iudi. allegat ⁊ inducit Bar. glo. no. in clemen. fi. in verbo creatū. de rescriptis. quam gl. do. Cardi. ibi reputat singularem. ⁊ Bal. in. l. fin. §. fi. C. de appel. in. l. post dotem. in fi. ff. solu. matri. ⁊ in. l. si minorem. C. de in integ. resti. mino. Cū igitur nec per dictā pretensam attestationem, nec alias probet̄ dictū Nicolaum columbeti, quinimo nec illū Guillielmū, de quo seruo habet̄ in ipā asserta attestatione, fuisse notarium tēpore illius, vel in possessiōe seu quasi notariatus, ⁊ pro tali habitum ⁊ reputatū, dictum assertū instrumentū non probat: nec ei suffragatur ipsa pretensa attesta-
5 tio. † Addo ꝙ etiam si probatū extitisset, prout nō fuit, quod dictus Nicolaus tempore date dicti pretensi instrumēti exercebat, ⁊ quod antea multo tempore exercuerat officiuz tabellionatus: adhuc tamē hoc non sufficeret, vt videtur fuisse de mente Joā. and. in addi. Spec. tit. de instru. edi. in dicto. §. restat. ver. ⁊ scias, in addi. exordiēte, Ad intellectum illius ⁊ istius ⁊c. post Marti. syluia. eius preceptorem in. ll. quem refert hoc tenuisse in quadā eius disputatione. Hoc etiaz voluit Jaco. de are. in sua disputatione exordiente, Quero ego produco contra te instrumentū ⁊c. vbi querit quid si produco contra te instrumētum in formam publicam reductum per manum pone Titij, qui fuit multo tempore in quasi possessione tabellionatus, ⁊ multa cōfecit pretensa instrumenta: tū vero negas eum fuisse tabellionē, an sufficiat probare quod multo tempore pro tabellione se gessit, ⁊ officiū exercuit: ⁊ dicit Jaco. de are. quod mihi producēti incūbit onus probandi eum notarium, non obstante quod sit in quasi possessione:
6 quia ꝑ aduersario presumitur. † Ut videm⁹ in eo qui est in quasi possessione seruitutis, ⁊ cōuenitur negatoria: qui nisi probet cōuenientem vel eum cui successit constituisse seruitutē succumbit, vt dicit Azo in summa. C. de vsufru. col. vij. ⁊ no. in. l. sicuti. §. sed si querat̄. ff. si serui. vendi. ⁊ in. l. in summa. C. de vsufruc. ⁊ in. l. si prius. ff. de ope. no. nūtia. ad quod etiā facit dicta. l. siue possidetis. C. de proba. Nec obstat s̄m Jacobum de are. in casu de quo disputat, quod ille Titi⁹ alia instrumenta confecerit: quia respō-
7 det quod hoc non concludit intētionem mei producentis, † quia videmus quod non valent gesta ab eo qui communi opinione reputabatur tutor, ⁊ non erat. l. ij. ff. de eo qui pro tutore nego. gest.
8 ⁊. l. qui neq;. ff. de re. eo. † Verum quia videbatur quod. l. barbarius philipp⁹. ff. de offi. preto. refragaretur obstaret dicte determinationi: respondet idez Jacobus, quod immo non obstat, pro eo quia ibi constabat illū Barbarium Philippū fuisse pretorez creatum, ⁊ ab illo eum qui creare potuerat: sed suberat vitium ⁊ inhabilitas eius, ꝓpter quaz poterat remoueri per eū qui ipsum creauerat si sciuisset: ⁊ eodez modo respōdet. ad. l. si arbiter. C. de senten. idē voluit Gui. de suza. in. l. decernimus. C. de sacrosan. ecle. Jaco. de belloui. in sua disputatione exordiente, Cauetur aliquo iure, quam ipse posuit post. l. ij. C. quomodo ⁊ quando iudex. And. de pi. in dicta. l. barbarius philippus: vbi etiā Guilliel. de cug. qui ꝑ hoc allegat. l. actuarios. C. d numera. ⁊ actua. lib. xij. idem etiaz tenet Rayne. in dicta. l. barbarius: hoc etiam voluit Petr⁹ de ancharano in cōsilio superius allegato, ⁊ Jo. de imol. in. l. ad testium. §. conditionem, in fine. ff. de testa. quem articulū, ⁊ pro hac parte plenissime prosequitur Alexander. de imo. consilio. cxxxviij. exordiēte, Opportune cōsideratis his que in themate ⁊c. in primo volumine: vbi multos refert, ⁊ quidez maxime authoritatis, hāc partē esse sequutos, ⁊ hodie sequi Hūc articulum

plenissime

plenissime prosequitur vltra omnes, et pro hac parte cōcludit dominus Jason may. in d. l. barbarius philippus. colū. ix. versi. extra glossam querit hic Bar. qui si placet videatur: vbi etiā post Alex. de imo. in dicto consi. asserit istam opinionem esse cōmunē, a qua propterea non est discedendum in iudicando vel consulendo, per id quod not. Hostien. Joā. and. in nouel. et alij in. c. j. de constitu. vbi do. Feli. charta vlti. col. ij. ponit multas remissiōes. Et quis dominus Jas. in d. l. barbarius. col. xj. versicu. istam conclusionē limita &c. ponat aliquas limitationes: nulla tamen ex limitationibus huiusmodi suffragatur eisdem do. procuratori et presidenti. Nisi forte quis dicere voluerit, quod immo eis suffragetur, et dictis nobilibus de Mousy et Peregrini noceat limitatio posita in dicta. l. barbarius. col. xij. versi. tertio not. limita cōem conclusionem: vbi voluit dictam cōmunem opinionem non procedere in antiquis instrumentis, cuiusmodi esse videtur dictum pretēsum instrumētum, cū dicatur receptum anno predicto. M. cccc. xxviij. et sic a data illius lapsi sint sexaginta et duo anni, vel circa.
9 Sed hoc non obstat. † Tum quia ad hoc vt instrumentum dicatur antiquum, vel de antiquo, opus est quod a receptione illius cucurrerint centum anni, vt finaliter videtur voluisse Inn. in. c. veniens. de verb. signi. et not. Specu. titu. de proba. §. j. versi. valet etiam. et in versic. et not. Joan. de imol. in. l. ij. §. idem labeo. ff. de aqua pluuis arcen. et in. c. veniens. de testi. Alex. de imol. in. l. cum aliquis. versi. dicit etiam hic not. Bart. &c. vbi etiā moder. C. de iu. deliberan. et dominus Jas. may. in repeti. l. admonendi. charta. xxxiij. colum. j. ff. de iureiur. et Bartho. vero in suo tract. de seruitu. titu. quomo. et qualiter et quan. consti. col. iij. versic. qn̄ autem &c. Et per hoc etiam patet responsio ad id qđ not. Bald. in authen. quas actiones. ad fi. C. de sacrosan. eccle. Cuius dictū impugnat Anto. de butri. in d. c. j. de fide instrumē. et fuit de mente Alexā. de imol. in addi. ad Bald. in. l. comparationes. C. eod. titu. Tum et quia dominus Jas. vbi supra loquitur eo casu quo cum antiquitate temporis concurreret fama et communis opinio: quorum vtrumque hic deficit.

Et quis multi etiā nō cōtemnende authoritatis senserint, quod non oporteat fidē facere de titu. seu creatione notarij: sed sufficiat probare possessionē tabellionatus: isti tamen vel oēs vel fere omnes dicunt, quod opus sit illum fuisse longo tempore in possessione seu quasi notariatus, et quod ipse multa instrumenta receperit, et quod fuerit habitus pro notario: que omnia hic deficiunt. Non ergo facit fidem dictū pretensum instrumentum.

10 † Preterea vbi probatum esset predictum Columbeti fuisse publicū notariū, vel quod ipse lōgo tempore exercuisset tabellionatus officiū, et supposito quod hoc probare sufficeret: adhuc tamen dictū pretensum instrumentum non probaret, vtpote rasum et cancellatum. l. ij. ff. de fide instrumen. et. l. fina. §. j. C. de edic. diui adri. tol. quod fuit de mente Specu. in dicto. §. restat. ver. sed quid si producitur, ibi, sed dic qđ ex quo &c. et Bald. in. l. si veritas. C. de fideicōmis. cancellatio enim reddit scripturā suspectam. l. si vnus. ff. de pact. et instrumentum rasum presumitur falsum. c. cū olim. de priuile. nisi per viuam vo
11 cem corroboretur. l. iubemus. C. de pba. † Suspitio vero falsi pro falsitate habetur. d. l. iubemus. per quam hoc not. Archi. in. c. in memoriā. circa finem. di. xix. Et quis rasura, vt quidā voluerūt, non vitiet instrumētum nisi quo ad illum articulum seu capitulum in quo facta est: hoc tamē fallit quādo facta est rasura in eis que concernunt solennitatem instrumenti, fm̄ Bal. qui hoc not. in d. l. fi. in quarta oppo. C. de edi. diui adri. tol. de quo per Inn. in. c. fraternitatis. de hereti. huiusmodi autem est indictio, vt colligitur ex his que not. glo. Joan. de pla. et docto. in d. l. generali. C. de tabula. lib. x. cano. in. c. j. de fid. instru. et Barto. in. l. si librarius. ff. de regu. iur. Quo fit vt cum vltra et preter alias cancellationes et rasuras, de quibus in dicto pretenso instrumento, reperiatur etiam rasura in indictione, sit et censeri debeat propter rasuram huiusmodi dictum assertum instrumētum de falso et in totum suspectum. habendum est ergo pro falso, quo ad hoc vt nihil probet, nisi aliunde iuuetur, prout non iuuatur. d. l. iubemus. Et si opponatur quod propter corrosionem indictionis non detrahatur fidei instrumenti, per id quod voluit Bald. et post eum Joā. de imol. in. l. j. ff. de hi. que in testa. delen. Dico et respondeo quod hoc non obstat: quia Bal. et Jo. de imol. loquunt in corrosione, et sic vbi vel casualiter vel per incuriā indictio deleta est. Hic autē sumus in alio casu, scilicet quando abrasa est, et sic cōsulto deleta. Quo casu procedit quod not. Bal. in dicta. l. fi. in quarta oppo. C. de edi. diui adri. tol. Etiam nec obstat id quod deposuisse et dixisse leguntur coram do. iudicibus Aueniōis magistri Joānes de gareto, et Michael molini, de effusione atramenti et rasura cōsequenter factis per dictum Michaelem. Quoniam respondeo quod effusio et rasura non cōcernunt rasuram seu deletionē indictionis, vt clare colligitur ex designatione linearū, quam ipsi faciunt, que longe distant a linea rasure indictionis.

12 † Addo quod dictū pretēsum instrumentum etiam reperitur alio defectuosum, pro eo videlicet quia ibi non legitur appositus locus receptionis illius, seu pretēsi depositi: qui tamē apponi debuit, fm̄ Antoniū de butri. Panormi. et moder. qui hoc not. in. c. j. de fide instrumen. per textum cum glo. in. c. abbate. cū glo. super verbo censeretur. de re iudi. in vj. per quem tex. dicit Rota in antiquis, conclu. cccxcv. exordiente, Utrum valeat consuetudo, quod non valet consuetudo in con
13 trarium, † quia est cōtra substantialia actus, et ideo nulla, vt not. glos. in. c. non putamus. de consuetudine. in. vj. quod dictum cōmemorauit Roma. in. l. in illa. col. x. ff. de verbo. oblig. dicēs hoc not. limitari generalitatem. c. cum dilectus. de fide instru. idem not. Roma. in. l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de oper. no. nuntia.
14 † Pro premissis, scilicet quod in instrumento requiratur appositio loci, videtur tex. in aut. quib. mod. natura. effi. legi. §. vtrum. colla. vj. et in. c. quoniam contra. in verbo loca. de proba. quod etiam voluit Ange. in. l. optimam. circa finem, per illum text. cū glo. in verbo die. C. de contrahen. et cōmitten. stipula. vbi etiā Bal. col. iij. et Archidiaconus in. c. cum redemptor. xij. q. ij. et Hemi. dicēs de loco loci in. c. in nomine domini &c. Dy. decisione. xxiij. et Jo. de imol. etiam dicēs de loco loci in. c. inter dilectos, col. v. de fid. instru. et cum predictis cōcordat etiā Specu. tit. de instru. edi. §. breuiter. ver. post nomen. et Specul. et Jo. and. illo eod. titu. §. instrumentum. versi. quid si locus. Bald. in. l. cōtractus. ver. modo queritur. C. de fide instru. et do. Cardi. floren. in proemio cle.

Sunt et alia multa per que efficaciter impugnatum est dictū pretēsum instrumentū, de quibus in quibusdam articulis exordiētibus, Ut vobis egregijs viris dominis Pōtio lartessuti &c. parte dictorū nobiliū de Mousy et Peregrini coram dominis iudicibus Aueniōēsibus producti, et super quibus vocato dicto dn̄o Presidente fuerunt multi testes producti, et deinde examinati, ex quorum depositionibus constat de rasuris seu deletionibus parte eorum allegatis. Constat etiam de alijs multis, vt pote quod in ciuitate Auenionensi aut locis circumuicinis nō fuerit visus vel cognitus aliquis notarius qui vocaretur Nicolaus columberi, et alijs, ex quibus etiam si illa cessarent, redditur dictum pretensum instrumentū suspectissimum: et que allegari et deduci potuerunt coram dictis dominis iudicibus Aueniōēsibus, vtpote competentibus, quo ad articulum faciende vel denegāde remissionis fieri petite, causis et rationibus plenissime deductis per spectabilem virum dominum Bertrandum rostagni iurium professorem: quas non repeto. Nō debuit ergo nec debet illi pretenso instrumēto fides adhiberi. Et ita mihi videtur, sub benigna supportatiōe huius insignis et magnifici Delphinalis parlamenti.

¶ Epitome.

¶ In donatiõe iustitie ꝛ iurisdictionis, quã Ildefonsus comes prouincie, ꝛ Berengarius eius filius fecerunt episcopo Foroiuliensi, vel ecclesie, veniunt etiam regalie, ꝛ merum ꝛ mixtum imperium. A. F.

¶ De dona. Consilium. cclxxvi.



Visa cõcessione seu donatione, dudũ, Anno vz domini. M. cciĳ. ꝛ de mense Nouẽbris, facta bone memorie reuerendo in xpo patri dño Raymũdo tunc Foroiuliensi episcopo, ꝛ omnibus suis successoribus, per recolende memorie dñm Ildefonsum comitẽ ꝛ Marchionẽ Prouincie: ꝛ postea anno vz dñi. M. ccxxiĳ. ꝛ de mense Augusti, cõfirmata per recolende memorie illustrem dñm Raymundũ berengarium, ipsius do. Ildefonsi filium tũc marchionẽ Prouincie, ꝛ comitẽ Forcalquerĳ, ac deinde successiuis temporibus per alios do. comites ꝛ illustrissimos do. reges confirmata, vna cũ dubio

1 ex cõcessione seu donatione huiusmodi elicito, † dico ꝛ rñdeo, sub correctione dñi melius sentientis, put infra. Premittens tamẽ primo q dubiũ, de quo queritur, videtur principaliter oriri ex illo verbo, iustitias: qd nõ videtur posse accipi put cõiter accipit, ꝛ prout eam diffinit legislator in. l. iustitia. ff. de iusti. ꝛ iu. ꝛ insti. e. ti. in prin. ꝛ scdm q de ea loquit beatus Thomas scda secunde, q. lviĳ. arti. j. ꝛ multis seq. Et ob hoc videtur obscurũ quid idem do. Ildefonsus concedere ꝛ donare voluerit. Propter quod di-

2 co q si appareret de vsu loquendi, esset ad illũ recurrendũ: † quia in exaudiendis sermonibus vsus omni regule omniq cõstitutioni derogat solus. l. liberorum. §. quid ergo. ꝛ quod not. ibi glo. ff. de lega. iĳ. l. semper in stipulationibus. ff. de regu. iur. ꝛ. c. ex litteris. de sponsa. quod etiam voluit Oldr. cõsil. cxxi. exordiente, Ad primã questionẽ qua queritur. ꝛ Panor. in. c. j. col. penult. vel fi. versi. ad vnum tamen aduerte ꝛc. vbi multa inducit de iudi. Faceret etiã ad declarationem dicti verbi, iustitias, ꝛ concessionis superius mentionate, si appareret eam certo modo intellectam: quia sic non deberet de nouo aliter intelligi: qꝛ minime sunt mu-

3 tanda ꝛc. l. minime. ff. de legi. † ꝛ quia consuetudo est optima legum interpres. c. cuz dilectus. de consuetudine. ꝛ arg. eius quod not. Joan. de imol. Panor. in. c. dilectus. de concess. preben. Si autem nec de vsu loquendi, nec certo modo intelligẽdi cõcessionem huiusmodi seu donationem appareat, tũc restat maior difficultas. † Super qua, saluo rectiore iudicio cuiuslibet domini me-

4 lius sentientis, ꝛ pleniore deliberatione, videtur dicendum quod idem do. Ildefonsus videatur cõcessisse et donasse iurisdictionẽ omnium causarũ ciuilium ꝛ criminalium, ac puentus seu redditus ꝛ emolumenta causarũ huiusmodi, vt pote mulctas, penas, bonorũ cõfiscationes, ꝛ alios prouentus earũdem causarũ: excepta dũtaxat iurisdictione seu facultate nõ cognoscendi de causis criminum exigentiũ penã vltimi supplicĳ, vel mutilationis mẽbri, nec pmulgandi aut ferendi sententiã vltimi supplicĳ aut mutilatiõis huiusmodi. Istud videt colligi ex eo qꝛ donauit omnes iustitias hoim, qui tunc erant vel imposterũ essent in tenemento Foroiuliensis ecclesie, ꝛ alĳs locis ꝛc. Et quia etiã voluit ipsum do. epm ꝛ successores accipere iustitias sibi ac successoribus suis ꝛ Foroiuliensis ecclesie pfuturas. Insuper ꝛ qꝛ noluit qd aliqua occasione sumpta sibi vel successoribus eiusdem do. Ildefonsi liceret aliquid sperare in bonis dãnatorũ. Videt em̃ iustitia posse accipi p penis ꝛ multis ad publicã vindictã inflictis. l. fi. ibi, vel iustitia aiaduersionis. ff. de ser. fugi. facit. c. ad decorẽ. de institu. Nec solũ cẽset idẽ Ildefonsus cõcessisse seu donasse has penas ꝛ multas, ȝ etiã iurisdictionẽ seu facultatẽ inquirẽdi, cognoscẽdi ꝛ coercẽdi: qd satis colligit ex illis verbis. Tu vero ꝛ successores tui possitis put visuz vobis fuerit negotia vniuersa que in dicta terra acciderit examinare. Et qꝛ etiã voluit ipse do. Ildefonsus, qd nec ipsi, nec aliquis omnino hoim in dicta ciuitate, villis vel castris ꝛc. aliquas firmãtias acciperet, vel aliquas iustitias posset vel deberet exigere vel exercere a qbus dũtaxat excepit ꝛ sibi specialiter reseruauit facultatẽ seu iurisdictionem ferendi sniam super crimine exigẽte penã vltimi supplicĳ, aut mutilationis mẽ-

5 bri. † Hec enim cõcessio cum processerit ex munificentia ꝛ liberalitate pñcipis, ꝛ sit beneficiũ in ecclesiã ad honorẽ oipotẽtis dei, ꝛ celebritatẽ gloriosissime virginis Marie collatũ, debet latissime interpretari in fauorẽ eiusdẽ ecclesie: ꝛ hoc persuadent sequentia. Primo qꝛ cõcessio hmõi pcessit ex munificẽtia seu liberalitate pñcipis: et sic fuit bñficiũ, qd latissime interpretãdũ est. l. fi. ꝛ qd ibi glo. in primo exẽplo illius. l. quã ibi sequitur Jaco. butri. Bart. Albe. ꝛ doc. ff. de cõstitu. princi. ꝛ qd habetur in. l. si qñ. la. j. ff. de

6 bo. vacã. lib. xj. ꝛ in. c. cum dilecti. ꝛ qd ibi doc. de dona. † Munificentia em̃ ꝛ liberalitas principis foro nõ subiacet. l. donatiões quas diuus imperator. C. de dona. inter vi. ꝛ vxo. l. sancimus. §. exceptis. C. de dona. l. filiusfa. ff. eo. ti. l. si longius. §. vlti. ff. de iudi. ad qd facit. l. hac saluberrima. C. de agẽti. in re. li. xĳ. vbi dicit tex. Cũ sit absurdũ perq temerariũ sit hanc nostre pietatis liberalitatẽ quẽquã astuta interpretatione, nõ ad augmentũ anteriorũ

7 priuilegiorũ, sed ad diminutionẽ cõuertere cõcedi. † Quib⁹ non obstat si forte opponat, q id quod dicit beneficiũ principis esse latissime interpretandũ, procedit in beneficio per imperatorẽ collato: quia etiam de illo loquitur. d. l. fi. ff. de constitu. princi. ꝛ allegata. l. donationes quas diuus imperator. Qm̃ respõdeo q hoc nõ solũ procedit in donationibus seu beneficĳs factis per imperatorẽ: sed etiã in donationibus seu beneficĳs per alios collatis. d. c. cum dilecti. vbi sensit tex. donationẽ factã per quẽdã nobilem Alanũ, de quo ibi, debere latissime interpretari: alias ver. si. dicti tex. nõ bene adaptaret casui de quo ibi. Et idem pbat in. c. qꝛ circa. de priuile. vbi etiam aperte sensit tex. donationẽ factã per Londonensem archiepm quibusdam monachis, de quibus ibi, debere latissime interpretari. Non ergo obstat predicta obiectio. Qꝛ maxime procedit in hoc casu, si dictus do. comes pro tunc nõ re-

8 cognoscebat superiorem, prout non recognoscit: † qꝛ nõ recognoscẽs superiorẽ in suo regno, ducatu, principatu, vel alĳs terris, cõparatur imperatori, ꝛ dicit posse in eis quicquid põt imperator in suo imperio, p id qd voluit Bar. in. l. j. §. de qua re. ff. de postulan. in. l. iĳ. in prin. ff. de mino. in. l. infamem. ff. de publi. iudi. in. l. relegati. ff. de pe. ꝛ in. l. hostes. ff. de capti. ꝛ postlimi. reuer. Jo. an. in c. super quibusdam. §. preterea. de verb. sig. Bald. in. l. exemplo. C. de proba. ꝛ in authen. hoc amplius. colum. ĳ. vel circa. vers. an filia regis. C. de fideicõmis. Pau. de cast. consi. ccxxvĳ. exordiente, Super primo dubio videtur dicendum quod legitimatio ꝛc. Alex. de imol. in. l. acta. §. de amplianda. ff. de re iudi. ꝛ consil. cc. colum. vj. versi. quinimo plus reperio consuluisse ꝛc. in primo volumine, ꝛ cõsi. xv. exordiente, Visis narratis in themate ꝛc. colũ. ĳ. versicu. ꝛ satis est vt predicta procedant, in quinto volumine, ꝛ quod cõiter no. cano. in. c. cũ te. de re iudi. ꝛ in. c. per venerabilez. qui filĳ sint legiti. ꝛ dominus Felinus in. c. que in ecclesiarũ. col. ĳ. versicu. ꝛ quantum dixi, in principio. ꝛ col. xiĳ. versi. tertius casus est in principibus qui in suis terris ꝛc. de constitu. ꝛ Jo. and. in addi. Specu. in titu. de instru. edi. §. porro. in addi. exordiente, Hec subscriptio donantis. colum. fin. Pro quo bene facit quod voluit Oldra. consilio mihi. ccxxxi. exordiente, Ut eius de quo queritur ꝛc. Joan. and. in addi. Specu. tit. de instru. edi. §. porro ꝛc. in dicta addi. hec subscriptio. ad fi. ꝛ Bal. in feu. titu. de pa. iura. fir. c. j. §. item sacramenta. colũ. v. versi. questio fuit de facto in rege Aragonũ ꝛc. Roma. in authẽ. ex testamẽto. colũ. iĳ. versicu. vltimo ad id quod supra dixi ꝛc. vbi etiaz Philip. de corne. colũ. j. versi. fallit quinto in donatione. C. de colla. Alexãder de imol. in. l. q̃ p̃. colũ. j. versi. ex his infertur. C. de testa. mili. ꝛ in. l. idẽ vlpianus. ff. de excusa. tuto. ꝛ in. l. centurio. col. viĳ. versic. pro hoc etiã facit qd voluit. ꝛ col. x. ver. alio etiam casu. ff. de vulga.

9 ꝛ pupil. † Qui omnes volunt qd licet donatio inter viuos facta per patrẽ filio in patria potestate existẽti regulariter nõ valeat. l. ĳ. C. de inoffi. dona. ꝛ donationes quas parẽtes. C. de dona. inter virũ ꝛ vxo. hoc tamẽ fallit in donatione facta per regem, vel aliũ principem non recognoscentem superiorem filio in ipsius patria potestate existenti. Pro quo inducunt dictã. l. donationes quas diuus imperator, que licet loquat in imperatore: habet tamẽ locum sm eos etiã in huiusmodi principibus, qui habent authoritatẽ legis condende propter rationẽ dicti tex. ibi, vtpote imperialibus cõtractibus legis vicẽ obtinentibus. Ad premissa etiã facit quod voluit Oldra. in dicto cõsilio. ccxxxi. Joan. and. in allegata addi. ꝛ Joan. de imol. in repeti. c. cum cõtingat. in vltimo membro, versi. an autem sicut non exigitur, de iureiuran. Bal. in dicta. l. sancimus. ver. quidã dñs donauit. C. de dona. ꝛ Roma. in. l. modestinus. ff. eodem tit. ꝛ dominus Jas. may. in. l. ex imperfecto. C. de testa. ꝛ Benedic. de plumbi. in. l. si rogatus. §. con-

10 sul. ff. de manumis. vindi. † Qui volunt quod licet donatio excedens summam quingentorum aureorum regulariter nõ valeat, nisi fuerit insinuata, dicta. l. sancimus. hoc tamẽ fallit non solum in donationibus factis per imperatorẽ, sed etiã in illis que fiunt per reges ꝛ alios non recognoscentes superiorem. Ergo a simili quemadmodum beneficium per imperatorem concessum debet latissime interpretari: ita ꝛ donatio de qua supra.

11 † Secũdo hoc etiam persuadet psona donatarĳ, que est Foroiuliensis ecclesia, arg. l. vt inter diuinum. C. de sacrosanc. eccle. l. titia. §. seia. ff. de auro ꝛ argen. lega. ꝛ. l. sunt

12 persone. ff. de religio. ꝛ sumpti. fu. † Tertio hoc etiam persuadet causa cõcessionis: qꝛ vz facta est per tũc domi. Ildefunsum cuius cordi erat vtilitati ꝛ honori ecclesiarũ in dicto comitatu existentium iugiter prouidere ad honorem omnipotentis dei ꝛ laudez beate virginis, ꝛ sic ad pios vsus arg. l. illud. C. de sacrosanc. eccles.

13 eccle.z dicte.l.sancimus.§.exceptis.† Et per premissa videt qd si dictus quondā do. Ildefonsus simpliciter cōcessisset iurisdictionem dicte Foroiuliensi ecclesie,intelligeret nihilominus concessisse merum z mixtum imperium,z simplicem iurisdictionē:cū vt dixi,concessio seu donatio huiusmodi sit largissime interpretāda,dicta.l.fi. z allegato.c.cū dilecti. Et ita in specie voluit Ioā. andre.in addi.Specu.tit.de iurisdictione omni.iudic.col.vij.in addi.que incipit,Vidisti duas opiniones zc. Oldrad.consi.cclx. exordiente,Ad questionem qua queritur,Alex.de imola consil. xxxv.exordiente,Viso processu cause vertentis zc.col.j.versicu.z scdm priuilegia zc.in quarto vol.z Bal.in.d.l.fi.col.ij.ff.de constitu.princi.vbi dicit qd si princeps donat mihi simpliciter iurisdictionem castri,videt donare omnem iurisdictionem,z sic illam que est nomē generis:z sic omnes redditus causarum ciuilium z criminalium ad me pertinebunt,arg.l.j.§.cum vrbem.ff.de offi. prefec.vrbis.Sed multo fortius videtur in casu de quo queritur idem do.Ildefonsus concessisse z donasse merū z mixtū imperiū, cū donauerit vt dixi omnes iustitias hominū,ex quocunqz contractu vel ex quacunqz causa prouenirēt:voluitqz φ in ciuitate, villis vel castris zc. nec ipse nec aliquis omnino hominum inibi aliquas firmātias accipere,vel aliquas iustitias posset aut deberet exigere,seu etiā exercere,excepta dūtaxat z reseruata facultate,nō vt dixi cognoscēdi de causis criminalibus in quibus ferēda est sententia vltimi supplicij aut mutilationis mēbri,sed dūtaxat facultate promulgandi sententiam in causis huiusmodi,z criminosos puniēdi pena vltimi supplicij,aut mutilationis membri. Per quam reseruationem seu exceptionem clare apparet,quod dicte ecclesie concessum extiterit merū imperium quo ad oēs alias causas criminales,z quo ad istas,nisi quo ad ferendam sententiam vltimi supplicij,aut mutilationis membri contra crimi
14 nosos:† qz virtus exceptionis est duplex,scz eximere seu extrahere,z virtutē indefiniti seu obscuri sermonis z precedentis dispositi declarare,arg.l.fi.§.cui dulcia.ff.de vino lega. Firmat etiā exceptio regulā in non exceptatis.l.quesitum.§.denīqz.ff.de fun. instruc.z in auť.de non alie.§.quod autem.colla.ij. Ex premissis infertur φ omnes redditus z prouentus causarum ciuilium contra homines zc.pertinent ipsi ecclesie,pro eo qz donate sunt oēs iustitie hominum zc. ex quocunqz contractu vel ex quacunqz cā. Item etiā sibi pertinēt redditus z prouētus causarū criminalium,pro eo qz vt dixi sibi donatum est z concessum merum impe
15 rium:† qz qūuis Bal.dixerit in.l.fi.ff.de offi.prefect.vigil.φ pene pecuniarie vel mulcte nō sunt sub mero imperio:qz sunt reducte ad instar ciuilium causarum,ex quo infert qd si papa vel princeps donauit mihi redditus talis castri reseruato sibi mero imperio,ego debebo habere mulctas pecuniarias impositas pro delictis:qz non censent de mero imperio,qd etiam voluit Bal.in.d. l.imperium.ff.de iurisdict.omn.iudic.hoc tū dictū Bal.nō procedit:qz oēs cause criminales,siue capitales,siue nō ex quibus imponitur pena etiam pecuniaria applicāda fisco,dicūtur meri im
16 perij:qz conuenit diffinitio meri imperij.† Expediuntur enim officio nobili ad publicā vtilitatem,scz vt delicta puniātur. Preterea in eis animaduertit in facinorosos homines,qūuis eorū corp⁹ non ledatur,quod etiam voluit Bar.in.d.l.imperiū.in sexto gradu meri imperij:vbi etiam de hoc per Paul.de castr.ad fi.z per Alex.de imol.Et idem voluit ibi do.Iat.may.col.iiij.ad fi.

17 † Et qūuis nō existimē per predictā concessionē fuisse donata oīa regalia,que vt dicit Ioan. monach⁹,z post eum Ioā.and.Philip.Frā.z alij in.c.generali. super verbo regalia,de elect.in.vj.z Bald.in.c.vnico.ad fi.principij,tit.episcopum vel abbatem,qnqz dicunt collecte regis vel imperatoris,vel tributum:quandoqz dicuntur regalia id est iura que ad imperatorem vel regem pertinere consueuerunt,vt portus vel vectigalia,que interdum consueuerunt cōcedi ecclesijs,z que multa sunt,vt videri potest in.c.j.que sint regalie.z quod ibi plene per Andr.de yser.z per alios scribentes,z qd not.Bal.in l.rescripta.C.de preci.impera.offe.z in dicta.l.imperium.qnqz dicuntur regalia ea que rex vacante ecclesia percipit ex priuilegio summorum pontificū:puto tamen quod multa ex his censeantur donata.Et signanter mulctarum z penarum compēdia,z ea que vt indignis legibus auferunt,ac etiam bona contrahentiū incestas nuptias,condemnatorum z proscriptorum,insuper eo casu quo illa possent vel deberent confiscari insolidum vel pro parte.z idem putarem de bonis que propter cōtumaciā delinquentis, vocati z non cōparentis annotarent,per ea que habentur in tit. de requiren.re.qui titulus quatenus loquit de publicatione bonorum,non reperit hodie correctus,nisi violatore pacis,fm Bar. qui hoc not.in.l.j.ff.de bo.damn.Bal.tit.de pace tenen.in principio,in.iiij.col.ver.item publicant bona fugitiui:z Ang.areti. in suo tracta.malefi.in gl.super verbo,z eius bona confiscamus zc.versi.quero vxor Titij zc. Posset autem queri quid de bonis morientium sine herede,an videlicet in illis succedere possit predicta ecclesia,cum istud sit de regalibus,vt colligitur ex his que not.Bar.Bald.z Ange.in.l.j.C.de bo.vacan.lib.x.z Alexan. de imol.cōsilio.xxxj.colum.iiij.ad quod videtur respondendum φ sic.Tū quia barones hodie in talibus succedunt,vt voluit Iaco.rebuf.z Ioā.de pla.in.l.cornicularij.C.de apparito.pfec.preto.Tū z forte pro eo quia concesse fuerunt z donate omnes iustitie hominum:de qua tamē vltima ratione subsisto an faciat p hoc.De alijs vero regalib⁹ nō auderem asserere,nisi haberē certiorem acceptionem illius verbi iustitia,positi in concessione,vel pleniorē informationem de vsu regaliarum,in quo pro tempore extitit dicta Foroiuliensis ecclesia.

Et si fortasse aduersus ea φ superius dixi de penis z mulctis,opponeret de eo quod not. Bar.z post eum Ioan.de pla.in.l.j.C.de excusa.mune.li.x.vbi commemoratis capitulis pacis factis cū domino archiepiscopo Mediolanensi,quibus inter cetera cauebat quod omnia castra occupata per Vbaldinos remanerent sub protectione z regimine ipsorum dicit fuisse dubitatū,quid importarent ista verba protectio z regimen,z refert quid in facti contingentia cōsuluerit.Et subiungit quod supposito qd in vim capitulorum huiusmodi haberent illi Vbaldini merum z mixtum imperium in castris occupatis:pena tamē z mulcte que imponūtur in dictis lo
18 cis nō erunt eorūdem Vbaldinorum:† quia pene aut mulcte nō sunt presidis seu rectoris,sz eius qui in illis locis habet ius fisca
19 le,vt.l.mulctarū.C.de modo mulcta.z titu.q̄ sint rega.c.j. † Dico φ hoc nō obstat,quoniam vt apparet ex cōcessione seu donatione de qua.s.z iam sepius dixi,dictus domi.Ildefonsus concessit z donauit pdicte eccl sie omnes iustitias zc.ipsi ecclesie,z illius pro tēpore reuerendis in xpo patrib⁹ domi.episcopis profuturas.Et hoc etiaz colligit ex illis verbis,bonis omnib⁹ tibi z ecclesie tue retentis tradat zc.Barto.vero z Ioan.de pla.loquuntur in eis quibus cōcessum est regimen,z sub quorū protectione fuerunt illa castra relicta,z sic quibus minus concessum
20 extitit φ dicte Foroiuliēsi ecclesie,domi.episcopis.† Et sic non obstat.Illud autem certum est qd quemadmodū punire delinquētes,z sic animaduertere in facinorosos homines est meri imperij,pro eo qz expeditur officio iudicis nobili ad publicam vtilitatem:ita z absoluere innocentes a pena delicti est meri imperij, vt post Guil.de cug.voluit Bald.in dicta.l.imperiū.z idem tenet Sali.qui formaliter dicit,φ absolutoria in causa criminali est de mero imperio.Ad quod bene facit text.in.l.solent.in princ.ff.de offi.proconsul.ibi,nec liberandi igitur reos ius habent cum accu
21 sari apud eos non possint.† Facit etiā ad hoc simile de liberatione a contractu,que censetur eius nature cuius est contractus,super quo interponitur.l.de tutela.z quod ibi glos.z Barr.C.de inte.resti.mi.z Bar.in.l.sub pretextu.la.j.col.penul.C.de transac. Que omnia dixerim zc.

1 Vir vxori z vxor viro quo iure z qn̄ possunt succedere.
2 Instrumento non innatur qui in illo non nominatur.
Instrumentum probat secundum tenorem,nō preter,vel contra.
3 Priuata scriptura an probet.
4 Titulus per probantem allegatus an semper presumatur ex annue prestationis probatione.
5 Confessio parte absente facta an preiudicet confitenti.Et quid si pars fuerit presens,z non acceptauerit.
6 Confessiones quibus ex causis sepissime fiant,z an per iocum facta z acceptata possit statim reuocari.
7 Censualis res per non solutum censum an cadat in commissum, vt res emphyteutica per non solutum canonem,z cur.
8 Viuere an presumatur de cuius morte dubitatur.

Epitome.

Quamuis pro non soluto canone rei emphyteutice agi possit ad cōmissum:nō idem tū de re cēsuali pro censu nō soluto. V.S.

De censib. Consil.cclxxvj.

Non videntur nobiles z honeste mulieres dña Delphina, Ioanna z Philippa carpanelle sufficienter iustificasse z probasse idquod intendunt,z ad victoriā obtinendam contra honorabilem virū Raymundū de montibus:scz φ domus,de qua in actis z processu cepto z pendente indeciso,per z inter ipsas nobiles actrices ex vna parte,z dictum Raymundum ex alia,eisdem actricibus aut aliquibus earum pretēsis predecessoribus spectauerit aut pertinuerit iure dominij directi,seu qd sub dominio directo earundem aut alicuius predecessoris earundem idem Raymundus vel aliquis eius

predecessor tenuerit aut possederit dictam domum. Et primo
quidem non per quoddam assertum publicum instrumentũ cu-
iusdam pretense recognitionis olim facte, vt asseritur, venerabili
⁊ egregio quõdam viro domino Guidoni bosqueti in legibus li-
centiato, per prouidum quondam virum Petrum de montibus
huius Raymundi quondam patrem. Pro eo maxime quia non
est probatũ qđ dicte nobiles actrices sint heredes insolidum aut
pro parte mediate vel immediate dicti quondam domi. Guido-
nis, ⁊ signãter per media in processu cause huius parte earum de-
1 ducta. † Quãuis enim deficientibus aliĳs heredibus testamen-
tariĳs, ⁊ ab intestato possit vxor eius viro ⁊ vir sue vxori succede-
re. l. vnica. C. vnde vir ⁊ vxor. non tamen ex hoc infertur qđ dña
Joanna morelle, pretensa relicta dicti quondam domi. Guido-
nis, eidem successerit. Nec rursus infert̃ vel apparet, qđ egregius
quondam vir dominus Petrus carpanelli pretensus pater pre-
dictarũ actricũ eidem do. Morelle eius quõdam vxori successe-
rit: qꝛ non est probatum, quinimo nec vt oportuit propositum di-
ctos quondam do. Guidonem, ⁊ post eum dominam Joannam
morelle sine aliĳs heredibus ab humanis decessisse. Quod etiam
non sufficeret: sed opus erat ostendisse ꝙ mortuo dicto Guidone
prefata do. Morelle coram iudice agnouerat bonorum possessio-
nem sibi delatam per mortẽ eiusdem do. Guidonis. Et idem do-
cere oportuit de dicto do. Carpanelli: qꝛ licet in casu de quo supra
possint vir vxori, ⁊ vxor viro succedere: hoc tamen non fit de iu-
re ciuili, sed de iure pretorio per bonorum possessionem vnde vir
⁊ vxor, quaꝫ coram iudice agnoscere oportet, per id quod legitur
2 ⁊ not. in. l. fi. C. qui admi. ad bono. pos. pos. † Cum igit̃ hoc proba-
tum non fuerit, palam infertur non esse probatum quod per me-
dium dictorum quondam do. Petri carpanelli ⁊ Joanne morel-
le dicte actrices tãꝙ heredes: vel al's tit. vniuersali dicto quõdã
domi. Guidoni successerint: ⁊ sic pro eis non facit instrumentum
dicte p̃tense recognitionis, vtpote in quo nec ipsas nec aliquã ea-
rũ pretensus predecessor nominasse reperitur. Pro quo allegasse
sufficiat. l. ad probationem. la. i. ⁊ quod ibi Bald. ⁊ doc. C. de pro-
ba. vbi colligunt qđ instrumentum probat s'cđm ipsius tenorem,
non preter vel contra tenorem, ⁊ qđ ideo quid non nominatur in
instrumento nõ iuuat̃ instrumento, nisi esset ius rei vel iuris suc-
cessor. Et hoc est, dicit ibi Bal. quod aduocati sepe dicũt, instru-
mentum non loquit̃ de te. Quod autem dicte nobiles actrices
debuerint ꝓbare se heredes aut bonorum possessores ⁊c. pro ob-
tinenda victoria ex eo capite ⁊ indubitatum. Pro eo qꝛ quili-
bet dꝫ probare fundamentum sue intentionis, siue illud sit factũ
affirmatiuum, siue negatiuum. l. qui accusare. C. de eden. l. actor.
C. de prob. l. si quis. C. de fabricen. lib. xi. l. in exceptionibus. ff.
de proba. ⁊ qđ not. Inno. ⁊ doct. in. c. super his. de accusa. ⁊ Bar.
in. l. in illa. cum. l. seq. vbi Alexan. de imol. ponit multas remis-
siones. ff. de verborum oblig.

Etiam nec probarũt ipse

nobiles actrices dictã earũ intẽtionem per quedã pretensa com-
puta facta, vt dicitur per dominum Bernardum de gliste preten-
3 sum tutorem ⁊c. Tum quia de illis nõ apparet: † qꝛ priuata scri-
ptura non probat. l. instrumẽta. ⁊. l. rationes. C. de proba. Tum ⁊
qꝛ res inter alios acta aliĳs nõ preiudicat. C. res inter alios acta.
in rubro ⁊ nigro. ⁊. c. inter dilectos. §. porro. de fide instru. ⁊. c. pe-
nulti. cum suis simili. de re iudic. Tum ⁊ qꝛ non est ibi sermo nisi
In iudicijs publicatio testium parte actoris productorum nō impedit reum, quominus offerre z producere possit exceptionem peremptoriam. V. F.

De iudicijs. Consi. ccxciij.

1 Dicit †Bart. in.l.gallus. §.quidam recte.versicu.vltimo iste.§. inducitur ff.de libe.z posthu.z Alexand. de Imol. in dicta l.colum.j.versicu.tertio not.ff.de libe.z posthu. z Alexander de Imo. consilio.cxvij. exordiente, Viso processu in causa z lite zc. in secundo volum. q in libello dicitur intētata actio, que ex verbis colligi potest. Pro que allegat Barto. id quod dici solet in.l.j.§.j.ff.de eden.z in.l.edita.C.eod. titu. Alexander vero de Imol. in dicto.§.quidam recte. mandat videri not. per Cyn. in dicta.l.edita. in quinta questione principali, z quod not. Bartol. in.l.certi condictio. in principio.ff.si certum petatur. in dicta.l.j. in principio.ff.de eden.z in.l.si prius. in quinta oppo. secunde partis.ff.de ope.noui nuntia. Ad quod dicit facere dictum Barto. in.l.heredes mei.§.cum ita.z in.l.heredibus.§.lucius.ff.ad trebellia.z Bal.in.l.precibus.colum.xviij. C.de impube.z alijs substitu.z in dictu consilio allegat Alexan. de Imol. Ang. in.l.naturaliter.in.§.nihil commune.ff.de acquirenda possessione. Debent ergo attente videri z considerari verba libelli: signanter vero z maxime verba medij concludendi, et ipsius conclusionis. Pro quo allegasse sufficiat not. per Angel. aret. in.§.j.colum.vij.versicu.z tene menti perpetuo q a duo semper in libello zc. institu.de actio. Multas ne dixerim, immo plurimas remissiones ponit Andre. barba. consilio.xxxviij. exordiente. Preclare scripsit Psalmista celebris, colum.xxiij.versic. Item subdit postea dicta domina Petrina zc. in secunda parte: z inter cetera allegat.c. ex parte. V. de foro competenti.c.fertes.de testi. c.litere.de dila.z.c.ex parte.le.ij.de rescrip. que iura a nemine alio adducuntur, secundum eum, sed alegatur Innocen. in.c.super literis.de rescript. Cuius dictū refert Bald. in.l.prescriptione. colum.vlti.C.si contra ius, z idem voluit Bald. in.l.dominum.C.de rei vendi.z.l.cum vltra.C.de non numerata pecunia. et tam ipse q̄ alij, quos non refero, ne tedio afficiam, in alijs locis. Ad que vt mihi videtur, non opportune attendit egregius vir dominus aduocatus nobilis Romaneti andigerij actoris in causa, quam mouit z prosequitur contra z aduersus probos viros Joannē z Guillielmum surrelli. Si enim prout oportuit attendisset. apertissime vidisset, q licet in quodam pretenso libello parte eiusdem nobilis Romaneti, z cōtra dictos Surrellos oblato z producto aliquid dictū extiterit de possessione terre, z arboris nucis inibi mētionate: tamen ex medio concludendi et conclusione dicti libelli non colligitur fuisse conclusum in aliquo possessorio. Et quidem nō in possessorio retinende, vt ex conclusione libelli huiusmodi clarissime apparet: nō etiam in possessorio recuperande possessionis. Et quidē nō ipsius terre, quia etiam nō dicit se possessione illius spoliatū, nec etiā ex pretensa scissione et asportatione dicte arboris, etiā si extitisset put non erat in terra per eū possessa, concluderetur spoliū dicte terre, vt not. Bal. in.l.post sententiam.col. penulti.versic.porro si ego possideo.C.de senten.z interlo.oim iudi. Nō etiā dicte arboris, vt etiā clare pz ex tenore dicte cōclusiōis: sed fuit petitum eosdem Surrellos cōdēnari, pro dānis iniuria z interesse

interesse, seu aliquali eorum pretensa emenda, ad dandum & soluẽdum centum scuta auri, salua &c. Ex cuius conclusionis verbis, & etiam ex medio concludendi apertius cognocitur esse conclusu; in aliis pretensis actionibus, et non in possessorio recuperande. Nisi forte ex adverso contenderetur actiones iniuriarum. l. aquilie. vel arborum furtim cesarum, aut vi bonorũ raptorum, seu aliã quãdam, & possessorium recuperande esse eãdem actionem: quod tamen non puto credere dictum do. aduocatum. Non ergo bene nititur dictus nobilis Romanetus impedire admissionem articulorum exordientium. Ut vobis nobili &c. parte dictorum Joãnis & Guillielmi in causa productorum, ex eo videlicet capite, q in dicto libello & parte eiusdem nobilis Romaneti, intẽtatum extiterit possessorium recuperande: quod tamen intentatum non extitit, quinimo nec intentari potuit.

Etiã male nititur idem nobilis Romanetus impedire admissionem eorũdem articulorum ex eo, q pretendit attestationes testium parte ipsius in hac dicta
2 causa productorum fuisse publicatas. † Quia publicatio testium parte actoris productorum non impedit reum, quominus offerre & producere possit exceptionem peremptoriam, vt voluit glo. vbi etiam Panor. in. c. de testibus. de testi. & quod no. Jaco. in. l. emptor. C. de prescript. long. tempo. & post eum Bald. & Angel. in. l. officium. ff. de rei vendi. Barto. Bald. & alij in. l. ij. C. sententiam rescin. non pos. & Panor. in. c. j. colum. ij. versicu. aut reus vult opponere post &c. de ordi. cogni. vbi etiam allegat Spec. Preterea non puto esse verum q attestationes predictorum testium publicate & vise extiterint per dictos Surrelos, seu eorum procuratorem vel aduocatos, & scio q nunq viderim. Et si essent publicate & vise, prout non puto, adhuc non impediretur ex hoc capite admissio dictorum articulorum, & quin ipse Andigerij compelleretur eisdem respondere. Non obstantibus igitur ex aduerso & parte dicti Andigerij allegatis, que non obstant: petunt dicti Joãnes & Guillielmus dictos eorum articulos admitti. Et partem aduersam cõdemnari in expensis ratione processus retardati per eosdem Surrello sustentis condemnari. Et alias in & super premissis & singulis &c.

1 Pater qui alienauit bona filij an possit illa repetere nomine filij administratorio, & quid si administrator fuerit extraneus.
2 Liberatio facta cum administratore pupilli an preiudicet minori si vergat in damnum ipsius.

Epitome.

Facto proprio tutor vel pater cõtrauenire possunt tutorio vel administratorio nominibus pupillorum vel filiorum. A. F.

De administra. tut. Consi. cccxv.



Allegata & deducta parte prouidi viri Guillielmi noguerij in quadã pretensa schedula exordiente, Non venit audiendus nobilis Nicolaus, parte eiusdem Noguerij in hac causa producta, non refragantur nec obstant quominus libellus parte nobilis & honorabilis viri Nicolai radulphi, aui paterni, & legitimi administratoris persone & bonorum nobilis Symonis radulphi eius nepotis in hac causa oblatus et productus, admitti debuerit et debeat: etiam si vera probarentur vel vera essent, prout non creditur, proposita deducta & allegata in predicta schedula. Tum quia idem nobilis Nicolaus non agit in hac causa suo ipsius proprio nomine, sed vt & tanq legitimus administrator dicti nobilis Symonis. Quo fit vt non obstante illa pretensa conuentione seu promissione, quam ipse nobilis Nicolaus & nobilis Ludouicus eius filius fecisse pretenduntur, de quittando & quittari faciendo eundem Noguerij de tutela & administratione bonorum honeste quondam mulieris Antone de sancto Petro, potuerit & possit idem nobilis Nicolaus administratorio nomine dicti Symonis eius nepotis agere et experiri
1 contra dictum Noguerij, † quemadmodum potest pater non obstante alienatione per se facta de bonis filij contrauenire, et illa bona repetere administratorio nomine sui filij, vt voluit Bald. in l. cum a matre. colum. j. versicu. secundo queritur. vbi etiã Salic. Pau. de castr. & docto. C. de rei vendi. Pro quo allegatur. l. iubemus. §. economus. C. de sacrosanc. eccles. Supposito enim, citra preiudicium veritatis, q eidẽ nobili Nicolao suo ipsius nomine agenti obstarent & obstare possent opposita & allegata in predicta schedula: non tamen concludenter infertur q illa obstare debeant eidem nobili Nicolao etiam agenti nomine administratorio dicti nobilis Symonis. Et vt videtur questio huiusmodi terminari debet & decidi per ar. de tanquã. l. si pater familias. §. qui duos. & l. si cõsul. ff. de adop. & l. tutor petitus. §. que tutoribus. ff. de administra. tut. facit. c. cum inter. cum suis simili. de renuntia. Tum & q supposito, citra preiudicium veritatis, q prefati nobiles Nicolaus & Ludouicus cõuenissent & promisissent de quittãdo eundẽ Noguerij de tutela & administratione bonorũ predicte Antonete: videt cũ verba huiusmodi pretẽse cõuentionis seu promissionis debere limitari & restringi ad bona & res in dicto instrumẽto latius mẽtionatas, etiã si verba dicte pretẽse faciende quittantie fuissent magis ampla, q existant, arg. l. emptor. §. lucius. ff. de pac. & l. si de certa. C. de transac. Et quia ipse Noguerij rexit & administrauit longo tempore res & bona eiusdem Antonete, & illarum fructus percepit, & tam ante matrimonium olim cõtractum per & inter dictos nobilem Ludouicum & Antonetam, q tẽpore illius, erant multa & magna reliqua apud eundẽ Noguerij, vltra & preter res & bona mentionatas in instrumento cõstitutionis dotis facte per dictum Noguerij, & in dicta schedula latius mentionate, prout autore domino in discursu cause huius clarissime ostẽdetur: que tamen omnia tempore dicti pretensi pacti idem Guillielmus noguerij occultauit, aut saltem celauit & tacuit, vt sic ab eisdem Nicolao & Ludouico dictum pretensum pactum extorqueret in grande damnum & preiudiciũ predicte Antonete & suorum
2 heredum. † Quod propterea eidem Noguerij cum effectu prodesse non debuit neq debet. l. tres fratres. et quod ibi Ange. & doct. ff. de pact. Pro quo facit. l. non solum. §. si heres. l. si quis rationes. l. aurelio. §. ceius. et quod ibi glo. & Barto. in. l. procurator. l. aurelius. §. meuia. l. fi. §. titia. ff. de libera. lega. l. quidã decedens. ff. de administra. tut. & l. si seruus vetitus. ff. de legatis primo. Et q uis ista iura loquãtur in liberatione facta vel relicta in vltima voluntate: idẽ tamen esse videtur in casu nostro, ex eo q (vt dixi, & probabitur) dicta reliqua & bona erant penes predictum Noguerij tempore extorti dicti pretensi pacti: quod ipse sciebat, & tamen vt audio affirmabat se non habere nisi constituta in dotem, vel se non teneri ad restitutionem aliorum. l. lucius. ff. de libera. lega. et dicta. l. tres fratres. et quod voluit Bartol. in dicta. l. aurelio. §. caius. versicu. quarto quero & ibi, dicerem sic &c. Quod debuit et debet procedere in hoc casu, in quo pfati nobiles Nicolaus Ludouicus, & Antoneta hec ignorabãt, dicta. l. tres fratres. & qd not. glo. in. l. pomponius. ff. de nego. gest. & Salice. in. l. actione. col. fi. ver. vltimo quero. ibi, nisi de errore &c. C. de transact. Sunt & alia que alias autore domino loco & tempore opportunis plenius deducentur, & per que apparebit dictam pretensam cõuentionem seu pmissionem parte dicti Noguerij in dicta schedula allegatam et deductam eidẽ Noguerij nõ prodesse, nec obesse dicto nobili Symoni, seu etiam prefatis nobilibus Nicolao & Ludouico. Quam obrem nõ obstãtibus ex aduerso allegatis & deductis, que vere nõ obstant, idem nobilis Nicolaus administrator & administratorio noie dicti Symonis eius nepotis, seu eius & ipsius nepotis actor, seu legitimus pcurator, actorio seu pcuratorio noie eorũdẽ, petit dictũ libellũ admitti, & illi ex aduerso legitime respõderi, & illum admittendũ, & eidem respondendu; fore, & litem super eo legitime contestandam interloqui et ordinari, et dictum Noguerij cõdemnari in expensis per eundem nobilem Radulphi seu dictum eius nepotem, pretextu et ad causam retardationis processus cause huius condemnari. Et alias in et super premissis et singulis eorundem &c.

1 Intentio an possit fundari ex solo cursu temporis, de quo memoria non extat, sine alio adminiculo.
2 Titulus allegatus super annuis pstationibus an cẽsendus probatus presumptiue, pbata possessione temporis requisiti.
3 Causa allegata probanda est.

Epitome.

Qui se certum quid annuum, qd prestant, prestare non debere episcopo contendunt, si actum iri vel agere cogitant, consultius faciunt interim episcopum sua quasi possessione percipiendi non spoliare, ne in scopulos forte & expensarum & penarũ statuti Delphinalis impingant. A. F.

Si per vim vel alio mo. Consi. cccxvj.



Ponitur in facto q rã reuerendus in Christo pater dñs Ualentinensis & Dyensis episcopus, quã sui predecessores, fuerunt a lõgissimo tempore & citra, & hodie est idem reuerendus dominus modernus episcopus in possessione seu quasi exigendi & recipiendi annis singulis a quolibet homine, ciue seu incola & habitatore loci de aguilta, Dyensis diocesis, caput domus faciẽte, quibusdã exceptis, vnũ congiũ seu barrale vini de vino excruto & qd excrescit in vineis predictorũ hominũ, ciuium & incolarũ: nesciunt tamẽ ipsi homines ciues & incole, qua de causa seu ex quo titulo teneantur ad solutionem huiuscemodi lagene seu barralis vini, & non credunt subesse aliquam cau

sam seu titutulum. Propter quod querunt an se possint aliquo iu
re tueri ⁊ defendere, vt imposteruz ad solutionem barralis huius
modi cogi non possint.

1 †Ad quod respōdeo breui
ter ⁊ succincte, ⁊ sub correctione cuiuslibet domini melius sentien
tis, ꝙ si reuendendus dn̄s episcopus pretendat fundare eius intē
tionem ex prestatione dicti barralis vini facta ⁊ cōtinuata per tē
pus, de cuius initio aut contrario hominum memoria nō existit,
istud si per eum ꝓbetur sibi sufficeret, etiā sine allegatione alicu
ius tituli seu cause, per id quod voluit Barto. in. l. cum de in rem
verso. colum. iij. ver. veniamus ad secūdum. ff. de vsur. de quo per
multos scribētes in. l. si certis annis. C. de pac. ⁊ per canoni. in. c.
peruenit. de censi. Sed si idem dn̄s episcopus non probaret presta
tionem dicti barralis vini fuisse factam ⁊ continuatam per tem
pus de cuius initio aut contrario hominum memoria nō existat,
tunc non posset eius intentio fūdari ex solo cursu temporis, nec
posset ipse in negatoria actione, si per dictos homines ciues ⁊ in
colas intentaretur, obtinere: sed est opus proponere allegare, et
etiam probare iustam causam prestationis dicti barralis vini, ſm
cōmunem theoricam positam per Bart. et docto. in dicta. l. cum
de in rem verso. per glo. ⁊ docto. in dicto. c. peruenit, ⁊ per multos
in allegata. l. si certis annis. ⁊ per Hostien. in summa titu. de cēsi.
§. quis sensus. versicu. census autem ignorantie ibi, si vero petito
2 rio ⁊ agis ex tempore succumbes ⁊c. †Et q̄uis ꝓbata possessio
ne temporis requisiti probetur aliquando presumptiue titulus al
legatus, iuxta theoricā quam ponunt doct. in. d. l. cum de in rem
verso. l. si certis annis. ⁊. c. peruenit. superius allegatis tamen in
casu nostro non sufficeret eidem reuerendo domino episcopo pro
victoria obtinenda proponere aliquam causam iustam, ⁊ probare
prestationes seu solutiōes factas per minus tempus q̄ tempus
centum annorum: sed opus esset probare tertium, scilicet ꝙ presta
tiones seu solutiones huiusmodi, ⁊ earum quelibet facta fuerint
ex causa que allegabitur: quia nisi hoc probaretur non inferret ne
cessario ꝙ ille ex causa allegata facte extitissent, ⁊ sic ꝓbatio esset
dubia, que propterea non releuaret. l. neq; natales. ⁊. l. ad proba
tionem. C. de probat. l. non hoc. C. vnde cogna. ⁊. c. in presentia. de
proba. not. Bart. in. l. inter stipulantem. §. si stichum. ff. de verbo
3 rum obliga. †Et ꝙ opus sit probare prestationes ⁊ earum quāli
bet fuisse factas ex causa que allegabitur, firmauit Sali. in dicta
l. si certis annis. in. j. q. ⁊ idem voluit in dicta. l. cum de in rem ver
so. in. j. q. Et ita mihi videtur ꝓ nunc respondendum. Verūta
men ⁊ plenius ⁊ securius poterit responderi post causam motam,
si quam moueri contigerit per ipsum reuerendum dominum cōn
tra dictos homines ciues incolas ⁊ habitatores: quibus saltem
illis qui alias soluerunt, ⁊ dictum congium seu barrale prestite
runt, consulo ne recusent contradicant seu denegent solutionem
⁊ prestationem dicti barralis vini: quia si hoc facerent viderentur
spoliare eundem reuerendum dominum episcopum sua quasi pos
sessione recipiendi dictum barrale. Propter quod fortasse recur
reret ad beneficium Delphinalis statuti, si quis per literas, ⁊ ob
tineret se in possessione huiusmodi reintegrari, ⁊ denegantes con
demnari apud fiscum, ⁊ alias iuxta mentem illius statuti: que oīa
sunt euitanda. Et ita mihi videtur, sub correctione cuiuslibet do
mini melius sentientis.

1 Petitorium et possessorium an possint insimul intentari in
libello.
2 Deducenda que veniant in libello super possessorio recuperande
formato.
3 Solutionis cessatione deducta in libello an fuerit deducta solu
tionis contradictio, ⁊ sic possessionis eiectio.
4 Probationum qualitas quid inducat.
5 Clausula generalis petēs in premissis ⁊c. in libello posita ad que
adaptetur.

Epitome.

In libello pro recuperanda possessione duo probanda sunt, et
possessio, ⁊ possessionis eiectio: nec sufficit de negata rei de qua a
gitur prestatione deducere. V. F.

De eodem. Consi. ccxcvij.

1 Dicit† dominus ex ad
uerso schedulans, ⁊ profecto nimium fixe, ne dixe
rim pertinaciter affirmat, ꝙ si bene consideren
tur verba libelli dudum ⁊ in alia causa parte ve
nerabilis viri domini Guillielmi chambonis heb
domarij, contra ⁊ aduersus honorabilem virum magistrum Jaco
bum geneuesij oblati ⁊ producti, que vt etiam pretendit propor
tionantur ⁊ conueniunt tam possessorio q̄ petitorio: vere dici po
test eundem dominum Guillielmum in libello predicto simul in
tentasse petitorium ⁊ possessorium seu quasi recuperande, prout
latius se dixisse commemorat in quadam alia schedula alias per
eum dictata. Ego vero contradico. Et vt pateat huius contra
2 dictionis veritas, ⁊ error dicti domini schedulātis: † aduertat q̄
deo quod ⁊ que deduci oporteat in libello super possessorio recu
perande formato: ⁊ comperiet ꝙ saltem duo, ⁊ hec ad propositum
nostrum, scilicet possessionem, ⁊ possessionis eiectionem. c. consul
tationibus, ad fi. ⁊ qđ ibi scribētes. de offi. dele. ⁊ in alijs plurimis
locis. Et quidē fateor ꝙ in dicto libello deducta extiterit posses
sio, sed nego deductā esse possessionis eiectionē: ⁊ in hoc errat idez
3 dn̄s schedulans, putās fortasse ꝙ †quia in libello predicto dedu
cta est solutionis cessatio fuerit ꝓpterea deducta solutionis con
tradictio, ⁊ sic possessionis eiectio: quod tū pace sua salua dixerim
non est ita. Pro quo videat si placet Innocē. Hostien. ⁊ Joā. an.
in. c. querelam. de elec. Inno. Hostiē. ⁊ Joan. and. in. c. significa
uit. de censi. Joā. fa. in. §. retinende. colum. viij. versicu. Item po
test queri an cessatio soluendi reddit⁹, institu. de interdi. Nō ergo
ꝓportionant possessorio recuperande seu quasi verba dicti libelli.
4 †Ad id vero qđ vlterius scribit idem dn̄s schedulans, ꝙ ex quali
tate probationum iudicamus de intētione agentis, pro quo alle
gat Innocen. in. c. ceterum. de iudi. ⁊ in. c. ij. de ordi. cogni. dico ⁊
respondeo ꝙ licet Innocē. de hoc aliquid dicat in dicto. c. ij. nihil
tamen de hoc dicit in allegato. c. ceterum. si tamen scripta sua qui
apud me existunt defectuosa non sint. Sed quod dicit in. c. ij. non
obstat. Loquitur em̄ Inn. in eo qui narrato negotio seu facto, ex
quo videbuntur posse oriri multe actiones, conclusit generaliter
dūtaxat petēs scilicet iusticiā ministrari. Et dicit ꝙ ex qualitate
ꝓbationum apparet de mente libellantis, scilicet in qua actione
concludere voluerit. Sed istud non facit ad propositū nostruz: qz
in dicto libello non est factum narratum, ex quo elici possit vel de
beat cōclusio in possessorio recuperande: ⁊ per hoc patet non esse
5 responsum ad ea que alias scripsi. †Et etiā ꝙ subiūctio illius ge
neralis clausule, petens in premissis ⁊ circa premissa ⁊c. in qua idē
dn̄s schedulans videtur facere magnum fundamentum, in nullo
suffragatur eius pretense intentioni, nec nocet p̄fato do. Guilliel
mo: quia clausula huiuscemodi non adaptatur ad non deducta,
prout alias autore domino plenius scribaz, si tamē oportuerit qđ
nō puto. Quamobrem deliberando super nouissime schedulatis
parte dicti magistri Geneuesij, petit prefat⁹ dn̄s Chāboni prout
alias fieri petijt ⁊ requisiuit, scilicet suspendi petitoriū parte eius
dem domini Chamboni alias intentatum, ⁊ deinde responderi li
bello parte ipsius in hac causa producto, ac petitorium huiusmo
di fore suspendendum ⁊ libello respondendum ordinari, ⁊ partem
condemnari in expēsis ratione retardationis processus cause hu
ius per eundem sustentis. Et alias ⁊c.

1 Emens a iudice iudicatuz exequente an habeat partem de
euictione obligatam, vt factum iudicis factuz partis reputetur.
2 Processus sine citatione an ⁊ quando fieri possit, ⁊ super eo sen
tentia proferenda.
3 Contumax an preiudicet suis heredibus.
4 Exempla regulam non restringunt.

Epitome.

Factum iudicis tanq̄ factum partis habetur, ad hoc vt qui
illius bona per iudicem consequitur perinde petitoribus tenea
tur ac si ab ipsa parte recepisset. V. F.

De euictionib. Consi. ccxcviij.



1 Ex processu cause pridē
cepte, ⁊ diutius agite per ⁊ inter reuerendam do
minam abbatissam ⁊ venerabilem cōuentum do
minam monialiū monasterij Vernexionis ex vna
parte, Joannem et Claudium blachonis ex alia,
colligitur ⁊ apparet ꝙ dudum, Anno videlicet domini Millesi
mo. cccclxxxix. ⁊ de mense Junij, fuit causa cepta per ⁊ inter do
minam abbatissam conuentū ⁊ Blachonis predictos, de ⁊ super
nullitate cuiusdam adcensamenti tenementi in processu cause hu
ius latius mentionati, antea facti cuidam Amedeo blachonis,
dictorum Joannis ⁊ Claudij predecessori, ⁊ super recuperatione
predicti tenementi. Apparet insuper ꝙ non solum post dictū pre
tensum accensamentū, qđ factū seu attentatū fuisse legitur An
no dn̄i Millesimo. cccclxxiiij. sed etiā post inchoatam causā pre
dictam, ⁊ ipsa pendente, honorabilis quondam vir Durand⁹ de
curia, loci de Rōmanis, fecit ⁊ obtinuit in vim mandatorū ⁊ lite
rarum ad ipsius instantiam a venerabili curia maiore Viennēsi et
Valentinensi obtentarum, ⁊ in vim, vt pretendebat illarum, tene
mentum predictum seu partem illius de pignore capi, et deinde
incantari, et se in illius possessionem realem actualem ⁊ corpora
lem poni et induci: ⁊ hoc pretextu ⁊ ad causam nonullius debiti
seu

seu quorūdam debitorum, in quibus eosdem Joannem ⁊ Clau-
dium sibi iure ꝓprio teneri ⁊ esse obnoxios ꝑtēdebat. Preterea
⁊ tertio colligitur ⁊ apparet ex actis dicti processus, ꝙ dict⁹ Du
randus causam habēs a dictis Joanne ⁊ Claudio, non solū sciuit
⁊ passus est causam predictam agi per ⁊ inter dictos reuerendam
dñam abbatissam ⁊ conuentum ex vna parte ⁊ prefatos Blacho
nis ex alia, ⁊ causam huiusmodi tractari ⁊ defendi per eosdē Bla
chonis, sed etiam fuit sepe ⁊ pluries idem Durādus de curia ad
instantiam ⁊ requisitionem eorūdem reuerēde domine abbatisse
⁊ monialium citatus, ⁊ in ea compariturus, si sua putauerit inter
esse, insuper ⁊ processurus in causa ad omnes ⁊ singulos actus suc
cessiue ⁊ gradatim vsq̄ ad diffinitiuam sententiam in ea proferē-
dam. Et qui aliquando, saltem semel, in dicta causa ⁊ coram ve-
nerabili ⁊ egregio viro domino officiali Ualentie delegato apo-
stolico comparuisse legitur ⁊ apparet.

Ex quibus palaz infertur

ꝙ sentētia dudū lata pro ⁊ ad vtilitatem ⁊ cōmodū dictorū reue-
rende dñe abbatisse ⁊ cōuentus, ⁊ cōtra dictos Blachonis pro-
mulgata, si illa deserta extiterit, vel eam imposterū deseri cōtin-
gat, vel sententia ꝑ reuerendum patrem ⁊ virum egregium dñm
officialem Uienne etiam iudicem apostolicū pro eisdē do. abba-
tissa ⁊ conuētu, authore domino, ⁊ pro debito iustitie proferenda,
preiudicauit aut preiudicabit, ⁊ plenum preiudicium pariet, sin-
gula singulis opportune referendo, etiam dicto de curia seu eius
heredibus: ⁊ poterit sententia huiusmodi executioni demandari
etiam contra dictū de curia seu eius heredes, ⁊ in tenemento seu
parte tenementi, quam vt premisi lite ꝑdicta pendente capi obti-
nuit de pignore, ⁊ deinde incantari, sibi liberari, ⁊ postea in illius
possessionem realem ⁊ corporalem se mitti ⁊ induci. Cū quia idē
Durandus causam habuit a prefato Blachonis: perinde eñ ha
bendus est ac si tenemētum huiusmodi, seu partem illius emisset
1 ⁊ comparasset a prefatis Blachonis, † pro eo quia factū iudicis,
eius videlicet cuius authoritate ⁊ mādato fuit tenementū huius
modi, seu pars illius capta, ⁊ deinde distracta, ⁊ eidem Durando
expedita, fingitur factum partis. l. si ob causam, ⁊ quod ibi docto.
2 C. de euictio. † Processus igitur cuz dictis Blachonis de ⁊ sup
tenemento predito ⁊ nullitate adcensamenti de quo supra agita-
tus, sciente ⁊ patiente ipso Durando de curia ⁊ sentētia cōtra di-
ctos Blachonis promulgata, aut que autore dño vt predixi pro-
mulgabitur, preiudicauit aut ꝑiudicabit eidem de Curia, aut di-
ctis eius heredibus. l. sepe. §. sed scientibus. ⁊ quod ibi per glos. ⁊
omnes scribentes. ff. de re iudi. ⁊. c. penult. versi. ac illi etiā. ⁊ quod
ibi gl. ⁊ doct. eo. titu. Cum ⁊ q̄ q̄uis opus nō fuerit citari facere
eundē Durandum, vt pote scientē ⁊ patientē causam ꝑdictā agi,
de ⁊ super nullitate dicti ꝑtensi adcensamenti, ac etiam illam tue
ri ⁊ defendi per prefatos Blachonis, quo casu etiam sine citatio-
ne erant processus ⁊ sententia cōtra eūdem de curia prolata, vel cō
tra heredes proferenda, ipsi tamen Durando preiudicium adfer
re potest, vt not. Inno. in dicto. c. penulti. super verbo actio. ibi, et
sufficit in his casibus sola scientia ⁊c. vbi etiā idem tenent alij scri
bentes. Idem voluit Inno. in. c. inter quatuor. ⁊. c. si. de maiori. ⁊
obedi. ⁊ in. c. in nostra. de procura. Bald. in. l. ij. C. cōi diuidun. ⁊ in
l. ij. in princi. C. de fi. instru. Joan. de Jmol. ⁊ Pau. de cast. in di-
cta. l. sepe. vbi etiā Alex. de imol. col. viij. Jo. de imol. in. l. decē. ff.
de verb. obli. ⁊ in. l. si perlusorio. §. j. ff. de appella. Q̄uis (inquam)
opus nō extiterit ꝙ idem Durandus citaretur: ipse tñ vt predixi
3 fuit sepe ⁊ sepius citatus. † Quo fit vt magis ac magis sibi et di-
ctis eius heredibus preiudicauerint aut preiudicare debeāt pro-
cessus ⁊ sententia iam lata, aut imposterum ferenda, per id quod
not. gl. in. l. cum miles. super verbo in facienda. ff. ex quibus cau.
maio. in. l. si deserta. C. si propter publi. pēsita. ⁊ in. l. in cause. la. j.
§. interdum. ff. de mino. ⁊ per ea que not. Cyn. i. l. j. C. de aduoca.
diuerso. iudi. ante fi. quod etiā voluit Pau. de ca. in dicta. l. sepe.
col. ij. versicu. in secunda ⁊c. ibi intelligō sane si nō fuerit citatus:
vbi etiam Alexan. de Jmo. colū. iij. versicu. differt eñ iste ver. ⁊c.
Et poterit sententia predicta demandari executioni etiam con-
tra dictum de curia seu dictos heredes in ⁊ super tenemento seu
parte illa quam capi ⁊ deinde sibi expediri obtinuit dictus Du-
randus de curia, per id quod voluit Inno. ⁊ post eum Hostien. et
Joan. an. in. c. cum super. super verbo appellationem. de re iudic.
Idem voluit Inno. in dicto. c. penulti. de re iudi. ⁊ in. c. ꝓposuit.
vbi etiam Joan. de imol. colū. penulti. vel fi. de concess. ꝑbē. Idez
voluit Bart. in dicta. l. sepe. in fi. secūde questionis: quod etiā ibi
charta vlti. versicu. item si sciuit post litem ⁊c. ibi, sed bene potest
prohiberi ad finē ⁊c. videtur sensisse ⁊ voluisse Joan. de Jmol. et
plenius Alexan. de Jmo. charta. xvij. colū. iiij. versicu. extra glo.
quesiuit hic Bart. ⁊ idem voluit Ange. are. in. l. a sentētia. in prin
cipio. in. ij. colū. versi. si autem sciuisset. ff. de appella. ⁊ Joā. cald.
titu. de re iudic. consilio. ix. exordiente, An in causa beneficiali ⁊c.

Pro quo dicto solet allegari d. l. sepe. ⁊. c. penul. superius alleg.
Et q̄uis d. l. sepe. §. sed scientibus. videatur loqui in debitore. ⁊
creditore marito, socero, ⁊ vxore, ⁊ in emptore ⁊ vēditore, ⁊ sic pri
ma facie non videatur ille text. locum sibi vendicare in hoc casu
hoc tñ non obstat, q̄ prout colligitur ex his que not. ibi docto. ⁊
qd ibi dicitur de debitore ⁊ creditore, marito, socero, ⁊ vxore, em
4 ptore, ⁊ venditore, ponitur per modum exemplorum: † que regu
lam, non restringunt. l. damni infecti stipulatio pertinet, in fi. ff.
de dam. infect. l. j. §. quod vulgo. ff. de vi ⁊ vi arma. ⁊. l. regula. §.
⁊ licet, cum suis similib. ff. de iure ⁊ facti igno. ⁊ ꝙ istud non de-
beat restringi ad dicta exempla apparet manifeste ⁊ ex eo ꝙ habe
tur in. c. penul. quod dicunt docto. fuisse extractum ex medulla ⁊
visceribus dicte. l. sepe. Preterea Inno. quem Bart. pro confir-
matione sue sententie allegat in dicta. l. sepe. non loquitur in ali
quo ex exemplis superius mentionatis; sed loquitur in collatore
beneficij, ⁊ eo cui est collatum: in quo casu ⁊ similibus etiam lo-
quuntur cano. in dicto. c. proposuit. de concess. preben. quos tamē
pro confirmatione sententie allegat Alex. de Jmola in. d. l. sepe.
charta. xvij. col. iiij. Nihil ergo officit siue obstat intentioni di-
ctarum reuerende dñe abbatisse ⁊ conuentus, ꝙ non simus in ca
su alterius ex exemplis superius mentionatis, postq̄ sumus in
in casu in quo est, verum dicere dictum Durandum causam ha-
buisse a prefatis Blachonis: q̄ vt iam dixi factum iudicis fingi
tur factum partis. d. l. si ob causam. C. de euictio. ⁊ hoc, scz eum
habuisse causam ab eisdez Blachonis, ⁊ ipsum sciuisse ⁊ passum
esse causam agi cum illis, ⁊ illam per eos defendi, sufficit ad hoc
vt sibi ⁊ dictis suis heredibus nocere debuerint ⁊ debeant pro-
cessus ⁊ sententia antedicta. d. l. sepe. §. sed scientibus, ⁊ apertius
in dicto. c. penulti. versi. ad illi.

1 ☞ Filia dotata, stante statuto ꝙ filia extantibus masculis nō
succedat, an possit rumpere testamentum ratione preteritionis.
2 Renuntiatio iurata bonorum an impedire possit rupturam pa
terni testamenti.
3 Clausula codicillaris posita in testamēto, in quo filia que renun
tiauit est preterita: quid operetur.
4 Filia que renuntiauit cum iuramento bonis, ⁊ beneficio minori-
tatis, an possit venire contra in modico valore lesa.

¶ Epitome.

¶ Filia dotata bonis paternis cum iuramēto renuntians, dein-
de in testamento patris preterita, non rumpit illud, id preiertim
statuto coadiuuante. A. F.

¶ De libe. prete. Consi. cccxcix.



1 Supposito † statuto de
quo in casu: scilicet ꝙ superstitibus filio vel ne-
pote masculis, filia vel neptis dotate patri vel
auo ab intestato non succedāt: ⁊ viso eo de quo
queritur, scilicet an filia vel neptis in paterno
vel auitino testamento preterite possint illud rumpere ratione
preteritionis, Dico ⁊ rñdeo breuiter ⁊ succincte ꝙ super hoc sunt
opiniones. Ange. eñ in. l. filie dotem. C. de colla. dicit ꝙ eo casu
filia dz esse cauta, ⁊ expectare ꝙ fratres habeant hereditatē pa-
tris ex eius testamento, ⁊ postea q̄ preterita est, contratabulare
testamentum: q̄ isto casu nō proprie dicetur venire ab intestato.
Et sic iste casus non est comprehensus in statuto: secus si cōtra-
tabularet ante aditam hereditatem. Et ita etiā tenet Bal. in. l.
si emancipati. col. iiij. C. de colla. Alia opinio ⁊ cōis est in contra
rium: scz ꝙ filia huiusmodi, hoc est dotata ⁊ preterita, non possit
impugnare testamentū: ꝑ eo q̄ illi datur bonorū possessio con-
tratabulas, vel aliud remediū ad impugnādum testamentum, cui
deberetur successio ab intestato. l. j. post principium. ⁊. §. filium. ⁊
l. illud. §. j. ff. de cōtratabu. ⁊. l. posthumus. §. si quis ex his. ff. de
inoffi. testa. de quo est bonus text. in. §. itē adoptiuos. institu. de
heredi. que ab intest. deferun. Sed huic filie nō debetur successio
ab intestato: ergo ⁊c. Preterea si esset verū ꝙ dicunt Bal. ⁊ An-
gel. sequeretur ꝙ melioris conditionis esset filia que veniret con
tra voluntatē defuncti, q̄ illa que veniret preter voluntatē, con-
tra id qd habetur in. l. si. circa medium. C. de libe. preteri. vel ex-
hereda. Et vt dixi ista opinio est communis, quā tenuit Bar. in
l. fi. col. fi. versic. quero quid si ista filia. ff. ad tertul. Fulgo. Pau.
de cast. Alex. de Jmol. ⁊ dominus Jason may. in. l. filie dotē. C.
de colla. Alex. de Jmola in. l. gallus. §. ⁊ quid si tantum. col. ix.
versi. ⁊ inducuntur ista per Bal. vbi multa Joan. de Jmol. in. l.
si ita quis promiserit. §. ea lege. vbi etiam colum. v. Franciscus
de aret. ff. de verborum obliga. de quo etiam videri poterit per
Lau. de falsa. in suo tract. quem fecit super statuto, ꝙ extantib⁹
masculis filie non succedant, columna. v. versic. videamus in suc
cessione cōtra testamentum an ipsum rumpat. Et per hoc sit re-
sponsum primo quesito, scilicet ꝙ illa nobilis Philomena, de qua

in casu, et que dicitur per patrem dotata, rumpere non possit paternum testamentum.

2 †Ad secundum an videlicet cessante statuto, de quo supra, possit dicta nobilis Philomena non obstante renuntiatione, quam cum iuramento fecisse dicitur de bonis rumpere vel impugnare dictum paternum testamentum, dico et respondeo quod Bal. in l. filio preterito. col. penulti. versicu. et hoc est utile scire propter filias que patre vivente renuntiant etc. ff. de iniust. rupt. et irri. testa. ubi. col. ii. versicu. et quod dixi supra de consensu filii etc. dicit Joan. de imol. sub verbo forte, hoc posse de iure canonico procedere, ex quo renuntiatio esset iuramento vallata. c.
3 quamvis pactum. de pac. in vi. †Preterea advertendum est quod in testamento paterno posita est clausula codicillaris, si non valet vel valere non potest iure testamenti etc. per quam clausulam censetur hec Philomena in testamento huiusmodi fuisse rogata et gravata de quittando eius quotam et portionem heredibus institutis. l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideicommis. liber. et in l. si patroni. §. fi. secundum lecturam quam ibi sustinent doct. ff. ad trebellia. Et hec est communis opinio docto. damnantium glos. contrarium tenentem in auth. ex causa. C. de libe. preteri. ubi Alexand. de imol. col. xi. vel circa, ver. in eadem. Item si hec verba etc. et do. Jason may. colum. xvi. versic. tertia questio glo. etc. ponunt multas remissiones. Et idem tenuit Joan. de Imo. in l. ex ea scriptura. §. ex his. ff. de testa. pro qua opinione consuluit Ange. perusi. consilio. ciiii. Alex. de imol. consilio. cxlii. in primo quesito, in secundo volumine, et consilio. cii. in tertio. et Pau. de castro consilio. lviii. Et quamvis filius in diem vel sub conditione de restituenda hereditate gravatus detrahat duas quartas, scilicet legitimam et trebellianicam, ut voluit glo. Bar. et docto. in l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testame. glos. et Bar. in l. quod. C. ad legem fal. multas remissiones ponit domin⁹ Jason may. in auth. res que. col. iii. C. communia de leg. hoc tamen non procedit in gravamine puro, cuiusmodi est gravamen impositum per dictam clausulam, per id quod voluit Barto. Bald. et Ange. in dicto. §. meminisse. Bal. in l. filium quem. versic. Item quero quid si filius. C. familie ercifcun. Alexan. de imol. consilio xxvi. col. penulti. in primo volumine, et consilio. clxi. in secundo volumine. Joan. Pet. Ferra. in sua practica, titu. for. libel. quo agi. ex substitu. super verbo, et per fideicommissum, versi. similiter est et aliud memorie commendandum etc. Et certum est quod in legitimam debet dos imputari. l. quoniam novella. et quod ibi docto. C. de inofficio. testamen. et quod ponit Barto. et docto. in l. in quartam. ff. ad trebel. Et ita non video quod ex hoc possit dicta nobilis Philomena consequi magnum commodum: quia ex hoc ut colligitur ex premissis non succederet cum effectu cum heredibus institutis, quia tanquam gravata teneretur restituere fideicommissum universale propter dictam clausulam.

4 †Ad tertium dico et respondeo quod suppositis numero liberorum, et valore bonorum illius nobilis Teulerii, de quo in casu, legitima hui⁹ nobilis Philomene erat valoris mille et ducentorum scutorum, salvo errore calculi. Et ita reperitur decepta seu lesa in ducentis: et sic in sexta parte sue legitime. Propter quod cum ipsa renuntiaverit bonis paternis, et cum iuramento, insuper et beneficio minoris etatis, restitutionis in integrum: ipsa non videtur posse venire contra. Et quidem non ex capite. l. ii. C. de rescin. vendi. et c. penulti. de emptio. et vendi. quia non est lesa ultra dimidiam etc. Non etiam beneficio restitutionis in integrum quia ipsa videtur ab illo exclusa propter renuntiationem iuratam, auth. sacramenta puberum. ubi Barto. et docto. C. si adver. vendi. Et quamvis Dy. consil. v. cuius opinio placuit Joani de imol. Alex. de imol. et Fran. de are. in l. sciendum. ff. de verbo. oblig. voluerit quod ita demum noceat minori dicta renuntiatio, si ea fuerit certiorat⁹, alias non: que opinio etiam placuit multis in aliis locis: tamen opinio Barto. tenentis contrariam partem in dicta auth. sacramenta puberum, pro qua etiam consuluit, communiter observatur in practica, ut etiam fatentur Joan. de Imol. et Alexan. in dicta. l. sciendum. Et hec fuit originaliter opinio Archi. quam ibi in novella sequitur Joan. and. in c. quamvis pactum. de pact. in vi. et dominus Jason may. in dicta authenti. sacramenta puberum. col. xliii. versic. tertio principaliter limitat Dy. etc. Et quamvis ubi esset lesio enormissima, vel saltem enormis: videretur consulendum pro hac nobili Philomena, sequendo Dyn. et sequaces. quia tamen lesio de qua hic non fuit huiusmodi: non esset tutum ab hac opinione Barto. et aliorum discedere in iudicando vel consulendo. Pro qua videri potest Alexan. de Imol. consilio. cxxv. in primo volumine, et consilio. cxxxiii. in secundo volumine, in quibus concludit etiam absolutionem a iuramento non esse concedendam: de hoc etiam multa ponit dominus Jason in dicta authen. sacramenta puberum, col. x. versi. circa vero tertium effectum. Et pro hoc dicto etiam allegari solent Archidia. et Joan. Andr. in dicto. c. quamvis. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 Conditionem sufficit vel in temporis momento impleri.
2 Substitutio facta sub duplici conditione alternative concepta quos comprehendat.
3 Fideicommissum ab uno ex heredibus qui ultime decesserit relictum, an faciat heredes videri invicem substitutos.
4 Proximitas respectu gravati, an et quando potius attenditur quam gravantis, et de persone proximitate in emphyteusi pro se et suis de familia.
5 Liberorum appellatione positorum in substitutione fideicommissaria qui veniant, et quo ordine succedant.
6 Trebellianice detractionem an possit prohibere testator.

Epitome.

Quascunque testator substitutiones faciat, possunt eius liberi puberes facti de legitima et trebellianica pro libito voluntatis disponere: ita ut illa minui nequeat, neque hec in liberis primi gradus prohiberi. V. F.

De instit. et substit. Consi. ccc.



Supposito testamento quod fecisse dicitur nobilis et potens quondam vir dominus Joannes le viste miles, una cum substitutionibus, et aliis dispositionib⁹ de quibus in eo, ponitur in facto eundem do. Joannem ab humanis decessisse superstitibus et sibi superviventibus nobilibus et generosis viris domino Antonio, Joanne, Petro dicto morelet, et Alberto le viste eius filiis naturalibus et legitimis, ac heredibus universalibus per eum institutis. Quo mortuo et vita functo dicti dominus Antonius, et nobiles Joannes Petrus et Albertus se immiscuerunt bonis paternis, et pro illius universalibus heredibus se gesserunt. Successu vero temporis vita functus est et ab humanis intestatus et sine liberis decessit dictus Albertus, maior tamen quatuordecim annis, superstitib⁹ et sibi superviventibus dictis domino Antonio, Joanne et Petro eius fratribus utrinque coniunctis, et ab intestato proximioribus: qui propterea partim iure substitutionis et fideicommissi per dictum dominum Joannem testatorem eis relicti, et partim iure hereditario tanquam eius proximiores in bonis ex paterna successione ad eum pervenientis successerunt. Dictus vero dominus Antonius ab humanis decessit, superstitibus et sibi superviventibus nobilibus et generosis viris dominis Joanne le viste milite et Antonio eius filiis naturalibus et legitimis. Deinde vero ab humanis decessit dictus dominus Joannes proxime mentionatus sine liberis masculis, superstitibus tamen et sibi superviventibus nobili et generosa muliere domina Claudia eius filia unica naturali et legitima, et dicto domino Antonio eius fratre, qui adhuc superest. Deinde vero decessit ab humanis dictus Joannes le viste filius dicti quondam domini Joannis testatoris, superstitibus et sibi superviventibus dominis Amedeo et Henrico ecclesiasticis, et Alberto eius filiis naturalibus et legitimis: qui domi. Amedeus et Henricus postea sine liberis ab humanis decesserunt. Dictus vero Albertus proxime nominatus ab humanis decessit superstitibus duobus filiis naturalibus et legitimis, quorum unus postea ab humanis sine liberis decessit, alter vero nomine Antonius le viste adhuc vivit. Prefat⁹ vero nobilis Petrus alter ex filiis dicti quondam domini Joannis testatoris etiam vita functus est et decessit, superstite et sibi superviventе nobili et egregio viro domino Claudio le viste legum doctore eius filio naturali et legitimo. Et sic ex dicto quondam domino Joanne testatore supersunt tres liberi masculi, scilicet dictus dominus Antonius eius nepos ex prefato domino Antonio ipsius testatoris primo filio, nobilis Antonius le viste pronepos ex dicto nobili Alberto nepote, et dictus dominus Claudius legum doctor ex prefato nobili quondam Petro, et dicta domina Claudia eius proneptis ex dicto quondam domino Joanne eiusdem quondam domini Joannis testatoris nepote. Et quia prefatus dominus Joannes nepos novissime decessit, et ut dictum est sine liberis masculis, superstitib⁹ dictis domino Antonio eius fratre, Claudio eius fratre patruele, et Antonio filio dicti Alberti.

Quesitum est primo ad quem ex istis pervenerunt aut pervenire debuerunt bona dicti quondam do. Joannis testatoris, ea videlicet que ad dictum Joannem eius nepotem novissime defunctum pervenerant in vim institutionis de eo facte, vel in vim substitutionis fideicommissarie. Secundo quesitum est ad quem post mortem dicti domini Antonii nepotis, et viri ecclesiastici in sacris constituti, pervenire debeant. bona ad eum pervenienta de bonis dicti quondam domini testatoris, vel in vim institutionis facte de dicto homine domino Anthonio eius quondam patre.

patre vel in vim substitutionis aut substitutionum: an videlicet ad dictum dominum Claudium fratrem patruelē, vel ad dictum Antonium filium alterius fratris patruelis.

Ad que dubia respondeo

breuiter & succincte, pro eo q tempus aliter fieri nō patitur, prout infra. Pro quorum tamen faciliore solutione premitto, q vt apparet ex clausula institutionis & substitutionum factarum per dictum quondam dñm Joannem testatorem, ipse fecit multas substitutiones. Primo quidem dicto quondam dño Antonio suo filio, si sine liberis masculis naturalibus & legitimis viuente eodem dño testatore, vel alias quandocunq ab humanis decederet, substituit dictos nobiles Joānem Petrum & Albertum, equis portionibus & suos liberos in stirpes. Scdo sub simili conditione dicto nobili Joanni alteri filio substituit dictos nobilem Antoniū Petrum & Albertum, vel ex eisdem superuiuentē & superuiuentes equis portionibus & suos liberos masculos in stirpes &c. & sub simili conditione substituit dictis Petro & Alberto, & eorum cuilibet superuenientes ex dictis filijs masculis huius dñi Joānis, & suos liberos masculos, prout sic & clarius colligitur ex verbis di

1 ctarum substitutionum. † Secundo premitto q substitutio primo loco facta dicto dño Antonio primo filio videtur expirasse, pro eo quia vt ponitur in casu eidem superfuerunt prefati domi. Joannes nouissime vita functus, & Antonius eius filij masculi, & sic non decessit sine liberis masculis. Non ergo euenit conditio sub qua grauatus extiterat, quicquid postea contigerit de eodem domino Joanne, vel etiam continget de pfato do. Antonio eius filijs masculis. l. cum vxori vsusfructus. C. quan. dies lega. cedat. l. si quis heredē. C. de institu. & substitu. l. heredi. in princi. & argumento a contrario sensu. l. ex facto. §. si quis autem susceperit. ff. ad trebel. & quod voluit Oldr. consi. xxj. exordiente. Thema tale est testator habebat fratrem vnum &c. Joan. and. in addi. Specu. titu. de testa. §. in primis. in addi. exordiēte, Nunc questioni accessit, versicu. quinta questio. & Pau. de castr. consilio. cxlvi. Cy. & post eum Bald in authen. sed & si quis. col. iij. versicu. quidā rex dedit cuidam militi castrum. C. de secun. nup. Alexā. de imol. consilio. xlj. exordiente, Cōsideratis his que in themate &c. in tertio volu. Bald. in. l. cum acutissimi. col. ij. versi. ibi qui sine filijs &c. C. de fideicommis. & Alua. in. c. j. §. quinetiā. colū. fi. tit. episco. vel abba. & Pet. Jaco. in suis libel. titu. de compendi. substi. versic. quidam testator dicit ita ibi: Item q in questiōe predicta &c. Ex quibus infertur q per dictam substitutionē factam prefato quōdam dño Antonio, primo filio testatoris, nō possunt dicti do. Claudius & Antonius in vim pdicte substitutionis eidē quōdam do. Antonio aliquid petere in illa quarta parte, que eidē do. Antonio relicta extitit, nec in eis q postea ad eūdē do. Antoniū peruenerūt in vim substitutionū de eo factarum, si que tū peruenerint: quia vt dixi substitutio eidem. d. Antonio facta de dictis Joāne Petro & Alberto, & eorū liberis masculis, de quibus extiterūt dicti dñs Claudi⁹ & Antoni⁹, expirauit pter superexistentiā liberorum

2 masculorū dicti dñi Antonij grauati. † Premitto insup q licet prefati nobiles Joannes Petrus & Albertus, & eorū liberi masculi fuerint substituti dicto quōdam do. Antonio in dicta prima substitutione sub dicta cōditione, si ipse viuente testatore, vel alias quandocūq &c. nō tamen apparet q dicti Joannes Petrus et Albertus fuerint substituti liberis masculis eiusdē do. Antonij, vel ipsi do. Antonio sub duplici cōditione alternatiue cōcepta: et sic nō sumus in terminis qstionis posite p Bar. in. l. cēturio. ver. quo vlterius quid si testator dixerit si fili⁹ me⁹ decesserit sine liberis vel liberi sine liberis &c. de qua etiā ibi per alios scribentes. ff. de vulg. & pupil. Phili. corne. in. l. ab eo. col. ij. ver. quarta questio principalis. C. de fideicōmis. Lanfran. in. c. si pater versic. septimo querit de qstione sepius in facto cōtingente quid si testator instituit filiū &c. de testa. in. vj. Ange. are. in. §. extraneo. ver. quid si nō tantū. institu. de pupil. substitu. Et sic non videnf dicti dñs Claudius & Antonius posse nūc vel imposterū etiā vita functo dicto do. Antonio filio alterius do. Antonij aliquid petere tāq substituti ipsi do. Antonio & pfato quōdam do. Joanni eius fratri, nec tanq substituti alteri do. Antonio, hoc est primo sub conditione alternatiue concepta, hoc est si ipse sine liberis masculis vel liberi masculi sine liberis masculis ab humanis decederent: quia substitutio hmōi facta nō reperitur. Nec etiā videtur q per dictā substitutionem factā pfato do. Antonio filio testatoris, aut p verba in ea posita fuerit do. Antonius suprstes substitutus do. Joāni eius fratri. Et sic si nō esset aliud, videretur q ipse do. Joannes potuerit libere disponere & testari de his que ad eū peruenerāt ex bonis dicti do. testatoris, & in illis heredē instituere dictam eius filiā, seu etiā q ab intestato in eis succedere potuerit ipsa filia, aut. de heredi. ab intesta. §. j. collo. ix. & transumptiue in autn successione, C. de suis & legi. libe.

Sed aduertendum est q

dictus quondam do. testator post substitutiones superius mētionatas, & reciproce factas dictis quatuor eius filijs dūtaxat, & de eis & eorū liberis masculis, subiecit aliā substitutionē sub his verbis. Si vero omnes quatuor filij dicti dñi testatoris. scz Antoni⁹ Joannes & Morelet⁹ le viste heredes vniuersales vt supra instituti decedant, q deus auertat, sine liberis masculis de suo ppio corpore legitime & ex legitimo matrimonio procreatis, vel illi liberi masculi sine liberis naturalibus & legitimis masculis decederent, ordinat & vult q tota sua hereditas siue etiam prelegata iura & actiōes siue institutiōes qualescūq pleno iure & sine detractione alicuius qrte deueniāt & pertineāt dicte nobili domicelle Catherine la viste sue filie per charissime, dñe de Mōtedracone, vxori nobilis Amedei de Montedracone scutiferi, & Dragoneto de Mōtedracone filio dictorū coniugū &c. Per hec autem verba cēsetur ipse dñs testator fecisse duas substitutiones, vnam vez & expressam factam de dictis nobilibus Catherina & Dragoneto post mortē dictorum quatuor filiorū & omnium liberorū masculorum eorundem, & sic vltimo decedenti sine liberis masculis. l. codicillis. in principio, & qd ibi Bart. ff. de vsufruc. lega. & l. qui duos. ff. de vulg. & pupil. Et per hanc fuit iste vltimus grauatus de restituēda tota hereditate dictis Catherine & Dragoneto, qd

3 facere nō posset nisi tota ad eum perueniret. † Et ob hāc causam censet aliam substitutionē tacitā & reciprocā fecisse, per quā mutuo & vicissim substituit dictos quatuor filios & eorū liberos masculos, q uis quoad filios non esset ista substitutio necessaria, cum iam precessisset: sed eorū liberi masculi non erant vt superius dixi mutuo & vicissim substituti, q factum est per proxime dictā substitutionē: pro eo q illa facta est vltimo decedenti, & de tota hereditate. Pro quo allego tex. in. l. titia seio. §. seia libertis. & qd ibi doct. ff. de leg. ij. & quod per illum text. voluerunt Bart. & doct. in l. vel singulis. ff. de vulga. & pupil. & scribentes in. l. penul. C. de impube. & alijs substitu. in. l. pater filiam. §. fi. ff. ad leg. fal. Pau. de cast. consi. cccliij. exordiente, Duo vidēda sunt &c. Alex. de imol. consi. xcj. exordiente, Ponderatis his de quibus in themate &c. in primo volu. & alij in alijs locis tam scribēdo q consulendo. Et ita non solum fuerunt dicti quatuor filij sibi inuicē & expresse substituti: sed etiam fuerunt sibi mutuo & vicissim substituti dicti eorum liberi masculi, si vez decederent sine liberis masculis: & istud fm omnes plene probatur in dicto. §. seia libertis. Quibus presuppositis venio & respondeo ad quesita.

Et primo ad primū respō

deo q, cū dict⁹ dñs Antonius eius frater esset ei primior, & pcederet in gradu dictos dñm Claudiū & Antoniū, ad ipm do. Antonium fratrem delatū est fideicōmissum, & sibi debent dicta bona

4 restitui. † Quia qñ plures vocantur nomine collectiuo ex fideicōmissaria ordine successiuo per viam fideicōmissi, tunc attendi dz proximior in gradu illi, qui habet fideicōmissum restituere, & non proximior primo testatori. Istud dictū est de mente Bart. in. l. reconiuncti. col. penulti. versi. tertio quero. ff. de legat. iij. quatenus ibi defendit Dy. in. l. coheredi. §. qui discretas. ff. de vulg. & pup. Pro quo facit. l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de legat. ij. vbi in fideicommisso facto familie, & in quo non attenta prioritate gradus primo admittuntur nominati, demū qui ex his primo gradu procreati sunt, & sic attenditur proximitas respectu grauatorum. Pro quo facit gl. ibi, in secunda expositione, & in verbo proximo gradu, quam approbant ibi Joan. de Imol. & moderni, ac etiam Bal. in quodā suo consilio exordiente, In nomine dñi casus talis est quidā decessit &c. relato p Alex. de imol. consi. cxxxviij. exordiente, Preclare a priore consultore &c. col. ij. in primo volu. & dicit Alex. in dicto consi. quicquid dixerit Bal. in dicto. §. in fideicommisso. versi. quero an filius fratris, qui etiā in dicto. §. in secundo not. videtur voluisse q primo dixi, dum dicit q respectu nō nominatorū preferunt proximiores, & qui ex his proximioribus descendunt. Quib⁹ extinctis reuertit fideicōmissum ad alios fm ordinē

5 qui reperit tūc in gradu primitatis. † Hoc etiā voluit ibi Pau. de Cast. qñ inducit ad questionē, si aliquis recipit emphyteusim p se & alijs de familia: nam ipse recipiēs primo admittif, & postea descēdentes ex eo, attēde ex eo: & sic ɔsiderat Pau. primitatē respectu psone iam admisse. Pro hoc etiā faciunt not. per Pau. de castr. post Guilliel. de cug. in. l. heredes mei. §. cū ita. ff. ad treb. & q ibi not. Joannes de imol. in illa questione, quādo persona que superest ex presumpta mente excludit substitutum: & vult q admittatur illa que ab intestato succederet grauato. Preterea ille dicitur esse potior qui esset potior attento ordine successionis ab intestato, vt est gl. cōiter approbata in dicto. §. in fideicommisso. Et sic regulatur fideicommissum scdm naturam successionis ab intestato, vt ad quem transiret hereditas transeat & fideicommis-

sum, sed hereditas transiret de persona in personam proximiores: ergo sic transire debet fideicommissum, faciunt not. per Bart. in l. fi. ff. ad tertu. et per Bal. et alios in l. ij. C. de libe. preteri. vel exhere. Et pro hoc videtur esse bonus tex. in c. j. de natu. succes. feu. vbi in feudo paterno, licet feudum deferatur ex prouisione primi, tamen consideratur proximitas respectu vltimi admissi: ergo etiam attendi debet proximitas respectu vltimi grauati. Et hoc videtur decidere in terminis And. de yser. in dict. c. j. ver. et olim obseruabatur etc. col. penul. vbi dicit quod ille admittitur ad feudum qui est proximior vltimo vassallo decedenti, pro quo allegat in simili text. in dicto. §. in fideicommisso. et in l. fi. C. de verb. signifi. Et sic clare vult quod in dictis iuribus admittantur proximiores vltimo decedenti, et per illum tex. ita respondet Pau. de cast. consulendo in ciuitate Camerini decisiue, cuius consilium non est in stampa. Pro premissis facit. l. cum auus. ff. de condi. et demon. et l. fina. ff. ad trebel. a contrario sensu: facit etiam quod not. Bald. in l. iij. §. si duo. ff. de legi. tuto. Et pro hac parte reperio dominum Bartho. sozi. ter consuluisse. Primo vero cum iuuenis esset in ciuitate Senarum, postea in principio studij Pisani iterum consuluit Pisis, et se subscripserunt insignes doctores Perusini, do. Bal. de Bartholi. et Phili. corne. Consuluit etiam in curia Romana, in qua etiam consuluerunt prefatus do. Phili. et do. Joan. bapti. Et postremo idem
5 Bartho. sozi. apud insulam Maiorice. † Cum igitur liberi masculi dictorum domini Antonij, et nobilium Joannis Petri et Alberti inuitati seu substituti extiterint sub verbo liberorum, solenniter prolato, quod est collectiuum. l. liberorum. ff. de verbo. signifi. facit. l. interdum. in principio. ff. de heredi. institu. Et sic censeri debeant inuitati ordine successiuo, dicta. l. cum ita. §. in fideicommisso. et l. peto. §. fratre. ff. de leg. ij. et dictus domi. Antonius fuerit proximior in gradu prefato quondam domi. Joanni eius fratri, dicto do. Claudio et Antonio, debet idem do. antonius preferri prefatis domi. Claudio et nobili Antonio in assequutione fideicommissi per dictum quondam do. Joannem seu prefatam do. Claudiam eius filiam restituendi. per iura et rationes predictas, iuncto eo quod habetur in auth. de heredi. ab intesta. §. reliquum. colla. ix. et transumptiue in auth. cessante. C. de legi. heredi. Fateor tamen quod de dicto fideicommisso poterit dicta nobilis Claudia detrahere dimidiam partem legitime, quam in bonis paternis habuit dictus quondam dominus Antonius primus filius testatoris, et cuius detractionem prohibere non potuit. l. quoniam in prioribus. et l. scimus. in principio. C. de inoffi. testa. et auth. vt cum de appella. cognosci. §. ceterum. colla. viij. Et hoc dico nisi dictus dominus Antonius testatus extitisset.
6 † Quo vero ad trebellianicam, an partem illius detrahere possit eadem nobilis Claudia, est maior difficultas. Primo quidem quia sunt opiniones an detractio illius possit prohiberi, vt apparet ex his que not. doc. in l. marcellus. in principio. ff. ad trebel. et in auth. sed cum testator. C. ad leg. fal. Et quamuis vt mihi videtur doct. magis communiter teneant testatorem prohibere posse detractionem illius: Bal. tamen et Salice. in l. iubemus. C. ad trebel. hanc communem opinionem restringunt et limitant, vt non procedat in liberis primi gradus de restituendo grauatis. Et dictam limitationem commemorauit Alex. de imol. in l. quod de bonis. §. quod auus. et §. cui fideicommissum. col. iij. et in l. si debitorem. ff. ad legem fal. et consi. v. col. fina. in tertio volumine, et consil. lxvij. in primo volumine, et Francis. de aret. vbi tamen dubitat. consilio. lxvij. colum. penulti.

Ad secundum dico et respondeo,

quod cum prefatus dominus Claudius eidem do. Antonio in quarto gradu consanguinitatis attingat, et dictus nobilis Antonius in quinto, bona huiusmodi debebunt restitui eidem domino Claudio, si tunc vixerit, tanquam proximiori: et qui via intestati excluderet predictum Antonium, per iura et rationes supra prime allegatas, iunctis his que habentur in l. j. §. quarto gradu. et §. quinto gradu. cum suis simili. ff. de gradi. et in dicta auth. de heredi. ab intest. §. si vero neque. colla. viij. et transumptiue in authen. post fratres fratrumque filios. C. de legi. heredi. poterit tamen idem do. Antonius disponere et testari de dimidia parte legitime dicti quondam. d. Antonij eius patris. et medietate quarte trebellianice, si sequimur opinionem Bal. Sali. et aliorum multorum. Nisi forte opponeretur de omissione confectionis inuentarij. Super quo tamen pro nunc non insisto, cum habeat longum tractum. Et quod dixi de detractione harum quartarum intelligo, nisi dictus do. Antonius pater aliter disposuisset. Que omnia dixerim etc.

1 ¶ Jus agendi ad supplementum legitime in locum cuius successit, et quo tempore finitur.
2 Prescriptio aduersus dotem an currat.
3 Restitutio in integrum aduersus lapsum temporis ex capite ignorantie an possit dari filie vt non obstante prescriptione possit ad supplementum legitime agere.
4 Prescriptio petende restitutionis in integrum etiam longissima an possit currere leso ignoranti.
5 Princeps an possit tollere obstaculum prescriptionis, et aduersus illam releuare, et de principis potestate in his que tollere potest.
6 Legitima an resecet legata, et sit fortior falcidia.

¶ Epitome.

¶ Quadriennium ad petendam in integrum restitutionem est vtile ab initio, et non incipit currere nisi a tempore scientie: licet postquam currere ceperit sit continuum. V. F.

¶ De tempor. in integ. restit. pet. Consi. ccci.



1 Quamuis † Bartol. in l. si quis filium. C. de inoffi. testa. dixerit quod, cum ius agendi ad supplementum legitime successerit in locum querele. l. omnimodo. C. de inoffi. testa. illud debet eius naturam sortiri. l. j. §. hec actio. ff. si quis testa. liber esse iussus fue. et quod propterea finiri debeat quinquennio: Angel. tamen in l. papinianus. §. si conditioni. ff. de inoff. testa. Bal. et Salic. in d. l. si quis filium. Jo. de imol. in l. plane. §. si duobus. ff. de leg. j. tenent contrarium. Et hec est communis opinio: quia siue dicamus illam peti condictione ex l. omnimodo C. de inoffi. test. vt voluit gl. in d. l. oimodo, in verbo exigere, vbi etiam Ray. Bal. in l. si quis in suo. Sali. in l. scimus. in prin. C. de inoffi. testa. et Ang. in d. l. papinianus. §. si conditioni. predicta condictio, cum sit actio personalis, non tollitur quinquennio, sed. xxx. annis. iuxta. l. ij. C. de constitu. pecu. et §. j. instit. de perpetu. et tempora. actio. facit. l. sicut. et l. omnes. C. de prescrip. xxx. anno. Siue dicamus quod pro supplemento huiusmodi detur petitio hereditatis, vt voluit Bal. in d. l. si quis in suo. et in l. non est. C. fami. ercis. et in repetitione. l. pater filium. ver. quero ergo. ff. de inoffi. test. post Odoffr. in d. l. oimodo. certum est actionem huiusmodi non tolli quinquennio. l. hereditatis. C. de petitio. heredi. Sed istud non sufficit predicte. fi. quia cum non solum lapsi extiterint decem anni a tempore adite hereditatis quondam viri Petri mutonis, sed longe vltra, et vt puto quinquagita vel circa, nemini videtur esse dubium quin prescriptio extiterit aduersus actionem huiusmodi, seu
2 ius petendi supplementum legitime. † Nec huic est simile quod dicitur de dote, scilicet quod durante matrimonio aduersus eam non currat prescriptio. Quia respondeo quod pro dote repetenda non datur regulariter actio mulieri: ideo non mirum si aduersus eam non currat prescriptio. l. j. ad fi. C. de bo. mater. et l. j. §. fi. C. de anna. excep. hoc autem non contingit in supplemento: quia mortuo testatore et adita hereditate potest filius vel filia petere supplementum. Et pro hoc patet responsio ad primum et secundum quesita.

3 ## † Ad tertium et quartum dico et

respondeo quod, licet prescriptum extiterit: si tamen dicta filia pretendat iustam ignorantie causam, vt quia forsan nesciuit valorem bonorum paternorum, vel aliam iustam causam, ipsa posset ex hoc capite petere se in integrum restitui aduersus lapsum temporis, per id quod not. glos. iuncto text. in gl. j. l. j. C. de patri. pote. et in l. si partem. ff. queadmo. serui. amittan. Bar. Ang. Alex. de imol. et alij in l. j. §. si quis autem. ff. de itinere actuque priua. Spec. tit. de prescript. §. j. ver. pone colonus. Ange. in l. fi. C. de prescrip. longi temp. Jo. de imola in c. fi. charta antepenul. de prescript. et in l. pantonius. ff. de acq. heredi. Roma. in l. qui vniuersas. §. fi. ff. de acquir. posses. Alex. de imol. consi. lxxj. exordiente, Videretur prima consideratione dicendum etc. col. ij. et consi. lxxxiiij. exordiente, In causa vertente inter cameram illustrissimi principis etc. in primo vol. et Panor. in c. vigilanti. de prescrip. vbi col. j. versi. nihilominus opinio Bar. coiter tenetur etc. ponit do. Feli. vt ita dixerim, infinitas remissiones, que videri poterunt: et ibi etiam respondet ad rationes inductas per tenentes opinionem contrariam. Ad id vero quod queritur, an solum habere debeat quadriennium ad petendum restitutionem in integrum, dico quod non habet nisi quadriennium, sed istud tempus est ab initio vtile, et non incipit currere nisi a tempore scientie, licet postquam currere ceperit sit continuum, vt probatur in l. fi. C. de tempo. in integ. restitu. petend.
4 † Et ideo si lesus staret per centum annos quod non peteret se restitui, nunquam sibi ignoranti curreret tempus petende restitutionis in integrum, vt voluit Bald. in l. falsam. C. si ex fal. instru. Senze. et do. Cardi. floren. in cle. j. q. xxv. de restitu. in integ. et Alex. de imol. in dicto consi. lxxxiiij.

5 ## † Ad vltimum questitum dico

et respondeo, quod serenissimus do. noster Francorum rex et comes Prouincie potest per rescriptum tollere obstaculum prescriptionis, et aduersus illam et lapsum temporis releuare eum, contra quem prescriptum est: quia cum prescriptio sit inducta de iure ciuili, et sic dominium per prescriptionem acquisitum fuerit acquisitum per modum a iure ciuili introductum: illud potest per principem auferri, per id quod voluit Baldus in l. fi. colum. penulti. versic. sed immediate oppono. C. sententiam rescindi non posse, vbi dicit quod quedam

quedam sunt iura, que quis potest acquirere etiam contra princi pis voluntatē, vt q: acquiruntur de iure gentiū: sicut sunt dominia acquisita ex contractibus, ⁊ aliis modis de iuregentium ad inuentis: ⁊ ista non possunt auferri sine causa. Alia sunt que sunt acquisita de iure ciuili, vt pote per sententiam: ⁊ in istis potentior est authoritas principis. Et ideo infert Bald. quod licet ex sententia translatum sit dominium: tñ valet rescriptum principis rescribētis non obstante sententia, ⁊ ex ipso perditur dominium: q: venit cōsequutiue ad sententiam: ⁊ rescisso principali rescinditur accessorium. l. si ex causa. §. j. ff. de mino. Et ideo dicit etiā Paul. de castro in. l. cum heredes. ff. de acqui. posses. se consuluisse quod princeps sine causa potest legitimando spurium vel alias auferre hereditatē illi, qui per adi. ab intestato eam acquisiuit: q: talem acquisitionē introduxit ius ciuile, vt ibi. Et idē tenuit ipse Pau. in. l. iij. ff. de testa. facit qd voluit Panor. cōsi. lxxxiij. exordiente Illud in summa ⁊c. ad finem: vbi tenet quod princeps disponit in consequentiam tollendo ius priuati: ⁊ valet eius dispositio, vbi illud ius acquisitum est mediante iure ciuili, vt verbi gratia: si signat supplicationem contra sententiam, a qua non potest appellari, ⁊ sic fecerat ius inter partes. l. res iudicata. ff. de regul. iuris. vel si contra eam restituit in integrum, qd facere potest. c. tam ex literis. ⁊ c. auditis. de restitu. in integ. vel etiam si restituat minorem in integrum: nocet illi cui ex contractu quesitum erat ius. Et in terminis nostris, q princeps possit tollere prescriptionē vel obstaculum illius, voluit Angel. in. l. lucius. ff. de euict. Petrus de ancharano ⁊ Panor. in. c. ex parte. le. ij. de offi. delega. ⁊ dñs Jason may. in. l. iij. §. si is pro quo. ff. quod quisq3 iur. Expedit tñ q in rescripto dicatur q ex certa sciētia, ⁊ cum clausula non obstante ⁊c. ⁊ consequenter de plenitudine potestatis, vt sentiunt doct. vbi supra: presertim dñs Jason in. d. §. si is p quo. col. ij. tūc enim non erit dubium quin cum effectu sublatū extiterit predictū obstaculum: q: dicit Angel. in. l. item si verberatum. §. si quis rem. quem commemorat ⁊ sequitur dñs Jason in loco proxime allegato, q princeps de plenitudine potestatis potest nobis auferre dominium etiam nulla cā suadēte, ⁊ qui contrarium dicunt, vt dicit, mentiuntur. Pro quo dicit casum in. l. d. ⁊ in. l. bene a zenone. C. de quadrien. prescript. Et hoc maxime procedit ⁊ procedere dз in hoc casu, in quo prescriptio processit ex sola negligentia non petentis: ⁊ q: etiā fortasse primus heres dicti quondam Petri mutonis sciuit legitimā dicte. M. ascēdere vltra relictum per dictum Mutonis, ⁊ sic illam nō habuisse integram legitimam. Quod si
6 its est: ipse malafide possedit supplementū: q: suppletio huius qd defuit de legitima, facta est ipso iure. † Si enim falcidia legata relecet ipso iure. l. lineam margaritarum. l. plautius. ⁊ l. in sancti tate. ff. ad legem falcid. multo fortius hoc facit legitima, que est potentior, vt colligi potest ex his que post Guil. de cugn. in. l. scimus. §. repletionem. C. de inoffi. testa. not. Bart. in. l. suus quoq3. ad finem principij. ff. de here. instit. ⁊ quod ibi Joan. de imol. col. vij. Alex. de imol. in. l. non amplius. §. cum bonorum. ff. de leg. j. ⁊ dñs Jason may. in d. l. scimus. col. ij. in quinto not. ⁊ alij in aliis locis. Et sic vt possessor malefidei ⁊ rei aliene non videtur prescripsisse, nec prescribere potuisse. c. si. de prescrip. ⁊ c. possessor malefidei. de regulis iuris. in vj.

1 ☞ Donatio facta p patrē filio nascituro an valeat, nu. 4. ⁊ 7.
2 Donatio propter nuptias cui fiat, ⁊ propter quas causas.
3 Donatio inter viuos cur sit prohibita inter patrem ⁊ filiumfamilias, ⁊ an firmetur iuramento. num. 8.
5 Actio vtilis parti sine cessione an possit queri per stipulationem factā in conuentionibus extraiudicialibus per notariū, nu. 7. ⁊ 9.
6 Insinuationi donationis an possit renunciari. nu. 13.
10 Constitutio precarij recepta per publicam personam pro infante an transferat infanti dominium directum.
11 Nepos an censeatur ex genitis aui.
12 Primogeniture qualitas ad quod tempus referenda.
14 Bona alicuius esse intelliguntur que supersunt post deductum es alienum.
15 Donata inter viuos an ⁊ quando computentur in legitimam.

Epitome.

Cum filio a patre ita donatur, vt per constitutionem precarij, vel als possessio ⁊ dominium trāsferant, hic filius de restituenda hereditate grauatus, donata non restituit: sed reliquum, de quo si donata ad legitimā sufficiāt, illā nō detrahit: nec fruct⁹ imputat: ut coelliancā, quos tñ nepos ex eo sibi tenet imputare. A. F.

De donationibus. Consi. cccij.



Visis copijs duorū publicorum instrumentorum, vna videlicet matrimonij dudum contracti per verba de futuro, per ⁊ inter nobilem Raymundum de vcello condominum castri de interaquis ex vna parte, ⁊ nobilem Margaretam filiam nobilis Petri de sancto Bonito dominum de Corracio, seu ipsum nobilem Petrum pro ⁊ nomine eiusdem nobilis Margarete ex alia, ⁊ hoc anno incarnatiōis dominice millesimo. ccclxxij. ⁊ die. xviij. mensis Julij. ⁊ instrumenti alterius matrimonij per verba de futuro dudum contracti, per ⁊ inter nobilem Hugonem de vcello filium dicti domini Raymūdi ex vna parte, ⁊ nobilem Loysiam flandrine filiam nobilis Pōcij flandrini ex alia, ⁊ hoc de anno incarnationis dominice millesimo. cccc. xv. et die. xj. mensis Februarij, dico et respondeo quod multa sunt que facere videntur contra donationem, quam tempore dicti primi matrimonij ⁊ contemplatione illius fecisse dicitur dictus nobilis Raymundus primo genito masculo habili ad succedendum, aut vnico si vnicus fore ex dicto matrimonio procreando, de besse seu duabus partibus terre sue, ac omnium ⁊ singulorum bonorum suorum presentium tunc ⁊ futurorū acquisitorum ⁊ acquirendorum. Et primo contra donationem huiusmodi facere videtur: † quia tempore illius nondum erat procrea- 1
tus ille primogenitus habilis vel vnicus, cui fiebat donatio huiusmodi: ergo donatio illi fieri non potuit, argumen. c. abbate. de re iudi. in. vj. vbi probatur quod templo quod nondum est donari non potest. ⁊ c. penulti. de eccle. edifi. vbi etiam probatur quod collegio nondum existenti priuilegium non confertur. Ad quod facit quod not. Barr. in. l. seruos. ff. de alimen. ⁊ ciba. lega. Joā. de imol. in. c. nos quidem. col. penult. de testa. Panor. in. d. c. penul. ⁊ Flori. in. l. ex parte. §. seruo libertatem. ff. familie ercis. quatenus not. ⁊ ponunt differentiam inter legatum seu relictum, ⁊ donationem. Secundo videtur facere contra dictam donationem: quia illa conferebatur in filium masculum futurum in patria potestate dicti nobilis Raymundi. Et sic non videtur valuisse. l. donationes. C. de dona. inter virum ⁊ vxor. ⁊ l. ij. iunctis ibi not. per glo. ⁊ docto. C. de inoffi. dona. Et q̄uis donatio inter viuos facta per patrem filio in ipsius potestate constituto valeat in quibusdam casibus not. in. d. l. hoc tamen non videtur procedere in hoc casu: quia nullus ex casibus huiusmodi videtur interuenisse in dicta pretensa donatione. Nisi forte diceret aliquis quod immo donatio huiusmodi facta extiterit in altero ex dictis casibus, ⁊ quod fuerit donatio propter nuptias que valet. l. pomponius
2 philadelphus. ff. famil. ercis. † Sed istud non est verum: quia donatio propter nuptias fit per virum ex eius parte sue vxori. l. vlti. §. sancimus. C. de dona. ante nupt. ⁊ c. nuper. ad fin. ⁊ quod ibi gl. de dona. inter virum et vxor. Et fit donatio huiusmodi propter multas causas, quas post Abba. anti. Pet. ⁊ Joan. an. ponit et colligit Panor. in. c. fina. colum. iij. de dona. inter virum et vxor. Donatio vero de qua supra non fuit facta dicte nobili Margarete de sancto Bonito future sponse dicti nobilis Raymundi, sed primogenito masculo vel vnico masculo ex matrimonio quod tunc contrahebatur per verba de futuro procreando. non fuit ergo donatio propter nuptias. Et ita nō facit pro defensione illius dicte. l. pomponius philadelphus. ⁊ quod not. in dicta. l. d. Nec vi
3 detur donatio huiusmodi potuisse iuramento confirmari: † quia vt videtur voluisse glo. in. c. fina. de dona. inter virum ⁊ vxor. ⁊ expressius in dicta. l. donationes. C. eod. titu. donatio inter viuos prohibita est inter patrē ⁊ filium in eius potestate constitutum ratione impossibilitatis insurgentis, secundum Albe. in. d. l. donationes. ex eo quia pater ⁊ filius censentur eadem persona, ⁊ sic inter eos obligatio contrahi nō potest: et etiam quia donatio esset profectitia, ⁊ sic id quod idem nobilis Raymundus donasset dicto filio masculo vna manu, alia recuperasset, et sibi acquisiuisset, quod est absurdum ⁊ impossibile: que impossibilitas non tollitur per iuramentum, vt dicit Paulus de castro consil. cv. exordiente, Circa bona que fuerunt domini Huberti, et Humber. de bouēn. in repeti. authenti. sacramēta puberum. §. ex his premissis tria illat iue inferūtur. C. si aduer. vendi. ⁊ idē tenuit Ambro. de vignia in suo tracta. iuramen. charta. xxij. versi. circa hoc probabiliter dubitatur quid de donatione inter patrem ⁊ filiū ⁊c. vbi etiā respondet quibusdā cōtrarijs per eum allegatis, ⁊ dicit q ita sepe consuluit: qd etiam videtur fuisse de mēte Bal. in. c. cum cōtingat. col.
4 v. versi. alter autem potest. de iureiuran. † Insuper etiam videt facere cōtra dictā donationē, qd cum illa facta extiterit nōdum nato, ⁊ sic nondum existenti in rerum natura: ergo facta est absenti. Fuit igitur nulla, postq in ea etiam non interuenit pro dicto masculo epistola vel nuntius, ⁊ sic nec cōsensus, qui tamē requirebat, et quem exprimi oportebat presentia partis, et per se, aut saltem per nuntium vel epistolam. l. j. ⁊ l. labeo. ff. de pac. ⁊ quod not. doc to. in. l. j. C. eo. titu. ⁊ gl. in. l. illud. C. de sacrosan. eccle. Cui obiectioni non videtur obstare, quod notarij pretendatur fuisse stipu-
5 lari pro ⁊ nomine dicti: masculi donatarij. † Quoniam respōdeo q per stipulationem factam in cōuentionibus extraiudicialibus non queritur actio vtilis parti sine cessione, per id quod not. glos. in. c. q̄ q̄. de vsur. in. vj. Inn. in. c. dudum. de conuer. cōiuga. An-

gel.in.l.non enim.ff.de adop.Joan.fa.in.§.si quis alij.col.iij.ver. circa vero acquisitiones.instit.de inutili.stipula.Bertrã.de den. in.l.generali.C.de tabula.lib.xj.Guido de suza.et Cy.in dicta.l. non enim,prout ibi refert Bald.Et licet Barto.multos referens tennerit cõtrarium in.l.si pupillus.ff.rem pupil.sal.fo.scilicet ꝙ sine cessione queratur actio parti ex stipulatione notarij etiã in extraiudicialibus:non tamẽ videtur ius acquiri parti,nisi per ratihabitionem subsequutam,vt voluit Albe.in dicta.l.non enim. Quo fit vt nullum ius videatur fuisse acquisitum nobili quõdam viro Hugoni de vcello pretenso primogenito illius matrimonij, cum nec presens vt pote nondum natus in donatione extiterit, nec etiam putem stipulationem factam eius nomine fuisse per eũ ratificatam,nec forte cognitam.Et sic nõ videtur valuisse cũ effectu predicta donatio Quia donatio requirit extrema habilia, et vt dixi personam cui donatur,aut nuntium ad hoc deputatum.l. absenti,ꝛ quod ibi Barto.ff.de dona,ꝛ.l.qui absenti.et quod ibi per docto,maxime per Roma,Fran.de are,ꝛ Alexan.de imo.ff. de acquiren.posses.c.si tibi absenti.de preben.et quod not.glo.in c.quia cunctis.de conces.preben.Preterea etiã si premissa cessarent:non tamen videretur donatio huiusmodi valuisse,quatenus excessisset summam quingentorum aureorum.l.penul.ꝛ quod ibi

6 doc.C.de dona.†Et hoc propter defectum insinuationis,cui nõ reperitur renuntiatum,ꝛ cui non videtur posse renuntiari,vt voluit Bal.in dicta.l.illud.colum.iij.ver.quinto quero.C.de sacrosan.ecle.Sali.in dicta.l.penulti.C.de donatio.Paulus de castro in dicto consilio.cv.et Anto.de cana.in suo tracta.de insinua.qõ. lxiij.de quo Franci.de are.consilio.xvj.vbi post Bald.in.l.data. C.de dona.dicit quod etiam in donatione filij excedente summã seu valorem quingentorum aureorum requiritur insinuatio,per rationes quas plene inducit.

7 †Sed cõtra predicta ꝛ qõ eis nõ obstantibus valuerit donatio antedicta,faciunt sequentia. Et primo quidem quod dicta donatio valuerit,non obstante qõ illa facta extiterit primogenito vel vnico masculo ex prefatis nobilibus Raymundo ꝛ Margareta ex matrimonio predicto procreando,probatur pro eo quia,quicquid dixerint glo.in dicto.c. q̃ꝙ.de vsur.in.vj.Innocen.in dicto.c.dudum.de cõuer.cõiuga. ꝛ alij superius allegati,dicentes quod sine cessione non queratur pari actio per notarium:glo.iuris ciuilis tenuit cõtrarium in dicto.§.si quis alij.idem Dy.in.l.j.§.exigere.ff.de magistrati.conueni.Guil.de cug.in.l.generaliter.ff.de adop.ꝛ post eum Bar.in dicta.l.si pupillus.ff.rem pupil.sal.fo.vbi pro hoc multa allegat et sequitur ibi Alex.de imol.hoc etiam voluit Ang.Joan.de imo. ꝛ Alexan.de imol.in.l.huiusmodi.in principio.ff.de leg.j.Et hec videtur communis opinio,que etiã vt videmus obseruatur communiter de consuetudine.Cum igitur in casu de quo queritur interuenerint notarij,quibus presentibus,ac vice ꝛ nomine dicti masculi stipulantibus ꝛ recipiẽtibus.facta est donatio predicta,illa videtur valuisse,nõ vt ex tũc quererẽtur bona donata illi masculo,qui tunc nõ erat,sed cũ natus esset.Et hoc videt potuisse fieri,per id quod ponit Bar.in dicta.l.seruos.ff.de alimen.ꝛ ciba.lega.quatenus voluit quod licet in donatione requiratur persona,cuz qua contrahatur,vel in quã conferatur:sufficit tamen quod illa sit vera vel ficta:ꝛ subiũgit qõ si in casu questionis per eũ mote fieret donatio alij,qui promitteret restituere templo edificãdo,nihil repugnaret:ꝛ idem voluit Flori.in dicta.l.ex parte.§.seruo libertatẽ. Facit ad premissa quod voluit Bart.in.l.quod dicitur.la.ij.ff.de verborum obligatio.ꝛ quod ibi Joan.de imol.colum.ix.vel circa,ꝛ Alexan.de imol.colum.xij.ver.item adde Ange.vbi volunt quod si auus stipuletur nepotibus suis post mortem concipiẽdis, valeat stipulatio,ꝛ possit illis acquirere,per.l.paulus.§.paulus ꝛc. ff.de bo.liber.ꝛ idem voluit Barto.in.l.item pretor.versicu.item quero.ff.de suis ꝛ legiti.libe.Videtur ergo donationẽ predictam non posse vel debere ex eo impugnari:quia ille primogenitus vel vnicus masculus nondum procreatus extiterat.Et ita videmus communiter obseruari,ꝛ in matrimonijs fieri huiuscemodi dona

8 tiones.†Etiam nec obstat quod illa facta fuerit ei qui cuz nasceretur esset futurus in patria potestate. Quoniam respondeo qõ q̃uis donatio inter viuos facta per patrem filio in ipsius potestate existenti regulariter non valeat:hec tamen regula fallit quando in ea interuenit iuramentum:quia iuramentum illam firmat, vt voluit Baldus in.l.iij.C.pro dona.Baldus cõsil.ccclxv.exordiente,Premittendum est ad euidentiam quod donatio facta filio in potestate ꝛc.in tertia parte:quod etiam aperte sentit Fran. de are.in dicto consilio.xvj.ꝛ consilio.lxxvj.Alexander de imol. in.l.si donatione.colum.v.versicu.vtrum autem donatio ꝛc.C.de colla.idem Alexander consilio.viij.et consilio.clviij.colum.vj.in secundo volumine,et consilio.xx.in tertio volumine,et dominus Jason max.in.l.frater a fratre.colum.fina.versicu.secundo mouẽtur ꝛ fortius,ꝛ in hoc faciunt magnum capitale.ff.de condi.inde. vbi multa pro hoc inducit.Et hec videtur mihi opinio communis:a qua non esset tutum discedere in iudicando,ꝛ consulendo, vt not.Host.Joan.andr.ꝛ alij in.c.i.de constitu.vbi charta vltima,col.ij.ponit dominus Felinus multas remissiones.Cum igit interuenerit iuramentum in dicta donatione,illud videtur eam firmasse.Insuper etiam nec obstat id qõ vlterius opponebatur: scilicet ꝙ qꝛ facta fuerit nondum nato,consequenter facta est tũc

9 absenti,ꝛ non interueniente epistola vel nuntio.†Quoniam respondeo ꝙ in ea interuenerũt notarij,quibus stipulantibus ꝛ vice dicti masculi recipientibus facta est donatio,ꝙ videtur sufficere,cum vt iam dix,per notarium queratur actio sine cessione.

10 †Et dicit Bal.in.l.si quis emancipatum.C.de dona.quem refert ꝛ sequitur Alexãder de imola in dicta.l.si pupillus.quod si persona publica recuperat cõstitutionem precarij pro infante,acquiritur infanti dominium directum.Pro quo allegat.l.j.C.per quas personas.ꝛ.l.quotiens.ff.de admini.tut.Et maxime procedit hoc,si donatio predicta fuerit ratificata per illum masculum. Et q̃uis illa non fuerit ratificata per illum nobilem Hugonem: videtur tñ ꝙ illa potuerit vel possit ratificari per nobilem Joannem illius filium,qui tempore mortis prefati nobilis Raymun

11 di superest in rerum natura,ꝛ habilis ad succedendum:†q̃uis licet fuerit procreatus ex dicto Joanne,potest tamen dici etiam fuisse procreatus ꝛ genitus ex iam dictis nobilibus Raymundo ꝛ Margareta,ꝛ ex dicto eorum matrimonio,vt probatur in.l.lucius.la ij.ff.de heredi.institu.Prout bene ꝛ eleganter prosequitur ꝛ declarat Paulus de castro consi.clxj.exordiente,In presenti causa que vocatur maior Hispalensis.col.v.ꝛ voluit Bal.in.l.imperialis.§.his illud.ad finẽ.C.de nup.facit qõ habetur Matthe.i.c. ibi,Joram autem genuit Oziam:ꝛ tamen vt apparet ex his que habentur in quarto regum,inter Joram ꝛ Oziam fuerũt Ochozias Joas ꝛ Amazias.Ad premissa facit qõ not.Baldus ꝛ doctores in.l.j.C.de condi.inser.Angelus ꝛ Joannes de imol.in d. l.lucius.in principio,ꝛ Bartolus in.l.liberorum.col.penult.ff.de verborum significa.Et q̃uis idem nobilis Joannes non fuerit simpliciter primogenitus dictorũ nobilium Raymundi ꝛ Margarete,pro eo qꝛ pater precessit:fuit tñ tempore mortis huius nobilis Raymundi eius primogenitus ꝛ habilis ad succedendum: pro eo qꝛ tempore mortis non supererat dictus Hugo eius pater.

12 †Videtur enim illud verbũ primogenitus,seu qualitas primogeniture,debere intelligi secundum tempus verbi.l.in delictis.§. in extraneis.ff.de noxa.ꝛ.l.titius.ff.de mili.testa.ꝛ quod not.doctores in.l.ex facto.circa principium.ff.de vulgari ꝛ pupilla.ꝛ ita consuluit domi.Christoforus de nicel.ꝛ sic ꝙ tempore mortis dicti nobilis Raymundi,ꝛ sic tempore successionis illius,non superesset alius masculus habilis ad succedendum qui eum precederet,videntur verba donationis posse eidem Joanni adaptari.

13 †Preterea nec videtur obstare ꝙ vlterius opponebatur de defectu insinuationis:pro eo qꝛ,vt iam dictum est,in ea interuenit iuramentum,per quod censet voluisse donans illam valere omni eo meliore modo ꝛc.l.cum pater.§.filium matrem.ff.de lega.ij.ꝛ sic renunciasse insinuationi,quod facere potuit,secũdum opinionem magis cõmunem.Pro quo allegasse sufficiat quod voluit Alexãder de imol.in.l.nemo potest,vbi multos refert.ff.de leg. j.qui etiam pro hac parte sepe consuluit multos referens,vt videri potest,consi.iiij.col.xj.vel circa,ꝛ consilio.xij.in primo volumi. consi.lxxxij.col.penultima,ꝛ fina.in secundo volumine,ꝛ consilio xx.in tertio volumine,ꝛ Franciscus de aretio consilio.ij.vbi plene consilio.xlvij.columna fina.ꝛ consilio.lxxvij.Et sic non videtur tutum ab hac opinione discedere.Sic igitur videtur quod nihil ex superius obiectis obstet dicte donationi,quominus illa fuerit ꝛ sit efficax ꝛ valida.Quod si ita est,videtur quod non obstantibus substitutionibus,quas fecisse dicitur dictus quõdam nobilis Raymundus,ꝛ maxime illa,que sibi locum vendicauit aut vendicare speratur in personam nobilis ꝛ honorabilis viri Guillielmi flocardi,possit ꝛ valeat dictus Joannes,vel ex ipsius persona eius heres,seu etiam alius successor ab eo causam habens,detrahere bessem seu duas partes per eundem quondam nobilem Raymundum donatas dicto masculo.Et hoc siue dicamus illas fuisse translatas in dictũ quondam Hugonem cum in humanis ageret,vel in hunc nobilem Joannem viuente dicto nobili Raymundo donatore.siue dicamus eas non translatas: quia primo casu non venerunt in fideicommissum.l.sequẽs questio.ff.de lega.ij.Pro quo facit.l.a filia.in principio,ꝛ.l.lucius. §.maritus.ff.ad trebellianum.quod bene declarat Alexander de imol.consilio.xx.exordiente,Ponderatis his que in themate ꝛc.columna iiij.in.ij.volumine.In secundo vero casu,quia dicte due partes eidem Joanni debebantur in vim iam dicte donationis,posset ille seu eius heres vel ab eo causam habens retinere illarum valorem,etiam si inuentarium non confecisset de bo

nis dicti

nis dicti quondam domini Raymundi eius aui paterni: quia sic non fuissent iura seu actiones confuse, quominus posset per viam retentionis sibi cosulere aduersus vniuersale fideicommissarium. Pro quo allegasse sufficiat quod voluit Bald. in. l. debitori, versi. extra oppone. C. de pact. Paulus de castr. in. l. ab omnibus. §. fi. ff. de lega. j. Angelus consilio. lxij. exordiente, Quoniam nihil est quod magis hominibus debeatur, colum. ij. versic. super secundo dico &c. Roma. consilio. cclxxvj. exordiente, Visis dubijs preposi ti thematis &c. colum. j. versic. quo ad secundum, Alexã. de imol. in. l. ita tamen. §. si ex trebelliano. ff. ad trebel. Et pro hac parte se pe cõsuluit Paulus de castro, prout etiam ipse refert in dicto. §. si ex trebelliano: quod & verum est, vt videri potest cõsil. xc. exor diente, Quia dubia supra formata &c. in secundo dubio, & in alijs, que non refero. Hãc partem etiam sequutus est Rapha. cuma. in l. debitor. in principio. ff. ad trebel. & hec est opinio communis, et ideo sequenda: q̃uis Ioã. de imol. in dicta. l. ab omnibus. §. fina. ff. de lega. j. & in allegata. l. debitor. in prin. aliter senserit.

Quo vero ad aliam donationem, de qua supra quã idẽ Raymundus fecisse legit dicto Hugoni filio de medietate bonorum suorum, videtur quod illa valuerit. Presertim quia facta fuit dicto Hugoni presenti &c. contẽplatione matrimonij, & fuit iuramento vallata, & in ea etiam cum iuramẽto renuntiatuz insinuationi. Et videtur donatio huiusmodi fuisse facta de medietate eorũ, que superessent deducto ere alieno & cõsequẽter deductis dictis duab' partibus antea donatis: pro eo quia illa facta est de medietate bonorũ dicti nobilis Ray
14 mũ di. † Bona vero alicuiuis esse intelligũtur que supersunt deducto ere alieno. l. ij. §. illud. ff. de colla. bono. & l. subsignatum. §. bona, cũ suis simili. ff. de verborum signifi. & quod ponunt docto. maxime Salice. in. l. eris alieni. C. de dona. Et hec medietas non venit in fideicommisso vniuersali, pro eo quia per retentionem vsufruct' & constitutionez precarij trãslata est possessio, & cõsequẽter dominiũ in dictum Hugonem donatarium, per id quod habetur in. l. quisquis. C. de vsufruc. & in. l. qd meo, in principio. ff. de acqui. posses. & quod not. Bart. in. l. creditores. C. de pigno. & alij in alijs locis: & in qua tertia parte postea eidem Hugoni successerunt eius liberi, patre excluso, authen. de heredi. ab intesta. §. j. colla. ix. & transumptiue in authẽ. in successiõe. C. de suis legi. libe. Et quia per fideicommissum succeditur nõ quidem heredi grauato, sed testatori grauanti seu substituẽti. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. & pupilla. non venit dicta medietas vt predixi in dicto fideicommisso.

Et concludendo videtur q̃ de bonis que habuit dictus quõdam Raymũdus ante primã donationem: deduci seu detrahi debeant due partes, & postea de residuo media pars. Et sic effectualiter in restitutione seu fideicõmisso non veniunt nisi due vncie, hoc est sexta pars predictorum bonorũ, de qua nõ poterit dictus nobilis Ioãnes vel ab eo cau
15 sam habens detrahere legitimam: † pro eo quia licet donata inter viuos non computentur regulariter in legitimam, hoc tamen fallit quando illa ascendunt ad legitimam, fm Ioannem de imo. in. l. cum quo. §. fina. ff. ad legem falcidiam. & sequitur Alexand. de imo. in. l. illud. colũ. v. C. de colla. & consilio. cxlij. in secundo volumine, et dominus Iason may. in. l. si quando. §. et generaliter. colum. j. C. de inoffi. test. Et q̃uis possit detrahere trebellianicã: tamen quia ipse non fuit de liberis primi gradus, ipse tenet fructus per eum peceptos ex bonis restitutioni subiacẽtibus in eam imputare. l. in fideicommissariam. in principio, & quod ibi glos. et doctores. ff. ad trebellia. & l. iubemus. ad finem, & quod ibi glo. & doctores. C. eodem titu.

1 Bona propria alicuius nõ dicuntur ante deductum es alienum.
2 Res donata quibus modis tradi potest.
3 Donator an & quando compellere possit donatarium de soluendis creditis.
4 Debitum post donationem factam an censeatur es alienum quo ad donationem, vt deduci non debeat.
5 Dotis augmentum an totum peti possit dote pro parte soluta.
6 Dos per patrem & filium recepta quando dicatur insolidũ ad patrem peruenisse, & quando ad filium.
7 Debita, appellatione quorum bonorum veniant.
8 Dos apud quem debet esse.
9 Lucrum filij et questus per eum factus an et quando querantur patri.

Epitome.

Donatio fieri intelligitur deducto ere alieno, & augmentum dotis petitur iuxta quantitatem solutam, & quod nomine patris filius acquirit patri acquiritur. V. F.

De dona. ante nup. Consi. ccciij.



1 Illa † dicũtur bona alicuius, que deducto ere alieno supersunt. l. subsignatum. §. bona. ff. de verbo. signifi. l. mulier bona. ff. de iure do. no. Sali. in. l. eris alieni. C. de dona. Pau. de cast. & Io. de imol. in. l. hereditatem. ff. eodem titu. Bald. in. l. si marito. ff. soluto matrimo. et docto. & maxime Lance. deci. in. l. nõ amplius. §. cum bonorũ. col. ij. & iij. ff. de lega. j. Cum igitur prouidus vir Antonius dauidis, pater quondam naturalis & legitimus honorabilis viri magistri Antonij dauidis poterij, contemplatione matrimonij tunc cõtracti per verba de futuro, & postea per verba de presenti, per & inter dictum Petrum ex vna parte, & nobilem Steuenetam filiam naturalem & legitimam nobilis Iacobi basterij de Vapinco, eidez Antonio suo filio donauerit dimidiam partez bonorum suorum quorumcunq; mobilium & immobilium, censetur donatio huiusmodi fuisse & esse facta de medietate eorum que superessent deducto seu detracto ere alieno, per predicta, & ita sentiunt doct. in locis preallegatis. Debet igitur videri ad quantũ ascenderent debita dicti nobilis Petri tempore facte donationis, & illa detrahi, & his deductis debetur media pars residui. Et si non est processum ad traditionem dicte medietatis, nec ipse Petrus adhuc possessionem huiuscemodi medietatis apprehenderit & edeptus extiterit, poterunt coheredes eius ante traditionẽ, & consequenter ante diuisionem facere hanc deductionem quatenus debita eos concernunt, per id qd not. Sali. in. d. l. eris alieni. versi. sed potius. vbi dicit q̃ donãs bona videtur deducere quantũ est id qd
2 creditoribus debetur. † Si vero iam processum esset ad traditionem dicte medietatis per verum & naturalem actum, vel etiã per actum ciuilem, vt verbi gratia, per retẽtionem vsufructus, aut per cõstitutum, vel per constitutionẽ precarij, seu etiam per alios modos, de quibus per doct. in. l. traditionibus. C. de pact. in. l. licet. C. de acquiren. posses. in. l. possideri. in princi. ff. eodem tit. per Panor. & moder. in. c. ij. de consue. vel al's sciente & patiente dicto quondam Petro, vel post eius mortem scientibus & patientibus coheredibus dicti magistri Antonij apprehendisset possessionẽ: tunc non videretur posse fieri ista deductio ante diuisionẽ inuito eodez Antonio, vel impediri quominus fiat diuisio, & sibi in vim donationis pro medietate bonorum mobiliũ & immobilium sibi
3 consignen tcerta bona. † Quãuis enĩ donãs hereditatẽ vel quotam illius censeatur tacite agere cum donatario, & donatarius cũ donante de soluendis per donatarium debitis donatoris, quãdo donatur hereditas, vel parte debitorum: non qñ donatur quota. d. l. hereditatem. & qd ibi docto. not. Sali. in. d. l. eris. donans tñ bona vel quotã bonorum nõ censetur cum donatario, nec donatarius cum ipso facere pactũ de soluendo creditoribus. Et hinc est qd q̃uis in primo casu possit donans in vim taciti pacti compellere donatarium vt soluat creditoribus: hoc tñ facere non potest in scdo casu, q: nõ est tacitum pactum initum, vt volunt doct. in iuribus predictis. Et per hec patet respõsio ad primum quesitum.

4 Ad † scdm dico & respondeo q̃ cum debitum quinquaginta florenorum, de quo in eo, non precesserit donationem, de qua supra, dici non potest qd illi tanq̃ es alienum deduci debeat: vt ita demum illa dicantur fuisse bona prefati quondam Petri, que superfuerũt etiam deductis dictis quinquaginta florenis. Et sic dico qd solutio illorum fieri debebit per heredes dicti Petri equis portionibus. l. j. & l. p hereditarijs, cum suis simili. C. de heredi. act. Nisi forte quis opponat qd, cum dicti quinquaginta floreni promissi & donati extiterint p dicto magistro Antonio, & in augmentũ dotis dicte nobilis Steuenete eius vxoris, tñ deduci vel expẽdi debeat de bonis communibus pro quolibet ex eius coheredibus. Sed istud non est verum. Pro quo allegasse sufficiat. l. ei qui. §. fi. & quod ibi gloss. & Bart. ff. de mune. & hono. & qd not. Bartol. in. l. j. §. nec castrense. colum. iiij. versi. vlterius quero. ff. de collatio. bono. Bartolus in suo tractatu de duobus fratri. §. quarto quero pone qd pater pro filio accipiente vxorem &c. Bald. in authen. ex testamento. versi. decimumquintum capitulum. C. de colla. & Andre. barba. consi. xxxvij. exordiente, Scribitur sapienter Paralipomenon, charta penulti. versi. capio alium articulum, videlicet vtrum expense facte &c. in secunda parte.

5 † Ad tertiũ dico & respondeo q̃, vt colligit ex instrumẽto constitutionis dotis dicte nobilis Steuenete, dicti quinquaginta floreni nõ sunt soluẽdi nisi post quã fuerit loc' restitutioni dotis eiusdẽ Steuenete, & post restitutionẽ illius incipiendo vez primã solutionẽ post vltimã solutionẽ

restitutionis dotis,vt viri potest in dicto instrumēto,versi.quos
quinquaginta florenos monete ⁊c.Et tunc si antea satisfactū ex-
titerit ex integro de dote cōstituta,poterit peti totū augmētū ab
heredibus dicti Petri:⁊ si non insolidum,sed pro parte dūtaxat
satisfactum extiterit de dicta dote,etiam pro parte petetur hoc
augmentum,iuxta id quod habetur in authenti.de nō eligen.se-
cun.nuben.§.penultimo,⁊ quod ibi Baldus ⁊ Ange.colla.ij.et
transumptiue in auhen.sed que nihil.C.de pact.conuē.de quo ar-
ticulo ponit Angelus are.in.§.fuerat,post medium,ver.⁊ aduer
tas quod mulier que non soluit dotē ⁊c.institu.de actio.vbi etiā
domin⁹ Jason may.charta penultima.colum.iij.ver.subdit An
ge.hic ad vnum auertēdum quod mulier ⁊c.alquid ponit Bar
to.in.l.iubemus.la.ij.§.sane.versicu.queritur quid si dos est pro-
missa ⁊c.C.de sacrosanc.eccle.Et q̄uis donatio dictorum quin-
quaginta florenorum legatur facta per dictum Petrum dauidis
quondam patrem huius Antonij:quia tamen illa facta est con-
templatione eiusdem Antonij,perinde habenda est,quo ad pre
dicta,ac si facta extitisset per ipsum Antonium,per id quod not.
Alexander de imol.in.l.sed ⁊ si plures.§.in arrogato.col.ij.versi.
predictis etiam adde.ff.de vulg.et pupil.et plenius in.l.in quar-
tam,colum.xix.ff.ad leg.faci.

Ad quartū dico et rn̄deo

q̄,cum dictus Antonius receperit illos centum florenos in dimi
nutionem dotis sibi constitute,de quibus ibi,⁊ de illis quictaue-
rit dictum nobilem Jacobum constituentem,ipse adueniente ca
su restitutionis dicte dotis tenebitur ad illorum restitutionē:non
dicti eius coheredes.Tum quia hoc videtur fuisse conuentum ⁊
promissum in dicto instrumento,versi.⁊ si casus restitutionis ⁊c.
vbi verba videntur dicere,q̄uis non multum clare,quod Anto-
nius pater promisit aduenīete casu restitutionis restituere dotē,
si eam habuisset,⁊ quod magister Petrus illam restituere promi
sit,si illam habuisset.Et ita videtur isti duo dotem huiusmodi re
stituere promisisse,dictus videlicet Antonius si illam recepisset,
⁊ idem Petrus si illam ipse idem recepisset,⁊ cum ipse Petrus
summam predictā receperit,⁊ de illa quictātiam concesserit,⁊ ni
hilominus se pro illius restitutione expresse obligauerit,videtur
quod ipse tenebitur ad totam summam.Tum ⁊ quia esto quod
ita conuentum non fuisset:quia tamen dictus Petrus illam rece
pit,vt dictum est,ipse tenebitur ad restitutionē,etiam si al's nō se
obligasset pro restitutione illius,vt videtur colligi ex his que no.
Baldus,Joannes de imol.⁊ Alexander de imo.in.l.si cum dotē.
§.transgrediamur.ff.soluto matrimonio.Baldus,Joan.de imo
in.l.si constante,in principio.ff.eodem titu.quatenus voluerunt
quod si pater ⁊ filius,hoc est socer ⁊ maritus simul cōfiteantur se
dotē recepisse,isti ambo tenētur quilibet scilicet pro dimidia par-
te.l.reos.§.cū in tabulis.ff.de duobus re.Et hoc nō est nisi quia
ad quemlibet presumitur dos peruenisse pro dimidia parte.Cū
ergo hic constet totam summam predictam peruenisse ad dictum
Petrum,videtur eum teneri pro illa tota,vt quemadmodum di
ci solet,que de tota re vēdicanda dicta sunt,eadem ⁊ de parte in-
telligenda sunt:ita ⁊ econtra dicere possimus,que de parte dicta
6 sunt,eadem ⁊ de tota re ⁊c.†Et pro hoc facit quod voluit Cy.et
post eum Angelus in dicto.§.transgrediamur.vbi dicunt quod
si socer ⁊ maritus confessi extiterint in eodem instrumento dotē
recepisse,⁊ pater gubernet filium,⁊ omnia bona illius,dos censea
tur ad patrem insolidum peruenisse,et ipse pater tunc tenebitur
insolidum,sed si pater gubernetur a filio,quia tunc ex equitate vi
detur presumendum pecuniam ad filium insolidū peruenisse,nō
tenebitur pater.Si ergo eo casu,in quo propter gubernium ⁊ regi
men tenetur filius seu maritus ad totam dotē,⁊ non pater,q̄uis
ambo confessi extiterint in eodem instrumento dotem recepisse,
multofortius vel non minus tenebitur idem Petrus,de quo con
stat quod tota summa predicta ad eū peruenerit.Et q̄uis Bal.
et Joannes de imol.reprehendant opinionem Cyn.tamen Ra-
pha.cuma.dicit illam esse equiorem,⁊ eam dicit Alexander de
imol.in dicto.§.transgrediamur.colum.iiij.posse sustineri in ca-
su quo probaretur communiter accidere,vt omnia perueniant ad
patrem administrantem filium ⁊ omnia.Et q̄uis non dicat,idē
videret esse in casu,in quo probaretur comuniter accidere,vt om
nia perueniant ad filium administrātem ⁊c.quia validum est ar-
gumentum a communiter accidentibus,vt not.glos.⁊ doctores
in.l.neq̄ natales.C.de probationibus.Baldus in.l.conuenticu-
lam.versicu.item est argumentum a communiter accidētibus.
C.de episcopis ⁊ clericis.⁊ in.l.fina.colum.ij.ff.de heredi.institu.
Preterea dicit Roma.in dicto.§.transgrediamur.quod licet pa
ter ⁊ filius simul confessi extiterint dotem recepisse:si tamen ap-
pareret totā pecuniam ad patrem peruenisse,poterit filius con-
uentus opponere exceptionem excussionis fiende prius contra
patrem:quod dictum commemorauit Andreas barba.consilio
xliij.exordiente,Sēpiterna dignum est memoria.colum.v.vel cir-
ca.versicu.⁊ adduco quod voluit Ludouicus romanus ⁊c.in se-
cunda parte.Pro quo allegatur.l.vnde queritur.ff.cōmo.et.l.
cum in plures.§.vestimenta.ff.loca.⁊ quod no.Bartolus in.l.in
duobus.§.j.in.vij.questione,de duobus re.Hoc dictum Roma.
etiam commemorauit Alexander de imo.in dicto.§.transgredia
mur.q̄uis dicat quod in contingentia facti noluerit pro hac par-
te ↄsulere.Et hec que dixi,scilicet quod ipse magister Petrus so
lus tenebitur ad restitutionem dicte summe,procedunt,si est ve-
rum(vt superius dixi)quod dictus quondam Atonius promise
rit dotem restituere si eam recepisset,⁊ quod idem magister Pe-
trus etiam promisit eam restituere si illam recepisset,prout vide-
tur sonare verba instrumenti.Procedunt etiam predicta,si dicti
centū floreni fuerint per dictum nobilem Jacobum basterij ipsi
Petro vt marito dicte nobilis Steuenete soluti,⁊ animo tantū
modo obligādi eundem Antonium ad dictam restitutionem,⁊
hoc constet:tunc enim tenebitur insolidum.Si vero nō constet,
sed simus in dubio an voluerit dūtaxat obligare eūdem Petrū,
vel Antoniū eius patrē,vel vtrūq̄,presumēdū est quod vtrūq̄,
vel id quod voluit glo.in dicta.l.si cum dotē.§.transgrediamur,
super verbo absolute,iunctis ibi not.per Jacobum de are.Bart.
Joannem de imol.⁊ Alexand.de imol.Et quod isto casu tenere-
tur vterq̄ insolidum,voluit Baldus in dicto.§.transgrediamur,
colum.j.versic.extra glos.queritur hic post Specula.titu.de dote
post diuor.§.formatis.versic.sed quid si filiusfamilias recepit do
tem ⁊c.Sed puto quod q̄uis dicto casu vterq̄ teneatur tempore
restitutionis,⁊ conueniri possit:videtur tamē quod maritus,qui
eam recepit,teneatur vt principalis,quo ad hoc vt post solutionē
nihil repetere possit a patre:seu patris heredibus:prout dici solet
de duo.reis debēdi.Nā si ille ad quē tota pecunia ꝑuenerat postea
conueniat a creditore,et illā soluat,nihil repetit a cōreo debendi.

Ad quintū dico ⁊ respon-

deo,q̄ cū donatio de qua supra facta cēseat de medietate bonorū
mobilium dicti quondam Antonij,eorum videlicet que tunc ha
buit,hoc est de tūc presentibus tantū,nō de futuris.l.fina.§.j.ff.
de lega.ij.et quod not.Barto.in.l.fina.colum.fina.vbi etiā alij
C.de pac.nihil potest petere idem magister Petrus in illis sexa-
ginta florenis pro sorore in dotem constitutis vltra ⁊ preter por-
tionem hereditariam,et quam habere debebit vt heres pro parte
dicti quondam Antonij,si cōtingat illam sororem suam velle pa-
tri succedere,⁊ conferre dotem:quia dos erat in dominio viri il-
lius sororis.Et vt planius loquar,ponamus quod hec dos consi-
stebat in predijs viro traditis,⁊ tunc possessis,⁊ que de consensu
ipsius viri ista soror vult nūc cōferre,vt possit succedere patri,nul-
li dubium quod dictus Petrus nihil posset petere in dictis pre
dijs in vim dicte donationis:quia tempore illius non erant dona
toris,sꝫ viri.l.doce ancillā.Et q̄uis p collationē fiāt cōia inter co-
heredes:illa tn̄ nō venerūt in donatiōe,vt pote que nec tūc fuerūt
donatoris,nec etiā postea.Preterea hic aduert ēdūē,q̄ dict⁹ quō
dā Antoni⁹ donauit dimidiā partē bonoꝝ mobiliū ⁊ imobiliū
de iuribus,vt pote de nominibus seu creditis,nihil dixit:⁊ sic il-
7 la nō veniūnt in donatione,pro eo † quia nomina seu credita nō
sunt vere bona mobilia nec immobilia,sed faciunt tertium genus
Viso processu cause cepte & pendentis indecise per & inter honorabiles viros Petrum & Laurentium rosseti ciues Ualētinos actores ex vna parte, & Joanē & Joanonū chaloys reos ex alia, dico & respōdeo, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, sententiam diffinitiuā fuisse & esse ferendam pro dictis actoribus, & dictos Joannē

1 & Joanonū cōdēnandos ad petita parte ipsorum actorū. † Pro cuius dicti faciliore declaratione premitto qd, licet cōuentio seu promissio facta per aliquem qd alius certū quid faciet, & sic promissio facti alieni regulariter non valeat. l. stipulatio ista habere licere. in prin. & quod ibi per doc. ff. de verb. oblig. & §. si quis aliū, cum suis simili. institu. de inutili. stipula. conuentio tamē seu promissio solemniter facta, per quā quis promittit se curaturum aut facturū q̄ alius certū quid faciet est efficax & valida, vtpote promissio non facti alieni, sed propriū. l. quotiēs quis. ff. de verb. obli. l. sicut reus, & l. si stipulatus es. ff. de fideiusso. & l. fi. §. i. ff. si certū peta. & quod not. Ang. Joan. de imo. & doc. in d. l. stipulatio ista habere licere. in princi. Joan. fa. Ange. are. & Por. in d. §. si quis aliū. Ualuit ergo promissio quam solenniter, hoc est interueniente legitima stipulatione, fecerūt dicti Joannes & Joanonus prefatis Petro & Laurentio tūc presentibus & stipulātibus, de videlicet faciēdo laudari, ratificari, & approbari per Catherinā rossete, cum matrimoniū per verba de presenti cū dicto Joanono chaloysiū cōtraxisset, ea de quibus in libello parte dictorum Petri & Laurētij in hac causa oblato, & sub pena de qua inibi per eosdem Chaloysios danda & soluēda si ita fieri nō fecissent. Preterea dicti Joānes & Joanonus nō solū conuenerūt, & solēniter pmiserunt fieri procurare & facere ratificationē & approbationē predictorū: sed etiam iurarūt. Quo casu etiam si nō promisissent factū ppriū, sed alienū: valuisset tn̄ cōuentio & pmissio per eos facta: qr sic censeri deberet ipsi Joānes & Joanonus promisisse se facturos & curaturos q̄ dicta Catherina ratificaret & approbaret &c. qd etiā fuit de mente Roma. in d. l. stipulatio ista habere licere. in prin. Pro quo allegat tex. cū glo. in c. ex literis. & c. sicut. de spōsa. Et idē videt sensisse sub verbo, forte de iure canonico. Jo. fa. in d. §. si quis aliū. ad fi. Pro quo allegat. c. ex rescripto. de iureiur. & dicit Frā. de are. in d. l. stipulatio ista habere licere. in pn̄. in. iiij. col, q̄ ista fuit originaliter doctrina Bald. in loco quē inibi allegat. Sed hūc articulū nō prosequor, vtpote nō necessariū, cū clare appateat dictos Joānē & Joanonū promisisse se facturos q̄ Catherina approbaret &c. Et sic factum proprium, non alienum.

2 † Premissis vero nō obstat id qd habet in. l. titia. in prin. & qd ibi doc. ff. de verb. oblig. & in. c. gemma. & qd ibi docto. de spōsa. Cū qr in casu illorū iurium fuit interposita pmissio seu stipulatio penalis casu quo matrimoniū nō cōtraheret, que ppterea dānat de iure: qr matrimonia debēt esse libera: sed in casu nostro nō fuit penalis stipulatio interposita cōmittēda in casum in quē matrimoniū nō cōtraheret inter dictos Joanonū & Catherinā: qr nec ipsi Joānes & Joanonus hoc pmiserūt, sz fuit interposita stipulatio hmōi in casum in quē post cōtractas nuptias inter eosdē Joanonū & Catherinam, ipsi Joannes & Joanonus non facerent ratificari & reprobari per dictam Catherinam ea de quibus supra, & plenius in libello predictorum actorum. Et sic non sumus in casu predictorum iuriū: sed in casu multum diuerso, ad quez propterea nō infertur. l. inter stipulantem. §. sacram. versic. sed hec dissimilia. ff. de verbo. obligatio. l. si maritus. C. de donatio. inter virum & vxorem, & vulgata l. papinianus exuli. ff. de minori. Tum & quia penalis stipulatio interposita inter extraneos in casum in quem matrimonium non contraheretur inter aliquos eisdem extraneos, non est de iure reprobata, per id quod voluit glo. in dicta. l. titia. quod saltem procedit, nisi promissor pene esset coniunctus vel multum amicus illius de quo promisisset se curaturum & facturum sub pena quod illam duceret in vxorem, vel illi viro nuberet, vt voluit Bartolus in dicta. l. titia. & Panormitanus in dicto. c. gemma. columna. ij. vel iij.

Ualuit igitur dicta penalis promissio, Et cum dicti actores sufficiēter & plene partim per instrumēta, & partim per depositiones testiū probauerint eorum intentionem, vt patet ex discursu processus cause huius, debuit & debet sententia pro eisdem proferri: pro eo qr nihil reperitur propositum, deductum, & probatum parte dictorum Joannis & Joanoni, quod intentionē dictorum actorum eliserit. Et primo quidem non id de quo primitus opponere conati sunt in quibusdam eorum articulis exordientibus, Excipiendo &c. insertis fo. lxij. scilicet q̄ cum dicta Catherina nondum esset etatis vigintiquinq̄ annorum, promissio per eos facta, & quam pretendunt fuisse conditionalem, non erat purificata, vel q̄ dies faciende ratificationis & approbationis eorum de quibus in dicto libello nondū euenerat. Quoniam respondeo quod istud nō procedit, pro eo qr re vera prefati Joannes & Joanonus legitima interueniēte stipulatione promiserunt & iurarunt, q̄ incontinenti post contractum matrimonium per verba de presenti, & factas nuptias per & inter ipsos Joanonum & Catherinam, & aliās ad primam requisitionem predictorum actorum, ipsi sub pena de qua in libello predicto per eos danda & soluenda facerent per dictam Catherinam ratificari & approbari ea de quibus in predicto libello, prout plene videntur deposuisse honorabiles viri magister Claudius Joberti, Innocentius Bertoye, magister Joannes de quercu, & frater Bertrandus durandi super secūdo, tertio & quarto articulis schedule exordientis, Ut preter & vltra &c. parte dictorum actorum in causa producte, & inserte fo. lxxxv. Cum igitur sufficienter probatum extiterit & probatum appareat tam per depositiones testium parte dictorum actorum in causa productorum, q̄ etiam productorum parte dictoruz reorum, quod dicta Catherina adoleuit, & est etatis decem & septem aut decem & octo annorum, & q̄ ipsa matrimonium contraxit per verba de presenti cum eodez Joanono: quodq̄ ipse Joanonus eandem desponsauit in facie sancte matris ecclesie iam sunt tres anni, & vltra, fueritq̄ nihilominus etiā probatum per publicum instrumentum parte dictorum actorum in causa productum, & insertum folio. xxviij. eosdem Joannem & Joanonū fuisse legitime requisitos pariter & interpellatos, quatenus per dictam Catherinam facerent ratificari & approbari ea de quibus supra: quod tamen non fecerunt, palam infertur eosdē reos incidisse in penam per ipsos promissam. Quibus non obstant proposita & deducta parte dictorum reorum in sexto articulo quorundam pretensorum articulorum exordientium, Replicando &c. parte ipsorum reorum in causa productorum, & insertorum fol. ci. † Quoniam respondeo quod licet quidam ex testibus 3
parte dictorum reorum super dicto sexto articulo examinatis conati fuerint deponere prefatos Joannem & Joanonum promisisse facere per dictam Catherinam ratificari & approbari ea de quibus supra, dum ipsa ad legitimam etatem peruenisset, & non aliter: horum tamen testium depositiones quo ad hanc causam, & non aliter, non refragantur eisdez actoribus, nec iuuant dictos reos: pro eo quia quo ad hoc ipsi nituntur astruere negatiuam. Quo fit vt potius credi debeat dictis quatuor testibus, de quibus supra, vtpote deponentibus super affirmatiua, scilicet quod dicti rei facerent predicta ratificari incontinenti post matrimonium seu post desponsationem &c. q̄ testibus parte dictorum reorum productis, etiam si plures essent, quatenus subijciunt, & non aliter. c. cum ecclesia sutrina. de cau. possessio. & proprie. not. gloss. in. l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbi. glo. in. c. super hoc. de renuntia. & Innocen. in. c. veniens. de verborum significatio. in. vj. & Archi. in. c. artaldus. ad finem. viij. questione. iij. quod maxime procedit & procedere debet in hoc casu, in quo testes parte dictorum reorū producti non leguntur deposuisse super dicto sexto articulo, prout eos deponere oportuit ad hoc vt probarent non fuisse aliter promissum de faciendo ratificari &c. nisi post etatem legitimam: & maxime quia non dixerunt dictos reos non potuisse promittere se facturos ratificari incontinenti post despōsationem vel post nuptias &c. quin ipsi hoc bene audiuissent: quod tamen dicendum erat, secundum theoricam quam ponit gloss. in. l. i. §. hoc interdicto. super verbo, an non, prope finem. ff. de itine. actuq̄ priua. gl. in authenti. de heredi. & fal. §. si vero absunt. super verbo vidisse, prope finem. & quod ibi Angel. versicu. super glossa eadem. ibi, quin ipse viderit. de heredib. & Falcid. colla. j.

Baldus

Baldus in. l. cum hi. §. nihil autem. colum. j. ff. de transactio. et in l. j. colum. ij. versicu. quero extra quomodo potest probari hec negatiua: vbi etiam idem sequitur Roma. versicu. extra glossam inquantum Baldus &c. et Alexander de imol. colum. fina. versic. vltimo tene menti que tangit Baldus. &c. C. de bono. possessio. secundum tabu. Bartolus in. l. heredes palam. circa finem principij, versicu. sed si asserunt contrarium eius quod alij dicunt &c. ff. de testamen. et Joannes de imol. in. l. si bine tabule. versicu. sed tu dic posse saluari opinionem Bald. &c. ff. de iniust. rup. et irri. testa. Et huius dicti ratio patet: quia potuerunt dicti Joannes et Joanonus promittere quod ipsi facerent ratificari &c. per Catherinam postquam peruenisset ad etatem legitimam. Et ad hoc bene aduerterunt dicti testes. Et nihilominus potuerunt ipsi Joannes et Joanonus declarando dictam promissionem, promittere quod ipsi facerent ratificari per dictam Catherinam incontinenti post desponsationem: ad quod non aduerterunt dicti testes parte dictorum reorum super dicto sexto articulo examinati et auditi. Eorum ergo depositiones non obstant, nec probant negatiuam, quam ipsi testes astruere nituntur.

Preterea etiam non obstant proposita et deducta parte dictorum reorum in decimoseptimo, decimooctauo, decimonono, et vicesimo articulis dictorum articulorum exordientium, Excipiendo &c. et in decimo articulo schedule exordientis, Replicando &c. quatenus inibi deduxisse visi sunt se interpellasse et requisiuisse prefatam Catherinam, quatenus ratificaret &c. Quia esto citra preiudicium veritatis vt dicti rei fidem aliquam fecerint de pretensis interpellationibus in articulis huiusmodi latius expressis: ille tamen interpellationes eos non releuant. Tum quia cum ante illas, et tempore matrimonij contracti per verba de futuro per inter dictos Joanonum et Catherinam, Anno videlicet domini millesimo. cccc. xv. et die secunda mensis Octobris, dicta Catherina constituerit et assignauerit in dotem et pro dote eidem Joanono tunc presenti stipulanti et recipienti pro se &c. non dictos quadringentos et viginti florenos, de quibus in actis cause huius, sed bona paterna: satis videtur presumi iunctis solicitationibus factis apud aduocatos, procuratores et notarios, et alios de quibus in processu, et de quibus infra, quod ille interpellationes fuerunt fictitie et simulate.

4 † Tum etiam non obstat, quia difficultas contingens circa adimpletionem promissorum non videtur promittentem excusare a pena per eum promissa si conuenta non adimpleret. l. qui autem. §. sed et si quis. ff. de constitu. pecu. quod etiam voluit Franciscus de are. in. l. si ita stipulatus fuero per te fisti. §. possum. col. j. vel. ij. ff. de verborum obligationibus. Et nisi ita esset, dicta promissio esset modici effectus, et presertim in casu nostro, si per voluntatem dicte Catherine posset promissio elidi, et daretur materia fraudandi et colludendi, vt in casu nostro, inter dictos reos et Catherinam. Ut igitur tollatur occasio huiusmodi, scilicet fraudis committende, et etiam quia si promissio posset hoc modo resolui, posset de facili esse modici effectus aut nullius, videtur secundum Franciscum de are. vbi supra quod, licet quis fecerit quicquid potuit: ipse tamen promittens tenetur. Preterea supposito citra preiudicium veritatis quod difficultas excusaret a pena, prout aliqui dicere voluerunt, per. l. si vehenda. §. penultimo. et fi. ff. ad legem rhodi. de iac. hoc tamen intelligitur procedere et procedit quando ille fecit quicquid facere potuit. Et sic in casu nostro si volebant dicti rei a pena excusari, debebant facere quicquid facere potuerunt, ad hoc vt dicta Catherina post contractum matrimonium per verba de presenti ratificaret et approbaret conuenta et promissa: quod aperte senserunt Antonius de butrio. Panormitanus, et dominus Prepositus in dicto. c. gemma. Franciscus de aret. in dicta. l. si ita stipulatus fuero per te fisti. §. possum. et Federicus de senis consilio. cxxiij. exordiente, Martinus promisit se facturum &c. vel secundum Panormitanum illud fuit Joan. pagli: quod tamen dicti Joannes et Joanonus non fecerunt. Et primo quidem non ipse Joanonus, qui non solum non fecit quicquid facere potuit pro faciendo ratificari et approbari promissa &c. sed etiam quod profecto detestandum est adiuit egregios viros dominos aduocatos pro consilio habendo pro dicta Catherina, et contra dictos actores: contra quos ipsa deinde causam mouit coram egregio viro domino iudice venerabilis capituli ecclesie Valentinensis, ac etiam procuratores et grapharios seu scribas sepissime solicitauit, et testes pro et nomine eiusdem Catherine coram dominis compromissario et adiuncto producit, et illos eis ministrauit, prout sufficienter apparet ex his que parte dictorum actorum probata extiterunt per multos et testibus parte eorundem actorem productis, et examinatis super. xj. et. xij. articulis schedule exordientis, Ut preter et vltra &c. et super. xiij. et xiiij. articulis schedule, Nihil legitur &c. inserte fol. cxx. Et quod nec prefatus Joanonus, nec Joannes eius frater, etiam si appareret de pretensis interpellationibus per eos factis, et de subsecutis recusationibus factis vt pretenditur per ipsam Catherinam, fecerint quicquid facere potuerunt, hoc colligitur ex his que no. Cyn. et Bald. in. l. labeo. la. ij. §. si per fideiussorem. ff. de arbitris. Bald. in. l. qui autem. §. j. ff. de constitu. pecu. in reportatis antiquis. et in. l. si mandato meo. in eisdem reportatis: vbi est bonus text. in. §. j. illius legis. ff. manda. Bald. in. l. ij. colum. fina. versic. modo ego quero. C. de senten. que sine certa quantita. Alexand. de Imol. in. l. lucius. ff. manda. Bald. Salycet. Paulus. de castro. Alexand. de Imol. et Philip. corne. in. l. si pater. C. de colla. Ex quorum sententia et doctrina colligitur, quod ad hoc vt obligatus ad factum censeri debeat fecisse quicquid potuit ad hoc vt excusetur a pena per eum promissa, requiritur quod offerat ei cui promisit idonee cauere quod eum indemnem seruabit et defendet aduersus creditorem. Et hinc volunt quod si dederim te fideiussorem de euictione, vel rem pupilli saluam fore, vel alias, et promiserim te extrahere de obligatione, seu te ab illa liberare, et hoc sub certa pena: et deinde obtulerim creditori pignora vel fideiussorem eque idoneum: et eum requisiuerim vt te a fideiussoria obligatione pro me facta liberet: et ipse hoc facere nolit, nec per me inuitus cogi possit, ego pro euitatione pene debeo tibi meo fideiussori offerre idoneam cautionem de te seruando indemnem: quod tamen dicti rei non fecerunt, quamuis diu est habuerint et receperint a dictis actoribus, vt apparet per acta, dictos quadringentos et viginti florenos. Male ergo pretendunt se fecisse quicquid potuerunt.

Preterea et postremo non obstat dicta pretensa exceptio, obstante statuto seu stylo venerabilis curie maioris Viennensis apud sanctum Marcellinum: cuius viribus et sigillato se submiserunt dicti rei, de quo solum admittuntur tres exceptiones, scilicet falsitatis instrumenti, pacti de non petendo, et solutionis: vel vt alibi legi falsitatis, solutionis, et nouationis: de quarum numero non est predicta exceptio.

5 ergo non erat admittenda: † et hoc siue dispositio predicta fuerit et sit statutaria, siue ex stylo. Et primo quidem si sit statutaria, illi standum est, et inherendum verbis eius, etiam si dura viderentur. l. prospexit. ff. qui et a quibus manumis. libe. et. l. j. §. si is qui naue. ff. de exercito. actio. et quod voluit Bartol. et post eum moder. in l. j. §. denique. ff. quod vi aut clam. docto. in. l. fina. ff. quis et a quo appel. et in. l. ita nobis pudor. C. de adulte. et quod voluit do. Cardina. Floren. Pet. de ancha. et Joan. de imol. in. c. ex parte. le. ij. de offic. delega. Si enim statuto caueatur quod non possint opponi contra instrumentum ad vires sigilli dicte curie confectum nisi exceptiones superius mentionate, omnes alie intelliguntur sigillatim excluse et enumerate. argum. l. sed et si quis. §. quesitum. ff. si

6 quis cau. et sic non debent alie admitti. † Et idem dico si dispositio huiusmodi fuerit et sit ex antiquo stylo dicte curie: qui ille tenaciter seruandus est, per id quod not. Cy. et alij in. l. ij. C. que sit longa consuetu. Et pro obseruatione styli curie do. cardi. Florenti. post Laudu. et Genze. in cle. sepe. §. et quia. colum. j. de verborum significat. o. inducit. c. ex literis. de constitu. c. in causis. de re iud. c. quod graui. de crimi. fal. et quod habetur in. c. per tuas. de senten. excommunica. in capitu. mos antiquus. distinctio. lxv. et in. l. j. §. sed et si que. C. de vete. iu. enucle. et dicit Ange. aret. in suo tracta. malefi. super verbo, necnon ad querelam &c. paulo post medi. versiculo. et primo quero an in accusatione sit necessaria &c. ibi, nam stylus curie &c. quod de stylo curie potest iudex pro sui informatione interrogare procuratores et alios astantes cum iuramento, et in actis eorum relationes scribi facere: pro quo allegat Bartol. et Flo. in. l. iij. §. fi. ff. de testi. Et intelligo quod hoc facere possit ex suo officio, fm Alexandrum de Imol. in. l. iij. §. hoc autem iudicium. colum. viij. versicu. Item iudex supplet &c. ff. de damno infecto. vbi dicit, quod iudex informando se de stylo curie vel consuetudine fori, quamuis per partes non sit probatus, bene facit, pro quo allegat dictam. l. iij. §. fina. ff. de testi. et quod not. Barto. in. l. iiij. eo. titu. et Cy. in. d. l. ij.

7 † Et quamuis exceptio de qua supra, et alie quedam impertinentes admisse extiterint: quia tamen prudenter et cum grano salis admisse sunt, scilicet cum clausula, saluo iure impertinentium &c. illarum admissio, etiam si probate extitissent, non nocet prefatis actoribus, nec suffragatur dictis reis: quia dicta admissio censetur conditionalis, facta videlicet sub conditione, si admitti debeant. Quo fit vt cum admitti non deberent per predicta, et sic non fuerit conditio purificata: non nocuerit nec noceat admissio predictis actoribus, per id quod voluit Joannes de imol. in. l. si quando. ff. de legatis primo. vbi etiam allegat Bartolum in. l. ambitiosa. ad finem. ff. de decretis ab ordine faciendis.

Et per predicta etiã dico ꝙ non nocent quedam alia excepta, ꝛ parte dictorum reorum sepius repetita: in quibus videlicet pretendunt ꝙ sponsalia primo contracta per ꝛ inter dictos Joanonum ꝛ Catherinam de iure non tenuerunt, ꝛ ꝙ insequendo sponsalia huiusmodi non fuerit postea matrimonium per verba de presenti inter eos cõtractum, sed fuerunt noua sponsalia et noua pacta: in quorum executionem contractum pretenditur dictum matrimonium per verba de presenti. Quoniam cum exceptio huiusmodi non fit de numero admissibilium, illa per iam dicta non fuit admittenda: et quia admissa est cum clausula predicta, scilicet saluo iure impertinentium ꝛc. ꝛ sic conditionaliter, eius admissio non nocuit predictis actoribus, nec profuit dictis reis. Preterea valuerint aut nõ valuerint dicta prima sponsalia, nihil ad rem: quia sponsalia huiusmodi non fuerunt principalis conuentio seu stipulatio, sed promissio de faciendo ratificari ꝛ approbari per Catherinam dum matrimonium contraxisset cum prefato Joanono, quam certum est non esse de iure reprobatam, ꝛ sic contra legem, prout apertissime colligitur ex his que not. Antonius de butri. Panormitanus, ꝛ do. Prepo. in dicto. c. gemma. Ergo stipulatio penalis illi subiuncta, ꝛ in qua fuit pena promissa, si non facerent ratificari, valuit. dicta. l. stipulatio ista habere licere. §. alteri stipulari. versiculo. plane si velim. ff. de verbo. obliga. per quem textum probatur, ꝙ penalis stipulatio non regulatur secundũ naturam illius stipulationis cui adijcitur: quod etiam voluit Alexan. de imol. in. l. stipulationum. §. Item in facto. colum. ij. vel circa. ff. de verborum obligatio. Et vbi verum esset ꝙ ita demum debeatur pena subiuncta stipulationi accessorie, si intersit stipulantis vt fiat id de quo in stipulatione accessoria, vt voluit Hugo. in dicta. l. stipulationum. §. Item si in facto. per. l. si eum. §. qui iniuriarum: cuius contrarium voluit Alexand. de imol. in dicto. §. Item in facto. colũ. iij. hoc tamen non obesset dictis actoribus, etiam si illa stipulatio de faciendo ratificari ꝛc. cui adiecta est penalis stipulatio, dici posset accessoria: quia dictorum actorum intererat vt ratificarent conuenta ꝛ promissa, ꝛ ne ipsis qui dare promiserunt ꝛ dederunt quadringentos ꝛ viginti florenos auferrentur dicta bona. Et ita nõ sumus in terminis, in quibus loquitur Hugoli. ꝛ post eum Rapha. in dicto. §. Item si in facto: quorum etiam opinio non procedit, vt clare ibi probat Alex. de imol. qui etiam respondet dicto. §. qui iniuriarum.

1 Lex est quicquid disponit testator.
2 Fratris emptum nomine proprio an veniat aliis communicandum.

Epitome.

Quanti est circunspecti iurisconsulti nomen comparasse tres fratres equaliter a patre heredes instituti, qui ꝛ de diuisione cogitant, vt se heredes credunt, nisi hoc ipsis iurisperitus confirmarit. A. F.

Commu. vtriusꝗ iudi. Consilium. cccx.



Non est dubium quin venerabilis vir dominus Amedeus taxilis, et prouidi viri Girardus ꝛ Petrus taxilis eius fratres, vniuersaliter, quilibet videlicet pro triente seu tertia parte, successerint prouido viro Matheo taxilis eorum quondam patri.
1 † Cum quia testatus est ꝛ disposuit idem quondam Mattheus: cuius voluntas pro lege seruanda est. authen. de nupt. §. disponat. collat. iiij. ꝛ. c. vltima voluntas. xiij. questione. ij. facit. l. j. ꝛ quod ibi doctores. C. de sacrosanct. eccle. Cum etiam quia eidem quondam Mattheo sic successissent si ipse ab intestato decessisset, aut. de heredi. ab intesta. §. j. collat. ix. ꝛ transumptiue in authenti. in successione. C. de suis ꝛ legiti. libe. ꝛ institu. de heredi. que ab intestato deferũtur. circa principium. Habet igitur dictus nobilis Amedeus tertiã partẽ in omnibus bonis, rebus, ꝛ iuribus, que fuerũt dicti Mathei eius quondam patris: ꝛ istud non habet dubium, vt predixi.
2 † Quo vero ad bona per dictos Girardũ ꝛ Petrũ post mortẽ dicti Matthei patris suisipsorum proprijs nominibus acquisita, ꝛ quo ad fructus ex illis bonis per eosdem Girardum ꝛ Petrum vel ipsorum heredes perceptos, dico ꝛ respondeo, ꝙ in istis partẽ petere nõ põt dictus do. Amedeus. l. si patruus, ꝛ q̃ ibi p gl. ꝛ doc. C. cõi. vtriusꝗ iudi. ꝛ q̃ no. Bar. ꝛ doc. in. l. titiũ ꝛ meuiũ. §. altero. ff. de administra. tut. Nec sunt etiã bona hmõi eidẽ do. Amedeo cõmunicanda: nisi pbaret ꝙ non solum ipse ꝛ dicti eius fratres habuerũt ꝛ tenuerunt bona communia indiuisa, sed etiã ꝙ ipsi post mortẽ patris contraxerunt societatem expressam vel tacitam per actus sociales sibinuicem cõicando eorũ lucra, iuxta ea que not. docto. in dicta. l. si patruus, ꝛ in multis alijs locis: quia tunc deberent cõmunicari. Sed quia nihil ponit in casu mihi misso de dicta societate cõtracta vel expresse vel tacite, ego super hoc nõ insisto. Et p hec patet responsio ad primũ quesitũ. Addo tamen ꝙ cũ dicti Girardus ꝛ Petrus ꝛ post ipsorũ mortem heredes sui perceperint fructus bonorũ paternorum, de istis habenda est ratio in diuisione facienda inter ipsos ꝛ dictum do. Amedeũ: ꝛ debebunt dicti heredes eidem facere de tertia parte predictorũ fructuũ rationẽ, ꝛ de illa satisfacere, deductis expẽsis, per id q̃d habetur in. l. fundus qui dotis. ꝛ. l. penul. ff. famil. ercis. ꝛ. §. si familie. instit. de offi. iud. ꝛ q̃d not. Jo. pe. Ferra. in sua practica, in forma libel. quo agit. p heredita. vel re singulari diuidẽ. super verbo, in omnibus ꝛ singulis, ꝛ do. Jason may. in. §. quedã. col. x. versi. ista actio familie erciscunde. institu. de offic. iudic. Et dicti Girardus ꝛ Petrus ꝛ eorum heredes longo tempore fructus predictos perceperunt, fortasse cautius agerent, si tam bona paterna, ꝙ acquisita per dictos quondam Petrum ꝛ Girardum partirentur ꝛ diuiderẽt, ꝛ de illis tertiam partem expedirent ipsi domino Amedeo, vt sic isto medio remanerent quittati ꝛ liberi a dictis fructibus.

Ad secũdum quesitũ dico respondeo, ꝙ nec dicti Girardus ꝛ Petrus cum in humanis agerent potuerũt, nec eorum heredes possunt petere partem in bonis per ipsum dñm Amedeum acquisitis: postꝗ̃ vt ponitur in casu idem domin. Amedeus dicta bona acquisiuit suoipsius proprio nomine: istud probatur in dicta. l. si patruus.

Ad tertium ꝛ vltimũ dico ꝛ rñdeo, ꝙ restitutis per ipsum do. Amedeum dictis suis nepotibus viginti nouem florenis, p quibus, vt audio, alĩs dictis eius fratribus vel remiserat vel quittauerat partem bonorum mobilium paternorum, debebit ipse domi. Amedeus habere dictã tertiam partem, postꝗ̃ vt in facto ponitur ita conuenit inter eos: ꝛ hoc non habet dubium. Que dixerim sub correctione ꝛc.

1 Subditus iuramentum fidelitatis cur dño prestare teneat, ꝛ qualis sit illius forma, ꝛ quid iurare debeat.
2 Consuetudo in iuramentis fidelitatis seruanda, ꝛ noua non inducenda.

Epitome.

In loco Mõtisdraconis subditi vassallis eorum dominis fidelitatem iurare tenentur forma hic scripta. A. F.

De subdi. vasal. Consi. cccxj.



1 Cum † honorabilis vir Robinus de digoina fuerit ab antiquo tempore ꝛ citra habitator ꝛ incola loci Mõtisdraconis. ꝛ subijciatur iurisdictioni nobilis ꝛ generosi viri Jacobi de Monte acuto, ipse tenetur ꝛ debet sibi prestare iuramentum fidelitatis, vt probatur in. c. j. versicu. aut si ideo iurat. titu. quali. vassal. debeat iura. fidelita. Et est iuramentum huiusmodi, iuramentũ assecurationis: q̃d ideo prestari debet quia dñs terre habet iurisdictionem in suo territorio. l. si pupill⁹. §. territoriũ. ff. de verb. sig. l. nulli. §. si inuito. C. de episco. ꝛ cle. ꝛ in suos ibi habitantes. Et ratio huius rationis est: q̃r per tale iuramentum purgatur suspitio, ꝛ assecuratur dñs. dicto. c. j. versic. aut si ideo ꝛc. ꝛ in. l. presenti. circa medium. cum ibi no. C. de his qui ad eccle. confu. ꝛ in. c. petitio. de iureiuran. Formam vero iuramenti hmõi ponit dictus versi. aut si ideo iurat ꝛc. fm quẽ debet iurare talis subditus, ꝙ ad eius posse saluabit vitam dñi, mẽbra, personã, ꝛ eius honorẽ, ꝛ euitabit eius mortẽ. Pro quo facit quod not. glo. titu. quid sit inuestitura. c. j. §. j. Et si in dicto versi. aut si ideo iurat, sit verbum mẽtem, non mortem, debet iurare ꝙ non reuelabit mentem dñi, hoc est secretum dñi: ꝛ non solum fm Andree. de yser. debet iurare predicta, sed etiam ea que continẽtur in. c. j. de noua fideli. for. ꝛ in. c. tibi domino. dist. lxiij. ꝛ sic vt exprimitur ꝛ magis declaratur in noua fidelitatis forma: in qua dicitur ꝙ vassallus iurat ꝙ ab hac hora in antea vsꝗ ad vltimũ diem vite sue erit fidelis domino suo tali ꝛc. contra omnem hominem, excepto tali ꝛc. superiore, ꝛ ꝙ nunꝗ̃ scienter erit in consilio vel auxilio vel in facto q̃d ipse amittat, vitam vel membrum aliquod, vel recipiat in persona sua lesionem aliquam vel iniuriã vel contumeliam, vel ꝙ ipse amittat aliquem honorem quẽ3 nũc habet vel in antea possidebit. Et alias vt plenius ponitur in dicto. c. j. de noua fideli. for. Suppletur enim fm Andre. de yser. forma iuramenti, de quo in dicto versi. aut si ideo iurat ꝛc. per dicta duo. c. ꝛ per dictum. c. tibi domino. dist. lxiij. Et q̃uis Alua. ꝛ do. Prepo. in dicto ver. aut si ideo iurat, aliter sentiãt, scilicet ꝙ immo non suppleatur, ꝛ ꝙ solum de iure teneatur subditus iurare ꝙ ad eius posse saluabit vitam domini, membra, personam, ꝛ eius

et eius honorem, et quod euitabit eius mortem, vel quod non reuelabit
2 mentem, id est secretum: † ipsi tamen subdunt esse obseruandam consue
tudinem, si que sit super hoc. illa enim seruanda in iuramentis fi-
delitatis, adeo quod non debet induci nouitas. c. dilecti. de maior. et
obedi. et in. c. cum consuetudinis. de consuetu. quod etiam voluit
Specula. in tit. de feu. §. quoniam. versi. et not. quod non debet.

Et quod superius dixi di-
ctum Robinum de digoma debere iurare fidelitatem dicto no-
bili Jacobo: idem videtur dicendum de eius filijs incolis et habi
tatoribus dicti loci Montisdraconis, et propterea ratione incola
tus subditis eiusdem nobilis Jacobi. Sic igitur ratione incola-
tus et iurisdictionis, quam habet in eos ipse nobilis Jacobus, de-
bent ipsi sibi prestare iuramentum fidelitatis, hoc est assecuratio
nis, de quo supra dixi, vt purgent et tollant suspicionem. Dictus
etiam de Digoma pater debet iuxta antiquam ordinationem et
obseruantiam iurare pro se et liberis suis natis et nascituris, vt ha
betur in instrumento mihi exhibito et confecto Anno domini. M.
cccixiij. et die septima mensis Septembris. Que dixerim sub cor-
rectione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 Agnatio filij an rumpat patris donationem factam vxori
in contractu matrimonij de toto asse, aut de maiore illius parte.
2 Donans omnia bona future sue sponse an presumatur in dubio
de futuris liberis cogitasse.
3 Donationes reciproce inter virum et vxorem an sint mere libera-
litates et pure donationes.
4 Donatio an possit esse tanti effectus vt filium priuet a legitima.

Epitome.

Non reuocatur mutua inter virum et vxorem donatio omnium
bonorum in contractu matrimonij facta per superuenientiam li-
berorum, nisi vsque ad legitimam. V. F.

De reuocan. dona. Consi. cccxvi.

Difficultas, de qua sum
interrogatus, de et super validitate donationis,
quam dudum fecisse dicitur probus quondam
vir Joannes Joannine honeste mulieri Cathe
rine eius tunc future vxori, de omnibus bonis
suis mobilibus et immobilibus, presentibus tunc et futuris, oritur
1 ex eo: † quia post donationem huiusmodi idem Joannes ioanni-
ne suscepit ex eadem Catherina Joannem ioannine eorundem pri-
mi Joannis et Catherine filium naturalem et legitimum. Et sic
videtur prima facie donatio predicta fuisse reuocata agnatione
dicti Joannis, per. l. si vnquam. C. de reuocan. dona. et quod not. gloss. et
doctores in. c. fi. de dona. et doct. in. l. j. C. de inoffi. donatio. Dicta
enim. l. si vnquam. non solum videtur habere locum quando donan-
tur omnia bona, vel quota bonorum, et postea nascitur filius vel
filia, vnus vel plures: sed etiam si donentur aliqua bona, in quibus
consistat maior pars patrimonij seu bonorum donatoris. Pro
quo breuitatis causa allegasse sufficiat quod voluit Baldus in
dicta. l. si vnquam. Jo. de pla. in. l. vnica. C. de reis postula. lib. xj.
post Bartol. in. l. titia. §. imperator. ff. de lega. ij. et duod no. domi.
Jason may. in. l. j. colum. ij. C. de pact. Cum igitur dictus Joann
ne Joannine pater donauerit eidem Catherine sue tunc future
coniugi, si ipse premoreretur, omnia bona sua mobilia et immo-
bilia. in quibus tam tempore donationis huiusmodi, quam mortis eius-
dem Joannis donatoris consistebat maior pars omnium bono
rum suorum, quinimo vt credo in bonis huiusmodi consistebant om
nia bona dicti Joannis, videtur quod per natiuitatem altarius Jo
annis eius filij, qui superuixit, et ad huc superuiuit, fuerit predi-
cta donatio reuocata. d. l. si vnquam. Sed vt audio dominus Yuo de
copu. et quidam alij docto. Perusini consuluerunt quod dispositio dicte
l. si vnquam. non habet locum quando fit donatio in contractu matri
monij. Et ratio est: quia cum matrimonia potissime contrahantur
ad sobolem procreandam. l. j. ff. solu. matri. apparet quod contrahen
tes cogitarunt de liberis procreandis: quo casu non habet locum
dicta. l. si vnquam. vt voluit Bart. in dicta. l. titia. §. imperator. ff. de
lega. ij. et Andre. barba. in repeti. c. raynaldus. colum. ix. de testa. et
2 docto. in dicto. c. fina. de dona. † Sed huic rationi posset forte re-
spondere, quod ad hoc vt non fiat reuocatio per dictam. l. si vnquam. de
bet expresse constare quod donans cogitauerit de liberis: quia in du
bio non presumitur cogitasse, secundum Barto. qui communiter
approbatur in dicta. l. titia. §. imperator. Et sic non videtur dicta
ratio obstare, quominus in casu de quo queritur debuerit dicta do
natio reuocari.
3 † Sed aliud est quod magis
obstat scilicet quod non solum donauit ipse Joannes dicte Cathe-
rine eius tunc future vxori, sed etiam eadem Catherina donauit
dicto Joanni. Et sic fuerunt donationes reciproce, et illarum que
libet facta ex causa remunerationis alterius. Et ita non fuerunt
mere liberalitates, nec dicuntur iste pure seu mere aut vere donatio
ne. Pro quo allegasse sufficiat quod voluit Oldra. consi. cxxxix.
incipiente. Ad aliqualem notitiam etc. Joan. andr. in addi. Spe
cu. titu. de instru. edi. §. porro. circa vlti. colum. Alberi. et Salice.
in. l. fina. C. de pact. Joan. de imol. et Roman. in. l. attilius regu
lus. ff. de donatio. Angel. consilio. clxxxi. exordiente, Visis predi
ctis instrumentis etc. colum. penulti. Alex. de imola. et domi. Ja-
son may. in. l. licet inter priuatos. C. de pact. Non ergo dici potest
quod propter natiuitatem dicti Joannis filij fuerit donatio predicta
reuocata per dictam. l. si vnquam. quia illa. l. debet intelligi in donatio-
ne que processit ex mera liberalitate, et sic non habet locum in do
natione remuneratoria: quod etiam voluit Angel. motus ratio-
nibus per eum inibi allegatis, in dicta. l. si vnquam. quas non recito,
vt breuis sim. Idem voluit Roma. consil. xxvj. et plenius domi.
Jason may. qui videri poterit in. l. ex hoc iure. colum. xv. versic.
decimus sextus effectus est quia licet alias donatio etc. ff. de iusti. et iu
re. Et sic non audeo pro nunc dicere donationem predictam fuisse
4 in totum reuocatam. † Puto tamen quod illa reuocata extiterit
vsque ad legitimam, hoc est quo ad hoc vt dictus Joannes filius
habeat saltem legitimam in bonis paternis. l. si mater. C. de inoff.
dona. et quod no. docto. in. l. j. C. eod. titu. Quamuis enim predicta
donatio non processerit, vt predixi, ex mera liberalitate: dicta ta-
men Catherina videtur esse lucrata bona sibi donata, et sic illa
habuisse ex titulo lucratiuo lege ex morte. C. de pact. conue. Non
ergo videtur quod per hanc donationem priuari debuerit dictus Jo
annes filius legitima sibi debita in bonis paternis, authen. vnde
et si parens. C. de inoffi. test. Et hec legitima est tertia pars om-
nium bonorum dicti quondam Joannis donatoris, deducto ere
alieno, debito scilicet ex titulo oneroso, et funeris impensa, authen
ti. de trien. et semis. §. j. collat. iij. et transumptiue in authen. nouis-
sima. C. de inoffic. testamen. iuncta. l. papinianus. §. quarta. ff. eo.
titu. et quod not. domi. Jason may. in dicta authenti. vnde et si pa-
rens. colum. ij. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini me-
lius sentientis, et pleniore librorum reuolutione salua.

1 Intestatus decessisse an presumatur qui testamentum condi-
disse non ostenditur, et cui incumbat illius probatio.
2 Donata per patrem filijs an et quando teneantur filij in legitimam
computare.

Epitome.

Qui non probatur testatus, intestatus decessisse presumitur:
qui vero testantur aliquid filijs iure institutionis relinquant ne-
cesse est: quibus si vsque ad valorem legitime quid donatum est,
nihil vltra petent. V. F.

De testamentis. Consi. cccxvij.



Viso et perpensato consul-
tationis themate parte honeste mulieris Jan-
nete, filie quondam naturalis et legitime Petri
barreti loci de Bal. Vapincensis diocesis, mi-
hi exhibito, et dubio ex casu huiusmodi elicito
1 † dico et respondeo ad dubium huiusmodi prout infra. Pro eius
dubij solutione, et pleniore intelligentia totius materie premitto,
quod nisi dictus quondam Petrus probetur fuisse testatus, ipse
presumitur decessisse intestatus: et ei qui dicit eum decessisse testa
tum incumbit probatio, per id quod not. glos. in similibus in. l.
cum de lege. ff. de probatio. et quod not. Barto. in lege, is potest.
circa vlti. colum. versiculo quinto dicit etc. ff. de acqui. heredita.
Alexand. de imol. et dominus Jas. may. in lege si emancipati. C.
de colla. Cum igitur eidem quondam Petro superfuerint due
filie, scilicet prefata Janneta et Francesia, hereditas fuit eis tan
quam proximioribus eiusdem quondam Petri ab intestato delata:
cuilibet videlicet pro semisse, seu dimidia parte, nisi probetur quod
dictus Petrus testatus decesserit, authen. de heredi. et falcidia.
§. j. collat. ix. et transumptiue in authenti. in successione. C. de suis
et legi. libe. et instit. de heredi. que ab intesta. defe. circa principium.
Ex quo sequitur quod, cum dicta Janneta donauerit dimidiam
partem bonorum suorum, ipsa censetur donasse dimidiam partem
medietatis, hoc est quartam partem bonorum dicti quondam
Petri eius patris: apud quam ad huc remanet alia quarta pars,
et non vltra, nisi probaretur, vt predixi, prefatum quondam Pe-
trum testatum decessisse, et aliter disposuisse de bonis et heredi-
tate eiusdem, quam essent prefate Francesia et Janneta eius filie
sibi ab intestato successure: vel nisi appareret quod alique conuen
tiones seu pacta postea facta extiterint inter dictas Francesiam
et Jannetam.

Premitto insuper quod cum

ex ponitur in themate, dicta Janneta habeat septem liberos, sci licet quatuor filios ⁊ tres filias naturales ⁊ legitimos: horum omnium legitima est semis, seu dimidia pars bonorum suorum, deducto ere alieno ⁊ funeris impensa, authenti. de trien. ⁊ semis. §. j. collat. iij. ⁊ transumptiue in authenti. nouissima. C. de inoffi. testamen. Et sic legitima cuiuslibet est decimaquarta pars dictorum eius bonorū, in qua nō potest dictos eius liberos, aut eorum aliquē grauare vel priuare eadē legitima per titulum lucratiuū, nisi essent ingrati. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. ⁊ l. scimus. in principio. ff. de inofficio. testamen. iuncta authen. vnde ⁊ si parens. C. de inofficio. testamen.

2 † Ex quibus infertur ꝙ cū eadem Janneta iam donauerit dimidiam partem dictorū eius bonorum prefatis eius quatuor filijs masculis, cuilibet videlicet pro quarta parte: ipsi ⁊ eorū quilibet habent tantum quantum ascendit eorum legitima ⁊ vltra, ⁊ quod propterea tenentur imputare in ipsam legitimam. argu. l. cum quo de peculio. §. fina. ⁊ quod ibi Joan. de imol. ff. ad legem falcid. Alexan. de imol. in. l. illud. colum. v. versicu. secundo modo singulariter limitat. C. de colla. ⁊ consilio. cxlij. in secundo volumi. ⁊ domi. Jason may. in l. si quando. §. ⁊ generaliter. colum. ij. C. de inoffi. testamen. Non igitur cogit ipsa Janneta aliquid plus vel donare vel relinquere dictis filijs masculis, aut alicui eorundem: dicto authenti. de triēte ⁊ semis. §. j. versicu. licebit enim ei reliquum octouncium, collat. iij. Sed poterit si voluerit alijs eius liberis, vel vni, aut pluribus ex dictis filijs masculis relinquere residuū duntamē etiā dictis filiabus, relinquant earum legitimā iure institutionis. Cui Jannete etiam consulo vt aliquid relinquant iure institutionis illis filijs, quibus vult minus relinquere: in quo, ⁊ in eo quod eis donauit eos heredes instituat. Et ita videtur mihi posse facere, ⁊ in residuo instituere heredes alios: si tamē illa fuerit sua voluntas, que talis presupponitur in dicto themate. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 Commissarius an possit excedere fines commissionis.
2 Rescriptum est stricti iuris.
3 Jurisdictio delegata an possit per procuratorē ad hoc mandatū non habentem prorogari, etiam de re ad rem.
4 Aque vsus vni cōcessus an pōssit alteri cōcedi, si vtrique sufficiat, ⁊ an idem dicendum sit in quolibet iure ⁊ seruitute.
5 Prout, stat interdū limitatiue.
6 Qualitas apposita in donatione quādo debeat intelligi secūdū tempus verbi cui additur.
7 Aduersarij scientia cur in prescriptione quasi possessionis requiratur.
8 Ignorans an dicatur pati.
9 Testis depositio reportantis ex depositione commodum an recipienda.
10 Solui inuito creditore aliud pro alio, an possit.
11 Instrumentum producens an censeatur omnia contenta in illo confiteri.
12 Alius, a, ud, quid significet.
13 Ceterorum appellatione veniunt omnia alia.
14 Renuntiatio iurata an trahat ad ius ꝙ superuenit de futuro.
15 Contractus verba contra quem interpretanda.
16 Transactionem non obseruans an possit illam petere sibi obseruari.

Epitome.

Tales tibi, Lector, sepe contingant clientes, qui Christi natalibus perdicum ⁊ leporū ad te magna plaustra ferant pro verbis, quot Bertrandus noster hic effudit, ad demonstrandum dominis de Alondo iuxta eorum transactionē debere subditos omnia venatione capta offerre, nec delegatos iudices posse extra cognitionem delegatam aliud quidpiam cognoscere: ipsosque dominos posse pascua ⁊ similia forensibus locare, ⁊ in emphyteusim dare: dummodo que supersunt ⁊ subditis ipsis sufficiant. V. F.

De transact. Consi. cccxiiij.



PRo pleniore ⁊ faciliore demonstratione boni iuris Reuerēdi patris ac nobilium generosorū virorum domini Joannis, Ludouici, ⁊ Caroli de Pictauia dominorū de Alondo, in causa quam defendendo habent cum vniuersitate seu syndicis, procuratoribus ⁊ consiliarijs dicti loci, in venerabili curia regia Regalis ville, ⁊ coram egregio viro domino iudice eiusdem curie, premitto ꝙ idem domin. Judex in hac causa procedit ⁊ processit, non quidem ex ordinaria iurisdictione, sed delegata, ⁊ in vim commissionis sibi facte per eminēs Regium consilium Aquis residens, ⁊ ad importunam ⁊ minus ciuilem supplicationem dicte vniuersitatis, seu prefatorum syndi-
1 corum, procuratorum, ⁊ aliorum predictorum. † Quo fit vt non potuerit nec de iure debuerit idem dominus iudex inuitis dictis dominis Joanne, nobilibus Ludouico ⁊ Carolo in hac causa procedere nisi super expositis ⁊ contentis in delegatione seu commissione sibi facta. capitulo cum olim abbas, de officio de-
2 legati. † quia rescriptum est stricti iuris. capitulo significauit. c. significante. capitulo rodulphus, de rescript. ⁊ c. P. ⁊ G. de offi.
3 delega. † Et supposito ꝙ iurisdicto delegata possit etiā de re ad rē prorogari: hoc tamen fieri non potest per procuratorē ad hoc mandatum non habentem, dicto. c. cum olim abbas. ⁊ qđ ibi per omnes scribentes. Cum igitur prefato domi. iudici solum mandata ⁊ cōmissa extiterit cognitio cause per ipsos syndicos ⁊ alios cōtra dictos dominos de Alondo postea mouende ⁊ suscitande de ⁊ super obseruantia eiusdem transactionis, seu quarundā pretensarum transactionum in dicta eorum supplicatione mētionatarum, non potuit nec de iure debuit idem domi. iudex cognoscere de alijs: ⁊ sic cognoscere non potuit de contentis in primo. v. vj. xj. ⁊ xiiij. capitulis seu articulis cuiusdam pretense schedule exordientis, Hec sunt grauamina ⁊c. Pro eo quia si cōtenta in capitulis huiusmodi ⁊ bene, ⁊ al's prout oportet inspiciantur, illa nō concernunt transactionem seu pretensas transactiones in eorum supplicatione mentionatas, ⁊ super quarum pretensa obseruantia obtenta est predicta cōmissio per dictos aduersarios. Nō potuit ergo idem domi. index, nec potest de istis cognoscere. d. c. cū olim abbas. Quod maxime debet procedere: quia non solum dictum eminens regium consilium non cōmisit causam de ⁊ super illis mouendam: sed etiam prohibuit eidē domi. iudici, ne se intromitteret preter ꝙ de cōtentis in dicta supplicatione, ⁊ primis literis parte dictorum aduersariorum obtentis, Anno natiuitatis dñi Millesimo quatercentesimo nonagesimoseptimo ⁊ die septima Januarij: vt videri potest in alijs literis ab eodem eminenti consilio emanatis, ⁊ per ipsum concessis, Anno natiuitatis domini Millesimo. ccccxcviij. ⁊ die decima mēsis Martij, ⁊ in alijs concessis, Anno natiuitatis dñi, Millesimo. ccccxcix. ⁊ die octaua mensis Maij.

Et supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ contenta in dicto primo capitulo dici possent aliquo modo concernere transactionem superius mentionatam, vel qualitercunque fuisse vel esse de annexis, cōnexis, aut dependētibus ex transactione huiusmodi, prout nō videtur: ⁊ ꝙ contenta in. c. huiusmodi vera essent: non tamen propter hoc videretur dici posse esse contrauentū dicti transactioni. Quia licet prefati domini de Alondo aliquando vendiderint ⁊ vendant extraneis herbagia ⁊ glandagia dicti territorij de Alondo: non propterea impediuntur dicti aduersarij, quominus sua animalia immittāt ⁊ depascant in eodem territorio. nec in his aliquid noui attentarunt ipsi domini: cum vt deponūt vel omnes vel fere omnes testes parte dictorum aduersariorum in hac causa ⁊ pro iustificatione dictorum capitulorum producti, ⁊ super dicto primo capitulo examinati, nō solum ipsi, sed ⁊ eorum predecessor in domini dicti loci fuerunt in possessione ab antiquissimis temporibus ⁊ cetera vendendi seu alias concedendi extraneis glandagia ⁊ herbagia dicti territorij, nec in hoc dici possunt ipsi moderni domini aut eorum predecessor eosdem aduersarios propterea oppressisse: quia licet eisdem aduersarijs data fuerit facultas eorum animalia immittendi ⁊ depascendi vbi supra: nō propterea tamen fuerunt eis concessa omnia herbagia ⁊ glandagia dicti territorij. nec fuit ablata facultas predecessori dictorum nobilium seu eisdem domini modernis eius successoribus sua animalia in ipso territorio depascendi, seu etiā forensibus glandagia ⁊ herbagia vendendi, ⁊ al's concedendi, saltem si omnibus sufficiat, per id quod not. Alberi. Bartol. ⁊ docto. in. l. aquam. C. de seruitu. ⁊ aqua. Barto. in. l. in concedendo. ff. de aqua pluuia arcen. ⁊ Barthol. cepol. in suo tractatu de seruitu. conlum.
4 xv. versic. quero sexto. principaliter ⁊c. † qui omnes dicunt ꝙ licet aliquis concesserit vni vsum certe aque: potest nihilominus postea eiusdē aque vsum cōcedere alij, si aqua huiusmodi vtrique sufficiat. Et referūt de possessione aque primo facta per commune Bononie fratribus minoribus, ⁊ postea fratribus predicatoribus: ⁊ dicunt fuisse decisum etiam vltimam concessionem valuisse. Et idē dicit Barto. in dicta. l. in cōcedendo. esse in quolibet iure ⁊ seruitute, per quod nō impediatur vsus eius iuris, qđ quis habet in fundo. l. sed ⁊ si quis. §. fina. cum. l. sequen. ff. de. vsufruc. lega.

Preterea si dici debet ꝙ per transactionem predictā non fuerit dictis aduersarijs data vel concessa facultas, seu ius depascendi in dicto territorio, quasi ante illam

teillam depascere consueuissent, et de hoc tunc constitisset, et propterea fuisse dictum in transactione predicta, quod ipsi possent pascere cum eorum gregibus cuiuscunque generis prout consueuerunt, adhuc non deberent impediri dicti moderni domini, quominus vendant vel alias concedant extraneis herbagia et glandagia predicta, nisi aduersarij ostendant quod propter venditiones seu concessiones huiusmodi impediantur dicta eorum animalia seu
5 aueria depascere eo modo quo antea consueuerant: † quia illa dictio prout, videretur isto casu stare limitatiue. l. edita. in prin. ibi prout edicti perpetui monet equitas, et quod ibi doc. C. de eden. et quod not. Bartol. in extrauaganti. ad reprimendum. super verbo, put. Sed de hoc nihil probarunt, quinimo nec proposuerunt dicti aduersarij.

Insuper non suffragantur

dictis aduersarijs proposita et deducta in dicto quinto capitulo, etiam si illa vera essent, et de illis potuisset et posset cognoscere dictus dominus iudex: quia in dicta transactione non fuit simpliciter et absolute dictum, quod dicti aduersarij possent sua animalia depascere per totum territorium Alondi, exceptis deuesijs, que tunc habebat dictus dominus predecessor: sed fuerunt etiam reseruata et excepta alia predia, vt pote predia bladata, prata, vinee, et alia quecunque que defendi et preseruari debent, et notorie apparent fore defendenda. Quo fit, vt quemadmodum non paterentur nec vellent dicti aduersarij quod animalia immitterentur aut depascerentur in vineis plantatis a tempore dicte transactionis, vel in terris ad prata post tempus transactionis deductis, nec in predijs postea clausis: ita velle non debeant sua animalia immittere et depascere in deuesijs postea et factis, que apparent defendenda. Quod maxime procedit: quia quemadmodum non fuerunt in dicta transactione tunc reseruata et dumtaxat excepta predia, que tunc erant bladata, aut prata, aut vinee, aut alia que tunc defendi et preseruari deberent, sed dictum fuit indefinite de predijs bladatis, pratis, vineis etc. ita etiam non fuerunt reseruata dumtaxat deuesia que tunc erant. Et sic si postea potuerunt nemora et loca erema ad culturam reduci, et deinde bladari, vel in prata conuerti, et consequenter debeant defendi: quare non possunt etiam aliqua conuerti in deuesium, profecto non bene video. Debuit ergo et debet illa reseruatio facta de deuesijs, et alijs intelligi non solum de illis predijs, que talia erant tempore dicte transactionis: sed etiam de illis, que postea talia essent tempore quo vellent dicti aduersarij eorum animalia immittere aut depascere in dicto territorio.
9 Pro quo facit: quia qualitas apposita in donatione, et adiecta verbo, per quod significatur tempus a quo dispositio sumit effectum, debet intelligi secundum tempus illius verbi. l. ij. ff. de auro et ar. leg. l. ex facto. §. si quis ante. ff. ad trebel. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. et l. titius. ff. de testamen. mili. et quod not. Bar. et doc. in. l. ex facto. ff. de vulga. et pupilla. Cum ergo qualitates prediorum, ex quibus aliqua denominantur bladata, alia vt ita dicam pratiua, alia vineata, alia deuesia seu defesa, fuerint adiecte verbo, depascendi, vt quia in dicta transactione fuit reseruatum et exceptum, quod dicti aduersarij non depascerent in terris bladatis, deuesijs etc. debent iste qualitates intelligi secundum tempus depastionis: quia ab eo tempore sumit dispositio effectum. Debent ergo illa intelligi prohibita seu reseruata, que tempore immissionis pro depascendo essent bladata, deuesia, prata etc. Et ita non videntur dicti aduersarij bene moueri, quatenus volunt dictam reseruationem restringi ad ea que tunc erant deuesia, et de illis tantum intelligi: nec tamen volunt illam intelligi tantum de illis predijs que tunc erant bladata, pratiua, aut vineata: et sic non iuste. Nec suffragatur eisdem aduersarijs quod pretendunt immisisse et depauisse animalia in blacheta in dicto quinto capitulo latius expressa, et de qua conqueruntur quod dicti moderni domini eam facere velint deuesium. Quoniam respondeo quod ipsi non probarunt, quinimo nec deduxerunt necessaria et opportuna ad hoc vt dicere possint vniuersitatem dicti loci de Alondo acquisiuisse aliquod ius seruitutem depascendi in predicta Blacheta. Pro quo remisisse sufficiat ad opportunam inspectionem dicti processus, et maxime dictorum capitulorum, et depositionum testium super predicto quinto capitulo: et post hec ad ea que plene not. Bartholo. cepol. in suo tractatu. de seruitu. sub rubrica. de seruitu. iu. pascen. colum. j. et colum. xij. versicu. sed dubium potest esse tanto tempore prescribatur, et colum. xiij. versic. sed dubium est qualiter probetur possessio. vsque ad colum. xv. versicu. sed aliud dubium quotidianum. Ex quibus lectis et bene visis apparebit in quo isti peccarunt, et quod ipsi non solum non probarunt dictam vniuersitatem per prescriptionem acquisiuisse ius seu seruitutem depascendi, sed nec possessionem seu quasi, pro eo quia non sunt probata, quinimo nec proposita ea que sunt necessaria ad hoc, vt per immissiones et depastiones animalium factas a particularibus acquiratur ipsi vniuersitati ius seu seruitus depascendi, vel etiam possessio, seu quasi. Quibus addo quod etiam non appareat dicta animalia fuisse immissa et depasta in predicta Blacheta scientibus et patientibus dictis modernis dominis, aut eorum predecessore: quod tamen erat necessarium. l. ij. et quod ibi doctores. C. de seruitut. et aqua.
7 † Et dicit ibi Bald. in repetitione, colum. ij. versic. vel circa. quod in prescriptione que procedit ex quasi possessione, cuiusmodi est prescriptio iurium ideo requiritur scientia aduersarij: quia ista quasi possessio procedit ex patientia aduersarij. l. quoties. la secunde, et quod ibi Bartol. et doct. ff. de seruitu. et Innocen. in. c. bone.
8 le second. colum. v. de postulatio prelato. † sed ignorans non dicitur pati, vt dicit Bald. in dicta. l. ij. colum. ij. vel circa. nec etiam dicitur consentire, vt no. Bald. in. c. j. §. preterea. titu. quib. mod. feud. amitta. Nec opponant aduersarij, quod immo de scientia dictorum dominorum appareat per depositionem Joannis lamberti
9 ti et Petri syborc. † Quoniam respondeo quod depositioni seu dicto dicti Lamberti credi non debeat, cum sit incola dicti loci de Alondo: ergo non probat, pro eo quia deponit in causa propria, et ex cuius victoria commodum reportaret. l. in omnibus. ff. de testib. et. l. nullus. C. eod. titu. et quod plene nota. Bartholo. cepol. in dicto suo tractatu. et sub dicta rubrica, de seruitu. iu. pascendi. charta. ij. Et sic dictus Syborc remanet vnicus. non ergo probat. l. iurisiurandi. cum suis simili. C. de testib.

Preterea nec suffragantur

dictis aduersarijs parte eorum deducta in dicto sexto capitulo, etiam si de illis cognoscere potuisset vel posset dictus dominus iudex: ea maxime ratione, quia licet testes producti parte dictorum aduersariorum super dicto sexto capitulo visi sint deponere de aliquibus itineribus pro tempore existentibus in predicta Blacheta: nullus tamen deponit quod per itinera huiusmodi haberetur accessus vel transitus de loco Alondi ad aliud oppidum, aut villam seu castrum, aut alium quemuis locum, nec de quouis alio loco apud locum Alondi: nec est qui deponat quod illorum de Alondo quomodolibet intersit impedire mutationem itineris, de qua in dicto capitulo, excepto dicto Lamberti oppidano dicti loci de Alondo. Et ita non videntur debuisse admitti ad istam impugnationem. Contra quos etiam facit quod nullus ex illis locis, ad que vel ex quibus deponunt testes transiri, et haberi accessum per dicta pretensa itinera, aliquam querimoniam fecit de dicta mutatione, quam nec puto fecisse dictos aduersarios, nisi sub isto colore tentare, voluisset impedire dictos modernos dominos ne deuesium faciant in dicta Blacheta, et ea tantum tanquam re sua: quod non erat faciendum, cum quilibet sit arbiter et moderator rei sue. l. in remandata. C. mandati. l. dudum. C. de contrahenda empt. et venditio. l. polla. C. de his quib. vt indig. c. de his. ad finem. de sepultu.

Similiter nec eisdem aduer

sarijs in aliquo prosunt proposita et deducta in dicto vndecimo capitulo, etiam si de illis cognoscere potuisset aut posset idem dominus iudex, cum de illis non appareat. Nullus enim de illis deponit, excepto dicto Lamberto comoppidano, cui propterea, et quia est vnicus, credi non debet, vt predicta.

10 † Porro nec eis suffragantur

deducta in dicto decimotertio capitulo, etiam si dictus dominus iudex de illis cognoscere potuisset: pro eo quia si verum est, prout verum existit, quod incole dicti loci de Alondo eisdem dominis teneantur dare et soluere annis singulis vintenum fructuum pro tempore existentium in suis predijs, non possunt vintenum fructuum excretorum in vno predio eisdem dominis soluere de fructibus alterius predij, inuitis eisdem dominis: quia inuito creditore non potest regulariter aliud pro alio sibi solui. l. ij. §. mutui datio. et quod ibi per docto. ff. si certum peta. Et quod solutio vinteni racemorum fieri debeat de racemis cuiuslibet fundi seorsum et separatim, vt verbi gratia: solutio vinteni racemorum excretorum in fundo Semproniano, et de fructibus excretis in fundo huiusmodi, et solutio vinteni racemorum excretorum in fundo Titiano de fructibus excretis in dicto fundo, et ita de alijs, satis videtur haberi et colligi ex his que habentur in. l. si quis argentum. §. si vero. et quod ibi Cyn. et docto. C. de solutio. et quod not. Bartol. et docto. in. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verbo. obligatio. Ad quod facit. l. cum certus numerus. ff. de triti. vino et oleo lega. Nisi forte quis opponat, quod in conuentione seu promissione de soluendo vintenum racemorum, non sint specificate seu specialiter et nominatim expresse vinee, ex quibus solui debet. Sed hoc non obstat. Quoniam respondeo quod cum conuentum extiterit de vinteno racemorum omnium vinearum predictorum incolarum soluendo, perinde censeri debet, ac si omnes essent specifi

cate, & perinde ac si quilibet conuenisset de soluẽdo vinteno race
morũ huius vinee, puta Semproniane, & huius, puta Titiane,
& sic de aliĳs, ar. l. omnes, & ꝙ ibi Ang. C. de prescrip. triginta vel
quadraginta annorum. Nec releuant dicti aduersarĳ ex eo ꝙ p̃-
tendunt se aliquando soluisse vnum pro alio, prout exponunt in
dicto decimotertio articulo. Tum quia nihil proponunt de scien-
tia & patientia dictorum dominorum. Tum & quia non probant
tanto tempore soluisse vnũ pro alio, quod propter solutiones hu-
iusmodi tueri se valeant, ne imposterum soluant, prout de iure sol
uere tenebãtur. Sed forte dicunt dicti aduersarĳ dominos mo-
ueri sine causa. Quoniã respõdeo quod immo cum iusta causa.
Tum quia ita est de iure, vt fieri petũt. Tum et quia pro varia-
tione situationis vinearum variatur bonitas racemorum, quod
bene sciunt experti. Tũ et quia refert inter racemos vinee vete-
ris, et vinee de nouo plantate: et rursum inter racemos vitium
huius generis, et racemos vitiũ alterius. Possunt & alie differẽ-
tie assignari per eos qui in talibus versantur. Et hec dicta sint
quo ad ea de quibus non potuit nec potest idem dominus iudex
cognoscere. Tum ex hac causa: tum et aliĳs de quibus supra, vi-
dentur dicti aduersarĳ fouere malam causam.

Ceterum venio ad alia, de

quibus in dicta p̃tensa schedula exordiẽte, Hec sunt grauamina
&c. Et primo ad contenta in secundo illius capitulo: ad que patet
responsio, per ea que superius dixi super secundo, que si placet ibi
videantur: & que propter nimiam prolixitatem euitandum hic
11 repetere omitto. † Ad contenta vero in tertio capitulo, respun-
deo quod, vt clarissime apparet ex tenore instrumenti dicte trans
actionis parte dictorum aduersariorũ in hac causa producte, cu-
ius propterea continentiam confiteri cẽsentur, per id quod legi-
tur & no. doct. in c. cum venerabilis, de exceptio. & qd no. Iac. re-
rebuf. in l. rura. C. de oi agro deserto, li. xj. & aliĳ aliĳs locis, ipsi ad
uersarĳ, pace eorum salua dixerim, falsũ exposuerũt, q̃ten⁹ dixerũt
habitatores habere ius liguandi & ligna capiendi in nemori-
bus Alondi, tam viridia, q̃ sicca, & sine distinctione: quia quo ad
ligna viridia seu fustes & arbores, fuit & reperitur in dicto instru-
mẽto facultas limitata & restricta ad vsus in dicta transactione
latius mentionatos & expressos, scilicet ad vsũ reparationis siue
constructionis domorum & habitationum, insuper & furnimenti
vasorũ, tam vinariorum, q̃ aliorum ad opus eorum & cuiuslibet
ipsorum domus necessariorũ. Per que apparet ꝙ ipsi nõ viden
tur posse scindere arbores seu fustes, nisi pro faciẽdis reparatio-
nibus domorum & habitationum, & pro furnimẽto vasorũ tã vi-
nariorum, q̃ aliorum vasorum necessariorum ad opus eorũdem:
12 non autem pro aliĳs. † Et hoc operatur illa dictio, aliorũ, que vt
dicit Io. mona. in c. in generali. de regu. iur. in. vj. & post eũ Ol-
dra. consi. cxc. exordiente, Thema tale est fratres eremite &c. col.
ĳ. significat diuersum in supposito, sed idẽ in substãtia: vel vt di-
cit idem Oldra. consil. ccxliĳ. exordiẽte, Verba gratie Petri &c.
colum. j. verbũ aliud, habet partiri inter ea que sunt eadẽ specie,
sed diuersa numero. Et dicit Ioã. de imol. in l. j. col. j. ff. de cõdi.
institu. ꝙ dicta additio est implicatiua similiũ sui natura, Pro
quo allegat quod habetur in c. sedes. de rescrip. & in l. si fugitiui.
C. de seruis fugiti. Idẽ voluit Roma. consi. cl. exordiẽte, In pro-
posita. q. &c. col. fin. Cum ergo in transactiõe predicta scriptũ sit
ꝙ homines loci de Alondo possent tam p reparatione siue con-
structione domorũ & habitationum eorundem, q̃ pro furnimento
vasorum, tam vinariorum, q̃ aliorum ad opus eorũ & cuiuslibet
ipsorum domus necessariorum, videtur ꝙ per dictionẽ aliorum,
positam post illa verba vasorum vinariorum, comprehendantur
non quidem omnia alia necessaria, sed duntaxat vasa nõ vinaria.
Et huic acceptioni applaudet dicta litera etiam alia ratione, pro
eo quia dicitur ibi, pro furnimento vasorum tam vinariorum q̃ alio
rum: haberet enim predicta concessio aliquid maioris apparẽtie,
q̃uis non existentie, pro predictis hominibus, si dictum esset, pro
furnimento tam vasorum vinariorum q̃ aliorum &c. sed cum di-
ctum sit pro furnimento vasorum tam vinariorum q̃ aliorum &c.
non superest vt videtur aliquid apparentie, propter quod dicta
dictio aliorum, implicare vel significare non debeat vasa non vi-
naria necessaria &c. nõ alia. Et ita sine causa cõquesti sunt de mul
tis inquisitionibus seu inquestis contra nonnullos dicti loci pro
tempore factis & subsecutis condemnationibus ad causam scissio
nis arborum aut fustium, cum illas scindere non debuerint nisi in
casibus permissis.

Ceterũ nec procedit quar

ta eorum querimonia, quam fecerũt de & super venationibus: ad
quarum presentationẽ per dños dicti loci, vel eorum officiarios
dicunt se minus ciuiliter compelli: quia si bene aspiciantur verba
transactionis, ipsi tenentur & debent de quibuscunq; eorum ve-
nationibus seu rebus in venatione captis, & quas capiunt, vt po-
te perdicibus, beccassĳs, leporibus & aliĳs feris comestibilibus
facere presentationem & publicam notificationem ipsis dominis
de Alondo, seu eorum officiarĳs, in castro de Alondo pro tempo
re residentibus: & quibus dominis fuit & est permissum, cõcessum
& licitum venationes seu animalia huiusmodi pretio congruo re-
cipere & retinere. Istud enim colligitur ex eo quia ante versic. illum,
De ceteris vero venationibus &c. in dicta transactione descriptũ
ponitur alius versi. in quo fit sermo de presentandis cuniculis ca
ptis in deuesio: vbi nullus sermo interseritur de pretio habendo:
quia illi sunt dominorum, & sic eis vendi nõ debent, sed restitui & tra
di sine custu: quibus etiam fit gratia ꝙ non inquestentur in casu
de quo ibi. Deinde vero subiungitur ꝙ de ceteris venationibus
fiãt presentatio & notificatio predicte, & ꝙ dominis fas sit & optio
ꝙ eas sibi retinere possit pro pretio congruo. Omnes ergo debẽt
presentari & notificari per venatores, & retineri possunt per domi-
13 num pretio &c. † quia appellatione ceterorum veniunt omnia alia,
vt not. glos. & ante eam Archid. in c. j. super verbo ceterorum. de
religio. domi. in sexto, Alberic. in suo dictionario, in verbo cetera,
& Alex. de imol. consi. xiĳ. col. ĳ. in primo volumi. Pro quo alle-
gari solet, l. ceterorum. ff. de verbo. signifi. c. raynutius. de testa. &
quod habetur in c. vt constitueretur. distinct. quinquagesima, &
alia multa que videri possunt vbi supra. Et ꝙ non solum debeant
presentari perdices & beccassie, & alia omnia diuersa a cuniculis,
de quibus in dicto precedenti versic. fit mẽtio, sed etiam cuniculi
capti extra deuesia: quia in dicto primo versic. solum fit sermo de ca-
ptis in deuesio, & cum postea subĳciatur, ꝙ de ceteris venationi-
bus, hoc est de omnibus aliĳs &c. videntur satis comprehendi etiã
cuniculi qui caperentur extra deuesia: quia vt dixi appellatione isto
rum veniunt omnia alia &c. Cui dicto non obstat ꝙ in dicto ver-
sicu. de ceteris &c. fuerit expressum de perdicibus, beccassĳs, lepo
ribus, & non de cuniculis. Quoniam respondeo ꝙ id quod ibi di-
citur de perdicibus, beccassĳs, & leporibus, dicitur gratia exem-
pli, & sic non debet propter hoc regula posita in dicto versiculo, de
ceteris, restringi: & sic non solum fieri debet presentatio & notifica
tio de illis, sed etiam de aliĳs quibuscunq;. l. damni infecti stipu-
latio pertinet, in fine. ff. de damno infecto. l. j. §. quod vulgo. ff. de
vi & vi armata, & l. regula. §. & licet. ff. de iure & facti ignorantia.
quod maxime debet procedere, cum non solum fuerit dictum de
perdicibus, beccassĳs, & leporibus: sed etiam fuerit adiectum, &
aliĳs feris paruis comestibilibus, cuiusmodi sunt etiam cuniculi.
Non igitur opportune facta est dicta querimonia.

Quo vero ad posita & con

tenta in septima dictorum aduersariorum, iam diu responsum
est in schedula exordiente, Ut vobis &c. parte dictorum moder-
norum dominorum in hac causa oblata, ꝙ ipsi obseruauerant &
parati obseruare erant capitulum transactionis in dicto articulo
mentionatum: & idem fuit dictum & responsum ad octauum ca-
pitulum dictorum aduersariorum. Ubi aduertendum est quod
dicti aduersarĳ non probant eosdem dominos contrauenisse ca-
pitulo transactionis inibi mẽtionato: sed potius illud obseruasse.
Nec est qui contrariũ dicat, excepto illo Lamberti oppidano,
qui etiam deponit de seipso: & sic testimonium eius non est verũ,
hoc est non fidem facit. Ad nonum capitulum fuit iamdudum
dictum & responsum, ꝙ quatuor pataci monete currentis, non ex
cedunt valorem sex denariorum turonensium & Uiennensium in
dicta transactione mentionatorum, secundum iustam & veram
adualuationem, & quod super hoc erant contenti stare adualua-
tioni seu estimationi faciende per ipsum dominum iudicem, vel
per dictum eminens regium consilium.

14 † Quo vero ad querimo-

niam de qua in decimo capitulo, dico ꝙ illa nõ procedit: quia suppo
sito ꝙ ita conuentũ extiterit, prout inibi opponit, non propterea
infertur ꝙ dicti domini non potuerint & possint iure prelationis
retinere bona feudalia vel emphyteutica inibi mentionata, cum
vendantur per illorum tenementarios aut vassallos seu emphy-
teutas. Nec in sic faciendo contraueniunt inuestituris vel con-
cessionibus feudalibus seu emphyteuticarũ &, nisi expresse dictũ
vel conuentum extitisset, quod cum venderentur non possent do-
minus illa retinere iure prelationis. Pro quo allegasse sufficiat.
l. fi. C. de iure emphyteu. iunctis his que habentur in c. cum in-
ter P. de renuntiatio. vbi probatur ꝙ renuntiatio etiam iurata
non trahitur ad ius quod superuenit de futuro: & qd ponit Pe-
trus de ancharano consilio. ccv. exordiente, Uisis & consideratis
verbis pacis &c. versicu. sexto & vltimo probo sic. vbi dicit ꝙ pro-
missio de non se intromittendo in futurum de vel in terris inibi
mentionatis, debet intelligi ratione iurium temporis preteriti:
quia ille qui promittit alium non molestare, vel de tali re non se
impedire

impedire, debet intelligi respectu iuris sibi competentis tépore promissionis, sed iuri, quod imposterum posset iuste querere in re illa, non videtur renuntiasse etiam si dixerit q renuntiat omni iuri quod habet vel habere sperat, vt. l. post emancipationem. et quod ibi Barto. ff. de libera. lega. Quamuis igitur prefatus dominus transigens horum dominorum predecessor, promiserit obseruare inuestituras et concessiones factas tam per se, q predecessores: potest nihilominus ex iure superueniente, cui nó censetur renuntiasse, retinere res illas iure prelationis, si postea vendantur, dicta. l. fina. C. de iure emphyteu. et cum iuste hoc fecerit, potest postea illas retinere, vel cui voluerit de nouo cócedere, et sub nouo sensu simili, aut minore vel etiam maiore, prout vult: quia quilibet est moderator et arbiter rei sue, dicta. l. in re mandata. et aliis superius mentionatis. Et hoc nisi appareret de cóuétióibus vel aliis dispositionibus hoc fieri prohibentibus.

Postremo non procedit querimonia, de qua in duodecimo capitulo: quia licet iuxta tenorem trásactionis nó debeant homines dicti loci de Alondo pro excursióib9 seu excapatis animaliú eorúdem hominum, trahi ad inquestá, nec aliud pter talé seu dáni reparatióem ab ipsis exigi: non tamen ex hoc infert q si propter absentiá custodis, vel ex incuria seu negligétia aut defectu illius animalia damna inferant non propter ea debeant inquestari: quia hec dána nó inferuntur per excursionem seu excapatam, sed quia permittuntur vel ire, vel esse sine custode, vel propter incuriam seu aliú defectum custodis, qui sunt casus dissimiles, ad quos propterea trahi non debent verba transactionis. Cum quia ex separatis nó infertur. l. inter stipulantem. §. sacram, versic. sed hec dissimilia. ff. de verbo. obligatio. l. si maritus. C. de donatio. inter virum et vxo. et vul-
15 gata. l. papinianus exuli. ff. de minori. † Cú et qr verba contract9 debent interpretari cótra illú qui se fundat ex verbis cótract9. l. veterib9. ff. de pac. l. stipulatio ista habere licere. §. in stipulationibus. ff. de verború obliga. et quod not. Alexand. de Imol. in. l. si paciscenda. C. de pac. consi. lxi. exordiente, Super eo de quo queritur &c. in primo volumine, et consilio. cxxiiii. colú. penul. in secúdo volumine. Bal. cósili. cxvii. in prima parte. et alii in aliis locis. Cum igitur in dicta transactione fiat mentio de excursióib9 et excapitis, nó censetur transactio huiusmodi procedere in casibus superius métionatis, nisi ipsi aduersarii pbarent put nó pbatur, q damna data in casib9 predictis dicerent data in excorruptis, seu excursionibus vel in excapatis, et q communis vsus loquendi sic se haberet tépore transactionis, et ante ipsam, per ea que habentur in. l. labeo. et qd ibi Bar. ff. de supel. lega.

19 † Preterea aduertendum est q in dicta transactione sunt multe obligationes cónexe aut respectiue, vt clarissime colligit ex tenore illius. Quo fit vt cú aduersarii multi ex his in quib9 obligati sunt, cótrauenerint et dietiis cótraueniant, nec illas obseruent, et presertim quo ad tallias pro reparatione menium faciédas. item quo ad obseruátiá articuli deuesiorú, capituli nemorum viridium, capituli presentationis venationú que p tépore extra deuesia capiunt, c. inquisitionis, faciende cótra eos p damnis, nisi fiant in excorrutis vel ex capatis. Non possunt ipsi aduersarii cú effectu petere transactionem predictá sibi obseruari. l. quero. §. inter locatorem. et qd ibi Bart. ff. loca. Bal. in. l. inciuilé. C. de rei védi. et in. c. i. col. vlti. quá. do. proprie. priue. facit. l. si conueniat. ff. p so. et. l. cum proponas. la. ii. vbi hoc bene pbatur. C. de pac. Frangenti enim fidé nó est fides seruanda, in dicta. l. cú proponas. quod pcedit etiam si conuentio sit iurata. c. iiii. et quod ibi docto. de iureiuran. de quo docto. in dicta. l. cú proponas. Pactum enim videtur appositú pro eo qui pactum seruat, non p eo qui contrauenit, vt dicit Bal. in dicta. l. cum pponas. allegans dictam. l. quero. §. inter locatoré, et quod not. in. l. qui fidé. ff. de transac. in. l. ii. C. de iu. emphy. et in. l. cú pater. §. libertus. ff. de lega. ii. Cui fm eu3 est simile qd alicubi dicit Inno. sc3 q nunq videt pro eo scriptú qui facit contra rescriptum.

Non omitto quod q̃uis in dicursu cause huius fuerint pducta et inserta varia et diuersis tépoib9 mádata seu procuratoria parte dictorú aduersariorum, illa tamé nó videtur prima facie vel esse sufficientia, p eo qr ad hoc vt possint vel talia vel alia cócernétia vniuersitaté ciuitatis ville vel castri seu oppidi efficaciter expediri, opus est q omnes vocétur ad actú explicádum, et q in explicatione actus saltem intersint due partes: tüc enim qd fit a maiore parte tenet. Quod in mandatis seu procuratoribus predictis nó apparet fuisse factú, et saltem q in eis interuenerint due partes hominú dicti loci de Alondo, capita domorum eiusdem loci facientium. Et sic prima facie non videntur valuisse, per id quod habetur in. l. nominationum. C. de decurio. lib. x. et qd not. Bartol. in. l. quod maior. ff. ad municipa. Hostié. in. c. ii. colum. iii. de operis noui nun. Joan. de Imol. in. c. i. colum. vi. et sequen. de his que fiunt a maiori parte capi. Salic. in aut. hoc est ius porrectum. col. i. vel circa. C. de sacrosan. eccle. et Panor. in. c. ecclesia. de elect.

1 Probatio intentionis adeo est de victoria cause, vt sine illa nemo vincat.
2 Confessio vno contextu emissa an possit diuidi.
3 Pignoris ius est indiuiduum.
4 Clausula, citra onus superflue probationis, posita in schedulis quid operetur.

Epitome.

Confessio vno contextu emissa diuidi non potest. A. F.

De confessio. Consi. cccxv.



Si bene et alias prout oportet attendat ad schedulam parte honorabilis viri Fulqueti Florentii exordientem, tam recóueniendo heredes venerabilis viri &c. contra et aduersus heredes venerabilis viri dñi Joannis Basterii, in cá inter eos pendente indecisa oblatam et productam, idem Florentii duo fecit: petiit videlicet ab eisdem heredibus ipsos reconueniendo tredecim florenos, et excipiendo aduersus petita ex aduerso petiit se ab illis absolui. Et qdé quo ad petitionem reconuentionalem debet ipse Fulquetus in dicta causa obtinere: cum partim per instrumentú publicum, et partim confessione predictorum heredum sufficiéter et plene probauerit eius intentionem, scilicet q sibi tanq heredi venerabilis quondam viri domini Joannis Goyrani alias Florentii sibi debeant per dictos heredes domini Joannis Basterii dicti tredecim floreni: et istud nullum habet dubium. Ceterum etiam debet ab im-
1 petitis parte dictorum heredum absolui, † et hoc pro eo quia dicti heredes non probauerunt eorú intentionem: quod tamen pro victoria obtinéda eos facere oportuerat. l. qui accusare. C. de eden. l. fi. C. de rei vendi. l. negátis. C. de actio. et obliga. c. vnico, cú suis simili. vt eccle. benefi. Forte vero opponetur, q imo pbata extiterit intentio predictorum heredum per quandam pretensam reuelationem, quam tunc viuens fecisse dicitur dictus quódá dominus Joannes florentii. Sed istud nó obstat: quia cum non apparuerit nec eis appareat eúdé quondam dominú Floréti habuisse res et bona, de quibus in processu dicte cause, et signáter in petitione parte dictorum heredú in eo producta, nisi per dictam pretensam confessionem seu reuelationem eiusdem domini Floréti vno cóstructu emissam, et in qua dicit se illa habuisse a dicto do.
2 Basterii, cum ei teneretur: † non potuit nec potest huiuscemodi pretensa cófessio per dictos heredes vel alios scindi aut diuidi, nec potuit aut potest partim, hoc est quatenus facit pro eisdé heredibus acceptari, et partim, hoc est quatenus facit cótra eos refutari, per id quod voluit Barto. in. l. aurelius. §. idem quesit. ff. de libera. lega. doct. in. l. si quidem. C. de excep. Panor. in. c. bone. le. ii. colú. penulti. de postu. pla. Jaco. rebuf. in. l. rura. C. de omni agro deser. lib. xi. et Angel. are. in. §. si quis postulante. institu. de actio. Si igit dicti heredes velint acceptare directá reuelationé seu pretensam confessioné, quatenus idé quodá florentii dixit et reuelauit se habere seu habuisse bona pdicta, et illá refutare quatenus in ea dicit, q illa habuerit a dicto dño Basterii, ipsi hoc facere nó possunt: quia vt dixi confessio siue reuelatio huiusmodi vno constructu emissa scindi aut diuidi nó potest. Habét igitur dicti heredes dictam pretensam reuelationem vel in totum acce-
3 ptare vel in totu3 refutare. † Et si quidem in totum acceptét, ipsi male egerunt: p eo quia nec dictus quódam do. Florétii, nec ipse Fulquetus eius heres tenebatur, nec nunc teneí idem heres ad illorum restitutionem, donec satisfacto de predicto debito tredecim florenorum. Pro quo allegasse sufficiat. l. qr diu. C. de distrac. pigno. et. l. ii. cum suis simili. C. debito. véditio. pigno. impedi. non pos. Si vero totum refutent: nihil probatum est de intétione predictorum heredú. Et ita debet idé Fulquetus absolui. dicta. l. qui accusare, et aliis superius allegatis. et. l. actor. C. de proba. Et ita nihil eidé Fulqueto officit vel nocet, q vt fortasse ex aduerso preteditur non probauerit decimúsextum articulum dicte eius schedule. qr etiam si nihil de illo pbet, est omnino ab impetitis ex aduerso absoluédus. Nisi forte quis dicat q, cú ipse proposuerit inibi contéta, hoc sibi debuerit et debeat nocere, nisi pbet: sed
4 istud non obstat, † quia circa finé principii dicte schedule posita est clausula, Citra onus superflue et nó necessarie probationis cui se astringere non intendit: que multum operatur, et dictum Fulquetú defendit, ne videri possit se astrinxisse ad probandú omnia proposita et deducta in dicta schedula, p quo si placet videatur. l.

habebat, et quod ibi Ange. et Pau. de cast. ff. de instit. actio. Bar. et alii in l. diuus. ff. de re iudi. et Ange. are. in §. j. ver. Item est utile et necessarium ponere unam aliam clausulam, instit. de act. et insti. de excep. in principio, in charta. viij. col. ij. versi. unum aliud, et alii multi in multis aliis locis. Et sic concludo dictos heredes fore et esse condemnandos ad petita parte dicti Fulqueti, et eundem Fulquetum ab impetitis parte dictorum heredum absoluendum. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ¶ Desolatus compassione dignus.
2 Clausula, et alias petit sibi de et super premissis etc. posita in libello, in quo specialiter conclusum est in petitorio, an operetur quod sententia possit ferri etiam super possessorio recuperande.
3 Beneficium canonis reintegranda. iij. q. j. cui et ad quid competat, et aduersus quem detur.
4 Opponens de iure tertii an audiendus.

¶ Epitome.

¶ Excipiens de iure tertii, a quo nullam causam habet, non est audiendus. V. F.

¶ De exceptionibus. Consi. cccxvi.



1 Viso † processu cepto et pendente indeciso inter probum, pauperem tamen, ac desolatum, et propterea compassione dignum, Stephanum Bertrandi actorem ex una parte, et Joannem moteti reum ex alia, super tenemento in processu cause huius latius mentionato: in quo, ut ex actis illius clare colligitur et apparet, idem Stephanus sufficienter edocuit et probauit, quod probus quondam vir Joannes bertrandi eius auus paternus cum in humanis ageret tenuit et possedit pacifice et quiete, ac ut suum, predictum tenementum: et non solum probauit quod dictus Joannes Bertrandi tenementum huiusmodi tenuerit, sed etiam quod illud tenuit et possedit decem annis, ut deponunt duo aut tres testes. Preterea probauit idem Stephanus dictum Joannem Bertrandi eius auum paternum ab humanis decessisse superstitibus, et sibi superuiuentibus Ludouico patre huius Stephani Jacobo et Margareta filiis naturalibus et legitimis eiusdem Stephani: quodque isti tres post mortem dicti Joannis eorum quondam patris se pro uniuersalibus eius heredibus gesserunt et reputarunt, et pro talibus fuerunt habiti, tenti et reputati. Insuper et quod ut tales tenuerunt et possederunt communiter et pro indiuiso res et bona eiusdem quondam Joannis, et presertim tenementum supra et in actis cause huius latius mentionatum. Probauit etiam ipse Stephanus venditionem et cessionem parte eius in suo libello allegatam et sibi factam per dictam Margaretam, qui propterea potuit tanquam illius cessionarius agere et experiri contra dictum Moteti possessorem seu occupatorem predicti tenementi: quia supposito citra preiudicium veritatis quod dominium eiusdem tenementi non fuerit medio venditionis predicte, et cessionis inde sequute in eundem Stephanum translatum: sibi tamen competit et competit rei vendicatio utilis, in vim cuius potuit et potest contra dictum detentorem experiri, per id quod not. Dyn. in regula possessore, ad fi. de regu. iur. in vj. gl. Ang. et doc. in l. si culpa. ff. de rei vendi. Pau. de castr. in l. j. col. penul. ibi, ut patet in eo cui ceditur rei vendicatio. C. de inoffi. dona. et Sali. in l. j. col. fi. versi. quero. xxij. nunquid per cessionem etc. C. de act. et oblig.

Preterea aduertendum est, quod dictus Stephanus in dicto eius libello non solum narrauit petitorium, sed etiam possessorium: sed quatenus proposuit et deduxit, quod post mortem dicti quondam Joannis prefata Margareta eius amita et actrix tenuit et possedit communiter et pro indiuiso dictum tenementum, et quod dictus Joannes moteti illud occupat et detinet: et ita dicit eandem Margaretam cecidisse a possessione eiusdem
2 tenementi. † Quo fit ut licet idem Stephanus videatur specialiter conclusisse in petitorio: quia tamen in predicto libello subiuncta est clausula, et alias petit sibi de et super premissis debitam ministrari iustitiam, potest sententia ferri etiam super possessorio recuperande, per id quod not. Joan. calde. Anto. de butrio et doct. in c. ij. de ordi. cogni. ubi etiam Panor. col. antepenul. versi. et not. ex predictis quid videtur deductum sub illa clausula generali etc. et Ang. areti. in §. j. ver si. quid autem si primo peteres cogi etc. ibi, posset tamen opinio dominorum meorum saluari, et versi. sed unum perpetuo tenementi quod quando ignoras etc. instit. de actio. † Et quia
3 beneficium seu remedium. c. reintegranda. iij. q. j. competit pro recuperatione possessionis cuilibet qui a possessione sine iusta causa cecidit, et tam pro recuperanda possessione rerum ecclesiasticarum, quam aliarum quarumcunque, secundum doct. magis communiter in c. cum ad sedem. et in c. sepe. de restitu. spol. de quo Bar. in l. si coloni. C. de agrico. et censi. lib. xj. do. Jason May. et alii moder. in l. rem que nobis. ff. de acquiren. posses. et Angel. aretin. in §. quadrupli. in materia interdicti unde vi, versi. sed quid si sine vitio an ego habeam aliquod remedium etc. institu. de actio. et Alexan. de imol. consi. lj. exordiente, Viso et discusso processu cause vertentis etc. in primo vol. et consi. cxvij. in secundo volumine, potest et debet in et super condictione ex dicto canone seu remedio aut beneficio illius quo ad possessorium recuperande sententia pro eodem Stephano cessionario proferri, cum ut dixi probatum sit predictam Margaretam possedisse communiter et pro indiuiso predictum tenementum cum prefatis Ludouico et Jacobo, et ex actis clare appareat dictum Joannem moteti predictum tenementum tenere et possidere, seu verius occupare et detinere: nec tamen appareat eandem Margaretam sua culpa vel defectu ab ipsa possessione cecidisse. Nec obstat si forte opponatur non apparere, quod dictus Joannes moteti eandem Margaretam spoliauerit, aut spoliari mandauerit, seu spoliationem suo nomine factam ratam habuerit, quod spoliatori illius scienter successerit, et quod propterea non potuerit conueniri possessorio recuperande. Quoniam respondeo quod, licet interdictum unde vi, vel condictio ex dicto. c. sepe. non dentur contra eum, qui nec spoliauit, nec spoliari mandauit, aut spoliationem suo nomine factam non ratam habuit, nec spoliatori scienter successit, pro quibus allegasse sufficiat. l. cum a te. l. j. §. deiecisse. et §. seq. ff. de vi et vi arma. et dicto. c. sepe. et quod ibi glo. et d. Condictio tamen ex dicto. c. reintegranda, seu remedium illius datur contra possessorem, etiam si neutrum predictorum commiserit: hoc est qui nec spoliauit, nec spoliari mandauit, aut spoliationem nomine suo factam ratam non habuit: nec spoliatori scienter successit. Competit enim remedium predictum etiam contra illum, ad quem res sine vitio peruenit, et cum bona fide, per id quod voluit. glo. quam approbant Joan. calde. Joan. de ligna. Anto. de butri. Joan. de imol. et Panor. in c. cum ad sedem. de restitu. spolia. Hosti. in summa, eo. titu. §. iij. versi. sed condictione: quod etiam sequitur Roma. in dicta. l. rem que nobis. ubi de hoc per dominum Bart. soci. in. j. q. versi. secundo circa istam primam questionem: ibi, ex quibus concluditur quod cano. etc. Archi. et Gemi. in dicto. c. reintegranda, Anto. de butri. et Joannes de imol. in dicto. c. sepe. Paul. de ca. in l. et ideo. §. neratius. ff. de condi. fur. et Ange. areti. in dicto. §. quadrupli. versi. sed quid si sine vitio an ego habeam etc. institu. de actio. et Alexand. de imol. consil. xcij. exordiente, Viso et opportune discusso etc. colum. ij. versi. insuper potest locum habere etc. in quinto volu. Et competit etiam predictum remedium contra titulum possidentem, ut not. Anto. de butri. et Panor. in dicto. c. sepe. Alexan. de imol. consil. lj. exordiente, Viso et discusso, in primo vol. et consi. cxvij. exordiente, Viso processu: in secundo volu. ubi etiam allegatur Calde. in dicto. c. cum ad sedem. Idem voluit Panor. in c. si diligenti. de prescriptio. et Alexander de imol. consi. vj. colum. vj. versi. non obstat, in tertio volu. et Roma. in dicta. l. rem que nobis, ubi etiam de hoc per dominum Bartho. soci. in quarta questione. Et competit non solum ecclesiis vel personis ecclesiasticis pro recuperanda possessione rerum ecclesiasticarum vel propriarum: sed etiam laicis, ut voluit Anto. de butri. in dicto. c. cum ad sedem, Roma. et Francis. de are. in dicta. l. rem que nobis. ubi etiam hanc opinionem sequitur Joannes de imola, dicens quod illa est magis communis, et seruatur in practica. Illam etiam sequitur ibi Alex. de imol. dicens quod ita seruatur in practica, et seruari vidit. Et idem voluit Bart. in d. l. rem que nobis, et in allegata. l. si coloni. C. de agrico. et censi. lib. xj. ubi alegat Inno. in d. c. cum ad sedem. quem allegare voluit in d. c. sepe. ubi hoc etiam tenet Joannes And. et sequitur Anto. de butrio, et Alex. in dicto consi. lj. in primo volumi. et consi. vj. in tertio volu.

Non obstat eidem Stephano, quod ex aduerso opponitur de venditione sibi facta per dictum Ludouicum patrem huius Stephani. Tum quia illa non est probata. Tum et quia, ut iam dixi, condictio ex dicto canone datur etiam contra titulo possidentem, et cui non videtur prescribi minore, tempore triginta annorum. l. ij. C. de constituta. pecunia. Etiam nec obstat quod opponitur de pacto facto ut ex aduerso pretenditur per dictam Margaretam de quittando bona pater
4 na. Tum quia non apparet eam quittasse. † Tum et quia dictus Moteti opponit de iure tertii, a quo nullam causam habet, nec se habere proponit: et sic non est audiendus. l. cum seruum. et quod ibi doctores, et maxime Paulus de castr. C. de ser. fugiti. facit. l. loci corpus. §. competit. ff. si seruitus vendi. l. si prior. §. fi. simpliciter. ff. qui potiores in pignore habean. et quod not. glo. in l. ij. C. si ager emphyteuti. peta. et Oldra. consi. cxxix. exordiente, Ad habendum aliqualem notitiam. Multas remissiones, ut videri poterit, ponit dominus Jason May. in l. ij. colum. iij. versic. veritas huius puncti penderet a traditis per Bartolum etc. C. de iure emphyteu. Que dixerim sub etc.

Substituto

☞ Substitutio reciproca admixta compendiose, et facta inter dispares non comprehendit pupillarem.

¶ De impub. Consi. cccxvij.



Quamuis substitutio quam fecisse dicitur probus quondam vir Veranus de scala laborator, per quem si alter ex duobus eius filijs naturalibus et legitimis, scilicet Vincentio et Girar. do. sine liberis legitimis decederet substituit superuiuentē, fuerit breuiloqua siue reciproca, vt colligitur ex his que not. Bart. in. l. lucius. columna. i. versicu. secundo principaliter quero quibus verbis fiat. ff. de vulga. et pupilla. Salice. in. l. in testamento. colum. vj. versicu. tertio quero an hec breuiloca. C. de testamen. milit. et Joan. pe. Ferra. in sua practica. for. libel. quo agi. ex substitu. super verbo, et breuiloque, columna. i. quia tamen tempore facti testamenti per dictū quondam Veranum dictus Vincentius non erat impubes, sed maior quatuordecim annis: et sic pupillariter sibi substitui non potuit. l. ij. et quod ibi scribentes. ff. de vulga. et pupilla, substitutio predicta non comprehendit pupillarem substitutionem etiam quo ad personam dicti quondam Girardi. l. iā hoc iure. ff. de vulga. et pupilla. l. hereditatem. C. de impube. et alijs substitu. l. in testamento. et. l. lucius. superius allegatis. Nisi forte quis dixerit quod immo debuerit substitutio predicta continere pupillarem in personam dicti Girardi mortui in pupillari etate. Et hoc pro eo quia substitutio non fuit simplex reciproca. sed mixta compendiose: quod etiam tenuit Pau. de castr. in dicta. l. in testamento. referens quod in contingentia facti habuit longam contentionem cum Joan. de Jmol. dicente contrarium: scilicet quod non contineret pupillarem, scilicet quod substitutio reciproca ad mixta compendiose, et facta inter dispares, vnum videlicet puberem, et alium impuberem, nullam comprehenderet pupillarem. Sed quamuis inductio Paul. de cast. sit re vera apparēs et subtilis. tamē opinio Jo. de Jmol. videtur verior: quam etiam sequitur Alexan. de Jmo. in dicta. l. in testamento: pro qua vt refert consuluit Richar. de sali. in quodam suo consilio quod incepit, In dei nomine quidā testator habens &c. Idem consuluit Ange. consilio. cxlvij. exordiente, Quidam Nicolaus suum vltimum condidit testamentum &c.

¶ Dum hic essem venerūt ambe partes, que mihi otium complēdi consilium non dederunt, et eas ad concordiam reduxi.

1 ☞ Tutores ad quos vsus teneantur pecuniā pupilli reducere, et quid de curatore adulti, et negotiorum gestore, et quid si fuerint in negligentia, an teneantur ad interesse. 3.

2 Pensiones honeste ad quinque pro centenario licite constituuntur.

4 Pupillus an debeat educari apud vitricum, et cur.

¶ Epitome.

¶ Tutores pecuniam pupillarem ad aliquod honestum lucrū collocare tenentur, et cogi possunt: ipsi alia interesse lucri cessantis onus subituri. V. F.

1 ¶ De admi. tut. Consi. cccxviij.



Quamuis† tutores impuberum, vel curatores adultorum non teneantur: quinimo nec hodie debeāt dare pupillarem vel adulti pecuniam ad vsuram, cum vsura sit prohibita. c. quia in omnibus. c. sup eo. de vsur. et authenti. ad hec. C. eodem titu. et quod habetur in. c. sicut, et quod ibi glosa. dist. xlvj. tenentur tamen ipsi pecuniam cōuertere si possunt in emptionem prediorum, et ad hoc cogi pūt: alioquin si venalia reperiantur, et ipsi non emāt, tenentur ad interesse. l. tutor qui repertorium. §. si post. et quod ibi Bart. ff. de administra. tuto. et quod not. Soli. in authenti. nouissime. C. eodem titu. et dicit Bart. in l. diuus. ff. ad legē fal. quod pecunia in terminis illius. l. in principio. non debet collocari sub vsuris: sed dari idoneis mercatoribus, per id quod habetur in. c. per vestras. de dona. inter vi. et vxorem, quod vult idem esse seruandum in omnibus similibus casibus: quod est notandum secundum modernos in dicta. l. diuus. Et dicit ibi Paul. de castr. istud dictū esse singulare: quia vbicunque de iure ciuili aliquis tenebatur fenerari pecuniā illius, cuius negotia administrat, vt sunt tutores et curatores, et etiam vbicunque quis propter moram tenebatur ad vsuras. tenebitur hodie ponere ad licitum questum: et etiā tenebitur ad illud commodum, quod potuisset licite percipere, iuxta dictum. c. per vestras. quod etiam voluit Baldus in. l. j. in fi. C. de condic. indebi. et in. l. fi. in fin. C. de petitione heredi. et Alexan. de Jmol. in dicta. l. diuus. adque faciunt not. per Bartolum in dicta. l. tutor qui repertorium. dis. post. et se. Quo fit vt cū multe vniuersitates alias idonee appareāt et se offerant velle vendere pensiones licitas, et pro illis exsoluendis se obligare in forma, teneatur honorabilis vir Ludouicus gauterij, tutor et tutorio nomine honestarum impuberum Francesie et Catherine dalmatie, conuertere pecuniam pupillarem in emptionem pensionum huiusmodi: alioquin tenebitur ad interesse, hoc est ad id quod ex emptione pēsionum huiusmodi licite per-
2 cipere potuisset.† Et quemadmodum dicit. Paulus de cast. in dicta. l. diuus, communiter teneri, quod commodum impressorum licite recipitur: ita cōmuniter tenetur quod cōmodum honestarum pensionum saltem vsque ad quinque pro centenario licite percipiatur. Consulo tamen quod sub presentia notarij et testium requireretur idem Ludouicus, et quod presentes essent syndici vel administratores vniuersitatum, qui dicunt se velle vendere pensiones, et ibi exprimerent quas pensiones vendere voluerint, et quibus pretijs: quia alias non posset tute conueniri iste tutor pro interesse, per id quod voluit Paulus de castro. consi. cxl. exordiente, Ad bene examinandum &c. columna fina. versicu. sup quinto &c. et Fran. de are. consilio. xxxi. columna fina. Et per hec sit breuiter et succincte responsum ad primum quesitum, cum facultas plenius dicendi non se offerat.

3 ☞† Ad secundū dico et respōdeo vt iam dixi, quod si reperiantur pensiones venales, et qui emi possunt a sufficientibus et idoneis vniuersitatibus, dictus tutor illas emere debet, vel ponere pecuniā apud aliquem mercatorem aut mercatores idoneos ad honestum lucrū. Alioquin si nō faciat tenebitur ad interesse, hoc est ad illud lucrum quod honeste percipere poterat: et puto quod ipse cogi possit facere alterū predictorū. Nō video autem quomodo idem Ludouicus tutor possit dicere pecunias simili pensione &c. quia forte non erit qui nomine filiarum possit aut velit cū eo contrahere, nec apud eum vel deponere vel dimittere istam pecuniam ad dictum lucrū, vel etiā ab eo emere pensionem: ipse vero qui tutor est emere vel deponere potest, put dixi nomine pupillarum, de quo plenius per Roma. cōsi. xxviij. exordiente, Visa facti narratione. cōsilio. cxxxix. exordiēte, Proposite questionis decisione &c. et consilio. clxxxviij. exordiente, In hac causa mihi commissa &c. columna. ij. versiculo quo autem ad honestum lucrum &c.

☞ Ad tertium dico et responDeo quod si eidē tutori possit negligētia imputari, quod vel predia non emerit, vel pecuniam apud idoneos mercatores ad lucrum honestum non deposuerit, vel quod idoneas pensiones non emerit, poterit ipse conueniri ad interesse lucri cessantis, quod propter negligentiam huiusmodi passe sunt dicte pupille. Si vero non posset negligentia ibi imputari, vt quia non fuerunt qui pretia vel pensiones idoneas et licitas vēdere velint, vel idonei mercatores pecuniam ad lucrum honestū recipere, tunc non putarem eū teneri ad aliquod interesse quo ad pecuniam depositam. Quo vero ad eam que fuit penes eum, et in qua forte pretenditur fuisse negotiatus: esset maior difficultas, quam pro nunc non possum ad plenum videre. Putarem tamen quod si idem tutor lucrum ex illa fecerit, deberet haberi consideratio huius lucri, et pro quantitate pecunie pupillaris, qua vsus est, dari honestum lucrum, prout dicimus de pecunia paterna, cum qua negotiatur, et ex qua lucratur filiusfamilias.

4 ☞ † Ad quartū dico et respōdeo quod, quia honesta mulier Catherina de fide mater predictarum impuberum secundo nupsit, et sic vitricum eisdem suis filiabus superinduxit: non videntur ipse filie debere ali penes eam et vitricū, etiam si ipse vitricus carum datiuus tutor esse potuerit. l. j. C. vbi pupil. educatur. Huius dicti rationem patentem reddit glossa: quia tunc etiam filiorum vitam vitrico adijceret. l. lex que tutores. §. serui. C. de administra. tutor. Facit etiam pro premissis spes successionis. l. ij. C. vbi pupil. educ. et quod per illum textum not. Angel. areti. in. §. actionum. in materia tute. versi. vnum tamen tene. institu. de actio.

☞ Ad quintum dico et respōdeo quod si verum est vnā ex dictis filiabus esse maiorem duodecim annis, ipsa facta est pubes: et sic quoad eā finita est tutela. Posset ergo illi prouideri de curatore de aliquo bono et idoneo viro, qui consequenter posset multa, et signanter exigere rationē et reliqua a dicto tutore pro quota et portione concernente hanc filiam. Posset etiam insistere quod cū iuramento promitteret de non quittādo seu alias alienādo bona sua sine ipsius curatoris auctoritate, et presentia magistratus: vt sic non valeret si postea de facto illa vel quittaret vel alias alienaret, iuxta not. per gl. et doct. in. c. ij. de

iureiuran.in.vj. Et non esset malum etiam inhibere ⁊ matri et
vitrico, ne quomodolibet hoc tractet, vel fieri pcuret, ⁊ sub bona
pena: si tamē de hoc verisimiliter habeantur suspecti.

1 ☞ Precarij constitutio, quia actus fictus, an ita transferat do
miniū: quemadmodum si vere traderetur.
2 Reuēditor rei semel vendite an cōmittat falsum, ⁊ qui potiores
in re vna pluries re vendita habeantur.

¶ Epitome.

¶ Cum res eadem duobus vendita fuit, omisso venditore qui sic
falsum commisit, potior ille emptor est, in quem per constitutionē
precarij eius rei translata sunt dominium ⁊ possessio. V. F.

¶ De contrahen. empt. Consi. cccxix.



SI tempore facte vendi
tionis nobili ⁊ honorabili viro Gabrieli girardi
per nobiles Joannam ioffresse, relictam quon-
dam nobilis Antonij burgundionis, ⁊ dominū
Jacobum burgundionis presbyterum eius fi-
lium, tam suis proprijs nominibus, ꝙ vice ⁊ nomine nobilis Al-
ziarij burgundionis fratris eiusdem domini Jacobi, de quadam
eorum vinea franca decem eminatarum terre vel circa, ⁊ tempore
ratificationis facte per dictum nobilem Alziarium, dicta vinea
erat eorundem venditorum: aut alterius eorum, ⁊ per eos posside
batur, ⁊ in instrumento posita fuerit clausula constitutionis pre-
carij in talibus apponi consueta, dominium ⁊ possessio eiusdem
1 vinee translate extiterūt in dictum nobilem Gabrielem. † Quia
licet constitutio huiusmodi sit actus factus: tñ per illum trans-
fertur dominium ⁊ possessio, sicut si vere traderet. l. certe. §. j. vers.
proprie possidere videor. ff. de precario: per quē textum ita inquit
Bart. in. l. ab emptione. circa fi. ff. de pact. ⁊ Bald. in. c. item inue
stitura. de natu. feu. ⁊ qđ not. gl. Ang. ⁊ doct. in. l. ꝗuis. §. si con-
ductor. ff. de acquiren. possess. Bald. in. l. j. q. ij. C. quando liceat ab
2 emptio. discedere, Angel. in. l. ij. C. de acqui. posses. † Supposito
igitur ꝙ dicti venditores vineam predictam postea alteri vendi
dissent, ⁊ deinde illā expediuissent alteri emptori, ⁊ sic falsum com
misissent. l. qui duobus. C. de fal. ⁊ qđ not. gl. in. l. quotiens. C. de
rei vēdi. esset nihilominus dictus nobilis Gabriel potior, vt pote
qui propter dictam precarij constitutionem primo acquisiuisset,
⁊ dominium ⁊ possessionem vinee antedicte.

1 ☞ Dominus rei an presumendus qui illa vtitur, ⁊ possidet, ⁊
quid in possessione ⁊ dominio illius rei probando deducendum
veniat.

¶ Epitome.

¶ Quod ille, qui me alijs substituit: possederit quampiā rem, non
me probat eius rei dominum. V. F.

¶ De probationibus. Consi. cccxx.



ETiam si verum esset ꝙ
honesta quondā mulier Janona pellissole in suo
vltimo ⁊ nuncupatiuo testamento substituisset
Honorato capacij eius felezeno seu nepoti, ⁊ fi-
lio naturali ⁊ legitimo magistri Michaelis ca-
pacij notarij, honestas mulieres Guinetam vxorem Morgneti
magistri, ⁊ Catherinā vxorem Rostagni ⁊ boerij, equis portioni
bus, ⁊ suos, ꝙ ꝗ Guillielmus faraudi ⁊ Margareta vxor Jaco
bi boerij essent vel dici possent de suis dictarum Guinete ⁊ Ca-
therine: non tñ debuerunt nec debent in hac cā obtinere, causis ⁊
rationibus al's per me allegatis, quas non refrico. Nec aliter re-
spondeo rationibus ⁊ motiuis parte dictorū Margarete ⁊ Fa-
raudi allegatis in schedula exordiente, Ex tenore processus ⁊c. cū
illis satis ⁊ opportune responsum extiterit, etiam anteꝗ allega-
1 rentur, vt videri potest in his que al's dixi. † Quibus addo, eosdē
Margaretā ⁊ Faraudi nō probasse dñium vinee, de qua in actis.
Nec eis suffragatur qđ not. gl. in. l. quidam in suo, super ver. amo
ueri potest. ff. de condi. instit. Cum qr illa gl. loquit in possessore,
cuiusmodi nō sunt dicti Margareta ⁊ Faraudi. Cum ⁊ qr loquit
in possessore deducente dñium, non quidem principaliter, sed in-
cidenter, vt verbi gratia: qr forte agit negatoria aut confessoria
actione, vel actione legis aquilie: cuiusmodi non sunt dicti Mar
gareta ⁊ Faraudi. Non enim sunt, vt iam dixi, possessores vinee
per eos petite, nec deducunt, si tamen deducunt, dñium dicte vi-
nee incidēter, sed principaliter. Non ergo sufficit fuisse probatum
ꝙ dicta Janona vineā huiusmodi tenuerit ⁊ possederit, vt ⁊ tan-
quā suā vel p sua, p quo allegasse sufficiat not. per Bart. ⁊ Ang.
in. l. i. ad fi. ff. pro suo. ⁊ per Inno. in. c. illud. de presump. Domini
de Rota, decisi. cccxxx. exordiente, Si vendico a te castrū in cu-
ius possessione ⁊c. Panormitanus in. c. cum ad sedem. col. vij. de
restitu. spolia. ⁊ Alex. de Imol. consi. cxxxvij. exordiente, In cau-
sa ⁊ lite. colum. v. versic. nec releuat probari ꝙ tenuerint ⁊ posse-
derint pro sua ⁊ tanꝗ sua ⁊c. in secundo volu. Possent ⁊ alia dici
⁊ in iure allegari, a quibus pro nunc supersedeo.

☞ Ceterum ad fines vtilio-
res ⁊ magis propitios pudo viro Guillielmo langerij in hac cā
appellato, inutiliores vero ⁊ magis nociuos dictis Margarete
⁊ Caroli, qui ex infra narratis, ppositis ⁊ deductis elici poterūt,
⁊ quomodolibet concludi, idē Langerij, seu eius legitimus procu
rator dicit ⁊ proponit sequētia: quibus ⁊ eorum singulis, quate-
nus facti sunt ⁊ in facto consistunt: petit ex aduerso personaliter
⁊ cum iuramento per verbum credit, vel non credit, responderi, ⁊
negata si que fuerint postulat ad probandum admitti, superflua
⁊ non necessaria probatione reiecta cum seq. ⁊c. Imprimis dicit
⁊ proponit ⁊c.

1 ☞ Diuersitate inter protocolū ⁊ instumentum reperta, cui ex
huiusmodi scripturis standum.
2 Scriptura matrix ⁊ originalis que censenda.
3 Appendix marginalis an dicenda de corpore instrumenti.

¶ Epitome.

¶ Originali note standum potius ꝗ instrumento: ⁊ duabus ori
ginalibus extantibus, magis originali. V. F.

¶ De fide instrumen. Consi. cccxxi.



1 SI † inter protocolum
seu schedam, aut primam notam penes nota-
rium remanentem, ⁊ pretensum publicum in-
strumentum testamenti venerabilis quondam
viri domini Petri hyemis presbyteri, olim an
no videlicet domini Millesimo quadringētesimo octuagesimo
secundo, ⁊ die. xvij. mensis Junij facti, ⁊ in quo heredes vniuersa
les instituit magistrum Jacquetum du boys balistarium, ⁊ Jo-
annetam laudone coniuges, ⁊ post eos eorum liberos, reperiatur
⁊ appareat diuersitas, in eo videlicet ꝙ in dicto protocolo dictū
est eundem dominum Petrum hyemis heredes instituisse pre-
fatos Jacquetum ⁊ Joannetam, ⁊ post eos eorum liberos. In
dicto vero instrumento non solum scripta reperiuntur verba pre-
dicta, sed etiam post verbum liberos fuerunt scripta hec verba,
masculos solum ⁊ dumtaxat, recurrendum est ad dictū protoco-
lum, seu schedam, aut primam notā, ⁊ illi tanꝗ matrici scripture
est credēdum, arg. authen. de tabel. §. penulti. ⁊ quod ibi glos. su-
per verbo protocolum, ⁊ Angel. ad fin. colla. iiij. facit. l. veluti. in
verbo, minus plene. ff. de eden. ⁊. c. quoniam contra falsam, de p-
ba. ⁊ quod not. glo. in. l. chirographum. in gl. magna. ff. de admi-
nistra. tuto. qđ etiam voluit Barto. Bald. Joannes de Imol. ⁊
Rapha. cuma. in. l. sempronius. ff. de legatis secūdo. Bartolus
in. l. si librarius. columna. ij. vel circa, versicu. si vero scripserit scri
pturam propriam. ff. de regulis iuris. Alexander de Imola ⁊ de.
Jason may. in. l. si quis ex argentarijs. §. pretor ait. in princip. ff.
de eden. Joannes de Imol. in. l. cum proponebatur. col. fi. ff. de
legatis secundo. Alexander de Imol. consi. cv. exordiente. Re-
uerende dñe vosꝗ clarissime. Pro quo facit quod voluit Bald.
in. l. imperator. columna penul. ff. de statu homi. in. l. ij. q. viij. ⁊. l.
nostram. col. penul. vel fi. C. de testa. Facit etiam ꝙ voluit Spe-
cula. titu. de libelli concept. §. restat, in principio: ibi, libello enim
originali creditur ⁊c. ⁊ Bald. in authen. offeratur. columna. j. ver
siculo, quid ergo discordet libellus oblatus iudici. C. de lite con-
testata. Cum in protocolo seu prima nota ⁊ matrice scriptura di
cti testamenti non reperiantur illa verba, masculos solum ⁊ dū-
taxat, vt pretendit ⁊ pro veritate affirmat honesta mulier Ysabel
la, filia quondam naturalis ⁊ legitima predictorū heredū econ-
tra vero parte venerabilis viri domini. M. du boys pretendatur
⁊ dicatur, ꝙ verba predicta, scilicet masculos solum ⁊ dumtaxat,
apposita ⁊ descripta extiterunt in dicto pretenso publico instru-
mento, potius videtur standum ⁊ credendum, predicto protoco-
lo, seu prime note, ꝗ huic asserto instrumēto, per ea que superius
allegaui. Quibus addo not. per glos. in. c. veterum. in gloss. ma-
gna, ad fi. distinctione. ix. ⁊ in. c. ieiunium. in verbo, defuncte. di-
stinctione. xxvj. ⁊ quod voluit Petrus de ancha. consi. ccxxxiiij.
exordiente, Prius de viribus ⁊c. Panormi. in. c. tam ex literis.
de in integrum restitu. Bal. in. l. ea que. post principium. C. com-
missa. vel episto. ⁊ Joan. Andr. in data libri. vj. prope finem.
2 ☞ † Forte vero opponet ꝙ
non solum verba predicta apposita ⁊ descripta extiterūt in dicto
ptenso instrumēto: sed etiam in minuta seu extensa illius, ⁊ ex qua
tanꝗ

tanq̄ ex matre immediata extractum est seu degrossatū dictū assertum instrumentum, cui ꝛ minuta seu extensa in omnibus ꝛ per omnia cōcordat Sed hoc nō obstat, quia licet tam dicta prima nota, q̄ hec extensa fuerint remansure penes notarium, ꝛ licet ambe videantur originales: tamen illa in qua nō sunt descripta verba predicta, masculos solum ꝛ duntaxat, potius censenda est litera matrix ꝛ prima originalis, q̄ minuta seu extensa, ꝑ eo quia in ea sunt imbreuiature, hoc est dictiões ꝛc. vt videri pōt in multis locis, ꝛ quidem in ver. Item voluit habere eius luminariam: vbi post verbum ꝑsone sue, scriptum est abbreuiate ꝛc. ꝛ in versi. Item in fine mensis: vbi etiam post verbum cuilibet, scriptū est abbreuiate ꝛc. ꝛ idem in clausula institutionis: vbi post verbum eorum liberos, etiam fuit abbreuiate scriptum ꝛc. Debet igitur hec nota cēseri scriptura magis originalis. Preterea ī hac nota summatim ꝛ breuius reperitur descripta voluntas dicti domini Petri testatoris, q̄ descripta extiterit ī dicta minuta seu extēsa, que vt videri potest est longe longior dicta prima nota, ac in omnibus ꝛ per omnia extensa est prout dictū pretensum instrumentum. Nō ergo hec extensa, sȝ alia nota que reperitur abbreuiate scripta, cēseri debet litera matrix ꝛ originalis, aut saltē originalior, q̄ extensa, per id quod not. Bald. C. de fide instrumen. super rubrica, ꝛ Joannes de Imol. in dicta. l. sempronius proculo, ꝛ in dicta. l. cum proponebatur. columna fina. ad fi. Rapha. cuma. in dicta. l. sempronius, ꝛ Alexander in dicto cōsilio. cv. columna. j. qui omnes volunt q̄ si extent due scripture originales, standū sit scripture magis originali, vt ī casu p̄nti: in quo, vt p̄dixi, scriptura abbreuiate scripta cēsetur esse magis originalis, ꝛ esse matrix nō solum dicti pretensi instrumenti, sed etiaȝ dicte minute seu extēse. Preterea q̄uis dicta verba, masculos solum ꝛ duntaxat, scripta et apposita extiterint non solum in dicto pretenso instrumento, sed etiam in dicta minuta seu extensa: illa tamen non fuerunt posita vel scripta in corpore huius extense, sed in margine, ꝛ per modum postille.

3 † Quo fit vt illa verba nihil operentur, ꝛ haberi debeant pro non appositis, etiam si viderentur scripta eadē manu: eo maxime, vel saltem, quia notarius, in corpore dicte extense nō fuit attestatus se apposuisse seu descripsisse ī margine post verbū liberos hec verba masculos solum ꝛ duntaxat, pro quo allegasse sufficiat quod not. Bartolus in. l. si vnus, ꝛ quod ibi plenius et apertius Pau. de cast. versicu. quid ergo si notarius ꝛc. Alexan. de Imo. columna penulti. versicu. Pau. de cast. hic ꝛc. ꝛ domin⁹ Jason. may. columna fina. versi. ego paucis concludo. C. de testa. ꝛ Baldus in. l. nostram. C. eodem titu. ꝛ Joannes and. in addi. Specu. tit. de fide instrumen. §. ostenso. in addi. exordiēte. Dicit Rolandinus ꝛc. talia enim verba posita in margine sunt sine die et consule, testibus et signo, et potuerunt de facto per notarium scribi ex interuallo: quod etiam apparet ex eo quia nec in corpore, nec ī margine predicte prime note scripta extiterūt. Et hoc puto maxime procedere, si idem notarius nō consueuisset dictionē ꝛc. per eum in alīs suis notis scriptis de testamentis positam post verbum liberos, extendere ꝛ dicere, masculos solum ꝛ duntaxat.

1 ☞ Auus an possit grauare nepotem in legitima.
2 Supplementi legitime petitio quam cōditionem habeat, Et an peti possit in substantia hereditaria.
3 Fructus supplementi legitime an peti possint.

¶ Epitome.

¶ Etiam fructus supplementi legitime per nepotē peti possunt: tantum abest vt ipsis vel eorum patribus illa cum fructibus integre ꝛ sine vllo grauamine non debeatur. V. F.

¶ De fructib. ꝛ lit. expen. Consi. cccxvj.



Viso testamento nobilis ꝛ honorabilis quondam viri Bartholomei bassani mercatoris ꝛ ciuis Aquēsis, in quo inter cetera dicitur instituisse quinq̄ heredes, scȝ nobiles Honoratum, Joanonam Michaelam ꝛ Violandā eius filium ꝛ filias naturales ꝛ legitimos. ꝛ Hugonem bassani eius nepotem seu felezenum ex nobili Petro bassani eiusdem Bartholomei testatoris quondam filio naturali ꝛ legitimo predefuncto, ꝛ iure institutionis legasse ꝛ reliquisse nobili Pierre bassane eius nepti seu felezene ex dicto quondam nobili Petro filio predefuncto ducentos florenos de rege semel tantum, de ꝛ proquibus eam voluit esse tacitam ꝛ contentam, ꝛ quod nihil amplius petere posset in bonis suis occasione quacunq̄. Viso insuper instrumento matrimonī postea contracti per verba de futuro per ꝛ inter honestum iuuenem Guilielmum morlani, seu pro eo ꝛ eius nomine per Andream morlani ipsius Guillielmi patrem ex vna parte, ꝛ prefatam Pierram ex alia, dico ꝛ respondeo breuiter ꝛ succincte q̄, cum dicto nobili Bartholomeo superfuerint dicti Honoratus filius ꝛ tres filie, ꝛ prefati Hugo ꝛ Pierra nepotes seu felezeni, representantes personam dicti quondam nobilis Petri, ꝛ locum eius subingressi, ꝛ sic quinq̄ liberi: horum omnium legitima fuit ꝛ est semis, seu dimidia pars bonorum eiusdē Bartholomei, deducto ere alieno ꝛ funeris impēsa, authen. de triente ꝛ semisse. §. j. colla. iij. ꝛ transumptiue in authenti. nouissima. C. de inoffi. testamen. iuncto eo quod not. Salice. in authen. nouissima. quest. vj. ꝛ quod ibi dominus Jason may. col. xvj. versicu. vltra Bart. queritur ꝛ est necessaria questio. C. de inofficioso testamen. ꝛ quod habetur in. l. papinianus. §. quarta autē. ff. eodem titu. ꝛ huius semissis quintam partē habere debuit prefatus Honoratus: aliam quintam dicta Joaneta: aliam quintam prefata Michaela: aliā quintam dicta Violāda: ꝛ aliam quintam habere debuerunt dicti Hugo ꝛ Pierra, vt pote representantes vt predixi personam dicti Petri, eorum quondam patris, ꝛ locum eius subingressi. §. cū filius. institu. de heredi. que ab intesta. deferun. Et vt premissa melius intelligantur, ponamus q̄ bona prefati testatoris valuerint, deducto ere alieno ꝛ funeris impensa, sexdecim mille florenis: legitima dictorum liberorum ascendit ad octo mille florenos, qui debent diuidi in quinq̄ partes. Et horum octo millium quintam

1 partem habere debuerunt dicti Hugo ꝛ Pierra. † Et sic eadem Pierra debuit effectualiter habere decimam partem huius semissis, ꝛ sic vicesimam partem bonorum predictorum, in qua eam grauare non potuit dictus Bartholomeus eius quondam auus paternus. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. ꝛ. l. scimus. in principio. C. de inofficio. testamen. ꝛ authenti. vt cum de appel. cognoscitur. §. ceterum. colla. viij. Si igitur dicti ducenti floreni eidem nobili Pierre legati, ꝛ iure institutionis relicti non ascendant ad valorem decime partis semissis, seu dimidie partis bonorum eiusdem quōdam Bartholomei testatoris, ipsa potest pe-

2 tere supplementum dicte eius legitime, dicta. l. omnimodo. † Et cum pro isto supplemento petendo competierit ꝛ competat condictio ex lege, vt nor. gl. in dicta. l. omnimodo. in verbo exigere, ꝛ quod ibi Rayne. Paulus de castro, ꝛ Jason may. ꝛ quod not. Angelus in. d. l. papinianus. §. si conditioni. columna. j. versicu. not. diligenter q̄ supplementum ꝛc. Baldus in. l. si quis in suo, ꝛ Salicetus in dicta. l. scimus. in principio. C. de inofficio. testamē. Joannes de Imol. in. l. in quartam. colum. fina. ꝛ quod ibi Alexander de imola in charta penulti. colum. iij. ff. ad legem falcid. ꝛ quod habetur in dicto. §. ceterum. debuit ꝛ debet supplementū huiusmodi peti a prefatis heredib⁹, a quolibet videlicet ꝑ quinta parte excepto dicto Hugone: quia actiones personales transeunt actiue ꝛ passiue ad heredes. l. j. ꝛ. ij. cū suis simili. C. de heredi. actio. Ideo autem dixi, excepto dicto Hugone: quia cum ipse vltra ꝛ preter ducentos florenos eidem Pierre legatos dederit, constituerit, ꝛ assignauerit in dotem ꝛ pro dote ipsius Pierre eius vxoris dicto Guillielmo morlani quadringentos florenos, ꝛ hoc pro ꝛ ea ratione seu causā, ne imposterum oriri posset questio ꝛ debatum inter eundem Hugonem ꝛ dictam Pierram pretextu ꝛ ad causam supplementi legitime, ꝛ ne illud petere posset super bonis dicti Hugonis eius fratris: non debet vlterius vel de iure potest per eandē Pierram aliquid peti a predicto Hugone vel eius herede pro supplemēto dicte eius legitime. Sed ꝑ supplemēto illius agere potest cōtra alios heredes, ꝛ petere a quolibet quintam partem eiusdem supplementi. Que dixerim ꝛc.

3 ☞ † Ceterū quia in positione casus mihi exhibiti nihil quesitum extiterat de fructibus legitime, de quibus post complectum dictamen seu consilium infrascriptum, dico ꝛ respondeo quod non solum peti potest predictum supplementum, quod tradendum est ꝛ soluendum in ꝛ de bonis seu substantia testatoris, sita voluerit dicta Pierra, per id quod post Guillielmum in dicta. l. scimus. §. repletionem. C. de inoffic. testamen. voluit Bartol. in. l. suus quoq̄. ad principiū. ff. de heredi. institu. vbi etiam Joannes de Imol. columna. viij. versic. aduerte etiam q̄ hic Bartolus, Alexander de Imol. in. l. non amplius. §. fin. ff. de legatis primo. ꝛ alij in alīs locis: sed etiam peti possunt per eandem Pierram fructus dicti supplementi: quia sicut filio debetur legitima, ita ꝛ fructus legitime, dicta authen. nouissima, ꝛ quod ibi glo. dicta. l. papinianus. §. vnde si quis. not. glo. in. l. in fideicommissariam. in gl. j. ad finem. ff. ad trebellia. de quo ponit aliquid Joannes an. in addi. Specula. titu. de pigno. §. sequitur videre. in addi. qua incipit. Si vsusfructus debebatur Et hoc bene declarat Baldus in. l. nō est. C. familie erciscun. vbi concludit hoc esse verum, etiam si tales fructus essent consumpti ab herede bona fide possidente. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Publiciana agens quid deducere debeat, Item ꝛ rei vendicatione. nu. j.

2 Precarii constitutio, ut actorem iuvet, quod probationem exigat.
3 Bartoli honorificencia et autoritas in causis forensibus multoties depressa.
4 Doctoris autoritas non attendenda, sed ratio.
6 Probatio dura et obscura an relevet.
7 Specialia duo circa idem non concurrunt.

Epitome.

Per precarii constitutionem non censetur translata possessio, nisi et qui constituit possedisse probetur tempore ipsius constitutionis. U. F.

De preca. et Saluia. interdic. Consi. cccxxiii.



1 Etiam † si libellus parte honestorum iuvenum Antonii et Joannis doliveti oblatus et productus in prima instantia, contra honorabilem virum Joannem girauderi apothecarium civitatis Arelatensis, potuerit vel de iure vel de approbata consuetudine alternative in rei vendicatione et publiciana formari: non tamen videtur dicti Doliveti potuisse aut de iure debuisse reportare sententiam. Et quidem non in rei vendicatione: quia non est probatum, quinimmo nec satis opportune deductum, dominium ermassii, de quo in actis, ad aliquem predecessorem predictorum Doliveti vel eos ullo unquam tempore spectasse aut pertinuisse. Quod quia ex actis clarissime colligitur, nemini dubium quin quo ad hanc actionem prefatus Girauderi absolui debuerit, vel quod in ea dicti Doliveti obtinere non potuerint. l. qui accusare. C. de eden. l. fi. C. de rei vendi. et c. unico. cum suis simili. ut ecclesia. bene. Super quo, cum etiam ex adverso non multum contendatur, ulterius non insisto.

Non etiam debuerunt obtinere in publiciana actione: quia supposito citra preiudicium veritatis, quod Nicolaus daulioni pretensus emptor predicti Hermassii, et Nicolaus nyon, cui per certa pretensa media dicti Doliveti se pretendunt successisse, fuissent unus et idem homo: cuius contrarium videtur presumendum, pro eo quia quemadmodum non presumitur quis habere duplex nomen: ita nec presumitur habere duplex cognomen: adhuc tamen obtinere non debuissent, pro eo quia non fuerunt probata, quinimmo nec proposita requisita et necessaria ad publicianam actionem, de quibus per glo. et docto. in. §. sed iste, institu. de actio. per glo. et doct. in. c. abbate sane. super verbo, domini vel quasi, de re iudi. in. vi. Et quidem non fuit probata, quinimmo nec opportune proposita traditio predicti Hermassii: nisi forte pretendatur quod immo tradita extiterit per constitutionem precarii, que fuisse apposita forsan pretenditur in instrumento asserte

2 venditionis predicti Hermassii. † Sed hoc non obstat: quia ad hoc ut per constitutionem precarii aut per constitutum censeatur fuisse tradita possessio: opus est quod deducatur et probetur, quod ille qui constituit tenebat et possidebat tempore constituti aut constitutionis precarii rem quam sic se tenere constituit nomine alterius. Pro quo allegasse sufficiat. l. quibus. §. si conductor. et quod ibi gl. Ang. Joan. de Imol. et Alexan. de Imol. ff. de acquiren. posses. Ang. in. l. ii. ubi etiam hoc sentit glo. super verbo, tradita. C. eod. titu. Bartolus in. l. quod meo. in principio, in colum. penulti. ff. eodem tit. Andre. barba. consilio. xli. exordiente. Illud afferam in medium quod propheta clarissimo venit in ore, in prima parte. Albe. in. l. i. C. de dona. Ex quorum dictis illud colligitur, quod per constitutum aut constitutionem precarii non censetur res tradita seu possessio translata, nisi tempore constituti seu constitutionis huiusmodi sic constituens possideret. Et dicit expresse Ang. in dicta. l. ii. C. de acquiren. possessio. et in dicta. l. quibus. §. si conductor. et post eum Joannes de Imo. et Alexan. de Imol. quod advocatus debet esse cautus in proponendo et probando, quod constituens tempore constitutionis huiusmodi possidebat: alioquin succumberet. Quorum dicto addicio, quod non mirum si succumberet: quia quilibet tenetur probare id quod est fundamentum sue intentionis, sive illud sit factum affirmativum, sive negativum. l. actor. C. de proba. l. in exceptionibus. ff. eodem titu. et. l. si quis. C. de fabri. libro. xi. et quod not. Innocen. in. c. de his. de accusa. Barto. et doct. in. l. ex hoc iure. et seq. ff. de verborum obliga.

Cum igitur probatum non extiterit, quinimmo nec opportune deductum, quod tempore dicte pretense venditionis facte, ut ex adverso pretenditur, per quosdam Durandum girardi et Antonetam eius uxorem, ipsi Durandus et Antoneta hermassium predictum possiderent: palam infertur per precarii constitutio, de qua in instrumento huiuscemodi pretense venditionis, operata non extiterit translationem possessionis, aut traditionem predicti ermassii: quia nemo plus iuris etc. l. traditio. ff. de acquiren. rerum domi. c. gratia. i. questione. i. et c. daybertum. i. quest. vii.

Forte vero huic obiectioni respondebitur, prout etiam audio, et profecto non ineleganter fuisse responsum, quod quemadmodum non apparet quod tempore facte venditionis, de qua supra, dicti venditores possiderent: ita nec apparet quod alius predictum hermassium possideret. Et sic cum non constet possessionem hermassii huiusmodi fuisse penes aliquem tempore dicte pretense venditionis, presumere debemus quod tunc vacua existeret, et quod propterea dicti pretensi venditores illam transtulerint in emptorem per constitutionem precarii, per id quod not. Bartolus in. l. quod meo. ad fi. princip. ff. de acquiren. possessio. Sed hoc non obstat, tum quia non videtur esse formalis vel bona consequentia, non apparet quod dicti pretensi venditores vel alius possiderent hermassium predictum tempore facte venditionis, ergo nullus possidebat, vel presumendum est nullum tunc possedisse: quia rerum existentia non dependet a probatione, sed probatio ab existentia huiusmodi. Multa enim sunt et vere sunt: et tamen probari non possunt. De quorum numero est etiam illud de quo in. l. duo sunt Titii. ff. de testamen. tute. Tum et quia Bar. loquitur in detentore constituente se possidere precario nomine etc. cuiusmodi non probantur, quinimmo nec proponuntur fuisse dicto

3 pretensi venditores. † Tum et quia sententiam Bartoli reprehendit Alexander de imol. bonis fundamentis: quibus, salua honorificentia Barto. debita videtur potius inherendum: quia quamvis nemo sit qui nesciat magnam esse Barto. autoritatem, et eum ipsum fuisse lucernam iuris: multe tamen eius opiniones damnantur, nec servantur in practica, secundum Lauden. in principio sui tractatus de reprobatis notis Barto. Et nimirum, quia quandoque bonus dormitat Homerus. Pro quo Lauden. allegat not. in. l. recusari. ff. de acquirenda heredi. ego vero allego glo. ordinariam

4 in. c. si quis noverca. §. quibus. xxxii. questione. vii. † Addo quod ad opinionem vel autoritatem doctoris non est attendendum, sed potius ad rationem que eum movit, an videlicet sit bona vel efficax, vel non, per id quod not. Panormitanus in. c. capellanus, de feriis, et in. c. nemo. de verborum significatio. Pro quo allegasse sufficiat. l. ii. §. sed neque ex auctorum multitudine. C. de veteri iure enucleando.

Sed forte opponetur ulterius quod etiam si non constaret de traditione vera aut ficta predicti Hermassii nihilominus tamen hoc non obstat, cum presumi debeat quod illa tradita extiterit ex titulo dicte pretense venditionis. l. quedam mulier. et quod ibi glossa. ff. de rei vendica. et quod not. Bartol. in. l. cum solus. cum suis concordantiis. ff. de usuca.

5 Sed istud non obstat. † Tum quia ad hoc ut competat publiciana opus est probare quod vacua possessio tradita extiterit, et quod illa fuerit translata: quia alias prescribere vel usucapere non posset: et sic nec publiciana competeret. l. eum qui. ff. de publicia. Et hec fuit opinio Jacobi de Ravenna, quem refert Joannes fabri in dicto. §. sed iste. col. v. versi. sed circa hunc articulum etc. insti. de actio. Et hanc opinionem sequitur Cy. et ut videtur Alexander de imol. l. in addi. ad Baldum in dicta. l. cum res. C. de probatio. et Baldus in. §. per traditionem, versi. quero nunquid in acquisitione publiciane, institu. de re. divisi. que etiam videtur placuisse Baldo in dicta. l. eum qui. §. pretor ait. quod hic non apparet, quinimmo potius de contrario: quia si bene attendatur ad depositiones testium parte dicti Girauderi in causa productorum, possessio predicti Hermassii non vacabat tempore mortis Catherine quondam uxoris Antonii dolivet patris horum Dolivetorum: sed vel possidebat

6 per eundem Girauderi, vel per eius predecessores. † Et dato citra preiudicium veritatis quod hoc clare non appareret: tamen negari non potest quia probatio predictorum Dolivetorum fuerit et sit obscura et dubia, non ergo relevat. c. in presentia. et quod doctores de probatio. et. l. inter stipulantem. §. i. et quod ibi Bar-

7 tolus et Alexander de imol. ff. de verborum obligatio. † Tum et quia si presumeremus possessionem predicti Hermassii fuisse traditam, et non solum traditam, sed cum vacua existeret fuisse traditam, iam concurrerent in eo duo specialia: quod non est dicendum. l. i. C. de do. promis. et quod not. Salice. in. l. cum de in rem verso. circa principium. ff. de usur. Tum et quia licet dicti Doliveti pretendant possessionem predicti Hermassii fuisse traditam non Nicolao daulison pretenso emptori, aut Philippe et Catherine eius quondam uxori et filie, et pretensis heredibus, de quorum possessione non constat, quinimmo nec de ea articulatur: sed dicto Antonio eorum quondam patri, quem contendunt possedisse predictum Hermassium: ipsi tamen sic de possessione huiusmodi articulant, ut non videatur ipse Antonius possessionem predicti Hermassii apprehendisse in vim dicte venditionis, et ut pretensus heres predicte Catherine et medio ipsius dicti quondam Nicolai

lai pretensi emptoris. Quod ex eo apparet, quia proposuerũt eun dem dominum Antonium predictum Hermassium possedisse quandiu vixit: quod facere nõ potuisset si heres prefate Catherine eius quõdam vxoris possessionem predicti Hermassij apprehendisset. Et ita vsquequaq; non videntur dicti Dolivetti actores sufficienter fundasse eorum intentionem.

Verũ pro maiore certificatione animi reuerẽdi patris z viri egregij domini officialis Arelatensis iudicis huius cause, posset z vt mihi videt deberet idem dominus officialis ex eius incubenti officio dicere partibus se velle accedere supra locum, z locum cõtẽtiosum subijcere oculis sub presentia partium z testium hincinde productorum, illorum videlicet qui pro parte dictorũ Dolivetorũ deposuerũt qd viderint predictũ Hermassium possideri per dictum Antonium, z illorum qui deposuerunt quod viderint illud possideri tam per dictũ Giraudeti, q̃ per illos Guichardos, a quibus habuit vineã con frõtatam cum Hermassio. Et postq̃ subiecerit rem oculis, poterit eius reuerenda paternitas, z ex suo officio seorsum, et ad partẽ intelligere a testibus an in eorũ depositionib' senserint de Hermassio contentioso. Et hec potuerunt parare viã ad diffinitionẽ cause huius. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini zc.

1 ¶ Testator an possit grauare heredem sub duplici conditione alternatiua in filijs filiorum, z quando.

2 Filij filiorum onerati an censeantur honorati, z grauari possint.

¶ Epitome.

¶ Sub duplici conditione testator fideicõmisso grauare potest filios: hoc est, si ipsi sine liberis decesserint, z eorũ liberi sine alijs liberis. V. F.

¶ De fideicommisso. Consi. cccxxiiij.



Dudũ fuit in humanis nobilis et honorabilis vir Bonifacius de rama condominus seu dominus pro parte, locorum de Palon, de Freyssieneria, de Chancelata, z de Realono diocesis Ebredunensis: qui pridem Anno videlicet incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo vicesimo octauo, z de mense Decembris, fecit et condidit eius vltimum et nuncupatiuum testamentum: in quo heredes vniuersales instituit nobiles Franciscum, Antonium, et Joannem de rama eius filios naturales z legitimos: volens et ordinans quod omnia et singula sua bona, iura, actiones et rationes quecunq; diuiderentur seu diuidi possent cõmuniter z equaliter inter dictos suos tres heredes equis partib' exceptis tamẽ vniuersis z singulis suis vassallis, hominibus ligijs mediatis vel immediatis, iurisdictione, seignoria alta z bassa ac mero z mixto imperio: z quibusdam alijs inibi plenius expressis. Et si contingeret alterum ex dictis tribus suis heredibus vniuersalibus supra nominatis quandocunq; absq; herede seu heredibus masculis ex suo corpore legitime z naturaliter procreato vel procreatis ab humanis decedere, z etiam si cõtingeret dictos heredes masculos mori in pupillari etate, vel alias quãdocunq; sine herede seu heredib' masculis ex suo corpore seu corporibus legitime et naturaliter procreato vel pcreatis, eo casu alios filios z heredes suos superuenientes seu ipsorũ heredes masculos ab ipsorum corporibus legitime procreatos ei vel eis sic morienti vel morientibus loco ipsorum substituit, z in succidium eorũdẽ in parte seu portione illius vel illorum sic morientis seu moriẽtium heredum communiter sibi instituit. Qui testator permanẽs in voluntate hmõi ab humanis decessit, superstitibus z sibi superuiuẽtibus dictis nobilibus Frãcisco, Anton. z Joãne eius filijs: qui se paterne hereditati immiscuerũt, z p vniuersalibus heredibus dicti Bonifacij eorũ quõdã patris se gesserunt. Successu temporis vita functus est z ab humanis intestatus decessit dictus Frãciscus, superstite z sibi superuiuẽte Bertrã. de rama ei' filio vnico naturali z legitimo: qui etiã postea vita funct' est, z ab humanis intestatus decessit, superstitibus z sibi superuiuentibus nobilibus Dominico z Honorato eius filijs naturalibus z legitimis qui tenuerunt z possederunt equis portionibus bona dicto quondam nobili Frãcisco eorum auo relicta, z presertim iurisdictionẽ z seignoriã altã z bassam ac merũ et mixtum imperium. Deinde vero vita functus est, z ab humanis intestatus decessit prefatus nobilis Dominicus sine liberis masculis, superstitibus tamẽ tribus filiabus naturalibus z legitimis eius heredib'. Postremo vita functus est, z ab humanis decessit dict' nobilis Honorat', superstite z sibi superuiuente nobili Sebastiano eius filio naturali z legitimo, quẽ dicit in suo vltimo z nuncupatiuo testamẽto heredem vniuersalem instituisse, z sibi certo modo substituisse dictas filias prefati Dominici eius quondam fratris.

¶ Quesitũ est an cũ dictus quõdã nobilis Dominicus sine liberis masculis decesserit, possit prefatus Sebastianus eius nepos pretẽdere se habere aliquod ius in ea parte seu quota que ad eundem Dominicum peruenerat de bonis dicti quondam nobilis Bonifacij eius proaui paterni.

1 Pro † cuius dubij solutione premitto, quod dictus nobilis Bonifacius testator potuit grauare dictũ nobilem Franciscũ eius filiũ z heredẽ p tertia parte, non solum sub cõditione, si ipse sine herede vel heredibus masculis ab humanis decederet: sed etiã sub duplici cõditione alternatiua, si ipse sine herede masculo seu masculis, vel ipsi heredes masculi sine masculis heredibus ab humanis decederent. et de hoc nullus dubitat: hoc enim voluit Bar. in. l. cẽturio. in materia cõpẽdiose substitutionis, ver. quero vlterius quid si testator dixerit si filius meus decesserit sine liberis, vel liberi sine liberis zc. ff. de vulga. z pupil. quẽ quo ad hoc nemo reprehẽdit. Pro quo allegat Bar. l. coheredi. §. cũ filie. ff. de vulg. z pupil. z. l. legatũ sub conditione. ff. de condi. z demonstra. Idem sensit Bal. in. l. ab eo. versi. sed quid si testator. C. de fideicõmis. Joan. de imol. in. c. raynutius. charta penultima, versic. tangit etiam Bartolus questionem illam si testator dicat zc. de testamẽ. Phili. franc. in repeti. c. si pater. versiculo, septimo queritur de questione sepius in facto contingente. de testamen. in. vj. et alij in alijs multis locis: Sz in casu de quo queritur non sic substituit dictus nobilis testator: dicto Francisco eius filio: q̃uis enim substitutio per eum facta censeri possit fuisse facta sub duplici conditione alternatiua, scilicet si ipse Franciscus sine herede masculo seu heredibus masculis vel ipsi heredes masculi sine masculis heredibus ab eisdem descendentibus ab humanis decederent: nõ tamen videtur quod in quolibet istorũ casuum fuerit facta substitutio ipsi Frãcis. seu ipse Frãc. rogatus vel grauat' de restituẽda hereditate sz solũ in primo casu, scilicet si ipse sine herede masculo vel masculis heredibus ab humanis decessisset. Et in secũdo casu, scilicet vbi heres masculus vel masculi heredes superfuissent, qui postea sine masculis heredibus ab humanis decessissent, fuerunt ipsi heredes masculi, hoc est masculi liberi huius nobilis Francisci grauati de restituendo: hoc enim aperte denotant illa verba posita in substitutione, que superius sunt relata, scilicet ei vel eis sic moriẽti vel morientibus, per que clarissime apparet quod idem testator substituit ei vel eis qui sine herede masculo seu masculis heredibus ab humanis decederet aut decederent: cuiusmodi non fuit dictus nobilis Franciscus: quia vt ponitur in casu eidem superfuit dictus Bertrandus, z consequenter alij masculi superius mentionati. Et ita propter sui perexistentiam dicti Bertrãdi defecit cõditio, sub qua dictus Frãciscus poterat dici grauat'. Si igitur dict' Sebastianus pretendat se aliquid habere vel petere posse in illa parte seu quota bonorum, que ad dictum Dominicum peruenerant de bonis dicti Bonifacij testatoris opus est quod ipse hoc petat tanq̃ substitutus predicto Dominico eius patruo, qui dicitur sine liberis masculis ab humanis decessisse. Quibus premissis respondeo ad quesitum, z dico quod, vt refert Bartolus in dicta. l. centurio. versicu. quero vlterius quid si testator dixerit si filius meus zc. z plenius Albericus. ff. de vulga. et pupilla. in repetitione rubrice, in materia compendiose substitutionis, versicu. sed quia testatores sepe vtuntur alijs verbis cõformibus zc. super hoc fuerunt olim opiniones in contingentia facti, z vt dicit Albericus in ciuitate Sesene, in qua Jacob. de bellouisu cõsuluit fideicommissum valere, sz Richar. malũ. z Raynerius consuluerunt contrarium, scilicet quod non valebat fideicommissum in filijs filiorum, pro eo quia testator nihil eis reliquerat, sed ab intestato vel ex testamento successerant patri, per id quod not. in. l. lucius. la. ij. ff. de heredi. institu. ergo eos grauare nõ potuit. l. sed et si fic. §. j. ff. de lega. iij. dicta. l. ab eo. C. de fideicommis. z. l. plane. la. ij. §. finali. z. l. seq. ff. de lega. j. Cum igitur in casu de quo queritur nihil fuerit relictum per dictum testatorẽ dicto nobili Dominico: nõ videtur idẽ testator sibi potuisse substituere, vel eum grauare, per predicta. Et pro hac parte cõsuluit Bartol. in quodam suo consilio exordiente, Andreas condidit testamentum zc. vbi voluit quod quando substitutio fideicommissaria facta est filijs filiorũ nõ aliter institut': illa est inualida. Eandem opinionem late prosequitur z tenet Albericus vbi supra, et Baldus in. l. ab eo. l. sed et si fic, supra allegatis. Petrus de ancharano consili. cxxxvj. exordiente. Principaliter considerandũ est, Joannes de imo. in dicta. l. centurio. colum. xxj. versicu. item quia non videtur verum zc. in. c. raynutius. charta penultima. versicu. tangit etiam Barto. questionẽ illam zc. in. c. cum tibi. colum. x. z sequenti. de testamẽ. Rapha. cuma. in dicta. l. lucius. et Alexander de imo. in dicta. l. centurio. colum. xlix. versic. item querit hic Bartolus ibi, adde quod Joannes de imola vbi etiã

dicit Alexander de imol. se ꝑ hac parte consuluisse bina vice, dominus Jason may. in dicta. l. centurio, colum. xxv. vbi plene prosequitur istam materiam, referens, qḋ ⁊ verum est, Alexandrū de imol. nō solum bis, sed quinq̄ vicibus: immo forte septē, cōsoluisse pro hac parte. Et dicit idem dominus Jason, quod hec opinio est vera ⁊ magis communis, quod ipse secundum eam sepe consuluit. Sed Bartol. in dicto versic. quero vlterius quid si testator dixerit ⁊c. sequutus est opinionē Jacobi de bellouisu:
2 ⁊ sic voluit quod fideicommissum valeat, motus ex eo, † q2 quando testator grauat filios filiorum, ipse videt̄ dictis filiorum filijs grauatis reliquisse, ⁊ sic eos honorasse: pro quo allegat. l. dentq̄. §. interdum. ff. de pecu. lega. ⁊ quod not. glos. in fine, in. l. alio. ff. de alimen. ⁊ ciba. lega. inducit etiam legē, si ita stipulatio. in principio. ff. de ope. liber. Quod si ita est: ergo potest grauare: nec tunc obstat dicta. l. ab eo. C. de fideicommiss. nec qḋ not. in dicta. l. lucius. la. ij. ff. de heredi. institu. quia respondet Barto. in dicta. l. centurio, versicu. quero vlterius quid si testator ⁊c. qḋ illa procedunt quādo testator nihil reliquit filijs filiorum. Sȝ eo casu quo eis reliquit, vt eo casu quo eos grauat: tunc potest eos grauare. Et hanc opinionē Bartoli sequit̄ Franciscus de are. in dicta. l. centurio. Angelus are. in. §. finali, columna penultima, institu. de pupilla. substitu. Petrus de ancharano in dicto. c. si pater. in duodecimo not. de testa. in. vj. Que opinio videt̄ ꝓcedere saltem eo casu in quo filij filiorum non solum fuerunt grauati de restituendo alteri hereditatem, sed etiam fuerunt positi in conditione: quia q̄uis ad hoc vt filij filiorum censeantur substituti, non sufficit eos fuisse duntaxat positos in conditione, per id quod not. gl. Bartolus, Baldus, Angelus, Joannes de imol. ⁊ Alexander de imol. ⁊ doctores cōmuniter in dicta. l. lucius. nec etiā per se sufficiat eos fuisse grauatos, per id quod dixi voluisse Richar. malum. Rayne. Baldū, Joannē de imol. Alexandrum de imol. ⁊ alios in locis superius allegatis: tamen vbi filij reperiuntur positi in conditione, ⁊ grauati de restituēdo, ipsi videnṫ substituti. Et sic consequenter grauari possunt. Et ita consuluerunt plures doctores Perusini, quos refert ⁊ sequit̄ Philip. de corne. in dicta. l. ab eo. Ex eo enim quod testator ponit filios filiorum in conditione, ipse cogitat hereditatem ad eos debere peruenire, dicta lege, lucius. ad finem, in verbo, prudens consilium patris, ⁊ inde postea inducendo grauamen fideicommissi, ex ista noua tacita voluntate simul iuncta cum prima. ⁊ sic ex ista duplici coniectura debet induci fideicommissum quasi ex duplici tacita voluntate. quanuis ergo primum de per se nō sufficeret: ita nec secūdum: tamen ambo simul iuncta sufficiunt: quia duo vincula simul iuncta debent potentius operari q̄ vnū de per se, authen. itaq̄. ⁊ in corpore vnde sumitur. C. communia de lega. Sed vt prediximus opinio Richar. malū. Rayne, ⁊ sequacium est magis communis. Nec obstant iura ⁊ rationes allegate per Bartolum: quia illis respondet Joannes de imol. in dicta. l. centurio. columna. xxi. ⁊ idem facit ibi Alexander de imol columna. xlix. versicu. querit hic Bartolus ⁊c. ⁊ in consilio. xxiiij. exordiente, Attētis hisque in themate ⁊c, in tertio volumine. Jllis etiā respōdet dominus Jason may, in dicta. l. centurio. columna. xxv. ⁊ seq. ibi ⁊ etiam respondet motiuis Philip. de corne. ⁊ doctorum Perusinorū. Quas responsiones pretermitto propter vitandam prolixitatē: ⁊ fateor quod iste punctus non est sine dubio, ⁊ quem Bartolus noluit decidere in dicta. l. sed ⁊ si sic. nec Baldus in. l. vnica. §. pro secundo, versic. Et hoc facit ad questionem arduam de facto. C. de caducis tollendis: pro eo quia vt refert tunc pēdebat in facto. Eam etiam decidere noluit Angelus cōsilio. vij. exordiente, Ex dicto themate plura dubia possent oriri, nec Pet. d vbal. de Perusio in repeti. dicti. c. raynutius. charta. lv. Est tamē vnū: quod iste Sebastianus non videtur esse de substitutis, ⁊ illis qui inuitabantur per substitutionem eo casu, quo vnus ex dictis heredibꝰ decederet sine herede masculo seu masculis, seu heredibꝰ masculis, vel ipsi heredes masculi sine masculo vel masculis heredibꝰ. Que omnia dixerim sub correctiōe cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ¶ Substitutio fideicommissaria an comprehendatur in compendiosa reciproce admixta.
2 Detractio duarum quartarum inter quos competat.
3 Testator an videat̄ in dubio voluisse testari secundum ius, ⁊ successionis gradus.
4 Filij duorum fratrū vel sororum vel fratris ⁊ sororis an debeant in bonis patrui vel auunculi succedere in stirpes vel per capita.

¶ Epitome.

¶ Conniuet hic bertrandus noster, dum suadet cōcordā substineri posse opinionem, ꝙ filij duorum fratrum vel sororū patruis vel auūculis premortuis succedere debeāt i capita, nō in stirpes, ob summam Azonis ⁊ aliorum patrum autoritatem, quā ⁊ neoterici nunc denuo in auras intrepide reuocant. V. F.

¶ De legi. heredib. Consi. cccxv.



Onitur in facto ꝙ duduȝ, Anno vcȝ domini millesimo. cccclix. ⁊ die xxiij. mēsis Junij, prouidus quondam vir Mattheus quinidi loci de Villabosco fecit ⁊ cōdidit eius vltimū ⁊ nūcupatiuū testamētū: i quo heredes vniuersales instituit ⁊ nominauit Antonium ⁊ Marinum eius filios naturales ⁊ legitimos. Et si morerētur sine herede vel heredibus a suis corporibus legitime procreandis, voluit quod bona sua venirent de vno ad alium, ⁊ ad propinquiorē sanguinis ⁊ progeniei sue. Et manens in ea voluntate vita functus est ⁊ ab humanis decessit, superstitibus ⁊ sibi superuiuentibꝰ dictis Antonio ⁊ Marino. Qui mortuo dicto eorū patre bonis ⁊ hereditati eiusdem se immiscuerunt, ⁊ pro ipsius vniuersalibus heredibus se gesserūt. Successu temporis vita functus est, ⁊ ab humanis decessit prefatus Antonius, superstitibus Antonio ⁊ Raynaudo eius filijs naturalibꝰ ⁊ legitimis, ⁊ dicto Marino fratre. Nouissime vero decessit ab humanis ⁊ sine liberis dictus Marinus, superstitibus ⁊ sibi superuiuentibus prefatis Antonio et Raynaudo eius nepotibus ex dicto Antonio eius quondā fratre, ac Bertrādo albi etiā eius nepote ex Beatrisia ipsius Marini quondam sorore predefuncta, necnon etiā Petro albi dicti Bertrandi filio, quem dictus Marinus vniuersalem heredem instituit. Superfuerūt etiam ⁊ supersūt ipsi Marino filij Joānis albi, filij quondā prefate Beatrisie ⁊ fratris dicti Bertrādi albi. ¶ Quesitum est an substitutio superius relata ⁊ facta per dictū quondam Mattheum sibi locum vendicauerit ⁊ vēdicet in aliquibus ex personis superius mentionatis, ⁊ in quibus.

1 Pro † cuiꝰ quesiti faciliore solutione premitto, quod dicta substitutio fuit reciproca, nō quidē simplex, sed mixta cōpediose, vt patet ex tenore illius, iūctis his que not. Bartolus et doctores in. l. lucius. ff. de vulga. ⁊ pupilla. docto. in. l. testamento. C. de testamen. mili. ⁊ Joannes ferra. in sua practica. titul. for. libel. quo agit ex substitu. super verbo, ⁊ breuiloque. Supposito igit̄ quod omnes substitutiōes directe, vt pote vulgares ⁊ pupillares, si tempore facti testamenti impuberes existebant dicti quōdā Antonius ⁊ Marinus expirauerint, dicte scilicet vulgares per aditionē seu immixtionē paterne hereditatis. l. post aditam. C. de impube. ⁊ alijs substitu. ⁊ pupillares per aduentum pubertatis lege, in pupillari. cum suis simili. ff. de vulgari ⁊ pupillari sub. fideicommissaria tamen que comprehendebatur in compendiosa reciproce admixta, per id quod voluit Bartolus in dicta lege, lucius. Salice. Alexander de imol. ⁊ dominus Jason may. in dicta lege in testamento. ⁊ Joan. Pe. ferra. vbi supra, non expirauit quo ad propinquiores sanguinis ⁊ progeniei dicti quondam Matthei testatoris: ⁊ sic quo ad dictos Antonium ⁊ Raynaudum nepotes seu felemenos eiusdem testatoris ex dicto Antonio filio predefuncto, ⁊ Bertrandum albi etiam nepotem dicti Matthei testatoris ex prefata Beatrisia eius quondam filia predefuncta, qui sunt propinquiores sanguinis ⁊ ꝓgeniei tam dicti quondam Matthei, cuius sunt nepotes ex filio ⁊ filia, ⁊ sic sibi attinent in secundo gradu: lege. j. §. secundo gradu. ff. de gradi. quam prefati quondam Marini, cuius etiam sunt nepotes ex fratre ⁊ sorore predefunctis, ⁊ sic sibi attinent in tertio gradu. de lege. j. §. tertio gradu. cum suis simili. Prefati vero Petrus ⁊ liberi Joannis sunt in gradu remotiore. Et sic dictus Petrus heres institutus per prefatum Marinum tenetur restituere eisdem Antonio ⁊ Raynaudo quinidi fratribus, ⁊ Bertrando albi, bona ⁊ heredi-
2 tatem dicti quōdam Matthei. † Uerum quia idem Marinus fuit filius testatoris ⁊ per eum heres institutus, ⁊ de restituenda hereditate sub conditione grauatus, poterit ex persona ipsius quondam Marini dictus Petrus detrahere duas quartas, scꝫ legitimam ⁊ quartam trebellianicam, per id quod not. gl. Bartolus ⁊ docto. in lege papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. glosa ⁊ Bartolus in lege, quanquam. C. ad leg. fal. Bald. in lege, filium quem. C. famil. ercisc. multas remissiones ponit domini Jason may. in auf. res que. col. ij. C. communi. de lega. Pro quo sunt boni tex. de iure canonico in capitulo raynutius. ⁊ capitulo raynaldus. de testa. Et quia dicto Mattheo superfuerunt tres liberi, scꝫ dicti Antonius, Marinus ⁊ Beatrisia, legitima horum trium fuit triens, seu tertia pars bonorū dicti quondam Matthei, deducto ere alieno ⁊ funeris impensa. aut. de trien. ⁊ semis. §. j. collatio. iij. ⁊ trāsumptiue in authen. nouissima. C. de inoffi. testa. iuncto eo quod habetur in. d. lege papinianus. §. quarta. ⁊ quod not. Bartol. in. l. ex facto. la grande. ff. de heredi. institu. ⁊ Bald. in. l. quotiēs. C. eo. tit. Et sic legitima cuiuslibet

cuiuslibet fuit vncia, cū tertia parte alterius vncie. Sic igit̄ poterit idē Bertrā. de bonis dicti quōdā Matthei ad eū tanq̄ heredem Matthei peruētis, detrahere vnā vnciā cum dimidia p dicta legitima. Et de eo quod remanebit poterit detrahere quartā partē pro quarta trebellianica, iuxta & secundū theoricā quam ponit gl. in. d. c. raynaldus. super verbo, licet totas. & Jo. de imol. in l. coheredi. §. cuž filie. ff. de vulga. & pupilla. Totum vero residuū qd̄ supererit debebit restitui dictis Antonio & Raynaudo quōdā & Bertrādo albi nepotibus & proximioribus sanguinis & progeniei dictoꝝ Mathei testatoris & Marini repulsis quo ad hoc fideicommissum dicto Petro herede, & liberis dicti Joānis. Et facta debita calculatione dictus Petrus poterit retinere de bonis dicti quondā Mathei duas vncias, & tertiam partē alterius vncie. Et sic si poneremus gratia exēpli, qd̄ tēpore mortis dicti quondam mathei testatoris bona ei⁹ deducto ere alieno & funeris impensa valuerint duodeciꝫ florenis: poterit idē Petrus detrahere de illis bonis, in quib⁹ fuit dictus Marinus heres institutus, vsq̄ ad valorem duorū florenorum & quatuor grossorū. Residuum vero quod ascendit ad tres vncias, & sic ad valorem triū florenorum, secundum positionem dicti exēpli, debet restitui prefatis Antonio, Raynaudo & Bertrādo. Et vt videt̄ dictis Antonio & Raynaudo pro dimidia parte, & prefato Bertrando pro alia dimidia parte. per id quod not. gl. in. l. cum ita. §. in fideicōmis. sup verbo, proximo. ff. de leg. ij. Alex. de imo. in. l. lucius. la. ij. ff. de heredi. institu. & cōsi. cxxxvij. exordiēte, Preclare a priore cōsultore &c. in primo volu. & consilio. v. in tertio volu. & Barthol. so
3 ci. in. l. si cognatis. col. penul. ff. de re. du. † quatenus volunt qd̄ in dubio testator videtur voluisse testari secundum iuris dispositionem, & secunduꝫ quod successio de iure deferebatur. & videtur sm̄ Joannē de imo. in dicto. §. in fideicommisso, qd̄ substituti inuitātur eo modo quo inuitarentur ad successionem defuncti ab intestato. Cū igitur cessante substitutione facta dicto Marino, & supposito quod ipse decessisset intestatus, eisdem ab intestato successissent prefati Antonius, Raynaudus & Bertrandus in stirpes, & nō in capita: et sic dicti Antonius Raynaudus pro dimidia parte, & Bertrādus p alia, aut. de heredi. ab intest. §. si vero neq̄ fratres. colla. ix. quod etiā voluit glo. & docto. magis cōmuniter in aut. cessante. C. de legi. heredi. & glo. in. l. j. C. si pars heredi. peta. videtur quod dicti Antonius & Raynaudus debeant succedere in dicto fideicommisso: hoc est in eo quod restitui debet pro dimidia parte, & Bertrandus pro alia dimidia. Verum quia Bald. et Rapha cuma. reprehendunt glo. in dicta. l. cum ita. §. in fidei
4 commisso. super verbo proximo. † et quia etiam Azo, Jaco. butri. Bald. Sali. & alij multi tenēt. quod liberi duorum fratrū aut suorum vel fratris & sororis succedunt patruo vel auunculo in capita, & nō in stirpes: puto qd̄ bonorum erit pro euitādis contētionibus, qd̄ domini arbitri tractent qd̄ dictus Bertrādus habeat de eo quod debet restitui aliquid vltra tertiā partē, & quod dicti Antonius & Raynaudus habeant totum residuum.

1 Confessio in questione facta an & quando valeat, Et quādo quis torquendus, & ex questione condemnandus.
2 Confessio facta per iniuste incarceratū an dicatur legitima.
3 Minori xxv. ānis torquēdo, an dbeat puideri de curatore ad lites.
4 Magistratui iniuste pcedenti an licitū sit etiam de facto resistere
5 Capto violenter an licita sit defensio.

Epitome.

Quod minor etiam adhibita questione si ne curatoris deputatione autoritate confessus est non valet. si cum ad suspendium duceretur aufugerit, licite restitit magistratui. V. S.

De questionibus. Consi. cccxxvi.



1 Tortura † seu questio quā intulisse dicit̄ dn̄s loci de Villamuro, seu dn̄s iudex eiusdē loci, pbo viro Petro tortini, fuit inciuilis & iniusta, & pptera confessio per ipsum a dicto Petro tēpore questionis vel post eā extorta non valuit, nec potuit aut potest ex ea cōdēnari, etiā si in illa perseuerasset. tum quia fuit tortus non precedentibus indicijs: aut si que precesserūt, illa nō erant legitima, arg. l. ij. iij. & iiij. C. ne ex fal. instru. de quo est casus in. l. maritus. & in. l. penul. secundum vnam lecturam. ff. de questionib. & voluit textus in. l. diuus, versicu. ex quibus &c. ff. de questioni. de substantialibus enim questionis habende est, quod legitima precedant indicia: alias quis torqueri non potest, cum a tormentis non sit incipiendum, dicta lege, maritus. & lege. j. ff. de questio. & lege cum cognitionaliter. & l. milites. C. eodem titulo. Si ergo nulla precedant indicia, vel illa non sint legitima, quicquid sequitur nullum est ipso iure. l. non dubium. C. de legibus. lege. j. C. de fide instrumē torum & iure haste fiscalis. lib. x. lege. j. & l. diuus. ff. de in integr. resti. & l. nominationes. C. de appellatio. quod etiam voluit per predicta Alber. de gandi. in suo tract. de male. tit. de questioni. & tormen. versicu. item pone quod quidam captus fuit & ductus coram potestate, & deductus tanq̄ homicidium commisisset &c. Guido de suza. in suo tracta. de questio. versi. sed qd̄ si aliquis tortus est nullis vel nō legitimis indicijs precedētibus. Bar. in dicta. l. penultima. ff. de questio. Ange. Joannes de imo. Alexan. de imol. & moder. in. l. qui in aliena. §. celsus. ff. de acquiren. heredi. Petrus de ancharano, consi. xxiij. exordiēte. Visa inquisitione &c. & Angelus are. in suo tracta. malefi. super verbo, quod fama publica, versi. aduertas tamē quod si indicia &c. vbi etiam in addi. idē voluit Augusti. de bonfran. qui etiam ibi affirmat hoc voluisse Angelū in. l. vnica. C. de confes. in. l. ij. C. quorū appella. non recipi. & in tracta. malefi. in materia torture, sub rubrica, an confessus per torturam &c. & idē voluit dominus Cate. l. in ma
2 tertia syndicatus. q. ccxij. Et plus dicit Petrus de ancharano in dicto consilio. xxix. quod si appareat aliquem fuisse iniuste carceratum, & postea confessum: non dicitur confessio legitima, nec ex ea reus est condemnandus, per bonas rationes quas allegant et sequūtur multi moderni in dicta. l. qui in aliena. §. celsus. Tum etiā fuit inciuilis et iniusta dicta tortura seu questio, & non valuit
3 confessio vel in ea vel post eam facta, † pro eo quia tempore torture & confessionis huiusmodi dictus Petrus tortini erat minor vigintiquinq̄ annis, cui propterea debuit prouideri de curatore, de et cuius autoritate se defenderet, et responderet in dicta causa, per id quod habetur in. l. clarum. et quod ibi Cinus, Baldus, Salicetus, & doctores communiter. C. de autori. tuto. & quod no. Bal. in. l. ij. §. pupil. ff. de verborū obligatio. Salicetus in. l. j. C. de confes. Jacobus butri. in authē. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. et Angelus are. in suo tracta. malefi. in glos. super verbo, comparent inquisiti & confitentur in totum, versicu. necnon sis bene cautus tu iudex quādo habes minorem &c. vbi etiā post multa idem sequitur Augusti. de bonfran. quam opinioneꝫ etiā sequutus est Alberi. de rosa. in quarta parte statutorū, questio. lxxxiij. vbi etiā dicit quod Hugoli. dela fontaine dicebat hanc opinionē increscere & inualescere in iudicijs & in scholis: quā opinionem etiam sequutus est Angelus in dicta. l. vnica. C. de confes. q̄uis aliter fuerit loquutus in. l. certuꝫ. §. in pupillo. ff. eodem titu. Et pro hac parte bene facit quod not. Bartol. in dicto. §. in pupillo. vbi voluit et bene probat, quod vbi minor debet respondere de veritate, ibi a principio dꝫ esse pcuratoris autoritas. sed certum est quod in criminalibus debet respondere de veritate, secundum theoricam Barto. ab omnibus communiter approbatā in. l. inter omnes. §. recte. in fine. ff. de fur. Voluit ergo Bar. quod confessio minoris non valeat nisi ab initio interueniat curatoris autoritas. Et idem voluerūt Alberi. & Rapha. fulgo. in dicta l. clarum. vbi tenēt quod confessio minoris in tormentis non valet, vbi etiam dicit Rapha. quod ista pars est tutior.

4 † Et q̄uis prefat⁹ Petr⁹ tortini post tormenta multiplicia sibi adhibita & cum iam esset destinatus suspendio, & illi propinquus, a carceribus recesserit, sic dei adiutorio & gloriosissimi confessoris, cuius patrocinium se dicit suppliciter postulasse, periculū suspendij euitauerit, nō est tamē de hoc recessu arguendus: qz magistratui seu iudici iniuste facienti licitum est etiā de facto resistere, vt not. Dy. in regula, quod quis mādato. de regulis iuris. in. vi. vbi dicit quod quādo aperte apparet iudicem procedere cōtra legem: licitū est etiā priuato resistere iudici. Pro quo allegat. l. prohibitū. & l. defensionis facultas. C. de iu. fisci. lib. x. & l. ignotū. C. de reuocā. his. & l. cōtumacia. §. si. ff. de re iudi. Ad quod facit quod voluit Cynus in l. j. ad finē. C. vnde vni. vbi dicit qd̄ quādo iudex iniuste agit, imponendo grauamē quod reparari non potest in syndicatu, vt est tortura, & alia huiusmodi dicunc licitū est de facto resistere, argu. l. ij. ff. de appellatio. recipiē. & l. si quis prouocatione. cū ibi not. C. de appellatio. idem voluit Bald. in reperi. dicte. l. j. col. xiij. versic. duodecimo quero an iudici possit resisti &c. C. vnde vi. & in l. iiij. q̄stione. vij. ff. de iusti. & iu. & Pau. de leaza. in cōmēto rubrice de restitu. spolia. Cū igitur dictus domin⁹ de Villamuro, seu dominus eius iudex de facto & contra iustitiam processisset et procederet ad magna & grandia grauamina, & que postea reparari nō potuissent: licitum fuit de facto resistere, quod factum est per recessum a carceribus, in quibus iniustissime, & sine indicijs detinebatur. Pro quo facit quod voluit Baldus in. l. vis eius. C. de probatio. & post eum Franciscus de are. in. l. clam possidere. §. qui ad nundinas, colum. viij. versicu. ad rationes Bartoli. ibi. fa
5 tenduꝫ est istud. ff. de acquiren. possessio. † Vbi volunt qd̄ captus violēter pōt quādocūq̄ se defendere et eximere a captura. l. Mihi ergo videtur hunc Petrum habere bona fundamenta & sufficientia ad impugnationem processus contra eum facti. Consule

rem tamen quod ipse faceret requiri dictum dominum de Villa muro vel officiarios, qd sibi dent copiam dicti processus, vel qd ipse Tortini pro illa obtinēda supplicet eminentissimo regio cōsilio, a quo faciliter obtinebit prouisionem. Tū per predicta. Tū ⁊ quia causa fuerat cepta coram illustri domino de Baudiconot, tunc regio locū tenēte vel gubernatore in illis partibus: qui etiā cum cautione vel promissione de se representando cum requirerētur eundē Tortini relaxauerat. Et posset etiam supplicari super securitate. Habito vero ⁊ viso pcessu huiusmodi, posset in omnibus securius responderi, ⁊ huic pauperi consului; quod profecto p defensione sue innocentie libenter faciam.

1 ☞ Filiusfamilias an possit testari, si sit miles, ⁊ de quib⁹ bonis Et quid si parentes pretereat, an valeat testamentum.
2 Testari qui non potest an possit codicillari vel legare.
3 Filius familias an possit bona peculij nō castrensis vel quasi donare donatione causa mortis, ⁊ quando.
4 Donatio causa mortis quibus modis possit reuocari, Et donare causa mortis an sit minus ꝙ inter viuos.
5 Donare causa mortis an censeatur pater filio permisisse per simplicem permissionem de donando.
6 Donatio causa mortis an intelligenda per mortis mentionē per modum cause finalis factam in illa.
7 Donatio inter viuos an possit fieri in testamento valido.
8 Placet verbum, an importet arbitrium boni viri.
9 Clausula, reseruata bona voluntate ⁊ beneplacito saluo, est clausula modificatiua ⁊ reseruatiua.
10 Ablatiui absolute positi quid importent.
11 Hostiensis doctor omni laude insignitus fuit gallici idiomatis ignatus.
12 Dotalitium quid sit, item ⁊ doarium.
13 Exemplari deficiente an deficiat exemplandum.
14 Voluntas testatoris dubia ⁊ generalis non adiecta certa forma qualiter est implenda ⁊ forma declaranda.

¶ Epitome.

¶ Filiusfamilias miles de castrensi peculio testari potest, de alijs vero bonis non potest etiam volente patre, cuius voluntas in testamento filij si per modestiam sit reseruata, multum operatur huiusmodi reseruatio. V. 4.

¶ De testa. mili. Consi. cccxxvij.



Viso cōsultationis themate mihi misso parte magnifici ac potentis ⁊ sereni militis domini Jacobi de turnone domini eiusdem loci, cum quesitis seu dubijs ex themate hmōi opportune elicitis, dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte ad dubia huiusmodi prout infra: salua tamē rectiore sententia cuiuslibet domini melius sentientis. Et primo ad primum dico ⁊ respondeo, quod cum, vt supponitur in casu, magnificus quondā vir dominus Christoforus de turnone esset tempore eius vite ⁊ mortis filiusfamilias, constitutus videlicet ⁊ existēs in patria potestate eiusdem domini Jacobi eius patris testamentum per ipsum conditum iure testamenti, vel vt testa-
1 mentum valere non potuit. † Tum quia filiusfamilias regulariter testari non potest lege qui in potestate, in principio. ff. de testamen. lege senium. ⁊ lege penultima. C. qui testamen. facere possunt. Tum ⁊ quia esto quod idem dominus Christoforus tēpore per eum conditi testamenti esset miles armate militie, ⁊ propterea videref quod testari potuisset: lege, miles filiusfamilias. lege, cum filiusfamilias miles lege non in bonis, ⁊ multis alijs ll. ff. de testamen. mili. l. fina. C. de inoffic. testamen. ⁊ institu. quibus non est permissum facere testamentum, circa principium hoc tamen esset intelligēdum qd de bonis castrēsibus testari potuisset, dicta. l. fina. C. de inoffi. testa. ⁊ dicta. l. penulti. ⁊ fi. C. qui test. facere pos. ⁊ īstitu. eo. ti. circa pⁱcipiū, v. exceptis his ⁊c. ibi, de eo quod in castris acquisierunt. Sed castrum, castellania, terra, ⁊ seignoria, iurisdictio, mandamentum de Turnone, ⁊ alia eidem quondam domino Christoforo contemplatione matrimonij per ipsum contracti donata per dictum magnificum dominū Jacobum eius patrem non erant castrensia; quinimo dici poterant bona profectitia, vt dici solet, dos a pr̄e profecta: vel saltem erant bona peculij aduentitij, ⁊ in quibus idem magnificus dominus Jacobus sibi reseruauerat vsumfructū: ⁊ idem intelligo seu dico in per eum sibi cōcessis ⁊ donatis, ⁊ hoc nisi essent equi, arma, ⁊ alia huiusmodi apta ad castrense peculium. Pro quo allegasse sufficiat legē, si filiusfamilias. C. de inoffic. testa. lege. j. C. de peculi. castren. lib. xij. ⁊ lege, miles. ⁊ quod not. Barto. in l. si forte. ff. eo. titu. non ergo potuit dictus quondam dominus Christoforus de huiusmodi non castrensibus bonis testamentarie disponere, per predicta. Tū ⁊ quia etiam si alias dicta bona fuissent castrensia, ⁊ de illis disponere potuisset: nihilominus tamen dictum eius testamentum non valuisset, nec valeret, pro eo quia in illo preteriti, ⁊ sine cause insertione, extiterunt dictus magnificus dominus Jacobus ⁊ magnifica domina. N. eius parentes, per id quod habetur in authenti. vt cum de appellatio. cogno. §. ⁊ hec idem de parentum. columna. vij. in versiculo, in illis rebus in quibus filij habent testandi facultatem; ⁊ sic loquitur ille textus in filijsfamilias: q2 si intellexisset de filijs emancipatis, nō dixisset, in illis rebus in quibus filij habent ⁊c. Cum filij emācipati testari possint de omnib⁹ eorum bonis. Cum ergo ille text. loquaf de filijsfamilias, seu in alterius potestate existentibus: ergo loquif in peculio castrensi vel quasi, quia in alijs vel de alijs peculijs testari nō possunt filij familias, per iura superius allegata. Quod dictum procedit etiam si talia bona sint peculij aduentitij, ⁊ in quibus pater non habeat vsumfructum. §. preter hos, institu. qui. non est permis. face. testa. not. glo. ⁊ docto. in. l. j. §. in filij. ff. ad trebellia. ⁊ in lege, qui in potestate. ff. de testa. ⁊ do. Jason may. in. d. l. penultima. C. qui test. face. pos. Nō ergo valuisset dictū p̄tensum testamētū, etiā si bona de quib⁹ pretēdif testatus fuissent castrensia: ⁊ hoc pro eo quia idem dominus Christoforus prefatos do. eius parētes sine insertione cause preterijt, dicto. §. ⁊ hec idem, iunctis precedentib⁹: quod etiā voluit Frāncisc. de Rampo. Bartolus ⁊ doct. communiter in. l. filio preterito. ff. de iniust. rup. ⁊ irri. test. Bartolus, Salycetus, ⁊ docto. cōmuniter in dicta authentica ex cau. C. de libe. preteri. vel exhereda. ⁊ dominus Jason may. in dicta. l. fin. C. de inofficio. testa. in quib⁹ locis etiā volunt docto. communiter, ꝙ licet testamentū filijfamilias militis, in quo parentes fuerūt cum insertione cause legitime vel exheredati, vel preteriti, nō possit iure ffo rum, vel C. per querelam inofficiosi testamēti, vel contra tabulas impugnari: secus tamen est iure nouissimo, de quo in dicta authentica vt cum de appella. cogno. secūdū quod potest hodie tale testamētum per querelam vel contra tabulas impugnari. Super quo nō insisto: q2 vt apparet ex tenore dicti pretensi testamēti, prefati do. parentes non fuerunt cum insertione cause legitime exheredati vel preteriti, sed simpliciter ⁊ sine cuiusuis cause insertione fuerunt preteriti.

☞ Ex preditis infero ꝙ institutio heredis vniuersalis, facta de magnifico viro domino Justo de Turnone, nō valuit.

Et idē dico de legatis non pijs vel in piā causam per ipsum quōdā do. Christoforū factis, quia nec illa
2 valent quatenus concernunt bona superius mentionata: † quia qui non potest testari non potest codicillari nec legatū aut fidei commissum relinquere. l. si quis cum testamentum. §. quia pater. l. diui. §. codicillos. l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iu. codicil. l. ij. ⁊ qd ibi gl. ⁊ docto. ff. de legatis. j. ⁊. l. j. in prin. cum suis simili. ff. de lega. iij. Sed vt dixi filiusfamilias etiā miles testari nō potest preterꝙ de castrensibus aut quasi castrensibus, etiā si pater consenserit, dicta. l. qui in potestate. in princip. ff. de testa. ⁊ insti. qui. non est permis. facere testa. ergo nec potest codicillare, legare, vel fideicōmissum relinquere, etiam si pater cōsenserit quia iste sunt vltime voluntates, que non dependent ex alieno arbitrio, ⁊ que sunt iuris publici. Et ideo facultas eas condendi non potest concedi per priuatum.

☞ Forte vero opponef qd

licet predictum testamentum nō valuerit quo ad heredis institutionem: cetera tamen, ⁊ sic legata, etiam nō pia, vel pro anima relicta, valuerunt: dicta authētica ex causa. C. de liberis preteri. vel exhereda. ⁊ in corpore vnde sumif: vbi effectualiter habef, qd ex causa preteritionis vel exheredationis irritum est testamentū quantum ad institutionem; cetera vero firma manent. Sȝ istud nō obstat: quoniā respondeo, qd dicta authētica ex causa. ⁊ corpus ex quo sumif, procedunt eo casu quo testamentum non valet, vel solum impugnatur propter preteritionē vel exheredationem: ⁊ sic loquuntur in eo qui alias testari poterat. Sed testamētum dicti quondam domini Christofori non solum impugnatur ex eo quia sine insertione cause legitime preterijt prefatos magnificos dominos eius parētes: sed etiam ex eo quia extra bona castrensia ⁊ quasi castrensia testatus est, quod facere non potuit. d. l. penultima. C. qui testa. facere pos. ⁊ alijs iuribus superius allegatis. Et sic sumus in casu in quo suberat causa annullationis testamenti alia a preteritione, ⁊ hec est defectus persone dicti domini Christofori, qui vt sepius dixi de bonis non castrensibus aut quasi castrensibus testari non potuit, ⁊ sic nec legare, per predicta. Non ergo debentur legata. Quod etiam voluit Salice. in dicta authentica ex causa. col. antepe. versicu. hoc supposito cum queritur qualiter consulatur parētibus. Et per hec patet responsio ad tria prima quesita.

Ad quartum

Ad quartu dico et respondeo in primis, quod quatenus idem dominus Christoforus voluit, quod si dictum eius testamentum non valeret iure ultimi testamenti, valeret tamen iure codicillorum, non valuit hec dispositio ut iam dixi: quia qui non potest testari, non potest codicillari, dicta. l. ii. ubi etiam hoc volunt doctores. ff. de legatis primo. et dicta. l. divi. §. codicillos. et aliis iuribus superius allegatis: quod etiam voluit glos. in. l. tam is. §. i. ff. de donatio. cau. mor. Et sic in vim testamenti, nec in vim codicilli potest peti legatum relictum egregie domine eius Consorti.

Sed restat difficultas an peti possit in vim donationis causa mortis, attentis illis verbis, a este accorde que ledict seigneur de beau chastel pourra augmenter a icelle damoyselle son douayre etc. hoc est, fuit conventum quod dictus dominus Bellicastri poterit augere eidem domicelle suam dotem etc. considerato etiam, quod notarius presens in dicto testamento stipulatus ad opus legatariorum et aliorum omnium et
3 singulorum quorum interesset vel interesse poterat. † Quia licet filiusfamilias non possit sine consensu patris donare bona non castrensia vel quasi: potest tamen cum ipsius consensu donare tam donatione inter vivos, quam donatione causa mortis. l. filiusfamilias. ff. de donationibus. et dicta. l. tam is. §. filiusfamilias. ff. de donatione causa mortis. Verum est tamen quod, secundum communem opinionem, ad hoc ut filiusfamilias donare possit donatione causa mortis bona non castrensia vel quasi castrensia, non sufficit quod pater eidem prestiterit licentiam, vel consensum donandi: sed opus est quod ipse expresse et specialiter consentiat, vel permittat filio quod donet donatione causa mortis. d. l. filiusfamilias. §. patri. vel sic. sed enim: alias enim si pater concessisset facultatem donandi, vel filio donare permisisset, ipse censeretur concessisse facultatem vel permisisse ut donaret inter vivos, non causa mortis. d. l. filiusfamilias. ubi de hoc est textus singularis, secundum Joannem de Imola. quod secundum eum videtur mirabile, quia si permittitur quod est maius, videtur etiam permitti quod est minus, regula, cui licet. de regul. iuris. in sexto. et. l. nec in ea. §. primo. ff. de adulteriis. Sed maius videtur esse posse donare inter vivos, quam posse donare causa mortis: pro eo quia donatio inter vivos non potest
4 regulariter revocari. l. i. in principio. ff. de donationi. † Donatio vero causa mortis potest revocari et per penitentiam donatoris, et per mortem donatarii ante mortem donatoris. l. i. ... et. l. si mortis. cum. l. seq. ff. de donatione causa mortis. Et propter hanc rationem videtur Roma. in d. l. filiusfamilias. circa principium, sensisse quod sicut permissa donatione videtur esse permissa donatio inter vivos, ita et donatio causa mortis. l. alienatum. §. donationis. ff. de verborum significationibus. Et respondet Roma. ad dictam. l. filiusfamilias. tribus modis, quos non recito: pro eo quia generalitas illius tex. multum refragatur sue opinioni. Joan. de Imola etiam aliter sentit quam Roma. et respondet rationi supra allegate: et dicit, quod licet certo respectu donare causa mortis sit minus quam donare inter vivos: tamen alio respectu videtur maius. Pro eo quia magis preiudiciale est concedenti potestatem donandi, ex eo quia facilius movetur quis pluries ad donandum causa mortis, quam libere et absolute inter vivos: unde ex hoc posset magnum preiudicium generari patri concedenti, si forte filius faceret plures donationes causa mortis, et eum mori contingeret: quia tunc haberent effectum ad pre-
5 iudicium patris. † Et ideo sub simplici permissione de donando non censetur pater permisisse donare causa mortis. Pro quo facit, secundum eum, quod habetur in simili in. c. fi. de transla. episco. ubi aliquid quod in se est minus aliquo respectu censetur maius. Videtur igitur opus esse ad validitatem donationis causa mortis fiende per filiumfa. de bonis non castrensibus vel quasi castrensibus, quod pater illam expresse et specialiter permiserit. Videndum est ergo an hoc factum extiterit in casu de quo queritur. Et prima facie videtur quod non: quia licet dictum extiterit et conventum quod ultra doarium, de quo in instrumento dicti matrimonii, possit idem domi. Christoforus dicte do. eius Consorti augere doarium de tali summa revenute, et sibi ultra donare id quod sibi placeret: et sic permissa fuerit donatio in augmentum doarii: non est tamen expressum et specificatum quod ipse posset sibi donare donatione causa mortis. Sed contra hoc videtur, quia licet in dubio presumatur patrem non cogitare tristem eventum filii aut suspitius, hoc est mortem, ut porte que sibi est odiosa. l. cum tale. in principio. ff. de condi. et demon. pater tamen ex pacto posito in articulo seu capitulo dicti matrimonii, exordiente, Item plus a este en convenance promis et accorde entre lesdictes parties que apres la celebration dudict mariage sil advient que ledict messire Christofle espoux trespasse. etc. hoc est, Item plus fuit conventionaliter promissum et concordatum inter dictas partes quod si post celebrationem prefati matrimonii dictum dominum Christophorum sponsum mori contingerit etc. quod ipse magnificus dominus Jacobus cogitavit de morte dicti eius charissimi filii: quia in illo capitulo ipse et do. filius donaverunt doarium in eventum in quem idem do. Christoforus premoreretur quod et deo permittente evenit. Et continuando materiam huius doarii subiuncta sunt illa verba. Et en oultre a este accorde que ledict seigneur de Belchastel pourra augmenter etc. hoc est, Preterea fuit conventum quod dictus do. Bellicastri poterit augere etc. Quo fit ut cum in capite predicti capituli facta fuerit mentio mortis dicti do. Christofori, censeatur magnificus do. Jacobus pater eisdem expresse et specialiter permisisse ut pro augmento predicti doarii posset donare causa mortis, argu. eius quod habetur in. l. seia.
6 §. fi. ff. de dona. cau. mor. et. l. seia. cum gl. ff. de do. prelega. † Per quas probatur quod ubi in donatione fit mentio de morte per modum cause finalis, intelligitur in dubio quod sit donatio causa mortis: quod etiam voluit glo. et docto. in. l. fi. C. de pac. Cy. et Bal. in. l. ii. C. de in. do. Bal. consi. cvii. exordiente, Laurentius fuit confessus se habuisse etc. in prima parte: ubi etiam refert ita fuisse traditum a gl. et domino Dyn. de quo etiam per Alex. de imol. in. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obligatio. et in. l. que dotis. ff. solu. matri. Cum igitur in capitulo de quo supra fuerit facta mentio mortis per modum cause finalis: quia nihil aliud videtur movisse prefatum do. Jacobum ad sic paciscendum, et pro augmento doarii donare permittendum, nisi mors previa dicti do. Christofori, et ita pactus est de dicto doario propter mortem previam, si contingeret, alias non sic facturus: ergo quemadmodum donatio, in qua fit mentio mortis per modum cause finalis, presumitur in dubio esse donatio causa mortis, ita et presumendum est quod dictus do. Jacob. eidem do. Christoforo, permiserit donare causa mortis. Et consequenter sequitur quod dicta donatio valuerit. Nisi forte opponatur, quod licet in capitulo predicto fuerit facta mentio mortis etiam per modum cause finalis: donatio tamen seu permissio aut concessio doarii, de qua ibi, dici non potest fuisse donatio causa mortis, attentis conventione et promissione iurata de tenendo, observando, et non contraveniendo etc. Pro quo allegasse sufficiat. l. ubi ita donatur. et quod ibi doctores. ff. de dona. cau. mor. et quod not. Bald. in. l. cum quis. ff. de dona. ob cau. Alexander de imol. in allegata. l. que dotis. et aliis in aliis locis. Sed istud non videtur obstare: quia licet donatio seu promissio aut concessio doarii, de qua in dicto. c. non fuerit donatio causa mortis: non tamen infertur quin per illa verba, Et en oultre a este accorde que ledict seigneur etc. hoc est, Preterea fuit conventum quod dictus dominus etc. fuerit eidem domino Christoforo permissum ut pro augmento predicti doarii donare posset causa mortis. Postquam in capite dicti capituli, in cuius calce et continuatione fuerunt verba predicta apposita, facta est mentio mortis: nec fuit dictum in dicta permissione, quod post donationem et factum augmentum doarii deberet idem dominus Christoforus promittere et iurare de observando et revocando. Preterea negari non potest quin per verba predicta, et en oultre a este accorde etc. Preterea fuit conventum etc. fuerit eidem domino Christoforo concessa facultas donandi: quia ibi fit expresse sermo de donatione. Ergo aut sibi permissum fuit donare causa mortis, et tunc sequitur quod superius dixi: aut inter vivos et causa mortis, et tunc idem: aut inter vivos tantum, et tunc adhuc videretur quod dispositio facta per eundem dominum Christoforum in dicto suo pretenso testamento valuerit propter verba posita in capitulo, Hoc est autem meum testamentum etc. ibi, Et si eo iure non valeret: valeat et valere debeat aliis melioribus iuribus omnibus quibus melius et tutius
7 valere poterit et debebit. † Cum ergo dispositio predicta valere potuerit in vim donationis inter vivos, ex eo quia illa erat per dictum magnificum dominum Jacobum permissa, videtur quod dicta dispositio valuerit ut donatio inter vivos, que videtur posse fieri etiam in testamento valido, argu. eius quod not. gl. et quod ibi doctores in l. heredes palam. §. in testamentis. ff. de heredi. institu. Nisi forte dicatur ut dicit ibi Joannes de imola quod illa clausula, si non valet iure testamenti valeat ut donatio inter vivos, nihil operatur in testamentis: quia aut testamentum valet, et tunc nihil operatur, quia deficit conditio sub qua debet operari: aut testamentum non valet, et tunc etiam dato quod heres institutus sit ibi presens et acceptans, non tamen videtur inducere donationem inter vivos quia per illam in effectu videretur donans et disponens donare hereditatem ipsi heredi, et sic per actum inter vivos velle sibi facere heredem, et eidem donare in effectu omnia presentia et futura: quod fieri non potest, ut notat glo. in. l. hereditas. C. de pact. conven. glos. et doctores in. l. finali. C. de pactis. glos. et multi doctores in dicta. l. stipulatio hoc modo concepta. Sed quamvis per istam rationem videatur efficaciter impugnari dicta clausula. Si non valet etc. quatenus concernit heredem institutum: non sic tamen videtur per eam impugnari: quatenus concernit dictam domi. Consortem, et id quod sibi relictum est: quia per hoc non agebat

idem dominus Christoforus, vt omnia eius bona presentia & futura peruenirent ad dictam dominam Consortem. Et sic non videretur quod per rationem predictam deberet impugnari donatio facta de dicto doario, per id quod in simili not. Romanus in dicta. l. stipulatio hoc modo concepta. & quod ibi Alex. de imol. columna. j. & ij. ff. de verborum obligationi. Romanus consilio cccxciij. Baldus in. l. sancimus. C. de testamen. Alexander de Imola. consilio. lxxxvj. exordiente, Visa facti narratione etc. colum. viij. & seq. in secundo volu. vbi videtur loqui multum ad propositum.

Ex quibus omnibus magis

moueor ad dicendum quod concessio predicta valuerit, quam contrarium. Dico tamen duo ad limitationem seu declarationem huius dicti. Et primo quod si augmentum factum de doario videretur excessiuum, inspectis conditionibus seu qualitate dictorum dominorum Christofori & Consortis, & facultatibus eiusdem do. Christofori, illud posset & deberet resecari ad arbitrium boni viri: quia non fuit simpliciter & absolute dictum & conuentum in pacto, de quo supra, quod idem dominus Christoforus posset augere predictum doarium de summa reuenute, & sibi donare quod vellet,
8 aut quantum vellet: sed dictum est de eo quod sibi placeret. † Verbum autem placet seu placebit, importat arbitrium boni viri. l. thais. §. sorore. ff. de fideicommis. liberta. quod etiam voluit Joannes de imo. in. l. illa institutio. colum. penultima. ff. de heredib. insti. & Petrus de ancharano, consil. lxxiij. exordiente, Domina Azolina in suo testamento etc. qui etiam pro hoc allegat. l. fideicommissa. §. quamquam. ff. de lega. iij.

9 † Secundo dico quod dictus

dominus Christoforus, tanquam prudens ac bonus & verus obediens filius, reseruauit in omnibus & singulis per eum dispositis bonam voluntatem & beneplacitum dicti magnifici domini Jacobi eius patris: quam voluit esse reseruatam, saluam, & seruatam, vt apparet circa principium dicte eius dispositionis: ibi, bona voluntate ac beneplacito etc. que verba multum operantur, vt apparet ex eo quod habetur in. l. si debitor. §. j. ibi, nisi salua causa. ff. quibus modis pig. vel hypo. sol. & c. raynaldus. prope finem, versic. eodem patruo. de testamen. Dicta enim verba, bona voluntate ac beneplacito reseruata salua etc. sunt modificatiua & reseruatiua, per id quod voluit glo. in. l. item labeo. ff. famil. erciscun. & quod ponit Angelus. consilio. lxvij. exordiente, Quidam victor de castro fichaudo etc. colum. ij. & Baldus in authen. interdicimus. C.
10 de episcopis & clericis. & in. l. asse toto. ff. de heredi. institu. † Preterea illi ablatiui absoluti, bona voluntate ac beneplacito reseruata salua. etc. important conditionem. l. qui filium, in principio. ff. de manumis. test. l. si quis ita libertatem. §. si duo. ff. de statu libe. & l. a testatore. ff. de conditio. & demonstratio. not. doctores in. l. ab emptione. ff. de pact. Et sic videtur quod tota dispositio dicti domini Christofori fuerit conditionalis, & facta sub conditione, si ita procederet vel esset de bona voluntate & beneplacito dicti magnifici domini Jacobi, quam voluit saluam esse, & in omnibus reseruari & seruari. Et sic videtur quod ab eius voluntate vel voluntate pendeat validitas & inualiditas dicte donationis. Et sic videtur quod si noluerit non valebit: quia dispositio conditionalis per euentum conditionis sumit effectum. l. cedere diem. ff. de verborum significatione. l. pecuniam. ff. si certum petatur. & l. qui heredi. §. finali. ff. de conditionibus & demonstrationibus. Nisi forte quis dicat quod non sit simpliciter reseruata voluntas, sed bona voluntas & beneplacitum, que videntur magis accedere ad arbitrium boni viri, quam ad meram & absolutam voluntatem. Propter quod quo ad augmentum predicti doarij idem magnificus dominus prudentius & honestius faciet, si non ex toto infringat, sed pro parte approbet & seruet. Et isto modo etiam censetur responsum ad quartum quesitum.

Venio ad quintum super

quo dico quod Hostiensis in capitulo plerumque. super verbo, dotem vel dotalitium, de donationibus inter virum & vxorem. dicit quod illa supponunt pro eodem: & subiungit sicut in Francia doarium. Et sic videtur sensisse Hostiensis in hac expositione, quod id quod alias dicitur dos vel dotalitium, appelletur in Francia, & secundum illius patrie communem vsum loquendi doarium.
11 † Sed puto quod quamuis Hostiensis fuerit vir doctissimus, & re vera omni laude dignus: non tamen fuit ad plenum informatus de vsu loquendi. Francisci enim & circumuicini aliter accipiunt doarium secundum communem vsum loquendi, quam ipse dicat, & pro re diuersa tam a dote, quam dotalitio: dos enim constituitur viro per vxorem vel pro & nomine illius. capitulo nuper. de
12 dona. inter virum & vxo. † Dotalitium vero idem est quod donatio propter nuptias. que fit vxori per virum, vel per alium nomine ipsius, per id quod not. glo. & doctores in. c. ex parte. de foro competen. dicto. c. plerumque. vbi etiam secundum aliam expositionem hoc sentit Hostien. & sit hec donatio ipsi vxori, non quidem vt fructus illius percipiat, sed vt sibi sit magis consultum super rebus dotalibus vt ponit Panormita. in. c. peruenit. colum. fina. de emptione & venditione, & longe plenius in dicto. c. plerumque. colum. penultima. Et quamuis soluto matrimonio debeat donatio huiusmodi reuerti ad virum vel eius heredes, quemamodum dos ad vxorem vel eius heredes reuertitur: aliquando tamen fit pactum de lucranda donatione huiusmodi, vel eius parte: quemamodum etiam fit de lucranda dote, vel illius parte, prout colligitur ex his que no. doctores in. c. ex parte. & in. c. plerumque. superius allegatis. Doarium vero si non fallor est id quod donari vel concedi consueuit per viros vel ex eorum parte vxoribus suis, & pro alimentis & statu earum in euentum in quem viri premoriuntur: & sic pro alimentis & alijs necessarijs tempore viduitatis. Est igitur aliud a dote.

Propter quod prima facie

videtur quod, cum non reperiatur quod in contractu matrimonij dictus dominus Christoforus aliquid donauerit dicte domine eius Consorti in augmentum eius dotis, sed duntaxat in doarium: non videtur valuisse legatum seu donatio facta in dicto suo pretenso testamento. Pro eo quia legatum seu donatio huiusmodi refertur ad pretensum augmentum dotis, de quo non apparet ex inspectione instrumenti matrimonij de quo supra. arg. eius quod habetur in. l. in testamento: la. j. ff. de conditionibus & demonstrationibus. vbi ponitur casus, quod testator quidam voluit sibi fieri per heredes, & sub magne pecunie multa, monumentum ad exemplum monumenti Publij Septimi demetrij existentis in via salaria, in hac autem via salaria erat monumentum Publij Septimi damme: non autem reperiebatur monumentum Publij Septimi demetrij. Propter quod heredes vt satisfacerent voluntati testatoris, & ne mulctam incurrerent, querebant cuiusmodi monumentum eos facere oporteret vbi videtur sensisse iurisconsultus, quod nisi aliunde appareat ad cuius monumenti exemplum voluit testator suum fieri, nisi ex inspectione testamenti, & illius monumenti existentes in via salaria, quod erat Publij Demetrij damme, non incurrerent heredes penam si monumentum non facerent ad exemplum monumenti Publij Septimi demetrij, posquam de illo non apparebat: quamuis tenerentur alias secundum substantiam & dignitatem testatoris sibi astrue-
13 re monumentum. † Cum enim deficiat exemplar, etiam deficit exemplandum. Ergo a simili in casu isto non videtur valere legatum seu donatio predicta, que facta est de tanto, quantum eisdem Consorti donauit ipse quondam dominus Christoforus in augmentum dotis etc. Cum enim non reperiatur istud tantum donatum in augmentum dotis, & sic deficiat exemplar, consequenter videtur deficere exemplandum, hoc est legatum, seu donatio predicta facta de tanto etc. Et hec ratio videtur habere multam apparentiam.

Verumtamen attento pacto

de quo supra, & donatione facta tempore contracti matrimonij in doarium, & pro doario, videtur quod idem dominus Christoforus senserit de quantitate illius doarij donati in contractu matrimonij. & quod ad exemplum illius voluerit legare seu donare in dicto pretenso testamento, sicut dicit Paulus de castro in dicta. l. in testamento. vbi voluit quod si in via salaria non erat nisi vnum monumentum, & illud erat Publij septimi damme, presumi debet testator sensisse de illo, quamuis non dixerit ad exemplum monumenti Publij Septimi damme, sed Publij Septimi demetrij. Pro quo allegat Paulus de Castro. l. ij. ff. de liberis & posthumis. Ergo a simili cum appareat de donatione predicti doarij, & non fuerit alia donatio facta ipsi domine Consorti in dicto contractu, videtur ipse dominus Christoforus sensisse de doario, quod etiam videtur habere aliquam conformitatem seu similitudinem cum dote: & potuit ipse dominus non plene recordari, vel non plene intelligere differentiam inter dotem & doarium, & quia mortis cogitatione turbatus. l. hac consultissima. §. ac cum humana fragilitas. C. qui testamenta facere possunt. & Psalmo liiij. vbi dicitur, Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me. Timor & tremor venerunt super me: & contexerunt me tenebre.

14 † Preterea dicit Cuma. &

post eum dominus Bartho. soci. in d. l. in testamento. la. j. quod vbi voluntas testatoris est dubia & generalis, non adiecta certa forma que reperiatur: tamen est implenda, & forma venit declaranda arbitrio boni viri. quod videtur esse ex eo quia legatum est pium, sicut in simili in legato alimentorum & dotis. l. si cui annuum. ff. de annu.

de annu. lega. z l. cum post. §. gener. ff. de iu. do. Ex quo infert idē dominus Bartho. quod si legato dotis vel alimentorum est adiecta qualitas, que non reperiatur, puta reliquit testator dotem vel alimenta in ea quantitate quam habuit talis persona, z hoc non reperiatur: tunc debebuntur secundū dignitates z facultates: dicto. §. gener. iunctis ibi not. Ergo videtur a simili, z argumento predictorum quod, licet non appareat de illo pretenso augmento dotis, ad quod se retulit in legato seu donatione predicti doarīj: nihilominus debeatur ipsum doarium arbitrio boni viri, z secūdum dignitates z facultates. dicto. §. gener. Sed forte huic rationi posset responderi, z dici quod istud procederet vbi dicta do. Consors fuisset pauper: sed cum haberet dotem opulentā, z alias tempore dicti matrimonīj fuisset sibi prouisum de doario bone estimationis: non poterat dici pauper, z consequenter non videtur quod pretensum legatū predicti doarīj, seu donatio facta fuerit in piam causam, per id quod not. Roma. in reperi. auť. similiter. colum. iīj. C. ad legem falci. Bart. in. l. alio. in principio in. ij. colum. ff. de alimen. z ciba. lega. z in tractatu alimentorum. Angelus z Joannes de imol. in. l. stichum aut pamphilum. ff. de verborum obligatio. z dominus Jason may. in. l. cum his. §. si mulier. ff. de condi. indebi. Et sic non videtur dictum Cuma. z Bartho. soci. facere pro dicta do. Consor. Puto tamen, vt predixi, q̄d dicta donatio valuerit, per rationem quam supra dixi, z hoc si dictus magnificus dominus Jacobus eam valere voluerit, alias non: vt dixi respondendo ad quartum quesitum. Et hoc pro eo quia dictus do. Christoforus voluit bonam voluntatem ac beneplacitum eiusdem magnifici domini Jacobi reseruari, saluam esse, z seruari. Que dixerim sub correctione zc.

1 ☞ Filia renuntians inductu patris contemplatione fratris superstitis, an veniat ad successionem filio mortuo ante patrē z patre intestato decedente, non obstante renuntiatione.

2 Renuntiatio bonorum paternorum quando excludat renuntiātem a successione, z quando non.


3 Pater an presumatur habere tantam affectionem ad posthumos, quantam ad iam natos.

4 Notarīj quos errores sepius committant in instrumentis z testamentis per ignorantiam aut inaduertētiam. Et an tales errores obsint dispositionibus.

¶ Epitome.

¶ Cum filia contemplatione fratris portionem suam bonorum patri remittit, moriente ante patrem fratre, remissio hec nullius momenti efficitur. V. F.

¶ De suis z legi. libe. Consilium. cccxxviij.

1 Uia† tempore celebrati z initi pacti, per z inter probum quondam virum Nicolaum baiuli patrem honestem mulieris Borrete baiuli, z ipsam Borretam, z per quod mediante dote pro z nomine ipsius Borrete date, constituta, z assignata prouido viro Stephano de clauso, eadem Borreta conuenit z promisit cedere, quittare z remittere, ac etiam quittauit, cessit z remisit cetera alia bona z iura paterna z materna heredi seu heredibus predicti Nicolai, excepto iure future successionis, substitutionis, z legati si eidē Borrete per eius parentes fierent, supererat z viuebat honestus iuuenis N. baiuli filius masculus eiusdem Nicolai, videntur quittatio, cessio z remissio huiusmodi fuisse facte contemplatione eiusdem, per id q̄d not. Bald. in. l. pactum quod dotali. in. iīj. q. C. de colla. z quod ibi Paulus de castro consilio. l. versi. item queritur quid si tempore renuntiationis zc. Joannes de imol. in. l. qui superstitis. colum. ij. ff. de acquirend. heredita. Andr. barba. consi. xx. exordiente, Illud afferam in medium quod deo supremo venit in ore. col. xv. in secunda parte, z Bal. consil. ccclxxīj. exordiente, Quedam puella fuit dotata a patre. colum. j. vel circa. ver. sequitur secūda questio sub his terminis: qui communiter not. z volunt quod si tempore renūtiationis facte per filiaʒ supererat frater masculus, cuius cōtemplatione pater fecit filiam renuntiare verisimiliter, z contingat fratrem istum premori, z patrem decedere ab intestato, poterit tunc filia venire ad successionem, tanq̄ cessauerit z cesset causa z contemplatio renuntiationis: z sic ei nocere nō debet. argu. l. iubemus. C. ad trebel. z dicit Roma. in dicta. l. qui superstitis. q̄d in dubio censetur filia renuntiasse in fauorem filīj masculi, si tempore renūtiationis supererat: quod etiam sentit Paulus de castro q̄uis ad alium finem in dicta. l. pactū quod dotali. C. de colla. vbi etiam Philip. de fran. colum. iīj. versicu. septimo limita q̄n non superessent masculi, z idem etiam voluit Alexan. de imol. consilio. xxix. exordiente, Preclare, subtiliter ac copiose. versi. non obstet etiam predictis. ibi, z ideo doctores bene dicūt, in tertio volumine: vbi affirmat doct. bene dicere. quod si extent fratres masculi tempore quo soror renuntiat, presumitur facta renuntiatio patri propter dictos fratres masculos extantes, z illis deficiētibus deficiet renuntiatio, arg. l. quod seruitus. cū ibi not. ff. de cōdi. ob cau. Quittatio ergo, cessio z remissio facte per prefatam Borretā presumunť z facte censenť contemplatione z fauore dicti N. filīj masculi prefati Nicolai: qui cū superfit repellit a successione dictam Borretam eius sororem. c. q̄uis pactū. de pac. in vj. z q̄d not. doctores in locis superius allegatis. Forte vero opponeretur q̄ premissa procederent si dicta Borreta simpliciter vel absolute quittasset bona paterna, vel illis renuntiasset, z iurasset se ad bona huiusmodi non habiturā regressum: quod non fecit, vt ponitur in casu: sed illa quittauit ac cessit z remisit heredi seu heredibus dicti quōdam Nicolai. Quo fit vt cum postea idem Nicolaus ab intestato decesserit, superstitibus prefatis. N. z Borreta eius filīs naturalibus z legitimis, quibus fuit eius hereditas equis portionibus delata. auť. de heredi. ab intesta. §. j. colla. ij. z transumptiue in authen. in successione. C. de legiti. libe. z institu. de heredi. que ab intesta. defe. circa principium, non debeat dicta Borreta repelli: q̄ si ex eo quia quittauit, cessit z remisit repellitur vt filia: debet tamen admitti vt heres: q̄ vt dixi, quittatio, cessio, remissio facta est heredi seu heredibus. † Sed respōdeo quod istud non obstat. Tum rationibus allegatis per egregium virum dominum primum scribētem. Tum quia vt predixi quittatio, cessio z remissio presumuntur fuisse facte contēplatione dicti filīj qui superest. Quod etiam videtur voluisse Bald. in dicto consilio ccclxxīj. qui loquitur in renuntiatione facta patri stipulanti pro se z heredibus. z vult ibi Bald. esse considerandum, an in talibus renuntiationibus superfit z extet persona, que ex presumpta voluntate patris excludat renuntiantem: z tunc renuntiatio sibi noceat. Pro quo allegat. l. tale pactum. §. fi. ff. de pact. Secus vero si non extet persona que excludat renuntiantem. Et ideo si in casu nostro non superesset filius masculus, cuius contemplatione presumūtur facte quittatio, cessio z remissio: sed alia filia vltra z preter Borretam, vel etiam si superessent masculi nati post dictam quittationem, illi non repelle et dictam Borretam. Et quidem de filia hoc certum est, per id quod not. doctores in. l. qui superstitis. l. pactum dotali instrumento. l. pactum quod dotali. z c. q̄uis pactū. superius allegatis. Et de filīs masculis post ea natis ponit Alexander de imol. in dicto consilio. xxix. in tertio

2

3 volumine: † pro eo quia non presumitur quis habere tantam affectionem ad posthumos, quantam habet ad iam natos. Sic igitur puto dictam Borretam debere repelli. Et sic nō obstat dicta obiectio. Et vbi videreť posse obstare, prout non videtur: nō posset tamen dicta Borreta succedere pro dimidia parte, sed duntaxat p̄ quarta, postq̄ ipsa quittauit, cessit z remisit omnia alia zc. heredi seu heredibus: z sic in istis quittatis, cessis z remissis haberet dictus filius eius coheres dimidiā partē: dicta vero Borreta aliam dimidiam, z sic quartam partem, z deberet cōferre dotem suam. l. j. cū suis similibus. C. de colla. Nec etiaʒ obstat id de quo vlterius videť posse opponi, scilicet quod dicta Borreta sibi

4 reseruauerit ius successionis substitutionis zc. † Quoniā respondeo quod notarius videtur errasse, z posuisse ius successionis, vbi poni debuit ius institutionis: z tales errores nonnunq̄ committunt notarīj. Aliquādo enim cōpertū est quod vbi notarius debuit scribere, quod talis cōstituit talem suorūʒ bonorū exequutorem, scripsit non exequutorem, sed dilapidatorem. Et vbi debuit scribere, quod testator relinquebat filie certum p̄ sua falcidia, scripsit non pro falcidia, sed pro falcina. Et vbi debuit scribere, quod mulier renuntiauit beneficio velleiani, scripsit nō velleiani, sed valeriani. Et vbi debuit scribere quod pater reliquit filie decem libras iure institutionis, scripsit non iure institutionis, sed iure restitutionis. Et tamen non obstantibus huiuscemo erroribus valent dispositiones, vt not. doctores quos refert dominus Jason may. in. l. si tibi. colum. iīj. ff. si certum peta. Et idem videtur esse in casu de quo queritur: scilicet quod vbi debuit scribi iure institutionis, dictum est iure successionis. Quod etiam videtur colligi ex eo, quia si deberet assumi verbum successio in sua propria significatione, dicte quittatio, cessio z remissio viderentur omnino frustratorie z inutiles: quia non fiebant nisi vt ab intestato dicta filia repelleretur: sed hoc non est presumendum. l. quoties. ff. de verborum obliga. l. quotiens. ff. de re. du. z l. quotiens. ff. de regulis iuris. Ex quibus vna cum alīs per dictum do. primo consulentem allegatis adhereo sue opinioni: z quia potius est attendenda mens, q̄ verba: quia non intentio verbis, sed verba intentioni seruire debent. c. intelligenti:a. c. in his. de verborum significatio. z c. humane aures. xxij. questione. v. z in. c. sedulo. distin. xxxviij. facit. c. marchio z basilides. j. questione. j. Multas remissiões ponit dominus Jason may. in dicta. l. si tibi. colum. j. Que omnia dixerim sub correctione zc.

1 ❧ Filius heres institutus,& sub conditione vel in diem grauatus,an sit impeditus detrahere duas quartas.
2 Consuetudo in casu diuerso an militet.nu.5.
3 Exceptio an sit de regula.
4 Heres heredis an possit grauari in legitima.
6 Coniuncti re & verbis et econtra quando dicantur,& que sit inter eos differentia,& quando illis accrescat portio.
7 Errare cum peritis non est magnus pudor.

❧ Epitome.

❧ Deficiente conditione,sub qua vni ex coniunctis quid relictū est,pars illius,in quo conditio deficit,accrescit alteri. A. F.

❧ Quan.non peten.par. Consilium.cccxxix.

1 Quāuis † scietiam multos,& quidem doctissimos viros tenuisse,filium heredem institutum,& de restituenda hereditate grauatum, etiam si grauamen conditionale existat,vel in diem,non posse detrahere nisi vnā quartam,eam videlicet quam elegerit,& eos ipsos habere text. de iure ciuili qui ad hoc multum astringunt,& presertim.l.iubemus.C.ad trebel.& authenti.res que.& in corpore vnde sumitur.C.communi.de lega.& fo.te.l.coheredi.§.cum filie.ff.de vulga.& pupilla,quia tamen aliter videtur determinatum de iure canonico,eius determinatio vt plurimum obseruatur de consuetudine etiā extra terras ecclesie.Ego nunq̄ contendi,& maxime in hac causa,quod filius heres institutus,& sub conditione vel in diem grauatus non debeat detrahere duas quartas.Scio enim quod glo.ciuilis hoc tenuit,que vt plurimum obseruatur de consuetudine.Si igitur pateret quod prouidus quondam vir Petrus garcie,alias de hispania in codicillis per eū factis substituisset Bertrando garcie eius filio,vel eum grauasset de restituenda hereditate:scilicet pro dimidia parte honorabili viro Carolo baiuli,& pro alia dimidia cuidam suspsius codicillantis pretenso nepoti: ego profecto nunq̄ consuluissem quin domina Stanqua relicta dicti Petri,& pretensa mater prefati quondam Bertrandi,potuisset ex persona eiusdem Bertrandi eo casu grauati detrahere duas quartas.Sed vt alias & sepe dixi,non apparet quod substitutio fuerit facta ipsi Bertrando,aut quod ipse fuerit de restituēdo grauat̄,vel grauamē sibi iniunctū,put aperte colligit̄ ex lectura tenoris dictorum codicillorum.Nec hoc in dubio p̄sumit̄,sed potius contrarium,scilicet quod non ipsi Bertrando,sed sibi ab intestato successuro fuerit grauamen iniunctum: pro quo alias aliquid scripsi,& multos doctores allegaui,ex quorū dictis si nō fallor clarissime apparet istam esse communem opinionem:a qua propterea non est vel in consulendo vel in iudicando discedendum.l.i.versicu.crebrior apud veteres opinio.ff.de offic.questoris.quod etiam voluit Hostien.& communiter omnes scribētes in.c.i.de constitu.vbi charta vltima.col.ij.ponit dominus Felinus multas remissiones,& domi.Iason may.in aut.nouissima.col.vi.C.de inoffi.testa.Et hec videbantur debere sufficere dicte domine Stanque.

2 ❧ † Et q̄uis ipsa dn̄a Stāte qua contendat se posse detrahere duas quartas,saltem in vim cō stitutionis dominicalis,seu statuti Prouincie,exordientis,Preterea equidem inter iuristas precipue legum alia in iudicijs est magna opinionum varietas.Hec tamen constitutio eam non iuuat,vtpote que non in terminis nostris,sed in alijs & multum diuersis loquitur.Facta est enim constitutio huiusmodi ad determinationem illius docto.varietatis,seu varietatum recitati consuetarum per scribentes in.l.centurio.ff.de vulga.& pupilla.in.l.precibus.C.de impube.& alijs substitu.& per aliquos in.c.raynutius.c.raynaldus.de testamen.& in.c.si pater.eodem titu.in.vi. super illa questione,an videlicet substitutio compendiosa facta per verbum commune filio impuberi matre existēte in medio sit omni tempore fideicommissaria,& sic obliqua:an ve tempore pupillaris etatis valeat iure pupillaris,et sic directo.& post pupillarem etatem iure fideicommissi,& sic iure obliquo.Hanc enim & quidem non modicam difficultatem voluit decidere dicta dominicalis constitutio.Et hoc aperte colligitur ex verbis proemij eiusdem constitutionis,que propterea si placet,opportune videātur:ex illis enim probatur causa finalis dispositionis.l.fi.& quod ibi Bartol.ff.de heredi.insti.& l.i.cum ibi not.ff.de origi.iu.& l. ambitiosa.& quod ibi Bartol.in versicu.visis & examinatis dictis regulis.ff.de decre.ab ordi.facien.quod etiam voluit Bart. in.l.cum hi.in principio.ff.de transact.& Bald.in prima constit. C.§.quibus.Etiam ex verbis proemij declaratur regula.l.nam quod liquide.§.fi.ff.de penu lega.quod etiam voluit Baldus in c.i.colum.vij.vel circa.de capita.qui curi.vendi.& Alexander de imol.consilio.xxxvij.colum.i.in primo volumine.

❧ Preterea q̄ cōstitutio predicta intelligi debeat in fideicommissaria substitutione facta a pagano filio per verbum commune,hoc etiam colligitur ex verbis dicte constitutionis:ibi,nisi ipsi filio instituto substituti forēt filij &c.vbi ponuntur casus excepti a regula dicte constitutionis. Quo fit vt cum in casibus huiusmodi fiat sermo de compendiosa substitutione facta filio de personis inibi mentionatis,debuerit & debeat constitutio huiusmodi intelligi & procedere in substi-
3 tutione facta ipsi filio: † et hoc propter naturam exceptionis. Quia q̄uis casus excepti non sint sub regula,quo ad hoc vt disponantur secundum regulam,quinimo quantum ad eos regula eius officium perdat.l.i.ad finem.ff.de regulis iuris.sunt tamen sub regula,id est sub generalitate verborum in regule traditione expressorum:quia si regula est de homine,exceptio debet esse de hoīe,non de asino,vel de capra,seu alia specie.Et si regula precedat de actione reali:non recte sequitur exceptio in personali,nec econtra,vt voluit Dyn.in tit.de regulis iuris.super rubrica.ad finem.in.vi.Cum igitur in casibus exceptis,de quibus in dicta constitutione,fit sermo de certis personis filio per verbum commune a patre substitutis:palam infertur quod regula dicte constitutionis loquitur in compendiosa substitutione facta filio impuberi per verbum commune,& de qua dubitari poterat,& dubitatur,inspecto iure communi,an omni tempore valeat duntaxat iure fidei commissi,an ve tēpore pupillaris etatis valeat iure pupillaris,& post pupillarem etatem iure fideicommissi. Sed non sumus in isto casu.Cum quia substitutio,de cuius effectu contēdimus,sine dubio valere nō potuit iure pupillaris:pro eo quia facta fuit in codicillis,in quibus non potest pater pupillariter substituere filio impuberi personam non coniunctam vel extraneam.Et sic quo ad hunc casum non erat opus prouisione dicte
4 constitutionis.† Cum & quia non apparet,vt sepius dictum est, quod substitutio huiusmodi facta fuerit dicto Bertrando filio. Insuper nec hoc presumitur:sed potius presumitur contrarium, scilicet quod illa facta extiterit non sibi,sed sibi successuro ab intestato:& sic dicte domine Stanque,que potuit grauari in legitima dicti Bertrandi.l.si fundum per fideicommissum.§.fin.cum l.sequen.ff.de lega.i.& quod not.omnes scribentes in.l.coheredi. §.cum filie.ff.de vulgari & pupilla.& multi presertim moderni in l.ex tribus.C.de inoffic.testamen.Pro quorum dicto & vltra auctoritates alias allegatas & inductas facit stricta ratio:quia fideicommissum debet in dubio censeri relictum ab eo a quo valet,vt actus potius valeat q̄ pereat.l.quotiens.ff.de reb.dubijs. & l.quotiens.ff.de verborum obligatio.Debet ergo presumi relictum ab herede:quia sic valet,& non ab ipso filio:quia sic non valeret.Et hanc rationem assignat Bartolus in dicta.l.centurio. ad finem.iij.q.principali.Nec obstat quod ex aduerso respondetur,scilicet quod hoc procederet si eidem Bertrando non fuisset relicta nisi legitima.Sed cum fuerit heres vniuersalis institutus,non procedit dicta ratio:quia fideicommissum valebit in aliquo:quia pro dimidia parte,q̄uis detrahantur due quarte.Sed hoc non obstat:quia idem ius debet esse de toto quo ad totum,& de parte quo ad partem.argu.l.que de dota.ff.de rei vendica.Et ita respondet dominus Iason maynus in dicta.l.coheredi.§.cū filie,columna.iij.versiculo,& communis sententia est quod quando testator post mortem filij &c.Et si bene & alias vt oportet attendantur verba doctorum,& signanter Alexandri de imol.in dicta.l.centurio,columna.xxvij.versiculo,sed hec responsio.& in consilio.clxvij.columna.iij.in primo volume.& consilio.xij.columna penultima,in tertio volumine,clare apparebit quod doctores loquuntur etiam ab eo casu quo filius fuerat heres institutus: & sic non solum eo casu quo duntaxat fuerat sibi relicta legitima.

5 ❧ † Ex premissis palā infertur,quod verba dicte dominicalis cōstitutionis loquentis,vt predixi,in compendiosa substitutione facta a pagano eius filio per verbum commune,non adaptantur casui nostro: vtpote in quo nec apparet,nec etiam presumitur substitutionem fuisse factam filio impuberi.Ergo nec eidem casui adaptari debet eiusdem cōstitutionis dispositio.l.hos accusare.§.omnibus.ff.de accusa.l. iij.§.totiens.ff.de damno infec.l.i.§.loquitur.ff.de aqua quoti. & esti.l.ita autem.ff.de administra.tuto.& quod voluit Paul.de castro consilio.iiij.consilio.xj.& consilio.xxij.Roma.consil.cccc xlij.& consilio.cccclxij.Alexander de imol.consilio.i.colum.vij. versicu.postremo.in.iij.volumine.post Ioan.andr.in.c.i.de homici.in.vi.in nouel.& quod voluit Baldus in.l.si quis nō dicam rapere.col.iij.C.de episco.& cleri.& Andr.barba.consilio.xxi.colum.ij.versicu.modo arguo sic ad eum casum adaptatur dispositio &c.in.ij.parte.

Ceterum

† Ceterum dixeram in altera ex schedulis alias per me dictatis pro prefato Baiuli, quod cum ipse & Antonius garcie, pretensus nepos prefati testatoris, fuerint in substitutione de eis facta verbis coniuncti, quamuis re disiuncti: portio eidem Antonio relicta propter non euentum cōditionis debuit accrescere & accreuit dicto Carolo baiuli: ad qđ dicendum motus sum iuribus & rationibus per me allegatis. Sed audio esse qui dicant me errare: quia re vera, vt pretēdunt, isti sunt re & verbis iuncti, inter que est magna differentia: quia vt dicunt si testator dicat lego fundum equis portionibus Titio & Meuio, isti sunt verbis coniuncti, sed re disiuncti, vt not. gloss. secundum eos in. l. j. ff. de vsufruc. accrescen. & in. §. si eadem. institu. de lega. Et in istis terminis dicunt loqui Alexan. & Bald. in quibusdam locis corrupte transcriptis in copia mihi missa. Et hoc casu est locus iuri accrescendi, & quod ita procedant iura per me allegata. Sed vt dicunt nos sumus in aliis terminis: quia si testator dicat lego fundi dimidiam Titio, & aliā dimidiā Seio, prout in casu testamenti prefati testatoris, certe isti sunt disiuncti re & verbis, vt dicunt iura supra allegata. Hec ipsi. Quibus ego respondeo, & fateor in primis esse differentiam inter verbis tantū coniunctos, et re & verbis disiunctos: nec tamen erraui si dixero dictos Carolum & Antonium esse verbis coniunctos. Et ideo hoc ipsum dicere nō formido, cuius illam assigno rationem: quia in coniunctione verbali attenditur vnitas sermonis seu orationis, & signanter verbi a quo reguntur multa coniuncta, vel absolute posita: vt verbi gratia, si dico Titio & Meuio lego fundum, vel Titio & Meuio fundum lego, seu etiam si dico Titio & Meuio equis portionibus fundum lego. In his enim casibus & eorū quolibet est coniunctio verbalis propter vnitatem illius verbi lego, a quo reguntur illi duo datiui Titio & Meuio, quamuis in duobus primis casibus sit etiam cōiunctio realis, & pro his allegasse sufficiat. l. vnicam. §. his ita, & quod ibi Bald. & scribentes. C. de caducis tollendis, & quod not. Bartolus & doctores in. l. re coniuncti. ff. de lega. iij. Oldra. Bartolus, Paulus de castro, & Joānes de imol. & doctores communiter in. l. Meuio. in principio. ff. de lega. ij. Cum igitur in substitutione, de qua loquimur: que videlicet facta extitit de prefatis Carolo & Antonio, & in qua sub conditione, de qua ibi, fuerunt ipsi & eorum quilibet pro media parte substituti, fuerit verbum substituo, dūtaxat semel prolatū, fuerunt ipsi Carolus & Antonius verbis coniuncti, quamuis re disiuncti propter partium distributionem. Pro quo allego dictam l. Meuio, in princip. que secundum vnam lecturam decidit hunc casum: secūdum illam videlicet que sentit qđ Meuius & Seius, de quibus ibi, fuerunt verbis coniuncti: qđ etiam ibi voluerunt Oldra. Bartolus, Paulus de castr. Joannes de imol. & doctores magis communiter: & vt ibi refert Paulus de castro Baldus sequitur istam partem. Et quamuis Cuma. nitatur eam impugnare: dicit tamen quod non sit recalcitrandum, forte motus ea ratione quia durum est contra stimulum calcitrare, & quia in consulendo & iudicando, vt iam dixi, non est a communi opinione recedendum, cuiusmodi est hec: scilicet quod in casu illius. l. Meuio, fuerint Meuius & Seius verbis coniuncti, & quod vna fundi dimidia fuerit legata Meuio, & alia non eadem Seio. Quod si ita est, immo quia ita est: palam infertur quod gloss. posita in dicta. l. j. §. fina. super verbo separatim. versicu. sed quid si testator dicat Titio fundi dimidiam portionem. ff. de vsufruc. accrescen. in qua forte se fundauerunt & audacter dixerunt me errare illi de quibus supra, male respondet ad dictam. l. Meuio. de qua opponit, & per quam profecto apparet quod dicta glossa nō procedit: quod etiam opportune intuenti apparere potest ex not. per Oldra. & alios predictos. Et ita etiam expresse dicit ibi Joannes de imol. Et pro confirmatione predictorū, scilicet quod dicti Carolus & Antonius fuerint verbis coniuncti, quamuis re disiuncti, videatur quod not. Bald. in. l. si fortidianum. versicu. secus si imperfectum copuletur perfecto. C. de lega. & in dicta. l. vnica. §. his ita. vbi voluit Baldus qđ si imperfectum copuletur perfecto, vt verbigratia: quia dicit testator, relinquo Titio fundum plorianum, item Seio eundem fundum, Titius & Seius dicuntur verbis coniuncti: quia licet hic videantur esse due orationes, pro eo quia post illa verba, item Seio eundem fundum, tacite subintelligitur verbum relinquo. l. cum pater. §. cum imperfecta. ff. de lega. ij. tamen tacitus consensus non attenditur in verbali coniunctione vel disiunctione: alias vt dicit Baldus legatarij semper essent disiuncti, cum enumeratione personarum tacite videatur diuisum inter eos. l. cum fundus. ff. de conditionibus & demōstrationibus. Quod est falsum: quia plures reperiuntur coniuncti re & verbis. dicta. l. re coniuncti. ff. de legat. iij. Cum ergo dictus Petrus testator in casu de quo queritur dixerit, si memoria non me fallat, substituo in dimidia parte Carolum baiuli, & in alia dimidia Antonium nepotem: censeri debent isti fuisse verbis coniuncti, pro eo quia licet in substitutione facta de Antonio tacite subintelligatur repeti verbum substituo: hoc tamen non attenditur. Fateor enim quod si fuisset repetitum, isti dicerentur non solum re, sed etiam verbis disiuncti: sed non est ita, vt predixi, & puto apparere ex verbis predicti testamēti. Et sic cū dicti do. contrariū sentiētes fateant qđ, si testator dicat, lego fundum equis portionibus Titio & Meuio, isti sunt verbis coniuncti: ipsi etiā fateri debēt, quod si dicat lego fundi dimidiam Titio, & aliam dimidiam Seio, prout in casu, isti sunt coniuncti verbis. Alioquin placeret intelligere vnde insurgat illa maxima differētia, quam ipsi esse pretendunt inter has orationes: & quidem non insurgit ex eo, quia in primo casu dicitur equis portionibus, & in secundo fundi dimidiam & aliam dimidiam: quia secūdum doctores vtrobique ista verba operantur realem disiunctionem, non autem verbalem. Non etiam insurgit ex eo quia in primo casu est vna oratio, in qua fundus equis portionibus legatur Titio & Meuio: sed in secundo casu videtur esse due orationes, vna videlicet, lego fundi dimidiam Titio, & alia, & aliam dimidiam Seio. Sed iam respondi quod hec est imperfecta propter omissionem verbi, lego: & quia copulatur perfecte, ista & illa perfecta iudicantur vna oratio, per predicta. Et sic concludendo dico vt alias, quod isti fuerunt verbis cōiuncti. Nec reperio quod aliqua iura per dictos dominos contrarium sentientes allegata dicant contrarium. Fateor tn̄ quod glo. fin. que est in dicta. l. j. ff. de vsufruc. accrescen. videtur sensisse contrarium: sed illa vt dixi non procedit nec bene respondet ad dictam. l. Meuio. in principio: vbi dicit Paulus de castro, quod gloss. illam nunquam intellexit; dicit etiam ibi Cyn. quod Petr. de bella pertica. legit illam octo vicibus priusquam illam intellexerit. Reputatur ergo & est in suo principio difficilis: verum quod dixi communiter tenetur.

7 † Non ergo erraui, vel si erraui, erraui cum viris peritissimis, & toto orbe valde famatis, & cum quibus errasse non puderet. Sed nec ipsi nec ego errauimus. Uerum quia vt iam dixi copia mihi missa fuit corrupte transcripta, si placet corrigatur, & deinde remittatur. Et si quid sit quod videatur obstare, & cum effectu damnare opinionem Oldradi & sequacium in dicta. l. Meuio. in principio. & Bald. in dicta. l. si forticlianum. & in dicto. §. his ita. prout mihi persuadere non possum, fatebor me errasse. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Jura penam imponentia an intelligēda sequuta sententia.
2 Confiscatio ex statuto an debeat expectare sententiam.
3 Spoliatus per magistratum an & quando veniat reintegrandus acsi per priuatum fuisset spoliatus.
4 Statuti dispositio inefficax verbis non militantibus.
5 Consuetudo concernens reseruata principi in signū supreme potestatis an possit induci per tempus immemoriale.
6 Testes quando non videantur probare etiam de tempore quo loqui videntur.
7 Denuntiator quando teneatur probare denuntiata, vel in expensis condemnari.

¶ Epitome.

¶ Si virtute statuti sine sententia declaratoria, vel consuetudinis sine condemnatoria iudex rem aliquam confiscarit, is cuius res est non minus in integrum restituitur, quam si a priuato homine spoliatus esset. U. F.

¶ De munici. Consilium. cccxxx.


Etiam si esset municipali statuto Arelatensis ciuitatis, vel de consuetudine eiusdem ciuitatis introductum, quod citranguli, & alie mercantie latius expresse in actis cause cepte & pendentis indecise, per & inter nobilem virum Joannem coterij tunc Arelatensem viguerium ex vna parte, & prouidum virum Nicolaum de fonte ex alia, venditi & empti contra dispositionem statuti seu consuetudinis huiusmodi, essent ipso facto confiscati, vel deberent per officiarios & magistratus confiscari: non tamen debuerunt nec de iure potuerunt citranguli, de quibus in hac causa, eidem Nicolao emptori & possessori auferri nisi prius parte audita, insuper & lata sententia declaratoria in primo casu, vel condemnatoria in secundo. Et quidem quod in primo, hoc est eo casu quo censeri potuissent fuisse ipso facto confiscati, opus fuerit declaratoria sentētia, probatur per id quod habetur in. l. eius qui delatorem. ff. de iur. fis. & quod in simili not. gloss. in authent. de tabel. §. penulti. qđ etiam

voluit Bald.& post eum Alexander de imol.& Jason may.in.l.si
1 quis maior.C.de transac.† Quia omnia iura mundi,que dicunt
penam imponi ipso iure,intelliguntur dummodo sequuta sit sen
tentia declaratoria,per quam declaretur illud esse cōmissum,pro-
pter quod imponitur pena:alias pena non habet effectum vel
exequutionem,vt not.Archi.& Joannes andr.in nouel.in.c.j.de
homici.in.vj.per textum in.c.cum secūdum leges,vbi etiam ipsi
hoc not.& docto.de hereti.in.vj.facit dicta.l.eius qui delatorē.&
qd not.Bald.in.c.j.de feu.sine culpa non amitten.& aut.qui se-
mel.coll.penultima.C.quomodo & quando iudex.& aut.hoc am-
plius.col.j.C.de fideicommis.Alberi.in.l.lex vectigali.ff.de pi-
gno.Lap.allegatione.cxxvij.in vltimo quesito.ad fin.dominus
Prepo.in.c.ex ratione.colum.xiiij.versi.septima principalis est
questio.de appellatio.& dominus Felinus in.c.rodulphus.co-
lum.xxiiij.vel circa.versicu.sed declaratoria sententia.de rescrip.
& c.j.colum.xij.vel circa.versicu.nec obstat huic &c.de constitu.
2 †Quod autem in secundo casu,hoc est eo casu quo non fuissent
dicti citranguli in vim dicti pretensi statuti aut consuetudinis
ipso facto confiscari,opus fuerit sententia,per quam citranguli
huiusmodi confiscarentur,est certum & indubitatum,Pro quo
allegasse sufficiat quod not,Bald.in.d.c.j.in principio,de feud.
sine culpa non amitten.in.l.transigere.ad finem.C.de transactio.
& in.d.authen.hoc amplius.col.j.de fideicommis.& in.c.j.in prin
cipio.quali.do.proprie.priue.Et do.Feli.in dicto versicu.sed de-
claratoria.Que si ita se habeant:immo quia sic se habent,dictus
nobilis Joannes coterij tunc pretensus Arelatensis vicarius
seu viguerius male,inciuiliter ac iniuste,& de facto processit,qua
tenus nulla precedente sententia declaratoria vel condemnato-
ria predictos citrangulos eidem Nicolao abstulit,& ad manus
suasphius cepit,& deinde vt scribitur in actis.folio.lx.de eis fecit
quod voluit.Si enim vel hec vel similia fieri prohibeantur in
causa ciuili.l.j.& quod ibi doctores,C.de exequu.rei iudica.& l.si
cum nulla.ff.de re iudi.multo fortius vel saltem non minus pro-
cedere debet in causa criminali,in qua agitur de maiore periculo.
3 † Propter quod debuit & debet idem Nicolaus in possessiōe di
ctorum citrangulorum reintegrari,& illi seu eorum estimatio eidē
restitui,perinde ac si per priuatum spoliatus extitisset.c.cum ve-
nissent.& c.conquerente.de restitu.spolia.& quod not.Jacob.re-
buf.& Joan.de pla.in.l.si coloni.C.de agrico.lib.xi.& Ange.are.
in.§.quadrupli.versi.item dixi in libello.institu.de actio.

Preterea aduertendū est,
quod in discursu cause huius non apparuit nec apparet de aliquo
pretenso statuto,vel consuetudine,in vim cuius fuerint confisca
ti,aut confiscari debuerint dicti Citranguli. Et primo quidem
non per quandam scripturam,insertam fol.lxv.& seq.vbi preten-
duntur scribi tria asserta statuta:quorum duo notorie non attin-
gunt hunc casum.Et quamuis tertium aliquantulum videatur hūc
casum attingere,& eidem Nicolao in aliquo obstare,vel dicto no
bili Coterij suffragari:illud tamen eidem Coterij non suffragat,
nec eidem Nicolao obstat:quia illud loquitur de eo qui reuendit ci
trangulos,& alia inibi mentionata,comparata seu empta extra
dictam Arelatensem ciuitatem,& infra eius territorium:cuius-
modi non probatur fuisse dictus Nicolaus.Non enim probatur,
quinimo nec proponitur,ꝙ tempore emptionis dictorum citran
gulorum esset extra dictam ciuitatem:quinimo apparet de con-
trario.Nec etiam apparet ꝙ tempore comparationis huiusmo-
di predicti citrāguli essent in portu Arelatensi,& in territorio pre-
dicte ciuitatis:quinimo potius apparet de contrario,scilicet ꝙ
4 essent extra portum & territorium huiusmodi. † Quo fit vt ver-
ba dicti pretensi statuti non adaptentur casui de quo contendi-
tur:ergo nec eius dispositio.l.omnibus.§.hos accusare.ff.de ac-
cusa.l.iiij.§.totiēs.ff.de dam.infec.l.j.§.loquitur lex.ff.de aqua
quoti.& esti.& l.si quis seruum.ff.de acquiren.heredi.quod etiam
voluit Paul.de cast.consi.iiij.& consil.xj.Roma.consi.ccccxlij.
& consilio.cccclxij.& alij in alijs locis.

Quibus addo ꝙ cum re-
gulariter fuerit & sit permissa venditio & emptio rerum in cōmer-
cio hominum existentium,non potuit ciuitas Arelatensis vel
eius magistratus imponere penam confiscationis,de qua in di-
cto pretenso statuto,eam videlicet que non principaliter & per le
gem imponitur,vel que sit ex pene consequentia,sed ex eius arbi
trio,& pro pretenso delicto commisso aut perpetrato in emendo
vel vendēdo contra tenorem predicti statuti.Pro quo allegasse
sufficiat.l.vnicam,& quod ibi Cyn.Bald.& Bald.& Salycet.C.
ne sine iussu principis,& quod not.Azo in summa.C.eodem titu.
Ex quibus patet dictum pretensum statutum,etiam si loquere-
tur in terminis casus occurrentis,& de illis legitime constaret,
prout non loquitur,nec constat eidem Nicolao obstare nec suffra
gari ipsi nobili Gauterio,vtpote factum,si tamen factum & con-
ditum appareat,super reseruatis principi,aut maximis magi-
stratibus,per predicta,& quod not.Bartol.in.l.omnes populi.in
tertia.q.principali.ff.de iusti.& iur.Bald.in feud.titu.de pa.con
stan.in verbo secundum mores.facit.c.venientes.de iureiuran.&
5 l.j.§.de qua re.ff.de postulan.† Nec etiam apparuit de dicta pre-
tensa consuetudine:quia cum consuetudo huiusmodi concernat
ea que sunt principi reseruata in signum supreme potestatis,vel
summis magistratibus,illa non videtur posse induci,nisi esset tā
tum tempus,cuius initij memoria non esset in contrarium.c.su-
per quibusdam.§.preterea.de verborum significatio.& quod not.
Anto.de butri.Joan.de imol.& Panormi.in.c.fin.de consuetu.
Sed de tanto tempore non probauit prefatus Coterij,vt videri
potest & patenter colligi ex depositionibus testium parte ipsius
in secunda instantia productorum,quorum nullus deponit de tan
to tempore,nec alias in forma requisita ad hoc vt probet de tem
pore huiusmodi,& de qua ponit Innocen.in.c.veniens.de verbo.
significa.Hostien.in.c.quid per nouale.eodem titu.& gloss.in.c.
6 primo,de prescrip.in sexto.† Cui addo ꝙ non solum probant te-
stes huiusmodi de predicto tempore de quo non loquuntur,sed
nec de eo de quo loqui videntur:scilicet quatenus dicūt se vidisse
obseruari a quadraginta annis,vel ab alio tempore:quia tales
non probant etiam de eo tempore de quo loquuntur,cum non
adijciant & citra,vel & per tantum tempus.Pro quo allegasse
sufficiat id quod not.Bartol.in.l.celsus.colum.fina.versicu.sed
circa huiusmodi probationem.ff.de vsucapi.Hostien.Joan.an.
in nouel.& docto.in.c.licet causam.super verbo,& citra.de proba-
tio.Bald.in.l.iudicia.C.de rei vendi.& in.l.falsus.colum.ij.C.
de furt.Alexand.de imol.consilio.cx.exordiente,Visis acutissi-
mis dubitationibus.colum.fina.versicu.nec obstat quod Augu
stinus interruperit &c.in primo volumi.& consil.xlv.exordiente,
Visis attestationibus testium &c.colum.iij.versic.tertius testis.
7 in secundo volumi.† Ceterum quo ad honorabiles viros Joan-
nem marigaudi & magistrum Joannem de donis notarium,cer-
tum est ꝙ illi nihil probant:quia cū tempore cepti processus per
& inter dictum nobilem Coterij & prefatum Nicolaum essent con
sules,& denuntiauerint eidem Coterij tunc viguerio,ipsi debue-
runt probare denuntiata,per id quod not.Salyce.in.l.ea quidē.
versicu.duodecimo quero.C.de appellatio.& nisi probent veniūt
condemnandi in expensis,per id quod not.Joan.de pla.in.l.j.C.
de decurio.lib.xij.Pro quo allegat.l.si seueriter.ff.de excusatio.
tuto.l.vnica.C.de sumptu.recuperatio.libro.x.l.in fin.ij.de decu
rio.eodem lib.& l.j.§.incidit.& l.ab accusatione.ad fin.ff.ad tur-
pil.quod etiam voluit Bartol.in.l.in senatusconsultum.§.an ad
eos.ff.ad turpil.

Omitto quinimo non omitto, ꝙ
non fuerit probatum,quinimo nec sufficienter & distincte propo-
situm,ꝙ anno,mense,& die talibus barcha illa seu nauis,super
qua portabantur & erant predicti citranguli,applicuit in portu
Arelatensi,vel illius territorium ingressa est:nec ꝙ tempore ven
ditionis de eis facte,vel antea,seu etiam postea per certum tem-
pus esset vel fuerit in portu vel in territorio huiusmodi,seu etiam
in mari tendens ad hunc portum.Quid enim si cum adhuc essent
in loco multum distante ab Arelate,& a quo poterant non apud
eam dirigi vel portari,sed apud Massiliam,vel alia loca vicinio
ra,& ad que poterant facilius conduci,fuerint ipsi citrāguli huic
Nicolao venditi?profecto hoc videtur esse in multa considera-
tione,& aliud isto casu iudicari,quam si tempore facte venditionis
iam fuissent vel in portu vel in territorio:quia his vltimis casi-
bus videbatur quodammodo preiudicari vel ciuitati vel ciui-
bus predicte ciuitatis propter maiorem caristiam,non in primo:
quia nisi iste emisset,& pretio conuento,non fuissent verisimiliter
ad hanc insignem ciuitatem delati:quod verisimiliter patefecit
preueniens accessus venditoris dictorum citrangulorum.Pro-
pter que existimo hunc Nicolaum fuisse profecto oppressum &
iniustissime grauatum.Que omnia dixerim sub correctione cu-
iuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Statutum loquens simpliciter de donatione an extenda-
tur ad iuratam.
2 Statutis cassatis per imperatorem aut papam,an intelligatur
etiam de iuratis.
3 Donatario magistratum gerenti donatio facta an valeat.
4 Venditio facta de omnibus bonis presentibus & futuris an va-
leat,& cur.
5 Doctoris dictum per allegata parum stringentia an multum
attendendum.
6 Obligatio naturalis quos effectus operetur.

¶ Epitome.
¶ Donatio omnium bonorum factum magistratui perpetuo, ⁊
ciui loci in quo celebratur, valet: nec trahit tamen fructus qui do
natoribus supersunt ex rebus per eos iam dictum est magistra-
tum ipsis quasi antidoraliter donatis. V. F.
¶ De contractib. iudic. Consil. cccxxxj.



Christi nomine inuo-
cato. Viso consultationis themate mihi misso
⁊ exhibito parte ⁊ venerabilis capituli ecclesie
captensis, vna cum impugnationibus donatio
nis inibi mentionate, ⁊ auditis his super qui-
bus ipsum venerabile capitulũ postulat informari supposita va
1 liditate dicte donationis, † dico ⁊ breuiter respondeo breuiter ⁊
succincte ꝙ, nõ obstante statuto de quo in dicto casu, valuit pre-
dicta donatio. Tum quia statutum huiusmodi nõ precise exigit
ꝙ ad hoc vt valeat donatio inter viuos excedens summam de-
cem florenorum vocari debeant coniuncti seu propinquiores vel
affines donatoris, sed sufficit ꝙ vocentur ⁊ intersint Viguerius
seu Baiulus aut iudex ordinarius loci in quo fit donatio, aut cõ
iuncti seu propinquiores vel affines, aut duo ex eis cum vno ex
syndicis: aut coniunctis, propinquis vel affinibus non extanti-
bus vel absentibus a loco, interueniãt syndici seu consules ⁊ pro
curatores loci donationis, qui pro tempore fuerint, vna cum ba-
iulo vel eius locum tenente: prout hec colliguntur ex tenore eius
dem statuti. Tum ⁊ qꝛ statutum huiusmodi non videtur habere
locum in donatione iurata. Pro quo videri poterit Joannes de
imola qui hoc bene probat in. c. cum contingat. in tertio mem-
bro, ve. sic. nunc pro declaratione materie an per statutum possit
prohiberi ⁊c. de iureiurando. quia statutum debet interpretari
secundum ius commune. l. ij. C. de noxali. c. cum dilectus. de con
suetudi. sed de iure communi semper potentius operatur actus
iuratus q̃ꝫ non iuratus. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat.
ij. l. vnica. §. ⁊ cum lex. C. de rei vxo. actione, ⁊ in. l. pactum. C. de
collat. iuncto dicto. c. cum contingat. ⁊. c. q̃uis. de pact. in sexto.
2 † Confirmatur hoc per id quod not. glossa in. c. cum non deceat.
de elect. in sexto, in glos. fina. per quam dicit Angel. in. l. j. §. que
onerãde. ff. quarum rerum actio non datur. ꝙ licet papa vel im-
perator casset consuetudines vel statuta: non tñ intelligitur cassa
re statuta iuramento confirmata, quod etiam voluerunt Lapus
Abbas, ⁊ Joan. andr. in nouel. in dicto c. cum non deceat. Pro
quo allegant. c. j. de constitutio. in sexto. ⁊. c. cum aliquibus. de
rescript. eod. lib. Nec obstat his que predixi, si forte dicatur, ꝙ di
ctum statutum presumat donationem factam non obseruata so-
lennitate, de qua in eo, fuisse per dolum extortam, ⁊ ꝙ propterea
tollatur iuramentum in ea interpositum. Quoniam respondeo
ꝙ etiam si dici posset statutum predictum presumere donationẽ
aliter factam fuisse per dolum extortam: non tñ tolleretur iura-
mentum, nec vires illius. Pro quo allegasse sufficiat notatur per
Bald. in. l. omnes populi. ff. de iusti. ⁊ iure. ⁊ modernos in. d. c. cũ
contingat. qui hoc ibi volunt.
3 † Et q̃uis eidem donatio
ni multum obstare videaẽ id, de quo in dicto themate: scꝫ ꝙ ma-
gnificus quondam do. donatarius esset tempore facte donatio-
nis huiusmodi Regius officiarius, ⁊ de maioribus officiarijs il-
lius patrie, ⁊ sic non videatur valuisse predicta donatio. l. princi-
palibus. ff. si certum peta. ⁊ expertius in. l. vnica. C. de contra. iud.
huic tñ obiectioni videẽ posse rñderi, ꝙ ista iura nõ obstant. Tũ
qꝛ dictus do. donatarius erat oriũdus ⁊ perpetuus incola illius
patrie: in quo propterea non videntur iura predicta debuisse ha-
bere locum, per id quod not. Guil. de cug. Bart. Alex. de imola.
⁊ domi. Jason. may. in d. l. in principalibus. q̃uis Ange. ⁊ Ro-
manus ibi senserint contrarium. Tum ⁊ qꝛ non erant tempora-
lis officiarius, sed perpetuus: in quo non videntur locum habere
iura predicta. l. presidis. ⁊ quod ibi Bar. ⁊ moderni communiter
ff. si certum peta. ⁊ Bald. in. l. solent. §. fina. in. ij. q. ff. de offi. pro-
consul. ⁊ lega. vbi de hoc plene disputat: ⁊ hoc nisi probaretur ꝙ
dicti coniuges fuerint per impressionem coacti ad donãdum: qꝛ
tunc potuisset reuocari, per id quod not. Bar. in. l. aufertur. §. ꝙ
a preside. ff. de iure fisci. sed vbi non apparet de impressione, vel
iusto metu, non videẽ ꝙ illa potuerit reuocari ex eo ꝙ facta fue-
rit officiario, presertim cum fuerit iurata.
Ceterum quo ad fructus
per honestam quondam mulierem Antonetam alteram ex do-
natoribus perceptos post factam donationem, puto ꝙ de illis
disponere potuerat, siue loquamur de illis qui percepti extiterunt
ex bonis per dictos coniuges donatis: siue loquamur de perce-
ptis ex bonis quorum vsusfructus eisdem donatoribus, ⁊ eorum
cuilibet quandiu viuerent donatus extitit per dictum dominum
donatarium. Et primo quidem hoc certũ est quoad fructus per-
ceptos ex bonis per ipsaꝫ Antonetam ⁊ maritum donatis: quia
illi non venerunt in donatione facta de omnibus bonis presenti
bus ⁊ futuris, per id quod not. Bartol. in. l. stipulatio hoc modo
concepta. colum. ij. ibi, idem dico si vendidit omnia bona presen-
4 tia ⁊ futura. ff. de verb. oblig. † Ubi dicit ꝙ si vendo tibi omnia
bona mea presentia ⁊ futura, valet venditio: quia potero testari
de pretio: quia illud non debetur emptori. l. damni. la tierce. §. cũ
parietem. ff. de damno infecto. Ita ergo fructus qui remanserũt
ex reseruatione vsusfructus non debuerunt cedere lucro dicti do
mini donatarij, ⁊ sic nec computari in bonis futuris: alr̃s inanis
fuisset reseruatio vsusfructus. Quod etiam voluit Alexaner de
imola in dicta. l. stipulatio hoc modo concepta, colum. xj. versic.
⁊ quid si vsumfructum reseruauit sibi talis donans. Et quamuis
Paul. de Castr. videatur aliter sensisse, consi. cj. exordiente, No-
tandum est, ꝙ prefatum statutum ⁊c. prout etiaꝫ refert Alex. de
imol. vbi supra: tñ ꝙ predixi videtur verius, per rationem predi-
5 ctam. † Cui etiam addo ꝙ Paul. de castr. nihil, presertim quod
stringat, videẽ allegasse pro confirmatione sui dicti: ⁊ sic non vi-
detur ꝙ ad ipsum debeat multum attendi, per id quod not. Pa
normi. in. c. capellanus. col. j. versi. not. ꝙ inter plures opiniones
de ferijs. Propter quod fortasse Alex. de imol. in dicta. l. stipula
tio hoc modo concepta. col. xj. dicit intrepide, ꝙ ⁊ iudicando ⁊
cõsulendo teneret in hoc cõtra Pau. de cast. Et idem videẽ esse
dicendum de fructibus perceptis ex bonis dict domi. donatarij
existẽtibus in ciuitate Aptensi ⁊ eius territorio, ⁊ quorum vsus-
fructus fuit per eundeꝫ donatariũ dictis donatoribus concessus
⁊ donatus: qꝛ in donatione generali per eos facta dicto domino
donatario de eorum bonis presentibus ⁊ futuris non videnẽ ve-
nisse ea que postea fuerunt per ipsum donatarium eisdem dona-
toribus donata: pro eo qꝛ in generali concessione non veniunt ea
que non esset quis verisimiliter in specie concessurus, regula in
generali, ⁊ ꝙ ibi glo. Dyn. ⁊ Joan. mona. de regu. iur. in sexto. l.
generali. ⁊ ꝙ ibi gl. Alberi. ⁊ doct. ff. de pign. ⁊. l. j. ⁊ quod ibi gl.
⁊ doct. C. que res pign. obliga. pos. Sed non est verisimile ꝙ tem
pore facte donationis per prefatos cõiuges dicto do. donatario
de eorum bonis presentibus ⁊ futuris, fuerint ipsi dicto d. ño do-
natario concessuri ⁊ donaturi si quid postea eisdem donatoribus
vel alteri eorundem per eum donaretur, nec idem domi. donata-
rius verisimiliter hoc sensit, scꝫ ꝙ si imposterum dictis eius do-
natoribus vna manu et aliquid pone vsumfructum dictorũ eius
bonorum concederet ⁊ donaret. ipse illum eundem in sic donãdo
acquireret, ⁊ sic inutiliter, inefficaciter, ⁊ vt ita dicam nugatorie
donaret. Et ita nihil valeret donatio, contra id ꝙ habetur in. l.
quotiens. ff. de reb. dub. l. quotiẽs. ff. de verb. oblig. ⁊. l. quotiẽs.
ff. de verbo. signifi. Quod maxime videtur procedere in hoc casu: in
quo donatio bonorũ facta per dictos cõiuges, ⁊ donatio eisdem
facta per eundem domi. donatarium, videntur quasi eodem con-
textu seu tempore processisse: ꝙ colligitur nõ solum ex tenore do
nationis facte per dictũ dñm donatarium, sed etiam ex eo, qꝛ ille
facte extiterunt eisdem loco, anno, mense, ⁊ die, ⁊ sub presentia eo
rundem testium: ⁊ qꝛ de eis ⁊ earum qualibet notam sumpsit idẽ
notarius, per id ꝙ not. Bal. in. l. petens. col. penul. ff. de pactis.
Quamuis fatear, ⁊ verum est, ꝙ donatio facta per prefatos con
iuges precesserit, ⁊ ꝙ deinde vel incõtinenti vel statim secuta ex-
titerit donatio facta per dictum dñm donatarium. Propter ꝙ
videtur hec secunda donatio fuisse remuneratoria, ⁊ facta ob re-
munerationem donationis facte per coniuges. l. si vero non re-
munerandi. §. idem papinianus. ff. mandati. ⁊ ꝙ post Andre. de
6 pi. notat dominus Jason in. l. si tibi. ff. si certum petatur. † Erat
enim idem dominus donatariꝰ ⁊ donator naturaliter obligatus
ad antidora dictis coniugibus, vt benefacienti benefaciamus.
l. sed si lege. §. consuluit. ff. de petitione hereditatis. ⁊ hec natu-
ralis obligatio operatur multos effectus, quos plene colligit do
minus Jason maynus. in. l. ex hoc iure. columna. xj. ⁊ multis se-
quenti. ff. de iustitia ⁊ iure. Non est igitur verisimile quod dicti
coniuges dum fecerunt donationem, de qua supra, senserint ꝙ
in ea venirent bona futura, ea videlicet que eisdem vel eorum
alteri donarentur per dictum dominum donatarium, nec idem
donator doctor ⁊ doctus ⁊ vt prudens hoc verisimiliter cogita-
uit, qui ilico erat donaturus ⁊ donauit vsumfructum etiam cum
iuramento ⁊ sub cõmemoratione dicte prime donationis. Pos-
sent ⁊ alia pro validitate dicte secunde donationis allegari: sed
quia tempus non patitur, ego vlterius non prosequor: alr̃s auto-
re domino si expedierit plenius scripturus.

1 ☞ Judicium familie ercíscunde quod iudicium sit, ⁊ quid in
illo agatur.
2 Judicium communi diuidundo an sit mixtum, ⁊ quid cõtineat.

quidve per illud petatur.
3 Dos apud quem remanere debeat.
4 Societas coiri tacite an possit, τ qualiter.

¶ Epitome.

¶ In iudicio familie erciscunde τ communi diuidundo vterq; actor τ vterq; reus est: τ in illis habetur ratio etiam tacite societatis. V. §.

¶ Commu. vtriusq; iudic. Consi. cccxxxij.

1 Iudicium † familie erciscunde est iudicium mixtum, vt pote habẽs cãm mixtam actionum realiũ τ personalium. Et q2 ex natura non discernitur quis in eo sit actor seu reus. §. quedam. τ quod ibi glo. τ docto. instit. de actioni. τ quod habetur in. l. in his tribus. ff. de iudiciis. in quo propterea non solum agitur de diuisione bonorum hereditariorum, sed etiam faciẽdis personalibus prestationibus, τ inter eas petuntur sumptus per alterum ex heredibus facti in rebus hereditariis: vbi alias pro parte concernente ipsum expendentem seu sumptum facientem negotium expediri non potuit, vel si potuit, non tamen commode. l. filie cuius. §. in communi hereditate. τ quod ibi glos. τ docto. C. familie erciscun. τ. l. heredes. §. si vnus, τ seque. ff. eo. tit. Cum igitur ponatur in facto ꝙ p vel necessaria vel vtili reparatiõe edium seu domorũ τ grangie hereditariarũ, τ ex paterna successione cõmuniũ inter honorabiles viros Stephanum τ Bartholomeum regis, idem Stephanus multos et magnos sumptus fecerit: τ quidem non de pecunia hereditaria potest ipse Stephanus hanc pecuniam in hoc familie erciscũde iudicio repetere ab ipso Bartholomeo pro quota seu parte eũdem concernente. nec debent super facienda rerum hereditariarum diuisione τ resarcione partis sumptuũ predictorum ferri diuersis temporibus due sententie: sed vno τ eodem tempore seu cõtextu debet egregius vir dominus iudex vel domini arbitri pronuntiare super diuisiõe facienda, vel assignatiõe rerum que cõmode diuidi non possunt, τ super resarcione partis predictorum sumptuum ferre sententiam: quia hoc est vnum iudicium.

2 † Similiter dico ꝙ iudicium communi diuidundo est mixtũ, continens personales τ reales prestationes. et sic ꝙ non solum in iudicio huiusmodi peti potest diuisio rei communis, sed etiam personales prestationes et sumptus vel expense facti in re communi, vel pro re cõmuni, per id quod habetur in dicto. §. quedam actiones, τ quod ibi gl. τ docto. l. j. l. iij. τ. l. per hoc iudicium. §. sicut autem. cũ multis similibus. ff. communi diuido. l. si maior. versic. idem eorum etiam. ibi. tam suptuum. C. eo. tit. τ qd not. Roffre. in suis libellis, sub rubrica si aliquis vult diui. rem commu. habet actio. cõi diuidun.

Si igitur, vt audio, prefatus Stephanus certa bona suo τ dicti Bartholomei fratris nominibus emerit, τ pretium de pecuniis suspfius soluerit venditoribus iustum est ꝙ in diuisione horum bonorum non quidem hereditariorum, sed communium ex titulo emptionis, idem Bartho. partem pretij eundem concernentem eidem Stephano resarciat. quod si facere non vult: debet ipse in hoc communi diuidundo iudicio, τ in quo agitur de diuisione dictorum bonorum communium condemnari ad resarciendum eandem pecuniam: nec debent de hoc fieri duo processus, vel diuersis tẽporibus ferri sententie, cum sit vnum iudicium, τ in quo quilibet est actor τ reus. Si enim idem Bartholomeus partem habere velit in dictis bonis, τ sic sentire lucrum: non debet ipse recusare solutionẽ partis pretij, τ sic onus, regula, qui sentit. τ quod ibi glos. τ doct. de regul. iuris. in sexto. τ. l. secundum naturam cuiusq; rei. ff. eodem titu. τ. l. si quis putans. §. siue autem. τ ꝙ ibi Flori. ff. communi diuidun. Illud autẽ certum est ꝙ si in rebus communibus idem Stephanus dotẽ vxoris vel partem illius expẽderit, debet in diuisione rerum huiusmodi pars cõcernens eundem Bartholomeum sibi resarciri τ exolui: † q2 dos debet esse penes eum, penes quem sunt onera matrimonij. l. actione. §. fina. ff. pro socio. τ

3 l. si is cui. §. ibi dos. ff. de iure dotium. τ quod not. Spec. titu. de iudi. §. sequitur. versic. quid si communione manente, τ Ioan. pe. ferra. titu. for. libel. pro heredi. act. re. singula. diuiden. super verbo, communiter τ pro indiuiso. versi. ex his patet decisio ad questionem τc.

4 † Preterea certum est societatem posse contrahi non solum expresse, de quo non dubitat. l. societatẽ coire. ff. pro socio. vt verbi gratia, cum verbis stipulatione interueniente, seu pacto socij ineũt seu contrahunt societatem, vt dicit ibi gl. de quo est tex. in. l. vt sit p socio actio. in. l. nã cum tractatu. τ in. l. duo societatem. ff. pro socio. sed etiam tacite contrahi potest: vt verbi gratia, exercendo actus sociales, vt habetur per Iaco. de arena, Oldrad. Richard. malum. τ Bart. in. l. Titium τ Meuium. §. altero. ff. de admini. tuto. τ per eundem Barto. in. l. j. §. si quis hoc interdicto. ff. de itinere actuq; priua. per Cyn. Bald. τ docto. in. l. si patruus. C. communi. vtriusq; iudicis. Pro cuius dicti probatione inducit, ꝙ societas contrahitur solo consensu. l. qui admittitur. τ. l. plane. ff. pro socio. τ instit. de obligatio. que ex consensu nascun. circa principium. Pro quo multa inducit Romañ. consi. cccxcj. exordiente, Cum isti fratres. colum. j. versicu. tertio quia ipsa societas contractus est qui consensu perficitur τc. consensus vero declaratur non solum verbis, sed etiam factis. l. de quibus. ff. de legiti. c. ex ore. de his que fi. a maiori parte capitu. l. reprehendenda. C. de institutio. τ substi. c. significasti. ad fi. de homicid. Multa alia inducit Romañ. vbi supra, τ Petr. de Vbal. in suo tractatu societatis, in secũda parte, circa principium. Cum igitur manentibus dictis Stephano τ Bartholomeo in communione bonorum paternorum, τ aliorum per eundem Stephanum communibus nominibus eorundem acquisitorum, fuerint ipsi fratres vsi fructibus decimalibus τ aliis bonis per eundem Stephanum in arrendamentum receptis a reuerendo in Christo patre τ domino domi. Vapincensi episcopo prout ponitur in casu, videnẽ ipsi fratres in τ super huiusmodi arrendamẽto seu bonis in arrendamentum receptis tacite contraxisse societatem, τ debere esse pares in commodis τ lucris, si contigerint, vel in damnis, postq; non reperitur aliter conuentum. l. si non fuerint. ff. pro socio. τ instit. de socie. §. j. Et cum bona ex arrendamento huiusmodi exacta τ recepta, fuerint vel insolidum, vel pro maxima eorum parte cõuersa in communem vtilitatem dictorum fratrum, vt ponitur in casu, τ deinde de pretio pro dicto arrendamento seu bonis in arrendamentum concessis fuerit, vt ponitur in casu, per dictum Stephanum satisfactũ: tenetur dictus Bartholomeus pro sua quota τ portione eundẽ reimbursare, per predicta. τ q2 vt iam dixi qui sentit onus, sentire debet τ commodum, τ econtra.

1 ¶ Fenestram in suo facere, τ super fundum vicini inspicere. si tenebris vel alia iusta causa non vrgeatur, nemo potest. V. §.

¶ De edificiis priua. Consi. cccxxxiij.

1 Etiam † si verum esset ꝙ quis in suo facere posset fenestram, etiã si per eã inspiceret in fundum vicini: hoc tñ fallit qñ fenestram huiusmodi facere vult in loco in quo esse non consueuit, τ hoc facit ad emulationem vel despectum vicini: vt puta q2 vult videre secreta sua. l. opus. cum ibi not. C. de ope. publi. quod etiã not. Petr. Cyn. τ Paul. de castr. in. l. altius. C. de seruitu. Et presumitur ꝙ ad emulationem vel despectum hoc faciat, quando per fenestram huiusmodi possent videri secreta vicini, τ faciens fenestram nullam ex ea perciperet vtilitatem, vt sentit Paul. de castr. in dicta. l. altius. vel saltem modicam, secundum Bartholomeum vero. in suo tracta. societa. columna. ij. τ hoc est remittendum arbitrio iudi. qui considerare debet qualitatem vicinorum, scilicet si sint amici, vel non, τ maxime qualitatem facientis fenestram: τ si verisimiliter fecisset eam etiam si essent amici, argu. l. j. §. j. ff. de iure delibe. c. de causis. de offic. delegati. τ. l. iij. §. j. ff. de testib. facit quod not. Bartho. vero. in dicto suo tractatu, sub rubrica, de solo seu area, in quinta fallentia, versicu. sed est dubium. Cum igitur fenestra, quam facere nituntur nobilis Ioannes de massilia, in quadam sua domo, in actis cause cepte τ pendentis indecise per τ inter Astorgium de biterris ex vna parte, τ ipsum nobilem Ioannem de massilia ex alia, nullam vtilitatem seu commodum sit eidem de Massilia allatura seu factura, τ ipse illam faciat aut facere tentet ad emulationem seu despectum eiusdem de Biterris, non est sibi hoc permittendum: sed ne hoc faciat est omnino prohibendus, per predicta. Et hoc vt plenius pateat dicit τ proponit idem de Biterris, seu eius legitimus procurator procuratorio nomine eiusdem sequentia: quibus τ eorum singulis, quatenus facti sunt, petit ex aduerso personaliter τ cum iuramento per verbum credit vel non credit responderi, τ negata si que τc.

¶ In primis dicit τ proponit ꝙ fuit τ est absq; eo, τ preter id, quod vllo vnq; tẽpore fuerit aliqua fenestra in loco, in quo eam facere

facere, aut fieri facere nititur dictus nobilis de Massilia.

¶ Item & quod non solum non fuit fenestra in loco predicto: sed etiam fuit & est absque eo & preter id, quod ullo unquam tempore facta fuerit fenestra in muro dicte domus existente a parte horti prefati de Biterris in hac causa latius mentionati, seu alias fuerit paries seu murus huiusmodi pro facienda fenestra vel alias per foratus seu ruptus, & ita negatur.

¶ Item & quod fuit & est absque eo & preter id quod fenestra superius mentionata, & quam idem de Massilia facere vult & tentat in predicto pariete, sit eidem de Massilia utilitatem seu commodum allatura.

¶ Item & pro eo quia sine illa & alias sine lumine recipiendo a parte dicti horti, habuit & habet domus predicta, & non solum ab uno latere, sed etiam a duobus abundantiam luminis.

¶ Item & quod dictam fenestram facere tentat & nititur idem de Massilia ad solam emulationem seu despectum eiusdem de Biterris, ad emulationem quidem ut eum & eius secreta in dicto horto videat.

¶ Item & quod ad despectum propter maliuolentiam & inimicitiam, quam aduersus & contra eundem de Beterris a certo tempore citra gessit & gerit.

¶ Item & pro eo quia a multo tempore & citra idem de Massilia requisiuit seu requiri fecit eundem de Biterris, ut eidem venderet aut alias remitteret & cederet dictum hortum.

¶ Item & quod idem de Biterris hoc facere recusauit & recusat.

¶ Item & quod pro eo quia idem hortus est sibi necessarius seu opportunus & utilis, & cuius venditio seu alienatio esset sibi inutilis & damnosa.

¶ Item & quod propter recusationem predictam fuit idem de Massilia indignatus ac maliuolentiam & odium concepit contra eundem de Biterris.

¶ Item & quod post dictam recusationem idem de Massilia dixit sepe & pluries, quod ipse eundem iudeum compelleret, ad vendendum uno modo vel alio.

1 ☞ Magister domus an possit quicquam in via publica facere aut reponere, propter quod vehiculorum transitus impediatur.
2 Vie publice ad quid destinate, & qui teneantur eas reficere.
3 Actio popularis an competat cuilibet de populo.

¶ Epitome.

¶ Ne per urbem via impediatur, aut vicinarum domorum commoditas, quiuis alias idoneus inhiberi facit: quanto igitur iustius si priuatim eius interest. V. F.

¶ De offi. prefe. urb.　Consilium. cccxxxiiij.



1 Etiam † si locus situs prope seu iuxta & ante stabulum & hortum honorabilis viri Honorati chitroni, latius mentionatum in actis cause dudum cepte & pendentis indecise per & inter Petrum de cruce & dictum Honoratum, esset vel dici posset via vel carreria publica, non propterea inferretur nec infertur, quod idem de Cruce possit passim & indistincte ponere & reponere ballas lane; seu res alias, prout & quemadmodum se posse facere proposuit & contendit. Nihil enim potest aut de iure debet fieri in via aut carreria publica, propter quod vehiculum transire prohibeatur, nec ibi debet aliquid esse proiectum vel propositum, propter quod prohibeatur seu quomodolibet impediatur ire vehiculum. l. ediles curules. ff. de via publi. † Sunt
2 enim facte vie & carrerie publice, ad & pro meatu seu transitu hominum, aliorum animalium, vehiculorum, & similium huiusmodi: non ut in eis ponantur vel reponantur balle lane, aut alie res que meatum aut transitum huiusmodi impediant. Si enim via publica destructa vel carreria refici & muniri debeat, non ex publico, sed a dominis domorum iuxta viam sitarum, & sumptu eorundem, dicta. l. ediles, & quod not. Barto. Jaco. rebuf. & Joan. de pla. in l. per bithinam. C. de immuni. nemi. conce. lib. x. et si domini domorum teneantur & debeant purgare & purgatas habere & tenere vias seu carrerias iuxta & prope eorum domos existentes, equum est profecto & rationabile, quod ipsi in via seu carreria huiusmodi, quatenus protenditur iuxta eorum domos & predia, potiantur & gaudeant vel maiore prerogatiua, vel non minore, quam alij, regula, Qui sentit onus, & quod ibi glo. & docto. de reg. iur. in. vj. Quod si ita est, non debet accessus ad stabulum & hortum dicti Chitroni, vel exoneratio & depositio feni, palearum, & aliorum necessariorum impediri propter ballas lane, & alias res, forte forensium & extraneorum, vel etiam dicti de Cruce: & ad hoc debet aduertere egregius vir dominus Iudex loci predicti de Veyneto, ne propter depositionem vel repositionem predictarum ballarum & aliarum rerum impediatur publicus usus, & signanter dominorum domuum vicinarum. Nec sibi persuadeat idem de Cruce, quod via seu carreria publica non sit prefati Honorati: sed reipublice vel principis quo ad proprietatem, & usus publicus seu popularis: & quod propterea non debuerit nec de iure potuerit facere eidem de cruce inhiberi ne ballas predictas & res alias extunc in antea poneret aut reponeret in pre-
3 dicta carreria. † Quoniam respondeo, quod immo hoc facere potuit, cum hec actio sit popularis: & sic competit cuilibet de populo alias idoneo. l. j. ff. de lo. & itine. publi. & l. ij. §. tractatum. & quod ibi gloss. super verbo, populare. ff. ne quid in loco vel itinere public. facit. l. in prouinciali. §. fi. ff. de ope. noui nuntia.

1 ☞ Religiosus infra annum professionis an sit prohibitus testari, & que ratio, & an possit de fideicommisso quartas detrahere. 6.
2 Mors ciuilis an operetur quod non obstante naturali & ea non expectata dies fideicommissi cedat, & peti possit etiam viuente grauato professo ordinem bonorum incapacem. 4. 6.
3 Mortis appellatione an & quando veniat mors ciuilis, & an eadem operetur que naturalis, & equipolleat.
5 Recalcitrare contra communem non licet, aliquando tamen vnius doctoris opinio communem vincit.
7 Bona aliunde quesita per grauatum an veniant in restitutionem fideicommissi.

¶ Epitome.

¶ Cum filius de restituendo grauatus monasterium ingreditur seu religionem, communior obtinuit sententia, ut fideicommissarij perinde quod ad eos peruenire debet consequantur: ac si grauatus naturalem mortem obijsset: qui si testamentum nondum professus quamuis religionem ingressus, condiderit, legitimam & trebellianicam, quas erat habiturus, in per eum scriptos heredes transfert. V. F.

¶ De sacrosanc. eccle　Consi. cccxxxv.



Ponitur in facto quod dudum, Anno videlicet domini Millesimo. cccc xcvi. & die xi. mensis Februarij, prouidus vir Stephanus marche, ciuis & habitator Auenionis, fecit & condidit eius ultimum & nuncupatiuum testamentum: in quo inter cetera legauit & iure institutionis reliquit honestis iuuenculis Marie & Margarete eius filiabus naturalibus & legitimis & earum cuilibet tricentos florenos: heredem vero suum vniuersalem instituit & proprio ore nominauit honestum adultum Girardum marche eius filium naturalem & legitimum: cui si quandocunque decederet sine liberis naturalibus & legitimis, tunc & in eum casum substituit dictas Mariam & Margaretam eius filias & dicti Girardi sorores utrinque coniunctas. Qui permanens in voluntate huiusmodi vita functus est & ab humanis decessit, superstitibus dictis Girardo, Maria, & Margareta. Quo mortuo & vita functo dict⁹ Girardus se immiscuit paterne hereditati, & pro herede dicti quondam Stephani se gessit & nominauit. Successu vero temporis, Anno scilicet domini Millesimo. cccc. & die. xvij. mensis Decembris, prefatus Girardus fecit & condidit eius ultimum & nuncupatiuum testamentum: in quo inter cetera heredem suum vniuersalem instituit & nominauit prouidum virum Mattheum realis eius auunculum. Et deinde eius proprio nomine mutato in aliud nomen professus est ordinem gloriosissimi confessoris beati Francisci, illum videlicet qui vulgo dicitur obseruantinus, & vocatur hodie frater Stephanus. ¶ Quesitum est an sit locus fideicommisso superius mentionato, & per dictum quondam Stephanum relicto dictis eius filiabus: ita ut non expectata morte dicti fratris Stephani, qui olim dicebatur Girardus, possint prefate Maria & Margareta petere a predicto Mattheo herede & possessore bonorum dictorum testatorum fideicommissum huiusmodi.

1 ☞ † Pro cuius quesiti solutione aduertendum est, quod in testamento dicti olim Girardi, & nunc fratris Stephani, dicit ipse Stephan⁹ iam mutasse nomen, & dici fratrem Girardum ordinis &c. Et ita iam sumpserat habitum dicti ordinis. Et si non solum habitum huiusmodi iam sumpserat, sed etiam fuerat professus dictum ordinem, tunc non potuisset testari, utpote non dominus suorum olim bonorum. auth. ingressi. C. de sacrosan. eccle. & in corpore unde sumi. Si vero nondum erat ordinem professus, quamuis illius habitum assumpsisset, & sic esset infra annum probationis, tunc dico quod ipse potuit testari & disponere de bonis suis, utpote adhuc tunc remanens liber, & eorum dominus, ut no. Inno. Host. Jo. de imol. & docto. in. c. quia ingredientibus. de testame. Hosti. in summa. eo. ti. §. quis possit facere. versi. idem puto &c. hoc etiam voluit Archidia. Semi. et Phlip. de franc. in. c. beneficium. de regula. in. vj. quod etiam probatur in d. auth. ingressi, sumpto argumento a contrario sensu: quia ibi dicitur quod ingressi monasteria effectualiter non possunt testari, & subijcitur ratio: quia se & sua &c. & quia non sunt domini rerum: ergo si sunt domini rerum eis tunc non prohibetur; quia adeo sunt sui iuris quod possunt

ad seculum remeare.c.statuimus.de regulari.z capi.non solum.eod.titu.in sexto. Probatur etiam in cap.quia.z.§.econtra.xix.questio.ij.

Supposito igitur q iste frater Girardus non esset expresse vel tacite pfessus,sed infra annu
2 probationis exiuerit.† venio ad questium:super quo dico q de hoc sunt opiniones. Quidam enim voluerut q licet talis profes
3 sus sit mortuus mudo,z sic quo ad aliqua mortu⁹ ciuiliter:† huiusmodi tamen mors no omnino operatur eundem effectum que mors naturalis:z quod propterea debeat expectari mors naturalis anteq substitutus fideicomissum petere possit. Et pro hac parte multa inducit Pau.de leaza.disputatione.xj.exordiente, Substitutus Titio cum moreretur eo facto fratre minore petit hereditatem.col.mihi.v.ver.in contrarium q non audiatur cu effectu sic probo zc.q possunt ibi videri. Dicta em ciuilis mors non videtur habere eundem effectum,quem naturalis,pter coditionem meliorem,que est in expectatioe mortis naturalis:pro eo quia tardius poterit coueniri reus pro fideicommisso:ergo no debemus iudicare de morte ciuili,put ne naturali.l.ex ea parte.§.in insulam,z quod ibi Dy.z docto.ff.de verborum obliga. Et ita pungit z sentire videtur Joan.de Jmol.in.l.cum pater.§.hereditatem.le.j.ff.de legatis secundo.z Saly.in.l.j.colu.iiij.C.de heredi.institu. Et hanc opinione sequitur do.Feli.in.c.in presentia.colu.penulti.versicu.ad secundum zc.de proba.vbi etiam pro hoc allegat subtilia fundameta,que possunt ibi videri. Pro hac parte facit quod voluit gl.in.c.placuit.le.ij.super verbo,mortu⁹.xvj.qo.j.vbi dicit q mors ciuilis regulariter non equipollet naturali,nisi vbi reperitur in iure expressum. Et idem voluit glo.in aut.moder.in.c.susceptum.de rescript.in.vj.z do.Jason may.in aut.si qua mulier.col.v.C.de sacrosanc.eccl.z in.l.j.C.de heredi.insti. Preterea vbi mors naturalis potest nobis aliquid afferre plusq mors ciuilis,z tunc mortis appellatione non venit mors ciuilis:de hoc ponitur bonum exemplu in dicto.§.in insula:quia si expectamus mortem naturalem,z non attendamus ciuilem,debitor
4 habebit plus tempore,z creditor minus.† Sed contrariam opinionem,scilicet q mors ciuilis in hoc casu quo ad iuris effectum equiparetur naturali,z q ea non expectata cesserit dies fideicomissi,z consequenter peti possit etiam viuente grauato professo ordinem incapacem bonorum,vt in casu,tenuit Paul.de lea.in dicta sua disputatione,qui pro hac parte multa inducit,z respondet contrarijs. Eandem opinionem tenuit Bart.in quarta parte minoricarum.versicu.isti etiam heredes zc.z in.d.l.cum pater.§.hereditate,vbi etiam hoc voluit Bal.z Flori.de sancto Pe. Jsta opinionem sequitur Ange.in.l.ex facto.§.ex facto.vbi etia Jo.de imol.ff.ad trebel.z idem voluit Joan.de imol.in dicta.l.ex facto.§.si quis rogatus.versicu.secus quado mors ciuilis operaretur per omnia zc.vbi etiam allegat quod no.Bar.in.l.filiusfamilias.§.cum quis.ff.de lega.j.z quod not.ipse Joan.de imol.in.l.j.col.ix.versicu.secundo casu quando est professus religione mendicantium.ff.de testa. Pro hac parte consuluit in terminis Alexan.de imol.consilio.xiij.exordiente,Circa primum dubium quo queritur vtrum per ingressum religionis ordinis Obseruantie beati Fracisci,in tertio volu.vbi plurimos refert,z multa fundamenta inducit,z respondet contrarijs,z signanter rationi alle
5 gate per Joan.de imol.in dicta.l.cum pater.§.hereditatem:† et dicit etiam,z est verum,ista esse communem opinionem,contra quam vtpote stimulum durum esset calcitrare. Et sic a qua non est discedendum in consulendo vel iudicado.l.j.ff.de offi.questo.qd etia voluerunt Hostien.Jo.and.z communiter omnes scribetes in.c.j.de constitu.vbi charta vlti.col.ij.versicu.z vbi docto.discrepant zc.ponit do.Feli.multas remissiones. Et idem voluit do.Jason may.in aut.nouissima.col.vj.vbi etia multos refert.C.de inoffi.testame. Etiam p hoc multa inducit Fran.de cur.cosilio.lvj.exordiente.Super quo ab ordine nostro requisitus fuit.col.iiij.versicu.transitum faciamus ad secundum zc. Non tamen negandum est quin aliquando opinio minus communis,immo z vnius solius docto.propter ratione cui innititur vincere possit comunem opinionem,vt etiam volunt docto.comuniter in dicto c.j.de constitu.Panormi.in.c.capellanus.colu.j.z seq.de fe.do.Jason in dicta authen.nouissima.col.vj.Fran.de cur.in loco supra allegato. Pro quo allegari solet.l.j.§.sed z si que leges.C.de
6 vete.iu.enucle.† Et qauis vt pdixi dies fideicomissi cesserit,z sic possint dicte Maria z Margareta petere dictu fideicomissum,z pro eo experiri contra dictum Mattheum heredem institutum:poterit tamen ipse Matheus,si tempore facti testameti erat dictus frater Stephanus infra annu probationis,detrahere duas quartas,per id quod not.glo.Barto.z docto.in.l.papinianus.§.meminisse.ff.de inoffic.testamen.glo.z Bar.in.l.qq.C.ad lege fal. Multas remissiones ponit do.Jason may.in.l.coheredi.§.cu filie.colum.iij.ff.de vulga.z pupilla.z in authen.res que.colu.iij.C.communia de legat.pro quo sunt boni text.in.c.raynutius.z c.raynaldus.de testa. Et cum superfuerint dicto quoda Stephano vnus filius z due filie,horum omniu legitima fuit triens,seu tertia pars bonorum eiusdem Stephani,deducto ere alieno z funeris impensa,authen.de trien.z semis.§.j.collat.iij.z transum.ptue in authen.nouissima.C.de inofficio.testame.iucta dicta.l.papinianus §.quarta autem. Et sic facta debita calculatione,legitima dicti fratris Stephani fuit vna vncia z tertia pars alterius vncie:que primo detrahentur de dictis bonis,z pro trebellianica detrahetur quarta pars residui,iuxta theoricam quaz ponit glo.in dicto.c.raynaldus.super verbo,licet totas.z Joan.de Jmol.in.d.l.coheredi.§.cum filie. Et sic habebit tres vncias,z tertia partem alterius vncie de bonis dicti quondam Stephani
7 testatoris.† Et si aliqua bona acqsierit ide frater Stephanus,illa pertinent dicto Mattheo:quia non veniunt in fideicomisso.d.l.coheredi.§.cum filie.z quod ibi docto.reliqua vero debet restitui predictis substitutis. Que dixerim breuiter z succincte sub correctione cuiuslibet domini zc.

1 Frater dotans filiam an possit alijs fratribus preiudicare,z quando.
2 Jmpensa facta per vnum ex fratribus bona communia possidentem ad sui honorem an debeat refundi de bonis communibus.

Epitome.

Quauis duo fratres z eorum liberi in vna familia diu simul egerint:singuli tame in ea postea diuidenda impesas suas agnoscent,z nomina:nisi aliud forte per societatem inter eos conuenerit. V. F.

Famil.ercíscun. Consilium.cccxxxvi.



Ponitur in facto q dudum fuerunt in humanis probi viri Bertrádus z Humbertus pleudens fratres,qui cum in humanis agerent vixerunt in simul,ac tenuerunt z possederunt communiter z pro indiuiso eoruz bona paterna,z alia per eos acquisita,z deinde vita functi sunt et ab humanis decesserunt,dictus videlicet Bertrandus,superstitibus z sibi superuiuentibus Ludouico,Alaysia,z Catherina eius filio z filiabus naturalibus z legitimis,z prefatus Humbertus,superstitibus z sibi superuiuentibus Joanne,Francisco,Jacmeto,alio Joanne,Petro,Mattheo,Dulchia,Fracesia,z Beatrisia,ei⁹ filijs z filiabus naturalibus z legitimis:qui omnes post mortem z decessum dictorum suorum patrum tenuerunt z possederunt comuniter z pro indiuiso bona eis relicta,z in comuni vixerunt. Qua communione durante prefati Joannes,Francisc⁹,alius Joannes,Petrus,z Mattheus maritauerunt dictu Jacmetum eorum fratrem extra domum,z procurauerunt sibi fieri per eum cessionem z remissionem de omnibus bonis,rebus z iuribus suis,seu de ea quota vel parte bonorum,quam habebat in bonis dicti quondam Humberti patris,z hoc pro certa pecunie qtitate seu summa,quam sibi postea dederunt z soluerut in quibusdam bobus z iumentis,z alijs bonis communibus inter dictos filios z filias prefati quondam Humberti,ac filium z filias dicti quondam Bertrandi. Dicti etiam Joannes,Franciscus,z alij de predictis bonis communibus soluerunt dotes per eos constitutas,pro z nomine dictarum Dulcie z Francesie eorum sororum.

Et insuper vt ponitur in facto prefati Joannes,Franciscus,z alij,aut aliqui ipsorum fideiussebrunt pro quodam eorum amico:z cu nec ipse nec illi satisfecissent in termino,fuit quedam domus communis inter dictos liberos prefatorum quondam Bertrandi z Humberti capta de pignore ad instantiam creditoris,z deinde vendita z distracta z emptori expedita:fuerunt etiam quedam predia inter predictos liberos communia vendita z distracta pro eorum sustentatione,pro videlicet emptione bladi z aliorum necessariorum. Et cum postea dicti Joannes,Franciscus,z alij voluerint diuisionem facere cu dicto Ludouico,ad quem tam ex sui ipsius persona,q iure cesso per dictas eius sorores pertinuit et pertinet dimidia pars bonorum predictorum,hoc est illa que dudum spectauit z pertinuit dicto Bertrando eius quondam patri,z illam quo ad aliqua iam fecerint,z quo ad alia perficienda remaneat. Querit idem Ludouicus sibi prouideri z consuli super predictis,z quid iuris sit.

1 † Ad quod respondeo imprimis,q dotes predictarum Dulcie z Francesie solui debuerut z debent,non quidem de bonis comunibus inter liberos dictoru quondam Bertrandi z Humberti,sed solu de bonis comunibus inter

inter liberos dicti Humberti, per id qd no. Spec. tit. de iudi. §. se quitur, videre, versi. quid si vnus ex fratribus. Bal. in. l. fi. colū. v. C. de do. promis. & in auth. ex testamento. col. penul. C. de colla. vbi dicit q vnus ex fratribus dotādo filiam non potest preiudiciū facere fratribus suis eis nō consentientibus, nisi essent) adeo socij q hoc liceret per expressa capitula societatis. l. si socius pro filia. ff. pro so. hoc etiā voluit Alex. de imol. cōsi. cxliij. exordiēte, Uideretur circa consultationem premissam prima cōsideratione dicendū &c. col. ij. de quo per Pe. de vbal. in suo tracta. socie. in. vj. parte, col. xij. versi. quero an onus &c.

Et procedūt premissa non

solum si prefati filij & filie dictorum quondam Bertrandi & Humberti non fuerint socij omniū bonorū: sed etiā si socij extitissent. Et hoc nisi per capitula societatis conuenissent, q dotes soluerentur de communi: vt etiam voluit Alexan. de Jmol. in dicto cōsilio. cxliij. post Bal. in dicta authen. ex testamento. Et qd dixi de dotibus, etiam intelligo de eo quod solutum est dicto Jameto, scilicet q illud non debuit solui de bonis cōmunibus inter dictum Ludouicum & alios, sed solum de quota & portione fratrum & sororum dicti Jameti, per predicta: quia ista impensa non est facta ob causam cōmunionis seu societatis, sed pro bonis, rebus & iuribus per dictū Jametum cessis & remissis prefatis Joanni, Francisco, & alijs: non ergo debuit fieri de bonis cōmunibus. l. socius. qui in eo. §. fi. & l. iure societatis. ff. pro so. & quod not. Specu. tit. de iudi. §. sequitur. versicu. quid si vnus ex coheredibus. & Bald. in. l. si patruus. C. cōmunia vtriusq iudicij. & in addit. ad tracta.
2 Barto. de duo. fratri. † vbi cōcludunt q si vnus ex fratribus bona cōmunia possidentibus fecerit aliquam impensam ad honorē sui, vel in militia sua, vel in nuptijs suis, hoc non debet fieri cōmunibus expensis. l. at qui originem. §. fi. cum ibi not. ff. de muneri. & honori. l. si filia. §. idez scribit. & §. idē neratius. l. ex parte. §. filius. & l. lucius. ff. famil. ercisun.

Pro premissis facit & qui-

dem pro primo dicto, scilicet q solutio predictarum dotium fieri non debuit de bonis communibus, quia dictus Ludouicus satisfecit aut satisfacturus est de dotibus dictarum suarum sororum, non quidem de cōmuni, sed de suis. Et ita etiam equum est q dotes sororum dictorum Joānis & Francisci fiant de suis bonis, nō de bonis cōmunibus. Pro secūdo facit q dictus Jametus cessit & remisit eius bona res et iura, non dicto Ludouico et fratribus suprafius Jameti, sed solum ipsius fratribus: qui propterea cum sentiant cōmodum: sentire debent & onus, regula qui sentit onus, de regu. iur. in. vj.

Dico insuper q cū dictus

Ludouicus nō teneretur alere dictos suos fratres patrueles, hoc est filios & filias patrui, ipsi videntur debere sibi restituere & soluere quatenus plus expenderunt de pretio bonorum venditorum pro sustentatione, q̄ expenderint ipse Ludouicus & eius sorores. Quo vero ad pdia vēdita ad causam fideiussionis, de qua supra, certum est q illa vendi non debuerunt aut de iure potuerunt nisi p dimidia parte, seu pro ea parte qua pertinebant ad dictos fideiussores, non quo ad partem pertinentem ad ipsum Ludouicum & sorores. C. ne vxor p mari. per totum: ob quod posset ipse Ludouicus experiri contra emptorem & possessorem bonorum venditorum, & repetere dimidiam ad eum pertinentem, vel etiā dimidiaz eius pretij quo bona huiusmodi vendita extiterit: postq̄ vt predixi debuit dictum debitum solui per dictos fideiussores, & de eorū bonis, non de communibus, per id quod no. Specu. in dicto. §. sequitur. versicu. quid si duo fratres vel alij habebant bona communia &c. Que dixerim sub correctiōe cuiuslibet domini melius sentientis.

1 Donatio propter nuptias que sit, & an veniat conferenda.
2 Nominatio etiam papalis an immutet veritatem que naturaliter inest rei.
3 Res donate quando veniant computande in legitimam.

Epitome.

Donatio que propter nuptias non est nō confertur: sed qui cū fratribus vult patri succedere ei⁹ volūtati parere debet, ita vt donationē que legitimam equat, in legitimam imputet. U. F.

De colla. Consi. cccxxxvij.

1 Si † supponamus quod donatio inter viuos, quam tempore matrimonij dudum contracti per & inter prouidum iuuenem Symonem comitis ex vna parte, & honestā mulierem. H. eidē Symoni fecisse legitur honorabilis quōdam vir Michael comitis eius pater, fuerit donatio propter nuptias: nulli dubium est quin donationem huiusmodi debuerit & debeat idem Symon comitis conferre Sonono eius fratri: si tamen & quatenus velit cum ipso Sonono vniuersaliter succedere prefato Michaeli eorum quondam patri. l. quoniam nouella. C. de inofficio. testamen. & l. vt liberis. C. de colla. Sed non videtur q donatio antedicta fuerit donatio propter nuptias, ea videlicet de qua loquuntur iura: quia illa fit vxori per virum, vel ex parte viri, non autem ipsi viro: nisi ad hoc fieret vt postea vir ipse rem sibi donatam donaret sue vxori, prout hec colliguntur ex his que habentur in capit. nuper. de donatio. inter virum & vxorem, et quod not. Panormitanus in capit. peruenit. de emptio. & vendi. & capit. fina. columna penulti. de dona. inter virum & vxorem. & Pau. de cast. consilio. cv. exordiente, Circa bona que fuerunt dicti Humberti. Addo quod not. Alexander de Jmol. in dicta. l. vt liberis. columna. ij. versicu. in glos. in verbo, sponsus. ibi, sed dic q ista glo. &c. Quibus non obstat q partes contrahētes eam expresserint vel dixererint donationem propter nuptias:
2 † quia respondeo q veritatem que naturaliter inest rei nominatio non immutat, etiam si papalis sit. cle. vlti. secundo responso, de sentētia excōmunicationis. Facit. l. si forte. cum concordātijs. ff. de castren. pecu. l. si vir. in principio. ff. loca. et. l. insulam. ff. de prescrip. & qd voluit Oldr. cōsi. cxxcix. exordiente, Ad habendum aliqualem notitiam &c. et Joannes and. in addit. Specula. titu. de instrumen. edi. §. porro. columna penulti. vel fina. Dico tamē q dictus Symon debet parere voluntati dicti quondam Michaelis, si velit cum Sonono fratre eidem succedere, authent. de nupt. §. disponat. collat. iiij. & c. vltima voluntas. xiij. questione. ij. Nisi forte quis dicat q dictus quondam Michael non potuerit eundem Symonem grauare vt conferret, cū in vim donationis de qua supra esset habiturus, vel iam haberet dimidiam partem bonorum dicti quondam Michaelis, et nihilominus habere deberet legitimam ex alia dimidia, que erat dimidia trientis, aut. de trien. & semis. §. f. collat. iij. & transumptiue in authē. nouissima. C. de inofficio. testamē. in quam non tenebatur imputare donationem factam de dicta dimidia, per id quod habetur in. l. si quando. §. & generaliter. in principio. C. de inofficio. testamen. † Sed
3 hoc non obstat. Quoniam respondeo q immo tenebatur idē Symon sibi imputare in legitimam res donatas, postq̄ illa ascendebant ad legitimam, quinimo ad dimidiam partem bonorū. Pro quo allegasse sufficiat Joan. de Jmo. qui hoc voluit in. l. cū quo. de peculio. §. fi. ff. ad legem aquil. Alexan. de Jmo. in. l. illud. col. v. versi. secundo modo singulariter limitatur &c. C. de colla. & consilio. cxliij. in secundo volum. & dominus Jason may. in dicta. l. si quando. §. generaliter. col. j. versi. tertio not. limita &c. Ex quibus cōcludo breuiter & succincte cum egregio viro domino primo scribente, q dictus Symon tenetur conferre, et q alias dicto Michaeli eius quondam patri vniuersaliter succedere non possit.

1 Nouatio obligationis an hodie fieri debeat in casibus, in quibus de iure. ff. fiebat nouatio ipso iure, saltez ope exceptionis, Et quid sit hodie correctum in illa.
2 Tacitum an operetur id quod expressum.
3 Nouatio hodie fieri ex tacita mente contrahentium & manifestis coniecturis an possit.
4 Argumentatur autor cum aduocato partis, & refellit aduersarij argumentum, dicentis obligationem fideiussoriam esse accessoriam, & econuerso.
5 Incarcerari an possit qui debitum alterius suum proprium fecit, & terminum solutionis accepit cum iuramento.
6 Juramentum an tollat beneficium. l. ij. C. de rescin. vendi.
7 Exceptio dilatoria quando opponenda.
8 Incarcerari pro expensis an quando quis possit.
9 Obligatio conditionalis purificata tempore solutionis an inducat presumptionem puritatis ab initio, Et an idem dicendum de instrumentis garentisie.
10 Causa durior quo casu inspiciatur.

Epitome.

Qui pro alio in alio se obligat obligationem nouat, iuxta quaz carcerari potest, tam in principali, q̄ expensis. U. F.

De noua. Consi. cccxxxviij.



Um iamdudum vidissem processum ceptum & diutius agitatum per & inter reuerendum patrem & virum egregium dominum Bertrandum de Uariponte decretorum doctorem actorē ex vna parte, & quendam Saluetum de viuers iudeū reum ex alia, Dixerā & respoderā q si bene inspicerent verba instrumēti obligatorij parte dicti do. de Uaripōte in causa producti, ea videlicet que tūc signari mādauit, aut

magis signari apparet, satis clare ⁊ aperte colligitur dictos do. de Uuaripōte ⁊ Saluetū voluisse obligationem quinquaginta saumatarū annone ⁊ quatuor modiorū vini, de quibus in actis cause huius trāsfundere in posteriorē obligationē: qua idem Saluetus conuenit promisit ⁊ iurauit pro dictis quinquaginta saumatis annone, ⁊ quatuor vini modijs soluere ipsi do. de Uuaripōte centū ⁊ viginti florenos monete Auenioni currētis ⁊ ipsum Saluetum voluisse a priore obligatione, qua eidē do. de Uuaripōte tenebantur Crescat de viuiers eius frater ⁊ sui fideiussores eosdē Crescat ⁊ fideiussores liberare. Pro quibus si non fallor adduxi multa, ⁊ quidem satis opportuna, ⁊ per que videri potuit ⁊ potest eundem do. de Uuaripōte fouisse ⁊ fouere bonam causam, quicquid dixerit quidā ex egregijs viris dominis aduocatis dicti Salueti, qui potius studio contradicēdi, quā alias, visus est defendere cōtrariū: cuius tamen scripta nihil officiunt his que predixi.

1 † Et vt hoc plenius appareat, induco primo ꝙ interuētu noue persone fiebat olim de iure ffor. nouatio ipso iure, nisi actū extitisset ꝙ cōstituerētur duo rei. l. iij. in principio. ff. de duo. reis. not. Bart. in. l. penulti. ff. de preto. stipula. Ergo hodie interuentu noue persone fieri debet nouatio, saltem ope exceptionis. Quia in omnib⁹ casib⁹ in quib⁹ de iure ffor. fiebat nouatio ipso iure: fit etiam hodie nouatio saltem ope exceptionis, vt not. glo. in. l. fi. C. de noua. ⁊ in. l. ij. ff. eodem titu. ⁊ Azo in suma. C. col. ij. versi. si vero ageretur tacite. Idem etiam volunt Odoffre. in dicta. l. fi. ad fi. de noua. Barto. ⁊ Ange. in dicta. l. penul. ff. de preto. stipula. Ange. in. l. vsumfructum. ff. de verborum obliga. Bal. ⁊ Ange. in dicta. l. fi. C. de noua. qui non videtur viri cōtēnende autoritatis. Et hanc opinionem dicit Alexā. de Imo. in. l. si se non obtulit. §. si ex conuentione. col. ij. ver. quod intellige ⁊c. ibi, ⁊ predicta procedūt. ff. de re iud. Induco preterea ꝙ supposito, citra preiudicium veritatis, ꝙ premissa vera nō essent, scilicet ꝙ hodie nō fiat nouatio nec ipso iure nec ope exceptiōis, nisi specialiter ⁊ expresse hoc agatur, vt videtur voluisse Jaco. de bellouisu in quadam sua disputatione que incipit, In Christi nomine cauetur lege municipali ꝙ qui aliquem percusserit ⁊c. Cy. ⁊ Rayne. in dicta. l. fi. C. de noua. hoc tamen non nocet: quia si illi ⁊ eorum verba bene attendātur, ipsi voluerunt ꝙ dicta. l. fi. vult, ꝙ nō hodie ita presumatur faciliter nouatio, sicut olim presumebat in casibus ibi expressis. Tamē scdm eos si aliquibus probabilibus coniecturis constaret partes voluisse nouare: non negat illa lex ꝙ
2 etiam hodie non fieret nouatio: † quia tacitum operatur idem quod expressum. l. triticum. ff. de verborum oblig. l. cum quid. ff. si certū peta. ⁊ quod voluit Jaco. butri. in dicta. l. fi. Rayne. in. l. si pacto quo penam. ff. de pac. Guil. de cug. in. l. rescriptum. §. si pacto. ⁊ quod ibi Bal. ad fi. ff. de pac. ⁊ Salice. in dicta. l. fi. versi. hodie autē nō fit nouatio. vbi dicit ꝙ vbi ex verbis apparet ꝙ partes nouare voluerint, licet expressum non dixerint ꝙ animo nouandi: tunc casus iste non est correctus per dictam. l. fi. Exemplū ponit, vt si pro decem que mihi debes promittas mihi dare quindecim: nam tunc apparet ꝙ voluntas est primam obligationē trāsferre in secūdā: ⁊ hec voluntas non cōiecturatur a lege, sed probatur ex verbis cōtrahentium, ⁊ scdm eum dicta. l. fi. non corrigit hunc casum: et post pauca in ver. Item ex predictis ⁊c. subiungit Sal. claram patere conclusionem, ꝙ vbi olim fiebat nouatio potius ex legis presumptione, quā ex partiū voluntate: illud est hodie correctum. Ubi aūt ex partium voluntate expressa vel tacita ex verbis collecta fiebat nouatio, ⁊ hodie etiam fit: et hec tacita potest dici expressa, licet non specificata.

3 † Ex quibus colligitur etiam hodie fieri nouationem, non solum eo casu quo expresse actum est ꝙ recedatur a prima obligatione, ⁊ ꝙ secundam obligationē magis pro anteriorib⁹ elegerint: sed sufficit ꝙ illud colligatur etiam ex tacita mente contrahentium, ⁊ verisimilibus coniecturis. Hoc enim aperte sentit glo. in dicta. l. fi. Hoc etiā sentiunt doct. alias per me in inferiore schedula, ⁊ supra proxime allegati. hoc etiā satis presupposuit ⁊ voluit Alex. de Imol. in dicta. l. penul. col. ix. versi. saluo nisi sint adeo verisimiles ⁊ vehementes coniecture ꝙ appareat partes voluisse ⁊c. ff. de preto. stipula. Alexan. de imol. in dicta. l. vsumfructum. col. penulti. versi. non obstant no. per gl. in dicta. l. ij. cum simili. quia loquuntur quando ex manifestis cōiecturis ⁊c. ⁊ consilio. xiij. colum. penulti. in secundo volu. Non est ergo verum quod dicit do. aduocatus, tria requiri ad hoc vt hodie inducatur nouatio. Primū ꝙ specialiter partes remiserint primam obligationem. Secundum ꝙ expresse hodie fiat mentio de priore obligatione. Tertium autē requisitum non plane intelligo: nisi ꝙ (si no desipio) non possint cōtrahētes etiam si velint ex cōiecturis etiam verisimilibus innouare priorem obligationē: quasi dicta. l. fi. videatur dare formam fiende nouationi cōtra vel preterquā fieri non possit propter illa verba, nihil penitus: sed debuit dictus dominus aduocatus aduertere ne quid diceret contra clarā opinionem tot ⁊ tantorum virorum, qui palam fatentur nouationē fieri etiam hodie, cū ex manifestis coniecturis constat partes voluisse nouare: quorum opinio communis est, a qua propterea non est in cōsulendo vel iudicando recedendum. l. j. versi. crebrior apud veteres opinio. ff. de offici. questo. l. j. ff. de senato. l. athlete. §. j. ff. de his qui notan. infami. c. in canonicis. distin. xix. c. de quibus. dist. xx. ⁊ quod not. Hostien. Joan. de Imol. ⁊ scriben. in. c. j. de constitu. vbi Feli. charta vlti. columna. ij. versicu. ⁊ vbi doct. ⁊c. do. Jason may. in aut. nouissima. col. vj. C. de inofficio. testamē. ⁊ Franc. de cur. consilio. lvj. colū. iiij. Quod saltem procedit eo casu, quo non apparet opinionem paucorum esse fundatam subtiliore ⁊ meliore ratione: prout nec in subtiliore, nisi forte aliquantulum colorata, nec profecto in meliore ratione fundatum est dictum seu opinio prefati do. aduocati.

Presupposito igitur pro vero, ꝙ nouatio fiat hodie etiā si expresse hoc non agatur, dūtamen subsint verisimiles aut vehementes coniecture, ꝙ contrahentes voluerint discedere a prima obligatione, ⁊ illam transfundere in secundam, dico ꝙ hoc fecisse censendi sunt dicti de Uuaripōte ⁊ Saluetus, qui pro quinquagita saumatis annone ⁊ quatuor vini modijs conuenit ⁊ promisit eidem domino de Uuaripōte dare ⁊ soluere centum ⁊ viginti florenos. Non dico ꝙ hoc voluisse censendi sint ratione solius interuentus noue persone. Non etiam dico ꝙ hoc fecisse censeri debeant ratione solius obligationis facte non de seu in dictis quinquaginta saumatis annone, sed de dictis centum ⁊ viginti florenis: ⁊ sic in prorsus distincto ⁊ diuerso, Sed dico ꝙ hoc fecisse censendi sunt, pro eo quia habita cōmemoratione precedētis obligationis dictarum quinquaginta saumatarum, ⁊ pro illa obligatione idem Saluetus se obligauit in dictis centum ⁊ viginti florenis. Pro cuius dicti probatione remisisse sufficiat ad ea que alias dixi: ad quod etiā videri poterit quod not. Joan. de Imol. in dicta. l. penulti. colum. penulti. versic. si autem dicat ꝙ promitti vice mea ⁊c. ff. de preto. stipulat. Et hec dicere sufficiat quo ad primam conclusionem dicti do. aduocati.

4 † Quo vero ad secūdā quā ex prima infert, scilicet ꝙ obligatio dicti Salueti fuerit fideiussoria, ⁊ ꝙ idem Saluetus fuerit solum fideiussor dicti Crescas iudei principalis debitoris, pro quo allegat. §. preterea. institu. quibus mo. tolli. obliga. quem dicit hoc sibi probare: quia ibi dicitur ꝙ si secunda obligatio non nouat primam, est ei accessoria: ergo sequitur scdm eum ꝙ est fideiussoria, quia fideiussio accedit obligationi. l. j. ff. de fideiussoribus. vbi dicitur ꝙ omni obligationi accedere pōt fideiussor. Et sic probatur ibi scdm eū ꝙ accessoria obligatio dicitur esse fideiussoria. Sed respondeo ꝙ per hec non probatur dictam obligationem esse fideiussoriam. et si idem dominus aduocatus aduertat ad modum arguendi, ipse peccat in medio. Fatendum est enim ꝙ obligatio fideiussoria est accessoria: sed non est verū ꝙ omnis obligatio accessoria sit fideiussoria, quia immo multe sunt accessorie que nō sunt fideiussorie. Quod vt appareat loquamur de. l. fundum cornelianum. de noua. cuius ipse meminit. Fui enim fundum stipulatus mihi dari a Titio, ⁊ deinde ab eodem stipulatus extiti quanti fundus esset mihi dari: hoc enim fieri potest, dicta l. fundū cornelianum. iuncta glo. j. Sunt ergo hic due obligationes. vna qua tenetur Titius ad fundū, alia qua tenetur ad fundi estimationem: ⁊ hec accedit prime, et sic est accessoria. Non est tamen fideiussoria, quia non est Titius fideiussor sui ipsius. Preterea si intelligeremus dictum. §. preterea. versiculo. sed cum hoc propter illa verba ⁊c. Et secundam ei accedere solum loqui de secunda obligatione, que ⁊ fideiussoria existeret, hoc esset nimium restringere illum. §. ⁊ dictam. l. fi. que etiam verbis equipollentibus vtitur: ibi, sed anteriora stare ⁊ posteriora incrementum illis accedere: quod non fuit de mente alicuius ex scribentibus.

5 Adijcio nō esse verisimile ꝙ dicti de Uuaripōte ⁊ Saluetus voluerint facere actū nullum, cum potius voluisse presumi debeant vt actus eorum valeret, et non periret. l. quotiens. ff. de re. dubi. l. quotiens. ff. de verbo. obligatio. ⁊. l. quotiens. ff. de regu. iu. Non ergo censetur idem do. de Uuaripōte dictum Saluetum recepisse in fideiussorem: quia in aliam rem quā que credita est fideiussor obligari non potest. l. grece. §. si quis stichū. ⁊. l. si ita fideiussorē accepero. ff. de fideiusso. Et sic pretendi nō potuit nec potest ex hoc capite, ꝙ dictus Saluetus incarcerari nō potuerit, etiam non discusso dicto Crescas. Preterea etiam si verum esset ꝙ dictus Saluetus fuisset et esset re vera dicti Crescat fideiussor, prout non est: non tamē potuit nec pōt ex hoc capite impugnari incarceratio eiusdē Salueti, quasi

primo

primo debuerit ipse Crescas cõueniri, ⁊ bona ipsi⁹ discuti anteꝗ̃
5 conueniretur iste Saluetus. † Cum igr idem Saluetus faciens debitũ, de quo supra, suũ ꝓpriũ debitũ, iurauit soluere in termino ⁊ terminis: ergo ⁊ conuenire ⁊ incarcerari potuit ante dictam discussionem, per id quod not. Bald. in. c. ex rescripto. de iureiuran. ⁊ idem voluit ibi Pe. de ancha. ⁊ idem voluit Alexã. de Imol. consilio. xxxij. exordiente, In causa executionis mote cõtra Bartholomeum ⁊c. in quarto volu. ⁊ Anto. corsic. in sua solẽni reperi. rubrice, de iureiuran. col. x. versi. duodecimum priuilegiũ ⁊c. vbi etiã refert se in practica dum Bononie legeret allegasse illud dictum Bal. ⁊ Pet. de ancha. ⁊ consilium Alexan. de Imol. supra allegatum in quarto ⁊ quinto principali fundamẽto: ⁊ ita in facto obtinuisse. Pro predictis bene faciũt multa fundamẽta inducta per dñm Ias. de may. in. l. sed ⁊ si quis. §. quesitũ. col. vlti. ff. si quis cautio. ⁊ in. l. si cõuenerit. ff. de iurisdi. omniũ iudi. que nõ refrico, ⁊ quibus nõ reperio responsum, sed dictũ per prefatũ do. aduocatũ ꝙ illa breuitatis causa omitteret, ⁊ se credere ꝙ verius esset ꝙ propter iuramentũ nõ fuerit renuntiatũ, aut. p̃nte. C. de fideiusso. per ea que voluit Bar. qui fm eũ sensit contrariũ in. l. si quis pro eo. in. viij. mẽbro. ver. predicta que dixi. ff. de fideiusso. Sed rogo videat ipse Bar. paulo superius, in dicto tñ octauo membro. ideo puto ꝙ in toto titulo de fideiussorib⁹, in quo sum⁹, vbi dicim⁹ fideiussores nõ teneri qñ intercesserũt in duriorẽ cãm, vł qñ ꝓmiserũt aliud, vł qñ pricipalis nõ tenet, ꝙ istis casib⁹ iuramẽto teneãtur nõ vt fideiussores: q2 deficit forma fideiussionis, sed vt principales ꝓmissores: q2 iurãdo (inquit Bar.) videntꝛ velle teneri omni modo quo possunt. l. cũ pater. §. fili⁹ matrẽ. ff. de leg. ij. Cũ ergo vt iam dixi, dict⁹ Saluet⁹ se obligauerit nõ in quinquaginta saumatis annone, ⁊ quatuor vini modijs, sed in dictis centũ ⁊ viginti florenis, ⁊ sic ꝓmiserit aliud ꝓ alio: tenetꝛ ipse nõ quidẽ vt fideiussor, sed vt principalis: ⁊ hoc rõne iuramẽti fm Bart. in dicto octauo mẽbro. Et huic dicto bene accedit forma obligationis dicti Salueti: qui se obligãdo in predictis suũ ꝓpriũ debitũ fecit, ⁊ illud soluere iurauit in termino ⁊ terminis. Ita non potest ipse nisi calũniando pretendere se non consensisse vel totaliter vel non nisi limitate.

Nec obstat. l. fin. C. de nõ numera. pecu. ⁊. l. si. ff. qui satisda. cogã. Quia si opportune essent inspecta fundamẽta do. Iason. may. per eũ allegata in dicta. l. si cõuenerit. intelligeretꝛ iuramentũ non intelligi fm naturã actus, super quo interponitur, ⁊ appareret respõsio ad dictã. l. fin. sed illa breuitatis causa fuerunt omissa. Et ꝗ̃uis pretendatur ꝙ Bal. in c. cum contingat. in septima conclusione, de iureiurand. tenuerit contrarium eius quod dixerat in dicto. c. rescripto. hoc tamen nõ obstat intentioni dicti do. de Uaripõte. Tum quia id qđ dicit in dicto. c. rescripto. fundatur maiore ratione. Quod dictum etiã secuti sunt vt predixi Pe. de ancha. Alexand. de Imol. ⁊ Anto. corsic. Tũ ⁊ quia vt predixi, iste Saluet⁹ promisit ⁊ iurauit soluere aliud pro alio: ergo fm Bar. tenetur vt principalis. Tũ ⁊ quia vt alš dixi idem Saluetus renuntiauit multis iuribus, ⁊ deinde subiunxit clausulam generalẽ, per quã si defensores eius veritatis satis patere poterit, utrum Saluetum non esse admittendũ ad istas ambages: quẽ etiã apparet per processũ per eũ in hac causa productum fuisse alš condẽnatum per reuerendũ patrẽ ⁊ virum egregium dñm Clemẽtem de corteis, virum profecto doctissimũ, ⁊ in iustitia (vt nouimus) ꝗ̃ plurimũ commendatum. Et quidẽ in simili: ⁊ non obstantibus ambagibus et subterfugijs per eum allegatis in schedula exordiente, Ad effectus vt vobis reuerẽdo patri domino Clementi ⁊c. inter quas in decimo articulo opposuit, ꝙ cum esset vt dicebat fideiussor, non principalis debitor, debuit dictus Crescas prius discuti ⁊c. Sed ⁊ hoc ⁊ alijs non obstãtibus vt predixi fuit condẽnatus, ⁊ recte: non ergo pro dicto Sal-
6 ueto facit dictum Bal. in dicto. c. cum contingat. † Nec etiam ꝓ eo facit quod not. doct. in. l. ij. C. de rescindẽ. vendi. vbi dicunt ꝙ licet iuramentum minorem representet maiorem: non tamẽ tollit beneficium dicte. l. Quoniam respondeo ꝙ supposito, citra preiudicium veritatis, ꝙ nõ tollat beneficium dicte. l. cuius tamen cõtrariũ tenuerunt Ange. Sali. ⁊ multi alš in certis locis: hoc tamen non obesset dicto domino de Uaripõte, nec suffragaretur dicto Salueto, pro eo quia etiam si in dicto casu iuramentum nõ tollat beneficium dicte. l. tollit tamen beneficiũ restitutionis in integrum: ⁊ sic multum operatur iuramentũ. Quod non semper esset in obligatione fideiussoria, quia etiã sine iuramẽto fideiussor sufficienter obligatur per stipulationem in legitime interpositã, vt possit cum effectu etiam sine iuramento cõueniri post discussum principalem: ⁊ ita vel paruũ vel nihil operaretur iuramentũ. Non est ergo simile.

7 † Preterea nõ est exceptio predicta, scilicet ꝙ non potuerit idem Salues incarcerari ante discussionem ⁊c. admittenda: quia cũ illa sit dilatoria, nõ peremptoria, vel anomala, vt voluit Bar. Rapha. cuma. in. l. ij. ff. de exceptio. idem no. Albe. Bal. ⁊ Sali. in dicta auč. presente. vbi etiã refert Alberi. quod idem voluit Iaco. de raue. ⁊ Pe. ⁊ idẽ tenuit Sali. in. l. exceptionem. col. vij. vel circa. C. de proba. debuit ergo opponi, si tamen opponi potuisset. vt non potuit, ante litem contestatam: vel si hec est causa in qua non fuerit vel debuerit lis cõtestari: debuit opponi ante illum actũ qui primo solet fieri in causis ordinarijs post litem contestatam, vel in litis contestationẽ: q2 talis actus operatur effectus quos operari cõsueuit litis cõtestatio. Pro quo allegasse sufficiat doctrinam glo. in. c. j. in verbo, absentia. de elect. in. vj. ⁊ quod post eam voluit Anto. de butri. in. c. cum. M. de constitu. ⁊ quod habetur in. l. nulla. ⁊ quod ibi Bar. ⁊ alij scribentes, maxime Alexand. de Imol. ⁊ do. Iason may. C. de procura. Cũ igitur nõ solũ vnus, sed multi actus processerint ⁊ facti extiterint in hac causa, ⁊ quidem qui fieri solent post litis cõtestationẽ in causis ordinarijs, anteꝗ̃ opponeretur per Saluetũ, exceptio huiusmodi non fuit nec est ipse audiendus. Et hoc certissimũ est. Quibus omnibus addo nõ apparuisse nec apparere. quinimo nec fuisse propositũ, ꝙ tempore incarcerationis dictus Crescas fuerit presens. Sed opponetur mihi nõ esse vel nõ fuisse notorium ꝙ absens existeret. Sed huic respondeo nõ exigi ꝙ notoria esset eius absentia, sed sufficiebat ꝙ absens esset. Et si pretendebat dictus Saluetus eũ fuisse presentẽ, sibi incũbebat huius presentie probatio, vt pote eius quod erat fundamentum sue intẽtionis, ad qđ tenetur quilibet, siue illud sit factũ affirmatiuũ, siue negatiuũ. l. actor. C. de ꝓba. l. in exceptionibus. C. eo. tit. l. si quis. C. de fabri. lib. xj. ⁊ qđ not. Inno. in. c. super his. de accusa. Bart. ⁊ Alex. de Imol. in. l. in illa. ⁊. l. hoc iure. ff. de verbo. oblig.

8 † Ceterũ dixi alias ꝙ cum tempore facte seu contracte obligationis dictorum centum et viginti florenorum idem Saluetus nõ solum se in illis obligauerit, ⁊ eos soluere promiserit: sed etiã in expensis que fierent propter solutionem vel denegatam vel retardatam: ⁊ non solum se submiserit ad carceres pro facienda solutione dictorum cẽtum et viginti florenorum, sed etiam pro expẽsis, prout clare colligitur ex tenore instrumenti obligatorij. Et sic nec quo ad antiquitatem, nec quo ad submissionẽ ad carceres poterat aut potest causa debiti principalis dici esse grauior causa expensarum: fuerant enim dicte expense promisse per stipulationem: ⁊ sic non immerito dictus Saluetus condemnatus: etiam si iustam causam litigandi habuisset: quam tamen non habuit, sed damnatissimam. Et fuit vtile, put etiam experientia docuit, ꝙ dictus dominus de Uaripõte illas sibi solui stipulatus extiterit tempore facte obligationis, per id quod not. glo. in authen. de iudi. §. oportet. super verbo solo, ad fi. coll. vj. quam Bald. Salice. ⁊ moderni cõmemorant in. l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudi. vbi col. j. videri poterit do. Iason may. Fuit igitur ⁊ est electio ipsi do. de Uaripõte: qui propterea potuit eligẽre solutiones esse factas in causa iudicati viginti florenorum ⁊ expensarum occasione illius postea subsecutarum, attento maxime ꝙ non solum pro expensis huiusmodi reperitur idem Saluetus non solum obligatus ⁊ submissus ad carceres, sed etiam condemnatus, ⁊ expense ipse declarate ⁊ taxate.

Nec obstat ꝙ ex aduerso opponitur, ꝙ in casu de quo agimus nõ fuerit nisi vna principalis obligatio, seu vnũ principale debitum, ⁊ ꝙ alia sint accessoria, ⁊ signanter expẽse: siue dicamus ꝙ ille debeantur virtute contractus obligationis dicti principalis debiti, ⁊ actione descendente ex illo contractu, siue dicamus ꝙ debeantur actione in factum ex causa iudicati, siue officio iudicis, ⁊ ꝙ primo casu omnia que continentur in instrumento obligatorio post principalem dispositionem contrahentium super quo principaliter contrahitur dicuntur esse accessoria ad principalem obligationem. Quoniã respondeo ꝙ dictus Saluetus conuenit promisit ⁊ iurauit soluere summam predictã ⁊ expensas, ⁊ eque principaliter se obligauit in his, ⁊ pro his: ita vt non videantur dicte expense dici debere quid accessoriũ, sed quid eque principale. Et supposito citra preiudicium veritatis ꝙ ille dici deberent accessoriũ, certum est ꝙ ille sequi deberent naturam sui principalis. l. cum principalis. l. nihil dolo. §. cum principalis. ff. de regu. iur. ⁊ regula accessorium. eo. titu. in vj. Ad quod bene facit. l. in ex pluribus. §. fina. ff. de solutio. vbi solutio facta de viginti ⁊ sex, censetur facta pro sorte ascendente a viginti, et pro sex debitis pro vsuris illius sortis: ⁊ cedunt illa sex non in attenuationem debiti quindecim de quo ibi, sed in soluti vsurarum dictorum viginti.

Nec obstat ꝙ opponitur

obligationem expensarum fuisse conditionalem, ⁊ sic hanc obligationem conditionaliter accessisse ad principalem obligationē. Tum quia forte non est verum, super quo tamē me refero verbis instrumenti obligatorij, ⁊ illorū conceptioni, quod penes me non
9 habeo. †Tum ⁊ quia cum tempore factarum solutionum fuisset dicta pretensa cōditionalis obligatio purificata, perinde erat de ea iudicandum ac si ab initio fuisset pura, per id quod not. glos. in clemen. j. super verbo, ⁊ libere, de renuntia. facit quod not. Bald. in. l. cum testamento, ad fi. ff. de testamen. manumis. Ubi dicit ꝙ instrumenta garentesie si habent conditionem re vera purificatā dicuntur pura, ⁊ non conditionalia: facit etiam quod voluit Ange. in. l. fin. §. j. ff. de vulga. ⁊ pupilla. vbi dicit ꝙ si ex forma statuti instrumenta pura habeant paratam executionem: instrumentum habens conditionem purificatam mandabitur executioni tanꝙ purum, per dictam. l. fina. §. j. cum glos. in verbo, due pure. tum etiam non obstat dicta obiectio: quia conditio retrotrahitur. l. qui potior, et. l. qui balneum. ff. qui potio. in pigno. habean. Et per hoc patet obligationem principalem non esse vetustiorē aut antiquiorē obligatiōe expensarum, etiam si verum sit ꝙ expēse postea fuerint facte, put facte extiterūt. Et hinc dico ꝙ si post obligationem contractam post principali ⁊ expensis predictis, et anteꝙ fierent expense huiusmodi, contraxisset ipse venerabilis Saluetus cum alijs creditoribus, ⁊ illis etiā bona sua hypothecasset: esset nihilominus dictus domi. de Uaripōte in hypotheca potior, per iura predicta.

Premissis nō obstat. d. l.

si ex pluribus. §. fi. ff. de solutio. Tum quia loquitur in debito seu debitis vsurarij. Tum ⁊ quia in casu dicti. §. nondum successerat vel venerat dies solutionis faciēde de debito qndecim, put col-
10 ligit ex verbis dicti. §. †Tū ⁊ qr, vt predixi, dicte obligatiōes fuerunt contracte non quidem diuersis diebus vel horis, sed eodem tempore. Quo casu inspicitur causa durior, vt voluit glo. in dicta l. si ex pluribus. §. fina. super verbo ex vsu. ad fi. Huiusmodi autē fuit causa expensarum, cum tempore factarum solutionum, ⁊ ante fuisset ad illas dictus Saluetus condemnatus, non autem ad principale (loquor de principali non deducto in iudicatum) erat ergo expensarū causa durior. l. si quid ex famosa, ibi, si quid ex causa iudicati. ff. de solutio. Et per hec patet responsum ad id de quo querit dictus domi. aduocatus, in versic. item nonne illa causa dicitur grauior ⁊c. quia (vt dixi) iam lata erat sententia pro expēsis, ⁊ ille taxate extiterant. Et ita erat quo ad eas debitum liquidatum: pro quibus etiam poterat capi ⁊ incarcerari, nec sibi quo ad illas supererant subterfugia que superessē poterant quo ad principale. Quemadmodū enim diuersis diffugijs, ne dixerim calūnijs, tentauit se defendere ⁊ tueri ne summam principalem in iudicatum deductam eidem domi. de Uaripōte solueret: ita forte fecisset si fuisset petitum principale.

Ceterum quo ad id qd nouissime

opponitur, quod ex processu et attestationibus factis in causa parte dicti Salueti appareat, fuisse plenarie satisfactum dicto do. de Uariponte, dico ⁊ respondeo, ꝙ immo nō apparet: et qd testes non fuerint nec sint etiā quo ad effectum concordes, sed sunt discordes, prout alias dixi, ad qd remisisse sufficiat. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 Tutoris probitas pupilli commodum non moratur.
2 Fideicommissum conditionale per simplicem diuisionem an censeatur remissum.

Epitome.

Quamuis per diuisionem fideicommissum nō remittatur, cautius tamen est in ea de fideicommisso expressam fieri reseruationem. U. F.

De fideicommi. Consi. cccxxxix.



Idi casum mihi transmissum ⁊ exhibitū parte prouidi viri Joānis pelo, ⁊ dubia ex casu huiusmodi elicita: quibus respondeo breuiter ⁊ succincte put infra. Et primo quidem quo ad id quod queritur de supplicatione, dico ⁊ respōdeo ꝙ melius esset illā fieri ⁊ porrigi parte matris, ac cognatorum ⁊ amicorum, liberorum ⁊ heredū probi quondā viri Bartholomei pelo. Qui possent in ea narrare ꝙ licet ab initio institissent pro confectione inuentarij bonorum predictorum heredum: attamen materia plenius ⁊ melius digesta eisdem visum est, ⁊ videtur fore vtilius predictis heredibus, ꝙ inuentarium non fiat, exceptis his de quibus cōuenerant. Et hoc pro eo quia tutor institit ⁊ instat, vt bona que sunt inter eum, et dictos heredes communia prius et ante omnia diuidantur, quod esset forte futurum inutile prefatis heredibus. Preterea posset etiam dici ꝙ dictus quondam Bartholomeus pelo ad plenum confidens de probitate ⁊ legalitate huius Joannis tutoris, eundem releuauit ab omni cōfectione inuentarij. Et puto ꝙ reuerendissimus dñs hos supplicātes facilius exaudiet, ꝙ tutorē, de quo forte existimabit qd hoc faciat ad sui releuationem seu cōmodum.

1 ## †Ad secundū dico ⁊ respō

deo, ꝙ idem Joānes tutor non debet differre recognoscere pecunias ⁊ bladum, de quibus in illo quesito: hoc enim nihil sibi nocebit, postꝙ vt audio probus est ⁊ bonus vir, ⁊ qui ad tutelam nec alleuauit nec alleuat vt surripiat vel occultet bona heredum, sed vt ea tueatur, conseruet, ⁊ adaugeat.

2 ## †Ad tertium dico ⁊ respō

deo, ꝙ vt dicunt docto. in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de verbo. obligatio. per simplicem diuisionē non censetur remitti conditionale fideicommissum. Uerū quia aliquando in diuisionibus fiunt mutue quittantie per diuidentes, in quibus notarij aliquando inserunt ⁊ ponunt multa ⁊ pinguia verba, ex quibus postea insurgit difficultas an fideicommissum censeatur remissum. ego consulo ꝙ in diuisionibus, si fiant, vel saltem in quittātijs faciēdis idē Joannes expresse protestetur, ꝙ non intendit remittere fideicommissum huiusmodi, nec iura sibi competentia, aut imposterū quomodolibet competitura in vim illius.

Ad quartum dico ꝙ non.

Ad quintum dico ⁊ respō

deo, ꝙ si Perona ab humanis ⁊ intestata decesserit, superstitib' dicto quondam Bartholomeo pelo, ⁊ Francesia eius filio et filia, hereditas illius fuit ad eos deuoluta tanꝙ ad proximiores ab intestato. Si vero eadē Perona ab humanis decesserit superstitibus prefato Bartholomeo ⁊ Joanne filio Fracesie, ipsius Perone nepote, dico ⁊ respondeo ꝙ hereditas illius delata est ad ipsos Bartholomeum filium ⁊ Joannem nepotem, quemlibet videlicet pro media parte.

1 Dominium rei subdito an possit per principem auferri etiā sine causa, ⁊ per quem. 8.
2 Deus an presumatur facere quicquid princeps facit.
3 Principis arbitrium an sit celeste.
4 Princeps auferens rem subdito an teneatur ad recompensam.
5 Princeps quicquid facit an presumatur facere ex causa iusta.
Clausula ex certa sciētia, per principē apposita quid operetur.
6 Princeps an possit suo vassallo sine cause cognitione tollere feudum.
Feudum quem habeat in se contractum.
7 Papa per sua verba narratiua an possit quē suo iure priuare ante probatam culpam.
9 Imperatoriā potestatem habet quisꝙ princeps in suo territorio.

Epitome.

Principis contractus illi lex esse debet. In reliquo vni auferre rem suam potest, vt det alteri. U. F.

De legib. ⁊ consti. princi. Consi. cccxl.



Enemerite vir ac domine mi semper spectande, post plurimam salutē ⁊ debitas cōmēdationes. Uidi exemplar instrumenti vēditionis dudum celebrate per bone memorie illustrissimum dominū regem Renatum, nobili viro Petro de cabanis, vna cum vestris disertissimis ⁊ perfecto arduis iurium allegationibus factis p tuitione boni iuris
1 eiusdem Cabanis. †Et quamuis illa questio, an princeps possit subdito auferre dominium rei sue, sit inter doctores ⁊ scribentes varie sententie, ⁊ inter iurisperitos sint super illa ancipites controuersie: existimo tamen, et hec est opiniō nostra, ꝙ hoc facere possit saltē ex iusta causa, prout subtiliter ⁊ egregie scripsistis. Et hec opinio videtur mihi communis, quinimo dicit Ange. in. l. item si verberatum. §. si quis rem. ff. de rei vendi. ꝙ imperator de plenitudine potestatis auferre potest nobis dominiū, etiam nulla causa suadente, ⁊ subiūgit ꝙ qui ɔtrariū dicūt mentiūtur. Pro quo dicit esse casum in. l. ij. ⁊. l. bene a zenone. C. d quadri. prescr. quod etiā post relatas opiōes volunt And. sicu. in. c. q in ecclesiaꝝ. colū. pen. ver. ⁊ ideo mihi videt ⁊c. de ɔsti. Pro quo multa inducit: ⁊ inter cetera, ꝙ iusta causa semp pͥsumat esse in pͥcipe, vt dicit
2 Inno. in. d. c. que in ecclesiarū. † qr quicquid facit facere presumitur

mitur deus aut. de heredi. et fal. in prin. colla. j. et voluit Bal. in. c.
3 j. de forma fideli. facit. l. j. C. de sum. tri. † vbi arbitrium principis presumitur esse celeste, nõ est psumẽdũ q princeps faciat aliquid indecens. Bal. vero in. l. rescripta. col. fi. versi. tertio querũt doct. C. de preci. impe. offe. dicit q princeps cum aliquali causa potest alicui auferre dominiũ rei sue, et q pro causa habetur quelibet ratio motiua principis. Puto igitur q cum causa iusta possit princeps alteri auferre dominium rei sue: et quo ad hoc non videtur esse difficultas, ita enim concludunt doct. in locis per vos allegatis. Et colligitur ex his que scripsit Alex. de imol. cõsi. cxxxvj. exordiente, Viso et examinato processu et c. col. penul. versic. et per consequens licet superior limitare voluerit et c. in primo volu. consilio primo, in secundo quesito, consi. cxc. exordiente, Mature digestis his que in themate. et cõsi. cxviij. per vos allegato, in scdo volu. Etiam pro hoc sepe consuluit Rapha. fulg.

4 † Sed in hoc remanet difficultas, an princeps in mihi auferẽdo dñium rei mee vel sine causa, vel cũ causa aliquali, aut cũ causa iusta et probabili, que tñ non cõcernat delictũ vel culpam meã, teneatur princeps mihi dare recõpensam: et videtur q sic. l. vẽditor. §. si cõstat. ff. cõi. predi. l. si pẽdẽtes. §. si quid cloacariũ. ff. de vsufruc. l. ij. C. p qui. cau. ser. p premi. liber. accipi. qd etiã voluerũt Guil. de cug. Bar. Bald. et Fulgo. in. l. fi. §. fi. ff. de pigno. actio. Ang. cõsil. cxxxvj. exordiẽte, Visis oibus statutis et c. Idẽ etiã voluit dñs Fely. in. d. c. q in ecclesiarũ. col. x. vers. prima declaratio primi mẽbri est q licet ex causa princeps possit vni auferre et c. vbi multos inducit, qui videri possunt idẽ etiã voluit Alex. in dicto ꝯsi. cxc. col. j. ver. tertio qr licet, iũctis his que ipse ponit col. iiij. ad fi. in respõdendo ad tertiũ argumentũ. Isto modo etiã limitauit opinionẽ pdictam do. Iason may. in. l. fi. col. j. ver. vltra quatuor limitationes gl. et c. C. si cõtra ius. Et istud me facit aliquantulũ hesitare in hac causa: pro eo qr nõ video q heredibus illius nobilis Fabricij data fuerit recompensa, sed solũ pro illa fuit in instrumento expressum q venditio olim facta eidem Fabricio esset fictitia.

5 † Peterea est aliud pter qd etiã hesito: quia licet regulariter et fm opinionem magis communez presumatur princeps facere ex causa iusta quicquid facit, et signanter quando per eum apponitur clausula, Ex certa sciẽtia: pro quo multa inducit do. Fely. in. d. c. que in ecclesiarum. versic. quinta conclusio est q in dubio et c. quam etiam tenuit Panor. in c. cũ olim. de re iud. Salic. in. c. nec causas. de apel. et Iaco. butri. in. l. rescripta. C. de preci. impe. offe. l. prescrip. col. fin. vbi dicit q si princeps causam exprimat, bene est, si non exprimat, presumam iustam: hoc tamẽ limitatur vt nõ procedat, quãdo princeps est obligatus in his que sunt de iure naturali, puta ex suo cõtractu: alias posset de facili euacuare omnẽ contractum cũ eo firmatum, cõtra
6 l. cesar. ff. de publica. et c. j. de proba. † et hanc limitationem posuit Panor. in. d. c. que in ecclesiarũ. dicens se solitum dicere principẽ nõ posse suo vassallo sine cause cognitione tollere feudũ: qr in feudo est quidã cõtractus, ex quo vltro citroq nascitur obligatio. c. de forma. xxij. q. v. et. l. liber homo. ff. de verb. obli. et de natura feudi est vt nõ auferatur nisi cũ cause cognitiõe. c. j. de feu. sine culpa
¶ Ceterum omissis predictis dico, quod etiam si dicta pretensa transactio valuisset, que multis rationibus ꝛ causis non valuit: illa tñ nō obesset venerabili viro dño Antonio gonardi presbytero ꝛ rectori capellanie nouissime in ecclesia predicta p heredes nobilis quondam viri Guilhemeti de pons dicti loci Abolene fundate, ꝛ dotate in facultatibus de florenis centum ꝛ sexaginta ꝛ annuo redditu octo florenorum monete currentis. Cum verum sit fundationem huiusmodi attigisse ꝛ attingere non solum summam sex florenorum, sed maiorē. Propter q̄ satisfactū ē (si tñ satisfieri debuit, vt nō debet) dicte transactioni. Nec obstat q̄ ex aduerso opponit, scilicet q̄ deductis expensis seruitij non forte ascendat valor redditū eiusdem capellanie ad sex florenos monete currētis. Quoniam rñdeo, q̄ ille nō sunt deducēde, per id q̄ not. Jo. andr. in addi. Spec. super rubrica, de concef. preben. §. fi. quem sequit Franc. de aret. in. l. non amplius. in prin. ff. de lega. j. licet Bal. videatur aliter sentire in. l. j. col. ij. ver. pone impetraui. C. de fruct. ꝛ lit. expen. quem sequuntur aliqui in. d. l. nō amplius. sed videt potius ad herēdum opinioni Jo. andr. ꝛ Franc. de aret. Preterea Bal. loquitur in impetrāte beneficiū vsq̄ ad valorem per eum expressum: qui valor dicit esse ille, qui superest deductis oneribus: prout de lucro dicit glo. in qua se fundat in. l. illud. §. f. C. de colla. Sed transactio de qua loquimur non exigit hoc lucrū seu valorem hunc: sed q̄ fundatio attingat sex florenos: ꝛ sic videtur q̄ sufficiant sex floreni, etiā si illi haberi non possent deductis oneribus, ꝛ signanter onere seruitij: quia satisfactum est verbis transactionis que est stricti iuris. Et si que ex verbis dicte transactionis dubitatio orire: illa interpretari deberent ꝛ debent contra eos qui se iuuare nituntur ex verbis illius. l. veteribus. ff. de pact. l. stipulatio ista habere licere. §. in stipulationibus. ff. de verbo. obli. ꝛ regula contra eum. de reg. iur. in. vj. ꝛ q̄ not. Alex. de imol. in. l. si pascenda. C. de pact. ꝛ alij in alijs locis.

1 ¶ Domino libera alienandi facultas adeo debetur, vt etiam expresso pacto inhibita translationem eius non impediat.
2 Uolo verbum, importat voluntatem liberam.
3 Consuetudo imponendi collectas non subditis, q̄ est contra ius, non debet extēdi de loco ad locum, nec de persona ad personam.
4 Aliqua re permissa vel prohibita, omnia que sequuntur ex ea, vel per que potest perueniri ad eam, vel eius effectum intelliguntur permissa vel prohibita.
5 Libuerit verbū, vel libitū, importat aliquale arbitrium boni viri.
6 Linea amota quid significet.
7 Retentio talis an valeat, Retineo mihi vsumfructum de omnibus bonis ꝛ rebus per filium emancipatū quomodolibet acquirendis, quem vsumfructum remittere non intendo.
8 Pena quando imponitur vni ꝛ pluribus coniunctim, puta capitaneo ꝛ antianis, omnes illi plures significati per nomen collectiuum non tenentur nisi ad dimidiam penam: ꝛ capitaneus ad aliā dimidiam.
9 Instrumento non iuuatur qui nō nominatur in instrumento: nisi esset iuris vel rei successor.
10 Uerbum conueniendi ꝛ transigendi, prout melius videbitur, importat arbitrium boni viri; non autem verbum prout voluerint.

¶ Epitome.

¶ Transactio, per quam dño opera subditos aliqua datur prerogatiua, officiarios ipsius domini, vbi de eis nihil dictum est, non comprehendit. U. S.

¶ De transact. Consi. ij.



Uiso publico instrumēto conuentionum, pactionum, ꝛ cōcessionum dudum, scilꝫ anno incarnationis dñice millesimo. cccclxj. ꝛ die prima mensis Maij, celebratarum initarū ꝛ factarū, per ꝛ inter nobilē ꝛ generosum quondā virū Antoniū de villanoua pro tēpore do. de Turretis ꝛ de Neapola ex vna parte, ac vniuersitatē ꝛ homines loci de Neapola: ꝛ casu, seu consultationis themate parte vniuersitatis ꝛ hominum huiusmodi mihi exhibite ꝛ tradite, vna cū questionibus ꝛ dubijs ex themate eiusdem consultationis opportune elicitis. Dico ꝛ rñdeo breuiter ꝛ succincte ad dubia huiusmodi prout infra: pro quorū faciliore solutione presuppono, q̄ quilibet est moderator ꝛ arbiter rei sue ab initio pro nutu eius ꝛ volūtate de ea disponere. l. in re mandati. C. mandati. l. dudum. C. de contrahenda emptio. ꝛ vendi. l. polla. C. de his qui. vt indig. ꝛ. c. fi. ad fi. de sep.

Quod

Quod procedit non solum in contractibus vltro citroq; obligatorijs: sed etiam in alijs dispositionibus, siue ille sint dispositiones inter viuos, vt verbi gratia donationes, vel alie hmōi: siue vltime volūtates: p primo allegasse sufficiat. l. j. ff. de dona. ⁊ qḋ voluit Oldrad. consilio. xxx. exordiente, quedam certe et nominate persone castri de Carnaudo, versicu. iij. queritur. ⁊ consil. clix. exordiente, ex presenti themate quatuor videntur per ordinem dubia subannecti. colū. ij. Pro quo allegat. §. per traditionē. institu. de re. diui. l. ij. ff. si quis a parente fue. manu. ⁊ l. Julianus. ff. de cu⁊s. furio. vbi etiam subiungit, ꝙ adeo libera alienandi facultas
1 debetur † dn̄o, vt etiam expresso pacto inhibita trāslationem eius non impediat: licet ad interesse vel penam stipulatio cōmittatur. l. nemo. ff. de pac. l. si creditor. §. vltimo. fm vnā literam. ff. de distra. pigno. l. ea lege. ⁊ quod ibi gloss. C. de condi. ob cām. l. fi. C. de pact. inter empto. ⁊ vēdi. ⁊ l. si ita quis promiserit. §. ea lege. ff. de verbo. oblig. Pro premissis videri poterit etiā Ang. cōsil. clxxxj. exordiente, Visis instrumentis ⁊c. col. iiij. ver. his ita pmissis. venio ad decisionē. ⁊c Pro scdo vero facit. l. j. C. de sac. san. eccl. ⁊ c. vltima voluntas. xiij. q. ij. ⁊ quod no. Bal. in. l. j. ff. de condi. instit. ⁊ Jo. de imo. in. l. ex ea. §. j. ff. de testa. Et q̄uis ab initio quilibet sit arbitrator ⁊ moderator rei sue: tn̄ ex post facto, si per contractū vel alias inter viuos de ea disposuerit: non potest regulariter contrauenire. l. sicut. ⁊ quod ibi gloss. super verbo minime. C. de actio. et obligatio. quod maxime procedit, vbi cum iuramento conuenit ⁊ promisit contrahens aut alias disponens tenere et obseruare per se conuenta et disposita, et contra ea non venire: eo scilicet casu quo iuramentum seruari potest sine dispēdio salutis eterne, et damno alterius. c. cum contingat. c. si vero. de iureiurando. c. licet mulieres. eo. titu. in sexto. ⁊ c. q̄uis pactum. de pactis. in. vj. Et non solum tenetur ipse qui iurauit ad obseruantiam per eum conuentorum ⁊ promissorum: sed etiam eius heres, aut. de iureiu. a moriente presti. colla. v. ¶ Quibus suppositis et premissis, dico et respondeo ad primum quesitum, ꝙ nobilis et generosus vir Honoratus de villanoua, filius ⁊ vniuersalis heres dicti quondā nobilis Antonij, ⁊ modernus dominus dicti loci de Neapola, nō potest nec de iure debet exigere ab vniuersitate, seu hominibus predictis, sub colore leyde, vectigalis, aut alterius noue impositionis, vicesimum quartū, vel alium vltra ⁊ preter aliū vicesimū quartum denariū, de quo in tertio capitulo dictarū conuentionū, Tum quia in dico tertio capitulo idem quondam nobilis Antonius hominibus de Neapola tunc presentibus ⁊ habitātibꝰ ⁊ futuris, aut ex tunc in antea habitaturis in dicto loco de Neapola dedit ⁊ concessit licentiam ⁊ authoritatem fusterandi ⁊ lignerandi in nemoribus territorij loci predicti de Neapola, ⁊ tam pro eorum vsu, quam vsu vēdendi cuicunq; voluissent, sibi ipsi reseruato et retento vicesimoquarto denario, grosso, vel floreno. Possunt igitur homines huiusmodi feusteyrare et lignerare in nemoribus antedictis, et tam pro eorum vsu, quam pro vsu vendendi cuicunq; voluerint, reseruata duntaxat dicta decimaquarta parte, et non solum possunt fusteyrare ⁊ ligneyrare in dictis nemoribus pro vsu inibi vel in territorio illius loci; fustes et ligna vendendi: sed etiam pro vsu vendendi in alijs locis: ⁊ si pn̄t a nemoribus ⁊ territorio in quo existunt fustes ⁊ ligna extrahere, aut deferre seu portari ⁊ deferri facere ad alia loca, et illa fustes ⁊ ligna huiusmodi vendere cui voluerint, satisfaciēdo vt dixi dicto do. de Neapola de vicesimoquarto denario, grosso, aut floreno: quia ver-
2 bum volo, † importat liberam voluntatem. l. cum quidam. ⁊ qḋ ibi Bart. ff. de lega. ij. ⁊ l. fideicommissaria libertas. ff. de fideicōmis. libertatibus. Et cum sub reseruatione seu retentione dicti vicesimiquarti denarij, seu vicesimequarte partis pretij de lignis et fustibus huiusmodi recipiendi dederit ⁊ concesserit dictus nobilis Antonius licentiam ⁊ authoritatem fusteyrandi ⁊ ligneyrandi vbi et prout supra: non est sibi data facultas colore quesito veniendi contra hanc concessionem. l. queritur. §. si constat. ff. de edi li. edi. c. q̄ periculosum. ⁊ quod ibi glo. vij. q. j. Tum ⁊ quia eidem nobili Honorato non licet imponere nouam laydaz, seu vectigal aut pedagium. l. vectigalia. ff. de publica. l. j. ij. ⁊ iij. noua vectigalia institui non pos. c. innouamus. de cēsibus. ⁊ c. super quibusdā. §. preterea. cū suis simili. de verbo. sig. Et per hec patet responsio ad scdm quesitū: scilicet ꝙ dictus nobilis Honoratus exigere nō possit sub nomine Layde vicesimumquartū denarium de lignaminibus ⁊ fustamētis inibi mentionatis: ⁊ hoc nisi fulciret alio iure, vt verbi gratia, nisi ipse haberet priuilegium a principe, vel ipse ⁊ sui predecessores domini de Neapola vsi essent hoc iure per tantum tēpus, de cuius initio aut contrario hominū memoria nō existeret, dicto. c. super quibusdā. §. preterea. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quotidiana ⁊ estiua. c. j. ad fin. ⁊ quod ibi glos. de prescrip. in. vj. Non tamen sufficeret ꝙ idem nobilis Honoratus, et dicti sui predecessores recepissent ab alijs hominibus, hoc est non incolis seu habitatoribus loci predicti de Neapola, dictum vicesimumquartum denarium, grossum, vel florenum, de ⁊ pro bonis pro tempore vēditis in locis, de quibus in themate dicte consultationis: etiam si hunc vicesimūquartum denarium, grossum, aut florenum ab illis recepissent a tanto tēpore, ꝙ de ipsius initio aut contrario hominum memoria non existeret. Et hoc siue pretendatur ius, seu facultatem leuandi, recipiendi, ⁊ exigendi leydam esse eidem nobili Honorato aut suis predecessoribus acquisitam ex prescriptione: siue ex consuetudine. Et quidem non si ex prescriptione: quia tantum prescriptum, quantum possessum, ⁊ nō plus. c. cum in tua. de deci. c. si. de offi. archi. c. auditis. c. cū olim. de prescript. c. cum dilectus. ⁊ c. cum venerabilis. de cap. mona. quod etiam voluit Rota decisione. ccclxxxviij. exordiente, si aliquis episcopus habeat collationem, ⁊ docto. in. l. j. §. si quis. ff. de itinere actuq; priua. Non etiā si ex consuetudine pretenderet ipse nobilis Honoratus hoc ius seu facultatem huiusmodi fuisse acquisitam: q₂ cum huiuscemodi consuetudo sit a iure exorbitans. ⁊ contra dictam. l. j. ⁊ duas sequentes. C. noua vectiga. instit. non pos. illa extendi non debet nec de iure potest: debēt enim manere leges ille, nisi quatenus reperiret eisdē legibꝰ alia lege vel cōsuetudine derogatum. l. cum dubitabatur. C. de edifi. priua. l. alūne. §. qui filias. ff. de adimen. ⁊ transferen. lega. l. sanci. C. de testa. ⁊ l. precipimus. C. de appel. quod etiam voluit Oldra. consi. ccxxvij. exordiente, perlectis ⁊ diligenter attētis omnibus scripturis ⁊c. ⁊ idem voluit Frācíscus de aret. loquens vel in terminis nostris, vel in terminis multum simili. consi. cxxxiij. exordiente, In causa que vertitur inter homines ⁊ cōmune. col. quarta, vel circa, versi. non obstat scda ratio. vbi loquens de consuetudine imponendi collectas non subditis dicit, ꝙ q₂ est contra ius: illa non debet extendi de loco ad locum, nec de persona ad personam: pro eo q₂ con-
3 suetudo est ius singulare, siue lex non scripta. † Sed ius singulare non extenditur. l. ius singulare. ⁊ l. quod vero. ff. de legi. ergo nec consuetudo. Et ita etiam dicit Bal. in. c. j. in fi. de feu. cogni. Et idem etiam est in acquisitione iurisdictionis: q₂ non fit extensio de persona ad personam, vt voluit Bald. in. l. ij. col. iiij. C. de seruitu. ⁊ aqua, ⁊ Franciscus de aret. vbi supra. Nec fit extensio de re ad rem in preiudicium tertij dicto. c. auditis. c. cum olim. de prescriptis. ⁊ quod not. in dicto. c. cum dilectus. de capel. monacho. Pro premissis etiam facit quod voluit Baldus consilio centesimovigesimoquinto exordiente, questio vertens inter commune ⁊ homines castri Rocherij, in prima parte: vbi loquens vel in terminis nostris, vel quoad iuris effectum multum similibus dicit, ꝙ consuetudo vel prescriptio non arctat illos, contra quos prescribentes vel consuetudinantes non sunt vsi prescriptione vel consuetudine. Pro quo allegant dictum. c. fin. de officio archidia. ⁊ dicit Bald. quod tales, contra quos prescribentes vel consuetudinantes non sunt vsi, sunt immunes, non quia immunitatē prescripserint: sed q₂ contra eos non est prescripta moris prescriptio. dicta. l. j. §. Julianus. ff. de itinere actuq; priuato. Esto igitur, citra preiudicium veritatis, vt dictus nobilis Honoratus ⁊ predecessores ab alijs etiam quibuscunq; leydam exegerint in loco vel locis in themate predicto latius mentionatis, ⁊ pro rebus inibi venditis, ⁊ hoc per tempus sufficiens ad acquisitionem iuris percipiendi seu leuandi ⁊ exigendi leydam: non essent tamen ad solutionem leyde huiusmodi cogēdi homines de Neapola: a quibus nunq̄ exacta extitit, nisi a paucis diebus citra. Nec dicat aliquis hoc esse grande miraculum vel absurdum, si dicam res non sequi conditionem aliarum: quia etiam ab vniuerso potest quedam species excipi per non vsum, vel verius non includi, argu. l. ab omnibus. in princip. ff. de legat. j. quia consuetudo ⁊ prescriptio facti sunt, ⁊ in facto consistunt: ⁊ ideo secundum Bald. non recipiunt extensionem personarum vel actuum, dicto. c. finali. de offi. archi. Et per hoc patet responsio ad secundum quesitum.

¶ Ad tertium dico ⁊ respondeo, quod quia in dicto tertio capitulo fuit reseruatum vniuersitati seu hominibus predictis, quod ipsi possent in nemore magne Robine capere de lignis mortuis, ⁊ de radicibus Pinorum scissarum: ipsi possunt ascendere Pinos viuas, ac branchas ⁊ frondes mortuas in eisdem existentes scindere ⁊ accipere. Tum quia sic faciendo non solum non veniunt contra verba, de quibus in dicto tertio capitulo: sed innituntur: cum sic faciendo scindant ⁊ accipiant ligna mortua, aut de lignis mortuis. Et quia verba conuentionis hoc clare sonant, non est ab illis discedendum. lege, ille aut ille. §. cum in verbis. ⁊ lege, non aliter. ff. de legatis tertio. Tum ⁊ q₂ cum dictus quondam Antonius concessor facultatis scindendi ⁊ accipiendi de lignis mortuis in predicta Robina clarius ⁊ expressius dicere potuerit, si tamen ⁊ quatenus pretendi posset hoc non fuisse satis expressum, debet interpretatio fieri contra eum, seu dictum nobilem Honoratū eius successorē. l. veteribꝰ. ff. de pac. ⁊ regula cōtra eum, de regu. iur. in sexto. Tum ⁊ q₂ vniuersitas seu homines prefati ita vsi sunt a tp̄e dicte ꝯcessionis ⁊ citra: ⁊ sic vsus seu ꝯsuetu

do interpretata est dictam concessionem seu conuentionem, si z
quatenus pretendi potuisset obscura vel incerta: a qua interpre-
tatione non est recedendum, sed illi insistendum: q2 minime sunt
mutanda zc. l. minime. ff. de legi. z quod not. Panormi. in. c. di-
lectus. de concessio. preben. vbi dicit ꝙ vbi constitutio est dudū
certo modo intellecta, non debet de nouo aliter intelligi: q2 mini
me sunt mutanda zc. d. l. minime. z q2 consuetudo est optima le-
gum interpres. c. cum dilectus. de consuetu. z idem voluit domi.
Bartholomeus soci. cōsilio centesimoquadragesimo quinto. col.
ij. z seq. in prima parte. Et huic consuetudini seu obseruantie cau
sam dare potuit, z vt credendum est dedit: q2 data facultate scin-
dendi z accipiendi in predicta Robina de lignis mortuis, vide-
tur etiam data facultas ascendendi arbores viuas, ad fines scin-
dendi z accipiendi branchas z frondes mortuas existentes super
ipsis vel in ipsis arboribus viuis: q2 aliqua re permissa, vel prohi
4 bita, omnia que sequuntur ex ea, vel per que potest perueniri † ad
eam vel eius effectum, intelliguntur permissa vel prohibita. cap.
preterea. z. c. prudentiam. §. sexta. versic. ceterum zc. de offi. deleg.
l. ad rem. z. l. ad legatū. ff. de procuratoribus. in. l. oratio. cum suis
similibus. ff. de sponsa. Et quia ad scissionem z acceptionem hu-
iuscemndi lignorum mortuorum perueniri non potest sine ascen-
su viuarum arborum, in quibus existunt z pro tempore extiterūt
dicta ligna, videtur fuisse data facultas illas ascendendi, ob ꝙ si
pro tempore ascenderunt vel ascēdant ad arbores dicti homines
de Neapola, ipsi non contraueniunt, nec contrauenerunt conces-
sioni eis facte. ¶ Venio ad quartum: pro cuius solutione premit
to, quod quemadmodum facere furnum vel molendinum, z dein
de inibi coquere panes z molere bladum est mere facultatis: z sic
regulariter cuilibet de iure concessum aut permissum, si aliud nō
obsistat: pro eo q2 cuilibet licitum est edificare in suo etiam vsq3
ad celum, etiam dato ꝙ alteri noceat: duntamen non hoc princi-
paliter faciat vt alteri noceat, sed vt sibi prosit. l. fluminum. §. fin.
cum duabus. ll. sequētibus. ff. de damno infecto. l. si in meo. ff. de
aqua pluuia arcenda. l. finali. z quod ibi Angelus. ff. de vsucapio
nibus. l. z si in edibus. C. de seruitu. z aqua. l. finali. ff. eodem titu
lo. l. finali. §. penultimo. ff. quod vi aut clam. z quod notat Hosti-
ensis Joan. Andreas in nouellis. Panormitanus z doctores in
capit. significante. de appellationibus. Bartholomeus vero. in
suo tractatu. de seruitu. sub rubrica de furno, zc. Petrus Jacob.
in suis libel. sub rubrica de furno, ita et facere macellum, et in eo
vendere carnes est mere facultatis. et sic cuilibet regulariter de
iure cōcessuz z pmissuz, per predicta, z per id qđ habetur in dicto
capitulo significante. signanter per Hostien. Joannē andr. in no-
uel. et apertius per Baldū et ibi etiam per moder. Dictus igi-
tur nobilis quondam Antonius de villanoua, concedendo ho
minibus dicti loci de Neapola licentiam et authoritatem per
se et suos, et pro hominibus in loco huiusmodi habitantibus,
faciendi macellum, et carnes vendendi toties quoties vellent,
et cuicunq3 vellent pro libito voluntatis, dicitur eisdem con-
cessisse, re vera concessit id quod alias de iure etiam sine hu-
iusmodi concessione facere potuissent. Propter quod videtur
quod dicti homines non tenerentur sequi voluntatem aut con
silium dicti nobilis Antonij, nec hodie teneantur sequi con-
silium aut voluntatem eiusdem nobilis Honorati: sed sufficiat
quod sibi intiment, et requirant eius consilium vel voluntatem.
Et ita vbi non subest vera et legitima causa, propter quam di-
ctus nobilis Honoratus possit non velle, seu nolle, possunt ipsi
homines ponere macellarium, vel vnum ex seipsis assumere qui
macellum faciat, et carnes vendat eisdem hominibus, argu-
mento quod not. Bartol. in. l. prima. §. si plures. columna sexta,
versi. vt ergo liqueat: ibi, secundo casu. ff. de exercito. actio. vbi di
cit Bartol. quod quando dicitur, quod aliquid fiat cum consilio
et consensu, vel cum consilio et voluntate alicuius: et hec adiectio
cum consensu, vel cum voluntate, fuit facta ab homine ei qui ha-
bebat potestatem a lege: tunc ille non tenetur sequi consilium, in-
telligo vel etiam voluntatem, cum de vtroq3 precessisset sermo. l.
tutium. ff. de administratio. tutorum. vbi dicit testator: et si aliter
fiat, non valeat: et tamen si non particeps est officij, non tenetur
sequi: ad quod facit. l. prima, in principio, et. l. ij. in fin. ff. vbi pupil.
educari debeat: vbi non solum a consilio extranei, sed etiam a con
silio testatoris, eiusdemq3 patris receditur: z idem voluit Panor
mitanus in. c. cum olim. col. secunda, de arbi.
¶ Preterea si ad hoc vt possint homines prefati sibi prouide-
ri de macellario, qui carnes vendat, opus sit expectare liberam
voluntatem dicti nobilis Honorati: ille poterit semper resistere,
et nunquam velle id quod volent, et proponere iniquum equo:
prout etiam experientia duce iam viderunt et vident. Quod si
ita est quero quando poterunt pro libito voluntatis facere per
se aut suos, et pro hominibus predictis, facere macellum, et
carnes vendere cuicunq3 voluerint: profecto non plene video: et
tamen hoc fuit eis concessum. Et ita videntur habere liberam fa
cultatem faciendi macellum, z vendendi carnes: q2 verbum li-
5 buerit, vel libitum erit, importat non quidem † arbitrium boni
viri, z sic arbitrium limitatum vel restrictum: sed liberum. l. fidei
commissaria libertas. la secunda. ff. de fideicommissa. liber. quod
etiam voluit Bart. in. l. alio. ff. de alimen. z ciba. lega. z. l. si sic. in
princip. ff. de legatis primo. vbi etiam de hoc post Joannem de
imol. habetur per Alexandrum de imol. columna secunda, versi.
quid de verbo, libuerit. per Bartolum in extrauagant. ad repri-
mendum. in verbo videtur expedire, z per Matthe. de matthe. in
singulari suo decimosexto exordiente, not. quod verbum placet.
versicu. sed verbum libet. verbum etiam volo, vel voluntatis. di-
cit liberam voluntatem. l. cum quidam. z quod ibi Bart. ff. de le-
gatis secundo. z dicta. l. fideicommissaria libertas. de quo Oldra
dus consilio centesimooctuagesimoseptimo exordiente, primum
dubium. columna secunda. vel circa. versic. item hoc patet per di
cta verba compositionis. Et sic illa verba pro libito voluntatis,
important voluntatem non regulatam a iure. c. ex parte. in verbo
pro sue voluntatis libito, de consuetudine. c. dilectus. ibi, pro sue
distrahant libito voluntatis, de sequestratione possessio. z fructu
um, z quod vtrobiq3 notat Panormitanus: facit quod habetur
in. l. tertia. §. primo. in verbo voluntas est potestas libera. ff. de ar
bitrijs. c. de eulogijs. distinctione decimaoctaua. c. Nicena. syno-
dus, distinctione trigesimaprima. z. l. fideicōmissa. §. quanquā.
ff. de legatis tertio. z hoc etiam voluit Baldus consilio quinqua
simooctauo, columna quarta. versicu. porro cum dominus Mar
chio consenserit illi clausule quod vnusquisq3 in suo territorio pos
sit edificari facere pro libito voluntatis. Hanc autem liberam z
a iure non limitatam voluntatem nititur preter modum restrin-
gere, quinimo per indirectum omnino tollere dictus nobilis Ho
noratus: quod facere nō potest, quinimmo nec de iure debet: quin
imo nec hoc facere posset vbi essem9 in casu in quo hec libera vo-
luntas deberet aut posset limitari aut restringi ad arbitrium bo-
ni viri: quia adhuc eo casu non possent ipsi homines impediri in
premissis nisi subsistente causa legitima, z de qua videretur bono
viro quod illa obstare deberet, z quod dictus nobilis Honoratus
non teneretur admittere in macellarium eum quem homines
prefati elegissent.
¶ Ad quintum dico z respondeo, quod cum dictis hominibus
fuerit per dictum quondam nobilem Antonium data, attributa
z concessa facultas piscandi in stagno, in riuo, z in riparia Siane
cum linea vel nansinea, nec fuerit dictum aut restrictum ad line-
am habentem chordam, in cuius chorde fine ponitur hamus, vel
ad lineam habentem chordam, in cuius chorde fine non ponitur
hamus, sed vermes vulgo dicti lumbrici: videntur ipsi homines
posse vtroq3 modo, vel cum vtraq3 linea piscari: nec in hoc offen-
dunt verba conuentionis seu concessionis, vtroq3 enim modo est
verum eos piscari cum linea. Et sic cuz hic non cessent verba dis-
positionis: ergo nec dispositio, quemadmodum econtra, vbi ces-
sant verba dispositiōis, cessat z dispositio. l. hos accusare. §. omni
bus. ff. de accusationibus. l. quarta. §. toties. ff. de damno infe-
cto. l. prima. §. loquitur. ff. de aqua quotidiana z estiua. l. si seruū
quis. §. non dicit. ff. de acquirenda hereditate. z. l. ita autem. cum
suis similibus. ff. de administratione tutorum. quia si propositus
in proposito z oppositum in opposito. Et quia vbi verba sunt cla
ra, non est in dubio ab eorum significatione recedēdum. l. ille aut
ille. §. cum in verbis. z. l. non aliter. ff. de legatis tertio. Non ob-
stat id de quo fortasse ex aduerso opponitur, scilicet quod linea
habens chordam, in cuius fine non ponitur hamus, sed vermes,
vocatur byoron. Quoniam respondeo, quod etiam tunc piscan-
tur cum linea: quemadmodum z cum linea piscantur quando pi-
scantur cum linea habente chordam, in cuius calce seu fine poni-
tur hamus.
¶ Preterea, vt supponitur in facto, homines dicti loci de Nea-
pola in eo piscati sunt z piscari consueuerunt a tempore dicte con
cessionis z citra pacifice z quiete, exceptis paucis annis, quibus
idem nobilis Honoratus conatus est eos impedire z molestare:
quod facere non debuit, quia etiam si essemus in casu, in quo ver
ba dicte concessionis dici possent habere aliquam obscuritatem,
prout non habent: illa fuissent declarata per dictam obseruantiā
dicta. l. minime. ff. de legitimis. capit. dilectus. z quod ibi Pa-
normitanus de cōces. prebende. z Bartholomeus Sozi. in dicto
consilio centesimoquadragesimoquinto, columna secunda z se-
quenti, in prima parte. Addo predictis quod etiā si in dicta trans
actione esset predictis hominibus concessa facultas piscādi cum
linea hamata, seu habēte chordam, z in calce illius hamū: adhuc
viderentur posse piscari cum linea habente chordam, z in fine ver
mes inuolutos: cum vtrobiq3 videat esse eadem ratio, z vtrunq3
verisimiliter fuisse ab initio cōcessum: z sic posset argu. l. a finali. l.
si extraneus. ff. de cōdi. ob cau. queadmodū vbi rō cōtra l. arguitur
a contrario

a contrario sensu.l. inter socerum.§. cum inter.ff. de pact. dota. vtrunq̄ declarat Bal.in.l.apud antiquos.C.de fur. Videtur igitur, vt iam dixi, quod homines predicti non sunt molestandi vel impediendi, quominus pisces capiant cum vtraq̄ linea, hoc est tam habente hamum, quam vermes inuolutos.

¶ Ad sextum quesitum dico ⁊ respondeo, quod cum dictus quō-dam nobilis Antonius sibi reseruauerit duodecim libras de Thynno seu Thunno: non potuit idem nobilis Antonius, nec potest dictus nobilis Honoratus inuitis predictis hominibus de Neapola loco Thynni deficientis accipere de alijs piscibus: quia sicut debitor inuito creditore potest soluere aliud pro alio.l. quod debitori.l.eum a quo.⁊ quod ibi gloss.⁊ docto.C. de solu.⁊ l.secunda in principio, et quod ibi gloss.⁊ docto.ff.si certum petatur. ita nec creditor potest accipere aliud pro alio, nisi esset consuetudo contraria.l.domini prediorum.⁊ quod ibi glo.secundum vnam lecturam, Barto. Jaco.rebuf. Joan.de pla.⁊ docto.C. de agrico.et censi.libro vndecimo,⁊ Franciscus de aret.consilio centesimoquinquagesimosexto exordiente, diligenter visis et consideratis testamento ⁊ codicillis ⁊c.columna.xj.versicu. Preterea non licuit ⁊c.circa finem. Et ita fuit de mente Bal.in.l. filium quem.in illa questione quam ponit in versic.vlterius queritur de tali questione ⁊c.ibi, respondeo quia habeat legitimam ⁊c.C. fami.erciscun. Et si creditor aliter faceret, hoc est si acciperet vnum pro alio debitore inuito, ipse vsurparet id quod sibi non deberetur,⁊ posset incidere in penam.l.extat.ff.quod metus causa.⁊.l.penul.ff.ad legem Juliam de vi priuata. Dixi superius, nisi esset introducta consuetudo cōtraria, dicta.l.dñi prediorū.ad fi.⁊ quod ibi docto.⁊ maxime Joan.de pla. Sed cum in dicto themate dicatur quod dictus nobilis Honorat⁹ capere ceperit alios pisces pro Thynno ⁊ quidē non consentiētibus, sed retinentibus predictis hominibus, a quatuor annis citra: vel circa: non potest dici cōsuetudo introducta aut prescripta. Pro quo allegasse sufficiat id quod habetur.C.que sit long.consuetudo, in rubro ⁊ nigro,⁊ in l.secunda.C.de seruitu.⁊ aqua.⁊ quod nota.cano.in.c.fina.de consuetudi.

¶ Venio ad septimum: super quo videtur prima facie dicendum, quod siue prefati homines singulis diebus capiant Thunnos, siue non, ipsi tenentur dare ⁊ expedire dicto nobili Honorato duodecim libras Thunni: ⁊ sic si non habent de Thynno per eos capto tenentur emere, argumen.eius quod habetur in.l.quidam testamento.in principio.ff.de lega.primo.l.paulo callimacho.§.fin. ff.de lega. tertio.et.l.lucius.ff. de alimentis legat. per que iura Barto.⁊ docto.in.l.inter stipulantem.§.sacram.ff.de verborum obligationibus. Cyn.⁊ docto.in.l.si quis argentum.C.de dona. volunt, quod quando prestationi seu solutioni faciende de fructibus promissis adijcitur certus fundus, ex quo sunt percipiēdi, seu debentur: tunc id quod promissum est debetur statim, vel ex illo loco, vel aliunde. Cum igitur tempore date facultatis piscandi in mari per dictū quondam nobilem Antonium prefatis hominibus, fuerit conuentum de sibi ⁊ suis successoribus dando ⁊ soluendo singulis diebus vltra ⁊ preter leydam pecuniariam duodecim libras Thynni ad rationem vnius patachi pro libra tempore quadragesimali,⁊ ad rationem medij patachi pro libra alio tempore: videtur qḋ siue ipsi homines capiāt singulis diebus Thynnos, siue nō: ipsi teneantur ad dictas duodecim libras Thynni ⁊ sic teneātur emere, si non habeant. Sed puto quod cōtrarium sit verius: scilicet quod non teneantur emere pro his diebus, quibus pisces non capiuntur: ad quod dicendum moueor ex verbis cōuētionis seu concessionis ⁊ reseruationis per dictum quondā nobilē Antonium factarum: in quibus dicitur, quod ipse dedit, tribuit ⁊ concessit predictis hominibus licentiam ⁊ authoritatem piscādi, seu piscari faciendi in mari predicti loci de Neapola cùm quocunq̄ ingenio voluerint,⁊ possint libere ⁊ impune, reseruata dicto domino, quando piscabuntur al trahin a bugueras ⁊ a tonayras, sua leyda videlicet medio grosso pro floreno, retinendo sibi ipso domino de tempore quadragesime libras duodecim de Thynno quolibet die, pretio pro libra vnius patachi,⁊ de tempore carnali alias duodecim libras, pretio cuiuslibet libre medij patachi: per que satis aperte videtur dictus nobilis Honoratus voluisse sibi ⁊ suis successoribus solui dictas.xij. libras de piscibus per dictos homines ⁊ in mari loci predicti de Neapola capiendis,⁊ hoc non solum propter reseruationem pretensi assueti maderij ⁊ leyde, de quibus ibi,⁊ que fit de piscibus ex tūc in antea capiendis in dicto mari: sed tamen pro eo quia dixit, retinendo sibi ipsi domino de tēpore quadragesime libras duodecim de Thynno, verisimiliter consensit ipse dominus de Thynno capiē-do in dicto mari,⁊ per dictos homines, in quo existimabat habere,⁊ successionē habituros maius ius, quā in piscibus alibi capiē-dis: ⁊ quo dabat ⁊ concedebat licentiā ⁊ authoritatem piscandi in dicto mari,⁊ Thynnos inibi capiendi. Et ob hoc cēsetur dixisse retinendo, quasi in eis, de quibus capiendis per alios conueniebat ⁊ licentiam concedebat ius habere. aut cum caperentur habiturus esset: hoc enim vel sonat, vel presupponit verbum retinendo, sicut dicit in simili Oldra. consilio centesimodecimo quarto exordiente, factū tale est in instrumento cuiusdam emancipationis ⁊c. Joannes Andreas in additio. Specul. titulo de na.ex libe.ven.in addi.exordiente, Circa predictas formas additur questio talis ⁊c. Albe.in.l. fi.C. de emancipatis libe. in quibus locis, supposito hoc themate, pater in instrumento emanci-

7 pationis ante decretū iudicis sic dixit, retento † sibi vsufructu de omnibus rebus ⁊ bonis per ipsum filium emancipatum quomodolibet acquirendis, quem vsumfructum remittere nō intendit. querunt an talis retentio de iure valeat.⁊ concludunt ꝙ non pro eo q̄ certum est, qḋ in acquisitis post emancipationē per filiū pater nullum ius habet.l.si filius.ff.de verb. oblig.⁊.l. vlti.ff.de stipula. seruo.⁊ dicitur quod propter hoc inuenta extiterit equitas collationis, quod emancipatus conferat suis, qui in potestate remanserunt, id quod patri quesiuisset si in illius potestate permansisset.l.cum emācipatus.§.fi.ff.de colla. bono. Et subijciunt docto.prefati circa retentionem predicti vsusfructus, aperte videri quod pater ius nouū sibi acquirere noluerit: sed quod sibi competebat non remittere. Et sicut de confirmante ⁊ innouante dicitur.c.cum dilecta.de confirmatio. vtili vel inutili. c. quia intentionis. de priuilegijs.⁊.l.⁊ quia.ff.de iurisdic. omnium iudicum. Ergo a simili non videt̄ dictus nobilis Honoratus voluisse nouum ius acquirere in alijs Thynnis: sed potius reseruare ius, ꝙ habere, vel se aut suos habituros sperabat in Thynnis capiendis: alias enim non simpliciter dixisset retinendo. Et ista etiam videtur fuisse mens ⁊ voluntas tam dicti nobilis quondā Antonij, quam hominum predictorum contrahentium,⁊ loquentium de licentia ⁊ autoritate piscandi in mari predicto cum predictis ingenijs, instrumentis, aut retibus: ⁊ signater de instrumento seu reti vulgo dicto tonayras, cum quo capiuntur Thunni. Et verisimiliter partes predicte, dictus scilicet nobilis Antonius in retinendo dictas duodecim Thunni libras,⁊ prefati homines promittendo eas tradere ⁊ expedire singulis diebus, senserunt illas dare de Thunnis in piscādo per eos capiēdis: non etiam de alijs per eos emendis, si proprij deficerent. Et hec eorum mens seu voluntas potius inspicienda est, quā verba.l.fi.⁊ quod ibi Bald.C. que res pigno.oblig.pos.l.ita stipulatus.§.item si quis ita stipulatur. versi.ex sententia contrahentium ⁊c.⁊ quod ibi gl.⁊ docto. ff.de verborum obligationibus, gl.in.l.blanditur.C.de fideiusso.⁊ in.l.si in venditione.ff. communia prediorum. facit.l.in conuentionibus.ff.de verborū significatione.⁊.l.sed celsus.§. si fundus. ff.de contrahen.emptione ⁊ venditione. Non enim intentio verbis, sed verba intentioni debent deseruire.c. intelligentia.⁊.c.in his.de verborum significatione.c.humane aures.vigesimasecunda questione quinta.c.sedulo.trigesimaoctaua distinctione,⁊ canone, marchion ⁊ basilides. prima questione prima. Et collectis verbis totius deciminoni capituli conuentionum dictorum nobilis Antonij ⁊ hominum, videtur ex hoc assumi, quod dictus nobilis Antonius sibi retinuerit de Thynnis in mari predicto per dictos homines in piscando capiendis dictas duodecim libras,⁊ homines ipsi de illis libras huiusmodi soluere promiserint. ita quod ⁊ locus ⁊ Thunni huiusmodi vident̄ fuisse appositi cā taxationis, non etiam designationis: ⁊ sic non vident̄ homines predicti esse cogendi emere. Fateor tñ ꝙ si hodie,⁊ forte cras, insuper ⁊ aliquibus diebus sequentibus non capiantur Thunni: si postea capiantur,⁊ dominus velit habere, tenētur homines supplere,⁊ dare libras predictas pro diebus quibus non habuerunt,⁊ pro pretio ⁊c. sicut dici solet de illo, qui promisit soluere annis singulis certam mensuram fructuū de eo quod perciperet ex certo fundo: ⁊ sic quādo apponitur fundus, seu locus non causa denominationis, sed causa taxationis: quo casu id quod deficit in vno anno suppletur in alio.l.legatum.§.vini falerni.ff.de annuis legatis.⁊.l.ex eo.ff.de vino tritico ⁊ oleo legato.⁊ quod notat Cynus ⁊ doctores in dicta.l.si quis argentum. C. de donationibus. Bartholomeus ⁊ doctores in allegata.l.inter stipulantem.§.sacram,⁊ Bal.in.c.j.in princip.de notis feu.

¶ Ad octauum dico ⁊ respondeo, quod dictus nobilis Honoratus nō potest in vim reseruationis predicte petere vel exigere nisi decem libras Thunni pro singulo die,⁊ pro pretio seu pretijs ⁊c. Et sic non quilibet ex piscatoribus distributiue tenetur dare decem libras: sed sufficit quod omnes collectiue dent seu soluant illas decem libras. Pro quo in primis facit quod notat Jacob. butrigarius Baldus ⁊ doctores in authen.causa que fit.C.de episcopis ⁊ clericis. vbi volunt, quod quando pena imponitur vni ⁊

8 pluribus cōiunctim, puta † capitaneo ⁊ ancianis, omnes illi plures significati per nomen collectiuum non tenentur nisi ad dimidiam penā,⁊ capitaneus ad aliam dimidiā: ⁊ ad hoc semper alle-

gatur dicta autẽ. causa que sit. cuius dicti ratio est, quia ille plures censentur vnum corpus, secundum Jacobum butr. Petrũ, Cynum, & alios. Et per hoc dicit ibi Baldus, quod si sententia ita dicat: communiter punimus talem olim syndicum talis ville et ipsam villam, pro eo quod non ceperunt malefactorem, iste quondam syndicus tenetur ad dimidiam pene, et villa tenetur ad aliam dimidiam. Ecce ergo quod illi plures copulatiue tenentur solum ad dimidiam: non autem quilibet distributiue. Preterea ad hoc etiam facit id quod notat Joan. de imola in. l. si ita sit scriptum. columna secunda, versiculo vltimo posset esse dubium. ff. de legatis secundo, & post eum Alexan. de imo. et dominus Jason in. l. qui filiabus. §. si quis ita. ff. de legatis primo. vbi queritur, an si pater filiabus natis vel forte nascituris legauerit centum: censeatur ipse pater centum legasse cuilibet ex filiabus siue natis siue nascituris: et sic an huiuscemodi filiabus censeatur legasse centum distributiue, et sic cuilibet: vel collectiue, et sic dumtaxat omnibus vna centum, et dicit Joan. de imol. in dicta. l. si ita scriptum. se non reperisse hoc dubium tactũ aperte per doctor. et finaliter refert opinionem Bartoli in. l. si pluribus. circa finem princip. ff. de legatis secundo: dum querit an indefinita equipolleat vniuersali collectiue, an vero vniuersali distributiue: et deinde concludit idem Joannes de Jmola contra Bartolũ: quia cum indefinita sit apta equipollere vniuersali collectiue et distributiue: debet in dubio equipollere vniuersali collectiue: vt sic minus grauetur heres, pro quo allegat in argumẽtum. l. si ita relictum. in princi. ff. de legatis secundo. et. l. apud iulianum. §. seio. ff. de legatis secundo. et respondet ad dictã. l. qui filiabus. §. si quis ita. vbi indefinita equipollet vniuersali distributiue, quod hoc operatur distributiuum si qua, in ea positum: et pro hac opinione Joan. de Jmola contra Barto. videtur tex. in. l. quidam. §. si tibi. cum. l. se. et seq. in princi. in verbo quarta debeatur. ff. de reb. dubijs. que loquitur tam in legato, quam in hereditate, & facit. l. legata inutiliter. & melius. l. qui quartam. §. finali. ff. de legatis primo, multa alia pro hac opinione Joannis de Jmola et contra Bartolum inducit Alexander de Jmola, et sequitur dominus Jason in dicta. l. cum filiabus. §. si quis ita. Si igitur in testamentis, in quibus fieri solet & fienda est plenior interpretatio in fauorẽ eorum quib[9] aliquid relinquit. l. iij. ff. de vino tri. et oleo leg. l. in testamentis. ff. de reg. iuris. et. c. cũ dilecti. ad finem, cum suis similibus, de donatio. indefinita non equipolleat vniuersali distributiue in fauorem illius cui factum est relictum: multominus debet illi equipollere in contractibus, in quibus nõ plenior sed plena sit interpretatio, dict. c. cũ dilecti. Preterea istam dubitationem decidit dictum Dyn. quod refert et sequitur Bartolus in dicta. l. si pluribus. in fi. principij: vbi dicit quod Dyn. inducit principium illius. l. cum gloss. in argumentum ad questionem: si concedo duobus fratribus fundum in feudum, vt prestent quarterium bouis, & quatuor operas singulis annis, quod aut dicitur vt prestent omnes, aut quilibet, aut dubium est: et in dubio tenentur omnes tantum ad vnum quarterium et quatuor operas, secundum Dyn. quod Bartol. mandat teneri. menti et facit pro hoc dicto, quia in dubio facienda est interpretatio contra eum qui se fundat ex verbis contractus. l. veteribus. ff. de pactis. l. stipulatio ista habere licere. §. in stipulationibus. ff. de verborum obligationibus. et regula, contra eum. de regulis iuris, in sexto. Joannes de Jmola consil. cxciiij. columna penultima, in secundo volumine, et in. l. si pascenda. C. de pactis. & Andreas Barbatias consi. lxiij. columna octaua, in fine, in prima parte.

¶ Cum igitur simus in dubio, pro eo quia non apparet quod dictus quondam nobilis Antonius sibi et suis retinuerit duodecim libras a predictis hominibus collectiue, et sic ab omnibus soluere debentibus duodecim libras, vel a quolibet distributiue: in hoc dubio dicendum est quod omnes teneantur tantum ad duodecim libras. Nisi forte opponatur quod immo ipsi homines piscatores, & eorum quilibet teneantur et teneatur ad dictas duodecim libras, pro eo quia in prouisione seu obligatione facta per homines dicitur, et viceuersa dicti homines & ipsorum quilibet bona fide, & reliqua que sequuntur.

¶ Sed hoc non obstat, pro eo quia licet ibi dicatur quod dicti homines & eorum quilibet, vt ibi: non tamen dicitur quilibet insolidum. Jtem et pro eo quia subijcitur, inquantum eos tangit: non autem apparet quod dicte duodecim libre tangant quemlibet insolidum, seu quod illas voluerit sibi et suis solui dictus nobilis Antonius per dictos piscatores & eorum quemlibet.

¶ Ad nonum dico et respondeo, quod cum vnusquisque sit moderator et arbiter rei sue. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahenda emptio. et venditio. l. polla. C. de his quib. vt indig. et capitulo, de his. ad finem, cum suis similibus. de sepul. dicti homines piscatores possunt suos pisces vendere, etiam dicto nobili Honorato nõ requisito. reseruato tamen de Thynno cum illum ceperint vsque ad duodecim libras, quas eidem nobili Honorato dare & expedire debent: & hoc maxime procedit quia nõ sunt obligati dare vel soluere duodecim libras optimi Thynni: sed duodecim libras Thinni: & ita contendere non potest idem nobilis Honoratus, quod per se vel suos forte familiares velit videre Thinnos vt de optimo, vel optimis, seu melioribus inter eos eligat: quia electio non est sibi concessa, nec eligere potest. pro quo allegasse sufficiat id quod habetur in. l. stipulationum quedam certe. & l. vbi autem. in princip. & quod ibi per doctores ff. de verborum oblig. & quod not. glos. in. l. legato generaliter. ff. de legatis primo. quia, vt ponitur in facto, dicti homines & predecessores a tempore dicte concessionis eorum pisces vendere consueuerunt domino irrequisito, & Thynno reseruato, cum Thynnum ceperunt: in qua possessione non sunt turbandi seu molestandi, & minus ea priuandi: & signanter cum illa fuerit & sit iustissima & iuri conformis. ¶ Ad decimum dico & respondeo, quod cum facultas de qua ibi, fuerit concessa duntaxat particularibus hominibus dicti loci de Neapola & per dictum quondam nobilem Antonium, & de hoc conuentum per & inter ipsum nobilem Antonium & piscatores, scilicet quod omnis piscator teneretur predictis hominibus dare & vendere pisces, prout ibi: non potest ipse nobilis Honoratus se iuuare dicta concessione seu conuentione, nec petere pisces sibi vẽdi pretio & pretijs de quibus ibi, seu eo pretio & eis pretijs quo & quibus illos sibi vendi postulat. Cum quia ex tenore instrumenti cõcessionis & conuentionum predictarum non apparet eum, nec dictum quondam nobilem Antonium eius patrem fuisse in eo comprehensum: ergo non potest se iuuare ex dicta. l. ad probationem. & quod ibi Bald. Salice. & Paul. de cast. C. de probatio. & vt dicit ibi Bald. & alij post eum, qui non nominatur
9 in † instrumento, non iuuatur instrumento: nisi esset iuris vel rei successor. Et hoc est quod aduocati sepe dicunt, instrumentũ non loquitur de te. Pro hoc etiam faciunt. l. sancimus. in verbo pacti tenor. C. de fideiussoribus. l. fideiussores magistratuum. §. pro aurelio. in verbo lecta subscriptione. ff. eodem titulo, & alia iura supra in septimo articulo allegata. facit etiam pro hoc. l. fin. & quod ibi not. C. de reb. credi. & l. j. in princip. ff. de his que in testa. delẽ.

¶ Preterea cũ monete sint longe minoris valoris & lige, quam essent tempore concessionis & conuentionum predictarum, no tenerentur ipsi piscatores dare pro pataco, medio pataco, aut sex denarijs monete nunc currentis, singula singulis opportune referendo: sed deberet solui patacus, medius patacus, aut sex denarij, habito respectu ad valorem monete currentis tempore dictarum concessionis & conuentionum, per ea que habentur per scribentes in c. quanto. de iureiurando. & in. l. paulus. ff. de solutionibus. & hoc procederet etiam si dici posset, prout nõ potest, dictum nobilem comprehendi.

¶ Ad vndecimum quesitum dico & respondeo, quod cum (vt iam dixi in alio articulo) quilibet sit regulariter moderator & arbiter rei sue, dicta lege, in re mandata. cum suis similibus. & in vicesimonono capitulo concessionis & conuentionum predictarum dicatur quod omnis persona accipiens perdices & cuniculos causa vendendi, & ipsos siue ipsas vendere nõ audeat alicui, nisi prius presentauerit domino loci de Neapola: & sic solum restringatur libera vendenda facultas predictorum hominum quo ad cuniculos & perdices, declaratur & firmatur regula in alijs auibus & animalibus non exceptis. lege, nam quod liquide. ff. de penu legat. l. quesitum. §. idem respondit. ff. de fundo instructo. & authenti. de non alienandis aut permutandis. §. vt autem modo. & quod notat glossa in. l. prima. ff. de regulis iuris. & Baldus in. l. prima in fine. ff. de ferijs. Et ita infertur quod homines non teneantur presentare alias aues vel animalia a dictis perdicibus & cuniculis. ¶ Ad duodecimum dico & respondeo, quod dicti homines non tenentur in absentia domini de Neapola presentare perdices aut cuniculos dominis eius officialibus: aut alteri eorũdem: nec requirere eos an cuniculos vel perdices pro seipsis emere velint. Sed si ipsi aut eorum aliquis haberet mandatum expressum de emendo, & illi cessante omni fraude vellent emere pro domino cuniculos aut perdices, & illos sibi expedire: putarem quod homines deberent illis officialibus vel officiali habenti mandatum eos presentare.

¶ Vellem pro pleniore responsione facienda ad decimumtertium & finale quesitum plenius intelligere causas, propter quas pretendunt homines dicti loci de Neapola vltimam transactionem, eam scilicet que facta est Anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimoseptimo, & de mense Decembris, fuisse nullam: aut si que extiterit, cassandam & rescindendam: vt sic possem plenius & securius respondere id quod mihi videretur. Quo saluo dico & respondeo, quod si ad transactionem huiusmodi, vel ad electionem faciendam de illis sex hominibus, qui postea pro

& nomine

& nomine vniuersitatis & hominum de Neapola leguntur transe-
gisse, non fuerunt omnes vocati: vel si in electione huiusmodi non
fuerunt saltem due partes totius vniuersitatis: dicta electio non
valuit, & consequenter etiam non valuit transactio predicta, dicta
l. nominationum. C. de decurio. & quod not. Barto. in superius al
legata. l. quod minor. ff. ad municipa. & Hostié. in capitulo secun-
do, columna secunda, de ope. noui nuntia. Et hec quatenus trans
actio predicta concernit preiudicium vniuersitatis predictorum
hominum. Quatenus vero concernit preiudicium singulorum
hominum, opus erat quod omnes, & signanter illi de quorum pre
iudicio agebatur, interessent & cósentirent in electione & trásactio
ne, dicta. l. per fundum. ff. de serui. rusti. predio. & quod not. docto-
res in. d. c. cum omnes. de constitutionibus.

¶ Preterea aduertendum est quo in electione dictorum sex ho-
minum data fuit eis facultas conueniendi, capitulandi, & transi-
gendi, pro eis melius videretur: & sic non est eis data libera facul-
tas conueniendi & transigendi prout vellent, aut prout eis liberet:
10 † sed prout bonus vir arbitraretur: quia verbum videbitur, im-
portat arbitrium boni viri, per id quod voluit Barto. & doctores
in. l. si sic. ff. de legatis primo. & quod habetur in. l. Thays. §. so-
roré. & l. lucius. §. fideicommissaria libertas. ff. de fideicómiss. lib.
& quod nota. Barto. in extrauagan. ad reprimendum. super ver-
bo videbitur, Pet. de ancha. consilio octuagesimo secundo, & An
gel. are. in. §. in bonefidei, versi. quinto idem videtur dicendum,
institu. de actio. Et ideo esset videndum si illi sex homines electi
leserint vniuersitatem & homines dicti loci de Neapola vltra quá
arbitrari debuerit bonus vir.

¶ Item etiam est aduertédum an transactio predicta fuerit per
vniuersitatem vel homines illius postea expresse vel tacite appro
bata, & qui actus facti extiterint: vt sic possit cognoscere an ex il-
lis vel eorum altero possit colligi illius vel expressa vel tacita et
efficax approbatio: & an fuerit grauissime lesa ipsa vniuersitas vel
homines, & in quo vel quibus.

¶ Que omnia dixerim sub correctione cuilibet &c.

1 ☞ Legans vsumfructum omnium bonorum intelligitur lega
re deducto prius ere alieno & impensa funeris.
2 Conditio in fine apposita non est ita potens ad limitandum pre-
cedentia, sicut est conditio apposita in principio ad limitandum
sequentia.

¶ Epitome.

¶ Non solum non potest vsufructuarius certe quote hereditatis
aut bonorum conueniri pro ere alieno: sed nec legatarius. A. F.

¶ De hered. actio. Consi. iij.

PRo faciliore respon-
sione facienda ad quesita & dubia, parte nobilis
ac generose & potentis mulieris domine Cathe-
rine de Burgúdia, relicte magnifici & potentis
quondam viri domini Ymberti mareschalli, do-
mini Montisfortis, premitto quod cum eidem quondam Ym-
berto nulli superfuerint liberi seu descendentes, nec ipsa domina
Catherina relicta fuerit domina et vsufructuaria bonorum in
vltimo et nuncupatiuo testamento eiusdem quondá domini Ym
berti latius mentionatorum: sed duntaxat vsufructuaria bonorú
huiusmodi: nos non sumus in terminis questionis de qua per gl.
& doct. in authenti. hoc locum. C. si secun. nup. mulier. Bartolus
in. l. titia cum testamento. §. titia seio. ff. de legatis secundo, Bal
dus in. l. finali. C. de indicta viduitate tollenda. Baldus in suo có
silio exordiente, Petrus maisoli, & consilio exordiente, Nicolaus
samati, & in multis alijs, Franciscus de aretino consilio quadra-
gesimo, & alij in locis multis tam scribendo, q consulendo quate-
nus scilicet querunt quid habere debeat vxor per maritum relicta
domina & vsufructuaria, vel domina & masaria omnium bonorú,
vel relicta vsufructuaria omnium bonorum, & hec eo casu quo su
persunt liberi testatoris: quia vt iam dixi, in casu nostro non super
fuerút liberi, nec ipsa domina Catherina relicta est domina & vsu
fructuaria omnium bonorum: sed nec partis bonorum eiusdem
quondam domi. testatoris: sed est relicta duntaxat vsufructuaria
bonorum inibi mentionatorum. Quo casu nemini dubium quin
iuxta voluntatem & dispositioné testatoris debeat habere verum
vsumfructú per maritum relictum. Et ita sentiunt communiter om
nes scribétes: ad quod facit. l. vxori mee. ff. de vsufruc. lega. l. om
nium. ff. de vsufruc. dicta auté. hoc locum. quinimo dixerunt mul-
ti quod si vxor relinquatur vsufructuaria omnium bonorum, ipsa de
bet habere verum vsumfructum, non solum alimenta & preeminé

tiam in domo: etiam si supersint liberi, per iura proxime allegata.
Et hanc opinionem tenuit Salicetus in dicta authenti. hoc lo-
cum. vbi etiam Odofre. quam refert & sequitur Spec. titulo qui
filij sint legitimi. §. primo, versiculo, quid si quis ita dicit: Fateor
quod Bartolus & quidam alij tenent contrarium in casu proxime
dicto: sed vt dixi, nos non sumus in illis terminis: quia nec in casu
nostro supersunt liberi ex dicto quondam domino Ymberto, nec
eadem domina relicta est vsufructuaria omnium bonorum: sed
duntaxat partis eorundem. ¶ Quo presupposito dico & respon-
deo, q licet Bartolus in. l. finali. versic. quid si alicui &c. ff. de vsu
fructu legato. dixerit quod onus eris alieni spectat ad vsumfru-
ctuarium omnium bonorum vel rerum, motus iuribus & rationi
bus per eum allegatis: hoc tamen non refragatur intentioni di-
cte domine Catherine. Tum quia ipsa non est vsufructuaria omniú
bonorum: quinimmo nec certe quote hereditatis bonorum aut
rerum dicti quódam domini Ymberti: sed quorundá suorum bo-
norum, eorum scilicet que existebant in ducatu Valentinensi, &
comitatu Venaysini, in Auinione, & principatu Aurayce. Non
ergo tenetur ad debita hereditaria. d. l. finali, ad finem. & quod
ibi Bartolus & doctores. ff. de vsufructu legato. & l. i. §. si heres.
ff. ad trebellianum. facit. l. finalis. §. finali. ff. de contrahen. emp.
& venditione. Tum & quia dictum Bartoli non videtur procede-
re: & contra dictum eius videtur casus in. l. fin. §. sin autem. quem
ibi ponderat Paulus de castro. C. de bonis que liberis. vbi pater
existens vsufructuarius omnium bonorum filij, vendit nomine
filij mobilia, si sufficiát: alias immobilia, vt satisfiat creditoribus
hereditarijs: & illum textum inducit punctualiter Paulus de ca
stro ad vxores relictas vsufructuarias, scilicet quod ille non tene
antur ad debita, si autem pater vsufructuarius omnium bonorú
filij teneretur soluere debita eiusdem filij, non deberet ipse pater
administratorio nomine pro solutione debitorum filij vendere sua
bona mobilia, si sufficiát alias immobilia: quod tamen facere ei-
dem permittitur. d. §. sin autem. Non ergo tenetur pater, quam-
uis sit vsufructuarius omnium bonorum filij, soluere sua debita:
ergo nec alij vsufructuarij omnium bonorum tenentur ad solutio
nem eris alieni, quod etiam voluit Paulus de castro consilio
ccclxxxvij. exordiente, In causa que vertitur Bononie inter he-
redes domine Bartholomee &c. columna tertia. versic. nunc est
videndum an sit verum quod ad dictam dominam vsufructua-
riam omnium bonorum &c. Idem voluit Andreas Barbatius
consilio sexagesimotertio, exordiente, Illud referam in medium
quod preclare scripsit gloriosissimus Apostolus &c. in tertia par-
te, vbi multa inducit, & Bartho. sozi. consilio centesimotrigesimo
primo, exordiente, In presenti consultatione &c. columna vi. ver-
sicu. preterea pariter ex se. Ex quorum dictis aperte colligitur, &
per multas rationes, quod nedum nó potest vsufructuarius cer-
te quote hereditatis aut bonorum seu rerum defuncti conueniri
pro ere alieno: sed nec legatarius omnium bonorum conueniri po
test: quamuis fateantur in his casibus quod es alienum prius
1 † deduci debeat, & quod de vel in residuo debeatur vsusfructus
vel quote vel omnium bonorum. Sed nos non sumus in aliquo
ex casibus predictis: quia nec in casu nostro legatus est vsusfru-
ctus omnium bonorum, nec vsusfructus certe quote hereditatis
aut bonorum seu rerum, sed certorum bonorum, eorum scilicet que
existebant in ducatu, comitatu, & alijs locis superius mentiona-
tis. quo casu Bar. & alij concordant quod nec huiuscemodi vsu-
fructuarius teneatur ad onera hereditaria, nec onera huiusmo-
di debeant prius deduci. & ita secundum eorum mentem es alie-
num non minuit huiusmodi vsumfructum. Et in predictis etiam
videtur concordare Alexander de imol. in. l. vsufructu bonorum
legato. ff. ad legem falcidiam.

¶ Ad secundum quesitum patet responsio ex predictis, scilicet
quod dicta domina Catherina conueniri non possit per credito-
res hereditarios: quia es alienum non sequitur fundum, dicta le-
ge prima. §. si heres. ff. ad trebellianum. & allegata. l. finali. ad fi-
nem. ff. de vsufructu legato. Et procederet hoc, etiam si ipsa do-
mina Catherina esset vsufructuaria certe quote hereditatis aut
bonorum seu rerum, vel etiam omnium bonorum dicti quondam
domini Ymberti, vt volunt Paulus de castro Andreas Barba
tias & Bartholomeus Socinus. Pro quo multa inducunt, que
non refero: quamuis in his casibus, qui casum nostrum non attin
gunt, posset prius detrahi es alienum: & sic per detractionem hu
iusmodi diminueretur vsusfructus.

¶ Ad tertium dico & respondeo, quod iuxta dispositioné & men-
tem dicti domini testatoris es alienum debitum in Sabaudia,
hoc est creditoribus qui in patria Sabaudie commorabuntur
solui debet per dominum Franciscum alterum ex heredibus:
hoc enim voluit ipse dominus testator: dos vero spectabilis do-
mine eius quondam matris solui debet ex dispositione eiusdem
domi. testatoris per dominum Joannem berengarij alterum ex

heredibus salaria autem seruitorum sunt iuxta dispositionē eiusdem domi. testatoris soluenda per dictam dominam Catherinā. Aliud vero es alienum, si quod sit, et de quo non fecit mentionē, videtur esse soluendum per dictos domi. heredes, quemlibet scilicet pro semis. quamuis forte bona relicta vni sunt maioris valoris, quam relicta alteri. l. prima. C. si certum petatur. et. l. ex facto proponebatur. §. vnde scio quesitum. ff. de heredi. instit. vbi est de hoc casus.

¶ Ad quartum dico et respondeo, quod secundum verba dispositionis testatoris, quorum tenor attendendus est. l. ad probationem. versiculo quem tenor. C. de probationibus. l. sancimus. versicu. pacti tenor. C. de fideiussoribus. l. fideiussores magistratuum. §. pro aurelio. versiculo lecta subscriptione. ff. eodem titulo. et. l. si quis stipulatus stichum aut pamphilum. versiculo querentibus inspiciendus est sermo. cum suis similibus. ff. de verborum obligationibus. clausula hec ita, etiam et taliter quod eadem eius vxor de eisdem bonis eidem vt supra legatis etc. debet intelligi duntaxat de bonis mobilibus et per se mouentibus, et ad illa referri: non autem debet etiam referri ad alia bona, quorum vsumfructum eidem domi. Catherine in primo legato reliquerat: et hoc clare colligitur ex verbis dicte clausule in qua vult dictus testator, quod ipsa domina Catherina de bonis eidem legatis et iure legati relictis possit facere ad eius voluntatem. Unde cum bona mobilia et per se mouentia fuerint sibi legata, ipse de illis sensisse videtur in predicta clausula: non autem de immobilibus: quia illa non fuerant in precedenti legato relicta: sed duntaxat illorum vsusfructus.

¶ Preterea in dicta clausula excipiuntur stagna, dolia, et culcitre de quibus dicitur quod illa remanere debeant in domibus cum coopertoriis lectorum: satis ergo datur intelligi quod per illam clausulam non datur facultas disponendi de bonis immobilibus.

¶ Preterea, si ipse hoc facere voluisset, cur legasset eidem domine vsumfructum predictorum bonorum: Item et cur in illis heredem instituisset dictum nobilem Joannem berengarii, si statim voluisset et concessisset eidem domine Catherine, quod ipsa posset facere et disponere de bonis huiusmodi ad suam voluntatē: non enim hoc est verisimile, argumen. l. non ad ea. ff. de conditio. et demonstra.

¶ Ceterum posset dubitari an conditio posita in versicu. Et hoc dum ipsa eiusdem testatoris coniunx se abstinebit a secundis nuptiis, debeat referri non ad legatum bonorum mobilium et per se mouentium: sed etiam ad legatum vsusfructus, hoc est si ipsa domina Catherina sit perditura per conuolationem ad secundas nuptias, si ita fieri contingeret, non solum legatum bonorum mobilium et per se mouentium: sed etiam legatum vsusfructus. Super quo, quia de hoc non queritur, respondeo breuiter mihi videri quod non pro eo quia legatum vsusfructus et legatum bonorum mobilium et per se mouentium fuerūt relicta in duabus perfectis orationibus: et sic sunt duo legata separata et distincta. l. secunda, et l. sed duobus. ff. de legatis secundo. l. scire debemus. post principium. l. penultima, in principio. ff. de verborum obligatio. ergo conditio apposita in altero ex dictis legatis et vel maxime vel saltem in secundo, et sic in posteriore, non debet referri ad primum legatum quia conditio in fine posita non est ita potens ad limitan-
2 dum precedentia, sicut est conditio † apposita in principio ad limitandum sequentia. l. quisquis, et quod ibi gloss. et Bartolus. ff. de legatis tertio. et. l. talis scriptura. ff. de legatis primo. facit quod notat Bartolus in. l. auia. in principio. ff. de conditionibus et demonstratio. et in. l. filium. ff. quando dies lega. ced. Et ita reperio consuluisse Nico. Allexand. in quodam suo consilio exordiēte, quidam domine. T. condidit testamentum in quo inter cetera disposuit etc. vbi respondet ad. l. in repetendis. ff. de legatis tertio. que vult quod per hanc dictionem item, inducitur repetitio, quando legata fiunt eidem persone: et dicit quod illa in nullo attingit casum, pro eo quia ibi dicitur quod conditio precedētibus astripta legatis videtur repetita in sequentibus legatis factis eidem persone per hanc dictionem repetitiuam. Item: sed hoc non fuit in casu de quo queritur, immo econtra quia primum legatum factū de vsufructu est purum, et in fine secūdi facti de bonis mobilibus et per se mouentibus ponitur dicta conditio donec abstinebit etc. Et sic non est hic tractandum de repetitione precedentis conditionis: quia nulla precessit. Respondet etiam idem do. consulēs ad quedam alia, que obstare videbantur: que non recito, cum non sit opus.

¶ Uenio ad quintum: super quo in primis vellem quo aduerteretur, an sit illud capitulum factum de sexcentis scutis bene translscriptum seu copiatum, et signanter an post illa verba, super ipsius testatoris hereditate rebus et bonis, scriptum extiterit de redditibus, prout ego Stephanus Bertrandus habeo in copia, vel et redditibus: qz si ponatur de redditibus: videtur qd voluntas dicti quondam domi. testatoris fuerit, quod solutio summe predicte sexcentorum scutorum fuerit de redditibus seu prouentibus et emolumentis bonorum Auenionis: et sic prefata domina Catherina mihi videt posse percipere de redditibus huiusmodi donec et quousque esset ex integro satisfactum de summa predicta. Si vero esset scriptum et redditibus: tunc videretur quod mens et intentio eiusdem do. testatoris fuerit, quod dicta summa solueretur de bonis et redditibus: et sic quod de illis bonis fieret venditio vsque ad valorem dicte summe: ex qua venditione nō solum diminueretur proprietas, que est dicti nobilis Joannis: sed etiam vsusfructus dicte do. Catherine: et sic ambo cōtribuerent. dictus videlicet nobilis Joannes heres, cuius proprietas venderetur, et dicta Catherina, que in re vēdita perderet vsumfructum: quod non videretur absonum, per id qd not. Alex. de imol. in. d. l. vsufructu bonorum legato. ad fi. ff. ad legē falci. vbi respondet ad dictam. l. fina. §. sin autem. C. de bo. que libe. vbi videtur probari, quod legata solui debeant per vsufructuarium: et dicit quod ille. §. loquitur in dispositione. l. cum qua mitius agitur. l. celsus. ff. de arbi. et non habebant ibi pater et legatarii parē titulum: qz pater ibi erat tanquam legitimus administrator filii heredis. Preterea dicta domina Catherina non est vsufructuaria omnium bonorū, aut certe quote hereditatis seu bonorum aut rerum dicti quondam domi. testatoris: sed vt sepius dixi certarum rerum. Uerum non me vlterius extendo super hoc articulo, donec plenius fuerim informatus de vera litera clausule precedentis: sine cuius visione etiā non potest commode responderi ad alia dubia. ¶ Non omitto quod in margine alterius ex foliis copie testamenti domi. testatoris reperi apostillam, qua videtur queri cuius sint bona dicti quondam domi. testatoris existentia in predicto ducatu, vltra et preter existentia in loco Pedigronis: cum de illis nulla mentio facta extiterit in substitutione dictorū dominorum heredum. Ad quod dico et respondeo, quod nisi in omissione deprehenderetur error: illa venditio spectaret dictis do. heredibus, cuilibet scz pro semisse. d. l. ex facto proponebatur. ff. ad leg. fal. Et ita mihi videtur etc.

1 ¶ Ueterem possessionem qui continuat non attentat vel innouat.

¶ Epitome.

¶ Pendente causa nemo debet spoliari vel grauari.

¶ Si per vim vel ali. mo. Consi. iiii.



Non puto qd magnificus et potens vir Christophorus ademarii, dominus Garde et de Raco, debeat multum resistere, quominus pater dominus Philippus de bello monte sancte romane ecclesie protonotarius, et pretensus commendatarius et rector pepetuus prioratus ecclesie domine nostre Montiscalini et de Raco, producat acta et scriptu ras mentionatas in schedula exordiente, compareret reuerendus dominus etc. ad quas producendum petiit se admitti, et errorem notarii curie a qua corrigi: pro eo quia omissio productionis actorum et scripturarū huiusmodi videtur potius processisse ex facto et inaduertentia notarii dicte curie a qua, quo ex defectu partis. Uerum ego existimo quod scripture et acta huiusmodi parum proderunt intentioni dicti pretensi domini commendatarii et rectoris: pro eo vt presuppono quia causa principalis cepta, et olim primo loco intentata per et inter dictum dominum Philippum actorem ex vna parte, et vt existimo nobilem et generosam mulierem dominam Margaretam prefati nobilis Christophori vxorem ream ex alia, fuit mota de et super interdicto vti possidetis, seu manutentione pretense possessionis per ipsum dominum Philippum allegate et deducte, et in qua se fuisse et esse pretendebat, et turbari per dictam dominam Margaretam, aut parte ipsius.

¶ Econtra vero eadem domina Margareta in cuius locum vt existimo dictus nobilis Christophorus successit, proposuit et deduxit se et predecessores suos habuisse a longissimis temporibus et per ea, et tūc se habere deuesium in actis dicte cause latius mentionatum: et tam se, quā suos predecessores fuisse a predictis temporibus et per ea in possessione seu quasi predicti deuesii, ac etiam in possessione seu quasi vendendi insolidum et pro suo libito voluntatis herbagium, pasturgagium, glandegium, et bocheragium, ac licentiam concedendi aliis, ac pro libito voluntatis licentiam aliis concedendi vel denegandi de inibi depascendo, glandes colligendo, et ligna scindendo. Proposuit etiam et deduxit tam se, quam dictos suos predecessores fuisse a predictis temporibus, et per ea, et se esse in possessione seu quasi prohibendi et prohiberi faciendi, ne quis cuiuscunque status aut conditionis existeret sua animalia in dicto deuesio immitteret, glandes ve colligeret, aut aliqua

qua ligna scinderet sine eorum licentia: ac etiam in vsu & posses-sione seu quasi, omnes & quoscunq; animalia sua causa depascen di in deuesio & montanea predictis immittentes, aut glandes colligentes, seu ligna scindentes sine sua licentia seu officiariorū suorum capiendi & arrestandi, ipsosq; titulis contra eos forma-tis respondere ac multari, ad inquisitionem trahi, condemnari & puniri faciēdi toties quoties ad ipsius domine Margarete, & di ctorum suorum officiariorum notitiam predicta peruenerant.

¶ Contendebant igitur dicti domi. Philippus actor & Mar-gareta rea de & super possessorio iudicio, & in quo vterq; preten-debat se fuisse & esse in possessione dictus videlicet dominus Philippus in pretensa quasi possessione ligna scindendi & capiē di in deuesio & montanea predictis, & prefata domina Marga-reta in possessione seu quasi capiendi & arrestandi quoscunq; inibi compertos & ligna scindentes: & alias contra eos proceden di prout supra.

¶ Quo fit vt non debuerit eadem domina Margareta, seu etiā post eam dictus nobilis Christophorus impediri, quominus etiam post inchoationem dicte cause & ea pendente vteretur, & quiuis eorum vteretur dicta possessione: quia qui veterem posses sionem continuat † non attentat vel innouat, per id quod nota. gloss. in clementina secunda, vt lite pendente, & Ioānes andreas extra vt lite pendente, super rubrica.

¶ Pro quo videri poterit id quod ponit Angelus. consilio du-centesimoquadragesimonono exordiente, inter alia capitula po-nis. columna quarta. versiculo, an non soluerunt quia soluere re-cusarunt & adhuc lis pendet. Panor. in dicto. c. cum venissent. columna sexta. versiculo, & ex hoc infero notanter quod si tu ne-gas me esse in possessione, de in integrum restitu. dominus Pre-positus in capitulo sufficiente. columna prima & secunda. vbi etiā moderni, de appellationibus.

¶ Et ex his bene pensatis & attentis concluditur & infertur nō esse probatum quod dictus nobilis Christophorus attentauerit etiam si vera sunt ea de quibus in quadam schedula exordiente, comparet coram vobis spectabili & eminenti viro domino Ioan ne &c. parte dicti domi. pretensi commendatarij & rectoris obla-ta & producta: sed potius cōtinuauit veterem possessionem: quia pendente causa non debuit spoliari aut grauari: lege finali. C. si per vim vel alio modo.

¶ Nec obstat illa pretensa manutentio ex aduerso allegata, & per quam vt audio ordinatum fuit eidez domi. Margarete, siue pre-fato nobili Christophoro fore inhibendum, & deinde fuit inhibi tum ne quid noui in preiudicium &c. Quoniam respondeo, vt pre dixi, quod per ea, de quibus idem pretensus commendatarius & rector conqueritur in predicta schedula, non apparet esse innoua tum, seu etiam factum contra dictas pretēsas inhibitiones: quia non fuit per eas inhibitum ne idem dominus pretensus commē datarius, vel alius pro eo ligna scindentes & capientes in deuesio & montanea predictis caperentur, arrestarentur, & titulis contra eos formandis respondere cogerentur: quia nec hoc fieri debuit ante principalis cause diffinitionem. Sed fuit inhibitū ne quid noui & in preiudicium principalis cause fieret: quod vt dixi nō fit nec fieri dicitur continuando veterem possessionem. Que dixe-rim breuiter & succincte, sub correctione cuiuslibet domini me-lius sentientis, & salua visione actorum cause principalis.

¶ Prohibita que non reperiuntur omnia licita sunt.

¶ Epitome.

¶ Femininum genus concipit masculinum in hac specie, rerum & actionum quarūcunq; dimidiam partem in dotem constituo: nam nomen rei generale est. A. F.

¶ De verb. signifi. Consilium. v.



Viso instrumento ma-trimonij dudum, scilicet anno domini Millesi-mo quadringentesimooctuagesimooctauo, & de mense Octobris, contracti per & inter Iacobum Rosseti, & honestam filiam Francesiam, filiam naturalem & legitimam magistri Iordani Suineti, vna cuz casu & dubijs parte eiusdem magistri Iordani mihi exhibitis, dico & respondeo breuiter & succincte prout infra: & primo ad primum, quod in constitutione dotis facta per dictum magistrum Iorda num dicto Iacobo Rosseti, pro & nomine predicte Francesie de medietate omnium bonorum eiusdem Iordani quorūcunq; mo bilium & immobilium & per se mouentium iuriumq; rerū & actio-num suarum presentium & futurarum quarūcunq; comprehen-duntur bona aduentitia post contractum matrimonij ipsi Iorda no donata: si tamen illa donata extiterint viuente dicta France-sia: & hoc pro eo quia constitutio huiusmodi facta fuit de medie-tate omnium bonorum mobilium & immobilium & per se mouen tium iuriumq; rerum & actionum presentium & futurarum qua-rumcunq;: per que verba clarissime apparet eundem magistrum Iordanum voluisse constituere & constituisse medietatem bono-rum non solum presentium, sed etiam futurorum: & hoc apparet propter verba futuri temporis posita in constitutione huiusmo-di: pro quo allegasse sufficiat quod in simili voluit Bartol. in. l. j. C. de pact. vbi etiam dominus Iason col. vj. & Lancelo. Decius ibidem columna quarta, & quod not. glo. vltima, in. l. fina. & quod ibi Baldus. C. de heredi. vel actio. vendi. loquentes quādo quis vendit actionem competentem & competituram. facit. l. fina. in fin. & quod ibi Ange. C. de dotis promissione. Dictam autem cō stitutionem de predicta dimidia parte bonorum presentium & fu turorum facere potuit dictus magister Iordanus: quia quilibet est moderator & arbiter rei sue. l. in re mādata. C. māda. & l. dudū. cum suis similibus. C. de contrahenda emptione & venditio. Et quia omnia licent que non reperiuntur prohibita. l. nec non. §. quod eis, & quod ibi gloss. ff. ex quibus causis maior.

¶ Nec huic dicto obstat, si forte opponatur, quod non fuerit di-ctum bonorum presentium & futurorum: sed actionum suarū pre sentium & futurarum, & quod propterea non videatur facta con-stitutio de media parte bonorum mobilium & immobilium tunc futurorum, hoc est eorum que a tempore facte constitutionis hu iusmodi acquisita extiterunt. Quoniam respondeo, quod nisi in dicta constitutione esset positum verbum rerum, posset de hoc dubitari: an scilicet verbum futurarū posset & deberet referri non solum ad actiones, sed etiam ad bona mobilia & immobilia: & sic an femininum genus conciperet neutrum: sicut alias queri solet an concipiat masculinum, & an masculinum concipiat femininū, & an neutrum concipiat masculinum & femininum. Sed quia in dicta constitutione non solum dictum est de dimidia parte bono rum mobilium & immobilium: sed etiam rerum, & verbum rei la-tam habet significationem, & comprehendit res corporales & in-corporales. l. prima. & quod ibi doctores. ff. si cert. peta. l. rei appel latione. la prima, & l. rei. la secunda. & quod ibi gloss. de verborum finificatio. & institu. de rebus corporalibus & incorporalibus: & cū verbum futurorum possit congrue referri non solum ad verbum actionum, sed etiam ad verbum rerum: non est dubium quin di-midia pars quorumcunq; bonorum. hoc est mobilium & immobi lium ac rerum, iurium & actionum postea acquisitorum & acquisi tarum censeatur fuisse in dotem constituta.

¶ Ad secundum dico & respondeo, quod ratione pacti, de quo in eo, sunt habituri partem in dicta dimidia parte non solum An-tonius ex dictis Iacobo Rosseti & Francesia susceptus, sed etiaz alij, si qui forte procreentur per prefatum Iacobum ex eius secū-da vxore, cum qua scilicet contraxit post decessum p edicte Fran cesie. Videtur tamen quod prefatus Antonius & liberi secundi matrimonij non debeant succedere viriliter: sed quod tantum ha biturus sit dictus Antonius quantum omnes liberi secundi ma trimonij: & sic dimidiam partem: quia ille propositiones indefini te, de quibus ibi, equipollent vniuersali, seu vniuersalibus colle-ctiue, non distributiue: & sic si fuissent longe plures suscepti & pri-mo matrimonio, illi omnes habuissent dimidiam equis portio-nibus inter se diuidendam: procreandi vero ex secundo matrimo nio aliam dimidiam, per id quod not. Ioā. de imol. in. l. si ita scri-ptum. colum. fin. versi. vltimo posset esse dubiū. ff. de leg. ij. Alex. de imol. & do. Ias. may. in. l. qui filiabus. §. si quis ita. ff. de lega. j.

¶ Ad tertium dico & respondeo, quod dicta dimidia pars fuit vt predixi, per dictum magistrum Iordanum dicto Iacobo con stituta in dotem & pro dote predicte Frācesie: & nihilominus fuit dictum & conuentum, quod si contingeret eandem Francesiā ab humanis premori superstitibus libero aut liberis, posset ipse Ia-cobus semel & pluries vxorem ducere, & se remaritare in domo & bonis donatis: quod re vera fuit pactum fatuum, & incertum, ac etiam obscurum: & miror q notarius, qui est doctus, non procura uerit intelligere an per hoc pactū intelligeret ipse magister Ior-danus constituere dictam medietatem in dotē & pro dote vnius aut plurium vxorum post mortem Francesie per dictum Iacobū forte ducendarum. Sed quicquid sit, postq; de & cum voluntate eiusdem Iordani & in vim dicti pacti, iste Iacobus duxit secun-dam vxorez, & maritatus est in domo & super bonis, nō video nūc quomodo possint sibi auferri: cui etiam auferri non possent si nō nupsisset, nec nuberet: quia in dicta dimidia successisset predictus Antonius, excluso dicto magistro Iordano eius auo materno iuxta materiam consuetudinis per gloss. & docto. in. l. dos a patre profecta. C. solu. matrimo.

Permutatio licet fieri possit sine licẽtia domini: illa tamen non potest fieri quin de ea soluatur laudimium.

De iure emphy. Consilium. vj.



Quãuis in iure sint opiniones, an emphyteuta possit sine consensu domini permutare rem emphyteuticam: quibusdã dicentibus quod non, pro eo quia permutatio vicina est venditioni ⁊ emptioni. l. fina. ff. ex quibus causis in possessio. eatur. l. secũda. ff. de rerum permuta. quinimo est species emptionis ⁊ venditionis. l. sciendum. §. deinde. ff. de edil. edict. alijs vero dicentibus quod si emphyteuta permutans talem rem recipiat in permutatione qualem nullo modo habere posset, tunc non exigatur domini consensus: quasi dicant qui sic opinantur requisitionem fieri vt dominus potius habeat rem quam extraneus, si tantundem dare velit: que ratio cessat quando dominus dare non potest id quod permutando petit emphyteuta. Et istas duas opiniones refert Specu. titulo de locato. §. nunc aliqua. versiculo centesimovigesimoprimo. Joãnes de imola in capitulo potuit. columna duodecima vel circa. versi. an autẽ possit emphyteuta permutare, ⁊ dominus Jason may. in. l. fina. columna quadragesimaquarta. C. de iure emphyteu. tamen vt audio non possunt homines loci Rupis supra Buxũ, vel alij emphyteute nobilis ⁊ generosi viri domini Gulielmi artaudi moderni domini Rupis supra Buxum permutare res emphyteuticas cum alijs sine consensu eiusdem domini: ⁊ hoc cauetur transactione dudum celebrata ⁊ inita per ⁊ inter predecessores ⁊ vniuersitatem dicti loci. Et ita etiam est de iure communi, scilicet quod emphyteuta non possit permutare rem emphyteuticam cum alia sine licentia domini, secundum Specu. qui hoc tenet in dicto versicu. centesimovigesimoprimo. Et hanc opinionem videtur sequi Joannes andreas in dicto capitulo potuit: quatenus se refert ad Specu. in dicto versiculo centesimovigesimoprimo: illum etiam sequuntur Baldus ⁊ Angelus in. l. cum hi. §. si cui. ff. de transactio. ⁊ mouentur per. l. statu liberi a ceteris. §. quintus. ff. de statu lib. ⁊ qui omnes sentiunt quod de permutatione debeatur laudimium, per dictam. l. fin. C. de iure emphyteu. Et quamuis Joan. de imol. ⁊ Alexand. de imol. in locis superius allegatis teneant, qd permutatio fieri possit sine licẽtia domini: ipsi tamen volunt ⁊ dicunt quod de ea solui debeat lau-

1 dimium. † Pro quo multa inducunt, que possunt videri in locis ad que se remittunt: vbi loquuntur de donatione rei emphyteutice: ⁊ hoc etiam disponitur per transactionem superius mentionatam. Non igitur subest causa propter quam Petrus troniere recusare debeat soluere plena ⁊ integra laudimia, hoc est non solum de turnis seu pecunia quam pro turnis dedit: sed etiam habito respectu ad valorem domus, quã ipse permutauit ⁊ tradidit pro domo quam titulo permutationis recepit: quia idem troniere soluisset plenum laudimium, etiam si nulle turne interuenissent in dicta permutatione: sed solum facta extitisset permutatio domus cum domo: ⁊ hoc secundum sententiam docto. predictorum. Nec eidez Troniere suffragatur aliud capitulum trãsactionis predicte loquens de afflamẽtis, adoptationibus, arrogationibus, aut filiorum emancipationibus, ⁊ de donationibus factis in premium emancipationis, adoptionis, afflamenti, seu affreirgamenti: quia illud capitulum loquitur in casu diuerso, ⁊ cui nõ adaptatur casus noster, nec casus noster illi: ⁊ ideo non bene arguitur ex dicto. c. ad casum nostrum: quia ex separatis non infertur. l. inter stipulantem. §. sacram. versi. sed hec dissimilia. ff. de verborũ obliga. l. si maritus, la prima. C. de donatio. inter virum ⁊ vxorẽ. ⁊ vulgata. l. papinianus exuli. ff. de mino.

1 Papa an possit eximere religiosos a decimis.
2 Priuilegia principum latissime interpretanda sunt quatenus preiudicium eorum concernunt.
3 Interpretatio aliquando non est fienda plenissima, neq; stricte: sed prout verba sonant.
4 Priuilegium impetratum super decimis nouallium, si non facit mentionem de possessione alterius, an preiudicet possessori.

Epitome.

Fratres minores de hortis ⁊ viridarijs decimas soluere non tenentur. V. F.

De sacrosan. eccle. Consilium. vij.



Recolẽde memorie dominus Clemens papa quartus, volẽs qd Reuerendi patres ⁊ religiosi viri domini Prouinciales, Ministri, ac vniuersi fratres ordinis fratrũ minorum fructus hortorum ⁊ virgultorum eorundem integre eorum paupertatis vsibus applicarent, eisdem apostolica authoritate indulsit, vt de hortis ⁊ virgultis huiusmodi nulli decimã exhibere tenerent, districtius inhibẽs ne quis ab eis de premissis aliquid exigere vel extorquere presumeret: Eiuscemodi indultum sancte memorie dominus Sixtus papa quartus apostolica authoritate ex certa scientia postea confirmauit. ⁊ nihilominus illud ad quecunq; bona dictorũ fratrum ⁊ quascunq; decimas, etiã quas vulgus papales appellat, ⁊ apostolica sedes pro christiane fidei defensione aut alijs imminentibus persepe necessitatibus indicit, ⁊ quecunq; alia onera proprio motu ⁊ ex certa scientia extendit, decernens dictos fratres minores, etiam si per quoscunq; exemptos ⁊ mendicãtes solui mandarentur cum quibusuis derogatorijs fortioribus clausulis, ad illarum solutionem non teneri, ⁊ in illarũ solutione cessando censuras ⁊ penas aliquas non incurrere. Nemini vero puto esse dubium quin prefati summi pontifices indultum seu indulta huiusmodi concedere potuerint, per id quod habetur in capitulo, ex parte. el primo. capitulo, a nobis. capitulo, nuper abbates. de decimis. capitu. si de terra. ⁊ capitulo accedentibus. de priuilegijs. quod etiam voluit glossa, ⁊ plenius Hostiensis. Joannes Andreas in nouel. Henrici Boyc. Panormitanus ⁊ alij scribentes in dicto capitulo, a nobis. Alexander de ales in tertia parte summe, questione. lj. membro septimo, articulo tertio, Hostiensis in summa, titulo de decimis. §. a quibus. Joannes Astensis in sua summa, libro sexto, titulo trigesimoquinto, articulo tertio, versic. vtrum laicus decimam licite possit recipere, ⁊ frater Angelus de clauia in sua summa, in verbo decima.

Non obstat si forte opponatur, quod papa priuilegium concedere non possit de nõ soluendis decimis contra preceptum legis diuine: contra quam dispensare nõ potest: quinimo debet vsq; ad animam ⁊ sanguinem illam defendere. capitulo, sunt quidam. vigesimaquinta questione prima, ⁊ quinta distinctione, in principio, ⁊ capitulo, que cõtra mores, octaua distinctione. Cum quia indultum seu indulta de quibus supra concessa non fuerunt laicis de decimis non soluendis: sed personis ecclesiasticis, seu verius ecclesijs: ⁊ ita in illis seu eorũ concessione non venerunt prefati domini Clemens ⁊ Sixtus contra preceptum diuine legis sed contra constitutionem ecclesie, que distribuit decimas inter particulares ecclesias: ⁊ ipsos hoc facere potuisse patet per id qd habetur in capitulo, ex parte. ⁊ in capitulo, suggestum. de decimis. Cum ⁊ quia supposito citra preiudicium veritatis quod indultum seu indulta huiusmodi viderentur esse contra preceptum diuine legis: illa nihilominus concedi potuerunt, secundũ Alexandrum de Ales, vbi supra: qui voluit quod preceptum de decimis soluendis fuerit iudiciale, ⁊ quod ideo de illis potuit ecclesia ordinare qui ⁊ quas decimas debeant recipere, ⁊ qui soluere, ⁊ qd ideo dominus papa potuit cũ religiosis ⁊ clericis dispẽsare, vt nõ debeãt decimas soluere, maxime cũ leuitici ordinis religiosi censeantur: sicut ⁊ de alijs iudicialibus potest ecclesia immutare ratione necessitatis vel vtilitatis. hec ille. Vel dici potest, secundũ Hosti. in. d. c. a nobis, quem doctores cõmuniter sequũtur, quod in precepto de decimis soluendis est speciale, vt in eo papa possit dispensare, ⁊ interpretationem facere: quod nõ est in aliquo morali alio precepto reperire: ⁊ ratio specialitatis hec est, quia in oĩbus alijs moralibus versatur honor diuine maiestatis irremissibilis, vel vtilitas publica humane dignitatis indispensabilis: sicut est videre in decem preceptis decalogi, Exodi vigesimo capitulo: nullum enim est ibi quod remitti possit in totum vel in partem sine manifesta dei offensa, vt patet in illo, non habebis deos alienos, ⁊ similibus: aut sine lesione proximi, vt patet in illo, non occides, ⁊ similibus: ⁊ in illo, honora patrem tuum ⁊c. Nam ⁊ naturalis ratio ostendit talia remitti non posse. In precepto autem de decimis soluendis sunt duo cõsideranda, scilicet honor dei, vt scilicet decima detur: ⁊ hoc etiam per papam vniuersaliter tolli non potest, ⁊ qd decima pars ab omnibus ⁊ de omnibus ⁊ vbiq; detur ⁊ ecclesijs a clericis reddatur: in quo specialiter versat vtilitas tẽporalis ecclesie ⁊ clericorum, ad quorum sustentationem est decima assignata, per id qd no. Host. in. c. tua nobis. §. j. versi. cũ do. ⁊. §. si. de deci. quorum papa solus ⁊ nullus alius est rector ⁊ dispositor generalis, ⁊ vicarius Jesu Christi habens generalẽ ⁊ liberã administrationẽ. Unde qd ipse facit vel disponit in talibus, xps facere videtur. c. j. ij. ⁊. iij. de transla. episc. ⁊. c. cũcta per mundum. ix. q. iij. qd etiã voluit Hostiẽ. in summa, ti. de deci. §. ⁊ vtrum. sub. §. sed opponitur decime ex precepto ⁊c. Potest ergo summus pontifex circa hoc preceptũ de decimis soluendis, ⁊ nullus alius sine offensione dei ⁊ proximi aliquem in totũ vel in partem eximere, ac interpretari, ⁊ ius condere sicut placet. Unde etiã interpretatur quod hoc preceptum laicos astringat in totum, ⁊ precipit quod integraliter decimam persoluant, per id quod not. Hostien. in. c. non est. in. c. prohibemus. de nuptijs. clericos au-

tem aliquos

tem aliquos priuilegiat. dicto. c. suggestum. & alijs multis supe-
rius allegatis: & statuit quod inter ipsos consuetudo valeat quo
ad perceptionem decimarum. c. ad apostolice. & quod ibi Hostiẽ.
& doct. c. cum sint homines. de decimis. sic etiam posset facere de
aliquibus laicis si sibi placeret. d. c. a nobis. & quod ibi Host. Nõ
est ergo dubium quin pfati summi pontifices potuerint indul-
ta de quibus supra cõcedere dictis Prouincialibus, Ministris,
& fratribus ordinis fratrum minorum, quibus etiam concedere
potuissent partem decimarum. Pro quibus facit quod not. Ar-
chidiacono. in suo tracta. de heresi. charta decimaquinta, versicu. &
quia tanta est preeminentia: vbi dicit quod in beneficialibus pa
pa est dominus quantum ad vsum: quia eis vti potest sicut pla-
cet & decet suam potentiam siue statum. allegat. c. bone rei. duo-
decima questione secunda. c. per principalem. & c. nunc vero. ix.
q. iij. & est bonus tex. in. c. secundo. in princip. de preben. in sexto. &
in clemen. j. ad fi. vt lite pendente. vbi dicitur quod in talibus ha
bet plenam & liberam potestatem. & istud etiam voluit Pau. de
cast. consi. cclxxxv. col. iij. quia dominium rerum ecclesiasticarum
proprie loquendo non est apud aliquam ecclesiam: sed apud chri-
stum, secundum Innocẽ. in. c. cum super. de causa possessio. & pro-
prieta. cuius papa est vicarius cum omnimoda potestate in ter-
ris. Unde cum aufert rem alicui particulari ecclesie, potius dici-
tur ei auferre administrationem, quam dominium. c. secundo. de
donatio. quia dominium potius est apud ipsum papam, cum sit
apud christum, cuius ipse est vicarius: vel apud ipsam ecclesiam
catholicam, que est vnica. c. loquitur. vigesimaquarta. questione
prima. cuius ipse papa est princeps, & pro decisione allegat Pau.
de cast. glo. & docto. in. c. cõstitutus. de religiosis domi. & in. c. an-
tiqua. de priuileg. de quo per domi. Preposi. in. c. primo. colum.
iij. distin. x. Et predicta maxime facere potuit cum iusta causa: &
signanter per dictũ dominum Sixtum expressa: Et cũ qua põt
princeps rem vnius illi auferre, & concedere alteri: & de hoc nul-
lus dubitat. in. c. que in ecclesiarum. de constitu. l. fina. C. si con-
tra ius vel vtili. publi. & in. l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe
ris & posthu. Et plus voluit Angelus in. l. item si verberatum.
ff. de rei vendi. & in. l. tertia. §. si is pro quo. ff. quod quisq; iuris. &
in. l. omnes. C. de quadri. prescriptio. dicens quod hoc facere pos
sit princeps etiam sine causa. Sed non expedit ingredi hunc arti-
culum, cum vt dixi fuerit causa legitima expressa, & que notoria
est: & de qua etiam si de ea non appareret, credendum esset pon-
tifi. clemen. j. & quod ibi gloss. de probatio. & quod no. glo. in. c. nõ
nulli. de rescrip. quod maxime debet pcedere in hoc casu, in quo
papa fecit ex certa scientia: & ita credendum est illud esse verum,
nec debet in dubium reuocari, vt voluit Bald. in. l. conficiuntur.
ff. de iure codicil. per. l. secundam. C. de litigio. & c. j. & secundo, de
confirmatio. vtili vel inutili, & quod not. Bal. in. l. fin. C. sententiã
rescin. non pos. Quinimo etiam si nulla esset expressa causa: tamẽ
in principe semper presumitur causa, vt voluit Cyn. & Bald. in. l.
rescrip. C. de preci. impera. offe. Jaco. butri. in dicta. l. fina. C. si cõ
tra ius vel vtili. publi. Anto. de butri. & Joan. de imol. in. c. cum
inter. de renuntiatio. Baldus in. l. si testamentum. C. de testamẽ
tis. Panormitanus in. c. cum olim. colum. viij. de re iudi. facit
c. in presentia. de renuntia. & quod not. gloss. in. l. relegati. ff. de pe.
& Antonius de butr. in. c. constitu. de religio. domi. Joannes de
imol. consilio ducentesimodecimooctauo, exordiente, Nec arguẽ
dis sumus. columna sexta, in secundo volumine. domi. Feli. in. c.
que in ecclesiarum. charta sexta, columna tertia, versicu. quinta
conclusio quod in dubio &c. & domi. Jason may. in repetitio. l.
quominus. columna secunda. ff. de flumini. & alij in alijs locis.

¶ Concluditur igitur pontifices predictos potuisse concedere
indultum & indulta predicta, & illa semoto omni dubio valuisse &
valere quo ad decimas prediorum & possessionum acquisitarum
ante tempus & tempora concessionis, indulti & indultorum predi
ctorum. ¶ Sed de decimis prediorum & possessionum postea ac-
quisitorum videtur esse vel maior vel aliqualis difficultas: pro eo
2 quia licet priuilegia principum sint latissime interpretanda, qua-
tenus concernunt † eorum preiudicium. c. cum dilecti. & qđ ibi
scribentes. de donatio. c. quia circa. de priuileg. & l. fin. cum mul
tis similibus. ff. de constitutio. tamen quatenus priuilegia huius
modi concernunt preiudicium tertij, illa non videntur latissime,
quinimo nec late, sed stricte interpretanda. l. nec auus. C. de emã
cipa. libe. c. extuarum. de autho. & vsu pallij. & quod not. Inno.
in dicto. c. cum dilecti. de donatio. & quod no. glo. in dicta. l. fina.
ff. de constitu. princip. & ita videntur voluisse in terminis nostris.
Hostien. Abbas anti. Joan. and. & Panormitanus in dicto. c.
quia circa. de priuileg. dicentes quod ideo in remissione decima-
rum de qua ibi fit largissima interpretatio, quia preiudicabat tan
tum concedenti: quo casu priuilegium debet largissime interpre
tari, vt ibi: secus autem si hoc priuilegium detur a papa: quia tũc
cum preiudicaret iuri ordinarij esset strictissime interpretandum.
Et ita videtur quod indultum seu indulta predicta extendi non
debeant ad decimas prediorum & possessionum postea acquisita-
rum: quod plene fateor, si illa concessa extitissent ad postulationẽ
dominorum Prouincialium, Ministrorum, & fratrum predicto
rum: sed quia illa concessa extiterant proprio motu dictorum pon
tificum, & signanter domi. Sixti, prout apparet ex literis: non vi-
dentur predicta vsquequaq; procedere. Nec est facienda stricta
interpretatio. de qua supra: quia priuilegia proprio motu princi-
pum concessa omnino seruanda sunt prout sonant, vt not. Joan.
and. in capitulo secundo. columna secunda. versic. priuilegio ve-
ro &c. de immunitate ecclesiarum. Pro quo allegat capitulum
primum, secundum, & per totum, vigesimaquinta questione secun
da. c. priuilegia. distinctione tertia. l. fin. circa mediũ. ibi, sed prior
questio erat si omnes &c. C. de inofficio. testamen. & quod no. in. c.
dilecti filij, ad finem. & c. porro. & c. recepimus. de priuile. allegat
& alia multa per eum posita in dicto. c. ij. colum. j. versicu. videtur
& se. vsq; ad versicu. sed contra. de immunitate ecclesi. & idẽ quod
Joan. and. voluit Panormitanus in dicto capitulo secundo. co
lumna penultima. versi. si autem talia priuilegia Imperatoribus
concedantur &c. facit quod voluit gloss. in. c. allegant. super ver-
bo tenax, vigesimaseptima questione septima: vbi dicitur quod
verba generalia, que princeps ponit in suis priuilegijs, ita nõ de-
bent tenaciter & stricte interpretari: dicit etiam Bald. in. l. secun
da. in quarto no. C. de legi. quod priuilegium principis nõ est ob-
scure neq; absurde interpretandum: sed sane & proprie, & saltem vt
dixi hoc procedit & procedere debet in priuilegio proprio motu
principis cõcesso: cuiusmodi sunt priuilegia siue indulta superius
mentionata: & signanter priuilegium domini Sixti. Illud ergo
interpretandum est non stricte seu restrictiue, sed prout verba il-
lius sonant. Quo fit vt cum idem pontifex indultum domini Cle
mentis de decimis hortorum & virgultorum nõ soluendis supra
mentionatum proprio motu & ex certa scientia extẽderit ad que-
cunq; bona dictorum fratrum: videtur hoc priuilegium intelligẽ
dum non solum vt comprehẽdat decimas possessionum ante pri-
uilegium huiusmodi acquisitarũ: sed etiã decimas possessionum
postea acquisitarum, & imposterum acquirendarum. Et quia di-
cta verba quecunq; bona dictorum fratrum omnia bona inclu-
dunt. l. omnes. C. sine censu vel reli. & c. solite. de maioritate & obe
dientia. est enim dictio quecunq;, multum vniuersalis. l. prima. §.
quod autem. ff. de vi & vi armata. & quod no. glo. in. l. si quid earũ.
§. interemptum. ff. de legatis tertio. & vt dicit dominus Bartho
lomeus Socinus consilio ducentesimononagesimoseptimo exor
diẽte, Uiso priuilegio concesso ordini eremitarum a Sixto quar-
to super decimis &c. colum. iij. in secunda parte, dicta verba sunt
vniuersalia, & geminata, & non recipiunt restrictionem: pro quo al
legat gloss. in clementina prima. & quod ibi docto. de re iudica. &
tex. & quod ibi Barto. in. l. quidam relegatus. ff. de re. dub. ad idẽ
allegat gloss. in cle. ne romani, in verbo quouismodo. de elect. & in
cle. si. de senten. excom. & hoc maxime procedit: quia dicitur ad
quecunq; bona &c. non ad quecunq; alia bona: & sic non est que-
rendum an debeat restringi ad similia expressis: vbi aliter de hoc
quereretur si esset apposita dictio alia. de quo habet in. c. sedes.
de rescrip. & per glo. in. l. si fugitiui. C. de seruis fugiti. Cum ergo
dicatur in dicto priuilegio do. Sixti ad quecũq; bona dictorum
fratrum, veniunt omnia que sub tali generali loquutione cõpre-
hendi possunt. l. fi. §. qui dulcia. ff. de vi. tri. & ole. le. & qđ no. Bar.
in. l. j. §. nuntiatio. ff. de operis noui nuntiatione.

¶ Preterea cum priuilegium do. Sixti veniat ad extensionem
actus iam concessi per dictum Clementem, debent verba illius
generaliter intelligi, & non restringi, secundum Bartho. in dicta
l. j. §. nuntiatio. Et vt videtur multum referre debet inter exten-
sionem predictam factam ad quecunq; bona dictorum fratrum,
& etiam si que fieret ad eorum bona: sicut aliud est legare vniuer-
saliter omne marmor, & aliud est indefinite legare marmor: qr pri-
mo casu videtur legare etiam statuas marmoreas, & ceteras spe-
cies de marmore factas. l. heres meus. ff. de leg. iij. & l. j. ff. de aur.
& arg. leg. secundo vero casu solũ legare videtur rudem marmo
ris materiam, non speciem de marmore factam. l. quesitum. §. il-
lud fortasse. ff. de leg. iij. & sicut aliud est legare vniuersaliter om-
nem lanam, & aliud est legare lanam indefinite: qr primo casu cõ-
prehenditur etiam lana tincta. l. pediculis. §. labeo. ff. de aur. &
arg. leg. in secundo vero casu non comprehenditur lana tincta. l.
sicut. in prin. ff. de leg. iij. Supposito igitur, citra preiudicium ve-
ritatis, qđ priuilegium concessum de non soluendis decimis non
deberet extendi ad decimas bonorum postea quesitorum & que-
rendorum: secus tamen videtur quãdo priuilegium est alicui vel
aliquibus concessum, vt de nullis bonis teneatur exhibere vel
soluere decimas.

¶ Preterea quod verba priuilegij, de quo supra, debeant intel-
ligi de decimis bonorum etiam postea acquisitorum, & imposte-

rum acquirendorum, videtur probari in dicto. c. quia circa. de privilegijs. in quo secundum Hostien. ⁊ Joan. andr. ponuntur tres rationes decisionis, de qua ibi. Prima ibi, cum nihil excepeit ⁊ potuerit excepisse. secunda ibi, ac in beneficijs plenissima interpretatio adhibenda. tertia ibi, nec debeat vna eademq; substantia diverso iure censeri. Secundum ergo primam rationem dicit ibi papa ⁊ docto. quod episcopus, qui decimas possessionum indefinite ⁊ nihil excipiendo remiserat, videatur intellexisse non solum de decimis possessionum illius temporis: sed futuri: hoc est non solum de decimis possessionum antea acquisitarum: sed postea acquirendarum. Et fundatur hec ratio super eo, quia non exceperat quod profecto facere non oportebat, si verba concessionis nō comprehendebant decimas etiam possessionum postea acquirendarum. sonabant ergo verba etiam de illis: ⁊ hoc est quod quero, quid scilicet sonent verba privilegij de quo supra, ⁊ que vel multoties, vel non minus hoc sonare videtur, vtpote prolata vniversaliter, quam in dicto. c. q: circa. vbi non vniversaliter, sed indefinite. ¶ Preterea tertiam rationem, scilicet quod vna eadē substantia diverso iure censeri non debeat, intelligit Hostien. ⁊ post eum Joan. andr. non quod possessiones ante quesite ⁊ postea acquirende sint vna ⁊ eadem substantia: sed quod ecclesia, cui facta est remissio, ⁊ cui antea fuerant alique possessiones acquisite, sit illa eadem, cui postea acquisite extiterunt, et si vt opinor iste due rationes attendantur, ille sibi locum vēdicant in hoc casu. Quo fit vt per dictum. c. quia circa, probari videatur id quod dixi, scilicet quod dictum privilegium intelligi debeat de decimis etiā possessionum postea acquisitarum seu acquirendarum: quia cum vt dixi ibi assignentur tres rationes decisionis de qua ibi, quelibet earum videtur sufficere, per id quod legitur ⁊ not. in. l. liberorum. §. notāter. ff. de his qui notan. infami. ⁊ in. §. affinitatis. institu. de nup. l. et si non lex. ff. de heredi. institu. ⁊. l. si ventri. §. fin. ff. de privileg. credi. quod etiam voluit Joan. de imol. in. c. j. col. vj. versicu. sed contra istud ⁊c. ne sede vacante, ⁊ in clemen. dispendiosam. super verbo decimis, ⁊ in. l. si vero. §. de viro. colum. iiij. ff. soluto matrimonio. Panormitanus in capitulo intellecto. columna penultima, circa medium, de iureiuran. Alexan. de imol. in. l. gallus. §. quidam recte. columna septima. ff. de liberis ⁊ posthumis. in. l. possideri. §. ex contrario. columna octava. ff. de acquirenda possessione. ⁊ in. l. prima. Et ita non obesset, etiam si essemus in casu, in quo non haberet locum secunda ratio decisionis dicti capituli, quia circa: hoc est, in quo fieri non deberet plenissima interpretatio: ⁊ eo maxime, quia nec est fienda stricte: sed
3 prout verba † sonant.

¶ Preterea per privilegium do. Clementis indulgetur dictis fratribus, vt decimas exhibere non teneantur de hortis ⁊ virgultis. Et hoc indultum extenditur ad quecunq; bona ⁊c. ⁊ ita perinde videtur, acsi domi. Sixtus eisdem fratribus indulsisset, vt de nullis eorum bonis teneantur decimam exhibere. Quo fit, vt cum qualitas adiecta verbo intelligi debeat secundum tempus verbi. l. titius. ⁊ quod ibi gloss. ff. de testamen. mili. ⁊ quod nota. Bartol. ⁊ Joan. de imol. in. l. ex facto. circa principium. ff. de vulgari ⁊ pupillari. ⁊ verbum teneantur, sit verbum futuri temporis, predictum privilegium videtur concessum de non solvendis decimis possessionum dictorum fratrum, non simpliciter earum que tunc erant: sed que essent tempore alias exhibende seu solvende decime. Et pro hac conclusione videntur facere dictum. c. ex parte. el primo. c. licet. ⁊. c. ad audientiam. iuncto dicto. c. nuper abbates. de deci. quia si in privilegijs, de quibus in dictis tribus primo allegatis. c. non comprehendebantur decime possessionum post illorum concessionem acquisitarum, quod opus esset provisione dicti. c. nuper. in quo privilegia predicta revocantur quoad decimas possessionum post consilium de quo ibi acquisitarum, profecto non videtur: ⁊ ita quo ad hoc frustra membranas occuparet, dicto. c. nuper. quod est absurdissimum. Et ita videtur sub benigna supportatione huius eminentissimi ⁊ insignis parlamēti, nō esse absurdum dicere, quod indultum ⁊ indulta predicta cōprehendant decimas etiam possessionum postea acquisitarum, et quod ea que superius contra hoc apponebantur non obstat: pro eo quia loquuntur eo casu quo privilegium debet stricte interpretari, quod vt dixi non erat in casu nostro: sed prout verba sonant.

¶ Verum quamvis superius dixerim nō esse dubium, quin per indultum ⁊ indulta predicta censeātur fuisse remisse decime possessionum tunc seu antea acquisitarum, dicet fortasse aliquis, q̄ immo sit dubium: quinimo ⁊ alias consultum contrarium per Oldra. consilio. cclxviij. exordiente, questio est vtrum per privilegium concessum ⁊c. vbi Oldr. loquens de privilegio quibusdam religiosis sub his verbis concesso, Vobis authoritate presentiū indulgemus ⁊ ad prestationem decimarum de quibuscunq; possessionibus ⁊ alijs bonis vestris que nunc in presentiarum habetis ⁊ iustis medijs acquisiveritis in futurum, consuluit quod ipsi religiosi non censeantur liberi ⁊ immunes facti a prestatione decimarum, in quarum perceptionis possessione erant tempore concessionis privilegij huiusmodi ecclesie cathedrales, ⁊ alie inferiores ecclesie parochiales. Pro quo multa inducit, ⁊ inter cetera. c. dudum. vbi dicit videri casum de decimis, ⁊ capitulum secundum, eodem titulo, in. vj. ⁊ hoc maxime pro eo quia in dicto privilegio non fiebat mentio de possessione decimarum. Quod si verum est: videtur quod per indultum seu indulta superius mentionata non censeantur dicti fratres facti liberi ⁊ immunes a prestatione decimarum possessionū tempore concessionis seu antea acquisitarum, earum scilicet decimarum in quarum perceptionis possessione erant ecclesie, vt pote cathedrales parochiales ⁊c. Sed hoc non obstante videtur dicendum contrarium: ⁊ ad dictū capitulum dudum. quod maxime obstare videtur, respondeo secundum Boati. cum quo ibi transit Joannes Andreas in novel. ⁊ Panormitanus quod illud procedit in privilegio impetrato super decimis novalium: quod nisi faciat mentionem de posses-
4 sione alterius: non preiudicat † possessori. secus vero est in privilegio simpliciter impetrato super decimis: quia tunc valet, etiam non facta mentione de possessione alterius, secundum doctores prefatos: ⁊ potest esse ratio diversitatis secundum Panormitanum: nam decime ab aliquo possidentur: ⁊ ideo papa concedendo privilegium voluit derogare possessoribus: ⁊ ita tacite facit mentionem de possessione. secus autem in decimis novalium: q: privilegium potest intelligi de terris que adhuc nō sunt reducte ad culturam: ⁊ sic poterat esse quod nullus habebat possessionem illarum terrarum: ⁊ sine privilegio moniales, de quibus ibi, non reduxissent ad culturam: ⁊ sic papa de facili concedit tale privilegium; quia non tendit in grave preiudicium aliorum: sed ex quo terre erant reducte ad culturam, ⁊ decime erant ex eis solute ante impetrationem privilegij, grave preiudicium infertur possessori: de quo non est presumendum, argumen. capit. super eo. de officio delegati. ⁊. l. secunda. §. si quis a principe. ff. ne quid in loco publico. ⁊ pro hoc facit c. cum olim. de privileg. vbi valet privilegium concessum monasterio non facta mentione de ipso, ⁊ sic de possessione. non ergo mirum si privilegium de quo in dicto capitulo, dudum. non valuerit: in quo etiam concurrebant alia, scilicet quod ad importunam partis petitionem fuerit cōcessum, ⁊ lite pendente. in casu vero de quo queritur proprio motu. Non ergo bene arguitur de vno ad aliud: quia ex separatis non bene infertur. l. inter stipulantem. §. sacram. versi. sed hec dissimilia. ff. de verb. obligationi. l. si maritus. la prima. C. de donatione inter virum ⁊ vxo. ⁊ vulgata. l. papinianus exuli. ff. de mino. Et per hoc videtur responderi ad multas ex rationibus Old. fundatas super taciturnitate possessionis: quia vt predixi in concessione decimarum simpliciter facta non tacetur possessio decimarum: sed de ea facit papa tacite mentionem, cum velit derogare possessoribus.

1 ☞ Accusator an debeat cogi exprimere diem commissi criminis ad postulationem accusati, seu rei: ⁊ quare.

¶ Epitome.

¶ Quamvis illate diem iniurie actor in libello non expresserit: nihilominus ei reus tenetur respondere. A. F.

¶ De iniur. Consilium. viij.



Jhil opponitur parte Joannis grassi in quadam eius schedula exordiēte, casu si ne tum esset ⁊c. parte eiusdem Grassi in hac causa oblata, contra ⁊ adversus providū virum Monetum gastinelli, propter quod impediri vel differri debeat, seu possit responsio libelli parte eiusdē Gastinelli contra ipsum Grassi producti, aut litis contestatio super eo facienda. Et primo quidem nō id quod opponit, scilicet quod de iure in omni libello, ⁊ actione iniuriarum, quantumcunq; civili, ⁊ tendente ad vindictam, debeat inseri ⁊ apponi nedum annus ⁊ mensis, sed etiam designari ⁊ exprimi dies certus, quo asseritur ⁊ pretenditur iniuria illata: quia licet in accusationibus, seu libellis accusatorijs gravium criminum, in quibus vel maior vel saltem non minor requiritur circunstantiarum, vt verbi gratia loci ⁊ temporis designatio, quam in libello iniuriarum requiratur, expressio anni ⁊ mensis: non tamen requiritur expressio diei commissi criminis. l. libellorum. versi. neq; autē diem neq; horam invitus comprehendet. ff. de accusa. Quod si hoc est in illis: multo fortius procedit ⁊ procedere debet in libello iniuriarum, in quo, si credimus dominis de Rota in decisione. xxxvi. exordiēte, fuit dubitatum an in actione iniuriarum ⁊c. non requiritur tanta specificatio. Et quamvis Barto. videatur alicubi tenere, quod accusator teneatur exprimere diem ad instantiam rei hoc petentis, vt melius possit se defendere, ⁊ hoc si, iudici videatur. l. vbicunq;. ff. de

ff. de interrogatoria actione. hoc tamen dictum, secundum Joannem de imola. in. l. is qui reus, charta penultima, colum. iiij. versicu. item adde dictis Barto. ff. de accusa. non videtur verum: quia absonum videtur dicere quod iudex possit arctare accusatorem ad ponendum in accusatione diem commissi criminis ex quo dicta. l. libellorum. dicit eum non esse cogendum exprimere diem. Et idem voluit Joannes de ana. in. c. qualiter ⁊ quãdo. el secundo. §. debet. columna fina. versicu. quid autem si reus petit ⁊c. de accusationi. Et respondent Joan. ⁊ Joan. ad dictam. l. vbicunq. ⁊ ad. c. cum Joannes. de fide instrumen. quod iura illa sunt intelligenda, vbi specialiter non disponeretur contrarium: alias autem clausula specialis derogaret ⁊ derogare deberet generali. c. primo. de rescrip. ⁊. l. doli clausula. ff. de verborum obligatio. cuz ergo in dicta. l. libellorum. in fi. principij dicatur, quod accusator non cogitur inuitus diem exprimere: ista dispositio specialis derogat regule posite in dicta. l. vbicunq. Non ergo tenetur predictus Gastineli diem illate sibi iniurie in dicto eius libello exprimere. Nisi forte dicatur qd dicta. l. libellorum, loquitur in accusatione, in qua intentatur iudicium ad publicam vindictaz: hic autem loquimur de actione iniuriarum ciuiliter intentata: ⁊ sic ad priuatam vindictam. Sed hoc non obstat, quoniam respõdeo quod eoipso quod cautum reperitur non esse cogendum accusatorem diem commissi criminis exprimere in accusatione, consequenter etiam hoc cautum reperitur quod illam exprimere nõ cogatur iniuriam passus in libello iniuriarum. argumen. auth. multomagis. C. de sacrosanctis eccles. ⁊ quod habetur in. c. peruenit. de consecratio. distinctione secunda. c. final. in laicis. distinctione trigesimaoctaua. c. non estimemus. decimatertia questione secunda. ⁊ quod ponit beatus Augustinus in septimo libro de ciuitate dei. c. iij. colum. fina. ⁊ domi. de Rota in dicta decisione trigesimasexta. Preterea Barto. non dicit reum esse simpliciter cogendum exprimere diem: sed ita demum si iudici videatur: quod tamen sibi videri non debet, nisi subsit causa, ⁊ quam reus alleget: que tamen hic non subest, nec allegatur. Addo quod in dicto libello vltra consuetas specificationes additum est de presentia viguerij ⁊ concilij loci Sarriani: que adhuc reddunt ⁊ reddere debent dictum Grassi certiorem: ⁊ cui propterea abundanter sufficere debet specificationes de quibus in dicto libello. Nec petere debẽt expressionem diei late iniurie: quem cuz probare nõ teneatur, vt omnes fatentur: ergo nec exprimere, per id quod no. Innocen. in. c. secundo, super verbo in alijs, de ordine cognitionum. Addo, ⁊ hoc solum videtur mihi sufficere, quod Bartol. ⁊
1 alij, si qui sunt pretendentes quod ad postulationem accusati † seu rei debeat accusator cogi exprimere diem commissi criminis, ipsi hoc fiendum docent ne tollatur defensio ipsi reo, hoc est vt se defendere possit: vt verbi gratia quia vult fortasse reprobare testes accusatoris, vel probare se non commisisse delictum punibile, vel forte quod ad sui defensionem occiderit vel vulnerauerit accusantem, vel alia huiusmodi. Quod si ita est, debet accusato seu reo sufficere diem commissi criminis sibi edi tempore dãdarum defensionum. Et ita, etiam si dictum Barto. esset verum: non deberet propterea differri responsio, ⁊ litis contestatio.

¶ Preterea dicit alicubi Saly. quem refert ⁊ sequitur Alexã. de imol. in dicta. l. is qui reus. columna secunda, quod non putat iudicem bene facere, si prius compellat accusatorem ad certiorãdum reum de die, quã reus iudicem certiorauerit de die ⁊ tempore sue absentie, vel de alio simili: ⁊ hoc ideo, ne quid machinetur circa testes, quos forte interim inducere posset ad aliquid machinandum in fauorem ipsius. Ex quibus omnibus patet non obstare predictam obiectionem, nec dictum Gastinelli teneri, ⁊ maxime pro nunc, exprimere diem sibi illate iniurie: de quo etiam non recordatur.

¶ Preterea etiam nec obstat quod opponitur de remissione iniurie: quia cum ista oppositio concernat materiam principalem, illa differenda est post litem contestatam: saltem ex eo quia non offertur probatio incontinenti facienda, ⁊ quia pretensa conuentio, de qua ibi, facta non proponitur cum eo, qui huic Grasso liberationem seu exceptionem querere potuerit: insuper ⁊ quia, vt existimatur, idem Grassi exceptionem huiusmodi causa differende controuersie opponit. Quamobrem nõ obstantibus quibuscũq ex aduerso oppositis ⁊ obiectis petit dictus Gastinelli, seu eius legitimus procurator procuratorio nomine eiusdem, dicto eius libello responderi, ⁊ litem super eo legitime contestari, ⁊ ita fiendũ ordinari: ⁊ alias in ⁊ super premissis ⁊ singulis eorundem ius ac debitam ⁊ celerem iustitiam ministrari. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Pater si moriatur abintestato, postquam filia fecit renuntiationem bonorum patris dotantis an succedat ⁊ succedere debeat filia suo patri cum alijs liberis non obstante, renuntiatione huiusmodi.

2 Quittantia ⁊ remissio generalis facte sine iuramento, quemadmodum non videntur extendende etiam ad legitimam siue supplementum illius: ita nec videntur quittantia ⁊ remissio, etiam si fuerint iurate, debere extendi ad legitimam, seu supplementum illius.

¶ Epitome.

¶ Filia que paternis bonis generaliter etiam cum iuramento renuntiauit, non ideo prohibetur supplemẽtum legitime petere, nedum bona quo de paternis facta sunt fraterna. U. F.

¶ De suis ⁊ legi. liber. Consilium. ix.



Ponitur in facto qd dudum, anno scilicet domini millesimoquadringentesimononagesimoprimo, ⁊ die decimatertia mẽsis Januarij, fuit matrimonium cõtractum per verba de futuro, ⁊ postea per verba de presenti, per ⁊ inter Stephanum garnerij ex vna, ⁊ honestam mulierem Aragondam bondilhone filiam Alziarij bondilhoni ex alia: cuius matrimonij cõtemplatione, ⁊ pro oneribus supportandis idẽ Alziarius dicto Garnerij constituit in dotem, ⁊ pro dote predicte Aragonde eius filie certa predia, ⁊ bona latius mentionata in instrumento matrimonij huiusmodi. Eisdem vero anno, mense ⁊ die prefata Aragonda certificata de dote predicta dedit, cessit, quittauit, ⁊ remisit dicto Alziario patri presenti ⁊ stipulãti ⁊c. donatione pura, mera, rata, ⁊ grata, que fit et fieri dicitur inter viuos, omnia vniuersa ⁊ singula bona sua, res, iura ⁊ actiões paterna ⁊ fraterna, mobilia, immobilia, presentia, ⁊ futura quecunq, saluis tamen sibi ⁊ suis dote sua predicta, iure institutionis heredis, successionis ⁊ legati. Et hec cum iuramento ⁊c. Successu tẽporis idem Alziarius vita functus est ⁊ ab humanis decessit. superstitibus ⁊ sibi superuiuentibus prefata Aragonda, ac Antonio, Nicolao, Uincentio, Ponceto ⁊ Michaela eius filijs ⁊ filiabus naturalibus ⁊ legitimis. Deinde vero ab humanis sine liberis ⁊ intestati decesserunt dicti Antonius ⁊ Nicolaus, superstitibus honesta muliere Francesia Reynassa matre, ⁊ dictis Aragonda, Uincentio, Ponceto ⁊ Michaela. Consequenter autem vita functa est ⁊ ab humanis decessit predicta Francesia, superstitibus dictis Aragonda, Uincentio, Ponceto, ⁊ Michaela eius filijs ⁊ filiabus naturalibus ⁊ legitimitis, prius condito per eam quodam pretenso testamento sub presentia trium testium ⁊ vnius presbyteri, qui ipsum scripsisse dicitur: in quo filios suos heredes instituit: filiabus vero nihil reliquit.

¶ Quesitum est de sequentibus. Primo an per quittantiam supra mentionatam censeatur prefata Aragonda fuisse exclusa ab vniuersali paterna successione. Secundo supposito, citra preiudicium veritatis, qp ab illa exclusa censeretur, posset saltem petere supplementum legitime debite in bonis paternis. Tertio an per dictam quittantiam debuerit ⁊ debeat repelli a successione dictorum eius quondam fratrum. Quarto quid de successione materna. ¶ Uiso casu superius descripto, ⁊ dubijs ex eo elicitis, dico ⁊ respõdeo breuiter ⁊ succincte ad dubia huiusmodi prout infra: saluo tamen saniore consilio cuiuslibet domini rectius consulentis, ⁊ pleniore deliberatione. Et primo respõdeo ad primum, qp cum dicta Aragonda sibi reseruauerit non solum dotem, sed etiam ius institutionis heredis, successionis ⁊ legati: illa non est repellenda a successione, postquam dictus quondam Alziarius illam ab ea non repulit: quamuis enim sublata vel non apposita dicta protestatione seu reseruatione, videretur fortasse posse dici eandem Aragondam debuisse ⁊ debere repelli a dicta paterna successione, propter dictam quittantiam iuramento vallatam. c. quamuis pactum. ⁊ quod ibi docto. magis comuniter, de pact. in vi. ⁊ quod not. docto. in. l. pactum quod dotali instrumento. C. de colla. tamen attenta protestatione seu reseruatione quam sub presentia patris ⁊ de ipsius saltem tacito cõsensu fecit predicta Aragõda, ⁊ per quam voluit saluas remanere dotẽ predictã, ac ius institutionis heredis, successionis ⁊ legati: nõ videtur eadem Aragonda a successione repellẽda, post qp supponimus dictum Alziarium ab intestato decessisse: ⁊ qui propterea videtur eius bona et hereditatem tacite reliquisse dictis eius filijs ⁊ filiabus. l. conficiuntur. circa prin. ver. qm̃ creditur pater familias sponte sua his relinquere legitimam hereditatem. ff. de iu. codicil. et. l. ij. ibi, vel etiam intestatati successione contulerint. C. de bo. mater. ⁊ saltez isto casu videntur optime procedere motiua ⁊ ratiões scripta per Zenzelinũ in. d. c. quãuis, qui voluit qp si post factã renũtiationez bonoruz patris dotantis iuxta formã dicti. c. quamuis pactum.
1 pater moriatur † ab intestato, succedat et succedere debeat filia suo patri cum alijs liberis, non obstante renuntiatione huiusmo-

di. Et hanc opinionem Zenzeli. sequuti sunt domini de Rota in decisi. antiq. decisi. viij. exordiente, Utrum filia dotata que promisit per pactum iuratum ⁊c. Et idem voluit Pe. helie, in quadam questione per eum disputata exordiente, questio disputata solenniter per dominum Petrū helie ⁊c. qui pro hac parte multa inducit: hanc opinionem etiam sequutus est Geminia. in. d. c. quamuis pactum, columna penultima, versi. sed pone ⁊c. secundū Fran. de are. consi. xvij. versi. sed istud nec prohibetur, in princip. Et si attendatur ad effectum predicte quittantie facte per dictā Aragondam, ipsa Aragonda solum videtur eundem quondam Alziarium quittasse, ⁊ ei remisisse ⁊c. in eum casum in quē de bonis suis disponeret, ⁊ promisisse quod contra dispositionem illius non veniret. Et sic cum non disposuerit, non videtur eadem Aragonda prohibita succedere pro sua portione. Pro qua etiam facit, quia vbi pretendi posset quod in instrumento predicte quittātie esset aliquā obscuritas, verba illius deberent interpretari contra alios liberos dicti quondam Alziarij, si se fundent ex verbis cōtractus. l. veteribus. ff. de pac. l. stipulatio ista habere licere. §. in stipulationibus. ff. de verbo. oblig. ⁊ regula contra eum. de regulis iuris. in vi. Uidetur igitur ꝙ dicta Aragonda potuerit ⁊ de iure debuerit ab intestato succedere dicto quondam eius patri cum dictis eius fratribus ⁊ sorore, ⁊ pro sexta parte. aut. de heredi ab intestato. §. j. colla. ix. ⁊ transumptiue in aut. ex successione. C. de suis ⁊ legi. libe. debebat tamē ⁊ debet dotem predictā ⁊ pro ea constitutam illis conferre, vel tantominus habere de bonis communibus, iuxta ea que habentur in. l. filie dotem. ⁊ l. dotis, cum multis simili. C. de colla. ¶ Ad secundū dico, quod vbi supponeremus prefatam Aragondam debuisse ⁊ debere repelli ab vniuersali successione: cuius contrarium superius dixi, tūc superesset difficultas: an quittantia de qua supra deberet extendi etiā ad legitimam, supposito quod de ea nulla facta extiterit mentio specialis in quittantia huiusmodi Et quāuis possint super hoc multa hincinde induci: tamen illis omissis, pro eo q: tempus non patitur, ⁊ quia non est necessarium vt puto, videtur quod illa nō deberet extendi ad legitimam, seu supplementum illius. l. si quando. §. ⁊ generaliter, ⁊ quod ibi doct. C. de inoffic. testamē. ⁊ quod per dictum. §. not. Guliel. de cū. Albe. Bal. ⁊ Ange. in. l. de his. ff. de transac. Pro quo facit quia, vt dicit Fran. de are. in. l. ij. §. si quis ita. col. vj. ff. de verbo. oblig. multum refert vtrum renuntiatio generalis sit inualida, non quia deficiat consensus: sed quia est indiscreta, iuxta not. in simili in. l. cum aquiliana. ff. de trāsac. an vero pro eo qd̓ renuntiatio generalis alias valida non videatur intellexisse de hoc iure de quo nunc queritur: nā primo casu propter reuerentiam sacramenti valet renuntiatio, sicut valet obligatio quando quis iurat in genere ⁊ confuse, quod obseruabit omnes contractus per se faciendos, iuxta ea que not. Barto. ⁊ Bald. in aut. sacramenta puberum. C. si aduersus vendi. Sed in secundo casu, quando scilicet in verbis generalibus renuntians non videtur comprehēdere ius quod nunc petit: sicut in filio vel filia qui petit legitimam, hic renuntiatio non habet locum in isto iure ex defectu consensus: ⁊ tunc succedit regula quam ponit Bartol. in. l. si quis pro eo. §. primo. colum. fina. ff. de fideiusso. quē probatur in. l. fina. C. de non numerata pecu. ⁊ in. l. fina. ff. qui satisda. cogan. scilicet quod quando contractus deficit ratione consensus, tantum importat iuramentum, quantum contractus simplex, ⁊ non vltra. Et idem voluit Andre. barba. consilio. lv. exordiente, preclare scribitur sapientie septimo. colum. xvi. versi. preterea faciat, in secunda parte. Facit ad premissa quia iuramentum non auget obligationem, sed ei infra suos limites manenti addit vinculum religionis. arg. l. titius. in fin. ff. ad trebel. quod etiam voluit Oldra. consilio. ccxxxviij. exordiente, cum mulier dotatrix ⁊c. cuius dictum commemorat Bald. in dicta. l. fina. circa principium. C. de non numera. pecu. Quemadmodum ergo quit-
2 tantia ⁊ remissio generalis facte † sine iuramento non videntur extendende etiam ad legitimam, siue supplementum illius, dicta l. si quando. §. ⁊ generaliter. ita nec videntur quittantia ⁊ remissio predicte, etiam si fuerint iurate, debere extendi ad legitimam, seu supplementum illius: ⁊ hanc partem videtur etiam sequi dominus Jason may. in. l. sed ⁊ si. §. quesitum. columna vltima. ff. si quis cau. ad quem locum remisit in dicta. l. si quando. §. ⁊ generaliter. columna secunda. versicu. limita predicta, ⁊ in. l. prima. columna. v. ff. si quis in ius vocatus non ierit. Et respondit domi. Jason in dicto. §. quesitum. columna fina. ad dictum Bald. in. l. j. versicu. secundo queritur. C. commoda. ⁊ ad. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. ij. cui etiam respondit Andre. barba. in dicto consilio. lv. columna. xvj. quorum responsiones non refero causa breuitatis. Utrum quia verba quittantie ⁊ remissionis predictarum fuerunt multum ampla, mihi pro nunc magis placet resolutio facta in respondendo ad primum quesitum.

¶ Ad tertium dico ⁊ respondeo, quod quittantia ⁊ remissio predicte, quatenus concernebant ⁊ cōcernunt fratres forte tunc absentes, non valuerunt. l. fina. C. de pactis. ⁊ l. quidam. §. donationem. ff. de donationibus. ⁊ quod notat Alexander de imola in. l. stipulatio hoc modo concepta. col. vj. ff. de verborum obligationi. Franciscus de aretio in. l. qui superstitis. columna. v. ff. de acquirenda hereditate. Geor. na. in dicto capitulo, quamuis pactum. columna. xv. versic. decimo limita hanc decretalem. Bald. consi. ccclxxij. in tertia parte, ⁊ Fulgosius consi. lxxiij. Et sic cum dicti Antonius ⁊ Nicolaus ab humanis, ⁊ intestati decesserint, superstitibus prefatis Uincentio, Poncero, Aragonda, ⁊ Michaela eorum fratribus ⁊ sororibus vtrinque coniunctis, ⁊ dicta Francesia matre: isti omnes eisdem viriliter seu equis portionibus successerunt, authen. defuncto, ⁊ in corpore vnde sumitur. C. ad tertullianum. Et eodem modo dico, quod quittantia ⁊ remissio predicte non valuerunt, quatenus concernebant predictam Francesiam matrem tunc forte absentem. Et causatur nullitas huiusmodi propter votum ceptande mortis: occasione cuius improbatur conuentio seu pactum factum de hereditate viuentis, eo scilicet absente, vel sine ipsius consensu, dicta. l. finali. C. de pactis. ⁊ dicto. §. donationem.

¶ Preterea predicta Aragonda in quittantia ⁊ remissione predictis sibi, vt predixi, multa reseruauit: ⁊ inter cetera ius institutionis heredis. Quo fit vt cum per matrem fuerit etiam ipsa heres instituta, non debuerint aut debeant quittantia ⁊ remissio predicte sibi preiudicare, quominus matri successerit ⁊ succedat. Quod autem etiam ipsa fuerit heres instituta, patet: quia dicta quondam Francesia heredes instituit filios suos: appellatione vero filij seu filiorum venit ⁊ veniunt filia ⁊ filie. lege si quis ita. in principio. ff. de testamen. tute. l. si ita scriptum. in principio. ff. de legatis secūdo. l. filij appellatione. ⁊ l. iusta interpretatione. cum multis similibus. ff. de verborum significatione. Non ergo censetur eadem Francesia solum instituisse filios masculos: sed etiam filias, seu feminas quod etiam potius dicendum est, quam quod illas preterierit, ⁊ hoc fauore testamenti, ne videlicet pereat vitio preteritionis. lege, quoties. ff. de rebꝫ dubijs. ⁊ lege, quoties. ff. de regulis iuris.

¶ Ad quartum dico, quod iam patet ex predictis responsio, scilicet quod prefata Aragonda dicte Francesie eius quōdam matri successit vna cum fratribus ⁊ sorore in quartam partem, vt pote per matrem vna cum alijs heres instituta. Et vbi forrasse pretendi posset quod de vsu loquendi appellatione filij non veniat filia, vel quod eadem Francesia disponendo ⁊ vulgariter seu materno idiomate loquens verbum gallicum protulerit, quo duntaxat filij masculi cōprehenduntur: ⁊ quod propterea censeri possit duntaxat heredes instituisse filios masculos: adhuc hoc nō noceret eidē Aragonde: pro eo quia sic fuisset dictum eius testamētum nullum ratione preteritionis eiusdem Aragōde ⁊ dicte Michaele, quibus sic nihil omnino reliquisset: pro quo allegasse sufficiat aut. vt cum de appel. cogno. §. aliud quoque capitulū. colla. viij. qd̓ etiam voluit Pe. Cy. Saly. Fulgo. ⁊ doct. communiter in aut. nouissima. C. de inoffi. testa. Bal. ⁊ Saly. in. l. fin. C. fami. excisun. Bald. in. c. si pater. vbi etiā dicit glo. quod hec sententia est tutior, de testa. in sexto. Joan. de imol. in. c. raynutius. col. xvij. vel circa, vbi etiā Andre. Barba. de testamē. Alex. de imo. in. l. inter cetera. ff. de libe. ⁊ post hu. Et hec est cōmunis opinio: a qua non est discedendum in iudicando vel consulendo. l. prima. §. crebrior apud vete. opinio. ff. de offi. questo. c. j. de iudicijs, tertia questione tertia, ⁊. c. nouimus, ⁊ quod ibi Antonius de butri. de verb. signi. ⁊ quod not. Hosti. Joan. and. in nouel. ⁊ alij in. c. j. de consti. Et sic cum testamentum non valuisset, ⁊ ppterea decessisset eadem Francesia ab intestato, eidē successissent ⁊ succedere debuissent ⁊ deberent tanquam proximiores ⁊ in viriles portiones prefati Aragonda, Uincentius, Pontius ⁊ Michaela. institu. de heredi. que ab intesta. deferun. in princip. ⁊ auth. de heredi. ab intesta. §. j. collatio. nona, ⁊ transsumptiue in dicta auth. in successione. C. de su. ⁊ legi. libe. Ex quibus omnibus videtur quod dicta Aragonda habet quartam partem in bonis ⁊ hereditatibus dictorum quondam eius parentum ⁊ fratrum: tenetur tamē, vt predixi, conferre dotem predictis Uincentio, Poncero ⁊ Michaele. Que dixerim sub correctione cuiuslibet ⁊c.

☞ Heredes mariti tenentur infra annum a tempore luctus prestare alimenta eius quondam vxori ⁊ nūc relicte, si nō habeat vnde aliunde se alat quā ex dote consistente in pecunia vel in bonis mobilibus: ⁊ ipso illo anno vlterius non tenetur.

¶ De rei vxo. actio. Consilium. x.


Uāuis, secundum cōem opinionem doctorum positam in. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. actio. quam sequuntur Ange. are. in. §. fuerat,

fuerat. charta. ij. vel circa, versic. circa tamen hoc dubitatur an infra dictum annum, & dominus Jason may. columna septima, versicu. restat & successiue iuxta hic dicta, institu. de actio. Ang. consilio. cxxxv. & alij in alijs locis, heredes mariti teneantur infra annum a tempore luctus prestare alimenta eius quondam vxori & nunc relicte, si non habeat vnde aliunde se alat quã ex dote consistente in pecunia, vel in bonis mobilibus: & men post annum huiusmodi non tenentur eam alere, secundum multorum opinionem: pro eo quia est quod ipse relicte imputari potest. Verum supposito quod prouidi viri Colinus & Joãnes berlengie generi honeste mulieris Joanne relicte Petri mathieu, & eorum vxores filie eiusdem Joanne, tenerentur eandem Joannam nutrire ex capite fortasse donationis eisdem facte per dictum Joannem, vel aliunde: non deberent tamen ipsi Colinus & Joannes berlengie & eorum vxores impediri quominus bona inter eos communia partiantur & diuidãt, etiam ante aliã prouisionem factam pro dictis alimentis: & eo maxime quia ipsi Colinus & Aloysia vxor se offerunt eandem Aloysiam pro eorum parte alimentare & nutrire, & in domum eorum habitationis & cum ipsis, dicentes se nõ teneri eam alimentare aut nutrire extra domum, aut seorsum & separatim ab eis, cum possit cum eis vtpote genero & filia honeste conuersari, manere & nutriri. Pro quo allegasse sufficit id qd̃ habetur in. l. sicut. ff. de ope. liber. & qd̃ no. doc. de vxore alẽda vel nõ alenda infra annum a tempore soluti matrimonij vel postea. d. l. vnica. §. exactio. C. de rei vxo. actio. in. l. diuortio in princi. ff. sol. matrimo. Ange. in dicto consi. cxxxviij. & alij in alijs locis. Et si eadem Joanna contrarium pretendat, nec cõtenta sit de oblatiõe huiusmodi, petit dictus Colinus, seu eius legitimus procurator procuratorio nomine eiusdem, de oblatione huiusmodi, & dicte Joanne contradictione publicum instrumentum sibi fieri & confici, protestans qd̃ per eum non stat, stetit neq; stabit quominus eandẽ Joannã pro quarta eandẽ cõcernente nutriat & alimẽtet. Petens nihilominus petitionem offerri, & deinde terminum sibi dari ad deliberandum super ea: & alias in & super premissis &c.

¶ Epitome.

¶ Filius de restituendo grauatus duas retinet quartas, legitimam & trebellianicam. V. F.

¶ Commu. de lega. Consilium. xj.



Jsis trib⁹ publicis instrumentis parte honeste mulieris Catherine cotelerie mihi exhibitis: vno scʒ vltimi & nuncupatiui testamenti facti & conditi per probũ quõdam virum Joannem ruffi de Clausays, anno scʒ dñi. mccccl xviij. de mense Augusti: alio vero donationis inter viuos eidẽ Catherine per probũ quõdam virũ Jacobũ ruffi dicte Catherine maritũ, & filiũ naturalẽ & legitimũ prefati Joannis testatoris, & hoc de anno domini. Mcccccj. & de mense Martij: alio vero vltimi & nuncupatiui testamenti dicti quondã Jacobi, in quo factis tam quibusdam legatis pijs & non pijs diuersis personis & alijs, & quibusdã prelegatis prefate Catherine, heredes vniuersales instituit & ore suo proprio nominauit eandẽ Catherinã eius vxorẽ, necnõ Francesiã & Gulielmum pradeli ei⁹ nepotẽ & nepotẽ ex honesta quõdã muliere Anna Ruffe eius sorore predefuncta, vna cũ consultationis themate, & dubijs ex themate hmõi elicitis: dico & respõdeo breuiter & succincte ad dubia huiusmodi prout infra. Pro quorũ faciliore solutione premitto, & cũ Ysnardus Ruffi & dictus Jacobus eius frater, filij & vniuersales heredes prefati quõdã Joãnis primi testatoris, ab humanis sine liberis decesserint: substitutio scđo loco facta per dictũ quondã Joãnẽ de honestis mulierib⁹ Catherina & Bertrana Ruffe eius filiabus & suis heredibus & successoribus ex earum corporibus legitime procreatis, sibi locũ vẽdicauit in personam dictorũ Gulielmi & Frãcesie, filiorũ prefate quondam Bertrane: si tamen ipsi heredes extitẽt: non autẽ in personã prefate Catherine, que vt audio ab humanis & sine liberis decessit viuente & superstite dicto quondam Jacobo: nõ etiã in personã dicte quondam Bertrane: que etiã vita functa est & ab humanis decessit viuẽte & superstite eodẽ quõdã Jacobo: & sic quo ad eas extinctũ est fideicõmissum. l. si in personã. C. de fideicõmis. l. vnica. §. sin autem sub cõditione. C. de cadu. tol. & qd̃ no. gl. in. l. vnica. C. de his qui ante aper. tab. de quo ponit plures remissiones Oldr. cõsil. cxxxj. exordiente, quidã habẽs tres filias & duos filios: sed qr idẽ quondam Joannes nõ solũ substituit dictas Catherinã & Bertranã: sʒ etiã suos ex suis corporibus &c. dico vt predixi & substitutio sibi locũ vendicauit in personã dictorũ Frãcesie & Gulielmi filiorũ quõdã & legitimorũ, & vt puto heredũ dicte quondam Bertrane: quo ad quos non expirauit substitutio, nec fuit extinctũ fideicõmissum, vt etiã apparet ex his que ponit Oldra. in. d. consi. cxxxj. & Pau. de ca. cõsi. cccliij. exord. Visis cibus pñctis mihi traditis &c. Premitto insuper & qr dictus Jacobus, vt in facto suppono, vniuersaliter successerat dicto quõdã Ysnardo eius fratri, & sine liberis post pupillarẽ etatẽ vita functo, potuit idẽ Jacob⁹ disponere de duabus quartis, scʒ legitima & trebellianica: quas tã ipse, & dictus quondam Ysnardus detrahere potuerunt de bonis prefati Joãnis eorũ quondã patris, iuxta theoricã quã ponit glo. Bar. & doc. in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. test. gl. Bar. & doc. in. l. & qui. C. de fideicõmis. Bal. in. l. filiũ quẽ. C. fami. erci. Joã. de imo. in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vul. & pup. vbi etiã do. Jas. q de hoc ponit multas remissiones in aut. res que. col. iij. C. cõmu. de leg. pro quo sunt boni text. in. c. raynutius, & c. raynaldus, de testa. & qr eidẽ quondã Joanni primo testatori superfuerũt quatuor filij, siue duo filij & due filie, horũ omniũ legitima fuit triẽs, seu tertia pars bonorũ eiusdem quondã Joannis, eorum scʒ que superfuerunt deducto ere alieno & funeris impensa, aut. de trien. & semis. §. j. colla. iij. & transsumptiue in aut. nouissima. C. de inoff. testa. iuncta. d. l. papinianus. §. quarta aũt: & sic legitima cuiuslibet ex dictis quatuor liberis fuit vna vncia, que primo detrahenda erat trebellianica vero est quarta pars residui, iuxta doctrinã gl. in. d. c. raynaldus, super verbo licet ipsas, & qđ ibi doct. de testa. Joan. de imol. in. d. l. coheredi. §. cũ filie. Bal. in. l. scimus. in prin. in fin. j. col. vel circa. C. de inoffi. test. & plenius in. l. si vero. §. quid ergo. ff. de sacramẽ. mil. & sic ex suis personis potuerunt dicti Ysnardus & Jacobus detrahere quatuor vncias: duas. s. pro earum legitima, & duas pro trebellianica: que quatuor vncie ascẽdũt ad tertiam partem bonorum dicti quõdam Joãnis: de quibus quatuor vncijs potuit idem Jacobus disponere. Preterea si prefati Ysnardus & Jacobus, aut eorũ alter, satisfecerint de dotibus per dictum quondam Joannẽ relictis & legatis dictis Catherine & Bertrame eius filiabus, & que vt audio ascendebãt vltra earum legitimam, ipse Jacobus potuit de dicta earum legitima, hoc est de alijs duabus vncijs disponere. Et sic in vniuerso videtur potuisse disponere donando, testando, vel alias de dimidia parte bonorũ prefati quondam Joannis. Alia vero dimidia pars debet restitui iure fideicõmissi dictis Gulielmo & Frãcesie: nisi sint maiores. xxv. annis, & certiorati de testamento dictorum quondam Joannis & Jacobi & de contentis in eisdem adiuerint hereditatem eiusdem quondã Jacobi sine inuentarij beneficio: quia sic sibi preiudicassent, & non viderentur posse petere nisi ea que fuerunt eis relicta per dictũ quondam Jacobum eorum auunculum in suo testamento, & forte tertiam parteʒ dimidie partis eorum que fuerunt donata predicte Catherine. Sed vt post predicta retulit mihi nuntius ad me missus, prefati Gulielmus & Francesia sunt minores. xxv. annis, & non approbarunt testamentariam dispositionem † dicti quondam Jacobi, nec eius hereditatẽ adiuerũt: propter quod dico quod ipsi possunt petere dimidiam partem bonorum prefati quondã Joannis, & non vltra: supposito quod de legitimis siue legatis dictarũ Joanne & Bertrame satisfactũ extiterit per dictos quondam Ysnardum & Jacobum, aut eorum alterum. ¶ Quibus presuppositis dico et respondeo ad quesita per ordinem. Et primo ad primum, quod dicta Joanna potest detrahere de fideicommisso vniuersali dimidiam partem dotis recognite per dictum quondam Joannem primum testatorem: potest etiam detrahere legatum sibi per eundem Joannem relictum. ¶ Ad secũdum dico, quod donatio, quam eidem Catherine fecit dictus quondã Jacobus, non fuit donatio causa mortis: sed inter viuos: & quod illa valuit quatenus non excessit dimidiam partem, quam vt predixi tam iure legitimarum, quam trebellianice detrahere poterat dictus quondam Jacobus: pro quo allegasse sufficiat. l. marcellus. §. res que, & quod ibi Barto. Alex. de imo. & docto. ff. ad trebel. & Alexã. de imol. cõsi. iij. in tertio vol. quod etiã videtur fuisse de mẽte Bal. consi. lxxxvj. exordiente, Petrus nicolaij. col. ij. in prima parte. Et quidem qđ filius de restituendo grauatus possit alienare de bonis patris vsq; ad legitimam, & quod alienatio etiam facta valeat, & releuari non possit, voluit Cyn. in auth. res que, in fin. vbi etiam Alberi. C. commu. de leg. & Bald. in. l. ij. C. ad leg. Fal. Et hoc etiam videtur procedere quo ad trebellianicam, vt videtur voluisse Alex. de imol. in dicto consi. iij. Bar. in. l. in quantum. ff. ad leg. Fal. Pau. de ca. in. l. filiũ quẽ. col. iij. C. fami. ercis. & Panor. in. c. raynaldus. col. antepenul. de testa. Quatenus vero ideʒ Jacobus donasset vltra dictã dimidiam partem, donatio nõ teneret quo ad effectũ in preiudiciũ dictorũ Guillielmi & Frãcesie. Quo vero ad recognitionem dotis factã per dictũ Jacobũ, illa non preiudicat dictis Guillielmo & Frãcesie nolentibus eidẽ Jacobo succedere: & hoc nisi quatenus probaret quod pecunia fuerit conuersa in vtilitatem dicte dimidie partis eiusdem Guilliel mo & Francesie spectantis. ¶ Ad tertium & quartum quesita, in quibus queritur de vsufructu, & alijs bonis in testamento dicti

quondam Jacobi eidē Catherine relictis, ⁊ de tertia parte oīm bonorum, in qua fuit heres instituta eadem Catherina, dico q̄d excepto eo q̄d superius dixi de dote recognita, ⁊ legato facto per dictum quondam Joannem, eadem Catherina non potest habere nisi dimidiam partem bonorum que fuerunt dicti quondam Joannis: alia vero debet restitui plene ⁊ integre prefatis Guillielmo ⁊ Francesie, vt possint illam pleno iure habere ⁊ possidere. Et sic nec donatio, nec legatum vsusfructus omnium bonorū, aut alia legata eidē Catherine facta, aut institutio predicta debent nocere eisdem Guillielmo ⁊ Francesie quominus habeant dictam dimidiam partem, postquam nolunt esse heredes dicti quondam Jacobi. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Emphyteuta priuati cessans in solutione canonis, seu annui seruitij per triennium an cadat regulariter a iure suo: ⁊ cadat res in commissum.

¶ Epitome.

¶ In re accensata sine retentione dominij directi per non solutionem census commissum non consistit: q̄uis secus sit in re emphyteutica. A. F.

¶ De iure emphy. Consilium. xij.



Quamuis emphyteuta priuati cessans in solutione canonis seu annui seruitij per triennium cadat regulariter † a iure suo, ⁊ cadat res in commissum. l. ij. ⁊ quod ibi docto. C. de iure emphyteu. ⁊ quod not. glos. ⁊ doc. in. c. potuit. de loca. secus tamen est in re accensata, seu in accensamentum sub annuo censu concessa: quia cum illa pleno iure concedatur illi cui fit accensamentum solo annuo censu reseruato, nō cadit res in commissum per cessationem solutionis census: quia non est verum dicere quod dominium directum huiusmodi rei sic concesse sit penes concedentem, cui per cessationem solutionis census consolidetur dominium vtile illius cui res concessa extitit in accensamentum: sed est vt dixi pleno iure apud eum cui res accensata est: non cadit ergo in commissum propter cessationē canonis. c. constitutus. ⁊ quod ibi gloss. ⁊ docto. de religio. domi. ⁊ quod not. Barto. in. l. prima. §. primo. ff. de publi. Bald. in titulo de pa. constan. in verbo persoluere factum. ⁊ in aut. ei qui. charta penultima, versic. quero pone quod ex concessione principis. C. de bonis authorita. iudic. possiden. Joan. de imol. in. c. ad audiētiam. columna secunda, de rebus eccle. non alienan. vbi magnum festum facit de hoc dicto, dicens perpetuo menti tenendum. idē voluit Joan. fab. in dicta. l. secunda. columna prima. vbi etiā do. Jason may. columna decimaquarta, in princip. versi. tertio quero quid in censuario. Si est ergo verū quod terra, de qua in actis cause dudum cepte ⁊ pendentis indecise per ⁊ inter probum virum Guillielmum Leonis actorem ⁊ supplicantem ex vna parte, ⁊ nobilem virum Joānem de podiogrosso reum ⁊ supplicatum, olim in accensamentum concessa extiterit per nobilem quondam virum Petrum de podiogrosso, dicti nobilis Joannis quōdam patrem, probo quondā viro Guillielmo leonis, abauo dicti Guillielmi supplicantis: pretendere non potest dictus nobilis Joannes terram predictam cecidisse in commissum propter non solutionem census: ⁊ hoc nisi idem nobilis quondam Guillielmus in dicta concessione sibi reseruasset dominium directum: de quo nihil dicere possum, quia non vidi instrumentum accensamenti.

¶ Epitome.

¶ Pupillaris expressa tam a primo, q̄ alijs gradibus substituto, matrem penitus excludit etiam quoad legitimam. A. F.

¶ De impuber. ⁊ al. substi. Consilium. xiij.



Visis copia vltimi ⁊ nūcupatiui testamenti probi quondam viri Jacobi borreti, ⁊ casu mihi exhibito parte honeste mulieris Beatricis carnalis relicte dicti Jacobi, ⁊ dubijs ex casu huiusmodi elicitis, dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte: quod cū Petrus borreti filius naturalis ⁊ legitimus dicti quondam Jacobi ab humanis in pupillari etate decesserit, eius hereditas deuoluta est in vim expresse pupillaris substitutionis sibi facte Catherine ⁊ Claudie Borrete eiusdem Petri sororibus, exclusa matre, etiam quoad legitimā. Preterea cū successiuis tēporibus etiā decesserint postea in pupillari, ⁊ sic sine liberis Catherina ⁊ Claudia, prefate hereditas seu hereditates dictorū quōdā Jacobi ⁊ Petri, ac etiā earūdē Catherine ⁊ Claudie fuerūt in vim pupillaris substitutionis seu pupillariū substitutionū delate Joāni borreti, fratri quōdam prefati testatoris, p̄fata Beatrice matre prorsus ⁊ oīno exclusa, etiā quoad legitimam bonorum dictorum quondam Petri, Catherine ⁊ Claudie: q̄ idem quōdam Jacobus potuit eam priuare: pro quo per ordinem allegasse sufficiat id quod not. gl. in. l. precibus. super verbo fideicommissi, in fi. ⁊ q̄d ibi docto. C. de impub. ⁊ alijs substi. ⁊ q̄ habetur in. l. sed ⁊ si plures. §. ad substitutos. ff. de vul. ⁊ pup. ⁊ in. c. si pater. de testa. in. vi. ⁊ q̄d not. Joan. de imol. in. c. raynutius. char. xiiij. versi. circa tertium vide quia pupillaris ⁊c. ⁊ Philip. de Franc. in repeti. d. c. si pater. col. penul. versi. in gl. in verbo possit, in fi. de quo Pau. de castr. consi. celiij. exord. si bene consideretur iste Adoricus habet intentionem fundatam ⁊c. Et sic non videtur q̄ dicta Beatrix carnalis petere possit legitimā. Propter quod non est opus respondere ad alia quesita.

1 ☞ Donatio causa mortis ⁊ inter viuos q̄n dignoscantur.
2 Statutum interpretari debet secundum ius commune.
3 Juramentum, q̄d seruari potest sine interitu salutis eterne, seruandum est, quicquid dicant leges ciuiles.
4 Donatio que fit ex mera liberalitate dicitur proprie donatio: nā alie que fiunt ob causam non dicuntur proprie donationes.

¶ Epitome.

¶ Qui cum iuramento donauit, donationem reuocare etiam ex causa frustra conatur, non habita prius dispensatione a iuramento. A. F.

¶ De reb. credi. ⁊ iureiuran. Consi. xiiij.



Visis duobus publicis instrumentis, vno scilicet donationis dudum facte per honestam mulierē do. Margaretā Burgundione, relictam Petri Leonardi honorabili viro Claudio Burgundionis eius nepoti: altero vero nuncupatiui testamenti per eandem Margaretam conditi, ⁊ in quo heredem vniuersalem insolidum ⁊ vnicum instituit ⁊ nominauit dictum Claudium nepotem, seu copijs instrumentorum huiusmodi, vna cum copia statuti Delphinalis, olim conditi super donationibus in Delphinatu non faciendis nisi obseruata solennitate de qua in eo, ⁊ libello parte eiusdem Margarete post donationem ⁊ tastamentum predictas contra eundem Claudium oblato, de ⁊ super pretensa nullitate dicte donationis, ac reuocatione illius, ⁊ obtentione dispensationis siue relaxationis iuramenti, ⁊ cum duabus schedulis parte dicti Claud̄ aduersus eandem Margaretam ⁊ eius intētionem in causa oblatis ⁊ productis, dico ⁊ respondeo donationem predictam fuisse, ⁊ esse validam ⁊ irreuocabilem, ⁊ propterea eandem domi. Margaretam fore ⁊ esse a petitis repellendam. Pro cuius dicti faciliore declaratione premitto, q̄ licet in donatiōe huiusmodi fiat mētio mortis: ⁊ propterea videatur prima facie esse donatio causa mortis, ⁊ sic reuocabilis. l. seia. §. fi. ff. de dona. cau. mor. l. seia. cum gloss. ff. de dote preleg. ⁊. l. non omnis. cum suis si. ff. de re. credi. illa tamē fuit donatio inter viuos, ⁊ non causa mortis. Et hoc probatur primo per illa verba, dedit ⁊ donauit, tituloq̄ pure, perfecte, simplicis, firme ⁊ irreuocabilis donationis, que fit ⁊ fieri dicitur inter viuos ⁊c. Per que clare exprimitur dictam dom. Margaretam donare voluisse ⁊ donasse donatione inter viuos: ⁊ ita sumus in claro, vt verba sonant. l. ille aut ille. §. cum in verbis. l. non aliter. ff. de lega. iij. ⁊. l. labeo. §. idem tubero. ff. de suppel. leg. vnde dicit Cy. in. l. ij. C. de iur. do. ⁊ Bart. in. l. que dotis. circa. j. col. ff. solu. matri. dum opponit de. l. cum maritus. in fi. ff. de pac. dot. q̄d illud q̄d dicitur, donationem intelligi esse donationem causa mortis quando in ea facta est mentio mortis, procedit ⁊ verum est in dubio: sed quando apparet q̄ animo donandi simpliciter seu inter viuos facta est donatio: tunc non videtur curandum an in ea
1 sit facta mentio mortis vel non: quia illa censetur donatio † inter viuos, ⁊ cōsequenter irreuocabilis. l. perfecta. C. de dona. que sub modo. pro quo facit: quia talis est contractus, qualis apparet ex eius tenore. l. ad probationem. versicu. quem pacti tenor. C. de proba. l. sancimus. C. de fideiusso. l. fideiussores magistratuum. §. pro aurelio. versiculo, lecta subscriptione. ff. eodem titulo. ⁊. l. si quis stipulatus stichum aut pamphilum. versiculo, querentibus inspiciendus est sermo ⁊c. ff. de verborum obligationibus. Cum igitur in instrumento dicte donationis expresse legatur, dictam dominam Margaretam donasse donatione inter viuos, apparet ex tenore donationis huiusmodi, q̄d illa fuerit donatio inter viuos. Secundo hoc facit: q̄ in donatione predicta prefata do. Margareta eidem Claudio presenti ⁊ stipulanti conuenit ⁊ promisit donationem predictam, ac omnia, vniuersa ⁊ singula in instrumento donationis huiusmodi contenta ratas ⁊ firmas, ac rata ⁊ firma perpetuo habere, tenere, complere, perficere, ⁊ inuiolabiliter obseruare, ⁊ nunquam contra premissa, seu eorum aliqua dicere, facere, opponere, vel venire: ⁊ alias prout

prout ibi, per que patenter apparet donationem huiusmodi fuisse donationem inter viuos: quinimo ⁊, prout ex illius colligitur verbis talis censeretur, si in ea dictũ extitisset, qd dicta do. Margareta donauit donatione causa mortis. l. vbi ita donatur. ff. de donatio. cau. mor. ⁊ quod not. Bald. in dicta. l. ij. C. de iur. dot. do. Ang. consi. cxlj. exordiente, Visis instrumentis. col. x. versi. nunc descendo ad secundum. Pau. de cast. consilio. xcviij. exor. notandum est primo. ⁊ Alexander de imola consilio. xiiij. col. ij. ver predicta enim Maria donatrix promisit in dicto contractu ⁊cetera. ⁊ in consilio. lxxviij. col. j. ⁊. ij. in. iiij. vol. ⁊ hoc fuit de mẽte Bar. si bene inspiciatur, in. l. fi. col. penul. C. de pac. hoc etiam voluit do. Jason may. in. d. l. non omnis. col. ij. Et hanc conclusionem credit idem do. Jason multo fortius esse verissimam, quã do vltra verba de quibus supra interuenit iuramentum: tunc enim proculdubio teneret quod donatio esset irreuocabilis ex penitentia: ⁊ ita in indiuiduo consuluit Fran. de are, consilio. lxxiiij. exordiente, Diligenter ⁊ mature consideratis his que in pũcto ⁊c. col. iij. versi. prima ratio fundatur in iuramento. ⁊ Pau. de ca. in dicto consi. xcviij. ⁊ consi. cj. Alexan. de imola in dicto consilio lxviij. colũ. j. ⁊ do. Jason in dicta. l. non omnes. Sunt ⁊ alia multa per que potest clare ostendi donationẽ predictam esse donationem inter viuos, ⁊ propterea irreuocabilem, dicta. l. perfecta. ⁊ quod no. Jo. an. in addi. Spec. de re. eccle. non alie. super rub. Preterea premitto quod licet in dicta donatione non interuenerit solennitas requisita per dictum Delphinale statutũ: tamẽ quia in ea interuenit iuramentum per dictam dominam Margaretam prestitum, illud seruari debet: sicut dicimus quod per iuramentum appositum in donatione excedente summam quingentorum aureorum potest derogari legibus insinuationem requirentibus, vt firmat Joan. and. in addi. Spec. titu. de instru. edi. §. porro. ⁊ versiculo item not. ⁊ alij, quos plene refert ⁊ sequitur Joan. de imola in. c. cum contingat. in decimo membro, de iure iuran. ⁊ Alexander de imola. in. l. nemo. columna quinta, versi. item inquantum quesiuit Bartolus ⁊c. vbi multos refert. ff. de leg. j. ⁊ consilio. iiij. columna. xij. vel circa. versi. nec ad hoc obstat si dicatur quod donatio non valet sine insinuatione ⁊c. vbi etiam multos refert, in primo volu, ⁊ alij in alijs locis. Pro premissis etiam facit, quia statutũ simpliciter loquens non debet intelligi in donatione iurata, vt probat Joannes de Jmol. in dicto. c. cum contingat. in tertio membro, versicu. nunc pro declaratione materie an per statutum possit prohibere ⁊c. quia statu-
2 tum debet † interpretari secundum ius commune. l. secunda. C. de noxa. capitulo, cum dilectus. de consuetudine. sed de iure communi semper potentius cooperat actus iuratus, quam nõ iuratus. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legatis secundo. ⁊ in. l. vnica §. ⁊ cum lex. C. de rei vxo. actio. ⁊. l. pactum. C. de collatio. iuncto dicto. c. cum contingat. ⁊. c. quamuis pactum. de pact. in. vj. hoc confirmatur per not. per glos. in. c. cum non deceat. de electio. in vj. per quam dicit Ang. in. l. prima. §. que onerande. ff. qua. re. actio non da. quod licet Papa vel Jmperator casset consuetudines vel statuta: non intelligit tamen cassare statuta iuramento confirmata. idem voluit Lap. Abbas. ⁊ Joan. andre. in nouel. in dicto. c. cum non deceat. pro quo allegant. c. j. de constitu. in sexto, ⁊. c. cum aliquibus. de rescrip. eodẽ lib. c. quia sepe. de electio. in. vj. ⁊ idem voluit Joan. andreas in. c. j. de filijs p̃sbyte in sexto, in nouel. Joannes de Jmol. in. c. dilecto. de p̃bẽ. in clemẽ dudũ. de sepul. ⁊ Panor. in. c. j. de his que fiũt a maiore parte ca. ⁊ decisio glo. predicte p̃bat in. c. constitutus. de rescrip. ⁊ per not. per Joannẽ de imo. in. c. cũ inter. de renuncia. ⁊ qd notat Cynus Salic. in. l. fina. C. si contra ius. qd etiã voluit Alexan. de Jmol. consilio vigesimonono, exordien. preclare subtiliter ⁊c. ⁊ dominus Jason Maynus in dicta. l. finali, si contra ius vel vtilitatẽ public. Alexander de Jmola consi. xxxvij. exordien. Viso ⁊ opportune discusso ⁊c. columna. viij. vel circa, in secundo volumine: vbi etiam dicit quod licet aliqui teneant statutum laicorũ posse disponere super iuramento: tamen quasi omnes tenent quod vbi statutum non facit mentionem de iuramento: illud non trahitur ad casum in quo iuramentum interuenisset, per not. per glo. finalẽ in dicta authẽ. sacramẽta puberum. C. si aduer. vendi. ⁊ est de mente Joannis andree in additio. Specul. titu. de senten. p la. §. vt autem. versiculo, hoc autem negandum. vbi refert etiã ita tenuisse disputando Nico. de Mata. ⁊ Jacobus de bello. idẽ in effectu voluit Fride. de se. consilio ducentisimo septuagesimo sexto, exordiente, in nomine domini factum est tale statutũ ciuitatis Perusij cauetur.

¶ Cum igitur in dicto Delphinali statuto, ⁊ quo ad illam partẽ in qua est sermo de solennitate, quam voluit serenissimus princeps obseruari in donationibus inter viuos ex tunc in antea per Delphinales subditos faciendis, nulla fuit iuramenti mentio: debuit ⁊ debet statutum huiusmodi intelligi in donationibus non iuratis, ⁊ non debet extendi etiam ad iuratas: ⁊ ita non est opus querere quid iuris sit in illa antiqua ⁊ iam trita questione an lex, constitutio, vel statutum principis, vel alterius domini secularis possit remittere iuramentũ: nisi forte opponat aliquis, quod imo in dicto statuto facta fuerit mentio de iuramento: ibi, ⁊ iuramentum ⁊cetera. ⁊ ibi donatorum etiã iuramento vel alio quouis ⁊c. Sed hoc non obstat: ⁊ quidem non id quod dicitur, ⁊ iuramentum si interuenerit: quinimo potius facit pro eo quod dixi: pro eo quia princeps non remittit iuramentum, nec contra illud statuit: sed dicit quod vocatis donatarijs, ⁊ iuramenti si interuenerit obtenta dispensatione vbi de iure fuerit obtinẽda ⁊c. vbi aduertendum est quod dicit princeps, vbi de iure fuerit obtinenda: non ergo illud remittit, nec illi derogat propter aliquam causam, statuendo vt contractus vel alia dispositio factus seu facta contra legem seu constitutionem huiusmodi nõ valeat, etiam si interuenerit iuramentum, de quo ponit Bar. in. l. omnes populi. in tertia questione principali. ff. de iusti. ⁊ iu. Pet. de Ancharano in repetitione. c. canonum statuta. questione vndecima, de constitu. Panor, consi. lxxj. exordiente, quinque examinanda, Alexan. de imola consi. xxxviij. exordiente, visa petitione. Anto. de Roma, in tertio volumine, ⁊ consi. xxxix. exordiente, viso statuto ⁊c. columna. iij. in quarto volumi. ⁊ vtrobique multa ponit de hac questione, vbi poterit videri: ⁊ per docto. in dicta auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vend.

¶ Non etiam obstat id qd dicitur in ver. donatorum. etiam iuramento vel alio ⁊c. Qoniam respondeo quod ibi est sermo de iuramento assertorio, ⁊ per quod donatores affirmant seu asserunt de causa eos mouente ad donandum: vt forte de benemeritis, vel alijs. nos autem loquimur non de iuramento assertorio: sed de iuramento permissorio: inter que est multiplex differentia, vt colligi potest ex his que not. Cy. in. l. j. ad fi. C. de sacrosan. eccle. Fran. de Are. consi. lxxiiij. col. iiij. vel circa. Alexan. de imola in l. si donatione. col. iiij. vel circa. ver. in ea. ibi, si forte ⁊c. C. de colla. Alexander de imol. in. l. non tantum. in. ij. additio. colũ. iij. ff. de re iudi. ⁊ in. l. si quis pro eo. §. j. colũ. ij. ff. de fideiusso. ⁊ Bar. Soci. consi. lxj. col. iij. vel circa. in prima parte.

¶ Et quamuis Bald. super ista questione dixerit in dicta autẽ. sacramenta puberum. columna secunda, vel circa, versic. sed nũquid iuri canonico ⁊c. ⁊ in multis alijs passibus, quod si statutum habeat in se rationem naturalem ⁊ equitatem: tunc valeat. ⁊ dicit quod ita seruatur in facto, tamen Salice. referens in dicta authẽ. sacramenta puberum. columna penulti. hanc opinionem. Baldus illam non firmat. Paul. vero de Castr. in dicta authẽ. sacramenta puberum. columna penul. dicit quod opinio Baldi est falsa, eo quia per ius canonicum correcte sunt omnes leges, que dicunt non debere seruari iuramentum: nã secundum ius canonicum omne iuramentum quod seruari potest sine
3 interitu salutis eterne seruandũ † est quicquid dicant. ll. ciuiles, dicto. c. cum contingat. de iureiurã. c. licet mulieres. eo. ti. in. vj. ⁊. c. quamuis pactum. de pac. eo. li. ⁊ in materia iuramenti: quia spirituale est, standum est iuri canonino: ⁊ idem tenet Pau. de ca. in. l. si quis pro eo. col. vlti. ff. de fideiusso. vbi formaliter tenet quod statutum hodie non possit disponere super iuramento, cum sit spirituale, ⁊ sic de foro ecclesie. c. si. de foro compe. in. vi. c. venerabilem. de elec. ⁊ hanc opinionẽ Pau. de cast. scilicet quod statutum non possit directo disponere contra iuramentum, vel eius obseruãtiam, etiam si moueantur ex causa rationabili, sequitur do. Jas. may. in. d. aut. sacramenta puberum. col. pe. sed per indirectũ hoc facere pot: pro quo dicto multa inducit, que possunt ibi videri. ⁊ idem voluit Panor. in. d. c. cũ cõtingat. col. x. ver. nunc ad predicta applico duo dubia ⁊c. ibi, he sunt principaliores opi. quas in materia potui reperire, ⁊ Alex. de imola in. d. consilio xxxviij. in. iij. volu. ⁊ consi. xxxix. in. iiij. volu. vbi etiã dicit Alexã. de imol. quod in dicto casu ex quo iuramentum fuit sponte prestitum, ⁊ sine dolo recipientis iuramentum, non potest peti absolutio a iuramento, seu dispensatio illius, dicto. c. cum cõtingat. secundum magis communem opinionem Doctorum ibi: secundum quam in casu illius capituli non potest peti absolutio a iuramento: ⁊ ita in terminis nostris, hoc est in casu statuti, tenent secundum eum Antonius Butrius, ⁊ Joannes de Jmo. in dicto ca. cum contingat. Quod si ita est eo casu quo statutum remittit iuramentum: multo fortius debet esse in casu presenti, in quo dictum statutum Delphinale illud non remittit. Et sic non iuste petit alio non probato, dicta domina Margareta, se a iuramento absolui, vel illud sibi relaxari: quod sine causa nullus minor seu inferior summo pontifice facere potest: pro quo allegasse sufficiat id quod ponit Alexand. de imo. consi. ccxxiiij. exordien. Visa facti narratione ⁊c. colũ. v. versi. denique negari non potest, in. ij. volu. quinimo ⁊ de Papa est questio, quã ponit glos. in. c. autoritatem. xv. q. vj.

¶ Preterea solennitas insinuationis, & solennitates de quibus in dicto statuto Delphinali, videntur fuisse introducte in fauorē donantium, ne vz decipiantur, & decepti vel circumuenti inducantur ad donandum, vt colligitur ex his que notat Bartolus in.l.cunctos populos.q.vi.C.de summa trinita.& fide catholica. Alexander de imola consilio.cxxv. exordiente, Uisis & consideratis statutis &c.col.xij. vel circa.in primo volu. vbi etiam refert se ita consuluisse in ciuitate Senarum cum quibusdam excellentissimis viris: & idem videtur voluisse Franc. de are. consi.ij. Ergo donantes possunt propter iuramentum de non contraueniendo prestitum derogare iuri pro eis introducto dicto.c.cum contingat, & dicta authē. sacramenta puberum. Possunt etiam eidem iuri derogare per expressam renuntiationem. l. si quis in conscribendo.cū suis similibus.C. de pactis. Cum igitur dicta domina Margareta sponte iurauerit non venire contra donationem predictam: sed illam & contenta in ea tenere, attendere & obseruare &c. & nihilominus sub virtute eiusdem iuramenti renunciauerit statuto predicto: non video quomodo possit nunc contrauenire, aut petere secum de iuramento predicto dispensari, vel illud sibi remitti, seu se ab illo absolui.

¶ Preterea dicta domina Margareta ante obtentam dispensationem seu absolutionē huiusmodi cōtrauenit iuramēto, & his que iurauerat, vt colligitur ex conclusione dicti presenti libelli: ergo vlterius nō potest petere absolutionem seu dispensationem, quia frustra legis auxilium inuocat qui in legem committit.cap. quia frustra.de vsuris.& capitulo, primo. de iureiurando.in sexto vbi etiam voluit Fride.de senis consilio.iij. exordiente, Factum tale est debitor promisit &c. Petrus de Ancharano, consil.xcvj. Panormitanus in.c.primo,de iureiurando: vbi etiam dominus Felinus charta. x. vel circa, versiculo septimo quero. aliquis incurrit periurium &c. & Alexander de Jmola in dicto consilio ccxxiij.columna.v.vel circa, versiculo, & sic sine dubio non sunt nec erunt audiendi super absolutione.

¶ Postremo etiam contra dictam dominam Margaretam facit: quia cum in dicto statuto fiat mentio de donatione, & illa fieri prohibeatur, nisi seruata solennitate de qua ibi, hoc statutum videtur esse intelligendum de donatione propria, scilicet que fit ex mera liberalitate: quia alie non sunt proprie donationes, quando
4 sunt † ob causam.l.prima.& l. attilius regulus.ff. de donationi. Quo fit vt cum in donatione predicta cōuentum extiterit, quod idem Claudius Burgundionis soluere teneretur cuidam ipsius domine Margarete creditori florenorū summam centū, & nihilominus requisitus parte dicte domine Margarete eidem subuenire tenetur in suis necessitatibus: que poterant & possunt esse multe, vt pote in alimentis, in vestimentis, & alijs, propter infirmitates, vel alias, non censeatur donatio predicta fuisse propria donatio: sed ob causam. Non ergo videtur statutum predictum habere in ea locum, etiam si cessarent ea que superius dicta extiterunt: ad quod facit quod in simili notat Angelus in.l.si vnquam.C.de reuocan.donatio. Alexander de imola consilio.xl. columna sexta. vel circa. versic. circa tertium dubium, & consilio lxxviij. exordiente, Uisis quam eleganter & in facto & in iure, col. quarta. versic. sed posito non tñ concesso &c. in quarto volumine.

¶ Concludendo igitur dico & respondeo, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, quod nisi de alio extrinsecus appareat & doceatur parte dicte domine Margarete, non est eidē absolutio impendenda, nec donatio per eam facta reuocanda: sed est ipsa in vim prestiti per eam iuramenti, quod non est remissum cogenda ad illius obseruationem.

1 ☞ Protestatio cum sit ad detrahendum iuri alicuius: ille de cuius preiudicio agitur protestari debet contrarium, si non vult sibi preiudicium generari.
2 Ignorans an censeatur donare.

¶ Epitome.

¶ Per diuisionem etiam cum iuramento factam nemo sibi preiudicat in bonis, que sibi ignorabat competere. U. F.

¶ Commu. diuidundo. Consi.xv.


PRo clariore demōstratione boni iuris nobilium Joānis & Antonij de Uillanoua, vniuersalium heredū honeste quandam mulieris Margarete Pellissone, in quadam ciuili causa dudum mota & pendente indecisa per & inter dictum nobilem Joannem, tam suo quam administratorio nominibus dicti nobilis Antonij eius filij naturalis illegitimi ex vna parte: & venerabilem virum dominum Bertrandum Pilharditi curatorem accusatorio nomine honestorū iuuenum Petri & Bertrandi moricelli, ac tutorem & tutorio nomine Raymoneti moricelli, seu eosdem Petrum, Bertrandum & Raymonetum ex alia, premitto quod res & bona parte dicti nobilis Joannis quorum supra nominibus petite & postulate, fuerunt honorabilis quondam viri Joannis pellisserij iunioris patris quondam naturalis & legitime eiusdē Margarete. Jstud probatur per publicum instrumentum pretense diuisionis dudum facte per & inter dictam quondam Margaretā ex vna parte & nobilem quondam mulierem Peronam agnone eius quōdam matrem, in hac causa productum tam parte dictorum de Uillanoua, quam dictorum Petri, Bertrandi & Raymoneti, & hoc per illa verba, predicta eorum bona que fuerunt supradicti quondam Joannis cabriti inter se diuidere & quelibet ipsarum partem suam pro diuiso &cetera posita in dicto instrumento post princ. in ver. hinc propterea fuit & est qd anno &cetera circa fi. Jlla enim verba enuntiatiua seu assertiua, vel narratiua probationem induxerunt inter contrahentes.l. optimam, & quod ibi docto. C. de contrahen. & committen. stipula. & quod notat Barto. in.l. si forte. versiculo vltimo hec.l. facit in argumentum. ad fin.ff. de castren.pecu. Pet. de ancha. consilio.clxxix. exordiente, Prima facie videretur dicēdum quod dictum instrumentum &c. & Uita. de cuba. in suis cautelis, charta.xlviij. colum.iiij. Si vero verba enuntiatiua proferantur in contractibus, & probant verba predicta non solum quondā proferunt a contrahentibus: sz etiā si presentibus partibus, & non contradicentibus proferantur per notarium instrumētum conficientem, per id quod notat Joannes de imola in.l. qui volebat.col.j. versi.& idem si verba enuntiatiua proferant a notario &c.ff.de hered.insti.& Alexan.de imo. consi. xcij. exordi. Uiso & discusso laborioso processu cause vertenti &c. col.penul.in.ij.vol. Et quemadmodū verba huiusmodi probant inter contrahentes: ita & inter eorum heredes, quorum persone fingunt esse eedem, authentica de iureiur. a morien. prest. colla. v. Preterea quod bona predicta fuerint dicti Joannis pellisserij, als Cabriti, etiam deponunt multi testes parte dicti nobilis Joannis quorum supra nominibus in causa producti.

¶ Premitto insuper & secundo apparuisse & apparere ex actis cause huius, quod dicta quondam Margareta fuit filia naturalis & legitima dicti quondam nobilis Joannis pellisserij, alias cabriti, & dicte quondam nobilis Perone quod que post mortem eiusdem quondam Pellisserij eadem Perona conuolauit ad secunda vota, & matrimonium contraxit cum honorabili quondam viro magistro Petro mauricelli notario, ex quo & ea fuerunt postea procreati & geniti dicti Petrus, Bertrandus, & Raymonetus mauricelli, in causa presenti rei. Quo fit vt propter conuolatum & matrimonium huiusmodi eadem nobilis Perona perdiderit proprietatem eorum, que de bonis, rebus & iuribus eiusdem quondam Joannis pellisserij ad eam peruenerant ex successione Joannis, Antonij & Joanne filiorum & filie naturalium & legitimorum dicte nobilis Perone & prefati pellisserij eius primi viri, solo vsufructu apud eam remanente, & sibi reseruato, per id quod habetur in aut. de nup. §. hinc nos. colla.iiij. & aut. de non eligen. secun. nuben. §. cum igitur. colla.j. & transsumptiue in aut. ex testamento. & quod ibi per Doct. C. de secun. nup. Et cum postea superstite eadem quondam Margareta morte fuerit & ab humanis decesserit dicta nobilis Perona, finitus est vsusfructus qui ad eam spectabat in bonis superius mentionatis. §. finit. cum suis concordan. insti. de vsufruc. Et sic bona predicta, que scilicet ad dictam quondam nobilem Peronam ex successione dictorum suorum & prefati quondam Joannis liberorum & de bonis eiusdem Joannis peruenerant, & quorum proprietatem perdiderat propter dictum secundum matrimonium, ceperunt per mortem dicte Perone pleno iure spectare & pertinere predicte Margarete: & cum deinde dicta Margareta ab humanis decesserit superstitibus prefatis nobilibus Joanne & Antonio eius vniuersalibus heredibus, bona huiusmodi eisdem spectant & pertinent.

¶ Premissis vero non refragatur, nec obstaculum prebet diuisio, quam de bonis & rebus prefati quondam Joannis pellisserij, & post mortem ipsius fecisse dicuntur dicte quondam nobilis Perona mater, & Margareta filia. Cum quia tempore huiuscemodi pretense diuisionis, & in ea, & sub presentia eiusdem nobilis Perone, fuit eadem Margareta organo dicti nobilis Joannis eius mariti protestata, qd si tunc vel ex tunc in antea in & super parte seu medietate bonorum diuisorum ad ipsam Peronā peruenta ius aliquod seu iura aliqua eidem Margarete competerent aliquibus ratione, occasione, titulo, siue causa, non intendebat per dictam huiusmodi diuisionem de dictis bonis factam eisdem iuribus preiudicare, nec in aliquo derogare: sed intendebat quod ipsa iura loco & tempore debitis & opportunis petere posset, non obstante dicta diuisione. Cui protestationi acquieuit tam tacite, in eo quia nō contradixit: quam expresse pro eo quia etiam similem de seipsa seu pretensis iuribus eiusdē

nobilis

nobilis Perone, si que essent, vel postea fierent: prout tamen non
erãt nec postea fuerũt, fecit eadem nobilis Perona. Et per hãc
protestationem, cui eadem Perona non contradixit, fuit preiu-
dicatum iuri eiusdẽ nobilis Perone, si quod habebat in dictis
bonis, per id quod no. gloss. in. c. j. di. xxij. ⁊ per illam glo. consu-
1 luit abbas antiq. in. c. cumana. de elec. vt cũ fit protestatio † ad
detrahẽdum iuri alicuius: ille de cuius preiudicio agitur prote-
stetur contrarium, si nõ vult sibi preiudicium generari. Et idem
quod glo. in dicto. c. primo. videt voluisse Innocen in. c. finali. de
conditio. apposi. in alijs ⁊ diuersis actibus a cõtractu matrimo-
nij, ⁊ pro hoc dicto facit gloss. nota. in. l. si fideiussor. ff. qui satis-
dare cogantur: que dicit, quod si ego recipio fideiussorem, prote-
statione premissa: quod ipse non alleget in futurum priuilegium
fideiussor intercedendo videtur tacite acquiescere protestationi.
facit etiam quia ex quo aduersarius recipit pactum, videtur reci
pere cum limitatione protestationis, argumen. c. cum olim. de
censi. Preterea si verum intueamur ⁊ dicamus, in dicta prtesta-
tione non satagebant eadem Margareta detrahere iuri dicte
nobilis Perone: sed suum conseruare. vnde cum proprietas bo-
norum predictorum eidem insolidũ pertineret, ⁊ dicta Perona
solum in dictis bonis, imo verius in dimidia parte eorundem
⁊ pro indiuiso haberet vsumfructum, sibi prouidit eadem Mar-
gareta per dictam protestationem, et per eam remansit ius sibi
saluum: licet bona diuersa extiterint, ⁊ pars illorũ sub dicta pro-
testatione traditionem illius partis limitate peruenerit ad di-
ctam Peronam: pro quo bene facit quod not. do. Cardi. floren.
in dicto. c. cumana. quatenus ibi voluit, quod si protestans non
stet in meris finibus protestationis, sed vltra procedat dando vel
promittendo aliquid: tunc aduersarius recipiendo pactum, ⁊ non
resistendo protestationi, videtur tacite illi acquiescere: quia non
potest recipere partem facti pro se, ⁊ partem reijcere. dicto. c. cum
olim. de censi. Et hoc maxime debuit ⁊ debet procedere in hoc
casu: in quo vt dixi dicta nobilis Perona nullum ius habebat
in proprietate bonorum predictorum: ⁊ hoc est quod voluit Pa-
normi. in dicto. c. cuma. columna. ij. vbi voluit, quod vbi id qđ
permittitur vel conceditur per protestãtem non alias compete-
bat aduersario de iure, tunc acceptando pactum videtur in dubio
acceptare cum qualitate protestationis: quia pactum est vnicum,
quamuis qualificatum. dicto. c. cum olim. ⁊. c. pisanus. de re-
stitu. spoliato. recipiendo igitur bona ad eam peruenta in di-
cta diuisione, ⁊ sub dicta protestatione, in quorum proprietate
ante diuisionem nullum ius habebat, censetur acquieuisse dicte
protestationi: ⁊ sic per eam seruauit ius suum predicta Marga-
reta. Preterea non preiudicauit eidem Margarete predicta di-
uisio: quia tempore illius, ⁊ postea per multos annos, erat ⁊ fuit
minor. xxv. annis: ⁊ tunc erat minor quindecim, vt fuit plene pro
batum per testes parte dictorum nobilium Joannis ⁊ Anto-
nij in hac causa productos: ⁊ ipsa Margareta ignorauit ⁊ in du-
bio ignorasse presumitur proprietatem dictorum bonorum ad
eam insolidum spectare. l. verius. cum suis simili. ff. de proba. di-
cta ergo diuisio sibi non preiudicauit: quia quis nunquam cense-
tur renuntiare iuri quod ignorauit ad se spectare. l. mater dece-
dens. cum suis simili. ff. de inoffic. testa. ⁊ maxime mulieres, qua-
re genus auarissimum est. l. sed si ego. in fi. ⁊ quod ibi glos. ff. ad
velleia. l. si stipulata. §. i. ff. de dona. inter vir. ⁊ vxo. ⁊ quod no. gl.
in. l. si a sponso. C. de dona. ante nup. vbi etiam dicit Bal. esse mi-
raculum quando mulier donat. Dicta ergo diuisio nõ preiudica
uit nec preiudicare debuit eidem Margarete, per id quod habe-
tur in. l. si post diuisionem, ⁊ quod ibi per Docto. C. de iu. ⁊ fac.
igno. Nec opponat aliquis de iuramento, quod fortasse preten-
ditur eandem Margaretam prestitisse. Quoniam respondeo qđ
iuramentum non refertur ad causas, quas ignorabat eadem
Margareta: quia nõ videtur de eis cogitasse. l. cum aquiliana.
2 ff. de transac. ignorans † enim non donat. l. nec ignorans. C. de do
natio. Et hoc maxime procedit ⁊ procedere debet in casu de quo
queritur, cum vt dixi predicta Margareta esset minor viginti
quinq̃ annis: quinimmo ⁊ quindecim: vt probatum est, ⁊ sic sibi,
maxime vbi agitur de damno vitando, nocere non debuit iuris
ignorantia: quinimo nec nocere debuisset si actũ fuisset de lucro
captando. l. quamuis. versi. tamen cõtra etatem. C. de iuris ⁊ fac.
igno. Nihil igitur poterat refragari eisdem Margarete, nec ho
die refragatur dictis nobilibus Joanni ⁊ Antonio, quod tẽpore
facte diuisionis eadem Margareta sciret bona diuisa fuisse dicti
Joannis Pellisserij eius quondam patris, ⁊ ab eo primo deue-
nisse ad dictos Petrum ⁊ Antonium eius quõdam filios, ⁊ de-
inde illos ⁊ dictam quondam Joannam ipsius Margarete quon
dam fratres ⁊ sororem ab humanis decessisse: dictamq̃ nobilem
Peronam eius matrem conuolasse ad secunda vota, ⁊ matrimo
nium contraxisse cum dicto quõdam magistro Petro mauricel-
li: quia etiam si hoc sciuerit: ignorauit tamen, ⁊ saltem ratione
minoris etatis ignorare presumitur ius per quod ratione dicti
secundi matrimonij dicta nobilis Perona proprietatem predi-
ctorum bonorum perdiderat: de quo in dicto authen. de nupt. §.
sive nos, ⁊ in authen. de non eligen. secun. nuben. §. cũ igitur. Cu-
ius iuris seu iurium ignorantia eidem quondã Margarete, cum
ageretur ⁊ agatur de dãno vitando, preiudicare non debuit: nec
preiudicare debet dictis eius heredibus: ⁊ sic in locũ eius succe-
dentibus, ⁊ quorum persone finguntur eedem cum persona eius-
dem Margarete, dicta. l. quamuis. ver. tamen contra etatẽ ⁊c. C.
de iuris ⁊ fac. igno. ⁊ authen. de iureiuran. a morẽ. prest. Est autẽ
superfluum deducere ⁊ allegare eandem quondã Margaretam
fuisse lesam vltra dimidiam iusti pretij immo in toto, si ⁊ vbi pre
tenderetur diuisionem predictam eidẽ preiudicasse, cum in parte
peruenta ad dictam quondam Peronam nullũ ius haberet ipsa
Perona quo ad proprietatem: ⁊ ita sibi restituisset. l. ij. C. de re-
scin. vendi. ⁊. c. penul. de emptio. ⁊ vendi. a quorum iurium reme
dio non fuit eadẽ Margareta exclusa per iuramentum in dicta
diuisione appositum, cum illud solum maiorem vigintiquinq̃
annis representauerit eãdem Margaretam per id quod not. gl.
⁊ Doct. in dicta. l. ij. gl. ⁊ Doc. in d. c. penul. de emptio. ⁊ vendi.
¶ Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini me-
lius sentientis.

1 ☞ Filiatio quomodo probetur.
2 Producens instrumentum videtur contenta in eo confiteri esse vera etiam contra se.
3 Dos licet sit titulus onerosus quo ad virum, cui pro substinendis matrimonij oneribus constituitur: tamen quo ad mulierem, pro qua constituitur, est titulus lucratiuus.
4 Filius si tacuit per quinquẽnium, ⁊ mortuus est, intelligit tacite renunciasse legitime: secus si viuat.
5 Scientia ⁊ mala fides prescribere volentis impedit prescriptionem tricennalem.
6 Prescriptio vbi posset pretendi quod cucurrisset ⁊ completa extitisset, an aduersus illam danda esset restitutio in integrum.
7 Prescriptio quadriennij an incipiat aliquando currere ignoranti.

¶ Epitome.

¶ Quatuor illi anni qui ad petendam in integrum restitutionẽ continui dantur, incipiunt currere contra ignorantes: sicut nec vlla alia prescriptio. A. F.

¶ De tempo. in integr. resti. Consi. xvj.


Iso processu dudũ ce-
pto per ⁊ inter magnificũ ⁊ potentẽ quondã vi-
rum dominum Joannem Aute militem ex vna
parte, ⁊ magnificam dñam Franceſiam de Casse
uatico dominam Clarimõtis ex alia: ⁊ tam inter
eos, quam eorum successores in diuersis instantijs diutius agi-
tato: volenti mihi aliquid scribere pro tuitione seu ostensione bo
ni iuris magnifici ⁊ potenti viri do. Ludouici Aute, filij ⁊ vni-
uersalis heredis dicti quondã do. Joãnis, occurrit illud Hora-
tij relatum per beatum Hieronymum in fine tertij dialogi libri
contra Pelagianos, in syluam ne ligna feras. Ob quod visum
est huic labori supersedendum, aut enim eadem dictam, que iam
⁊ eleganter ⁊ plenissime scripta extiterunt per alios, ⁊ signanter
per spectabilem virum dominũ Melchiorem seguirani iurium
professorẽ eximium, ⁊ hoc ex superfluo, aut si noua dicere volue-
ro, prout non possum, a clarissimo ingenio occupata sunt melio-
ra, cui accedit, quod rei iam tam clare demonstrate frustra peti-
tur additio. l. i. in fine. ff. de do. prele. maxime quia, vt dicit tex. in
capitulo, si omnia. v. q. i. superuacuis laborat impendijs qui solẽ
certat facibus adiuuare, ⁊ plenitudo adiectionem non indiget,
nec vlla requirit commendationis argumenta. c. bene quidem. in
principio, distinctio. xcvj. Uerum cupiens satisfacere voluntati
dicti magistri do. Ludouici: dicam aliquid, etiam si parum sit,
sub tamẽ benigna supportatione huius insignis ⁊ supreme parla
menti prouincie curie, ⁊ correctione cuiuslibet domini melius
sentientis.
¶ Primo premittens ⁊ supponens, quod ex actis ⁊ processu
cause huius sufficienter apparet, quod ex magnifico quondam
viro domi. Antonio de cassenatico domi. sancti. Andree in ro-
yanis, ⁊ dña Anna de trianitas vicecomitissa Tallardi susce-
pta seu procreata extiterit domina Maria de cassenatico eorũ
quondam filia naturalis ⁊ legitima: q̃ q̃ ex ista dña Maria ac
magnifico ⁊ potente quõdã viro dño Jacobo de melano legiti-
mis cõiugibus, procreate extiterũt magnifice dñe Ant. ⁊ Fran.
de Miolano in pcessu cause huius sepissime mẽtionate insuper

quod viuentibus & superstitibus prefatis do. Anna auia mater
na, Antonia & Francesia eius neptibus, vita functa est & ab hu
manis decessit dicta domina Maria filia eiusdem do. Anne, &
mater dictarum do. Antonie & Francesie: & postremo quod su-
perstitibus dictis do. Antonia & Francesia neptibus, vita fun-
cta est & ab humanis decessit dicta domina Anna earū auia ma
terna. Hec enim fuisse & esse sufficienter probata opportune de-
monstratum est & collectum in schedula exordiente, In nomine
domini &cetera inserta folio.659. Quibus addo quod per testa
mentum dicte quondam domine Anne, parte prefate domine
Francesie de casseuatico productū, & insertū folio.864. apparet,
prefatam dominā Mariam de casseuatico fuisse filiam eiusdem
domine Anne, & prefatas Antoniam & Francesiam fuisse eius-
dem do. Marie filias, & ex ea neptes dicte do. Anne testatricis:
tales enim eas cōmemorat & dicit in legatis eisdē do. Antonie &
Francesie iure institutionis relictis. Quo fit vt per testamentum
huiusmodi tales probentur, per id quod not. Bartol. in. l. prima
§. idem per contrariū. ff. de libe. agnoscen. per cuius dictū voluit
Antoni⁹ de butri. in. c. transmisse. qui fi. sint le. per institutionem
1 † filij prodatur filiatio. Et quamuis institutio conueniat non
solum filio, vel alteri descendenti, sed etiam extraneo: tamen
si aliquis alium instituit vt filium, vel nepotem, siue aliquid illi
reliquit: satis probat̄ filiatio vel cognatio in linea descendenti:
q; pater vel ali⁹ ascendens legando vel instituendo filiū vel aliū
descendentem non solum nominat eum filium vel nepotem &c. s;
tractat vt filium vel alium descendentē, vt probabit, sequit̄ ꝙ ex
tractatu probatur filiatio vel alia descendēs cognatio, per id qđ
tenet docto. cōmmuniter in. c. per tuas. de proba. Quod autem
dicatur eum tractare vt filium vel alium descendentem, patet: q;
al's si non esset talis, legatum nō valeret, nec institutio. l. si pater.
&. l. nec apud. C. de heredi. instit. Patet igitur quod relinquitur
filio vel alteri descendenti pro eo quia talis est. ergo tractatur
vt talis, & consequenter probatur filiatio, aut alia cognatio de-
scendens.

¶ Nec obstat quod actus sit communis etiam extraneo: quia vt
dicit Inno. in. c. ex parte. de restitutio. spolia. & sequitur Bald.
in. l. non epistolis. q. vltima. C. de proba. licet percipere distribu-
tiones quotidianas conueniat capellano sicut canonico: si tamē
quis illas percipiat vt canonicus constituit̄ in quasi possessione
canonicatus, quod dicit Bald. esse subtile. Et predicta, scilicet
quod per dictum testamentum probatur prefatā dominā Ma-
riam fuisse filiam dicte quondam do. Anne, & dictas dominā An
toniam & Francesiam ex eadem do. Maria eiusdē domi. Anne
neptes, maxime procedunt in hoc casu: in quo vt dixi, testamen
tum predictum fuit per dictam domi. Frācesiam de casseuatico
in causa productum, per id qđ not. glos. & Docto. in. l. j. §. editio
nes. ff. de edendo. glos. j. in. c. presentium. de testibus. Innocen. &
Docto. in. c. cum venerabilis. de exceptionibus. Innocen. in. c.
cum olim. de censi. & idē voluit Bartolus in. l. post legatum. ff.
de his quib. vt indig. Baldus in. l. scriptura. in principio. C. de
fide instrumentorum. & in. l. cum pretium. in principio. C. de libe.
cā. Oldra. consilio. cxcviij. exordiente, Circa primum punctum
versicu. ad quartum de quo queritur. & Lap. allegatione. cxix.
exordiente, quero pone &cetera. post principiū, & alij in alijs locis
quatenus volunt & notant † ꝙ producens instrumentum vide
2 tur confiteri contenta in eo esse vera etiam contra se.

¶ Preterea parte magnifici domini Bernardini de Claromon
te, pretensi vniuersalis heredis dicte domine Francesie de Casse
uatico, fuit propositum & deductū, quod dicta domina Maria
fuerit filia dictorum domini Antonij & Anne, vt legitur in titu
lis exordientibus: quia vt dicit textus &cetera insertis folio.24.
& hec confessio fuit acceptata. Hoc etiam parte eius deductum
est in decimonono titulo schedule exordientis, Dando apertius
&c. inserte folio.80 vbi etiam plus deductum est, sed quod ex pre
fatis dominis Maria & Jacobo de Nuxolano procreate extite-
rint dicte domine Antonia & Francesia. Quod autem viuenti-
bus & superstitibus tā prefata domina Anna mater, quā dictis
dominabus Antonia & Francesia filiabus, ab humanis decesse
rit predicta domina Maria, probatur etiam per testamentum
dicte quondam domine Anne, propter dictionem quondam,
positam in legatis iure institutionis relictis prefatis dominab⁹
Antonie & Francesie: legitur enim eandem dominam Annam
legasse & iure institutionis reliquisse predictis domi. Antonie &
Francesie eius neptibus, & filiabus dicte domine Marie eius-
dem quondam domine testatricis filie, certam pecunie summā
inibi latius mentionatam. Cum enim ibi dicatur quondam filie
nec appareat ipsam dominam Mariam tunc vixisse: per hoc
probatur eam fuisse mortuam, per id quod voluit Joannes de
Jmola post alios in capitulo, cum contra. per illum tex. de pign.
& fuit de mente eiusdem in capitulo, cum olim. el primo, de officio
delegati. vbi loquens de dictione olim, quo videtur idem signi-
ficare quod dictio quondam, dicit quod de proprio significato
ista dictio olim, denotat preteritum: & dicit quod ita communi
ter accipitur, vt patet in dicto capitulo, cum olim. cum multis
similib⁹. Hoc etiam sentit gloss. iuncto text. in. l. prima. §. primo,
vbi etiam hoc voluit Alexander de Jmola, & Albericus in suo
dictionario. ff. de oper. noui nuntia. in verbo olim. hoc etiam vo-
luit Jacobus butr in. l. cum aliquis. C. de iure deliber. vbi dicit
per aliquos allegari illam. l. cum aliquis. ad hoc videlicet ꝙ si in
instrumento confecto inter aliquos dicat̄ titius quondam Pe-
tri &cetera. probatur inter ipsas personas, inter quas confectum
est instrumentum, quod Petrus erat mortuus: pro quo facit. c.
ex parte. B. in prin. de foro competen. iuncta. l. optimam. C. de
contrahenda & committenda stipula. facit etiam lex, sub condi-
tione. in verbo, olim. ff. de solutio. & l. sed & milites. §. quesitum.
ff. de excusatio. tutorum. Sententiam predictam etiam sequu-
tus est dominus Cardinalis florentinus in capitulo finali, de te-
sti. cogen. vbi dicit quod cum quidam, tanquam existens sui iu-
ris, experiretur & ageret contra aduersarium, non probasset se
esse sui iuris, fuit notata positio partis aduerse: que dicebat eū
filium quondam talis: & ex tali confessione fuit obtentum esse
probatum quod esset sui iuris: & dicit dominum suum, scilicet
Richardum de Salice. ita referre in. l. cui rerum. §. affinitatis.
ff. de postulan. Et quamuis Bartolus in dicta. l. prima. §. hoc
autem. circa princip. ff. de oper. noui nuntia. dicat se sustinuisse
instrumentum, in quo notarius dicebat: titius olim semproni,
licet pater eius adhuc viueret: hoc tamen non obstat: tum quia
Bartolus non negat quin in dubio presumatur mortuus: sed
pro defensione notarij, & in iudicio penale sustinuit instrumen
tum. Tum & quia illud dictum Bartoli per multas rationes
impugnat Andr. Barba. in capitulo, cum olim Abbas colum.
prima, de officio delega. hoc dictum Bartoli etiam per mul-
tas rationes dicit domin⁹ Jason in dicta lege prima. §. hoc au-
tem. columna prima, esse sibi valde dubium. Quod autem di-
cte domine Anne superfuerint prefate domina Antonia & Fran
cesia eius neptes: hoc apertissime apparet tam ex actis extra-
ctis ex processu generalis discussionis bonorum dicti quondam
domini Antonij de Casseuatico, insertis folio.754. quam ex de
positionib⁹ testium productorum & examinatorum super libello
prefati domini Joannis Nute in prima instantia producto, &
etiam ex instrumento cessionis facte per dictam dominam An-
toniam dicto do. Joanni Nute supra mentionato, inserto fo-
lio.586.

¶ Et premissis infertur, quod eisdē dn̄abus Antonie & France-
sie competierit legitima in bonis dicte domine Anne earum
quondam auie materne: & non solum in illa, si que fuerint: sed
& in vicecomitatu Callardi & alijs que eadem domina quondā
Francesia de Casseuatico pretendebat ad se pertinere, & possi-
dere titulo donationis seu dotis olim constitute per predictam
dominam Annam, seu illius nomine, & post per eam ratificate,
etiam si hec omnia vera essent: quorum tamen contrarium, si non
desipio, fuit alias ostensum p plures rationes allegatas & dedu-
ctas in dicta schedula exordiente, In nomine domini, inserta
folio.659. & alijs iurium allegationibus consequenter subiun-
ctis, & in schedula exordiēte, Etiam si verum sit, inserta fol.448.
quas non repeto: quia huiuscemodi donatio fuit immensa, vt po
te non solum excedens dodrantem: sed etiā vt facta vel de omni-
bus bonis vel quasi dicte quondam domine Anne: quod tamen
fieri non potuit in preiudicium legitime predictarum neptium:
quibus propterea competijt legitima mortua dicta domina An
na, non solum habito respectu ad bona que fuerunt eiusdem do-
mine Anne tempore mortis ipsius: sed etiam ad ea que fuerunt
tempore donationis: authentica, de immensis donationibus. col
latione septima. & transumptiue in authentica, vnde & si parens.
vbi est de hoc textus. C. de inofficioso testamento. Nisi forte quis
dicat, vt non puto, quod textus predicti loquantur in donatione,
& sic in titulo lucratiuo, huiusmodi non est dos: sed est titulus
onerosus: per titulum vero onerosum potest parens preiudicare
liberis, per id quod notat Bartolus post Dynum in. l. heredita
rium. ff. de bonis authoritate iudicum possidendis. & in. l. cum
emancipati. §. illud. ff. de collationibus. Bartolus & Baldus in
l. papinianus. §. quarta autem. ff. de inofficioso testamento. Sed
hoc non obstat. Quoniam respondeo quod licet dos sit titulus
onerosus quo ad virum, cui pro sustinendis matrimonij oneri-
bus constituitur. l. ex promissione. cum suis similibus. ff. de actio
nibus & obligationibus. tamen quoad mulierem, pro qua consti-
3 tuitur, est titulus † lucratiuus. l. finali. §. si a socero. ff. que in frau
dem creditorum. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxoratitia actio. l. fi-
nali. C. de pactis conuen. l. meuia. §. primo. cum glossa. ff. soluto
matrimonio. & l. finali. in principio. C. de iure dotium. qđ etiam
voluit

voluit Oldra, consilio. clj. exordiente, Si quis verba donationis, et consilio ducentesimoquadragesimo quinto, exordiente, Quidam paterfamilias habebat filiam. et Bar. in. l. menius. §. duobus testamentis. ff. de legatis secundo. et vt dicit Bartol. in dicta. l. finali, dos quoad mulierem est simplex donatio: quod dicit facere ad multa. et hinc dicit Alexander de imola. consilio septuagesimoprimo, exordien. Consideratis his que narrantur in themate. in princip. in quarto volumine, quod propter supervenientiam liberorum illius qui dotem constituit, revocatur dos constituta, quatenus concernit mulierem, per. l. si vnquam. C. de reuocan. donatio. eo scilicet casu quo alias simplex donatio facta mulieri reuocaretur. non potuit igitur dicta domina Anna per dictam doris constitutionem, quatenus scilicet illa concernebat dictam dominam Franceسiam, preiudicare dictis alijs duabus eius neptibus in earum legitima: quam propterea petere potuerunt, et quam petierunt in curia magnifici Delphinalis Parlamenti: et in causa dicti discussionis illam etiam petere potuit, prout et petijt coram tunc eminenti regio consilio dictus quondam dominus Joannes Rute, partim hereditario nomine dicte domine Francesie eius quondam matris: et partim cessionario nomine dicte domine Antonie eius matertere. Et cui non obstabant quedam pretense exceptiones parte dicte domine Francesie de Casseuatico in discursu processus cause huius oppposite. Et primo quidem non exceptio pretense renuntiationis facte per dictam quondam dominam Mariam, prout fuit plenissime responsum in dicta schedula exordiente, In nomine domini &c. inserta folio. 659. §. nec obstat obiectus partis aduerse, non quidem obiectus renuntiationis &c. qui est folio. 199. vbi si placet videbitur. non etiam exceptio pretense prescriptionis. Et quidem non prescriptionis quinquennij: quia siue petatur supplementum legitime, siue ipsa legitima, non prescribitur iuri petendi per lapsum quinquennij, quicquid scripserit Bar. in. l. si quis filium. in fine. C. de inofficioso testa. contra quem est communis opinio, quam firmat Baldus in dicta. l. si quis filium. vbi etiam loquitur non solum in petitione supplementi: sed etiam in ipsa legitima, per quam competeret petitio hereditatis. Idem etiam tenet ibi Salice. et Paulus de castro, et Angel. in. l. papinianus. §. si conditioni. columna prima. ff. de inofficioso testa. in. l. si a patre. ff. de peti. heredi. et in. l. certi condictio. in principio. ff. si certum petatur. et Baldus in authē. presbyteros. C. de episco. et cleric. in l. pater filium. in repeti. questio. j. ff. de inoffi. testamē. et in multis eius consilijs. Joannes de Imola in. l. in quartam. colum. fin. ff. ad legem falcid. Alexander de imola consilio. cxxvij. exordiente, consideratis verbis instrumenti. colum. ix. vel circa: vbi etiam dicit hanc opinionem esse communem, in primo volumine: et consilio octauo, exordien. Visis subtilissimis dubitationibus &c. columna penultima, versi. vltima dubitatio &c. in tertio volumine, et alij in alijs locis. Et procedit hoc in casu nostro non solum quo ad bona, que fuerunt prefate quondam Anne tempore eius mortis, sed etiam quo ad dictum Vicecomitatum, et alia que pretendebat dicta quondam domi. Francesia de Casseuatico fuisse donata, et patrimonium eiusdem domine Anne egressa ante mortem illius, pro eo quia ipsa domina Francesia erat non solum donataria, sed etiam vniuersalis et insolidum heres, et que propter ea tenebatur ad dictū supplementū, prout al's fuit plene scriptū.

¶ Preterea pro supplemento quod fieri petitur de bonis, que superfuerunt tempore mortis competit, vt volunt doctores in locis superius allegatis, condictio ex. l. omnimodo. C. de inofficio. testamento. quod etiam voluit ibi gloss. super verbo, exigere. pro eo vero qd debetur de immense donatis cōpetit condictio ex dicta authen. vnde et si parens. vt voluerunt Odoffre. Bal. Albe. et Paulus de Castro in dicta authen. vnde et si parens. et idem voluit Paulus de Castro in. l. finali. C. de inofficiosis donationibus. et plenius in rubrica illius tituli: et hoc etiam fuit de mente Azonis in summa eiusdem tituli, versi. item quarte integre restitutio &c. vbi voluit Azo quod isto casu non competat querela inoffi. donatio. sed remedium introductum per dictam authen. Certum est autem quod siue petatur supplementum condictione ex dicta. l. omnimodo. siue condictione ex dicta authen. vnde et si parens. non potuit iuri petendi prescribi per quinquennium: sed opus erat ad minus spatio triginta annorum. l. sicut. C. de constituta pecunia. §. j. instituta de perpe. et tempo. actio. l. sicut. et. l. si omnes. cum suis simili. de prescriptione triginta vel quadragin. annorum. Et procedunt predicta non solū eo casu quo agit filius, vel alius descendens, cui immediate debetur legitima in bonis patris, vel alterius parentis: sed etiam eo casu quo agit heres huius filij, vel alterius descendentis: et hoc patet ex dictis docto. in locis superius allegatis: qui indistincte loquuntur, et dicunt opinionem Bartoli non esse veram: quod etiam voluit dominus Jason in dicta. l. si quis filium. columna secunda vel tertia: quāuis Angel. visus fuerit in hoc casu illud sentire in dicta. l. papinianus. §. si conditioni. ponens nouum intellectum ad dictam. l. si quis filium. §. finali. dicens quod loquatur in herede eius cui competebat ius petendi supplementum, et quod verum est quod respectu huius heredis non durat nisi quinquennio. sed si ipse filius viuat, competit sibi secundum eum ius perpetuo petendi: cuius diuersitatis rationem assignat Angelus quia si filius tacuit

4 per quinquennium, et mortuus est, intelligitur tacite renuntiasse. secus si viuat. Sed iste intellectus nihil valet, secundum dominum Jasonem vbi supra: quia si verum est quod dictum ius duret filio triginta annis, quomodo intelligitur tacite renuntiasse per lapsum quinquennij et eius mortem? profecto non videtur.

¶ Preterea nec etiam obstat exceptio pretense prescriptionis triginta annorum prout etiam fuit alias plene scriptum in dicta schedula, In nomine domini, versiculo, secundo non obstat alius obiectus factus de prescriptione triginta annorum &c. qui est folio sexcentesimosexagesimonono: pro quo etiam facit, quia cum prefata quondam domina Francesia de Casseuatico dicat se fuisse neptem dicte quondam domine Anne ex nobili quondam Joanne de casseuatico filio eiusdem Anne predefuncto, quod etiam nunquam fuit sibi negatum, sed semper dictum et concessum: cumque etiam vt predixi probatum extiterit dictas domi. Antoniam et Francesiam etiam fuisse neptes eiusdem quondam domine Anne ex domina Maria eius filia predefuncta, et sic eas fuisse consobrinas dicte domine Francesie de Casseuatico: ipsa verisimiliter notitiam habuit de hac necessitudine, seu sanguinis coniunctione, per id quod habetur in. l. optaui. ad finem. ff. vnde cogna. et. l. de tutela. ff. de in integrum restitutione minorum. quod maxime procedere debet et procedit in hoc casu: in quo, vt predixi, dicta quondam do. Anna in dicto eius testamento legauit et iure institutionis reliquit domine Antonie et Francesie, tanquam eius neptibus ex dicta domina Maria eius quondam filia, cuius testamenti et contentorum in eo notitiam ab initio habuisse presumitur: tum quia cōfectioni illius interfuit, per id quod not. glossa et Doctores in. l. si tutor petitus. C. de pericu. tuto. Tum et quia ex parte eiusdem domine Francesie fuit propositum et deductum in nono, decimo et vndecimo titulorum exordientium, quia vt dicit textus &c. insertorum folio vigesimoquarto, dicta domina Francesia de Casseuatico, mortua prefata domina Anna, pro herede ipsius ex testamento incontinenti se gessit, et cadauer illius incontinenti sepeliri fecit, insequendo voluntate testamentariam eiusdem domine Anne, et funeris impēsam, et debita soluit. idem etiam effectualiter fuit propositum et deductum in vndecimo titulorum exordientium, dando apertius. insertorum fol. 180. l. prima. §. primo. ff. quemadmodum testamenta aperi. l. de his. ff. de transactionibus. Et plus dicit Dynus et Baldus in. l. cetera. §. finali. ff. de legatis primo. et Baldus in dicta. l. si tutor petitus. C. de periculo tuto. quod heres post aditam hereditatem indistincte presumitur scire omnia contenta in testamento. et idem voluit Baldus in. l. quoniam sororem. C. de iure deliberandi. et expressius in. l. eius qui in prouincia. ff. si certum petatur. vbi dicit quod heres suus, postquam in hereditate peractum factum se immiscuit, presumitur scire omnia contenta in testamento, per nota. in. l. cum heres. ff. de libera. lega. et idem voluit Alexander de Imola, consilio quarto, columna duodecima, in secundo volumine. Dicta igitur domina Francesia de Casseuatico sciuit, et ab initio sciuisse presumitur prefatas dominas Antoniam et Francesiā esse eius consobrinas, et neptes prefate domine Anne ex domina Maria eius filia predefuncta, eandemque Joannā tanquam eius neptibus ex dicta domina Maria legasse et iure institutionis reliquisse illam vilissimam summam, de qua in dicto testamento: sciuit etiam, aut sciuisse debuit, et sciuisse presumitur se pretensam donatariam fore omnium bonorum, et vt vniuersalem heredem eiusdem domine Anne communis auie esse debitricem legitime dictarum dominarum Antonie et Francesie: non enim ignorare poterat dictum vicecomitatū et alia donata fuisse de bonis dicte quondam domine Anne, nec illorum valorem, saltem quoad hoc vt intelligeret quod floreni quinquaginta non sufficiebant ad legitimam cuiuslibet ex dictis neptibus: cū tam dicta quondam domina Anna, quam post ipsius mortem dicta domina Francesia pretenderent quod dicti fructus, redditus, et prouētus valerēt duob' mille florenis, et cum etiam eadem domina Francesia dixerit se tenuisse et possedisse bona predicta a tempore dicte donationis et citra, et se mansisse in loco de Tallardo. Non igitur, vt pote habens scientiam rei aliene, vel alteri debite potuit prescribere. c. finali. et quod ibi glossa penultima de prescri pto. et. c. possessor malefidei. et quod ibi glossa de regul. iur. in. vj. qui tex. habent locum non solum in eo qui malafide possidet rem

alienam: sed etiam in eo qui se scit debitorem alterius, vt volunt
Docto. in multis locis, scilicet Angelus in. l. sequitur. §. si viam.
ff. de vsucap. vbi etiam dicit Bart. tenentem ibi opinionem cō-
trariā bene fecisse in eo quod se submisit determinationi sancte
matris ecclesie ⁊ Cano. Et hanc opinionem contra Bart. etiam
sequunt ibi Joan. de imol. ⁊ Roma. Baldus in. l. ij. C. de seruitu.
⁊ aqua, ⁊ in capitulo si quis per triginta si de fue. controuer. fue.
inter do. ⁊ agna. ⁊ in aut. ad hec. C. de vsur Angel. l. j. C. de iudi.
Anto. de butri. in dicto capitulo. fina. cū quadā limitatione. que
hunc casum nō attingit, illam opinionem etiā sequitur ibi Joan
nes de imol. qui etiam pro ea consuluit consilio. cxxiij. pro qua cō
suluit Pet. de ancha. consi. v. ⁊ consi. cxxxviij. exordien. Visa pre
dicta. vbi etiam dicit hanc opinionem esse communem. illā etiā
tenet Anto. de butr. consi. xlv. exordien. Domina orabilis. vbi
etiā dicit se ita publice disputasse, ⁊ pluries consuluisse, Panor.
in. c. circa, prope fi. de iur. patro. pro ea pluries consuluit Alexā.
de imol. scilicet consilio. clxxxv. exordien. Viso titulo questionis.
columna duodecima, versicu. venio ad secundum dubium. in se-
cundo vol. consi. lxiij. exordiente. Casus talis est calimachus de
anno. M. ⁊c. colū. vi, versic. ⁊ primo non obstat exceptio prescri-
ptionis. ⁊ consilio. xcix. exordiente, Videtur prima facie dicen-
dum ⁊c. in quarto volu. ⁊ consili. lj. in. v. volu ⁊c. Pau. de ca. con
silio. ccxc. exordiente, Visis his que superius narrātur ⁊c. col. iiij.
versic. super secundo vero dubio. Et hec est communis Docto.
opinio tam in scribendo, quam consulendo: ⁊ pro qua Docto.
multa inducunt ⁊ allegant respondentes fundamentis Barto.
⁊ signanter Roma. in dicto. §. si viam. ⁊ Joannes de Jmola in
dicto capitulo finali. que nō refero. Et idem in terminis questio-
nis consuluit Raphael Fulgo. cōsilio octuagisimoquarto, exor-
dien. Bonacurtius condidit testamentum. M. ccc. ⁊c. vbi con-
suluit quod heredes scientes quantitatem patrimonij patris ac
per hoc intelligentes non esse relictam legitimā integrā sorori,
sciuntque se debere sorori quod legitime deerat portioni propter
malam fidē prescribere non potuerunt; quia scientia ⁊ mala fides
5 prescribere volentis impedit † prescriptionem tricēnalem, dicto
c. finali. Et quia hec opinio innititur naturali equitate ⁊ fauet
anime eius q cum peccato ⁊ iactura aliena prescribere ⁊ lucrari
contendit, ⁊ tuetur aduersarium aduersus iniquum presidium, ⁊
est communis, etiam fundata fortioribus ⁊ melioribus rationi-
bus: alia vero peccatum nutrit, ⁊ fouet iniquitatem, ⁊ est pau-
corum: non videtur esse dubium quin ista obseruari debeat ⁊ in
consulendo ⁊ in iudicando, ⁊ maxime in curijs equitatis.

¶ Preterea vbi posset contendi, ⁊ prout non videtur, quod etiā
non obstante scientia predicta, vel alias, potuerit quo ad dictam
legitimā p dictā dominam Francesiā de Casseuatico prescriptio
inchoari. illa tamen fuisset interrupta per petitionem quā fecis-
se leguntur prefate domine Antonia ⁊ Francesia de Myolano
anno domini Millesimo quatercentesimo quadragesimoocta-
uo, ⁊ die vicesima mensis Maij: ⁊ sic paulo post mortem dicte
quondam domine Anne. Jnter cetera enim contenta in articu-
lis exordientibus, vt magnifico ⁊c. insertis folio octingentesimo
quadragesimo, deduxerunt quod dicta domina Anna vicecomi
ssa Tallarditia: paucis diebus tunc preteritis citra ab humanis
decesserat, nullo per eam condito testamento saltem valido. ⁊ ꝙ
sic eisdem abintestato successerant ipsa dña Frācesia de Casseua-
tico, Antonia ⁊ Frācesia de Myolano neptes. Et hec narratio
facta coram magnifico Delphinali Parlamento, ⁊ in quo prout
⁊ in alijs notorie procedi solet sine strepitu ⁊ figura iudicij, ⁊ sola
facti veritate inspecta, sufficit ad hoc vt vise fuerint pdicte domi
ne Antonia ⁊ francesia petere hereditariam portionem: quia vt
videtur sentire Bartolus in extrauagantiad reprimendum, su-
per verbo ⁊ figura, colūna prima, sufficit in causis inquibus pro
ceditur sine figura iudicijs facti narratio, argumento eius quod
scribitur in tertio regū. c. iiij. de illa meretrice que coram Salo-
mone proposuit, quod dormientibus ea ⁊ altera meretrice in eo-
dem cubiculo, mortuus fuerat filius illius, ⁊ quod illa consurgēs
intempeste noctis silentio tulerat filium suū pfius exponentis ex
latere suo, ⁊ collocauerat in sinu suo: filium autem suū pfius mor-
tuum posuerat in sinu suū pfius exponentis: vbi non legit quod
hec mulier conquerens conclusionem adiecerit super fienda pue
ri restitutione.

¶ Preterea in calce dictorum articulorum petitur in ⁊ super in
eis deductis ⁊ premissis iustitiam ministrari: que conclusio, quā-
uis generalis extiterit, fuit sufficiens ad interruptionem dicte
prescriptionis, iuncta responsione seu contradictione quā dein-
de in causa dicte generalis discussionis fecit dicta domina Frā-
cesia, prout eleganter ⁊ plenissime fuit scriptum in schedula su-
perius sepissime allegata.

¶ Fuerunt etiam coram dicto magnifico Delphinali Parla-
mento alij articuli exordientes ad finem ⁊ effectum ⁊ cetera par-
te dictarum dominarum Antonie ⁊ Francesie producti, anno
domini millesimo quadrangentisimo septuagesimonono, ⁊ die
vigesimo secundo mensis Nouembris, inserti folio octingente-
simo quinquagesimo quarto: in quibus inter cetera deducitur
dictam dominam Annam abintestato decessisse relictis eisdē
dominabus heredibus pro portione ⁊ cetera, quod si consta-
ret eam aliquod testamentum condidisse, prout non credebam,
ipsa nō potuerat illas priuare earum legitima: in quorum etiam
calce petunt iustitiam ministrari.

¶ Ex quibus deductis tam in primis, quam istis vltimis arti-
culis satis apparuit ⁊ apparere debuit dicte domine Francesie
de casseuatico de intentione ⁊ voluntate dictarum dominarum
eius consobrinarum, scilicet quod contenderent se esse eius cohe
redes, ⁊ pro parte cū ea abintestato successisse dicte domine An
ne, aut saltem in bonis ipsius velle habere legitimam, si consta-
ret eandem dominam Annam testatam decessisse: ⁊ quam con-
tendebat non potuisse eas illa priuare que suffecerunt ad inter-
ruptionem dicte pretense prescriptionis, si que cepta extiterat,
prout non erat: ad quam etiam sufficit sola acceptatio, prout
alias fuit scriptum.

¶ Addicio quod vbi potuisset vel posset pretendi, prout non po
test quod prescriptio cucurrerit ⁊ complete extiterit aduersus
6 illam danda est † restitutio in integrum: vbi aduertendum est
quod dicte domine Antonia ⁊ Francesia tempore mortis ⁊ de-
cessus dicte domine Anne residebantur in diuersis locis, ⁊ cum
dominis earum viris vna scilicet in Foresio, alia vero in Sabau-
dia: ⁊ sic in locis remotis a dicto Vicecomitatu Tallardi in quo
residentiam faciebat ⁊ fecit dicta domina Francesia, ⁊ sic in lo-
cis remotis.

¶ Aduertendum est preterea quod licet fuerit parte dictarum
dominarum Antonie ⁊ Francesie in dicta parlamenti Delphi-
nalis curia propositum ⁊ deductum, tam anno domini millesimo
quadringentesimo quadragesimooctauo, ⁊ de mense Maij: quā
a dicto anno millesimo quadringentesimoseptuagesimonono ⁊
de mēse Nouembris, quod dicta domina Anna ab intestato de-
cesserat: ⁊ quod propterea ab intestato eidem cum dicta domina
Francesia de Casseuatico successerant: ipsa tamen domina Fran
cesia distulit producere testamentum dicte domine Anne vsque
ad annum domini Millesimum quadringentesimum octuage-
mum primum: ⁊ diem vigesimum sextū mensis Januarij, vt legi
tur fol. 863. que tamen, cū illud penes eam existeret, ⁊ illius con-
fectioni interfuisset, non poterat pretendere ignorantiam. Econ
tra vero dicte domine Antonia ⁊ Francesia, vt pote longe absen
tes, pretendebant ignorantiam predicti testamēti: an scilicet ali-
quod existeret, cum presumendum esset nullum fuisse conditum,
per id quod notat Bartolus in. l. is potest, columna penultima,
vbi etiam Alexander de Jmola, columna finali. ff. de acquiren.
hered. Alexan. dominus Jason Maynus in. l. si emancipati. C.
de colla. Et vbi audiuissent testamentū fuisse conditum: ignora-
bant ea que in illo continebantur, ⁊ signanter an omnino fuis-
sent preterite, aut pro aliqua portione hereditaria heredes insti-
tute: an vel eis aliquid relictum: ⁊ quid, ⁊ quantum: propter
quod causante facto dicte quondam domine Francesie non po-
terant secure deliberare quid essent petiture. Et propter hanc in
stam ignorantiam, ⁊ maxime quia causata est facto partis ad-
uerse, fuisset cōcedenda in integrum restitutio aduersus preten-
sam prescriptionem, si ⁊ quatenus dici possit aliquam cucurrisse,
aut completam extitisse: ⁊ que potest incidenter peti. l. nam ⁊
postea. §. si minor. cum ibi notatis per Bartolum ⁊ alios. ff. de
iureiurando. allegando scilicet predictam ignorantiam, ⁊ pe-
tendo restitutionem ex generali clausula si qua mihi iusta causa
videbitur: que restitutio conceditur etiam maioribus, vbicun-
que equitas dictat eam esse concedendam. l. prima, in fi. ⁊. l. sed
⁊ si per pretorem. §. hec clausula. ff. ex quibus causis maio. Et
quod ignorantia sit equa, ⁊ etiam probabilis causa ad conceden
dam restitutionem in integrum aduersus prescriptionem decur-
sum est, glos. notabilis in. l. si partē. §. primo, in verbo nō vten
do, iuncto textu. ff. quemadmodum seruitu. amittat. glos. in. l.
prima. C. de patri. potesta. ⁊ firmat Specul. titu. de prescriptio.
§. primo, versiculo, pone colonus ⁊c. Bartolus ⁊ Angelus in. l.
prima. §. si quis autem, vbi etiam Alexander de Jmola in addi
tio. ff. de itiner. actuque priua. multas remissiones ponit Ale-
xander de Jmola, qui sequens hanc opinionem consuluit in con-
silio septuagesimoprimo, exordiente, Videretur prima considera
tione dicendum ⁊c. columna secunda, versicu. sed premissis non
obstat. ⁊ consilio octuagesimoquarto, exordiente, in causa ver-
tente ⁊c. ⁊ in multis alijs. Paul. de Cast. consilio centesimosexa-
gesimo secundo, exordiente, circa id quod primo queritur ⁊c. co-
lumna finali. Joannes de Jmola in repetitione capituli finalis.
charta octaua, versiculo, sed hic est aduertendum quia potest
esse

test esse dubium an eo casu quod prescriptum est contra ignorantem, de prescriptio. et Panormitanus in c. vigilanti. eodem tit. vbi dominus Felinus columna prima, sequens hanc opinionem plurimos commemorat, qui etiam illam sequuti extiterunt aut scribendo aut consulendo.

¶ Non obstat. l. omnis. in fin. ibi, sit liber et presentis, saluberrime legis plenissima munitione securus. et l. fina. ibi, nullam penitus super dominio memoratorum omnium fundorum vel locorum vel domorum a publico actionem vel molestiam aut quamlibet inquietudinem formidare. C. de fund. patrimo. et c. ad aures. ibi, quia quadragenalis prescriptio omnem prorsus actionem excludit. Quoniam respondeo quod illi tex. loquuntur in prescriptione longissimi temporis, quadraginta annorum, cuiusmodi dici non potest fuisse pretensa prescriptio ex aduerso allegata, etiam si illa cucurrisset, et completa extitisset, prout non est quia ab anno domini Millesimo quadringentesimo quadragesimo octauo et de mense Maii vsque ad annum domini Millesimum quadringentesimum octuagesimum quintum, et mensem Maii, non cucurrerunt nisi triginta septem anni, vel circa: et sic non sumus in terminis dictorum iurium.

¶ Preterea quamuis aliqui senserint per illos tex. non esse concedendam in integrum restitutionem aduersus prescriptionem quadraginta annorum: tamen Joan. de Imol. in dicto. c. fin. et Panor. in allegato. c. vigilanti. tenuerunt contrarium, et Ange. in l. in heredem. alias est. l. annuus. ff. de calumnia. et videtur sequi Alexan. de imo. in dicto consilio. lxxi. col. ii. vel circa. versi. idem expresse voluit Joan. de imol. etc. super quo tamen non est opus insistere.

¶ Forte vero opponetur, quod si et quatenus potuerit peti dicta restitutio in integrum: illa peti debuit infra quadriennium a tempore complete prescriptionis. l. fi. C. de temp. in integ. resti. peten. quod cum factum non fuerit, cessat remedium.

¶ Sed respondeo quod hoc non obstat: quia istud quadriennium
7 nunquam incipit currere, † nec currit probabiliter ignoranti: quia quo ad sui initium dictum tempus est vtile: licet postquam incipit currere sit continuum, vt probatur in dicta. l. fina. et ideo potest peti restitutio huiusmodi etiam post quadriennium: quinimo post longissimum tempus per eum qui promisit et iurauit. vt voluit Bald. in l. qui falsam. C. si ex fal. instru. Zenze. et dominus Cardinalis florentinus in clemen. prima, questione. xxv. de in integrum restitutione. et sequitur Alexander de Imola in dicto consilio septuagesimo primo columna penulti. versiculo non obstat. quod lapsum sit. et consilio quarto, columna duodecima, versicu. Nec obstat si diceretur lapsum esse quadriennium post prescriptionem, in secundo volumi. Paulus de Castro in l. finali. C. de dolo. multas remissiones ponit dominus Jason Maynus in authentica, quas actiones. col. fina decima, versi. vnum tamen tene perpetuo cordi etc. Quo fit vt cum tam prefati do. Antonia Francesia et Joannes, quam dictus dominus Ludouicus probabiliter et ex causis iustis ex processu apparentibus ignorauerint, et adhuc ignorent dictam pretensam prescriptionem cucurrisse, vel fuisse completam contra predictos dominos Antoniam, Francesiam, et Joannem, aut eorum aliquem, possit idem dominus Ludouicus petere, et obtinere debeat ex causis apparentibus ex processu se in integrum restitui aduersus dictam pretensam prescriptionem, si et quatenus appareret quomodolibet illam cucurrisse, et esse completam. ¶ Nihil autem ad tuendam dictam pretensam prescriptionem, aut impediendam interruptionem, de qua supra, faciunt proposita et deducta in articulis exordientibus, quatenus demum, parte dicti domini Bernardini in causa productis, et insertis fol. 100. in quibus articulatur, quatenus ibi deducitur quod tempore mortis dicte quondam domine Anne, antequam et post, eadem Francesia de Casseuatico maneret, mansisset vt mansit in Callardo, loco satis remoto et distante sexdecim leucis a Grationopoli: in qua, et coram dicto magnifico Delphinali Parlamento fuerunt parte dictarum dominarum Antonie et Francesie producti articuli superius mentionati in causa dicte generalis discussionis. Primi scilicet anno predicto Millesimo quadringentesimo quadragesimo octauo, et de mense Maii: et alii dicto anno Millesimo quadringentesimo septuagesimo nono, et de mense Nouembris, pretendendo forsan ex his inferre, quod dicta domina Francesia de Casseuatico ignorauerit contenta in eis. Sed hoc non obstat, maxime quia (vt apparet ex actis) ipsa domina Francesia pendente causa discussionis predicte constituit bina vice procuratores ad omnes causas motas et mouendas, vt apparet folio septingentesimo octuagesimo septimo, et folio octingentesimo nonagesimo octauo. ¶ Etiam nec obstat id quod parte dicte domine Francesie fuit oppositum in vicesimo et sequentibus articulis dicte schedule, dando apertius, inserte folio. 180. de imputanda dote seu parte dotis dicte quondam domine Marie in legitimam dictarum dominarum Antonie et Francesie in hac causa petita. Tum quia non apparet de huiusmodi pretensa constitutione. Tum si de ea appareret, et verum esset quod dicta domina Anna fuisset stipulata dotem reddi liberis dictarum dominarum Antonie et Francesie: illa non deberet imputari in legitimam debitam in bonis dicte domine Anne: per id quod notat Angelus in l. in quartam. columna finali. versiculo, sed si ad nepotes descenderet. ff. ad legem falcidiam. Que omnia vt supra dixerim sub benigna supportatione huius insignis curie.

1 ☞ Donatio facta extraneo per aliquem liberos non habentem, an preiudicet liberis postea susceptis, si fuerit iurata.

¶ Epitome.

¶ Pater petitione hereditatis, quam sine eius consensu filia extraneo dederat, filie consequitur hereditatem. V. F.

¶ De peti. heredita. Consi. xvij.



Vidi casum mihi missum parte probi viri Joannis Bonneti, et optassem plenius informari de materia de qua in eo: et signanter an donatio, de qua ibi, fuerit donatio causa mortis, vel inter viuos, et si donatio inter viuos, an fuerit de omnibus bonis presentibus et futuris, et an fuerit iurata. Horum igitur salua visione, et consequenter saniore deliberatione dico pro nunc et respondeo, quod donatio predicta, vt pote facta sine consensu prefati Joannis patris, in cuius patria potestate existebat Antonia donatrix, non valuit: siue illa fuerit donatio causa mortis, siue donatio inter viuos. l. tam is. §. primo. ff. de donatio. causa mortis. et l. finali. §. filiis autem. et quod ibi doctores. C. de bonis que liberis. et procedit hoc etiam si donatio predicta fuisset iurata: pro eo quia non potuit predicta quondam Antonia preiudicare ipsi Joanni Bonneti eius patri, per id quod notat Joannes de Imola in sua solenni repetitione. c. cum contingat. in tertio membro, versicu. item aduerte quia dicit Baldus in l. finali. de iureiurando. Pro quo facit id quod notant Bartolus et doctores in l. Titia. §. imperator. ff. de legatis secundo. et doctores in capitulo finali. de donationibus. quatenus
1 volunt quod donatio extraneo facta † per aliquem liberos non habentem non preiudicet liberis postea susceptis, etiam si fuerit iurata. Et hec dico existimans quod dicta Antonia tempore facte donationis fuerit in patria potestate dicti Joannis Bonneti eius quondam patris: quod etiam in dubio presumendum est eo ipso quo apparebit eandem Antoniam fuisse filiam dicti Joannis. l. si emancipati. et quod ibi Romanus, Alexander, et dominus Jason Maynus. C. de collationi. facit. l. si filius. ff. de collatio. et quod not. Angelus in l. sed et si de suo. post glos. ff. de acquirenda hereditate. Bartolomeus Veronensis conte. cxvii. et dominus Jason Maynus in l. si pater. columna septima. C. de institu. et substitutioni. et in. §. apud catonem institutio. de adoptionibus.

¶ Poterit igitur dictus pater agere contra detentores bonorum, et vt puto petitione hereditatis: si opponatur de donatione poterit replicari de nullitate illius ob defectum paterni consensus, et sine cuius consensu bona aduentitia eisdem detentoribus, et donari non potuerunt per dictam eius filiam, cum esset eorum vsufructuarius. d. §. filiis autem. et l. cum oportet. circa principium, cum multis simi. C. de bo. que libe.

¶ Preterea quia ponitur in casu ipsam quondam Antoniam adiuisse hereditatem illius Joannis, est aduertendum an eadem Antonia hereditatem huiusmodi adiuerit de et cum paterna autoritate, seu iussu: quod dico propter id quod habetur in l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquirenda hereditate. et quod scribunt glo. et Doctores in l. si filius. C. de petitione hereditatis. Et si forte tempore mortis predicte Antonie eius quondam pater erat proximior ab intestato illius primi Joannis testatoris, non esset malum commutare causas, et subiunctiue deducere ista duo fundamenta. ¶ Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Testes impugnantes instrumentum debent esse omni exceptione maiores.
2 Testis inimicus videtur plus posse nocere in causa criminali, quam inimicus accusator.

¶ Epitome.

¶ Inimici facti presumuntur ii, qui cum de via salutare consueuissent, amplius non salutant: nec hi igitur, nec inimici alii ad impugnationem procuratoris, aut alias contra inimicum admittuntur. V. F.

¶ De testibus. Consi. xviij.

PRo declaratione boni iuris, ⁊ iuste defensionis, que in quadem criminali ⁊ inquisitionali causa contra se minus ciuiliter ⁊ iniuste mota habuit ⁊ habet honorabilis vir magister Petrus Garnerij notarius publicus loci de Vogone, premitto qđ pro eo facit non solum id qđ dici solet, quemlibet presumendum esse bonum, nisi probetur malus. l. merito. ff. pro socio. ⁊ c. vnico. de seru. in ordi. facie. ced. etiam quod per testes parte ipsius pductos ⁊ examinatos super sexagesimoprimo ⁊ duobus sequentibus articulis schedule exordientis, Ut iusta innocētia non ledatur ⁊c. inserte folio octuagesimosexto, probatur quod dictus Garnerij est notarius regius vir probus ⁊ legalis in arte sua ⁊ omnibus operibus suis, recte viuens ⁊ iuste quodque artem suam notariatus probe ⁊ fideliter exercuerit, ⁊ exercebat: insuper ⁊ quod talis apud omnes semper fuerit reputatus ⁊ reputetur: de quo nō solum deponunt alij testes parte ipsius producti, sed etiam Claudius de Ascla, Petrus magistri, alias Grossus, Petrus ⁊ Michael meleti, illi scilicet, quorum primus infideliter ⁊ improbe deposuit se non constituisse procuratores: ⁊ alij duo, qui dixisse pretenduntur se constitutioni huiusmodi non interfuisse. Quod si verum est, immo quia verum est eundem magistrum Petrum esse probum ⁊ legalem in arte sua ⁊ in omnibus operibus suis, ac recte ⁊ iuste viuentem, dictamque eius artem probe ⁊ fideliter exercuisse ⁊ exercere, etiam testimonio horum malignantium: quomodo verum est, aut verum presumendum, eūdem de Ascla non constituisse procuratores, ⁊ alios non interfuisse cōstitutioni: cū horū trium idem Magistri scripserit, ⁊ vt ex eorum depositionibus constat, fideliter, probe, ⁊ legaliter: non igitur falso. Sed forte iste fuit defectus corruptoris, qui etiam super his eosdem non docuit aliter deponere: ⁊ est quid in aliquo simile ei quod dicitur Mathei vigesimo octauo, circa finem, de Iudeis: qui militibus, eisdem que sepulchri custodibus dixerunt, dicite quia discipuli eius nocte venerunt, ⁊ furati sunt coram nobis dormientibus. Sed vt dicit beatus Augustinus, si dormierunt: quomodo viderunt: si non viderunt: quomodo testes esse potuerunt. Fuit etiam defectus horū corruptorū testium, qui vel nescierunt, vel obliti extiterūt veteris prouerbij: mēdaces memores esse debere. ¶ Preterea facit pro eodem magistro Petro: quia nulla videtur superesse causa, propter quam ipe, qui est ⁊ esse probatur vir plenus diuitijs, probus ⁊ legalis in arte sua ⁊ in omnibus operibus suis, recte viuens, ⁊ iuste, qui probe ⁊ fideliter exercuit ⁊ exercet artem suam absque eo ⁊c. falsum procuratorium scripserit. nō enim censendum est quod hoc corruptus fecerit ad instantiam dicti de Ascla pauperis ⁊ indigentis, ⁊ in causa vilissima, non excedente scʒ tres florenos, vel circa: ⁊ eo maxime, quia nō solum pendente causa illa, sed etiam post causam finitam, ⁊ latā sententiam pro eodem de Ascla, potuisset idem de Ascla ratificare gesta per falsum procuratorem, vt notat gloss. ⁊ post eā Bartolus in. l. si mater. §. hoc iure. ff. de exceptio. rei iudi. Angelus aret. in. §. Item si in iudicio. charta decima quarta, columna secunda, institutio. de excepto. ⁊ dominus Iason may. in. l. licet, columna fina. vel circa. C. de procuratoribus. Nono etiam cēsendum est quod hoc fecerit ad postulationem Ioannis veteris, cū quo dictus Ascla litigabat: quia constitutio huiusmodi non cedebat in commodum illius. Nec est etiam causa que persuadebat, quod idem magister Petrus, ⁊ quidem talis vt supra dixi, hoc fecerit ad postulationem illius Francisci de Ripa euictionarij: ⁊ eo maxime quia probatur fuisse conclusum, quod prosequutio illius cause appellationis fieret nomine dicti de Ascla, ⁊ sumptibus dicti Francisci de Ripa. Et ita non supererat causa, propter quā dictus Franciscus debuerit procurare hanc pretensam falsam procuratorum constitutionem: cum si illam non fecisset idem de Ascla, superfuisset quod ei iuste imputaretur, si habuisset recursum pro euictione terre, de qua in actis. Addicio quod etiam non apparet, quod ex huiuscemodi pretensa procuratorum falsa constitutione aliqua cōmoditas obuenire posset dicto magistro Petro. Unde cum verisimiliter non possit quis imaginari aut cogitare aliquam causam, propter quam dictus magister Petrus, ⁊ quidem talis qualis est ⁊ esse probatur, falsum instrumentum scripserit. Hoc enim fecisse multum distat a verisimili: habet igitur quandam falsitatis imaginem, vt voluit Baldus in. l. prima, columna tertia, vel circa, ver. Idem si dicatur qđ filius mandauit. C. de seruis fugi. Alexander de imola consilio vigesimosexto, exordiente, In causa ⁊ lite domine Bartholomee ⁊c. columna finali, in secundo volumine. Andreas barbatus cōsilio sexto columna quarta, consilio decimooctauo, columna tertia, ⁊ consilio trigesimosecundo, columna prima, in prima parte, ⁊ vtrobique multa inducit: ⁊ vt post Aristotelem ⁊ Auerroym commētatorem dicit Baldus. C. de probationib⁹. super rubrica, columna secunda, Illi sunt verissimi sermones, qui concordant rebus sensatis intellectu fruentibus: quod dictum etiam retulit Andreas barbatus in consilijs superius allegatis. Pro quo inducit. l. si ita quis. versicu. quod nemo sanus diceret. ff. de euictio. ⁊ l. milites. §. oportet. C. de questionibus. Hoc dictum etiam cōmemorauit Baldus in suo tractatu schismatis, quem posuit in rubrica. C. si quis aliquem testa. prohibue. ad qđ facit. c. quia verisimile. de presumptio. ⁊ hoc satis ⁊ sentit ⁊ iudicat populus: quia etiam post indebitam inquisitionem factam cōtra hunc magistrum Petrum, ⁊ longam ipsius detentionem, ⁊ vulgatam pretensam detentionis causam, deposuerunt testes parte ipsius producti, etiam dicti de Ascla, Petrus magistri, ⁊ Michael meleti, quod idem magister Petrus erat talis vt pre dixi: insuper ⁊ hoc magnum est quod talis apud omnes semper fuit reputatus, ⁊ hodie reputatur: quod nō solet contingere etiā indebite inculpatis, teste Boetio in primo de consolatione, prosa quarta, circa finem: vbi dicit, Hoc tantum dixerim ego, vltima esse aduerse fortune sarcinam, quod dum miseris aliquod crimen affigitur, que perferunt meruisse creduntur. Etiam pro dicto magistro Petro facit depositio magistri Ioannis Perreti qui folio ducentesimo quinto, super decimo septimo articulo schedule pmētionate dixit ⁊ deposuit dictū de Ascla cōstituisse procuratores in causa ⁊c. ⁊ de cōstitutione huiusmodi fuisse sumptum instrumentum per dictum magistrum Petrum Garnerij, presentibus ipso teste, m̄ltis alijs. Dicit etiam quod hoc factū extiterit Anno dn̄i millesimo quadringentesimononagesimo nono, ⁊ de mense Ianuarij, ⁊ circa diem decimumquintum post festum natiuitatis domini, ⁊ de mane circa solis ortum, ⁊ in bassa fornica domus dicti magistri Petri: cuius depositionem adiuuant ⁊ note dicte constitutionis procuratorum. Uidentur ⁊ non parum adminiculari dicta ⁊ depositiones Petri breti, folio centesimooctuagesimoquarto, super primo articulo dicte schedule, Antonij auffaxi folio cētesimononagesimosecundo, ⁊ Aymonis rappi, folio ducentesimotertio: super decimoseptimo articulo eiusdem schedule: qui deposuerunt se fuisse anno predicto, ⁊ paulopost natalem domini in bassa fornica dicte domus, ⁊ audiuisse dictum magistrum Petrum dicentem sub presentia dicti de Ascla ⁊ aliorum plurium, quod ipse faciebat seu recipiebat procuratorum dicti de Ascla: quod verisimiliter sub presentia illius non respondisset, nisi ita fuisset. Preterea etiam pro hoc facit, ⁊ ad eneruationem ⁊ depositionem dicti de Ascla qđ idem de Ascla probatur sepe dixisse, se habere procuratorem Aquis in causa quam habebat contra Ioannem veteris. Dixit preterea ⁊ confessus est in vinea in actis mentionata, ⁊ sub plurium presentia, quod ipse prestiterat linguam dicto magistro Garnerij cuius dicti interpretatio colligitur ex testium depositionibus: quod scilicet verbo constituisset, ⁊ quod solo ipsius nomine ⁊ sine casu seu dāno causa pdicta duceretur. Preterea ipse est qui acta cause recepit a notario curie loci de Vagone: ⁊ illa verisimiliter portauit vna cum litera missiua in actis inserta fol. cj. in qua etiam nominatur ⁊ asseritur portare acta, procuratorium, ⁊ literam predictam: ⁊ qui propterea presumitur esse ille ar. eius quod not. Cy. ⁊ post eum Sali. ⁊ doct. in. l. si qua per calumniam. C. de episcopis ⁊ clericis. vbi dicunt quod si quis producat literas mandati sui solenniter confectas dicatur illi, qđ tu non es ille de quo in literis fit mentio, quod exhibens presumitur esse ille qui est nominatus in literis. ⁊ de hoc etiam declarādo eius depositionem posset deponere egregius vir do. Bertrandus locboni. cui fuerunt acta exhibita cum literis, si sibi presentaret. ¶ Insuper hic est consideranda illa reuelatio, quam propter gn̄ale monitoriū fecisse dicitur dictus Petrus magistri alter ex testibus instrumentarijs, que inseritur fol. cix. in fine. in qua eius conscientiam exonerando metu excōmunicationis commemorat se fuisse plunes examinatū. Et primo quidē in domo Capitanei Vogonis, per eū Secundo in domo Ioannis de lugduno baiulli dicti loci: ⁊ coram eis ⁊ eorum quolibet primo respondisse ⁊ dixisse quod poterat esse quod fuerat presens in dicta constitutione, tamē nō recordabat: sed finaliter in medijs videlʒ per eū narratis rn̄disse, quod non fuerat presens: ⁊ deinde penaliter fuisse sibi iniunctū, ⁊ sup hoc dolosis machinamētis per eū cōmemoratis fuisse finaliter inductū ad deponendum, quod non fuerat presens in dicta cōstitutione: insuper cū fuit examinatus parte domini regij procuratoris, ⁊ per dominum Stephanū pugeti locum tenentem do. Iudicis primarum, prima fronte respondit quod esse poterat quod fuisset presens in dicta constitutione: sed non recordabat, prout legitur in dicta sua depositione inserta fol. cxxiij. sed tandem pro extorquenda alia responsione, ⁊ vt periurij metus inijceretur, oblata est ⁊ sibi ostēsa depositio scripta coram dicto

dicto baiullo de Vogone: quod factum est vt metu alterius periurij induceretur ad se illi referẽdum: ad quod tamen iudici non debuit, cum multum referat dicere se non recordari an fuerit presens, ⁊ dicere quod presens non extiterit, vt colligitur ex his que scribunt doctores in. l. prima. §. si quis neget. ff. quemamodum testa. ape. in. l. in exercendis. C. de fide instrumentorum. ⁊ in. c. cum Joannes eremita. eodem titulo. Et non solum, vt predixi, primo respõdit d. Pet. magistri. se nõ recordari an fuerit p̃sens: sed etiam hoc dixit quando fuit recensitus, vt apparet in eius depositione inserta folio ducentesimo septimo.

¶ Ex quibus responsionibus toties repetitis colligitur, quod vel omnino mendacium dixerit, tam in dicendo quod eidem constitutioni non infuerit, quam in eo quod dixit non recordari ⁊c. vel quod potius sentia se non recordari an ⁊c. quam se non interfuisse: ⁊ sic non impugnat instrumentum dicte constitutionis, per id quod notãt Bartolus, Joannes de imola, ⁊ alij in dicta. l. prima. §. si quis neget. ff. queadmodum testamen. ape. doctores in dicta. l. in exercendis, ⁊ cano. in dicto. c, cum Joannes eremita.

¶ Preterea aduertendum est quod Joannes meleti, alter ex testibus instrumentarijs, etiã confessus est ⁊ dixit in domo dicti Petri magistri sub presentia ipsius ⁊ plurium aliorũ, quod ipse fuerat presens in dicta constitutione, adijciens se velle accedere Aquis, deponere vitatem, etiam si deberet mori: de hoc enim deposuit dictus Petrus magistri, vt apparet in eius depositione inserta folio ducẽtesimo septimo. Guilielma vxor Mathei Costel. folio ducentesimo vigesimo secundo, ⁊ Michaela vxor Petri magistri, folio. ccxxiij. quatenus in eis se referunt ad reuelationes per eas metu excommunicationis factas, que sunt inserte in processu Et quamuis dictus Crossi subiunxerit, quod idem Meleti erat ebrius, sue pretense scientie causam reddens, quia nesciebat descendere gradus sue domus, hoc non obstat: tum quia non reddit causam sufficienter sui dicti: poterant enim multe alie cause subesse, propter quas descendere nesciebat: hoc enim erat de nocte: quia vel post cenam, vel tempore cene huius Petri, ⁊ quia forte non frequentauerat dictam domum: vel forte parum videt: erat enim opus dicere quod viderat eum potenter excessiue bibentem, ⁊ ob hoc nescire descendere: quod quia nõ fecit, non obstat: quia non dicit causam ex qua possit cõcludẽter iudicari, quod ille Meleti esset ebrius: tum etiã non obstat, quia idem Petrus est in hoc vniuersalis ⁊ singularis. Et de simili confessione reuelationem fecit Petrus Chambreti. ⁊ postea examinatus illam confirmauit in depositione. que est inserta folio ducentesimo vndecimo, ⁊ sequenti.

¶ Ex quibus omnibus videtur nõ posse negari, quin depositiones dictorũ de Ascla, Petri magistri, ⁊ Michaelis noleti, quatenus dixerunt, dictus scilicet de Ascla nunquam constituisse procuratores, ⁊ prefati magistri ⁊ Meleti eorum constitutioni non interfuisse, fuerint ⁊ sint quamplurimũ debiles, ⁊ tales per quas non solum nõn probatur instrumentum dicte constitutionis fuisse vel esse falsum: sed nec impugnatur eius fides: ⁊ eo etiam maxime quia non est probatum, quinimo nec propositum, qđ anno, mense, die ⁊ tempore dicte constitutionis prefati Petrus magistri ⁊ Michael Meleti fuerint absentes: quod tamen erat probandum: quia non creditur eis de absentia, etiam si duo sint, vel plures essent: pro eo quia sunt singulares, vt voluit Innocen. in dicto. c. cum Joannes. super verbo tabellionem: versic. nos contra credimus ⁊ apertius in versi. alij tamen dicunt qui non minus ⁊c. ⁊ idem voluit ibi Antonius de Butrio, quod etiam sequitur Salicetus in dicta. l. in exercendis. columna quarta, versicu. quero iusta questionem precedentem: ibi, quinimo nec de se ipsis.

1 ¶ Preterea testes impugnantes † instrumentum debent esse omni exceptione maiores: ⁊ non sufficiat quod sint alias simpliciter idonei, secundum Calde. Parnormi. Joannem de imo. ⁊ alios in dicto. c. cum ioannes. pro hoc allegantes. l. optimam. C. de contrahen. ⁊ committen. stipula. pro quo facit text. cum glos. in. §. item verbo. institu. de inuti. stipula. quod etiã ⁊ sentit glossa magna in. c. tertio loco. de probationib. ⁊ Salicetus in dicta. l. in exercendis, ⁊ domi. Feli. in dicto. c. cum Joannes. columna. xvi. ad finem, versi. quinto declara. huiuscemodi tamẽ, vt apparet ex processu ⁊ predictis non fuerunt nec sunt dicti de Ascla, Petrus magistri, ⁊ Michael Meleti: ⁊ vt dicit Baldus in dicto. c. cum Joannes. declarans illud verbum, omni exceptione maior, exceptionum quendam omnino perimũt testimonium: quendam debilitant: ⁊ neutri istarum debet esse locus in testibus impugnantibus instrumentum: vnde modicus defectus vitiat tales: secundum ipsum. pro quo facit quod not. glossa, in capitulo primo, in verbo, maiores. de consanguini. ⁊ affinita. vbi dicit gloss. quod illi dicuntur omni exceptione maiores, qui repelli non possunt aliqua exceptione, ⁊ Baldus in dicta. l. optimam. dicit quod ille est omni exceptione maior, qui superat omnẽ friuolam exceptionem adeo quod nulla exceptio vera legitima opponi potest: ⁊ in hoc multum versatur arbitrium iudicis, secundum Panormitanum in dicto capitulo, cum Joannes, ⁊ dominum Felinum in dicto versic. quinto declara. Preterea Ange. in dicto. §. si quis neget. colligit ex doctrina Bartol. in eodem. §. quod vbicunque optima testiũ opinio est causa inductiua plene probationis, que alias plena non esset: ibi est articulandum ⁊ probandum de optima opinione: ⁊ per hoc infert quod si statutũ disponet, quod ad probationem mortis alicuius, qui extra territorium dicitur decessisse, sufficiat probatio per tres testes optime opinionis deponentes de fama: non erit probata mors, nisi probetur illos testes deponentes esse optime opinionis ⁊ fame: ⁊ huic sententie Angel. adheret quo ad casum nostrum Joan. de imol. in. d. §. si quis neget. col. vij. versi. ⁊ est diligenter notandum. vbi dicit quod si statutũ simpliciter dicat, quod debeãt esse tres testes bone opinionis ⁊ fame, tũc nisi probetur aliquid in cõtrarium: presumitur pro eis: ⁊ ideo probant: sed sibi statutum requirit quod sint optime; opinionis: ⁊ sic in superlatiuo: tunc forte posset procedere opinio Ang. quia licet presummatur quod quis sit bone opinionis: non tamen presumitur in superlatiuo quod sit optime opinionis: ⁊ cum dicta opinione Ange. sic modificata p Joannem, de imo. vt predixi, transit ⁊ pro ea consuluit Andre. Barba. consilio xlv. exordiente, scribitur bellissime. primo regum, columna secunda, ver. ⁊ plus dicit Ange. ⁊ doctrina Bartoli, ⁊c. in prima parte, ⁊ Bartol. meus Soci. consilio. cclxxiiij. exordiente, in causa domine Lise Bernardi de Brunellis ⁊c. columna. xij. postremo dico quod dicta. l. ⁊c. pro quo allegat quod nota. Baldus. in capitulo primo. §. si instrumentum, de nouis feu. vbi voluit quod qualitas requisita in teste, ⁊ que non presumitur probãda est: allegat etiam nota. per Joannem Andre. in. c. j. de homici. in vj. in nouel. ⁊ per Barbaciã in. l. ij qui ad ciuilia. C. de appellationibus. vbi soluit quod quando quis fundat se in aliqua. l. requirente certam qualitatem, illa qualitas est deducenda ⁊ probanda. etiam cũ sententia Angel. transit Alexan de Imol. consi. lxxxvj. exordiente, in causa vertente inter Petrum ⁊c. columna. iiij. versicu. item non constat dictos testes esse graues ⁊c. in primo volu. ⁊ Bart. veronensis consilio quinquagesimooctauo exordiente, Franciscus de Bissarijs nobilis ⁊c. columna tertia. versicu. postremo dico. Cum igitur in casu, vt predixi requiratur quod testes sint omni exceptione maiores, ⁊ sic optime opinionis, ⁊ hoc non sit probatum, nec etiam presumatur quinimo probatum est, vel vehementi ⁊ vrgentissima presumptione presumendum est cõtrarium: illi non possunt cum effectu impugnare instrumentum, ⁊ minus probare illud esse falsum, attenta maxime legalitate ⁊ alijs qualitatibus dicti magistri Garnerij, de quibus constat etiam depositionibus nitentiũ impugnare, insuper ⁊ depositionibus plurium aliorum testium parte eiusdem magistri Garnerij examinatorum super tertio ⁊ quarto articulis schedule exordientis, Ut vobis illustri domino magno Senescallo ⁊c.

¶ Preterea pro defensione dicti magistri Petri Garnerij facit, quod vt apparet ex depositionibus testium parte eius productorum, ⁊ examinatorum super quinquagesimo primo seu quinquagesimo scđo arti. schedule premẽtionate, magister Joãnes prepositi, capitaneus dicti loci Vogonis, fuit a multis annis ⁊ citra, ⁊ est capitalis inimicus eiusdem Garnerij, ⁊ qui talis fuisse ⁊ esse colligitur ex multis, de quibus deponunt. insuper ⁊ cum idem Garnerij fuerit contra eundem Prepositi prosequutus ⁊ prosequatur pro nobili ⁊ generoso viro Gerente domino Senassij causam falsitatis. presumitur idem Propositi fuisse ⁊ esse inimicus eiusdem Garnerij, etiam si aliud ostendisset ⁊ ostenderet, argumento. c. ij. ⁊ sequenti. questione. v. ⁊ quod per illos text. voluit Inno. in. c. cum I. ⁊ A. ad si. de re iudica. Roma. in rubrica de arbi. columna. xi. Petrus de ancharano in. c. statutum. §. cum vero. in quinto notabili, de rescriptis. ⁊ dominus Felinus in capitulo repellantur. columna. ij. versiculo, vltimo no. de accusa. Quo sit vt dictus Claudius de ascla, qui licet ab initio sui incolatus cõsueuisset frequentare domum habitationis dicti magistri Garnerij, ⁊ cum eo conuersari, vt pote illum qui eum dirigebat in prosequutione cause cõtra illum Joannem veteris: tamen postea eodem Garnerij derelicto cepit frequẽtare domos predictorum Prepositi Veteris ⁊ baiulli, quos antea odio habuerat ⁊ sepissime cum illis conuersari, vt colligitur ex his que deponunt testes parte eiusdem producti ⁊ examinati super xvij. xviij. ⁊. xix. articulis dicti schedule, presumatur ⁊ presumi debeat ipse de Ascla fuisse ⁊ esse inimicus eiusdem Garnerij. pro quo etiam bene facit quod notat gloss. in. c. cum Adrianus. di. lxiij. que iunctis not. per Frãciscum de are. in. c. repellantur, columna. j. ⁊ dominus Felinus in eodem. c. voluit, quod ille qui aliquem in via non salutat, presumatur esse eius inimicus, si

antea solitus erat eum salutare. Et ita non debuit nec debet idẽ de Ascla admitti in testem contra ipsum, argumento eius quod habetur in dicto .c. repellantur. Si enim cohabitantes, vel eos frequentantes repelluntur ab accusatione, vt probatur in dicto capitu. iunctis his que ibi notant doctores: multo fortius, vel saltem non minus repelli debent a testimonio cohabitantes inimicis: pro eo quia prius videtur posse nocere in causa criminali ini-
2 micus † testis, vel de inimicitia suspectus, quã inimicus accusator. ¶ Et vt presumatur dictus de Ascla corruptus falsum dixisse: non modicum persuadet illud mutuum, seu forte celerata vẽditio eidem quamuis pauperrimo facta de quantitate bladi satis grandi, ⁊ per dictum Prepositi virum tenacem ⁊ rigidum erga suos creditores: de quib⁹ deponunt aliqui testes super vigesimo, vigesimoprimo, vigesimosecundo, ⁊ vigesimotertio dictorũ articulorum eiusdem schedule. Pro fortificatione eorumque superius dixi, scilicet quod dictus de Ascla receperit acta causa antea agitate per ⁊ inter dictum veteris actorem ⁊ ipsum reum in curia Vogonis, ⁊ quod ipse illa acta portauerit apud Aquensem ciuitatem: quodq; dixerit se habere procuratorem in aquensi ciuitate, faciunt testes parte eiusdem Garnerij producti super vigesimoquarto ⁊ sequentibus articulis, vsq; ad vigesimumseptimum articulũ inclusiue. Alterius ad impugnationem dicti seu depositionis dicti Petri magistri, cõtra quem fuerunt superius iam multa scripta, etiam faciunt ea que idez Magistri deposuit super .xxviij. ⁊ sequentibus articulis schedule premẽtionate, vsq; ad tricesimumprimum inclusiue.

¶ Et supposito, citra preiudicium veritatis, quod huic testi vsquequaq; credi non deberet de omnibus his que inibi deposuit saltem apparet eum varia dixisse super articulo de quo contenditur ⁊ semper potius inclinasse ad hoc, quod non recordaretur an presens extiterit vel non in dicta constitutione: quod etiam colligitur ex his que deposuit Iacobus Perrine ⁊ idem Magistri super quadragesimotertio articulo dicte schedule: sed opera inimicorum qui, vt dicit beatus Hieronymus in libro ad Pãmachium contra Ioannem hierosolimitanum episcopum, columna prima, etiam in scirpo nodum querunt, hoc factum est: vt ipse qui rudis est ⁊ rusticus dixerit se non fuisse presentẽ, forte putans vel nihil vel parũ interesse dicere non recordor si fuerim presens: ⁊ dicere, nõ fui presens: inter que tamen vt iam dixi longe refert. Et quod hoc ita contigerit presumi ⁊ credi etiã persuadent dicta ⁊ deposita per eundem Magistri super tricesimoseptimo ⁊ sequẽtib⁹ articulis, vsq; ad quadragesimum primum articulũ schedule prementionate: ⁊ ea que dictus Iacob⁹ perrine deposuit super .xl. vel .xlj. articulo.

¶ Sunt ⁊ alia multa, que colliguntur tam ex depositionibus testium examinatorum super dictis articulis, ⁊ signanter super .xlũ. articulo ⁊ quibusdam sequentibus articulis, quam alias ex discursu processus cause huius: ⁊ per que apparet non solum non esse probatum instrumentum predictum esse falsum: sed nec de falso suspectum: ⁊ quod quicquid deposuerunt vel deponunt dicti de Ascla, Magistri, ⁊ Roleti presuppositi sint deposuisse ad instigationẽ predicti prepositi capitalis inimici dicti magistri Garnerij. Que dixerim sub benigna supportatione huius insignis curie.

1 ☞ Clausula codicillaris an aliquid operetur in testamẽto ei⁹ qui ignorat effectum eiusdem.

¶ Epitome.

¶ De puro grauamine detrahit filius tantum vnam quartam, secundum legistas: secundum canonistas duas. V. F.

¶ Ad Senatusconsul. trebel. Consi. xix.


Iso testamẽto honorabilis quondam viri Raynaudi arbaudi de alpibus dudum, scilicet anno dominice incarnationis millesimo quadringentesimooctuagesimosecũdo, de mense Augusti condito in quo inter cetera heredes suos vniuersales instituit ⁊ nominauit venerabilẽ ⁊ discretos viros dominũ Vincentium arbaudi capellanũ, Antonium ⁊ Antonium arbaudi eius filios naturales ⁊ legitimos: prouidis vero ⁊ honestis iuuenibus Honorato, Ioanni, Ludouico ⁊ Pontio arbaudi eius nepotibus seu felezenis ex honorabili quondã viro magistro Christophoro arbaudi notario, dicti Raynaudi testatoris filio predefuncto, certa bona legauit, ⁊ iure institutionis reliquit: quibus eos voluit esse tacitos ⁊ contentos, ⁊ ꝙ plus in bonis, iuribus ⁊ hereditate eiusdem Raynaudi testatoris petere non possint: ⁊ si ipsi contra legatum supra mẽtionatum ⁊ eis iure institutionis relictum venirent, aut alter eorum veniret idem Raynaudus dictos Honoratum, Ioannem Ludouicum ⁊ Pontium dicto legato priuauit ⁊ priuatos esse voluit, de certa eius scientia, salua semper eisdem suis nepotibus seu Felezenis legitima parte seu portione iure nature eis debita super dicto legato, Dico ⁊ respondeo ꝙ cum dictus Raynaudus arbaudi videatur eisdem suis nepotibus in euentum contrauentionis nihil reliquisse iure institutionis, dictum eius testamẽtum videt̃ fuisse nullum propter preteritionem predictorũ nepotum: qui in casum in quem contrauenirent relicto sibi facto erant se reperturi preteritos, prout se esse preteritum reperit dictus Pontius arbaudi.

¶ Certum est enim quod quamuis ad validitatem testamenti paterni vel alterius ex ascendentibus nõ sit opus relinquere filio vel alteri descendenti ⁊ primum gradum tenenti totam legitimã titulo institutionis: opus est tamẽ ad validitatẽ illi⁹ ꝙ pater vel alius ascendens filio vel alteri descẽdenti ⁊ primum locum tenenti aliquid relinquat titulo institutionis: alias testamentum non valeret: pro quibus allegasse sufficiat, ⁊ primo quidem pro primo id quod notat glos. in aut. vt cum de appellatione cognoscitur. §. aliud quoq; capitulum. collatione octaua, Bal. in .l. anteꝗ. in fi. C. communia de successio. ⁊ glos. in .l. iij. §. sed vtrum. super verbo patruorum. ff. de minoribus. Super secundo vero allegasse sufficiat not. communiter per omnes scribentes in aut. nouissima. C. de inoffi. testa. ⁊ quod notat glo. in .§. tam autẽ. ⁊ qđ ibi Angel. de are. ⁊ glo. in .§. igitur. super verbo legati. instit. eodem titulo. Nec sufficit quod cum pater vel alius ascendens testatur inter filios vel liberos primum locum tenentes, ipse aliquibus ex illis relinquat iure institutionis: sed opus est quod ipsis omnibus ⁊ eorum cuilibet saltem aliquid relinquat iure institutionis, secundum opinionem communem, quam sequuti sunt Iacobus de aret. Iaco. de rauen. Pet. Cyn. Sali. ⁊ Fulgo. in dicta auth. nouissima, vbi etiam dicit Salice. in prima opinione, quod istud communiter tenetur. Et idem tenent Baldus ⁊ Sali. in .l. fi. C. familie er. ꝑ Baldũ in .c. si pater. vbi etiam gl. fatetur istam esse tutiorem sniam, de testamen. in sexto: quam sequitur etiam Ioannes de imo. in .c. Raynutius. columna decimaseptima. de testamen. vbi etiam Andreas barbatus, ⁊ Alexander in .l. inter cetera. ff. de lib. ⁊ posth. ꝓ qua opinione solet allegari dictũ aut. vt cum de appella. cognosci. §. aliquid quoq; capitulũ. Et quãuis contrariam opinionem, scilicet quod immo in testamento a patre vel alio superiore inter liberos condito non sit necesse relinquere cuilibet titulo institutionis, quam tenuit Azo in summa, C. titulo de inoffi. testa. ⁊ quã visa est tenere glo. in dicto .c. pater. super verbo, instituit. ⁊ expressius Iacobus butrigarius in dicta auth. nouissima. Anto. de butrio in dicto .c. Raynutius. colũna decima, Matheus de math. nota. ciiij. quem etiam sequitur dominus Iason may. in dicta auth. nouissima. colũna quinta, versi. tertia conclusio. multi approbent. prima tamen opinio est verior: ⁊ vt etiam idem dominus Iason fatetur, hec est communis sententia legistarum ⁊ canonistarum, a qua propterea non est in consulendo vel iudicando recedendum. l. prima. §. crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. c. nouimus. ⁊ quod ibi Antonius de butrio de verborũ significatiõe. c. de iudicijs. tertia questione tertia, ⁊ quod notat Ostiensis, Ioannes andreas in nouel. Antonius de butrio, Panormitanus ⁊ alij in .c. primo de constitutio. ⁊ doctores in .l. finali. C. de pe. iudi. qui male iudi. Cũ igitur nihil fuerit, vt predixi, relictũ prefatis Honorato, Ioanni, Ludouico Pontio iure institutionis, eo scilicet casu quo contrauenerint testamentarie dispositioni facte per dictum Raynaudum eorũ auum paternum, seu legato per ipsum illis relicto: dictum eius testamentum data contrauentione non videt̃ valuisse nec valere per predicta.

¶ Nisi forte quis dicat ⁊ apponat, qđ immo valuerit ⁊ valeat predictum testamentum, pro eo quia dictus Raynaudus nõ videt̃ prorsus priuasse predictos Honoratum ⁊ alios nepotes legato eis relicto, nec illud omnimo reuocasse: sed dumtaxat quatenus legatum huiusmodi excedebat legitimam eis debitam in bonis suĩpsius testatoris: ⁊ hoc propter illa verba posita in priuatione seu reuocatione dicti legati, scilicet salua semper eisdem suis nepotibus seu Felelenis legitima portione iure nature eis debite super dicto legato. Sed istud nõ videtur obstare, pro eo q: idem testator in casum contrauentionis priuauit dictos eius nepotes legato eis relicto iure institutionis: ⁊ sic videtur illud legatum reuocasse quamuis voluerit quod ipsi super ipsius rebus legatis haberent legitimam: ⁊ ita discedẽdo a dicto legato iure institutionis, videtur eisdem nepotibus reliquisse, vel voluisse saluam esse legitimam his debitam, ⁊ hoc in bonis legatis. Sed nec huiuscemodi legitima, vel pars illius legitur hoc casu relicta iure institutionis: quod tamen vt predixi, ꝫm communem opinionem legistarum ⁊ canonistarum, fieri oportebat: ⁊ sic videtur

testamentum

testamentum non valuisse iure testamenti: sed fuisse nullum data contrauentione.

¶ Verum quia in testamento huiusmodi fuit apposita clausula codicillaris, Si non valet vel valebat &c. que clausula etiã eo casu quo testamentum est nullum ex causa preteritionis operatur hoc, vt in vim illius censeantur preteriti fuisse rogati seu grauati per fideicommissum de hereditate restituẽda heredi instituto. l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideicommis. liber. & l. si patroni. §. finali. secundum lecturam secundam, quam ibi sustinent Docto. ff. ad trebellianum. & hoc communiter volunt doctores in authenti. ex causa. vbi damnant glo. aliud sentientem in hoc casu. C. de liber. preti. vel exhereda. Et quia hec est communis sententia, esset durum contra hunc stimulum calcitrare. Videntur igitur dicti nepotes fuisse grauati de restituenda eorũ hereditaria portione ab intestato eis delata prefatis eorũ patris heredibus institutis. Possunt tamen detrahere vnam quartam, scilicet legitimam, vel trebellianicam, non duas: videlicet cum grauamen fuerit purum, per id quod not. gloss. Bartolus & Doctores in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inofficioso testamẽto. glossa, Bartolus, Philippus de Corne. in. l. quanquã. C. ad legem falcidiam. Baldus consilio cxi. exordiente, Gregorius in suo testamento &c. & consilio ducentesimo trigesimoquarto, in prima parte. Bald. in. l. filium quem. versiculo, item quero quid si filius. C. familie herciscunde. Alexãder de Imola cõsilio vigesimosexto, exordien. circa primum dubium, col. penul. in primo volu. Nisi forte dicamus, & hoc forte verius, quod dictum grauamen fuerit conditionale, in eum scilicet casum quo dicti nepotes aut eorum aliquis contrauenirẽt legato: quod post mortem fuit purificatum, qñ scz ceperunt contrauenire: & sic videtur posse detrahere duas quartas. s. legitimas & trebellianicã, per id qđ not. Docto. & maxime Baldus & Ange. in dicta. l. papinianus. §. meminisse. Et hec secundum legistas: quia vt videtur canoni. tenent magis communiter, quod etiam vbi grauamẽ est purum, detrahant liberi duas quartas. c. raynutius. vbi plenissime per Andr. Barba. post alios, & c. raynaldus. de testamẽtis. & Jo. de Imola in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulg. & pupil. Est verum quod Bartolus in. l. prima, questione sexta. ff. de iure codicil. & Andre. Barba. in repetitione dicti cap. raynaldus. chartaquinquagesimaquarta, columna quarta, versic. item adde inquantum illa glossa & omnes dicunt hic, de testamẽtis. & consilio quinquagesimooctauo, exordiente, clementissimi dei patris domini nostri
1 Jesu Christi, columna decima, in prima parte, videtur voluisse ꝙ clausula codicillaris nihil operetur in testamẽto † eius qui ignorauit effectum eiusdem clausule, & Alexander in dicta authen. ex causa. columna vndecima, vel circa, versi. item intellige. vbi etiã dominus Jason, columna penultima. Ange. in. l. titia. ff. de inofficioso testamẽto. & Ambro. opizo in. l. filiusfamilias. §. diui. charta tertia, columna tertia. ff. de legatis primo. vbi dicunt quod ad hoc vt clausula codicillaris habeat effectum, semper requiritur quod venientes ab intestato adeant hereditatem ab intestato: pro quo solet allegari glossa reputata singularis in. l. qui filio. §. primo. in verbo, ex codicillis. ff. de heredibus instituendis.

¶ Et redeundo ad materiam quartarum, puto quod bona per dictum Raynaudum donata donatione inter viuos dicto quondam magistro Gregorio notario non debeant predictis Honorato & alijs nepotibus dicti Raynaudi imputari in trebellianicam: pro eo quia non ex testamento, sed in vim cõtractus peruenirent bona huiusmodi ad dictum quondam magistrum Gregorium: pro quo allegasse sufficiãt notata per doctores in. l. in quartam. ff. ad legem falcidiam. Non etiam debent imputari in legitimam, pro eo quia licet donatio predicta facta extiterit dicto quondam magistro Gregorio per dictum Raynaudũ eius quondam patrem, & dum in eius patria potestate existebat: illa tamen ab initio valuit propter iuramentum, per id quod notat Baldus in. l. tertia. C. de vsucap. pro dona. & in. l. ij. charta decimaquinta. versic. & idem quando pater donat filio. ff. de iureiurando. & consilio tricentesimosexagesimoquinto, exordiente, premittendum est ad euidentiã quod donatio facta filio &c. & dominus Jas. Maynus in. l. frater a fratre. colum. penultima vel fi. ff. de condictioni. indebi. & pro hac parte sepe cõsuluit Alexander de Imola. Quo fit vt cum postea dictus magister Gregorius ab humanis decesserit, dicti Honoratus & alij sui filij eidẽ successerint in dictis bonis tanquam ipsius heredes, & ab intestato proximiores: aut. de heredi. ab intesta. §. i. collatione nona. & transsumptiue in authẽ. in successione. C. de suis & legiti. liberis. Habuerunt igitur bona hec dicti liberi immediate ab ipso magistro Gregorio, nõ a dicto Raynaudo auo: ergo nõ debent illa imputare in legitimã sibi debitam in bonis aui. l. scimus. §. repletionem. C. de inoffi. testamẽ. Pro quo optime facit quod habet in. l. si quando. §. fi. C. de inofficioso testamento. & quod per illum textum notat Bart. in dicta l. in quartam. & quod ibi Alexander de Imola. charta penultima, vel circa, versicu. item inquantum Bartolus concludit &c. & plenius in versicu. querit etiam Bartolus quid si pater donauit filio emãcipato &c. post Bartolum in. l. post dotem. circa vltimam columnam, versicu. item prodest. ff. soluto matrimonio. Que intelligo procedere, etiam si bona donata ascendissent ad valorem legitime dicti quondam magistri Christophori, & propterea debuisset idez Christophorus ea imputare in legitimam suam si superuixisset. l. eum qui de peculio. §. fi. & quod ibi Joan. de imola. ff. ad leg. iuliam. Alexander de imola. in. l. illud. col. v. C. de colla. & do. Jason may. in. l. fi. quando. §. generaliter. C. de inoffi. testam. quia alia ratio est in dicto magistro Christophoro qui bona predicta habuit immediate a dicto Raymũdo patre: dicti vero nepotes non habuerunt immediate ab auo, sed a dicto magistro Christophoro eorum quondam patre. Non etiam debent eisdem nepotibus in quartam trebellianicam aut legitimam imputari bona per dictum quondam magistrum Gregorium suo ipsius nomine acquisita, siue illa dici debeant peculij aduentitij, siue peculij quasi castrensis. Et quidem nõ si fuerunt bona peculij aduentitij: quia licet quoad proprietatem illa fuerint acquisita eidem magistro Gregorio: quamuis eorum vsusfructus fuerit patri quesitus, qui morte illius finitus est: hec probatur in. l. cum oportet. circa principium. C. de bo. que libe. non etiam si fuerunt peculij quasi castrẽsis: quia pater in his nihil habet, per id qđ no. Bar. in. l. fi. C. de silen. lib. xij. Bart. in. l. fi. C. de inoff. testa. & do. Jas. C. de procura. super rubrica. circa fi. Addo predictis quod legatum factum predictis nepotibus de bonis alias donatis dicto magistro Gregorio nõ tenuit: quia nõ potuerunt dicti nepotes in bonis suis & ex paterna successione quesitis institui, vel illa sibi legari. l. res proprias. C. de leg. & qđ not. Bal. & Joan. de imol. in. l. suus quoqꝫ. ff. de heredibus institu. & domi. Jas. may. in. d. l. fi. in prin. in. j. col. C. de inoffi. test. qđ procederet secundum eum etiam si pater fuisset vsufructuarius.

¶ Nec puto quod licet dictus Põtius arbaudi acceptauerit legatum ibi relictum per dictum quondam dominum Vincentiũ eius patruum: ipse propterea prohibeatur petere legitimam etiam super parte & portione eiusdem domini Vincentij: pro eo quia in prohibitione quam fecisse pretenditur idem quondam dominus Vincẽtius in legato eidem Pontio facto in suis codicillis nulla fit mentio de legitima dicti Pontij: que tamen non censetur remitti nisi fiat de ea expressa mentio, dicta. l. si quando. §. fin. & quod ibi Baldus, Salicetus, Paulus de castro, & dominus Jason Maynus. C. de inofficioso testamento. Alberic. Baldus & Angelus in. l. de his. ff. de transactionibus. vbi etiam de hoc notat idem dominus Jason columna prima, versiculo item dato etiam quod renuntiatio fieret &c. Bald. ff. de iureiurando. super rubrica, columna penultima, & Francis. de Aretio in. l. j. §. si quis ita. col. vij. & viij. ff. de verborum obligationi. & alij in alijs locis. Que omnia dixerim &c.

1 ¶ Juramentum cum possit seruari est obseruandum per eum qui iurauit.

¶ Epitome.

¶ Contractui iurato qui contrauenit exceptione repellitur.

¶ De rebus credi. & iureiu. Consil. xx.


On occurrit mihi opportunitas vt videre & plene scribere valeam, qđ iuris sit in casu mihi delato parte honorabilis viri Claudij Chabrerij, & honeste mulieris Monete eius vxoris. Puto tamen prima facie, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, & salua plena visione scripturarum mihi exhibitarũ, quas propter occupationes quibus nunc detineor videre non possum, ꝙ si prouidus vir Dauid Rosseri contrauenerit conuentis, & cum iuramento per eundem promissis, priusꝙ obtinuerit secum de iuramento dispensari aut illud sibi relaxari, vel alr̃ se habilitari per eius ordinariũ: ipse non potest nec debet obtinere dispensationem aut relaxationem iuramenti: pro eo quia frustra legis auxilium implorat qui committit in legem. c. qz frustra. de vsur. quod etiã voluit Fride. de se. consi. ccc. exordiẽte, factum tale est, debitor promisit soluere centum creditori &c. col. fi. Petr. de anchara. consilio centesimononagesimooctauo, exordien. predictis subtiliter &c. Panor. in sua disputatione exordiente, stãte statuto &c. charta vlti. col. penul. Jo. de imo. in. c. debitores. de iureiur. Laurentius de Rodul. in repeti. c. consuluit. q. xxiij. de vsu. & Alexander de imo. consil. ccxxiij. exordiente, Visa facti narratione &c. colum. iij. vel circa. in

§. volu. & do. Felin. in.c.f. columna. ix. vel circa. ver. vij. quero. de iureiur. & de hoc poterit opponi cum Reuerendo patre domino vicario, coram quo petita est parte dicti Claudij dispensatio iuramenti per eundem prestiti.

¶ Preterea etiam videtur quod de iuramento prestito: per eundē Dauidis, & de contrauentione ante obtentam dispensationis possit opponi coram do. Iudice appellationum, & dici eum fuisse à petitis repellendum propter iuramentum per eum prestitum, cui indebite & non sine periculo periurij contrauenire nititur: quod testamentū possit & posset sine detrimento salutis eterne per eum obseruari, erat & est per eum obseruandum, c. cum contingat. c. si vero. de iureiur. c. & quamuis pactum. de pact. in sexto.

¶ Substitutio facta per verbum commune substituit. non trahitur ad directam institutionē aut substitutionem: sed ad fideicommissum.

¶ De impub. & al. substi. Consi. xxi.



Iso testamēto quod fecisse dicitur probus quondam vir Antonius Matthei, & in quo heredē vniuersalem instituit Catherinam eius filiam vnicam naturalem & legitimam: & illi, si sine herede vel heredibus a suo proprio corpore legitime procreato seu procreatis decederet, substituit in bonis suis ipsius Antonij testatoris Michaelem & Claudium Mathei fratres suis ipsius testatoris. Viso preterea casu parte honeste mulieris Claudie relicte Ioannis Fabri auie materne predicte Catherine, & dubijs ex casu huiusmodi elicitis, dico & respondeo breuiter & succincte, salua tamen pleniore deliberatione, quod licet prima facie substitutio compendiosa facta per dictum testatorem videatur valuisse iure pupillaris substitutionis, eo quia, vt supponitur in casu eadem Caterina vita functa est & ab humanis decessit in pupillari etate, per ea que magis communiter scribunt moderni docto. in.l. centurio. ff. de vulgari & pupillari. in.l. precibus. C. de impube. & alijs substitu. in.c. Raynutius. de testa. & in.c. si pater. eodem titulo. in sexto, in ea parte in qua loquuntur de compendiosa substitutione facta per patrem filio impuberi in ipsius potestate existenti per verbum commune: in quo articulo solent dicere quod si filius moriatur impubes, valet substitutio iure pupillaris etiā si mater impuberis sit in medio. Quod si ita esset in casu nostro, deberent dicti Micael. & Claudius succedere in omnibus bonis predicte Caterine: & sic non solum in bonis paternis: sed etiā in dote materna, & alijs bonis si que fuerint, exclusa dicta Claudia auia etiam quo ad legitimam. l. sed & si plures. §. ad substitutos. ff. de vulgari & pupillari. & quod not. Ioan. de imol. in dicto. c. Raynutius. ver. circa tertium &c. de testa. & Philippus de franc. in dicto. c. si pater circa finem.

¶ His tamen non obstantibus, puto in casu occurrenti sententiam contrariam esse veriorem, scilicet quod licet predicta Catherina ab humanis decesserit in pupillari etate: dicta tamen cōpendiosa substitutio non valuit nec valere potuit iure pupillaris substitutionis, sed vniuersalis fideicommissi: & sic iure fideicommissarie substitutionis. Et hoc pro eo quia substitutio predicta fuit facta in bonis predicti testatoris, & ad illa restricta. Quo fit vt habito respectu ad bona & hereditatem predicte Catherine censeatur fuisse facta in re certa per ea que post Bartolum in.l. cum filius. §. lucio. ff. de lega. ij. & in.l. cogi. §. sed si miles. ff. ad trebel. ponit Fran. de are. consilio cētesimo quinquagesimo quinto, exordien. periculosum est vt Hieronymus ait &c. columna decima. ver. his premissis. dico & hinc fit vt substitutio predicta, vtpote facta per verbum cōmune substituit, non trahatur ad directam institutionem: aut substitutionem: sed ad fideicommissum per id quod no. Bart. in.d.l. centurio. ver. quero quid si substitutio compendiosa fiat in re certa & cetera. vbi etiam alij scribentes, Pau. de cast. consilio. cxliij. Alexan. de imo. consilio. xlv. in primo volu. & alij in diuersis locis. Ex quo infero quod dimidia pars dotis matris predicte Catherine, que ex successione dicte matris ad ipsam Catherinā peruenerat, & dimidia alterius dimidie, que ad eam peruenerat ex successione fratris predefuncti, aut. defuncto. C. ad trebel. non venit nec comprehenditur in dicta substitutione, nec in fideicommis. per dictum testatorem relictis prefatis Michaeli & Claudio. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulgari & pupillari. Sed in hac dimidia parte dotis, & in dimidia parte alterius dimidie debet succedere dicta Alziaria, allegata aut. defuncto.

¶ Preterea potest dicta Claudia detrahere de bonis dicti testatoris duas quartas, scilicet legitimam & trebellianicam, per id quod not. gl. Bartol. & docto. in.l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. gl. Bar. & docto. in.l. quod. C. ad legem falcid. multas remissiones ponit do. Iason in authē. res que. colūna tertia. C. de inoffi. testa. & sunt boni tex. in dicto. c. Raynutius. & c. Raynaldus. de testa. que due quarte ascendunt etiam ad dimidiam partem bonorū ipsius testatoris: pro eo quia legitima fuit triens, seu quatuor vncie authē. nouissima. C. de inoffi. testa. & trebellianica, quarta pars residui: & sic due vncie, que iuncte alijs quatuor faciunt sex: & sic dimidiam partem hereditatis. Alia vero dimidia pars pertinet dictis Michaeli & Claudio in vim dicte substitutionis. Et ita mihi videtur &c.

¶ Filij si viuente patre diuidunt patris bona, conferendo talē diuisionem post mortem patris illa bona poterunt auferri filijs per fiscum.

¶ De his quibus vt indign. Consilio. xxij.



Isa copia instrumenti quarundam conuentionum seu pactionum, vt pretenditur initarum & factarum per & inter honestas mulieres Guinetam & Siletam mortuorie filias honorabilis quondam viri Petri morterij habitatoris ville Tarasconis, de & super successione & hereditate omnium bonorum predicti quondam Petri, vna cū quesitis siue dubijs mihi transmissis, dico & respondeo quod si cōuentiones seu pactiones huiusmodi facte extiterint per dictas Guinetā & Siletā viuente eodē quondam Petro, & sine cōsensu illius, ille fuerūt & sunt nulle quo ad cōmoditatē predictarū, partiū vtpote facte cōtra bonos mores. l. fi. C. de pact. Et nō solum fuerūt nulle quo ad partium commoditatem, sed etiam videtur quod propter illas debeat hereditas seu bona dicti quondam Morterij eisdē paciscentibus vtpote indignis auferri. l. quidam. §. vltimo. & l. sequenti. ff. de dona. & l. ij. §. fi. ff. de his qui. vt indig. quod etiam voluit glo. in dicta. l. fi. super verbo, obseruari. & idem volunt ibi omnes scribentes: & dicit ibi Paul. de cast. col. ij. & post eum do. Ias. may. quod caueant illi qui viuente patre diuidunt bona patris, conferendo talem diuisionem post mortem patris nam mortuo patre illa bona poterunt filijs per fiscum auferri: & dicunt Paulus de cast. & do. Iaso. ita sentire Bart. in.l. cum dominus. §. fi. ff. de penu lega. non potest igitur dicta Sileta in vim pactionum predictarum ad sui commoditatem, clamorem exponere: sed bene ad damnum & incommodum eius & dicte Guinete eius sororis, si de illis appareat: quia propter eas vt dixi possunt bona auferri, & applicari fisco. Nec facit predicta Sileta, quod dicte pactiones fuerint iurate: quia cum sint contra bonos mores: non potuerunt firmari iuramento: regula non est obligatorium, de regulis iuris. in sexto. quod etiam voluerunt Baldus. Sali. & moderni. in dicta. l. fi. vbi etiam hoc tenet Bartolus: ad quod facit quod not. doct. in simili in.l. pactū quod dotali. C. de pact. & in.l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obligationibus.

¶ Que omnia dixerim sub correctiōe cuiuslibet domini melius sentientis.

¶ Epitome.

¶ Qui filijs institutis heredibus relinquit vxorem vsufructuariam & dominam, non adeo filios vrget, vt ipsi interim fructibus careant. V. F

¶ De suis & legi. libe. Consilio. xxiij.



Uia prouidus quōdā vir Guilielmus Amalrici in suo vltimo & nuncupatiuo testamento heredes vniuersales instituit Honoratam, Antonetam, & Baudetā Amalrice eius filias & naturales & legitimas: non potest honesta mulier domina Alayona eiusdem Gulielmi relicta, & quam reliquit dominam & segnoressam, ac vsufructuariam omnium bonorum suorum tam mobiliū quam immobilium, tandiu quandiu viueret in humanis, & statum seruaret vidualem, pretendere se esse verām vsufructuariam bonorum huiusmodi: sed videtur quod per legatum seu relictum huiusmodi eidem do. Alayone solū relicta extiterint alimenta cū preeminentia in domo vt habere solebat in vita viri, & secundum interpretationem factam in curia Bulgarij, per id quod no. glo. Cy. Barto. & Doctores in authen. hoc locum. C. si. secundo nupserit mulier, Bartolus & Paulus de monte picto in.l. titia testamento. §. fina.

to. §. fina. ff. de legatis secundo. Bartol. in suo consilio exordiente Petrus masculi de felusio, ꝛ consilio exordiente, Nicolaus famati instituit sibi heredem. Romanus consilio quingentesimo decimosexto. Alexander de Imola consilio quadragesimo, exordiente, Viso themate. in primo volumine, Francisc. de Areti. consilio quadragesimo exordiēte, presupposito in facto quod quidam Ange. guidi. Puto tamen quod predicte heres teneantur non solum ad prestandum cibaria, seu cibos ꝛ potum: sed etiam ea omnia que sunt ad vitā necessaria, ꝛ sine quibus corpus ali seu
1 † nutriri aut viuere non posset, vt cibaria, ꝛ alimenta, potum ꝛc. que hominum natura demonstrat. Item etiam habitationem, vt. l. legatis. ff. de alimen. ꝛ ciba. lega. Item etiam calciarium. l. cum hi. §. calciaria. ff. de transactioni. ac etiam lectum ꝛ medecinas. l. quos nos. §. fi. ff. de verborum significatione. ꝛ. l. si cum dotem. §. finautē in seuissimo. ff. soluto matrimonio, ꝛ qd̄ not. Bart. in suo tracta. de alimen. columna, prima ꝛ secunda. Debent igitur dicte heredes prouidere eidem Alayone de domo habitationis, in qua possit honeste residere, ꝛ ibi nutriri, ꝛ aliena ad victū necessaria sibi prestare prout fieri consueuerat viuēte dicto Guilielmo eius quondam marito: ꝛ ante prestationem habitationis non videtur posse eijci ꝛ expelli a domo dicti quondam testatoris. Et per hec patet responsio ad primum ꝛ secundum quesita.

¶ Ad tertium dico ꝛ respondeo, ac etiam consulo, ꝙ ille vestes restituantur dicte Baudete, quod non retineantur per prefatam dominam Alayonam.

¶ Ad quartum dico ꝛ respondeo, vt iam dixi qd̄ Alayona non est vsufructuaria: sꝫ solū alimentaria, ꝛ qd̄ propter ea mihi petere potest, nisi alimenta, ꝛ alia predicta.

¶ Ad quintum dico ꝛ respondeo quod dicte heredes possunt diuidere bona hereditaria inuita eadem dñ Alayona: que tamē remanebunt obligate ꝛ astricte ad prestationem alimentorum, ꝛ aliorum predictorum.

¶ Ad sextum dico ꝛ respondeo, quod si dicte Honorata ꝛ Antoneta sint contente qd̄ dicta do. Alayona habeat plenū vsumfructum in bonis hereditarijs, quo ad eas erit bonū quod bona diuidantur, ꝛ quod in bonis que peruenient ad eandem recipiat plenum vsumfructum. Quo vero ad dictam Baudetam, habeat tertiam partem alimentorum, ꝛ aliorum necessariorum.

1 ¶ Fideicommissum relictū ad diem incertū potest ante diem cuilibet restitui.
2 Angelus consilio. xv. dicit quod Bartolus fuit lucerna iuris ciuilis.
3 Transferre plus iuris quam quis habeat in alium nemo potest.
4 Facere contra id quod expressum est in. l. hac edictali. nemo pōt.
5 Dispositio conditionalis assumit effectum per euentum conditionis.
6 Filius in legitima censetur creditor.

¶ Epitome.

¶ Ire stimulus verba ministrat, ꝛ vim dicendi auget. hoc dicit. Id qd̄ plus mulier relinquit secundo viro q̄ vni ex liberis prioris matrimonij hic restitui debet: salua tamen legitima etiam filijs secundi matrimonij. V. F.

¶ De secun. nupt. Consilio. xxiij.



X facto ꝛc. recordor ꝙ a sex mensibus citra fuerunt parte dictarum nobilium Magdalene ꝛ Francesie, ꝛ per nobilem ꝛ generosum virum dominū de Venellis, maritum eiusdem nobilis Magdalene, mihi exhibite quedam iuriū allegationes subscripte, vt mihi videbaṫ per egregium virum do. Joannem cannelli legum doctorem, qui pro nobilibus Margareta ꝛ Agneta seu Agnete scripserat: quod que cum propter professionem ꝛ amicitiam dicti do. Cannelli scribere recusassem pro dictis nobilibus Magdalena ꝛ Francesia, fuerunt litere missorie ipsius do. Cannelli ad dictum do. de Venellis scripte mihi presentate, ꝛ ostense: in quibus eundem hortabatur vt veniret ad me, ꝛ dictas suas iurium allegationes, vna cum iurium allegationibus pro dictis nobilibus Magdalena ꝛ Francesia per spectabilem virū do. Bertrandum durandi regium consiliarium in parlamento prouincie mihi ostenderet, ꝛ faceret quod super casu superius descripto, ꝛ in prefatione dictarum iurium allegationum eiusdem do. Canneli vt supra ponitur descripto viderem, ꝛ id quod pro iuris veritate sentirem super eo scriberē, ꝙ ꝛ facere conatus sum. Verū qꝛ post hec redijt ad me idem nobilis Guliel. cū literis ad eum scriptis per dictum dominū Cannelli, quarum tenor sequitur, compellor iterato scribere, ꝛ ostendere eidem domino Cannelli quod nec dictus dom. Durandi, nec ego quesiuerimus quinqꝫ pedes in mutone, seu etiam queuis deuia, aut vt verbis suis loquar trauersias: quodqꝫ rationes sue non fuerunt nec sunt tales quibus nō fuerit ꝛ sit sufficienter respōsum quod forte intellexisset idem domi. Cannelli, si scripta predicta fuissent lecta, ꝛ non neglecta. Forte dico, pro eo quia, vt scribit Hieronymus in libro ad Pammachium, colum. j. amicus praua quoqꝫ recta iudicat: scribunt, secui litere, amantium, seca esse iudicia. Sed reuertendo ad casum, dico imprimis quod cum dictus nobilis de Vetula fuerit, vt ponitur in casu, heres vniuersalis institutus per dictum nobilem Gabrielem, et deinde hereditas eiusdem nobilibus Margarete ꝛ Agneti restituta, dici non possunt ipse nobiles Margarete ꝛ Agnes adiuisse hereditatē ipsius Gabriele, nec esse vere vniuersales heredes eiusdem: quia quamuis vniuersalis fideicommissarius dici possit esse loco heredis: non est tamen vere heres. l. postulante. §. primo, in verbo, loco heredis. ꝛ in verbo, quodammodo. ff. ad trebellia. ꝛ in. l. filiusfamilias. ff. quod cum eo. quia dictio illa quodammodo, est nota improprietatis. l. in suis ꝛ quod ibi Alex. de imo. ff. de libe. ꝛ posthu. similiter etiam dictio loco heredis, vt probatur in. l. mercis. la. ij. in verbo, loco mercis. ff. de verbo. significa. quod etiam voluit Alexand. de imo. ff. de vulga. ꝛ pupilla. super rubric. Supposito igitur, citra preiudicium veritatis, quod pretensum vniuersale fideicommissum potuisset etiam ex autoritate senatusconsulti trebelliani, eisdem nobilibus Margarete ꝛ Agneti restitui, prout non potuit: vt infra dicetur: nō deberent tamen dici, prout nec essent vere heredes dicte nobilis Gabriel: sed dici deberent fideicommissarie. Et ita male asseritur in positione casus illas esse veras vniuersales dicte earum matris.

¶ Ceterum ad id quod in responsione facta per dictum dominū Cannelli primo scribitur, iuris esse apertissimi quod, fideicom-
1 missum † ad diem incertum relictum potest ante diem ciuiliter restitui, de quo dicit esse text. in. l. post mortem. C. de fideicōmis. dico ꝛ respondeo quod si ipse pretendat fideicommissum huiusmodi posse sic restitui ex autoritate dicti senatusconsulti, ꝛ vt possit actiones actiue ꝛ passiue transferre in substitutum fideicommissarium: ꝛ vt idem substitutus habeat ius in vniuersali fideicommisso in vim substitutionis: istud pace salua dixerim non est verum: quia si fideicommissum sub cōditione relictum, cuiusmodi est pretensum fideicommissum de quo in casu, non potest ante euentū diei authoritate dicti senatusconsulti restitui. l. heres meus, in principio. ff. de condi. ꝛ demon. ꝛ. l. si cum dies. ff. quando dies legat. ced. iuncta. l. sed ꝛ si ante. ff. ad trebel. qd̄ etiā voluerūt Jacob. de rauen. ꝛ Petr. quos refert ꝛ sequitur Cyn. in. d. l. post mortem. C. de fideicom. ꝛ idem voluerunt ibi Bar. Alb. de rosa. Ang. Pau. de Cast. ꝛ do. Jas. may. ꝛ Joan. de imo. in. d. l. sed ꝛ si ante. quam legit cum. l. sed ꝛ si alio. §. si quis sub conditione. heres enim sic grauatus, ꝛ ante diei euentum restituens, non restituit ex voluntate testatoris, vel prout testator voluit, vt not. Cy. Bar. Albe. ꝛ do. Jas. in dicta. l. post mortem. ꝛ Joan. de imol. in dicta. l. sed ꝛ si ante. Angel. vero in dicta. l. post mortē. dicit enim non restituere prout optauit testator, ꝛ Paul. de castr. ꝙ non restituit prout disposuit: ꝛ hi omnes videntur vnum dicere, scilicet ꝙ sic restituens non restituit iuxta voluntatem testatoris. Et vt breuiter dicam, iste articulus deciditur per dictam. l. sed ꝛ si ante. cui vt dicit Pau. de castro in dicta. l. post mortem. nō potest respondere. Et quamuis Sali. qui in hac materia fuit perplexus. ꝛ eam reliquit cogitandam, conetur illi respondere, dicens post gl. vt pretendit, ꝙ in dicta. l. post mortem. erat heres pure scriptus: sed rogatus sub cōditione restituere: in dicta vero. l. sed ꝛ si ante. erat institutus sub conditione, ꝛ simpliciter rogatus restituere: ꝛ quod ideo ante conditionis euētum non poterat restituere: quia nec ante aduentum cōditionis huiusmodi heres esse: hec tamen responsio non nocet ei quod dixi. Tum quia non videtur ꝙ d. l. sed ꝛ si ante. loquatur in herede sub conditione instituto, ꝛ simpliciter rogato restituere: quia iste casus fuit sufficienter decisus in l. proxime precedenti dictam. l. sed ꝛ si ante. §. fi. vbi ad literam dicit text. Si quis sub conditione fuit heres scriptus, pēdente conditione nihil agit: tamē si paratus sit restituere hereditatem. Si enim heres scriptus, ꝛ pendente conditione hereditatem restituens vniuersaliter nihil agit, prout exprimitur in dicto. §. fi. ꝑpter illam dictionem nihil, que est vniuersalis negatiua. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dubijs. ꝛ. l. ij. ff. communi diuidundo. quid opus erat subijcere lege, sed ꝛ si ante. ad decidendum, quod sic per sic heredem scriptum, ꝛ grauatum restituere fiat restitutio pendente conditione, non transferuntur actiones: quia ex decisione dicti. §. finali. in quo dicebatur talem sic restituentem nihil agere apertissime inferebatur, quod non transferret actiones, dicta. l. si is qui ducenta. §. vtrum, ad finē ad quod facit ho-

ale.c.solite. cum multis simili. de ma. ⁊ obe. dicta igitur. l. sed ⁊ si ante. videretur superfluere: quod non est dicendum, per id quod habetur in prima consti. C. §. quibus. Tum ⁊ quia gloss. in dicta l. post mortem. super verbo, restituere. non solum intellexit dictā l. sed ⁊ si ante. in herede sub conditione instituto, ⁊ rogato restituere, prout visus est velle sentire Sal. sed etiam in herede pure instituto, ⁊ sub conditione grauato: ⁊ in vtroque casu dicit restitutionem esse nullam. Quod si non creditur, legatur ipsa gloss. ⁊ consideretur qualiter Sal. dicere potuerit quod docto. recitent gloss. predictam aliter quam dicat: quia gloss. dicit vtrunque, ⁊ docto. nihil referunt quod gloss. non dixerit: nec gloss. conata est euadere contrarium ex eo quod in. d. l. sed ⁊ si ante. fuerit heres sub conditione scriptus, ⁊ in. d. l. post mortem. pure, ⁊ sub conditione rogatus restituere: sed quesiuit sibi aliud diuerticulum: scʒ quod in dicta. l. post mortem, fuerit heres grauatus sub conditione omnino extitura: in quo, vt postea dicam cōmuniter damnatur ab omnibus. Sed quāuis Bal. ⁊ post eū Raph. fulgo. videantur voluisse, quod restitutio de qua in dicta. l. post mortē. fiat iudicio testatoris, moti quibusdam persuasionibus, de quibus ibi per eos: ipsi tamen efficaciter hoc non probant, nec opportune respondent ad dictam. l. sed si ante. Quo fit vt cum opinio Iaco. de Rauē. Cy. Pet. ⁊ Sali. sit cōis: ⁊ fulcita bono tex. ⁊ bonis fundamentis: opinio vero contraria sit paucorum doct. habentium contra se bonum tex. ⁊ bona fundamenta: sit illi potius quam huic iudicio ⁊ consulendo adherendum. c. nouimus. ibi opinio a pluribus approbata, ⁊ quod ibi Antonius de bu. de verborum signifi. c. de indu. ibi, in quo plurimi concordant, tertia questiōe tertia, ⁊. l. prima ibi, crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. ⁊ quod nota. gloss. in. c. finali. de peniten. questione prima, ⁊ in. c. primo in verbo decetero, de postulatione prelat. in sexto. Et ideo iudicans contra communem facit litem suam, nec excusatur in syndicatu, per id quod not. Bartolus ⁊ Angel. in l. fina. C. de pe. iudi qui male iudi. Panormitanus in. c. prudentiam. in principio, de offi. delega. Pet. de ancha. in cle. ne Romani. de electio. Angel. in. l. terminato. C. de fructibus ⁊ lit. expē. Ant. de butrio in. c. ex literis. columna prima. de spōsalibus. ⁊ Panormitanus in. c. primo. de decimis, ⁊ Semi. in. c. quis nesciat, in notabili questione vndecima. Et illa opinio dicit cōmunis quam plures grauioresque accipiunt. c. in cano. distinctione decimanona, ⁊ in. §. verum illa sententia, de peniten. questione tertia.

¶ Quod si ita est, ꝙ dicta prima opinio sit communis, que scilicet fuit Iaco. de Rauen. Petr. Cy. Bart. ⁊ aliorum predictorum quorum quanta fuerit authoritas ⁊ in scholis, ⁊ in iudicijs nemo est qui nesciat: ⁊ vt de reliquis taceam, dicit Ange. consili.
2 decimoquinto, de Bartol. quod ipse fuit † lucerna iuris ciuilis, ⁊ in repeti. l. prime. C. de iudi. appellat eum preceptorem, ⁊ sub illius vmbra dicit se semper quiescere: fuit enim Bartol. illuminator iuris ciuilis, secundum Panor. consilio tertio, in primo volumi. ⁊ Petr. de ancha. in proemio sexti, appellat eum lumen iuris. Bal. in. c. quoniam contra falsam. de proba. appellat eum summum doctorem, ⁊ preceptorem suum: ⁊ in eo solet esse substantia veritatis sequenda in iudicando ⁊ consulendo, secundū Roma. consilio quadringentesimo sexagesimonono exordiente, quo ad primum. colum. tertia, consilio quadringentesimooctuagesimo. exordien. vbi in casu proposito refert eum esse verticem iuris nostri, ⁊ Ioannes de imola in. c. dilecta. de appella. refert assessores non velle recedere ab opinione Barto. ⁊ Fran. de aret. in consilio centesimo quinquagesimoquinto. exordien. periculosum ⁊c. appellat Barto. patrem iuris ciuilis, ⁊ Panor. in. c. cum nobis. columna penultima, de prescript. refert Bartol. omnium iudicio cunctos scribentes in equitate ⁊ veritate precellere. Qd si tanta est autoritas solius Barto. quanta autoritate esse putabimus id quod est dictum ⁊ firmatum non solum per eum: sed ⁊ alios ante eum ⁊ post eum. Non nego quin docto. ⁊ signanter Pau. de cast. ⁊ signanter Rapha. fulgo. ⁊ Ange are. aliquando dicāt, ⁊ alicubi scripserint Bal. esse magne autoritatis ⁊ in scholis ⁊ in iudicijs: sed addunt granum salis, scilicet vbi non habet contradictorem.

¶ Si vero pretendat dictus dominus Cannelli dictam restitutionem fuerit posse per modum cuiusdam liberalitatis, seu donationis: quod fieri posset, etiam si ille restituens grauatus non extitisset de restituendo: ego palam fateor quod illa fieri possit. ⁊ ita intelligitur in dicta. l. post mortē. sʒ vt dixi nō transferuntur actiōes in substitutū, nec ille interim possidet tanꝗ fideicōmissarius, sʒ tanꝗ donatarius: vt voluerūt Iaco. de Rauē. Petr. Cy. ⁊ Alex. de quibus supra. Et hinc est ꝙ queadmodū heres vendēs hereditatem pōt nihilominus post factā venditionem conueniri per creditores hereditarios. l. ij. cū suis similibus. C. de pact. ita ⁊ per creditores hereditarios cōueniri potest heres sub conditiōe vel die incerta rogatus de restituēdo, si restituat ante diei euentū: vt nota. Iacob. de Rauen. Petr. Cyn. Bart. ⁊ alij communiter in dicta. l. post mortem, et Ioan. de imo. in dicta. l. si ante. quod fieri non posset cum effectu, si restitutio facta esset authoritate senatusconsulti trebelliani. l. prima. §. quanquam. ff. ad trebellia. Dictam autem liberalitatem seu donationem facere nō potuit dictus de Vetula, quatenus dictum fideicommissum excedebat valorem ducentorum florenorum: pro eo quia cum dicta quondā nobilis Gabriela non reliquerit dictis nobilibus Magdalene ⁊ Francesie ⁊ earum cuilibet, nisi ducentos florenos: non potuit consequenter plus relinquere predicto de Vetula. l. hac edictali, ⁊ quod ibi scribentes. C. de secun. nup. auth. de nup. §. optime. ⁊ quod ibi Barto. Ange. ⁊ docto. collatione quarta, ⁊ quod not. multi in. l. vnica. C. de inoffi. doti. ⁊ Rapha. fulgo. consilio nonagesimoseptimo, exordien. Anto. transiens ad secūda vota. ⁊ Benedictus capra consilio nonagesimoprimo, exordien. punctus domina Blasia filia quōdam Melchionis. Et illud quod plus donauit seu reliquit predicta Gabriela dicto de Vetula eius quondam viro habetur pro non scripto, relicto, aut donato: ⁊ debet diuidi inter dictas nobiles Magdalenam ⁊ Francesiam filias primi matrimonij. dicta. l. hac edictali. §. si vero plusquam. ⁊ dicto §. optime. ⁊ inter eos solos ex equo diuidetur, ⁊ transumptiue in authen. ad eos solos. C. de secundis nupt. Unde cum illud plus non solum fuerit ablatum predicto de Vetula, ⁊ quo ad eum habeatur pro non scripto aut relicto: sed etiam fuerit legis authoritate applicatum dictis nobilibus Magdalene ⁊ Francesie, non potuit ipse de Vetula illud donare prefatis nobilibus Margarete ⁊ Agneti eius ⁊ dicte quōdam Gabriele filiabus, ⁊ in ipsius potestate existentibus. Multa enim resistebant. Primo quidē patria potestas. l. secunda. C. de inofficio. donatione. l. donationes. C. de donationibus inter virum ⁊ vxorem, ⁊ dicta. l. hac edictali. in principio. Secundo quia non solū vna, sed due erant substitute: quo casu fieri non potest substitutio ante euentum diei incerte, seu conditionis, etiam per viam liberalitatis. l. cum pater. §. hereditatem. ff. de legatis secundo. iunctis notatis per doctores in dicta. l. post mortem. Tertio quia huiusmodi restitutio fiebat in lesionem alterius: quo casu fieri non potest substitutio ante diem, dicta. l. cum pater. §. a filia. ⁊ maxime in lesionem ⁊ circūuentionem primi matrimonij: ⁊ hoc ne contra prouidentiam dicte. l. hac edictali. fraudarentur dicte nobiles Magdalena ⁊ Francesia. Quarto, quia cum in illo pluri nihil haberet, vt iam dixi, dictus de Vetula, ipse nihil donare potuit dictis nobilibus Mar-
3 garete ⁊ Agneti; quia nemo plus iuris in alium † transfert ⁊c. l. conditio. ff. de acquirē. rerum domi. c. gratia. j. q. j. c. daibertum. prima questione. vij.

¶ Ceterū scribit prefatus dominus doctor, quod mors adiecta non suspēdit essentiam voluntatis defuncti, si heres vult interim restituere hereditatem: quia non ponitur in voluntate heredis essentia fideicommissi, sed potentia, ⁊ representatio restitutionis, vt tenet glo. vltima, super verbo ipso iure. ibi, vnde ante restituit sponte. C. ad trebellianum. ⁊ subiungit quod in dubio testator videtur prohibere ne fideicommissum ante mortem petatur: sed non videtur prohibere ne ante mortem restituat: ⁊ sic est (inquit) conditio secundum quid: sed non simpliciter, vt tenet Baldus in dicta. l. post mortem. in principio. Quando enim votum testatoris potest impleri de presenti, non est necessaria temporis expectatio: vbi est certa persona fideicommissarij, vt in proposito: quo casu heres videtur tacite rogatus, ꝙ quando vellet restitueret, vt in. d. l. post mortē. Nam conditio hec quandocunqʒ decesserit, fuit omnino extitura, ⁊ habita pro pura, per. l. si pupillus. §. qui sub conditione. ff. de nouatio. mors enim in dubio heredis fauore apposita presumitur, vt tenet idem Baldus in dicta. l. post mortē. colum. mihi. iiij. hoc ꝗ capite dicta restitutio fuit ciuiliter facta respectu dicti nobilis Raphaelis heredis instituti. Hec ille.

¶ Super quibus dico in primis, quod hec sunt verba Baldi in dicta. l. post mortem. quem iam dixi habere plurimos contradictores: inter quos etiam fuit Angelus eius germanus, qui vt puto libenter defendisset sententiam fratris, ⁊ olim preceptoris, si vidisset defendendam. Preterea etiam dico ꝙ hic inculcantur multa falsa. Primo enim falsum est id quod scribit, quod mors adiecta non suspendat essentiam voluntatis defuncti, si heres vult interim restituere: quia immo suspendit, pro eo quia, vt iam dixi, ratione huiuscemodi adiectionis fideicommissum non est purum: sed conditionale, dicta. l. heres meus. in principio. ff. de conditionibus ⁊ demonstrationibus. ⁊. l. iiij. ff. quando dies lega. cedat. quod etiam expresse voluit Bartolus in dicta. l. sed ⁊ si ante. ff. ad trebellianum. ⁊ ita etiam sentiunt doctores in locis superius allegatis, quatenus volunt restitutionem fideicommissi, que fit ante mortem, non fieri authoritate senatusconsulti trebelliani, ⁊ sic non transferri actiones in eum cui fit restitutio, ⁊ restituentem

non

non liberari: sed fieri restitutionem huiusmodi per modum cuiusdam liberalitatis, seu donationis: quia non fit restitutio vt voluit testator.

¶ Non obstat quod dicitur in dicta. l. post mortem. ibi, defuncti iudicio: quia huic obiectioni respõdet Paulus de Castro in dicta. l. post mortem, columna secunda, quod tex. ille habuit respectũ ad id quod erat fiendum tempore mortis secundum iudiciũ defuncti: nõ ad id quod fiebat in vita. Bal. etiam in dicta. l. post mortem, super verbo iudicio, non fuit ausus dicere dispositiue sed dixit premissiue non arctatiue. Sed ex hoc non infertur qđ ipse ita voluerit, aut disposuerit: quia multa permittimus que non volumus, pro quo allegasse sufficiat. §. deniq;. distinctione quarta, non etiam est verum illud, quod conditio simpliciter, sed secũdum quid. Quoniam respõdeo imo est vera conditio suspendens vt predixi essentiam voluntatis seu fideicõmissi. Nec est verum quod ista conditio sit omnino extitura: non dico quin dictus de Vetula sit moriturus, & quin hoc certum sit quia statutũ est hominibus semel mori &c. Sed dico non esse omnino eueturum qđ dictus de Vetula moriatur superstitibus predictis nobilibus Margareta & Agnete, cum ille possit premori. & tamen ad purificationem conditionis, hoc est, Et quod hoc dicatur euenisse, opus est quod idem de Vetula premoriatur, & si dicta Margareta & Agnes premorerentur, ille non transmitteret fideicommissum ad suos heredes. l. vnica. §. sin autem sub conditione, & quod ibi Baldus & Doctores. C. de caducis tollendis. glo. & docto. in l. vnica. C. de his qui ante aper. tab. & Oldradus ponens multas remissiones, quas non refero euitande prolixitatis causa, in consilio centesimotrigesimoprimo, exord. en. qdã habẽs tres filias: & miror φ dictus dominus Doctor sic locatur contra opinionem Jacobi de Rauen. Petri. Cyni Bartol. Alberici, & aliorũ predictorum: qui in hoc reprehẽdunt glos. & quidem per optimũ fundamentum. Sed vt dixi amãtium ceca sunt iudicia. Non tamen nego quin glo. sit magne autoritatis: sed illa variauit in dicta. l. post mortem: non etiam probatur eius dictum in eo quod dicit, conditionẽ omnino esse extituram, & contrarium apparet, vt predixi. & ideo non est consideranda eius autoritas, pro quo allegasse sufficiat not. per Panormitanum in. c. tua nos. de vsur. quia intantum stamus sentẽtie magistrorum, quatenus probatur lege vel ratione, secundum Panormitanum in. c. primo, versi. quarta species interpretationis sit per magistrum, de postulatione prelatorum. Et quod dicit idem dominus doctor, quod quando votum testatoris potest impleri de presenti, non est necessaria temporis expectatio, dico vt dixi quod ante mortem non potest impleri votum testatoris, hoc est fieri restitutio iuxta voluntatem vel dispositionem ipsius, vt volunt scribentes, vt iam dixi. Et quod dicit heredem videri tacite rogatum quod quando vellet restitueret, respondeo, & nego: quia immo est rogatus de restituendo post mortem, hoc est si moriatur superstitibus eius filiabus substitutis. Et supposito quod testatrix dici posset permisisse fieri restitutionem etiam ante mortem, pro eo quia illam fieri non prohibuit: non tamen illam fieri voluit, nec fieri disposuit: & sic non procedit quod dicit idem doctor restitutionem fuisse ciuiliter factam respectu dicti de Vetula. Ad id vero quod subiungit idem dominus scribens, quod dicta pretensa restitutio etiam ciuiliter fieri potuit respectu dictarum nobilium Margarete & Agnetis substitutarũ, quibus facta extitit dicta pretensa restitutio, & quibus vt pretendit potuit dicta Gabriela gratificari, & inter ipsas filias inequalitatem seruare, per textum in authentica, de nupt. §. illud quoq;. & §. optime. collatione. iiij. Dico & respondeo quod contrarium colligitur ex eo quod consuluit Franciscus de Alberico. in quodam suo consilio exordiente, mihi videtur quod dictus. B. nlius & cetera. inserto inter consilia Pauli de Castro, & est consiliũ cclx. ij. & idem colligitur ex eo quod consuluit Joannes de Lignano, consilio inter eadem consilia ducentesimo sexagesimonono, exordiente, Unum est supponendum &c. in hanc partem etiam inclinauit Richardus de Saliceto inter consilia Pauli de Castro consilio ducẽtesimoseptuagesimoprimo, exordiente, Preclarissimi patres domini mei &c. & cui vt videtur missa consilia Baldi fuerant Francisci de Albergo & Joanni de Lignano, vt forte diiudicaret quis rectius consuluisset: de quo conqueritur Baldus consilio ducentesimooctuagesimooctauo, exordiente, quedã domina Nicolina, versicu. super qua questione dominus Franciscus &c. in quarta parte suorum consiliorum. In hanc partem etiã inclinant idem Baldus consilio centesimoquadragesimooctauo. exordien. quedam nobilis domina Anezona, in tertia parte: in eam etiam videtur inclinasse. Saliceτus in dicta. l. hac edictali. in octaua questione principali, & post eum domin⁹. Jason maynus: Illa& etiã sequutus est Pau. de Castro quo ad casum nostrum consilio centesimoseptuagesimo tertio, exordien. Viso casu & allegationibus supra scriptis &c. columna tertia, versic. sed tunc occurrit dubium: vbi etiam dicit quod authẽ. de nupt. §. illud quoque, qui est penultimus, & quem Bal. pro casu allegat in fauorem liberorum secundi matrimonij, non probat eius dictum.

¶ Referrem rationes predictorum doctorum tam consulentiũ, quam scribentium, nisi de facili haberi possent: sed quia vbique habentur, poterit videre dictus dominus scribens, an in his que scripseram super dicto articulo, quem perfunctorie transiueram, quesiuerim quinque pedes in mutone, per deum necessariũ. Et quamuis Docto. prefati pro maxima eorum parte loquantur in conuentione inita per & inter mulierem Binubam, & secundum maritum stipulantem pro & nomine liberorum ex secundo matrimonio procreatorum vel procreandorũ: Baldus tamen in dicto consilio centesimoquadragesimooctauo, loquitur in testamento condito per Binubam, & in quo ipsa mulier Binuba reliquerat filie primi matrimonij florenos centum: filios vero ex primo & secũdo matrimonijs heredes instituerat pro dimidia parte, & secundum eius virum pro alia dimidia parte: hoc adiecto, quod si dictus secũdus vir dictam totam medietatẽ capere nõ posset, illud plus, quod de eadem medietate capere non valeret, reliquit iure legati filijs secundi matrimonij: super quo consuluit Bal. quod filij scdi matrimonij haberent luculentem iustitiam: & hoc trib⁹ rationib⁹. Prima quia illud testamentũ videtur factum in fraudem, & in derogationem dicte. l. hac excludendum prouidentiam legalem erga filios primi matrimonij: quod est impossibile, & maxime quia † nemo potest facere contra id quod expressum est in dicta. l. hac edictali. in fine principij: ibi, & omniũ circumscriptiõe &c. Item id quod in fraudem legum fit pro non disposito habet. l. heres meus. §. quod in fraudem. ff. de conditionibus & demonstrationibus: vnde non sortitur effectum: & tamen meretur penam legalem, vt legitur & nota. in. l. non dubium. C. de legi. Secunda ratio est, quia dicta. l. hac edictali. habet duo capita: vnũ scilicet prohibens plus relinqui vitrico vel nouerce, quam donatum aut relictum extiterit vni ex liberis primi matrimonij, illi scilicet cui minus aliud vero deuoluens ad filios primi matrimonij. illud quod plus fuit donatum vel relictum vitrico aut nouerce, & hoc in penam relinquentis: pene vero tendentes ad prouidentiam filiorum primi matrimonij non sunt sublate: vt notat Innocentius & multi Doctores. in. c. penultimo. de secundis nuptijs. aliqui vero in. c. vltimo. eodem tit. & Doctores. in. l. j. C. de secundis nuptijs. Unde sciendum est, secundum Baldum, quod id quod plus relinquitur secundo viro aufertur ei per leges que vltra procedit: quia illud plus applicat filius primi matrimonij. nihil in hoc debentibus communicare cum filijs secundi matrimonij, prout expresse legitur, & notat in dicta authentica. de nupt. §. optime. Aliam vero & tertiam rationem ponitur Bald. in dicto consilio, quam non refero. Et secundum istam opinionẽ, fulcitam & optimis defensoribus & maximis fundamentis. non esset ponere os in celum, quod dicta nobilis Gabriela non potuerit plus relinquere dictis nobilibus Margarete & Agneti filiabusfamilias, quam dictis nobilibus Magdalene & Francesie: cuius contrarium quasi appertissimi iuris existat supponi dictus do. scribens, & quidem non opportune quia vbi sapientes discordant difficile est veritatem inuenire, vt dicit Aristoteles in libro de anima: & in hoc & similibus cautius dicendum esset, non nostrum inter vos tãtas componere lites, & vitula tu dignus, hic, & vt post beatũ Hieronymum dicit Eficius in epistola ad beatũ Augustinum, periculosum est de maiorum iudicare sententijs, & alterũ preferre alteri. Et supposito, citra preiudicium veritatis quod dicta nobilis Gabriela potuisset plus relinquere dictis nobilibus Margarete & Agneti filiabus secundi matrimonij. non potuit tamen dictus de Vetula in vniuerso heres institutus facere restitutionẽ vniuersalis fideicõmissi, de qua superius dixi. & hoc autoritate senatusconsulti trebelliani, nec per modum liberalitatis, seu donationis: quia, vt etiam dixi, illud plus relictum fuit eidem de Vetula per legem ablatum & consensum seu applicatum dictis nobilibus Magdalene & Francesie.

¶ Ad id vero quod subiunxit idem do. Doctor. in. §. nec obstat prefate restitutioni: vbi refert distinctionem Baldi in l. eam quã. versiculo secundo queritur. C. de fideicommissis. dico: & fateor id quod dicit Baldus scilicet quosdam esse capaces, sed non retentiuos emolumenti: quodq; dictus de Vetula obstante dicta. l. hac edictali. non fuit retentiuus, hoc est retinere non potuit de hereditate dicte quondam nobilis Gabriele, nisi quatenus eadem Gabriela relinquerat vni ex dictis nobilibus Magdalene & Francesie. Sed non est verum quod ipse potuerit restituere dictis nobilibus Margarete & Agneti filiabus secundi matrimonij illud quod fuit plus relictum eide& de Vetula: quia vt sepius

dixi, l. hac edictali, illud applicauit prefatis nobilibus Magdalene ⁊ Francesie. Et quod dicit idem dominus doctor capaces nomine, ⁊ emolumenti non retentiuos, posse cogi per substitutos adire hereditatem, respondeo, ⁊ fateor de pure substitutis. Et supposito citra preiudicium veritatis, quod idem dici posset de conditionaliter substitutis, scilicet quod ipsi possint petere cogi heredem institutum, vt hereditatem adeat: non possunt tamē pendente cōditione substitutionis seu vniuersalis fideicommissi petere hereditatem restitui, vtpote nullam habentes actionem: F dispositio enim conditionalis † per euentum conditionis assumit effectum. l. cedere diem. ff. de verborum significatione. l. pecuniam. ff. si certum petatur. ⁊ l. qui heredi. §. fi. ⁊ multis alijs iuribus. ff. de conditionibus ⁊ demonstrationibus. ⁊ quod fideicommissarius conditionalis, hoc est sub conditione substitutus, non possit petere cogi hereditatem restitui pendente conditione, voluit glossa in. l. j. §. sed ⁊ quoties. ff. ad trebellianum. ⁊ idem in substituto post mortem, vt in casu nostro volunt omnes scribentes in dicta. l. post mortem. Non obstat. l. i. C. de secundis nuptijs. quinimmo potius facit pro dictis nobilibus Magdalena ⁊ Frācesia: quod etiā voluit ibi Baldus columna finali. versiculo dici potest quod si extant filij primi matrimonij: vbi voluit Baldus dici posse, quod si extent filij primi matrimonij, illi vendicant illud plus donatum ⁊ relictum, de quo in dicta lege prima. argu. l. hac edictali. C. de secundis nuptijs. quod etiam voluit Cynus in dicta lege. i. Etiam nec obstat dicta lex, cogi. §. hi qui solidum. tum quia non apparet quod dictus. §. qui solidum. loquatur de herede, qui solidum capere non potest: sub conditione rogato, sed potius loquitur in pure grauato: alias enim non posset cogi restituere pendente conditione. In casu vero nostro non fuit dictus de Vetula pure grauatus: sed post mortem: ⁊ sic vt dixi conditionaliter: ⁊ ideo sumus in casu diuerso: quia in dicto. §. hi qui solidum, testator voluit pure, ⁊ sic statim hereditatem restitui substituto. Hec autem domina Gabriela voluit etiam remanere penes secundum virum q̄diu viueret, ⁊ post mortem restitui communibus filiabus. Non igit̄ bene infert̄ de vno ad aliū. l. inter stipulantem. §. sacram. versiculo, sed hec dissimilia. ff. de verborum obligationibus. ⁊ l. papinianus. ff. de minoribus. Tum ⁊ quia in casu dicti. §. hi qui solidum, voluit testator non solum pure, sed etiam solidum restitui substituto: ⁊ sic in omnē casum ipsum substitutum habere totam hereditatem: hic autem non sic: sed post mortem heredis grauati antequam decedere possem. Tum ⁊ q2 in casu nostro lex prouidet in pluri pure relicto heredi, ⁊ sub conditione grauato: in dicta lege, hac edictali. ⁊ hoc etiam satis voluit ibi Baldus columna mihi sexta, versiculo, pone quod extant filij primi ⁊ secundi matrimonij: vbi presupponit Baldus quod si extent liberi ex primo ⁊ secundo matrimonio, ⁊ pater Binubus plus relinquat vxori, eidemq; nouerce, quam liberis primi matrimonij cum onere restituendi post filio secundi matrimonij, liberi primi matrimonij possunt reuocare nouercam ad equalitatez.

¶ Etiam nec obstat. l. cum ei. ff. de legatis secundo. Quoniam respondeo quod illa loquitur in testatore, qui reliquit partim capaci ⁊ partim incapaci, vt alteri restitueret. Sed hoc factuz non est in casu nostro. Non enim dicta Gabriela heredem instituit dictum de Vetula, vt hereditatem restitueret dictis communibus filiabus, sed pure, quamuis sub conditione grauauerit: quia post mortem ⁊c. ⁊ vt apparet ex his que notat Joannes de Imola ⁊ doctores in dicta lege, cum ei. ille partim capax ⁊ partim incapax erat minister: cuius propterea conditio non inspicitur: sed conditio illius cui erat restituendum. sed in casu nostro non fuit dicte Gabriele hereditas tanquam ministro: sed tanquam pretenso heredi, ⁊ quam voluit illam habere quandiu viueret. Ad dictum Bald. qui in dicta lege cum ei, exemplum ponit de dicta lege hac edictali. respondeo quod illud non obstat: quia esto vt possit dicta. l. exemplari, quando scilicet plus relinqueretur vitrico vel nouerce vt restitueret, quod voluit dicere Baldo hoc tamen non fuit factum: sed fuit pure relictū, quamuis cum onere restituendi post mortem. Et eodē modo respōdeo ad. l. cū dotem. ff. ad legem falcidiam. Et vt mihi videtur dictus dominus Doctor parum aduertit ad dictos tex. vt videret an referat inter pure relictum, ⁊ relictum modaliter, ⁊ inter relictum modaliter, ⁊ sub conditione. Nos enim loquimur in pure relicto: quamuis sub conditione alteri restituendo: dicte vero leges loquuntur in relicto modaliter, ⁊ in casu in quo testator visus est primo legatario relinquere tanquam ministro, seu instrumento: quod etiam ipse fatetur. Sed forte querens ipse quintum pedem in mutone, ⁊ verba inuoluens, non attente cōsiderat. Ad id vero quod notat glossa, Cynus, Bartolus, Baldus ⁊ Salicetus in dicta. l. eam quā. per dictum. §. hi qui solidum, iam plene responsum est.

¶ Preterea hic non est querendum an dictus de Vetula potuerit cogi adire: de quo loquuntur glossa ⁊ doctores in dicta. l. eam quam: quia sine coactione adiuit, ⁊ adeundo commodum procurauit dictis nobilibus Magdalene ⁊ Francesie: quibus est applicatum plus relictum. Quo vero ad restitutionem non poterat cogi eam facere, cum grauamen esset conditionale: nec illam facere potuit tanq̄ grauatus, insuper nec per modum liberalitatis, vt iam dixi.

¶ Quo vero ad ea que scribit idem dominus doctor in. §. nec suffragatur ⁊c. in quo opponit de lege statius florus. §. cornelio felici. ff. de iure fisci. non curo insistere, siue opportune, siue nō responsum extiterit. dicto. §. cornelio felici.

¶ Ad id vero qđ in dicto. §. nec suffragatur ⁊c. subiunxit scilicet, quod voluntate dicte testatricis in institutione facta de dicto de Vetula absq; sua culpa deficiente, prout defecit, fuit locus fideicommissarie substitutioni, per textum quem dicit non posse cauillari in dicto. §. ei qui solidum. ⁊ in. l. cum ei. ⁊ alijs iuribus preallegatis respondeo, quod immo non fuit nec est locus fideicommissarie substitutioni, nec erit quandiu viuet dictus de Vetula: quia eo viuente non potest conditio purificari: nec contrarium probat dictus. §. hi qui solidum. aut. l. cum ei. quorum cauillatione non est opus ad refellendam intentionem dictarum nobilium Margarete ⁊ Agnetis, vtpote qui in nullo attingunt casum nostrum.

¶ Ad id vero quod vlterius inibi subijcitur, scilicet quod nulla fuit facta iniuria dictis nobilibus Magdalene ⁊ Francesie: cum etiam si dictus de Vetula heres institutus, ⁊ de restituendo compendiose grauatus adire noluisset, vel non potuisset, venissent dicte nobiles Margareta ⁊ Agnes in vim tacite vulgaris: respondeo quod hoc non obstat. Tum quia idem de Vetula adijt: ⁊ sic non est disputandum de vulgari, que extincta est. l. post aditam. C. de impuberum ⁊ alijs substitutionibus, ⁊ iam plus relictum fuit per legem applicatum dictis nobilibus Magdalene ⁊ Francesie. Tum ⁊ quia cum dicte nobiles Margareta ⁊ Anes essent non quidem pure, sed sub conditione substitute, non potuissent pendente conditione adire hereditatem, vtpote nondum eis delatam. Tum ⁊ quia, vt superius dixi, ⁊ post multos, non potuit dicta nobilis Gabriela plus relinquere dictis nobilibus Margarete ⁊ Agneti, quam alijs; ⁊ ita non procedit quod dicit idem dominus doctor; quod vtroq; capite hereditas ipsa a tempore mortis dicte testatricis pleno iure pertinuit ⁊ spectauit ac etiam pertinet ⁊ spectat dictis nobilibus Margarete ⁊ Agneti substitutis, vigore dicte substitutionis, non solum quoad proprietatem: sed etiam quoad vsumfructum, ⁊ medij temporis commodum: cum nihil honoris apud ipsum de Vetula institutum fuerit reuersurum, dicto. §. hi qui solidum.

¶ Quoniam respondeo imprimis quod hic inculcantur impossibilia, scilicet quod vtroq; capite, hoc est substitutionis ⁊ institutionis, predicta hereditas spectauerit ⁊ spectet dictis Margarete ⁊ Agneti; quia hereditas ⁊ fideicommissum, ⁊ sic iura directa ⁊ vtilia, non concurrunt in eodem.

¶ Preterea ostensum est, quod nec iure hereditario, nec iure fideicommissi eisdem pertinuerit aut pertineat: ⁊ quidem non iure hereditario: quia dictus de Vetula adijt, ⁊ conditio substitutionis nondum euenit: non etiam iure fideicommissi, vt sepissime dixi: Fateor tamen quod nihil remanere debuit penes dictum de Vetula vltra quam fuerit relictum alteri ex dictis nobilibus Magdalena ⁊ Francesia: sed residuum applicatum eisdem Magdalene ⁊ Francesie: non per substitutionem delatum dictis earum sororibus, prout sibi persuadet dominus Doctor.

¶ Preterea non suffragatur intentioni dictarū nobilium Margarete ⁊ Agnetis, nec obstat intentioni dictarū nobilium Magdalene ⁊ Francesie id quod habetur in lege patrem. cum lege sequenti. ff. de his que in fraudem creditorum. vbi ex aduerso pretenditur quod ex presumpta mente dicte testatricis non presumitur fideicommissum in diem mortis relictum conditionale: sed ad beneplacitum patris instituti, ⁊ de restituendo grauati, ⁊ ante diem mortis pro libito sue voluntatis, restituendo etiam absq; detractione trebellianice, ⁊ commodi medij temporis ratione non habita, creditores suos fraudasse non intelligitur, ipsorumq; creditorum nihil interest ipsam medietatem fuisse restitutam. Quoniam respondeo quod in casu illius legis non fuit dies apposita fauore mariti heredis instituti: sed filij, cui cum in patria potestate existeret, non poterat directe ⁊ cum effectu relinqui hereditas, quin illa patri acquireretur. lege placet. ff. de acquirenda hereditate. Mater ergo volens quod hereditas cum effectu veniret ad filium, instituit, ⁊ rogauit vt post mortem suūpsius, ⁊ sic tempore capacitatis, illam restitueret filio: ⁊ sic pater, qui videns se habere creditores filium emancipauit, ⁊ statim sibi resti-

,titu

tuit, hoc facere potuit: quia dies gratia filij, non gratia patris heredis instituti posita erat, & mater ideo rogauit post mortem: quia non putauit in vita hoc facere posse, nec credebat patrem filium emancipare: & illud tempus mortis resoluit etiam in tempus emancipationis. l. mulier. ff. ad trebellia. Et ideo non potest dici maritus idemque pater fraudasse creditores, prout & plene & bene declarat Rapha. fulgo. in dicta. l. patrem. Sed in casu de quo queritur non fuit dies apposita fauore filiarum primi matrimonij: sed nec fauore filiarum secundi matrimonij: sed potius fauore dicti de Vetula: quod etiam alibi in suis scriptis asseruit idem domi. doctor: qui propterea restituendo dictis nobilibus Margarete & Agneti hoc fecisse videtur in fraudem filiarum primi matrimonij, & vt eas frustraret prouidentia. dicta. l. hac edictali. & dicti. §. optime: quod quia facere non potuit, dicta. l. patrem, non obstat. Etiam nec obstat. l. mulier. in principio. ff. ad trebellia. etiam si verum esset quod illa non sit hodie correcta per dictam. l. hac edictali: quia in casu illius. l. non videtur mulier binuba plus reliquisse secundo viro, quem heredem instituit, & hoc pro eo quia eum instituit contemplatione filiorum primi matrimonij: quibus voluit hereditatem restitui post mortem non dico viri heredis instituti: sed patris ipsorum liberorum, a quo diuerterat. Et sic proprie non censebatur heres: sed custos, prout dicit gloss. in. l. in fideicommissariam. §. fina. ff. ad trebel. quod etiam voluit Joan. de imol. & Rapha. in dicta. l. mulier: & Bald. in dicta. l. hac edictali. columna tertia. versicu. nunc statim, dum allegat. dicta. l. cum dotem. ff. ad leg. Falcidi. & l. mulier. alias incipit Sulpitio marcello. ff. de donatio. inter virum & vxorem: quia dictum doctoris intelligendum est secundum iura que allegat, vt voluit Barto. in. l. non solum. §. si liberationis. ff. de libera. lega. Roma. consilio. ccxj. columna penultima. Andr. barba. consilio quadragesimoquarto. columna quarta. in secunda parte. & domi. Jason may. in. l. actione. columna penultima, ad finem. C. de transactio. Sed in casu nostro prefata Gabriela non instituit dictum de Vetula contemplatione dictarum nobilium Magdalene & Francesie filiarum primi matrimonij: sed suijpsius: & consequenter filiarum secundi matrimonij: quibus voluit hereditatem restitui post mortem eiusdem de Vetula: & sic sub conditione, si eum ab humanis decedere contingeret superstitibus dictis nobilibus Margareta & Agnete, aut earum altera: & sic sumus in casu multum diuerso a casu. d. l. mulier. in principio: ex quo propterea non infertur. dicta. l. inter stipulantem. §. sacram. versi. sed hec dissimilia. ff. de verborum obligationibus.

¶ Ad id vero quod vlterius subijcitur in dicto. §. nec suffragatur, scilicet quod dictarum nobilium Magdalene & Francesie nullo modo intersit dictam hereditatem fuisse restitutam ante mortem predicti de Vetula, respondeo, vt iam dixi, quod immo plurimum interest: cum illa, seu id quod plus relictum est eidem de Vetula, quam alteri ex ipsis, esse debeat penes eas tanquam eis per legem applicatum. Et ita bene fateor quod esse non debeat penes dictum de Vetula, per dictum. §. optime: sed illud non aufertur sibi fauore filiarum secundi matrimonij: & sic suarum ipsius de Vetula: sed fauorem filiarum primi matrimonij. Et ideo quod subijcitur, dictas nobiles Magdalenam & Francesiam non nisi legitimam habere in bonis dicte nobilis Gabriele, non procedit. Et si esset verum quod ille haberent solam legitimam: non tamen procederet quod scribit idem domi. Doctor, scilicet quod illa petenda esset a dictis nobilibus Margareta & Agnete, non a dicto de Vetula: quia legitima petitur condictione ex. l. omnimodo, vt not. ibi gloss. super verbo exigere, & docto. C. de inofficio te-
6 stamen. & sic actione personali: quia filius in † legitima censetur creditor: & vt dicunt docto. in dicta. l. post mortem. C. de fideicommissis, heres grauatus de restituendo post mortem, si ante restituat, non liberatur a creditoribus: quia non restituit iuxta voluntatem testatoris.

¶ Preterea nec intentioni dictarum nobilium Magdalene & Francesie refragatur, nec suffragatur intentioni earundem nobilium Margarete & Agnetis id de quo arguit idem domi. doctor in. §. quod autem dictarum nobilium Magdalene &c. vbi dicit, certissimi iuris esse quod quamdiu potest ex testamento adiri hereditas, ab intestato non defertur. l. quamdiu. la. ij. ff. de acquirenda hereditate: & quod quamdiu institutus succedere potest, substituto locus non est: nec ante substitutus succedere potest, quam excluso herede instituto: cum non sit ei substitutio debita. l. quamdiu. la tertia. ff. de acquirenda hereditate. Quoniam respondeo quo ad primum, scilicet quod quamdiu potest ex testamento adiri hereditas &c. quod illud est regulare: fallit tamen aliquando, prout videri potest in dicta. l. prima. secundum vnam lecturam gloss. C. de secundis nuptijs. secundum quam potest hereditas pro parte deferri ex testamento, & pro parte ab intestato: alius casus ponitur in. l. si is qui. ff. de vulgari & pupilla. i: super quibus & similibus potest videri Bald. in dicta. l. prima, columna penult. versi. denuo quero de tali questione notabili: & quod nota. idem Baldus. Angelus. Joan. de imo. Alexan. de imola. & moderni in dicta. l. si is qui. Sed siue dicamus eundem de Vetula fuisse duntaxat heredem pro ea parte, in qua potuit heres institui: siue insolidum, sed partem sibi auferri: scilicet illud plus &c. hoc certum est quod illud plus non sibi aufertur vt applicetur predictis Margarete & Agneti: sed prefatis Magdalene & Francesie, dicta. l. hac edictali. Ille sunt enim que eum de iure repulerunt & repellunt ab illo plus relicto: non filie suijpsius, que hoc allegare non possunt, nec pretendere eum repulsum ab illo plus, vel non esse heredem insolidum. Nisi quatenus diceremus (& quidem erronee) quod ille possint opponere de iure tertij, vel alias iuri illius inuiti a quo nullum ius habent, contra id quod habetur in. l. cum seruum. C. de seruis fugi. & in. l. his consequenter. §. primo, & quod ibi glossa. & docto. ff. familie er. Et quod idem do. Doctor voluit, prefatas Margaretam & Agnetem statim, non expectata morte heredis instituti, adire hereditatem, & sibi illam querere, non procedit. Et miror quod non recordetur eorum que prius dixerat, scilicet dictum de Vetula heredem institutum potuisse cogi adire, & adiuisse, & per suam aditionem confirmasse testamentum, & fuisse heredem: quamuis non retentiuum emolumenti, nisi quatenus &c. Nunc autem contendit dictas substitutas potuisse adire, & adiuisse: & non dicit eius heredes, & non fideicommissarias: quasi loquatur surdis, vel scribat nihil videribus, & qui nesciant distinguere inter hoc & hoc.

¶ Preterea querat, si placet, quot & que sint necessaria ad hoc vt quis possit adire hereditatem: quod si fecerit, reperiet quod multa: & inter cetera opus est quod illa delata extiterit: quod non est si pendeat conditio. De acquisitione iuris ciuilis loquor: cum autem fiet sermo de alia, sibi respondebitur. Et quod per eum subijcitur, quod dictus de Vetula petierit substitui directo & fideicommissarie, existimo quod cum dicit directo, intelligat idest vulgariter, scilicet si ipse heres non esset: ita enim intelligitur. l. recusare. §. titius. ff. ad trebellianum. Et cum (vt ipse fatetur) dictus de Vetula adierit hereditatem, non est inquirendum de vulgari: quia vt iam dixi illa expirauit per aditionem quam fecit idem de Vetula.

¶ Preterea id quod dicit fuisse in electione dictarum Margarete & Agnetis venire ad hereditatem per illam substitutionem quam voluerunt, dico quod immo per nullam potuerunt nec possunt: & quidem non per directam, quia non fuerunt primo gradu institute: sed dictus de Vetula, qui non dicitur repudiasse hereditatem: sed illam adiuisse. Et ita testimonio ipsius non potuerunt adire: quia quandiu hereditas potest per heredem institutum primo gradu adiri, non est locus substitutis: non etiam per fideicommissariam: quia conditio non euenit. Et si dicatur quod dictus de Vetula adire non potuerit, reuideantur scripta, in quibus est laboratum, quod non solum potuerit adire volens: sed etiam potuerit cogi: ad quod fuerunt allegati. §. hi qui solidum. gloss. & docto. in multis locis. Et est verum quod ipse adire potuit, & fuit heres nomine: quamuis lex sibi abstulerit emolumentum illud scilicet plus &c. & dicta. l. recusare. §. titius ex aduerso allegatus, loquitur in herede instituto allegante, & dicente hereditatem suspectam: & sic eam adire recusante: quo casu potest ex causa illi directo & per fideicommissum substitutus eligere, an velit venire ad defuncti successionem per vulgarem, quasi heres institutus censeatur repudiasse: vel per fideicommissum: quo casu opus est vt petat heredem institutum cogi adire hereditatem. Sed nos sumus in terminis multum remotis. Et quod dicitur quod dies mortis predicti de Vetula frustra expectaretur, cum nihil operaretur euentus: respondeo quod immo multum operatur expectatio huiusmodi, pro eo quia predicta hereditas quatenus &c. debet esse penes dictas nobiles Magdalenam & Francesiam: & quia etiam si viuente dicto de Vetula contingat dictas nobiles Margaretam & Agnetam ab humanis decedere, nunquam erit locus substitutioni, nec ipse transmittent spem, si quam habent, ad alium, etiam ad liberos.

¶ Et quod vlterius dicitur, quod dicte Margareta & Agnes fuerant in testamento institute, quelibet scilicet in ducentis florenis, & quod institutio huiusmodi, alio non existente herede vniuersali, trahitur ad totum. l. j. §. si ex fundo. respondeo quod istud non seruit intentioni partis. Tum quia dictus de Vetula heres vniuersalis adiuit. Et quis emolumentum ex integro retinere non potuerit. Tum & quia lex impedit ne dictis Margarete & Agneti accrescat, cum illud adiudicet earum sororibus. Tum & quia, si dici posset quod eisdem Margarete & Agneti aliquid accreuisset: quero cur etiam non accreuisset earum sororibus, cum etiam ille fuerint institute, quelibet scilicet in florenis ducentis.

¶ Et per hec etiam patet responsio ad.l.si quis heres institutus ex parte.ff.de acquiren.heredi.que nihil omnino facit ad rem:loquitur enim in herede ex parte habente cõstitutum,cui erat vulgariter substitutus:& dicitur ibi quod si ipse adiuerit hereditatẽ pro parte &c.ipse etiam erit heres ex causa substitutiõis pro alia parte,si contingat illam deferri,prout voluit ibi glo.Sed istud non est in casu nostro,in quo non dicte Margareta & Agnes:sed dictus de Vetula fuit heres vniuersaliter & insolidum institutus:quamuis solidum capere non potuerit.Idem de Vetula non repudiauit,nec defecit institutio de eo facta:quãuis plenum emolumentum ei afferre non potuerit.Etiam in casu nostro non fuit hereditas eisdem substitutis & in vim substitutiõis delata:quia nondum euenit conditio. ¶ Preterea non solum ipse Margareta & Agnes fuerunt institute:sed etiam sorores:& ideo non merebatur dicta lex per intelligentem allegari. ¶ Et quod vlterius dicitur,quod quotiescunque substitutio plenior est quam institutio,vt in casu predicto,de iure substitutio preualet.l.seruum communem.ff.de vulga.& pupil.dico & respondeo quod dicta.l.nihil facit ad hunc casum:loquitur enim hec.l.in.§.titius.quam vt puto voluit idem domi.Doctor allegare in herede instituto,& sibi ipsi vulgariter substituto,vbi ita demum valet vulgaris substitutio,si aliquam vtilitatem afferat heredi instituto,eidemque substituto:prout exemplificatur in dicta.l.vt verbi gratia,si titius fuerit heres sub conditione institutus,& sibi ipsi si heres non esset pure substitutus.Sed nos non sumus in isto casu:sed longe diuerso.Non enim fuerunt dicte Margareta & Agnes heredes institute,& sibiipsis vulgariter substitute:sed fuerunt dũtaxat in certis pecuniariis summis institute,alio herede vniuersali instituto:cui fuerunt substitute.Hic etiam non est locus substitutioni vulgari:cum dictus de Vetula adierit,& vt idem do.Doctor asseruit,hereditatem restituerit,quãuis de facto. ¶ Preterea superius dixit idem do.Doctor,quod iure fideicommissi pertinuerit & pertineat eidem Margarete & Agneti hereditas dicte quõdam Gabriele:nunc autem allegans.d.l.seruum communem.§.titius.pretendit quod eisdem pertineat iure vulgaris,& sic directe substitutionis:quasi defecerit conditio institutionis facte dicto de Vetula:quem tamẽ dicit adiuisse hereditatem,& restituisse.Videt enim idem do.Doctor accipere pro eodem defectum institutionis,& ablationem hereditatis,seu partis illius:que tamen plurimum differunt:sunt enim,vt ita dixerim,casus infiniti,in quibus scriptis heredibus aufert hereditas post aditionem illius,& aliquando applicatur fisco:aliquando vero venientibus ab intestato:aliquando aliis,Et quamuis sic contingat:non tamen dicimus illorum institutionem defecisse:sed emolumẽtum vel hereditatem esse ablatam.Ad id autem quod vlterius dicitur,dictas Margaretam & Agnetem debere dicte quondam Gabriele:dico & respondeo quod hoc est verum quo ad dictos ducentos florenos:sed quo ad substitutionem dico,quod supposito citra preiudicium veritatis,quod ille habeant expressam voluntatem:illa tamen non est pura:sed est conditionalis,purificanda post mortem dicti de Vetula,si illi superfuerint.Propter quod superius dixi post Jacob.de Rauen.Pe.& alios,quod restitutio fideicommissi eis fieri non possit iuxta voluntatem dicte Gabriele durante vita predicti de Vetula. ¶ Postremo nihil obstat intentioni dictarũ nobilium Magdalene & Francesie quod postremo scripsit idem do.Doctor,scilicet quod si teneamus illud,quod dicto de Vetula relictũ est per dictam Gabrielam plusquam vni ex filiabus primi matrimonii,habetur pro non scripto,vt probatur in.d.l.hac edictali,prefate Margareta & Agnes substitute proculdubio sunt heredes vniuersales dicte nobilis.Gabriele.l.vnica.§.in primo.C.de cadu.tol.Quoniam respondeo quod istud non procedit.Tum quia dictus.§.in primo.loquitur in casu,in quo pro non scriptis efficiebãtur ea que personis iam ante testamentum mortuis testator donasset,idest reliquisset:in casu autem nostro non ita contingit,cũ adhuc viuat prefatus de Vetula:qui etiam hereditatem adiit,& adire potuit:dico tamen quod plus relictum habetur pro non scripto quo ad eum:quia sibi ablatum est,& alteri concessum,per text.l.quem idem do.Doctor sepissime allegauit:sed vel non aduertit,vel dissimulauit. ¶ Ex quibus omnibus dico,prout alias dixerã,quod id quod plus relictũ extitit predicto de Vetula,quam vni ex filiabus primi matrimonii,debet eis restitui:salua tamen legitima filiabus secũdi matrimonii,Et quãuis dictus do.Cannelli scripserit de alio,& quidẽ viro doctissimo & bono,& de me,quod quesiuerimus quinque pedes in mutone,quodque per deuia ambulauerimus,siue vt verbis eius vtar per transuersas,quod quante modestie sit ipse viderit:ego tamen non obstante iniuria hmõi,& qui non solum in hac cã non quesiui quinque pedes in mutone:sed nec vnquam in alia,cõsulo quod hec materia cõponatur,& agant partes more bonarũ sororũ,& cui tẽt discordias;reddãt sibi mutuo & vicissim quod vere reddi debet:aut quod pro bono pacis videbitur amicis esse reddendum;& cogitent predicte nobiles Margareta & Agnes,quod aliis non deerit iustitia,& quod alii sint visuri hũc casum:& videbũt qui vere quinque pedes in mutone quesierit,quive per deuia incesserit.

¶ Epitome.

¶ Testamentum,in quo extranei sunt instituti,quãuis septẽ testes habeat:reuocatur tamen per aliud testamentum,in quo ab intestato successuri instituti sunt:licet hoc non nisi quinque testes habeat. V. F.

¶ De testa. Consilium.xxv.



Quamuis Pau.de ca.in.l.sancimus.col.ii.C.de testa.senserit,quod licet testator post primum testamentũ dixerit vocatis septẽ testibus,quod nolebat testamentũ huiusmodi valere,pro eo quia volebat decedere intestatus,nõ reuocetur testamentum:motus rationibus & fundamentis de quibus ibi:Bar.tamen,quem ipse reprehendit,tenet contrarium in.l.si iure.ff.de leg.ii.Jo.de imo.& Alexan.de imol.in.l.si ita scriptum.§.regula.ff.de lib.& posthu.Jo.de imol.in.c.cum esses.col.antepe.versi.vii.queritur quid si precessit testamentum,vbi etiam hoc voluit Pe.de anch.de testa.Bal.Alex.de imo.in.d.l.sancimus,Raphael.in.l.si filius qui in potestate.ff.de libe.& posthu.pro quo dicto solet allegari.l.si quis heres ita instituatur si legitimis.ff.de here.insti.& l.i.§.si heres,sm vnã lecturam,que magis conuenit litere.ff.si tabu.test.nul.extra.& vt dicit Alex.de imo.in.d.l.sancimus.ista opi.est cõmunis.Non obstat.l.militis codicillis.§.veteranus.ff.de testa.mil.quã Paul.allegat contra Bar.quia sm Jo.de imo.in.d.l.si ita scriptum.§.regula,oportet intelligere quod ibi fuerit imperfectus testium numerus:& ita etiam videtur illum tex.intelligere Bar.in.d.§.veteranus.& Alex.de imo.in.d.l.sancimus.columna quarta.Si igitur in reuocatione testamenti antea per se conditi,quod fecisse legit honesta quondam mulier domina Joanneta gibeyne,Anno domini millesimo quingẽtesimosecũdo.& die vigesima mẽsis Octobris,interuenissent septem testes:nulli esset dubium quin reuocatio predicta valuisset & valeret:pro eo quia ipsa non solum reuocauit predictum testamentum:sed etiam adiecit causam reuocationis,scilicet quod erat intentionis aliter disponendi & ordinandi de bonis suis,vel permanendi in statu in quo erat ante confectionẽ predicti testamenti:& sic decedendi ab intestato.Sed quia in dicta reuocatione non interfuerunt nisi quinque testes:non videtur valuisse dicta reuocatio,dicta.l.militis codicillis.§.veteranus,intelligẽdo eum vt predixi,quod ibi erat imperfectus testiũ numerus.Pro quo etiam facit dicta.l.sancimus:vbi non sufficit reuocatio:sed requiritur lapsus decennii. ¶ Sed hoc obstante dico & respondeo,quod cum Saluator rogeti filius magistri Francisci rogeti,in testamẽto predicto heres institutus,esset eidem quondam do.Jannete extraneus,hoc est talis qui ab intestato eidem succedere non poterat:sufficit quod in testamẽto huiusmodi interuenerint quinque testes.l.hac consultissima.§.si quis autem.C.de testa.per quem textum hoc voluit Bart.in dicta.l.militis codicillis.§.veteranus.versicu.& crederem quod si aliquis diceret ista verba hodie corã quinque testibus:& idẽ voluit Alexã.de imo.in.d.l.sancimus.columna quarta.vel circa.versi.& ibi dicit Barto.quod si in primo testamento &c.Et idem voluit Alexan.in.d.l.si ita scriptum.§.regula.colũ.tertia.versi.plus dicit notabiliter.Bart.in dicto.§.&c.& dominus Jason mayn.in dicta.l.hac consultissima.§.si quis autem.columna quinta:ibi.amplia istum textum vt procedat &c.Pro quo allegat Alexan.de imola.in.d.§.regula,columna finali.ea que ipse post Rapha.nota.in.l.si filius qui in potestate.ff.de libe.& posthu.circa intellectum dicti.§.si quis autem:qui.§.non est correctorius:sed potius distinguit dictum.§.veteranus.Et posito quod sit exorbitans a regulis iuris communis positis in.§.penul.institu.qui.modis test.infirmã.quia tamen est fauorabilis,fit extensio ex identitate rationis,vt nota.maxime per Ange.& Joan.de imo.in.l.si a primo.ff.de liberis.& posthu.& in.l.si constante.in principio.ff.solu.matri.& l.i.C.de his qui ante apert.tabu.Non obstat dictus.§.veteranus,in contrarium supra allegatus:quia non apparet quod in testamento de quo ibi essent instituti extranei:sicut erant in dicto.§.si quis autem,vt in casu nostro:nec etiam ibi aperitur quod in illo testamẽto essent quinque testes.Etiam nec obstat dicta.l.sancimus:quia in reuocatione testamenti,de qua ibi,non dixit testator quod vellet decedere intestatus:& ita dictis iuribus respondet Alex.de imol.& vt mihi videtur bene,in.d.l.sancimus.

1 ☞ Bona sua si quis alienauerit titulo donatiõis,vel alias,retento sibi quod de eis posset testari & ordinare;valet testamentum postea de illis factum.

¶ De

¶ De his que sub mo. lega. Consil. xxvj.



Visis instrumētis dua/rum donationum olim factarum: vnius scilicet facte per prouidum quondam virum Joannem payani Petro payani eius filio, et hoc contemplatione matrimonij per et inter eundem Petrum ipsius Joannis filium ex vna parte, et Helepedeam ymberte ex alia: et alterius per eundem Joannem facte Joanni eius filio etiam propter nuptias, et contemplatione matrimonij secundi per et inter dictum Joannem filium, et Agnetē gebeline: viso insuper instrumento vltimi et nuncupatiui testamenti facti per dictum Joannem patrem, vna cum casu et dubijs ex casu huiusmodi elicitis, dico et respondeo breuiter et succincte ad dubia huiusmodi prout infra. Premittens pro illorum faciliore solutione, q cum eidem Joanni patri postea defuncto superfuerint octo liberi, scilicet quatuor filij masculi: et quatuor filie: horū oim legitima fuit semis, seu dimidia pars bonorū eiusdē quondā Joānis, eorū sc3 que superfuerunt deducto ere alieno et funeris impensa, auc. de trien. et semis. §. j. colla. ij. et transumptiue in auc. nouissima. C. de inoffi. testa. iuncta. l. papinianus. §. iiij. autem. ff. eo. tit. et sic legitima cuiuslibet ex dictis octo liberis fuit pars. xvj. bonorum predicti quondam Joannis, eorū scilicet que vt dixi superfuerunt deducto ere alieno et funeris impēsa: et intelligo q hec legitima predictorum octo liberorum sit semis, seu. xvj. pars cuiuslibet ex eisdem liberis, non solum habito respectu ad ea bona que habuit idem quondam Joannes pater tempore eius mortis: sed etia3 ad illa que idem Joannes donauit dictis Petro, et alteri Joanni, eius quondam filijs naturalibus et legitimis. l. j. et quod ibi glo. et doct. C. de inoffi. dona. et auc. de immen. donatio. §. posita igitur a nobis lege. colla. vij. et transumptiue in auc. vnde et si parens. et quod ibi scribentes. C. de inoffi. testa. Quia igitur prefatus quōdam Joannes videtur donasse bessem, et sic duas tertias partes omnium bonorum predictis Petro et Joanni, et sic ea que remāserunt non sufficiunt ad legitimam aliorum, ipsi Petrus et Joannes debent supplere de sibi donatis, ad hoc vt ipsi et eorum quilibet habere possint predictam legitimam: que prout dixi ascendit pro quolibet ad. xvj. partem predictorum bonorum, dicta auth. Vnde et si parens. Et per hec patet responsio ad primum dubiu3 positum in casu exordiente, Joannes payani pater Petri etc.

¶ Ad secundum dubium positum in eodē casu non est opus respondere: pro eo quia dictus quondam Joannes pater nō solum donauit duas tertias partes bonorū suorum mobilium et immobilium, presentium et futurorum existentium in loco et territorio Auisani: sed etiam donauit duas tertias partes aliorū bonorum suorum mobilium et immobilium, presentiū tunc et futurorū existentium in loco de Vidriuelis, siue de Beieto, sitorum in parochia de Colobellis: extra que loca et eoru3 territorium, vt audio, multa alia bona habuit aut possedit dictus quondam Joānes.

¶ Ad tertium dico et respōdeo quo ad Petrum, q ipse tenetur contribuere in solutione legatorū piorum, et aliorum legatorū relictorum fratribus et sororibus eiusdem: pro eo quia tempore facte donationis eidem Petro prefatus Joannes donator sibi retinuit facultatem testandi, et legandi in pias causas, sc3 pro anima sua, ac parentum et benefactorum suorum defunctorum, ac etiam testandi et legandi alijs suis liberis fm facultatem bonorū suorum: et fuit conuentum q dictus Petrus teneretur et deberet soluere legata dicti Joannis pro duobus tertijs, siue deux tiers: q etiam idem Petrus facere iurauit. Potuit enim dictus quondam Joannes tempore facte donationis sibi reseruare predictā facultatem. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahē. emptio. et vendi. et. l. polla. cū suis simili. C. de his qui. vt indignis. et melius ad propositum in. l. j. C. de dona. que sub modo. l. ij. et p totum. C. si manci. ita fuerit aliena. ne prostitua. per que iura voluit Joan. fabri in. §. liberis. institu. de pupil. substi. q si quis bo-
1 na sua alienauerit tit. donationis, vel alias, † retento sibi q de eis possit testari et ordinare, valeat testamentum postea de illis. Pretetea non solu3 videtur q dictus Petrus acquieuerit et cōsenserit predicte reseruationi facte de facultate testandi in pias causas, et legandi alijs liberis vt predixi: ex quo solo videretur posse conueniri ad contribuendum pro dictis duabus partibus per ea que nota. Barto. in. l. cum quis decedens in principio. ff. de lega. iij. et consilio suo et Paulus de castro. consilio. ccxl. sed etiam conuenit, promisit et iurauit idem Petrus soluere dictas duas tertias partes dictorum legatorum: qui propterea tenetur obseruare conuentionem et promissionem, maxime iuratam. c. cum cōtingat. et. c. si vero. cum multis simili. de iureiuran. Quo vero ad legata per dictum Joannem lucie eius vxori relicta, non puto cum dem Petrum teneri; q: de his nihil fuit expressum seu cautum tempore dicte donationis: et cum idem Petrus nō fuerit per dictum Joannem eius patrē heres vniuersalis institutus, vel alias honoratus nisi in quinq solidis, non potuit sic onerari. l. ab eo. cum suis simili. C. de fideicom. Quo vero ad dictum Joannē filiū dico et rñdeo, q licet iste due donationes, facte sc3 prefatis Petro et Joāni, facte fuerūt eisdem anno, mense, die et loco et sub presentia eorundē testium, saltē pro maxima parte, et eiusdē notarij: et consequēter eodem tēpore facte censentur, per id quod not. Bal. in. l. petens. col. penul. C. de pact. Non tamen reperio declaratum in instrumento donationis facte eidem Joanni, pro qua quota seu parte debeat ipse cōtribuere in predictis legatis: solum enim ibi dicit, q dictus Joānes pater et donator esset dominus et magister etc. et q posset testari, et legare pijs causis, et alijs liberis secūdum facultatem bonorum suorum etc. Vellem igitur videre extensionem huius dictionis abbreuiate scripte etc. si extendat put in instrumento donationis facte Petro, dico qd idem Joannes debet contribuere prout Petrus.

¶ Ad quartum quesitum dico et respondeo, q onera hereditaria possunt esse multa: vt pote nomina seu debita contracta per dictum quōdam Joannem, vel census et seruitia, aut alia varia: de quibus voluissem specie informari, vt possem plenius et securius respōdere. Si enim loquamur de nominibus seu debitis contractis ante donationem, certum est qd illa debent solui super cumulo omnium bonorum: q: ea intelliguntur esse bona alicuius, que supersunt deducto ere alieno: et sic cum dictus quondam Joannes donauerit duas tertias partes bonorum suorum mobilium et immobilium presentium et futurorum, prius debet deduci et detrahi de bonis ipsis es alienum contractū ante dictas donationes, et deinde due tertie partes de residuo expediri dictis donatarijs iuxta formam donationū, iuxta ea que habentur in. l. ij. §. illud. et qd ibi glo. ff. de colla. bono. et l. subsignatum. §. j. ff. de verborum significa. et qd not. Salic. in. l. heres alicui. C. de dona. Quo vero ad nomina seu debita postea contracta per dictum quondam Joannē, non videntur ipsi Petrus et Joannes teneri, nec potest propter illa eorum portio diminui: nisi essent cōtracta vel facta debita forte pro reparationibus domorum, vel pro alia perpetua reparatione, aut commoditate bonorum. Quo vero ad census et seruitia, qui forte debētur super bonis mobilibus donatis, puto q ipsi teneantur pro arreragijs incursis a tempore mortis dicti quondam Joannis: sed pro incursis tempore eius vite, et post donationes factas, videtur qd illi debuerint solui per dictum quondam Joannem partim proprietarium et partim vsufructuarium. l. quero. ff. de vsufruc. leg. et qd notat Joan. Petr. ferra. in sua practica: for. libel. ad petendum dotem, super verbo, dedit et legauit, versi. ex premissis patet an vsufructuari9 etc.

¶ Ad quintū dico et rñdeo, q cū inuētariū de quo ibi, nullū afferat incōmodū dictis Petro et Joanni, et illud possit afferre cōmodū heredi dicti quōdā Joānis, aut heredib9 hrdis: illud videt posse fieri etiā inuitis dictis donatarijs, vt dicit de eo qui agit petitiōe hereditatis cōtra possessorē bonorū hereditariorū: de quo dicit qd ipse pōt petere fieri inuētariū de bonis hereditarijs pēdēte lite, vt no. Jac. Rebuf. et Jo. de pla. in. l. defensiōis facultas. C. de iure fisci. lib. x. pro quo allegat in argumentū. l. ij. §. itē varijs. ff. de aqua plu. arcen. et idē voluit Pau. de ca. loquēs in fideicomissario, de quo dicit, q ipse pōt petere fieri inuentariū de bonis substitutioni subiacentibus, vt ipse not. ff. vsufr. quēadmo. caue. sup rubrica. Puto tamē qd istud inuētariū fieri debeat sumptib9 heredis, q illud fieri petit: nō sumptibus donatariorū.

¶ Ad aliud quesitū, de quo querit in alio casu exordiente, dudū de anno. d. M. etc. an oēs petere possint aut debeāt etc. dico et rñdeo imprimis, q alij liberi, et eorū quilibet pōt et pōt petere legitimā sup dicta tertia parte retēta per dictū quōdā Joānē, quilibet sc3 decimāsextā partē huius partis: sed quia ista nō sufficit ad legitimā, ipsi pōt petere residuū sup dictis duab9 tertijs partibus donatis, quilibet sc3 decimāsextā partē cōditiōe ex dicta aut. vnde et si parēs, per id qd no. Odoffre. Bal. Albe. et Pau. de cast. in. d. auc. et idē voluit Pau. de ca. in. d. l. j. C. de inoffi. dona. et plem9 in rubrica illius tituli: q etiā fuit de mēte Azo. in summa dicti tituli. ver. itē quarte integre reseruatio: vbi voluit Azo. q isto casu non cōpetat querela inofficiose donationis: sed remediū introductū per dictā auc. vnde et si parens. Et ideo si dicti donatarij refutarēt supplere legitimā de eo qd est eis donatū, expediet dare libellū ꝯtra eos. Quo vero ad legata pia, vel alia relicta alijs filijs predicti quondam Joānis, rñdeo et consulo q dictus heres vel alius pro eo habēs ad hoc sufficientē facultatē informet dictos donatarios de predictis legatis, et hoc per exhibitionē instrumēti testamēti dicti quondā Joānis, et requirat eos quatenus iuxta per eos conuēta, pmissa et iurata cōtribuāt in solutione dictorum legatorū, et eum exonerēt pro dictis tertijs partibus: et in casum denegationis protestentur cōtra eum de cōtrauentione, deq pena et perditione sui iuris, quā patientur propter nō obseruantiam conuentorum, promissorum et iuratorum. l. fi. C. de reuoc. dona.

☞ Filius sine expressa & specifica seu speciali licentia patris donare non potest donatione causa mortis.

¶ De dona. cau. mor. Consilium. xxvij.



Onatio causa mortis quam fecisse dicitur honesta quondā mulier Maria surraque, filia naturalis & legitima nobilis Stephani Surraqui iunioris, & in ipsius patria potestate tūc existens, honorabili viro Thome de opetijs, fuit & est nulla: pro eo q̄ licet filiusfamilias vel filiafamilias donare possit donatione causa mortis cū expressa & specifica licētia eius patris. l. tam is. §. filius familias. & q̄d ibi doct. ff. de dona. cau. mor. sine tamē huiusmodi, hoc est expressa & specifica
1 seu speciali licētia patris donare nō potest donatione † causa mortis. l. filiusfamilias. §. pari antē rōne. & §. sed enim meminisse oportet. & q̄d ibi Bar. & doc. ff. de dona. & q̄d no. doc. in. l. senium. C. qui testa. face. pos. & Fran. de Cur. cōsi. lxxv. exordiente, do. Ludouicus Rotharius habens filios sex. col. v. & cano. in. c. licet. de sepul. in. vj. Non igitur valuit donatio predicta quo ad pretēsum supplementū legitime dicte quondam Marie, cui nulla competebat legitima in vita dicti nobilis Stephani eius patris, nec ipsa illam aut illius pretensum supplementum petere poterat, vt not. Barto. in. l. j. C. de libe. agno. Alber. in aut. nouissima. colū. penul. C. de inoffi. testa. Joan. de imo. in. l. lex cornelia. ff. de vulg. & pupil. Panor. in. c. raynutius. in fi. de testa. & alij in alijs locis. nec etiam quo ad dotem per dictum nobilem Stephanum pro & nomine eiusdem nobilis Marie dicto de opetijs constitutam: cuius etiā nunq̄ habuit plenum & absolutum dominium: cū matrimonio soluto per mortem illius deberet ad dictum nobilem Stephanum reuerti, maxime cum illa ab humanis sine liberis decesserit. l. dos a patre profecta. & q̄ ibi gl. & omnes scribētes. C. solu. matri. Et non solum non potuit dicta quondam nobilis Maria donare donatione causa mortis dicto de opetijs sine licentia seu consensu dicti nobilis Stephani eius patris: sed nec etiā sine licentia aut cōsensu ipsius potuit pro anima suippsius donare donatiōe causa mortis aliquid de dicta sua dote. d. c. licet. §. quis. versi. pro anima tamen. q̄d etiam voluit do. Jason may. in. d. l. senium. col. vj. Que dixerim breuiter & succincte &c.

1 ☞ Testamentum, in quo instituti heredes bonorum fuerunt extranei, an possit impugnari, & tanq̄ inofficiosum querelari: si instituti sunt persone viles & infames.

2 Heres potest aduersus vniuersalem fideicommissarium per viā retentionis sibi consulere, & consulendo retinere de bonis hereditarijs pro debito confesso, etiam si inuentarium non fecerit.

¶ Epitome.

¶ Frater fratris testamentum, in quo turpis persona est, inofficiosum dicere potest. V. F.

¶ De inoffi. testa. Consilium. xxviij.



Isis quinq̄ publicis instrumentis, vnius scilicet vltimi & nuncupatiui testamenti honorabilis quondam viri Raymundi Fornerij, alterius vero vltimi & nuncupatiui testamenti venerabilis quōdam viri domini Pontij Fornerij, alterius autem vltimi & nuncupatiui testamenti honeste quondam mulieris Catherine Peregrine, relicte dicti quondam Pontij, alterius & quarti, scilicet diuisionis bonorum dudum facte per & inter honorabiles viros Raymundum & Andream Fornerij, filios quondam naturales & legitimos dictorum primi Raymundi & Catherine Peregrine, ac ipsorum & dicti do. Pontij heredes vniuersales, & alterius vltimi & nuncupatiui testamenti dicti secundi Raymūdi, vna cum casu & dubijs ex eo elicitis parte dicti Andree mihi exhibitis: dico & respondeo ad dubia huiusmodi breuiter & succincte prout infra. Et primo ad primum dico & respondeo, q̄ testamentum dicti quondā secundi Raymundi, & fratris huius Andree, dici non potest nullum ratione preteritionis eiusdem Andr. dicti Raymū. fratris: sed nec potest testamentum huiusmodi ratione preteritionis predicte tanq̄ inofficiosum querelari, nisi heredes per dictum Raymundum instituti essent turpes aut viles
1 persone, aut eorū alter turpis seu vilis persona existeret: † tūc enī posset testamentum huiusmodi impugnari, iuxta ea que habent in. l. fratris. l. fratres. C. de inoffic. testa. l. j. ff. eo. ti. & §. soror. insti. eo. ti. iūctis his que no. Gul. de cu. Bar. Bald. & do. Jas. may. in d. l. fratres. & Pau. de ca. in allegata. l. fratris. quatenus volunt dictā. l. fratres. habere locum non solum in fratre per fratrem cōsanguineum exheredato, & turpi aut vili persona herede instituta: sed etiam in fratre preterito. Cuius dicti illa assignatur ratio: quia talis preteritio habetur pro exheredatione, sicut in matre,

¶ Ad secundum dico & respondeo q̄, cum dictus quondā Raymundus Pontij dicti Andree frater ab humanis sine liberis decesserit, breuiloqua seu reciproca substitutio facta primo decedenti de superstite seu superuiuente, cui admixta fuit compendiosa substitutio, sibi locum vēdicauit in personam dicti Andree superstitis: & hoc in vim fideicōmissarie substitutionis. Quāuis enim substitutio reciproca regulariter non cōtineat nisi directas, vt verbigratia vulgares, item & pupillares substitutiones, si heredes instituti & sibiinuicem substituti sint impuberes, filij testatoris, & in ipsius patria potestate existant, iuxta ea que habentur in. l. iam hoc iure. in prin. & in. l. lucius. & quod vtrobiq̄ notāt doc. ff. de vulga. & pupil. tamen quando substitutio reciproca seu breuiloqua admiscetur compendiose, illa comprehendit etiā substitutionem fideicōmissariam, vt voluit Barto. in dicta. l. lucius. vbi etiam Joan. de imo. & domi. Alexan. de imo. in. l. hereditatem. vbi ponit multas remissiones. C. de impub. & alijs substitu. Quamuis igitur dictus quondam Andreas se immiscuerit paterne hereditati, & pubes decesserit, & ꝓpterea expirauerint substitutiones vulgaris & pupillaris: & sic directe. l. post aditam. C. de impub. & alijs substi. & l. in pupillari, cum suis similibus. ff. de vulga. & pupil. non tamen expirauit fideicōmissaria substitutio cōtenta in substitutione predicta ratione admixtionis compendiose, que comprehendit fideicōmis. l. precibus. in fi. C. de impube. & alijs substitu. & c. Ray. de testa. Verum quia dictus Raymundus fuit filius dicti primi Raymūdi, ipse potuit detrahere duas quartas, scz legitimam, que est dimidia pars trientis, cum ipse & prefatus Andreas soli superfuerint dicto quōdam primo Raymundo, aut. de trien. & semis. §. j. colla. iij. & transumptiue in aut. nouissima. C. de inoffi. testa. & sic dicta legitima ascendit ad duas vncias: potuit etiam detrahere trebellianicam, iuxta no. per glo. Bar. & alios in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. glo. & Bar. in. l. quāquā. C. ad legē fal. Bald. in. l. filium quem. C. familie ercis. per do. Jas. in aut. res que. colum. iij. C. cōmunia de leg. Pro quo sunt boni tex. in. c. Ray. & c. Raynaldus. de testa. Et hec est quarta pars residui, iuxta theoricam quā ponit glo. in dicto. c. Raynaldus. super verbo licet ipsas. & Joan. de imol. in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. & pup. & sic est vna vncia sic de dimidia parte hereditatis & bonorum dicti quondam Raymundi fornerij primi, in qua fuit dictus Raymundus filius institutus, & que ascendebat ad sex vncias, potuit dictus Raymundus filius disponere de tribus vncijs: & sic de dimidia parte: aliam vero dimidiam partem debent heredes dicti Raymundi filij restituere dicto Andre substituto, & non vltra. Et hoc si teneamus q̄ dictus quondam Raymundus grauatus de restituēdo, vel eius heredes, non teneantur fructus per eundem Raymundum perceptos imputare in trebellianicam, vt voluit Bar. in. l. quod de bonis. §. quod auus. ver. oppono. C. ad trebel. & in rubr. ff. ad leg. fal. per. l. iubemus. C. ad trebel. & idem voluit Ange. consilio centesimo vigesimo, exordiēte, zelus domini &c. ver. ad tertium. Sed contrarium, scilicet quod immo debeant dicti fructus imputari in trebellianicam, tenuit Pau. de cast. in dicta. l. quod de bonis. §. fructus. & in. l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad trebel. volens quod dicta. l. iubemus. decidens quod liberi primi gradus non imputent fructus in quartam, loquatur eo casu quo non detrahetur nisi vna quarta: vt probatur ibi in versi. dodrans restituatur &c. & dicit Pau. de cast. in dicto. §. cum proponeretur. in lectura Bononiensi, quod istud est dictum nouum: & ita etiam consuluit idem Paulus de cast. consilio nonagesimosecundo, exordiente, quia dubia supra formata &c. columna finali: pro quo allegat regulam generalem positam in. l. in fideicommissariam. ff. ad trebellia. & dicit Alexand. de imo. in dicto. §. cum proponeretur. columna secunda, quod hoc dictum Paul. de cast. nunq̄ est obliuioni tradendum: quia est peregrina limitatio ad dictam. l. iubemus. Et hoc dictum magis placuit Alexā. de imo. in dicto. §. cū proponeretur, quam dictum Angeli contrarium tenentis. Et istud dictum Pau. etiam sequitur Franciscus de Curte consilio quinquagesimosecundo, exordiente, circa testamentum Alberti de turre &c. columna vndecima. versicu. accedat ad premissa &c. ad finem. Et si hec opinio esset vera, videndum esset ad quātum ascendant fructus per dictum quondam Raymundum percepti vltra fructus legitime. Sed quia super hoc sunt opiniones, consulo quod dictus Andreas se informet cum dominis practicantibus in Nemauso: qui scient respondere que opinio ibi seruetur de consuetudine.

¶ Ad tertium dico & respondeo q̄ substitutio facta per dictum quondam do. Pontiū etiam sibi locum vendicauit in personam dicti Andree superstitis. Et q̄ substitutio hmōi valuit in vim fideicōmissarie, poterunt heredes dicti Raymūdi nouissime defuncti detrahere quartam trebellianicā de illa medietate, in qua fuit dictus Raymundus heres institutus: in quā tamen quartam

tam

tam debent fructus per eum percepti imputari. d. l. in fideicommissariam. in prin. ff. ad trebel. & quod no. docto. in. d. l. iubemus. C. eo. tit. Et si fructus percepti ascendant ad valorem dicte quarte, nihil poterit pro quarta hmôi retineri per heredes dicti Raymũdi nouissime vita functi. Si vero min⁹ valuerint, poterit peti id quod deest, per ea que habẽtur in. d. l. in fideicommissariam. & quod ibi scribentes. Si vero fructus predicti preualuerint: nihil potest pro illo pluri petere dictus Andreas substitutus: vt etiã ibi habetur. ¶ Uenio ad quartum: pro cuius decisione premitto ꝙ dicti Raymũdus & Andreas, vtpote heredes dicti Raymũdi eorum quondam patris, erãt debitores dotis predicte Catherine eorum quondam matris, & per dictum quondam Raymundum recepte, insuper & legati eidem Catherine per ipsum Raymundum relicti. Quo fit vt cũ postea dicti Raymũdus & Andreas heredes extiterint predicte Catherine eorum quondã matris, quilibet scz pro semisse: & pro semisse huiusmodi quilibet eidem successerit, fuerint actiones extincte & confuse. l. stichum. §. adiicio. ver. vel contra debitor creditoris. cum suis simi. ff. de solu. Et ita non videtur prima facie ꝙ heredes predicti quondã Raymũdi iunioris possint ex ipsius persona aliquid detrahere, seu deducere, vel retinere de bonis dicti quondam Raymundi senioris, pretextu & ad causam dotis & legati predictarum: quod maxime videtur procedere, si dictus quondam Raymundus iunior inuentarium non fecerit de bonis dicti Raymundi eius quõdã patris. Et si opponatur de eo ꝙ not. Bald. in. l. debitori. vers. extra oppono qđ etiam non facto inuentario &c. Ange. consil. lxiij. Pau. de cast. in. l. ab omnibus. §. fi. ff. de lega. j. Roma. consi. cclxxvj. in secundo quesito, & Alex. de imo. in. l. ita tamen. §. si ex trebelliano. ff. ad trebel. qui omnes volunt ꝙ aduersus vniuersalem fideicõmissarium potest heres per viam retentionis sibi consulere, & consulendo retinere de bonis hereditarijs pro debito confu-
2 so, etiam si inuentarium non † fecerit. Sed hoc non videtur obstare ei quod dixi, pro eo quia docto. prefati loquuntur in herede qui successit debitori suo: quod non fuit in casu nostro: sed contrarium, seu oppositum: quia debitores successerũt matri creditrici: & sic videntur casus isti separati & disiuncti: ex quorum propterea vno non bene infertur ad reliquum. l. inter stipulantem. §. sacrã. ver. sed hec dissimilia. ff. de verbo. oblig. l. maritus. col. j. C. de dona. inter vir. & vxo. & vulgata. l. papinianus exuli. ff. de minori. hoc tamen vt mihi videtur non est sine dubio: quia si primo successissent matri eorum patris creditrici in dote, & deinde patri: nulli esset dubium quin possent heredes dicti Raymundi iunioris sibi consulere per viam retẽtionis, per ea que predixi. Propter quod videretur ex eadem equitate ꝙ ipsi possint sibi consulere per viã retentionis. Super quo articulo nihil pro nunc firmo: nisi ꝙ vbi verum esset, ꝙ heredes dicti Raymũdi iunioris possent per viã retentionis sibi consulere: ipsi tamen non possent retinere de bonis paternis pro tota medietate dotis & legati, in qua successerat Raymundus: sed pro medietate medietatis: pro eo q: cum, vt dixi, dicti heredes possint pro dictis duabus quartis retinere dimidiam partem illius medie partis, in qua patri successerant, ipsi debent supportare mediam partem onerum.

¶ Ad quintum dico & respõdeo, ꝙ dicto Andree superstiti debent pro dicta medietate restitui non solum bona immobilia, sed etiam bona mobilia, que fuerunt dicti quondam Raymundi senioris: & si que sint consumpta de mobilibus in vsu dicti Raymundi iunioris, illa debent imputari in trebellianicam, vel legitimam eiusdem Raymũdi iunioris, iuxta ea que scribunt Bart. & docto. in. l. in quartam. ff. ad legem Falcid. & Panormita. in. c. Raymun. de testa. Et sic propter consumptionem dictorum mobilium consumptorum minus detrahent heredes dicti Raymundi iunioris de alijs bonis paternis, que supersunt.

¶ Ad sextum dico & respondeo hic esse aduertendum, ꝙ tempore diuisionis facte inter dictos Andream superstitẽ, & Raymundum eius fratrem defunctum, erant varia bona cõmunia: quedã enim paterna: alia enim fuerant domini Pontij eorum quõdam patrui: alia vero fuerant per eos acquisita. Et quo ad acquisita non debet dictus Andreas aliquid habere de eis in vim dictarum substitutionum: quia per substitutiones predictas succedit dictus Andreas non quidem Raymundo fratri: sed prefatis Raymundo patri, & domino Pontio patruo: & sic medietas bonorum acquisitorum per dictos Raymundum & Andream quõdam fratres debet remanere penes heredes dicti Raymundi iunioris. Quo vero ad bona que fuerũt do. Pontij dico, vt iam dixi, quod illa medietas, in qua successit dictus Raymundus iunior, debet restitui dicto Andree, detracta quarta parte pro trebellianica: in quam tamen debent imputari fructus per eundem Antonium percepti: & si illi ascendunt ad valorem huius quarte, dicti heredes nihil retinebunt de bonis predictis. Si vero illi minus ascendant, ipsi detrahent id quod deerit vsqꝫ ad supplementum seu complementum dicte quarte, iuxta materiam. l. in fideicommissariam. in princ. & quod ibi scribentes. ff. ad trebellia. Quo vero ad bona paterna debuit, vt dixi, dimidia pars illius dimidie partis, in qua successit predictus Raymundus iunior eidẽ Andree, restitui: alia vero potest retineri pro dictis duabus quartis, scilicet legitima & trebellianica. Sic igitur consulo dictis partibus vt vocent probos & expertos amicos: qui videant bona paterna peruenta tam ad dictum quondam Raymundum, quã ad Andream fratres: videant etiam bona dicti quondam nobilis Pontij, insuper & bona per ipsos fratres acquisita: Et consideratis his que predixi taliter agant, quod nullus remaneat lesus.

¶ Ad septimum dico & respondeo, ꝙ dictus Andreas nihil videtur posse petere super bonis acquisitis pretextu dotis vxoris pro eo quia sic veniret contra diuisionem factam cum fratre, & iuratam: quod facere non licet: potest tamen, prout superius dixi, petere in vim dictarum substitutionum sibi restitui bona paterna, & domini Pontij patrui, ea scilicet que peruenerant ad dictum quondam Raymundum Juniorem, detractis his que predixi: quia per dictam diuisionem non videtur renuntiatum predictis vniuersalibus fideicommissis: sed substitutionibus, per id quod voluit Petrus, Barto. & doctores communiter in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de verborum obligationibus. dicentes quod ibi fuerit male iudicatum: & idem sensit gl. in. l. tres fratres. ff. de pactis. & alij in alijs locis: super quo articulo non insisto: pro eo quia ista est communis sententia, a qua propterea non est in consulendo vel iudicando recedendum. l. j. ibi, crebrior apud veteres opiniones. ff. de offi. questo. & qđ not. Post. Joan. Andr. & Moder. in. c. j. col. penul. de constitutionibus. vbi multas remissiones ponit domi. Feli. & do. Jason May. in dicta auf. nouissima. col. vj. ¶ Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Filia in dote habet causam lucratiuam: maritus vero onerosam.
2 Domus mea si ab aliquo cõciue meo fuerit habitata, nulla constituta mercede pro habitatione: an ipse conciuis meus poterit compelli constituere.

¶ Epitome.

¶ Nepos, qui patruo longo tempore seruiuit, mercedem tandem habita ratione personarum & temporis, potest exigere: nec gratis obsequia prestitisse censendus est. V. F.

¶ De locat. & conduct. Consi. xxix.

EX casu mihi exhibito parte probi viri Joannis Martini eliciuntur varia dubia: quibus respondeo breuiter & succincte prout infra. Et primo ad primũ dico qđ, cum ex constitutione dotis, quam dudum fecisse dicitur Violetus clerici pro Joanna eius filia Claudio Martini Violeti genero, fuerit eidem Joanne ius acquisitum, ex eo q filia in
1 dote habet causam lucratiuam: maritus vero † onerosam. l. vlt. §. j. versi. & si neuter sciuerit. ff. de his que in frau. credi. l. ex promissione. ff. de actio. & obli. & l. j. C. de impo. lucra. descri. & qđ not. Barto. in. l. meuius. §. duobus testamentis. ff. de lega. ij. Oldra. consilio. ccxlv. exordiente, quidam paterfamilias, debuit ipsa Joanna, quamuis absens extiterit tempore constitutionis dicte dotis, approbare pactum per dictum Violetum eius patrem & Claudium tunc futurum maritum factum de lucranda dimidia parte bonorum in dotem pro ea constitutorũ, eo scilicet casu, quo eam premori contingeret: quia ille cui acquiritur ius ex contractu debet acceptare contractum cum omnibus clausulis in eo contentis. l. si nautem. ff. de pact. facit. l. Caius. ff. de manumis. & tex. in ratione sui in. l. ij. ff. de reb. eo. qđ etiam voluit Bal. & post eum domi. Jason May. in. d. l. si nautem. Si ergo ista Joanna approbauerit constitutionem dotis pro ea facte, ipsa debuit etiã approbare pactum predictum, per predicta: & etiam pro eo quia pactum fuit reciprocum. Et quia istud non habet dubium, non insisto. ¶ Ad secundum dico & respondeo, qđ testamentum per dictum quondã Claudium Martini conditũ non potest dici nullum ratione preteritionis Florentie sue sororis: sed nec potest testamentum huiusmodi ratione eiusdem preteritionis tanqꝫ inofficiosum querelari, nisi heres per eundem Claudium institutus esset turpis aut vilis persona: tunc enim posset testamentum huiusmodi impugnari, iuxta ea que habẽtur in. l. fratris. & l. fratres. C. de inoffi. testa. l. j. eo. tit. & §. soror. institu. eodem titulo, iunctis his que not. Guliel. de Cu. Barto. Baldus, & dominus Jason Maynus in dicta. l. fratres, & Paulus de Castro in allegata. l. fratris, quatenus voluit dictam. l. fratres habere locum in fra-

tre per fratrem consanguineum exheredato, turpi aut vili persona herede instituta: sed etiam in fratre preterito: cuius dicti illa assignatur ratio, quia talis preteritio habetur pro exheredatione, sicut in matre.

¶ Ad tertium dico ⁊ respondeo, ꝙ nisi dictus Joannes martini heres institutus per dictum Joannem esset turpis aut vilis persona, non potest testamentum eiusdem Joēne impugnari per Henricum clerici eius fratrem vtrinque coniunctum, ⁊ cui non dicitur reliquisse aut legasse nisi vnum florenum. vbi vero dictus Joannes Martini esset turpis aut vilis persona, tunc videretur posse impugnari: super quo articulo non insisto, pro eo quia nō puto dictum Joannem esse talem.

¶ Ad quartum dico ⁊ respondeo, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, quod dictus Joannes Martini, qui vt ponitur in casu, per decennium seruiuit dicto Claudio eius quondam patruo, non censetur nec censeri debet in dubio voluisse seruire gratis, nec donare aut remittere eidem Claudio patruo mercedem pro dicto seruitio de biram. l. cum de indebito. in princip. ff. de proba. ⁊ l. si cum aurum. ff. de solu. ⁊ quod voluit Ange. consilio. xc. Bald. consi. xlix. in prima parte, ⁊ Alexand. de imo. in. §. fuerat. versicu. quid autem si dos est tantummodo confessata ⁊c. ibi, quinto hoc tenet Bar. institu. de actio. ⁊ debet seruitium per dictum Joannem Martini dicto quondam patruo impensum appretiari ⁊ estimari, secundum quod estimari consueuit ⁊ solet seruitium hominis illius conditionis ⁊ etatis, vt nec dictus Joānes seruierit cum damno ⁊ iactura suipsius, nec idē Claudius seu eius heres prefato Joanni soluat vltra ꝙ soluisset alteri illius cōditionis ⁊ etatis: pro quo induco in argumentum id quod not. Cy. ⁊ Docto. in. l. excepto. C. de loca. Joannes. de pla. ⁊ docto. in. l. domini prediorum. C. de agrico. ⁊ censi. lib. xi. ⁊ Paul. de ca. consil. cccxix. exordiente. Visis ⁊ consideratis omnibus supradictis. colum. fina. ver. item non obstat quod no. Cy. quatenus volunt, quod si ab aliquo conciue meo fuerit domus mea habitata,
2 nulla constituta mercede pro habitatione, † poterit ipse compelli constituere, ⁊ mihi soluere certam mercedem, prout illa domus consueuit vel meretur locari: ⁊ idem dicunt docto. in ⁊ de eo qui nulla constituta mercede coluit fundum meum, ⁊ fructus percepit, vt teneatur ad congruam pensionem, ⁊ talem seu tantam pensionem, qualem pro eo percipere consueui, aut quanta dari solet pro predijs similibus, ⁊ illius quantitatis. ⁊ hoc maxime procedit, scilicet quod dictus Claudius, seu prefatus eius heres teneatur ad solutionem predicti seruitij, si dictus Joannes Martini operas suas alteri locare cōsueuerat, ⁊ idem Claudius operas huiusmodi cōducere solitus erat, aut alter ex predictis alterum predictorum facere solitus erat, ar. l. si tibi potienda. ff. de prescript. verbis. ⁊ quod not. Jo. and. in addi. Specu. tit. de loca. §. postq̄. colla. iiij. vel circa. ver. porro. in addi. exordiente, secundū Roffre.

¶ Ad quintum dico ⁊ respondeo, quod si indumenta ⁊ iocalia, de quibus ibi, sint pretiosa: dictus quondam Claudius non videt illa in dubio donasse: pro quo allegasse sufficiat nota. per Barto. Joan. de imo. ⁊ doc. magis communiter in. l. penulti. §. j. ff. solu. matri. per Barto. in. l. j. §. nec castrense. ver. quero vlterius. ff. de colla. bono. Ange. cōsi. cxxx. ⁊ consi. cclj. Angel. are. in. §. fuerat. charta penultima. versi. quero vidimus. institu. de actio. Si vero illa non erant pretiosa, sed forte quotidiana, ⁊ necessaria: tunc videretur quod licet idem quondam Claudius non videatur proprie illa donasse, vt ea tanquā proprie donata haberet dicta eius vxor tempore matrimonij: sed potius tradidisse in causam alimentorum, ad que tenebatur: tamen pro tempore, pro quo matrimonium poterat solui, videtur ea donasse, si illorum expēsa erat modica, arg. l. vtrum. ff. de dona. inter virum ⁊ vxorem. ⁊ quia in huiuscemodi rebus non est fienda nimis amara interpretatio. l. si id quod. §. si quas. ff. de dona. inter virum ⁊ vxorem. ⁊ quod legitur ⁊ nota. in. l. quod in vxorem. ff. de nego. gest. ⁊ quod not. Joan. de imo. in dicta. l. penul. §. pen. col. iij. vel. iiij. ver. tertio casu. ff. solu. matri. Et sic illa viderentur pertinere ad dictum Joannem martini heredem prefate quondam Joanne. Non obstat dicta. l. penul. §. j. vbi modica expensa vestimentorum non videtur fieri animo donandi. Quia huic potest responderi, fm Joānem de imo. vbi supra, ꝙ ibi loquitur quando interuenit diuortium, ⁊ per diuortium solutum est matrimonium. secus forte, secundum eum, quando matrimonium fuit morte solutum. Vel etiam potest dici ꝙ in dicto. §. primo. est sermo de expensis factis pro vestibus seruorum, in quibus verisimiliter non cadit tanta affectio, q̄ta in persona vxoris: facit quod habetur in dicta. l. quod in vxorem. ⁊ in. l. prima. ⁊ secunda. ff. de dona. inter virum ⁊ vxorem. Prima tamen responsio placet Joan. de imol. per dictam. l. vtrum. ff. de donatio. inter virum ⁊ vxorem.

¶ Ad sextum dico ⁊ respōdeo, ꝙ in bonis acquisitis per dictum quondam Claudium nihil habent eius fratres aut nepotes vltra ⁊ preter benedictum per ipsum heredem vniuersalem institutum, excepto dicto Joanne martini: qui vt predixi potest sup eis, ⁊ contra dictum heredē petere mercedem seruitij, de quo supra: quia licet bona paterna remāserint cōmunia inter eundem quondam Claudium, ⁊ suos fratres, vel nepotes ex eisdem fratribus: non tamen propterea fuerunt communia, seu etiam cōmunicanda bona acquisita per eundem Claudium manentem ad partem ⁊ seorsum a dictis eius fratribus siue nepotibus: ⁊ signanter cum bona huiusmodi fuerint per ipsum Claudium suoipsius proprio nomine acquisita, nec appareāt actus sociales ⁊ promiscui. Pro quo allegasse sufficiat. l. cum duobus. §. papinianus. ⁊ quod ibi docto. ff. pro so. ⁊ quod nota. Barto. in. l. titium ⁊ meuium. §. altero. ff. de administra. tuto. Barto. ⁊ alij in. l. si patruus. C. communia vtriusque iudi. Albe. Bald. ⁊ do. Jas. may. in. l. j. C. qui testa. facere possunt. Alexand. de imol. consilio quadragesimooctauo, exordiēte, super hesitatione de qua queritur ⁊c. columna quinta, in primo volumine. ⁊ alij in alijs locis.

¶ Ad septimum dico ⁊ respondeo, prout supra, ꝙ testamentum prefate quondam Joāne fuit ⁊ est validum: nec potest impugnari ex eo, ꝙ dicto Henrico clerici eius fratri vtrinque coniuncto nō reliquerit nisi vnum florenum. Et hoc nisi, vt etiam predixi, idem Joannes martini esset turpis ⁊ vilis persona, prout non credo. Consulo tamen eidem Joanni, ꝙ possessionem bonorum immobilium dicte quondam Joanne, ⁊ singulorum eorundem adipiscatur ⁊ apprehendat, nisi hoc iam fecerit: quia possessio defuncti nō transit in heredem, etiam si est suus heres: sed opus est apprehensione. l. cum heredes. in principio, ⁊ quod cōmuniter not. ibi doc. ff. de acqui. pos. ⁊ quod no. docto. in. l. in suis. ff. de libe. ⁊ posthu. Et hec dico, nisi possessio bonorum huiusmodi fuisset per alios apprehensa vel occupata: quia tunc non consulerem ꝙ idem Joānes martini illam apprehendere nitatur sua propria authoritate: sed authoritate magistratus, ⁊ vocatis possessoribus, seu occupatoribus. ¶ Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis ⁊c.

1 ¶ Legi disponenti super insinuatione non potest renuntiari: ⁊ quare.
2 Donatio facta de omnibus bonis etiam iuramēto firmata, que donatio fit per aliqua benemerita, in Delphinatu non valet, si in ea omisse sint solennitates statuti Delphinalis olim editi super donationibus inter viuos faciendis.

¶ Epitome.

¶ Donatio, que ob statutarie solennitatis omissionem foret inualida, iuramento validatur: si de iuramēto statutum illum nullam faciat mentionem. V. S.

¶ De legib. ⁊ consti. Consilium. xxx.


Ex casu, seu cōsultationis themate mihi exhibito parte honorabilis viri magistri Romani alberge, ⁊ suorum consortum, vniuersalium heredum honorabilis quondam viri Stephani alberge, ciuis Ebredunen. eliciuntur multa dubia: ad que respondeo prout infra. Et primo ad primū: super quo primo dico, ꝙ duo sunt que videntur obstare tam donationi quā dudum fecisse dicitur prefatus quondā Stephanus Mattheo fabri, q̄ confirmationi donationis huiusmodi, seu secunde donationi etiam dicto Mattheo per dictū quondam Stephanum facte. Et quidem obstare videtur omissio insinuationis: quia cum, vt ponitur in casu, bona donata valerent. xl. milibus florenis: ⁊ sic excederent valorem quingentorum aureorum, non videtur donatio huiusmodi valuisse, saltē quatenus valor bonorum donatorum excedebat dictā summā. l. sancimus. C. de dona. cuius dispositio procedit etiam in donatio. facta inter coniunctos. l. data. C. de dona. Nec videtur donatio huiusmodi fuisse firmata per iuramentum predicti Stephani, per id quod not. Bald. in. l. illud. colum. iiij. versicu. quinto quero. C. de sacrosanc. eccle. qui pro hoc allegat. q: ad hoc vt iuramentum aliquid operetur tria debent concurrere. Primo ꝙ sit persona habilis, vel per iuramentum habilitata. Secundo qđ forma generalis sit seruata. Tertio ꝙ res non sit prohibita. l. si quis inquilinus. §. fina. ff. de lega. j. Sed iste donationes clandestine non interuenientibus actis sunt prohibite. l. donatio fine, ⁊ ꝙ ibi gloss. C. de dona. ergo non validātur iuramento, nec oritur ex his obligatio naturalis. Pro quo dicit Bal. facere quod not. Cy. in. l. j. C. de sacrosan. eccle. ⁊ Bartol. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiusso. ⁊ subiungit Bald. vbi supra, qđ non possit renuntiari legi disponenti super insinuatione: quia non est introducta in fauorem
1 † donatorum: sed in odium recipientium clandestinas donationes, ⁊ ne quis prodigaliter vtatur sua substantia, argumento. l. imperator. ff. ad trebellia. legi vero statuenti solennitates in actibus hominum

hominum non potest solenniter renuntiari. l. nemo. ff. de legat. j. Pro hac opinione multa inducit Sali. in. l. penul. C. de dona. & hanc opinionem Bald. fuerunt multi sequuti tam in scribendo, quam in consulendo: & quidem Angel. eius Germanus consilio quinquagesimooctauo. exordiente, quidam paterfamilias. colu. finali. vbi etiam refert eundem Bald. eius Germanum pro hac parte consuluisse in ciuitate Castelli, & se consilio Bal. adhesisse: eandem sententiam sequutus est Bald. in dicta. l. data. Roma. in. l. modestinus. eodem titu. Guil. de cun. in dicta. l. illud. Pro hac parte consuluit Anto. de placen. in quodam suo consilio exordiente, circa hoc videtur &c. quod inter consilia Francisci de cur. est. lxvij. cui se subscripserunt Hierony. tar. Joan. pute. & Nicol. de sancto naza. Hanc opinionem etiam sequutus est idem Fran. cis. de cur. in addi. dicti consilij: vbi etiam plurimos commemorat & refert tenentes hanc partem: pro qua etiam consuluit Andre. Barba. in quodam suo consilio exordiente, sapienter optimus predixit Psalmista &c. columna penultima, quod inter consilia Francis. de cur. est. lxvj. vbi etiam Francis. de cur. inherens huic parti ponit remissiones. Istam opinionem sequutus est Joa. fab. in. §. alie. institu. de actio. Et pro hac opinione ponit decem fundamenta do. Bartho. sozi. consilio. lxxvij. exordiente, In presenti consultatione plura veniunt examinanda &c. colu. v. vel circa. versicu. circa secundam dubitationem &c. ibi, vnde stat dubitatio in casu nostro: quia donator iurauit &c. in prima parte. Contrariam partem, scilicet quod imo possit cum iuramento renuntiari legi disponenti de & super insinuatione, tenuit Joan. and. in addi. Specu. titu. de instrumen. edi. §. porro. in vlti. magna addit. quam sequitur Joan. de imo. in sua solenni repetitione. c. cum contingat. in decimo membro. versic. sed dubium est quid iuris si interueniat iuramentum &c. de iureiuran. vbi etiam pro hac parte multa inducit, & respondet motiuis Bald. & Saly. Hanc partem sequutus est Fride. de se. consilio. cclxxxj. exordiente, casus est talis &c. Ange. in dicta. l. sancimus. §. fina. C. de dona. Bald. in dicto. c. cum contingat. & in. §. & cum retro. institu. de dona. Alexan. de imol. in dicta. l. nemo. qui multos commemorat tenentes hanc partem, & pro qua se dicit sepissime consuluisse: quod & verum est, vt patet consilio quarto, columna vndecima, vel circa. versic. nec ad hoc obstat si dicatur quod iuramentum &c. & consilio duodecimo, in primo volumine, consilio octuagesimosecundo. exordiente, Uisa facti narratione. columna secunda, in secundo volu. consilio. xx. & consilio se. in tertio volu. & in alijs locis relatis per Fran. de cur. in addi. predicta: vbi etiam alios plurimos commemorat sequentes hanc partem. & dicit Alexand. de imol. in dicto consilio quarto, se vidisse consilium recolende memorie domini Joannis de ana. quod exorditur, In nomine sancte trinitatis visis & ponderatis his que in scriptura. & quod in illo refert se alias vidisse elegans consilium cuiusdam do. Paris de aquila. qui dicebat quod licet Bartolus in. l. si quis pro eo. ff. de. fideiussoribus, specifice non decideret istum casum: tamen per rationes, quas ibi ponit Bartolus, videtur quod donatio valeat: & in dicto consilio referebat quod dominus Petrus de vbaldis de perusio ita consuluerat. & dicit Joanes de ana. quod illi consilio do. Paris se subscripserant fere omnes docto. Bononie, & precipue Joannes de Jmola, dominus Florianus de sancto Petro. Dicit etiam Alexander de Jmola, quod viderat consilium Joannis de Anania subscriptum a celeberrimis Doctoribus domino Jacobo de Soci. de francho, & Angelo Aretino. Dicit etiam recordari se alias consuluisse dum legeret Ferrarie, & quod pro eadem parte consuluerunt celeberrimi Jurisconsulti Franciscus de Aretio, & Marianus: & est verum quod pro hac parte consuluit, & quidem eleganter & subtiliter Franciscus de Aret. consilio secundo. & in alijs quibusdam: que non refero. Hanc partem etiam videtur tenuisse Angelus consilio nonagesimoprimo, exordien. pro parte negatiua, columna antepenultima, versic. Superest igitur videre. Panormitanus in. c. cum contingat, de iureiur, & consilio centesimo septimo, in secundo volumine, Joannes de Jmol. in. l. modestinus. ff. de donationibus. Joannes compe. in reperi. dicte. l. nemo, vbi etiam dicit hanc opinionem esse communem: pro qua opinione consuluit dominus Bartholomeus Socinus in dicto consilio septuagesimoseptimo. versicu. circa secundam dubitationem: vbi etiam respondet dictis decem fundamentis pro contraria opinione per eum allegatis. Referre autem argumenta & fundamenta, que pro dissensione opinionum huiusmodi hincinde inducuntur, non esset consulere: sed librum cudere. Et reuera negari non potest quin iste articulus sit difficillimus, & super quo cum sibi occurrisset casus noluit consulere Angelus Aretinus pro aliqua partium, prout ipse refert in dicto. §. alie. institu. de donationibus.

¶ Mihi tamen semper visum fuit & videtur, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, quod opinio Joannis Andree, tenentis donationem de qua supra firmari iuramento, fulciatur pluribus & fortioribus rationibus: & que videri possunt tam in dicta additione ad Specu. quam per Joannem de Jmola in dicta sua repeti. c. cum contingat. in decima membro: vbi etiam opportune respondet motiuis Baldi, & Saliceti: quibus & alijs multis etiam respondet dominus Bartholomeus Socinus in dicto consilio septuagesimoseptimo. Pro hac opinione etiam inducit multa & subtilia fundamenta Francis. de Areti. in dicto consilio secundo. & Alexand. de Jmol. in multis eius consilijs. Cui propterea magis inhereo, maxime in hoc casu: in quo dictus Stephanus non solum donauit eidem Mattheo semel: sed bis, & ex interuallo. Primo quidem donauit: & deinde post factam remissionem donationis huiusmodi per dictum Mattheum Fabri dictus quondam Stephanus iterato donauit. Et ita videtur hec secunda donatio caruisse omni fraude, & fraudis suspitione, propter multiplicationem huiusmodi donationis cum temporis interuallo: pro quo bene facit. l. si mulier. C. ad velleia. & quod not. gloss. de confessione geminata in. l. in contractibus. §. illo. C. de non numera. pecunia. & quod habetur in. l. cum scimus. & quod ibi Barto. C. de agrico. & censi. & quod de geminatione actus plene ponit dominus Jason Maynus in. §. in personam. col. xj. instit. de actio. vbi multa scribit: que quia possunt ibi videri, non recito.

¶ Secundo vero videtur facere contra dictam donationem, & resistere validitati illius, omissio solennitatis Delphinalis statuti, olim editi super donationibus inter viuos in Delphinatu faciendis, & non valituris sine obseruatione † solennitatis huius-
2 modi: vbi primo presupponitur, quod sempiterne memorie serenissimus dominus Ludouicus tunc Delphinus non recognoscebat (prout nec recognoscit serenissimus dominus noster modernus Delphinus) superiorem in Delphinatu. Quo fit vt posset idem quondam dominus Ludouicus, & hodie possit dictus serenissimus dominus noster modernus Delphinus in Delphinatu, quicquid potest imperator in imperio, per id quod magis communiter notant doctores in multis locis, scilicet Bartolus in. l. j. §. de qua re. ff. de postulan. l. iij. in principio. ff. de minoribus. & in. l. infamem. ff. de publicis iudicijs. in. l. relegati. ff. de penis. & in l. hostes. ff. de captiuis & postliminium reuersis. Joannes Andreas in capit. super quibusdam. §. preterea. de verborum significatione. Baldus in. l. exemplo. C. de probationibus. & in authenti. hoc amplius, columna secunda, versicu. an filij regis. C. de fideicommissis. Paulus de castr. consilio ducentesimo vigesimoseptimo, exordiente, super primo dubio &c. Alexander de Jmola consilio secundo, columna sexta, versicu. quinimo plus reperio &c. in primo volumine, & consilio decimoquinto, exordiente, Uisis narratis in themate &c. columna. ij. versi. & satis est &c. in quinto volumine: & tam ipsi, quam alij in multis alijs locis. Habet igitur & proculdubio habere debet tantam vim predictum Delphinale statutum, quantam habet lex ab imperatore edita. Quo supposito, videtur quod donatio predicta fuerit nulla, propter omissionem solennitatis per dictum statutum requisite: ita enim decernitur in statuto huiusmodi: ibi, statuimus & decernimus donationes predictas decetero fiendas non esse aliter valituras quam si &c. & ibi, & quas aliter fieri prohibemus easque si fierent premissis non obseruatis nullas & irritas esse decernentes. Et pro inualiditate dicte donationis videtur facere quod notat Baldus in authentica, sacramenta puberum. columna quarta, vel circa, versiculo, sed quero nunquid iuri canonico. &c. C. si aduersus venditionem. & Romanus consilio duodecimo: pro hoc etiam videntur facere septem fundamenta inducta per Panormitanum in questione per eum disputata exordiente, stante statuto condito in Jtalia prohibente minores &c. columna prima & secunda. Et viderentur predicta procedere maxime eo casu, quo probari posset quod tempore, quo statutum predictum fuit editum, ea vigeret in Delphinatu hominum malicia, per quam inducebantur homines ad donandum, & vt donarent circunueniebantur.

¶ Sed contra premissa, & pro donatione superius mentionata faciunt ea, que superius dixi, secundum opinionem magis communem: scilicet quod per iuramentum appositum in donatione excedente summam quingentorum aureorum possit derogari legibus insinuationem requirentibus. Facit etiam quia statutum simpliciter loquens de donatione, non debet intelligi in donatione iurata, vt probat Panormitanus in dicta sua disputatione exordiente, stante statuto condito per Jtaliam, in prosequutione primi & secundi quesitorum.

¶ Ex quibus infertur quod dictum Delphinale statutum non refragatur nec obstat donationi seu donationibus superius mentionatis. Tum quia ille fuerunt iurate: ad quas propterea non extenditur dictum statutum, postquam in eo nulla fit mentio de iuramento. Tum & quia, secundum communem opinionem, lex ciuilis, vel statutum non potest reprobare iuramentum, presertim eo ca-

su quo per statutum non fingitur contractus simulatus, vel per vim aut metum a contrahente extortus, vel contrahens ipse dolo induct⁹, prout nec fingitur in dicto Delphinali statuto fateor quod Bald. in dicta authen. sacramenta puberum, voluit ꝙ statutum, etiam si non fingat dolum, aut simulationem: tamen si habeat rationem ⁊ equitatem naturalem, puta quia malicia huiusmodi illius loci erat multum prona seu prompta ad decipiendũ: tunc talia statuta annullantia iuramentum valent: nec iuramentum est obligatorium, quia cum habeant equitatem ⁊ rationem naturalem, non possunt dici iuri contraria: ⁊ idē voluit Roma. consil. xij. ¶ Sed istud non videt͛ suffragari dictis magistro Romano ⁊ alijs. Tum q᷑ Bald. loquitur in statuto faciente mẽtionem de iuramento, ⁊ illud improbante: quod non facit statutum Delphinale. Tum ⁊ quia dictum Bald. impugnatur, ⁊ quidem bonis motiuis per Pau. de cast. in dicta authẽ. sacramenta puberum. vbi etiam do. Jason, vt predixi, ⁊ per Panor. in. d. c. cum contingat. col. x. ver. nec potuit ius ciuile seu statutum ⁊c. ⁊ in dicta disputatione. col. vj. versi. nec potuit lex ciuilis expresse probare iuramẽtum, ⁊ alij in alijs locis. Et sic nisi superesset aliud, propter quod donationes predicte possent impugnari, ꝙ͂ dictum statutum: non video illas posse impugnari: nisi aliter se haberet obseruantia ⁊ consuetudo super dicto statuto: super quo nihil p̄ nũc scribo, cum non sim informatus. Et per hec patet responsio ad primum quesitum. ¶ Ad secundum dico ⁊ respondeo, ꝙ supposito ꝙ donatio seu donationes superius mentionate fuerint valide, vt predixi: dictus quondam Stepha. non potuit eas reuocare in suo testamento. l. perfecta. cum suis simi. C. de dona. que sub mo. ⁊ pro eo etiam q᷑ non potest quis regulariter venire cõtra factum suum. l. post mortem. cum suis simili. ff. de adop. ⁊ presertim quando est pactum iuratum, ⁊ q̇ȯ potest obseruari sine dispẽdio salutis eterne. d. c. cum contingat. cum multis vulgaribus.

¶ Ad tertium dico, ꝙ dictis magistro Romano ⁊ consortibus maioribus obstant multa: primo quidē donatio, seu donatiões, que vt dixi valuerunt. Secundo eisdem obstat transactio, que nõ rescinditur ex capite lesionis etiam si excedat dimidiã iusti precij ⁊c. vt volunt multi relati per Alex. de imo. in. l. si quis cuꝫ aliter. col. iij. ff. de verb. oblig. pro qua opinione etiam consuluerũt multi, quos non recito. Fateor ꝙ Barto. tenuit contrarium: quẽ etiã multi sunt sequuti tam in consulendo, quam scribendo: sed in casu nostro est quod vlterius obstet, scilicet iuramentum transigentium, ⁊ maiorum, ratione cuius fuerunt exclusi a remedio. l. ij. C. de rescin. vendi. c. penul. de emptio. ⁊ vendi. ⁊ hoc secundum communem opinionem gloss. ⁊ docto. in dictis locis. de quo Joan. de imo. in repeti. dicti. c. cum contingat. ¶ Ad quartum dico ⁊ respondeo, quod si aliud non obstaret nisi transactio predicta, possent minores, ⁊ illa vxor de qua ibi agere ad rescissionẽ dicte trãsactionis ex capite enormissime lesionis: sed vt dixi obstant donationes. ¶ Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Testis vnus qui deponit de actu, vt de homicidio, furto, aut raptu, aut violentia, carnali cognitione: si dicit illa fieri se vidisse, probat simpliciter: ⁊ sic regulariter facit indicium.

2 Fama quando probatur sufficienter quod ortum habuit ex verisimilibus indicijs: tamen non facit semiplenã probationem, nec indicium sufficiens ad torturam.

3 Capitalis pena an sit, si quis habuerit rem cum virgine ea volente, siue inuita.

¶ Epitome.

¶ Qui virginem comprimere quidem voluit, sed opus non perfecit: reus quidem est, sed non capitis: nec ex indicijs insufficiẽtibus torqueri debet. A. F.

¶ De raptu virgi. aut vidu. Consilium. xxxj.


N pcessu criminali certo ⁊ inchoato contra pr. buin virū Claudium Bondardi assanatorem loci Tralubani, ⁊ ad querelam ⁊ pretensam grauem querimoniam Petri cotaudi, ⁊ Agnetis eius vxoris, non apparet fuisse aliquid sufficienter probatum propter quod debuerit aut debeat idem Bondardi torqueri, tanquam pretẽsus raptor seu violator Aloyne cotaude filie dictorum Petri ⁊ Agnetis. Et primo quidem non per depositionem predicte Aloysie: Tum quia ipsa deposuit non iurata: ⁊ tamen certum est quod testi non iurato regulariter non creditur. l. iurisiurandi. C. de testib. c. tuis. ⁊ c. nuper. ⁊ q̇ȯ ibi glo. de testi. Tum ⁊ q᷑ non solum tempore seu pretense depositionis erat minor. xx. annis: ⁊ sic in causa criminali deponere nõ poterat. l. in testimonium. la. ij. ff. de testi. sed etiam minor duodecim annis: ⁊ propterea impubes, ⁊ sic nec in causa ciuili poterat esse testis. l. in testimonium. la. i. §. sed nec pupilli. ff. de testi. Tum ⁊ quia ipsa Aloysia est illa que pretendit͛ fuisse passa violentiam, aut assertum conatum, seu attentatum: de quo in querimonia. l. si quis in graui. §. si quis moriẽs. ff. ad syllani. ⁊ q̇ȯ habetur in. l. lex cornelia. in prin. cum ibi no. per Bar. ff. de iniu. l. j. cum ibi no. ppr Bar. C. de rapto. virgi. l. nullus. ff. de testi. ⁊ l. omnibus. C. eo. titu. Tum ⁊ quia cum prefati Petrus cotaudi ⁊ Agnes eius vxor querelam ⁊ pretensam grauem querimoniam exposuerint contra dictum cotaudi, ⁊ de hoc petierint fieri ⁊ ministrari iustitiam secundum casus exigentiam, ipsi tenẽtur ⁊ debent probare huiuscemodi querelam seu querimoniã, p̄ id quod no. Bar. in. l. diuus. ff. de custo. reo. ⁊ Salyc. in. l. ea quidem. ver. duodecimo quero. C. de accusa. sed filij pro parentibus testes esse non possunt. l. parentes. cum suis simili. C. de testi. Nec etiam per depositionem cuiusdaꝫ Delinote, vxoris Guillielmi videlli: quia ista non deponit de actu ipso, hoc est quod viderit dictum Bondardi deosculantem, vel amplectẽtem predictam Aloysiam, aut super ea attentantem ⁊ conantem rumpere seu aperire claustra virginitatis: sed dicit q̇ȯ vidit eum descendentem de lecto, super quo iacebat predicta Aloysia. Et sic reuera nõ deposuit de actu venereo, vel de pretensa violentia eidem Aloysie illata: ⁊ minus de pretenso raptu, sed de pretenso indicio. Quo fit vt ipse nõ probet huiuscemodi pretensum indicium: q᷑ ꝙ͂uis vnus testis omni exceptione maior deponens de actu, vt verbi gratia de homicidio, de furto, de raptu, aut violenta carnali cognitione, si dicat il-
1 la fieri se vidisse, probet semiplene: ⁊ sic regulariter † faciat indicium: tamen depositio vnius testis etiam omni exceptione maioris deponentis non de actu ipso, vt predixi: sed de indicio, vt in casu nostro, non facit aut probat indicium: sed opus est ad probationem illius ad minus duobus testibus, per id quod voluit glo. reputata singularis in. l. fina. ⁊ quod ibi Bartolus ⁊ alij. C. familie escissunde. Innocen. in. c. sicut. de simo. Angel. in. l. finali. in principio. ff. quod metus causa. ⁊ in authen. de testamento imperfecto, in principio. collatione octaua. Baldus in. l. cum citra. C. de iure dotium. ⁊ in. l. secunda in principio. ff. de accusationi. tutorum. Sed dicta Delinota nullum habet contestem, qui deposuerit aut dixerit se vidisse dictum Bondardi descendentem de lecto, ⁊ dictam Aloysiam super eo iacentem: non ergo probatum est predictũ indicium. Nec opponat aliquis quod depositio predicte Delinote iungi debeat cuꝫ depositionibus plurium testium, qui vt pretẽditur deponunt de fama, seu pretensa infamia dicti Claudij Bondardi. Quoniam respondeo quod nunquam duo aut plura indicia iunguntur ad perficiendum seu integrandum vnam probationem: nisi quodlibet indiciorum huiusmodi sufficienter probetur, vt voluit Baldus in. l. si quis ex argentarijs. in principio. ff. de edendo. vbi dicit quod nunquam iungũtur adinuicem plures species probationum, nisi quando vnaqueꝙ species per se sit in suo esse perfecta. Unde si fama est probata, posset secundum eum iungi cum alia specie probationis, puta cũ vno teste deponente de veritate facti, seu actus. sed vbi fama non esset plene probata: non posset iungi cum alia specie probationis. ⁊ ita intelligitur glossa in dicta. l. secunda. ff. de excusatione tutorum. per. l. primam. C. qui numero tute. ⁊ dicit Baldus quod si esset vnus testis de fama, ⁊ vnus de veritate, ⁊ vnus de alio indicio: non coniungerentur: quia indicium debet probari per duos testes: pro quibus omnibus si placet videatur Alexand. de imo. consilio vndecimo exordiente, Sentio in dubium reuocari ⁊c. columna penultima, ⁊ consilio decimono, exordiente, In his que in themate. columna penultima, versicu. Preterea iste testis. in quarto volumine, ⁊ consilio quinto, columna tertia, in primo volumine. ⁊ dominus Jason Maynus in repeti. l. admonẽdi. charta trigesimaquarta. columna tertia. ⁊ charta trigesimaquinta. columna quarta. ff. de iureiurando. Cum igitur, vt predixi, dicta Delinota non habeat contestem in ⁊ super eo de quo deposuit: non debet eius pretensa depositio iungi cum depositione quam faciunt quidam alij de fama. Et sic perinde est acsi predicta Delinota nihil deposuisset.

¶ Forte vero dicet aliquis sufficere famam: de qua forte pretenduntur deponere multi testes: ⁊ non solum de fama concernente dictum pretensum conatum, factũ vt asseritur per dictum Bondardi, seu violationem predicte Aloyne: sed etiam de fama quarundam aliarum virginum. Sed hec non obstant. Et quidẽ non id quod opponitur de fama pretense corruptionis aliarum mulierum, seu pretensarum virginum. Tum quia isti casus separati ⁊ diuersi: ex quorum propterea vno non infertur ad reliquum. l. inter stipulantem. §. sacram. versicu. sed hec dissimilia. ff. de verbo. obligationi. l. si maritus. la prima. C. de donatio. inter virum ⁊ vxorem. ⁊ vulgata. l. papinianus exuli. ff. de minoribus. Tum ⁊ quia

& quia dicta pretensa fama non probat dictum Sondardi, etiam semiplene, vt infra dicetur, corrupisse illas mulieres, seu pretensas virgines: ad quod facit. c. multi corriguntur, columna finali secunda questione prima. vbi dicit textus. nā si nominatio sufficit, multi damnandi sunt innocentes: quia sepe falso in quoꝫ crimina nominantur. Pro quo videri poterit beatus Hieronymus in Epistola sexagesima secunda, in prin. in primo volumine, & beatus Augustinus in primo de trinitate. c. xxij. post principiū Non igitur opportune potest contra eundē Sondardi allegari regula semel malus semper presumitur esse malus. vbi subaudiunt Doctores in eodem genere mali: quia vt dixi non probatur etiam semiplene fuisse malus in hoc genere corruptionis virginum.

¶ Etiā nec obstat id quod opponitur de fama huiuscemodi pretensi conatus: quia testes non deponunt quod illa orta extiterit ante causam inchoatam: quod erat necessarium. nec etiam deponunt testes ex quibus fama huiusmodi habuerit ortum: & verisimiliter illa orta est ex querimonia & assertione predictorum Petri Cotaudi & consortis, vel forte ex verbis illius Helinote: que mulier est: & forte potuit mentiri, vt faciunt multe.

¶ Preterea supposito ꝙ hec ptēsa fama esset probata sufficiēter, & ꝙ illa ortum habuisset ex verisimilibus indicijs: illa tamē non
2 faceret semiplenam probationem, nec indicium sufficiens ad † torturam, per id quod notat Joannes andreas in additionibus Specula. titu. de probationibus. §. videndum. versiculo decimotertio, Antonius de butrio in. c. tertio loco. columna sexta de probationibus. Panormitanus in. c. primo, ad fin. de purga. cano. & in. c. j. de depo. & idem expresse firmat Baldus in. l. milites. col. j. C. de questionibus, post Cynum in. l. fi. C. eodem titulo. Baldus & Joannes de Jmola in. l. finali. ff. de heredibus instituendis. et quod notat Baldus in. c. primo. §. iniuria. columna septima de pace iuramen. firmā. & domi. Jason Maynus in dicta. l. admonendi. charta trigesimaquarta, columna secunda. Ex quib' infert ꝙ dictus Sōdardi non fuit torquendus pretextu & ad causam cōtentorū in querela seu querimonia ꝓdictorū Artaudi & vxoris.

¶ Et quamuis pretendatur eundem fuisse confessum se eādem Aloysiam posuisse supra lectum, et reliqua, de quibus in dicta eius pretensa confessione: non tamen dixit quod hoc fecerit eadem Aloysia renitente, vel ea inuita: aut qd eam per vim rapuerit, & raptam supra lectum posuerit, & deinde eam renitentem carnaliter cognoscere tentauerit. non etiam dixit eandem Aloysiam exclamasse dicendo: done Blegesse done Blegesse. nec super his est torquēdus, vt predixi: quia ista, aut eorum aliqua nō ꝓbant. Preterea potuit esse quod dicta Aloysia consenserit ascendere, vel se poni supra lectum: quod etiam maxime posset ꝓsumi: quia nō apparet eā fleuisse, aut ꝙ dicta Helinota eā receperit plorātē. Preterea quamuis ista Helinota appareat fuisse multum curiosa in visitando predictam Aloysiam: nihil tamen dixit de reliquijs conaminis, scilicet quod reperierit partes illas, vel loca circumuicina fuisse madidata: quod verisimiliter factum esset propter corruptionem dicti Sondardi, si ita facere tentasset.

¶ Forte vero opponetur, quod cōfessio facta per dictum Sondardi sit sufficiens ad condemnationem etiam capitalem, per id quod habetur in. l. si quis non dicam rapere, & l. raptores. C. de episcopis & clericis. & hoc pro eo quia dictus Sondardi confessus est se eandem Aloysiam cepisse, & illam posuisse supra lectum, & deinde ascendisse, & fecisse reliqua, de quibus in dicta eius pretēsa confessione.

¶ Sed hec non obstant. Et primo quidē nō dicta. l. si quis. quia illa loquitur in sanctimoniali seu moniali, & virgine deo dedicata, cuiuscemodi non erat dicta Aloysia.

¶ Pro quo videri poterit Salicet' et alij in dicta lege, si quis nō dicam rapere. Non etiam obstat dicta lex, raptores, quia illa loquitur in raptu, et sic in actu in quo committitur violentia vel contra mulierem raptam, que non consentit, sed resistit vel contra parentes: qui raptus non probatur in hoc casu etiam semiplene, quo ad hoc vt possit aut debeat de iure torqueri. Non igitur puniri debet aut potest pena dicte. l. raptores. etiam si dictus Sondardi eandem Aloysiam quo ad se carnaliter cognouisset, hoc est claustra pudoris aperuisset: & hoc est quod dicit Mathe. de matarellis singulari suo centesimo primo, exordiente, not. textum quem pauci sciunt. vbi dicit quod stuprans siue virginem siue viduam honeste viuentem non punitur pena capitali: sed solum confiscationis in parte bonorum suorum: nisi sit vilis, vel infamis de iure vel de facto: quia tunc relegatur. §. item lex iulia, ibi, penam autē eandem lex irrigat. instit. de publi. iudi.

¶ Non obstat. l. prima. §. huic pene. C. de raptoribus virginum.
3 vbi text. videtur velle, ꝙ sit pena capitalis, siue quis habuerit rem † cum virgine ea volente, siue inuita: quia respondeo ꝙ ille textus debet intelligi secundum precedentia, scilicet vbi violentia interuenit in rapina seu raptu mulieris, vt quia quis rapiat per vim mulierem de domo patris vel fratrum ipsis resistentib': quia tunc talis puniretur pena capitali, etiam si mulier dixerit ego sum contenta.

¶ Preterea hic aduertendum est ꝙ dicta Aloysia non fuit cognita, nec claustra pudoris aperta, vt etiam retulerunt ille domine matrone: et sic non fuit pretensum delictum consummatum. Non ergo debet dictus Sondardi puniri pena capitali: vel etiam alia, qua alias puniretur si fuisset delictum consummatum, per id quod notat Speculator titulo de accusatore. §. primo, versicu. quid si primo &c. in fine, & Cynus in. l. is qui cum telo. C. ad legem corneliam de sicarijs. Alexander de imo. cōsilio decimoquinto, columna tertia, versic. sed premissis nō obstātib' &c. ibi. & dicit Speculator in titulo nono, in primo volumine: qui volunt ꝙ licet de iure communi debeat pena capitali puniri ille, qui animo occidendi alterum percussit: tamen de consuetudine non punitur illa pena, nisi delictum fuerit consummatum: hoc est nisi sequuta fuerit mors. Et dicūt Angelus, Paulus de castro, & dominus Jason maynus in. l. prima. §. hec autem verba. ff. cōmunia vtriusque iu. quod Specula. in dicto versi. quid si primo, dicit quod omnibus legibus dicentibus puniri conatum acsi delictum esset consummatum, derogatum est per illam consuetudinem. Et idem voluit Romanus in. l. damni. §. sabini sententia. col. ij. versi. inquantum autem de iure communi &c. ff. de damno infecto. & Andreas Barbatia plenius prosequens istum articulum consilio. xxiij. exordiente, sapiētissimus dicit ecclesiastes &c. columna octaua, in secundo articulo. versiculo, & si quispiam dixerit in atrocioribus &c. in. ij. parte. Et a dicta consuetudine generali excipiunt dumtaxat Angelus Paulus de castro & domi. Jason crimina lese maiestatis, & patrie oppugnate: in quibus sufficit solus conatus.

¶ Cum igitur, vt predixi, dictum pretensum delictum non fuerit consummatum, nec fuerint aperta claustra predicta: non est ipse Sondardus puniendus ea pena, qua alias punitur talia attentans, & consummans: & hoc propter generalem consuetudinem, quam Docto. referunt, & de qua est eis credendum, per id quod not. Barto. in repeti. l. de quibus. ff. de legibus. Preterea dicit Cy. in dicta. l. is qui cum telo. qd licet lex cornelia non minus puniat eum qui attentauit occidere, quam eum qui consummauit, & hoc considerato eius proposito: iudex tamen debet cōsiderare euentum: vtrum scilicet crimen habuerit effectum. l. aut facta. §. euentus. ff. de pe. dicit etiam Salic. in dicta. l. is qui cum telo. columna penultima audiuisse quod Bald. in dicta. l. dicebat vnum notabile verbum dum legeret illam videlicet, ꝙ vbi per legem punitur affectus acsi fuisset consummatus, iudex potest ex potestate sibi a lege concessa mitigare penam, dicta. l. aut facta. §. euentus. dicit etiam Baldus in. l. si fugitiui. columna prima. quod in pena sanguinis semper debet iudex esse mitior: et merito: quia scriptum est Matthei. v. Beati misericordes quia misericordiam consequentur, & in canonica beati Jacobi iudicium sine misericordia illi, qui non fecit misericordiam. Quod si hec fieri debeant per iudicem, & sic miscere debeat iudex misericordiam cum iustitia: debet profecto cauere: & sane aduertere, ne puniat vltra quam punire debet. Jllud autem est omnino indubitatum, quod dictum Bald. in dicta. l. si quis non dicam rapere. colum. finali, versicu. & ex hoc concluditur &c. non facit ad propositum: quia illa iuuencula de qua loquitur Bald. fuit defiorata, & sic cognita, & delictum consummatum quo ad virum: quod vt dixi non fuit in casu nostro: quia testimonio matronarū & illius domine Helinote claustra non fuerunt aperta. Preterea Guillelmus tenuit contra opinionem Baldi, scilicet ꝙ ille, quamuis quo ad se consummasset delictum, non esset puniendus pena capitis, sed solum pena deportationis.

¶ Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Consequens qui concedit satis antecedens concessisse censetur.
2 Conditio testis inspicienda est secundum tempus iuramenti.
3 Dictio ista nisi, est talis nature & officij, vt priuet & affirmet, quā precedit dictio negatiua.

¶ Epitome.

¶ Ad expensas litis tenetur is, qui cū amotioni cōmunis termini consensisset, rem ad fiscum postea detulit: qui amouentem prosequutus, condemnari obtinuit: quamuis hec sententia retractanda sit. A. F.

¶ De fructib. & li. expens. Consi. xxxij.



Ex processu dudum ce-
pto ⁊ latius continuato per ⁊ inter prouiduz vi-
rum Joannem de Tegula ex vna parte et pro-
curatorem nobilis ⁊ potentis viri domini Pon-
choti domini de Chiezia, ⁊ cōdomini Sluracij:
necnon Petrum ⁊ Joannem Pestre patrem ⁊ filium ex alia,
sufficienter quinimo clarissime colligitur, quod sententia dudum
lata per dominum iudicem Sluracij contra dictum de Tegula,
in causa preuentionali seu inquisitionali cepta et tunc pendente
indecisa per ⁊ inter procuratorem fiscalem curie Sluracij ex vna
parte, et dictum de Tegula ex alia, fuit et est iniqua et iniusta.
Pro cuius dicti demonstratione premitto, q̄ vt apparet ex titu-
lis contra eundem de Tegula formatis, et insertis folio trigesi-
moquinto, fuit contra eundem de Tegula criminaliter inquisi-
tum, de ⁊ pro eo quod, vt pretēdebatur parte dicti procuratoris,
idem de Tegula vltra edictum ⁊ bannū penale curie dicti loci,
⁊ per quod prohibetur, ne quis cuiuscunque conditionis existat
ausus sit quosuis terminos absq̧ licentia officiariorum ⁊ partiū
voluntate mutare, nec amouere, sub pena decem librarum turo-
nensium, ⁊ alia pena iuris, sua propria autoritate, ⁊ de facto abu-
tendo, ⁊ officio magistratus vtendo: certos terminos in loco des
Plas, diuidentes hortos Bartholomei des plas, ac Petri et
Joannis pestre, traxerat, amouerat, ⁊ alibi plantauerat ⁊ muta-
uerat, preter ⁊ contra voluntatem ipsorum Pestre. Et deinde
pretextu ⁊ ad causam huiuscemodi pretensarum amotionis, mu-
tationis, plantationis factarum vt dicebatur vltra vel contra
edictum, ⁊ absq̧ licentia officiariorum, ac preter ⁊ contra volun-
tatem dictorum Pestre, fuit condemnatoria sententia in decez
libris per egregium virum dominum Bernardum Claueriarum
tunc pretensum iudicem curie predicte contra eundez de Tegula
promulgata. Quo supposito ⁊ premisso, dico in primis discursu
illius processus inquisitiōalis nō apparet de dicto pretēso edicto.
Quo fit vt supposito, citra preiudicium veritatis, quod idem de
Tegula alias deliquisset, prout deliquerat: non tamen poterat
contra eum ferri sententia ex illa causa, sed debebat ferri sentētia
absolutoria propter causam nō probatā, p id quod not. Jmo. in. c.
cū contigat. de officio delega. ⁊ in. c. ceterum. de iudic. Angelus
consilio vigesimoquinto, columna prima, ⁊ Alexander de imola,
in. l. si ita stipulatus. §. chrisogonus. columna septima. vel circa.
ff. de verborum obligatio. Pro quo allegat. l. habebat. in princi-
pio. ff. de institoria. ⁊ quod not. Bartolus in. l. prima. in princi.
versiculo, Uenio ad causam. ff. de edend. Et supposito quod hec
causa eidem de Tegula non suffragaretur, super qua non mul-
tum insisto: illud tamen certum est quod in hac instantia, et co-
ram magnifico ⁊ potenti viro domino Baillino, et egregio vi-
ro domino iudice Uiuarieñ. ⁊ Ualeñ. seu eorum locumtenenti-
bus fuit sufficiēter ⁊ plene parte dicti de Tegula probata licen-
tia amouendi, seu mutandi, ⁊ plantandi terminos seu terminum
antea amotos transplantatos, seu amotum aut transplantatum,
per nobilem Ualentinum Filioli tunc castellanum dicti loci.
Fuit etiam sufficienter ⁊ plene probatum, quod id quod circa
amotionem seu mutationem ⁊ plantationem fecisse dicebatur
predictus de Tegula, hoc totum fecit de ⁊ cum voluntate ⁊ con-
sensu dictorum Petri ⁊ Joannis Pestre presentium. De his
enim deponut multi testes parte dicti de Tegula producti super
articulis exordientibus, ad illos effectus ⁊ fines vt vobis ⁊c.
parte ipsius productis, ⁊ insertis fo. lxix. quorum depositiones
coadiuuantur per depositiones testium examinatorum super re-
questa parte dicti de Tegula oblata, ⁊ presentata dicto domino
de Thesia, ⁊ inserta folio quadragesimoquinto: attestatiōes ve-
ro inseruntur folio lix. Ex quibus attestationibus colligitur di-
ctum nobilem Ualentinum requisiuisse ⁊ rogasse dictū de tegu-
la, quatenus controuersiam ⁊ debatum non decisas seu sopitas
pretextu ⁊ ad causam mutationis terminorum superius mentio-
natorum facte per dictum nobilem Ualentinū, sed potius adau-
ctas īter Bartholomeū Plas ex vna parte, ⁊ dictos de Pestre
ex alia, sopiret ⁊ terminaret, ⁊ partes ipsas sic cōcordaret ⁊ paca-
ret, q̄ ex tunc in antea nihil audiret. Et de his faciendis prebuit
eidem de Tegula licentiam.

¶ Quo fit vt supposito citra preiudicium veritatis, quod nihil
specifice tunc dictum extitisset de mutatione, aut plantatiōe ter-
mini seu terminorum, siue reductiōe ad locum pristinum: hoc
tamen satis censebatur esse concessum: quia qui concedit conse-
1 quens satis † censetur concedere antecedens, et signanter sine
quo consequens non fierit, vel per quod ad ipsum consequens
peruenitur. l. ad rem mobilem, ⁊ qd ibi gloss. ⁊. l. ad legatum. ff.
de procuratoribus, ⁊. l. secunda. ff. de iurisditione omnium iu-
dicum. vno etiam commisso seu concesso censentur omnia com-
missa, seu concessa sine quibus ⁊c. dicta. l. secunda, ⁊. c. preterea. ad
fin. de officio delega. vbi moderni ⁊ domi. Fel. colūna secunda,
versicu. not. quod vno commisso ⁊c. multa inducunt. Et primo
quidem moderni inducunt Bal. in. l. prima. C. si rector prouincie.
vbi dicit quod si est data potestas prioribus super iustitia mi-
nistranda, ipsi possunt eligere potestatem seu iudicez. Secūdo
inducunt Barto. in. l. seruos. ff. de alimentis ⁊ cibariis legatis.
vbi voluit quod licet seruus regulariter agere non possit: tamen
vbi de iure naturali aliqua sibi permittuntur: ipse potest agere
super sibi permissis: de quo est textus, ⁊ quod ibi Joānes ādreas
⁊ doc. in. c. ex parte. de accusatio. vbi monachus accusat abbatez.
Tertio allegant Abb. in. c. ij. de procuratoribus, vbi dicit quod
ambasiatores ad componendum pacem possunt apponere pe-
nam rumpenti pacem. Quarto inducunt Ange. in. l. bene a zeno-
ne. C. de quadrien. prescriptio. vbi voluit quod procurator ad vē-
dendum potest promittere de euictione. Et vltra predicta indu-
cit dominus Felin. Angelum in consilio ducentesimononage-
simoquinto, exordien. thema predictum est dubium. vbi voluit
quod de eo quod dictum est de procuratore ad vendendum, vt
possit promittere de euictiōe, est casus in. l. prima. C. de nauicula.
⁊ naucleris. libro vndecimo, secundo inducit Bartolum in. l. am-
bitiosa, columna quinta. ff. de decretis ab ordi. facien. vbi que-
rit, si sunt deputati officiales super abundantia, vtrum possint
antecedentia ⁊ etiam consequentia ad hoc: ⁊ ibi dicit quod ipsi
omnia possunt, per que deuenitur ad ipsam abundantiam: quia
illud dicitur principale in vna commissione, per quod deuenitur
ad finem ipsius commissionis. inducit etiam Paulus de castro
consilio tricētesimovigesimo secundo, exordiente, quoniam ad-
iectione ⁊c. vbi dicit quod per priuilegium datum vni super cha-
ritatiuo subsidio a quibuscunque potest etiam me inuito cogere
quod soluam, ⁊ idem voluit Abbas in. c. cū oporteat. de accusa-
tio. Et hec omnia, si non desipio opportune adaptantur ad com-
missionem per dictum nobilem Ualentinum capitaneum dataz,
⁊ concessam per dictum domi. de Tegula, vt scilicet videatur
etiam sibi commisisse vt terminum vel terminos mutaret ⁊ trans-
plantaret, si pro componēda concordia opus esset. Et pro hoc fa-
cit: quia tempore dicte commissionis facta est mentio de repara-
tione eorum, que fecerat idem Castellanus euellendo predictum
terminum, ⁊ alibi plantando: super qua reparatione dictus de
Tegula petebat licentiam. Addo quod etiam est multum veri-
simile: quia pro componēdis se purgandis differentiis dictorum
des Plas ⁊ Pestre non erat opus licentia castellani, nisi forte
quo ad dictam mutationem ⁊ plantationem termini: sic quo ad
reparationem eorum que idem capitaneus male egerat. Constat
igitur licentiam predictam fuisse prefato de Tegula impartitaz.
Etiam constat quod de voluntate ⁊ consensu predictarum par-
tium idem de Tegula mutauit ⁊ transplantauit, si ⁊ quatenus
apparuerit vel appareat eum mutasse.

¶ Premissis non obstant quidam pretensi obiectus parte di-
ctorum Petri ⁊ Joannis facti, ⁊ deducti in quadam eorū sche-
dula exordiente ad illos fines ⁊ effectus ⁊c. inserta folio centesi-
mo vndecimo. Et primo quidem non quod opponitur contra
depositionem seu dictum Petri ⁊ Joannis des Plas, scilicet
quod ipsi fuerint ⁊ sint filij ⁊ heredes dicti quondam Bartho-
lomei antiqui, aduersarij dictorum Petri et Joannis pestre.
Quoniam respondeo quod ista causa non concernit dictos des
Plas, nec ex ea qualemcunq̧ exituz habitura sit possunt repor-
tare commodum, vt pote non facientes telam in hoc iudicio, et
in quo solum agitur de innocentia ⁊ pretenso debito dicti Joan-
nis de tegula: ⁊ quia dicti Pestre post factam reparationem nū-
quam tentarunt agere ciuiliter pro recuperatione eius, quod
posset pretendi eis fuisse ablatum, scientes ⁊ scire debētes quod
nihil ablatum extiterat, cum fuisset terminus reductus ad pri-
meuum ⁊ antiquum statum.

¶ Etiam nec obstat id quod fuit oppositum contra dictum et
depositionem Durādi salas. Tū quia dicti Pestre in obiectio-
ne pretense capitalis inimicitie per eos allegate, ad impugna-
tionem dicti seu depositionis dicti Durandi, non se retulerunt
nec referunt ad tempus iuramenti, seu attestationis eiusdem
Durandi, sed ad tempus dictorum articulorum. et sic non con-
cludenter, sed inepte deduxerunt dictam pretensam inimicitiaz.
Pro quo remisisse sufficiat ad id quod scribit Angelus consi-
lio primo, columna secunda, versicu. non obstat huic dicto quod
2 oppositum est contra testes ⁊c. † Conditio enim testis inspici-
tur secundum tempus iuramenti. l. prima. C. de testi. ⁊. l. si arbi-
ter. C. de sententi. ⁊ interlocuto. omnium iudicum. quod etiam
voluit Angelus in dicto consilio, dicens quod alia extrema an-
teriora vel posteriora non considerantur. Uel secundum Flori.
in. l. testium fides, in principio. et. §. lege iulia. inspicitur tempus
lati testimonij. Sed quodcunq̧ diximus, apparet quod arti-
culus est ineptus: quia nec ad tempus iuramenti, nec ad tempus
lati

lati testimonij se retulerunt dicti Pestre: sed ad tempus tunc presens, scz cum produxerunt predictos articulos. Tuz etiaz nõ obstat, qz non quelibet pretẽsa inimicitia repellit testẽ: sed solũ inimicitia capitalis, aut grauis, vt notant doctores communiter in d. c. cuz oporteat. cuiuscemodi non probatur fuisse vel esse illa pretensa inimicitia contra dictum Durandum, seu depositionem eiusdem allegata. Ergo idem Durandus non fuit nec est a testimonio repellendus, etiam si sufficienter probaretur inimic⁹, postquam non probatur inimicus capitalis, vel grauis: et ita remanet probatio ambigua et incerta, pro eo quia remanet in genere: que propterea non prodest: quoniam quelibet species generis nõ cõsequitur illum effectum, ad quem probatio inducebatur: pro quo allegasse sufficiat. c. in presentia. et quod ibi Panor. columna tertia, versiculo, No. vlterius aliud bonum dictum &c. vbi etiam alij doctores, de probatio. et quod not. Bartol. et Alexand. de imol. in. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum obligationibus.

¶ Preterea nec obstat id quod opponitur contra attestationem Claudij martialis, scilicet quod fuerit tunc pater dicti quondam Bartholomei des plas. Tum quia dictus Claudius nõ fuit parte dicti des Plas, aut suorum heredum in hac causa productus. Tum et quia, si hec causa ageretur per et inter dictum des Plas et dictos Pestre, non propterea esset idem Claudius a testimonio repellendus. Pro eo quia compater non repellitur a ferẽdo testimonio pro compatre: quia edictum de testibus est prohibitorium certarum personarum: et ideo omnis persona que non reperit prohibitoria potest testificari. l. j. cum gloss. ff. de testib. et quod notat gloss. in. l. quoniam. in fine. C. de hereti. Et quod compater admittatur in testem pro compatre, voluit Barto. in consi. exordiente in questione vertente inter domi. Simonem. Bald. et Salice. in. l. parentes. C. de testib. Flori. in. l. testis idoneus. ff. eodem titu. Roma. Alexand. de Imo. et domi. Ias. in. l. generaliter. ff. de in ius vocan. Alexand. de Imo. consi. xl. exordien. In causa in lite &c. coluna penult. in tertio volumi. consilio. cxxv. exordiente, Viso themate &c. in. iiij. vol.

se in dictis duabus vncijs: q2 licet scienter cōducens ab alio rem
2 suā̄ pꝰ cōducentis aliqn̄ sibi † preiudicet: secus tn̄ est in emen-
te rem suā vt voluit Iaco. de raue. ꝛ post eum Ioā. de imo. in. l. si
aliquā rem, col. penul. vel circa, ver. ꝛ adde etiam q2 potest esse du
biū ꝛc. vbi etiā Alex. de imol. col. xviij. ver. nec obstat dictꝰ. §. rei
sue. ff. de acqui. pos. Ale. de imo. cōsi. xcij. exordiēte, Viso ꝛ discus
so laborioso pcessu, ver. ꝛ licet ex rõs ꝛc. in. ij. vol. ꝛ huius diuersita-
tis rōnē assignāt doct. pro eo q2 actus emptiōis nō est actus per
quē emptor declaret se velle desinere possidere, aut aliquid trans-
ferre de re empta in vēditorē: imo econtra, q2 vult acquirere ꝛ pe-
nes se habere rem vēditā ꝛ illius dn̄ium ꝛ possessionem. Nō debet
igitur emptio cōtrarium operari effectū: ar. l. legata inutiliter. ꝛ
quod ibi Dyn. docto. ff. de lega. j. ꝛ. l. legata inutiliter. ꝛ qđ ibi
Bar. ff. de adimē. lega.

1 ☞ Minorum bona immobilia prohibita sunt alienari.
2 Uxor per cōuolationem ad secunda vota an perdiderit proprie
tatem bonorum, que habuit a priore viro.

¶ Epitome.

¶ Predia minorꝫ p eorꝫ victu ꝛ alimētis recte alienāt̄. V. S.
¶ De pred. ꝛ al. reb. mino. Consi. xl.



NOn puto ꝙ vēditio casalis, seu fundi, quam fecisse dicitur prouidus
vir Iacobus barquin, tutor ꝛ tutorio nomine
magistri Antonij ꝛ Nicolay richerij tunc impu
berum, valuerit: pro eo quia immobilia minorū
1 prohibita sunt alienari † sine decreto iudicis. l. j. ꝛ in multis alijs
iuribus illius tituli. ff. de re. eo. l. non est. l. prediorum. l. si quidē.
ꝛ in multis alijs iuribus. C. de predijs minorum. Cum igitur di-
ctus Barquin, tunc tutor ꝛ tutorio nomine predicti Richerij,
casale aut fundum predictum vendiderit sine decreto iudicis ꝛ
alijs solennitatibus de iure requisitis, venditio huiusmodi non
valuit per iura predicta, iuncta. l. non dubium. cum suis similibꝰ.
C. de legi. Et ideo potuit ex capite nullitatis dicte venditionis
agere ꝛ experiri prefatus Richerij contra dictum nobilē Guil-
lielmum emptorem: ꝛ cuius petitio reperitur opportune formata,
iuxta theoricam quam in simili ponit Specu. titu. de re. eccl. non
alie. in principio, loquens in rebus immobilibus ecclesie aliena-
tis non obseruata ecclesiastica solennitate: ꝛ eandem praticam
ponit Pau. de cast. loquens in terminis cause huiusmodi, con-
silio ducentesimodecimosexto, exordien. si vero interuenisset iura-
mentum. Nec potuit aut potest ipse nobilis Guillielmus huic
Richerij referre questiōem dominij dicti casalis, hoc est sibi op-
ponere quod non fuerit suum: postquam illud emit a prefato
Barquin tutore, ꝛ tutorio nomine dictum casale seu fundum tā-
q̄ rem ipsius Richerij distrahente ꝛ vendente, videtur ꝙ oppo-
sita ꝛ excepta parte dicti nobilis Guillielmi, quatenus tamen il-
la concernunt mutuam quittantiam, ꝛ laudum, de quibus in ac
tis cause huius, eundem nobilem Guillielmum tueantur, seu
etiam in aliquo releuent quo ad repetitionem pretij per eum da-
ti ꝛ soluti. Et primo quidem non dicta quittantia: quia per eam
non apparet qđ ratio tutelaris administrationis fuerit per eun-
dem Barquin prefato Richerij opportune reddita. Debuit enī
ratio huiusmodi continere recepta, ꝛ data seu impensa: de quibꝰ
tamen nihil apparet. Et ideo videtur ꝙ per dolum seu fraudem
fuerit quittantia huiusmodi; quatenus illa concernabat p̄dictū
Richerij quittantem, ab eodem extorta. Non etiam laudum p̄-
dictum: quia per ipsum non apparet ꝙ in illo comprehendatur
etiam dictum casale, seu fundus alienatus: sed potius de contra-
rio, ꝛ potissime in principio eiusdem laudi. Dicitur enim ibi, Nos
Ferreolus blanqui ꝛ Ioannes Richardi alias de Ga. arbitrio
arbitratores ꝛ amicabiles auditores partium infrascriptarum de
ꝛ super debitis ꝛ controuersijs motis inter Antonium Richerij
alias candelier ꝛ Iacobum Barquin qui fuit tutor ꝛc. Et post
pauca, Et generaliter de omni debito quod habere poterant aut
petere vnus ab altero pretextu administrationis reseruatis re-
bus alienatis ante quittantiam inibi mentionatam. Per que ver
ba apparet ꝙ dicti arbitri ꝛc. pretendebant se non fuisse electos
vel assumptos ad cognoscendū de bonis ꝛ rebus per dictum tuto
torem alienatis ante dictam mutuam quittantiam: ꝛ sic nihil vo
luisse aut potuisse de ꝛ super eis decernere. Et idem videntur sen
sisse in articulo, Item ordinant lausant ꝛ cognoscunt qui est folio
quinquagesimotertio, col. j. in quo dicti arbitri ꝛc. ordinarunt lau
darunt ꝛ cognouerunt ꝙ dictus Barquin teneretur ꝛ deberet
eidem Antonio reddere bona mobilia ꝛ immobilia, detractis bo
nis alienatis ꝛ venditis ante quittantiam: non quia videantur
ab illis eundem Barquin absoluisse: sed quia non cognoscebant
de illis. Quo fit vt supposito ꝙ postea fuerit supposita appro-
batio dicti laudi etiam cum clausulis generalibus: que tamen
salua ratione recti sermonis restringi possunt ꝛ limitari, vt non
comprehendant dicta bona alienata, potuerit ꝛ possit his omni-
bus non obstantibus predictus Richerij recuperare dictum ca-
sale, per id quod habetur in. l. emptor. §. lucius. ꝛ quod ibi Bar.
ꝛ doct. ff. de pac. ꝛ quod not. Barto. Sali. ꝛ moderni in. l. si de cer
ta. C. de transactio. multas remissiones ponit dominus Iason in
dicto. §. lucius. circa fin. que pos. ibi videri de quo articulo etiam
ponit Bar. in. l. aurelio. §. caius. ff. de libera. lega. ꝛ Alexand. de
imo. consilio vndecimo, in secundo volumine. Preterea vbi vi-
deretur posse dici eosdem arbitros ꝛc. absoluisse dictum Bar-
quin a restitutione dicti casalis: illa absolutio non valuisset, vt po
te facta de bonis que pretendebantur alienata pro facienda so-
lutione debitorum predicti Richerij, ꝛ de hoc constare instrumē
to inibi mētionato: per qđ tamē apparet de cōtrario, scꝫ qđ no p
solutione debitorum; sed pro emenda quadam possessione, que
fructum, commoditatem ꝛ vtilitatem eidem Richerij ꝛ matri
conuenditrici ferret, fuerit dictum casale venditum, vt asserit in
instrumento venditionis illiꝰ. Sic igitur fuit per dictos arbi-
tros ꝛc. quo ad hunc articulum expressum error: et de quo ap-
paret

paret habita relatione ad instrumentum dicte venditionis, ⁊ qui videtur sententiam vitiasse, per id quod not. Innocen. in c. cum Bertold⁹. de re iudi. Bar. ⁊ sequaces in l. vnica. C. de erro. calcu. Anto. de butri. in c. ab excōmunicato. de rescri. Joannes de imo. in l. q rome. §. duo fratres. ff. de verbo. obli. ⁊ in l. ex diuerso. §. fi. ff. solu. matri. pro quo dicto facit. l. ait pretor. ff. de re iudi. ꝑ Barto. allegata, ⁊ l. institutio talis. ff. de conditio. institu.

¶ Quo vero ad debita que pretenduntur fuisse soluta per prefatum Jacobum Barquin aut Joannam eius vxorem, non apparet opportune quod illa deberentur: et sic illorum pretensa solutio nihil potuit suffragari dicto Jacobo, vel huic nobili Guillielmo: quia non apparet solutiones huiusmodi cessisse in vtilitatem predicti Richerij: ⁊ ita eidem imputari non possunt. ¶ De alijs vero, de quibus etiam opponitur parte dicti nobilis Guillielmi, scilicet de fructibus, prouentibus ⁊ emolumentis per dictum Barquin perceptis ex bonis predictis, vel quos verisimiliter percipere potuit: an videlicet illi fuerint multi aut pauci, nihil possum dicere, prout nec de reparationibus factis, ⁊ de prestitis per eum alimentis: quia si que probata extiterunt: illa fuerunt probata per testes quorum attestationes non vidi, vt pote nō apertas, sed clausas ⁊ sigillatas. Unum tamen dico, quod illa soror predicti Richerij debuit per eum ⁊ matrem ali seu nutriri, vt pote vniuersales heredes nobilis Joannis Richerij patris eiusdem Antonij, per id quod not. Cy. ⁊ docto. magis communiter in l. alimenta. C. de nego. ges. ⁊ Ange. Are. in §. fuerat. ver. vlteri⁹ quero quotidie ⁊c. institu. de actio. ⁊ Sali. in l. non omnium. C. de admini. tuto. nisi forte dicamus quod quia per conuolationem ad secunda vota, ipsa mater perdidit proprietatem bonorum per virum si
2 bi relictorum, †solo vsufructu eidem reseruato. l. femine. C. de secun. nup. debuerit ipsa mater alienari in parte quo ad prestationem dictorum alimentorum. Addo ꝙ licet propter alimenta dicte sorori debita non debuerint alienari res seu bona Richerij tunc impuberis, per id quod habetur in l. imperator. in fi. ⁊ quod ibi Jaco. de are. Barto. ⁊ alij. ff. ad trebel. tamen pro alimentis eiusdem Richerij si fructus seu prouentus ⁊ redditus bonorum eiusdem non sufficiebant, poterunt bona alienari seruatis seruādis, per id quod habetur in l. diuus, ⁊ quod ibi Ange. ff. de peti. hered. ⁊ quod not. Joannes de imo. Alexander de imo. in dicta l. imperator. quatenus ibi limitant dictam l. imperator. ⁊ ibi nota. per scribentes vt procedant, quando alimenta debentur alteri quam illi qui futurus est dominus bonorum: quia tunc posset fieri alienatio. l. prima. §. mulier. ff. de ventre in possess. mitten. Et nō solum posset fieri pro futuro domino: sed etiam pro seruis hereditarijs, vt dicit Ange. in dicta. l. diuus. ⁊ sequitur Alexander de imo. in allegata. l. imperator. quanto magis fieri poterit alienatio pro alimentis non dixerim futuri domini, aut seruis hereditarijs sed pro eo qui tunc erat dominus, qui propter defectum alimentorum perire non debebat. Si ergo apparet quod pro necessarijs alimentis predicti Richerij fuisset casale predictum alienatum, vel pecunia ex pretio dicti casalis vere vel verisimiliter conuersa in necessaria alimenta eiusdem Richerij: Puto quod contra eum potuerit de hoc opponi, et quod ipse teneretur ad restitutionē seu solutionem eorum, que sic fuissent conuersa in ipsius vtilitatem ⁊ commodum, ar. l. vtere viri prudentissimi. C. de predi. mino. ⁊ l. penul. §. quamquam autem. cū suis similibus. ff. de re. eo. Et ita quo ad hoc non procederet sententia egregij viri domini Judicis primarum, quatenus in ea scriptum est, quod nec pupillo, nisi pro modo ⁊ qualitate, seu quantitate redditūum bonorum ipsius pupilli alimenta prestanda sunt: quia immo sunt prestanda, ⁊ pro eis bona alienāda, si nō sufficiunt fructus ⁊ redditus: ⁊ ita sunt limitanda ea que ponuntur in l. officio. ⁊ in l. ius alimentorum, in principio. ff. vbi pupillus educa. de be. Que dixerim ⁊c.

1 ¶ Productio, examen ⁊ depositiones testium an obsit pretenso heredi.
2 Publicatio testamenti non debet fieri parte aduersa non vocata.
3 Vocandi sunt illi quorum interest, in publicatione testamenti.
4 Publicationi recenti qui innititur quid incumbit, ⁊ quid illi qui innititur antique.
5 Probatio huius negatiue: scilicet non fui citatus: quomodo probetur.
6 Ciuitates subiecte ecclesie minore numero testium contentantur in testamen. ⁊ alie.

¶ Epitome.

¶ Ad probationem testamenti in scriptis testes oportet non solum de sua singulorum sigillatione deponere, sed etiam de aliorum. A. F.

¶ De testa. Consi. xlj.



Ponitur in facto qd' anno domini millesimo quadringentesimo sexagesimo, ⁊ de mense Junij, magnificus vir dominus Petrus Cadardi, domin⁹ oppidi seu castri loci de Toro Caualicensis diocesis, sacrosancte Romane ecclesie subiectus, sanus mente ⁊ corpore, fecit ⁊ condidit eius nuncupatiuum testamentum, sub presentia octo vel nouem testium ad hoc specialiter adhibitorum ⁊ rogatorum ⁊ seruatis alijs solennitatibus de iure obseruandis: in quo inter cetera heredem suum vniuersalem instituit ⁊ ore suo proprio nominauit ventrem spectabilis domine Catherine Albertassie eius tunc vxoris si pregnans esset, vel postea fuisse, ⁊ post humum seu postumos eam parere et ad lucem peruenire contingeret videlicet primuz ex ipsis: secundo ⁊ tertio genitis si tot fuissent, iure institutionis heredis reliquit eorum scilicet cuilibet, summam trium millium florenorum semel tantum: ⁊ nihilominus secundo quingentos florenos, ⁊ tertio genitis tricentos florenos annis singulis ⁊ perpetuo de ⁊ super pensionis solutione quaz idem testator habebat ⁊ percipiebat super monte Florentie: ⁊ vlterius secundo ⁊ tertio genitis reliquit victum ⁊ vestitum super omnibus ipsius do. testatoris bonis, donec fuissent in etate vigintiquinqꝫ annorum. Et factis varijs substitutionibus inter liberos masculos, ⁊ de superstitibus ⁊ postea de filiabus, si que nasceretur ⁊ superessent quas non refero, pro eo quia nulli liberi nati extiterunt, subiecit sequentem clausulam. Uerum si filios ⁊ filias ipsam dominam parere contingat eosqꝫ ⁊ eas omnes in pupillari ⁊ alias post quandocūqꝫ absqꝫ liberis a suis legitimis corporib⁹ ⁊ de legitimo matrimonio procreandis decedere contingat, ⁊ etiam si ipsa domina Catherina non sit seu non fuerit pregnans tunc ⁊ dictis casibus dictis filijs ⁊ filiabus nasciturus sic decedentibus substituit heredemqꝫ suum vniuersalem instituit nobilem ⁊ honorabilem virū Jacobum Peregrini eius priuignum filium dicte domine Catherine ex nobili Antonio Peregrini eius primo viro procreatum ⁊ suos liberos de legitimo matrimonio procreatos, videlicet primo genitum, ⁊ post ipsum si absqꝫ liberis masculis decederet secundo genitum: ⁊ sic quamdiu essent aliqui liberi masculi ab ipso nobili Jacobo ⁊ liberis suis decedentibus de legitimo matrimonio procreati: et quod cum hoc ipse nobilis Jacobus ⁊ liberi sui masculi teneantur ⁊ debeant assumere cognomē ⁊ arma ipsius domi. testatoris. Et si dictus Jacobus vel dicti eius liberi nollent arma ⁊ cognomen ipsius domi. testatoris assumere, tunc ⁊ dicto casu huiusmodi substitutionem ⁊ institutionem de predicto Jacobo et liberis suis factas cassauit, reuocauit ⁊ annullauit, heredesqꝫ suos vniuersales instituit, dictisqꝫ filijs ⁊ filiabus nascituris sic decedentibus substituit ⁊ heredez instituit nobilē Magdalenam sororem dicti nobilis Jacobi Peregrini, ⁊ liberos suos masculos, si quos tunc haberet, videlicet primogenitum ⁊c. prout ibi. Successu temporis, scilicet anno domini millesimoquadringentesimoseptuagesimoquarto, ⁊ de mense Julij. vel circa, vita functus est ⁊ ab humanis decessit dictus dominus Petrus testator, nullis relictis liberis, superstitibus autem prefatis domina Catherina non pregnante nobili Jacobo Peregrini, ac nobili ⁊ honesta muliere Anna albertassie eiusdez Jacobi vxore tunc pregnante, ⁊ que postea peperit nobilem Petrum peregrini, ipsorūz nobilium Jacobi ⁊ Anne coniugum primogenitum masculinū. Quo do. testatore vita functo idem nobilis Jacobus assumptis cognomine ⁊ armis dicti do. testatoris acceptauit ⁊ adiuit eius hereditatem, ⁊ quatenus in eo fuit se pro vniuersali ac insolidum ⁊ vnico herede eiusdem domi. testatoris gessit ⁊ nominauit. Uerum nobilis Joannes de moussi, qui se pro nepote ex sorore predicti testatoris tunc viuente gerebat citari eodēz mense Julij, ⁊ coram domino iudice ordinario ciuitatis Auinionensis euocari obtinuit dictum nobilem Jacobum: coram quo iudice exhibuit ⁊ produxit quoddam pretensum solenne testamentum per dictum domi. Cadardi, vt pretendebat factum anno domini millesimoquadringentesimo septuagesimo tertio ⁊ de mense Junij, ⁊ per ipsum dominum Cadardi ⁊ septem testes, vt pretendebat idem do. de Moussi subscriptum ⁊ sigillatum ⁊ illud ad fines videndi quinam ibi heres institutus extitisset ⁊ que a qbus legata essent relicta insuper ⁊ vbi idem do. Cadradi sepulturam sibi elegisset petijt ⁊ obtinuit aperiri. Deinde vero vocata ⁊ comparente dicto nobili Jacobo petijt et obtinuit citari deinde examinari ⁊ audiri dictos pretēsos testes in dicto asserto solenni testamēto subscriptos ⁊ hoc de et sup eorū recognitione suarū pretensarum subscriptio-

num ⁊ sigillorum per eos ⁊ eorum quemlibet appositorum: qui
omnes conueniunt in hoc ⁊ testificantur quod illa charta, que tē
pore productionis ⁊ recognitionis per eos facte fuit eis exhibita
per iudicem interrogantem erat illa que fuit eis exhibita per di-
ctum nobilem Petrum cadardi tempore sigillationis ⁊ subscri-
ptionum per eos factarum, ⁊ de qua tempore huiusmodi asseruit
idem Cadardi, ꝙ in ea erat scriptum eius vltimum ⁊ solenne te-
stamentum, ac heres scriptus, ⁊ nulla legata relicta: ⁊ ipsi per di-
ctum Cadardi requisiti ⁊ rogati de se subscribendo in charta hu-
iusmodi, ⁊ de sigillis apponendis. Dicunt insuper se subscripsisse
⁊ sigillasse aliqui scilicet suo sigillo, alij alieno, vnus scilicet sigillo
testatoris, ⁊ quidam alij sigillis contestium. Horum testiū primus
vltra premissa recognouit subscriptionem et sigillum. Secundus
vero recognouit subscriptionem: quo vero ad sigillum dicit quod
licet impressio illius esset pro maiore parte conculcata ita vt illud
cognoscere non posset: tamen propter aliquas literas in circumfe
rentia sigilli apparentes ipse recognouit ⁊ dicit de sigillo sic con-
culcato quod illud erat suum. Tertius recognouit subscriptio-
nem: quo vero ad sigillū dixit se sigillasse sigillo testatoris quod
recognouit licet prout dixit in dicta sua recognitione arma eius-
dem testatoris clare apparerent in sigillo propter cere compressio
nem, dixit autem ideo se recognoscere huiusmodi sigillum, quia
circunferentia cere dicti sigilli est eiusdem quantitatis ⁊ magni-
tudinis, ⁊ quod adhuc manet aliquod vestigium in capite cere
dicti sigilli. Quartus aūt, quamuis, obscure propter imperitiam
examinatoris non opportune interrogantis, videtur recognosce-
re subsciptionem: quo vero ad sigillum, non potuit illum cogno-
scere propter nimiam cere compressionem, cum in cera vt dixit nō
appareant manifeste nisi alique litere: ⁊ subiunxit quod cera est
eiusdem magnitudinis cuius erat sigillum quod ipsi cere appo-
suit: ⁊ quod hoc satis demonstrat equalitas literarum. Quintus
dixit se subscripsisse ⁊ sigillasse dictam chartam: ⁊ tamen non ap-
paret ex discursu sue responsionis quod ipse recognouerit aliquā
ex subscriptionibus in illa appositis, nec aliquod de sigillis. Sex-
tus quamuis obscure videtur recognoscere subscriptionem et si-
gillum. Septimus ⁊ vltimus aperte recognouit subscriptionem
et sigillū. Post recognitiones vero superius mentionatas, ⁊ pro-
ut supra factas, nulla tamen facta renuntiatione per iudicem,
quod illa charta seu scriptura in ea descripta haberetur pro publi
cata, et perpetuo fidē faceret dictus nobilis Joannes de Mous-
si pretensus heres institutus in dicto asserto solenni testamento, ⁊
dictus nobilis Jacobus Peregrini suoipsius proprio nomine
transegerunt de ⁊ super contentione huiusmodi ⁊ in qua transa-
ctione inter cetera fuit conuentum, pactum ⁊ transactū quod di-
ctus nobilis de Moussi teneretur ⁊ deberet dare ⁊ soluere prefa-
to Jacobo peregrini pro omni iure ⁊c. certam pecuniariam quā-
titatem. Et ita postea non fuit in dicta causa processum. Et hec
pro casu supponuntur. Preterea etiam supponitur, ꝙ dictum pre
tensum testamentum solenne factū est in terra ecclesie scilicet in
ciuitate Auinionensi: in qua tamen, etiam quo ad testamenta ⁊
solennitates in eis requisitas, solent seruari iura ciuilia.

¶ Et quamuis ex casu superius relato possent elici plura dubia:
pro nunc tamen solum queritur, an productio, examen, ⁊ deposi-
1 tiones seu recognitiones testium predictorum nocuerunt ⁊ no-
ceāt dicto nobili Petro, vel alias sibi obstent, quominus in vim
testamenti nuncupatiui de quo supra, ⁊ vt tanquam in eo vna cū
dicto nobili Jacobo eius patre heres institutus, petere possit sal
tem dimidiam partem hereditatis dicti quondam do. testatoris
Pro cuius dicti faciliore solutione premitto, quod cum prefatus
nobilis Jacobus peregrini, ⁊ sui liberi masculi, ⁊ sic dictus nobi-
lis Petrus eius primogenitus essent prefato do. testatori extra-
nei ipsi videntur fuisse simul non ordine successiuo instituti, ⁊ ad
suꝑpsius successionem inuitati. l. fi. C. de impube. ⁊ alijs substitu-
tio. ⁊ quod not. scribentes in. l. gallus. §. quidam recte. ff. de libe. ⁊
2 posthu. Propter quod videtur quod ad fieri videndum † publi-
cationem dicti pretensi solennis testamenti erat vocādus dictus
nobilis Petrus, vel eius defensor, iuxta ea que scribunt docto. in
l. publicati. C. de testa. in. c. Albe. de testi. Specu. ⁊ post eum Jo.
an. titu. de instrumen. edi. §. ostenso. ver. qualiter autem fiat pu-
blicatio. qui omnes volunt quod ad publicationem vocandi sint
3 illi † quorum interest saltem principaliter. Pro quorum dicto fa-
cit. c. ad hec. de offi. Archid. l. fi. C. de auto. tuto. l. nam ita diuus
ff. de adop. l. de vnoquoqꝫ. ff. de re iud. l. in concedendo. ff. de a-
qua pluui. arcen. ⁊ c. i. cum suis simili. de cau. posses. ⁊ proprie. Cū
igitur dictus nobilis Petrus fuisset per eundum testatorē vna
cum dicto nobili Jacobo eius patre prout supra vel in defectum
liberorum testatoris heres institutus aut vulgariter substitutus:
interfuit eiusdem nobilis Petri vocari ad fieri videndum dictā
publicationem pro eo qꝛ data inualiditate dicti pretensi solennis
testamenti, erat ipse cum dicto patre in vim dicti nuncupatiui te
stamenti eidem do. testatori successurus. debuit igitur vocari: ꝙ
cum factū non extiterit, sibi non nocuerūt nec nocent productio,
examinatio, ⁊ recognitiones superius mentionate nisi forte dica
tur, ꝙ immo eidem nocuerint ⁊ noceant: pro eo qꝛ presumitur ꝙ
ipse citatus extiterit. Sed istud non obstat: quia cum citatio sit
solennitas extrinseca: illa non presumit interuenisse. l. quicunqꝫ. §.
fi. ff. de publi. quod etiam voluit do. Cardi. floren. ⁊ Panor. in di
cto ca. Albe. moti rationibus de quibus ibi. Et idē voluit Vin
cen. ante gloss. in. c. significauit. de testi. eo casu quo de facta voca
tione seu citatione non est facta mentio in publicatione, prout in
casu: quia in processu facto super dictis recognitionibus nulla re
peritur mentio facta de citatione dicti nobilis Petri. Si ergo
ex aduerso allegetur: illa probanda est: dicta. l. quecunqꝫ. §. fi. l. pe-
nul. C. de proba. ⁊ l. fi. C. de fal. Et ꝗuis Ostien. ⁊ post eū Joan.
an. ⁊ quidam alij in dicto. c. Albe. distinguant inter recentem pu
blicationem ⁊ antiquam: quod innitenti recenti publicationi
4 incumbat probatio † solennitatis, si in publicatione huiusmodi
expressum non fuerit ꝙ illa fuerit obseruata. secus tamen est in eo
qui innititur antique publicationi: quia si adeo sit antiqua ꝙ pro
batio reddatur quasi impossibilis. l. si arbiter. ff. de proba. tūc pre
sumi debent omnia solenniter acta vt impossibilitati probatiōis
pareatur. c. fi. de pac. c. faciat. xxij. q. ij. ⁊ vt res potius valeat ꝙ pe
reat. c. abbate. §. contra quod fuerat, ver. hic autem sensus ⁊c. de
verbo. signifi. ⁊ l. quoties cum suis simili. ff. de re. dubi. Hoc tamē
obstare non videtur: Tum quia dictum Ostien. Joan. and. ⁊ se.
quatenus loquuntur de publicatione seu facto antiquo, vide-
tur intelligendum secundum legem quam allegant, per id quod
not. Bar. in. l. non solum. §. si liberationis. ff. de libera. lega. ⁊ in. l.
cum quidam. ff. de his qui. vt indig. Sali. in. l. si ex cautione. col.
viij. vel circa. C. de non numera. pe. Joan. and. in. c. cum nuntius.
de testi. do. Jason may. in. l. actione. col. fi. C. de transac. roma. cō
silio. ccxj. exordiente, allegationes doctoris eximij ⁊c. Alexan. de
imo. consilio. cxxxviij. exordiente opportune consideratis his que
in themate ⁊c. colum. xij. in primo volu. ⁊ alij in alijs locis. Quo
fit vt cum docto. prefati allegent. d. l. si arbiter. que loquitur in fa
cto antiquissimo, ⁊ de cuius initio hominum memoria nō existit
censeantur ⁊ ipsi loqui de publicatione, que propter suꝑpsius an-
tiquitatem excedit memoriam hominum. Tum ⁊ quia supposito
citra preiudicium veritatis, ꝙ nos essemus in casu in quo suffice-
ret minus: tamen ad hoc vt dici possent productio, examen, ⁊ re
cognitiones predicte etiam antique, vel facte tempore antiquo:
hoc tamen non noceret: quia cum in hoc casu vertatur graue pre-
iudicium dicti nobilis Petri, esset saltem opus ad hoc vt sibi no
cerent, ꝙ lapsi essent triginta anni, per id quod not. Joan. de imo.
in. c. peruenit. de emptio. ⁊ vendi. ⁊ quod not. Sali. in. l. si filius. C.
de petitio. heredi. Joannes de imo. ⁊ alij in. l. qui in aliena. in prin
cipio. ff. de acquirenda hereditate. ⁊ do. Feli. in dicto. c. Alberi.
qui tamen nondum lapsi extiterunt a productione examine ⁊ re-
cognitionibus predictis. Preterea cum constet de processu fa-
cto super productione, examine ⁊ recognitionibus testium predi-
ctorū, nec in eo appareat de citatione huius nobilis Petri: satis
videtur constare eum non fuisse citatum, per id quod no. Joan.
and. in addi. Specu. ti. de senten. prola. §. vt autem, ver. ⁊ no. Jo-
an. calde. in. c. quoniam contra falsam. de proba. ⁊ Panor. in. c. te
nor. columna tertia, ver. extra glo. querunt hic Innocen. ⁊ Joan.
and. ⁊c. de re iudi. Et sic supposito citra preiudicium veritatis, ꝙ
huic nobili Petro incumberet probatio huius negatiue, scilicet
5 ꝙ ipse non fuerit citatus: illa satis probaretur † per inspectionem
predictorum actorum. Addo pro defensione eiusdē nobilis Pe
tri, ꝙ ꝗuis vt ponitur in facto, fuerint testes predicti producti ⁊
examinati de ⁊ super cognitione subscriptionum ⁊ sigillorum pre
dictarum: non fuit tamen super publicatione seu scriptura dicti
pretensi solennis testamenti lata aliqua ordinatio, siue sententia:
que tamen videbatur ferenda, per ea que no. doc. in. d. l. publica-
ti. ⁊ in dicto. c. Albericus, ⁊ ita quemadmodum ante processum
predictum scriptura eiusdem asserti solennis testamenti erat pri-
uata, ⁊ sic fidem non faciebat: ita ⁊ nunc. Non omitto quod ꝗ-
uis testes predicti testificentur ⁊ deponant, quilibet scilicet de sub
scriptione et sigillatione per se factis: non tamen videtur quilibet
deponere de subscriptionibus ⁊ sigillatione contestium: quod ta
men videbatur necessarium, secundum Jaco. butri. qui hoc no.
in dicta. l. publicati. ⁊ post eum Philippus de corneo: quod sal-
tem procedit secundum Sali. vbi in suis subscriptionibus vnus
non facit mentionem de alijs: ⁊ intelligo de omnibus, saltem vsqꝫ
ad numerum necessarium, vt est in casu: in quo ꝗuis primus sub-
scriptus dicat in sua subscriptione se rogatum ⁊ presentem vna
cum inibi subscriptis, testibus, ⁊ sic mentionem faciat de omni-
bus: alij tamen subsequentes, qui scripserunt se rogatos ⁊ presen

tes vna cum subscriptis, non possunt dici fecisse mentionem de suprascriptis, hoc est de illis quorum subscriptiones precedunt.

¶ Preterea aduertendum est, ꝙ vt predixi non omnes vidētur opportune recognouisse sigilla ꝛ subscriptiones. Quo fit vt non videatur probata dicta pretensa solennis voluntas per id quod habetur in. l. j. §. si quis neget. iuncta. l. seq. ff. quemadmodū testa. ape. Nisi forte quis dicat, ꝙ cū dicta Auinionēsis ciuitas sit in terra ecclesie, suffecerint ꝛ sufficiant ad validitatem testamenti
6 duo vel tres testes cum presbytero parochiali, † vel quatuor sine illo, secundum opinionē magis cōmuniter approbatam per scribētes in. c. cum esses. de testa. Sed huic opinioni obstare videtur euitanda iuris ciuilis correctio, arg. l. illam. C. de colla. ꝛ aut. de trien. ꝛ semis. §. consideremus. colla. iij. quod non reperitur in hoc casu correctum: ꝛ contrarium voluit Joan. de imo. in dicto. c. cuȝ esses. ꝛ in. l. nemo potest. ff. de lega. j. dicens ꝙ in casu illius. c. cum esses. magis cōfidit canō de presbytero parochiali, qui est iudex animarum, ꝗ de duobus alijs testibus, ꝛ Philippus de corneo in. l. hac consultissima, in princi. in. ij. col. C. de testa. vbi etiam dicit quod alij docto. in dicto. c. cum esses. communiter dicunt qd vbi non interuenit presbyter parochialis, etiam in terris ecclesie standum est iuri ciuili: ꝛ quod testamentum factum coram sex testibus non tenebit: ꝛ ita consulendo dicit se tenuisse. Et hec opinio videtur de consuetudine obseruari tam in dicta ciuitate, ꝗ in comitatu Venayssini, qui etiam est de terris ecclesie quod forte ex eo processit: quia iste terre fuerunt antiquitus de terris imperij, ꝛ signanter Auinio, vsqꝫ ad annuȝ millesimum tricentesimū ꝛ vltra. Super quo tamen non videtur fortasse multum insistendum postꝗ communis opinio doctorum est in contrarium, tam in scribendo, ꝗ in consulendo: ꝛ quia etiam precedentia videntur sufficere pro defensione iuris huius nobilis Petri.

¶ Sed stat dubiū, an supposito ꝙ recognitiones superius mentionate eidem Petro non noceant, ꝛ testes predicti ab humanis decesserint, possit eidē nobilis Petrus sine peccato agere ꝛ experiri contra heredem dicti nobilis Joannis de mouti, et petere saltem dimidiā partem hereditatis dicti quondā domini Petri.

1 ☞ Verbum heredibus, pro quibus intelligatur.
2 Feudum quomodo faciat transitum.
3 Dominus an possit priuare vasallum pro libito voluntatis.
4 Per generalem renuntiationem nunꝗ intelligitur renunciatuȝ feudis: nisi de ipsis fiat specialis mentio.

¶ Epitome.

¶ Quum feuduȝ liberis ꝛ heredibus concessum est, eos ad quos postea transmittitur esse oportet ꝛ liberos ꝛ heredes saltem particulares. V. F.

¶ De feud. Consi. xlij.



Visis cōcessiōibus seu infeudationibus dudū factis magnifico ꝛ potenti quondā viro do. Francischino de bolerijs. vna sciȝ facta anno dñi. m. ccclvij. ꝛ die. xq. mēns octobris, per recolēde memorie illustrissimos do. Ludouicum ꝛ Joannam coniuges, Hierusalem ꝛ Sicilie reges, prouincie ꝛ Forcalquerij ac Pedemontis comites, de castro ꝛ villa Rochesperuerie ꝛ de villis Maglolie, Saliobie, Releue Valētie, ꝛ Castelli in pedemonte seu comitatu Pedemontis existentibus, cum omnibus iuribus ꝛ pertinentijs meroqꝫ ꝛ mixto imperio, ꝛ alijs in literis de ꝛ super concessione seu infeudatione hmōi latius mentionatis: secunda vero facta eidem do. Francischino, ac suis heredibus vtriusqꝫ sexus ex suo corpore legitime descendentibus iam tunc natis ꝛ in antea nascituris, de castro Demontis, existente in comitatu Prouincie ꝛ Forcalquerij, vna cuȝ fortalitio, hominibus vasallis, ꝛ alijs latius mētionatis ꝛ expressis in literis patentibus super hoc confectis, anno domini millesimo tricentesimo septuagesimo sexto. Visa insuper confirmatione donationis seu concessionis et infeudationis antea factarum per dictam do. Joannam de castro Centalli, existēte in dicto comitatu Pedemontis, cum eius fortalitio iurisdictione iuribus ꝛ pertinētijs suis, quibusdaȝ exceptis facta per recolende memorie illustrissimaȝ domi. Mariam Hierusaleȝ ꝛ Sicilie reginam, comitatuū Prouincie, Forcalquerij ꝛ Pedemontis Comitissam, baiulam, tutricem ꝛ administratricē illustrissimi quondam domi. Ludouici regnorum et comitatuum predictoruȝ regis ꝛ comitis, ac noua concessione seu infeudatione de castro predicto cum suis iuribus ꝛ pertinentijs facta nobili ꝛ potenti quondaȝ viro domino Fouxlono de bolerijs, pro se ꝛ suis heredibus ꝛ successoribus ex suo corpore legitime descendentibus tunc iam natis ꝛ extunc nascituris ꝛ hec cum alijs scripturis parte nobilis ꝛ generosi viri Philiberti de bolerijs mihi transmissis.

¶ Dico ꝛ respondeo breuiter ꝛ succincte ad ea de quibus queritur prout infra. Premittens in primis, ꝙ cū al's scriberem super hac materia, supponebatur ꝙ infeudatio seu concessio supra primo loco mentionata, facta scilicet per dictos domi. Ludouicum et Joannā prefato do. Francischino de castro Rochesperuerie, et alijs inibi mentionatis, fuerat facta eidem domi. Francischino, ꝛ suis heredibus vtriusqꝫ sexus ex suo corpore natis vel in antea nascituris in dicta vero infeudatione seu concessione non sic omnino dicitur: sed scribitur quod illa facta extiterit eidem do. Francischino pro se ꝛ suis heredibus ꝛ successoribus in perpetuum: sed non puto quod quo ad casum nostrum sit magne vis: qꝛ certum est quod quolibet casu censentur liberi masculi ex eodē quondam domino Francischino descendentes fuisse comprehensi. c. si clientulus. §. ꝛ si clientulus. de alienatio. feu. c. si titius cum sempronio. si de feu. fuerit controuersia inter domi. ꝛ agnatos. et ca. primo, de eo qui si. fecit agna. in quibus locis probatur, qd in materia feudali appellatione heredis, veniunt regulariter liberi masculi: quod etiam voluit gloss. in. l. ex facto. §. fina. ff. ad trebel. Bart. in. l. gallus. §. etiam si parente. ff. de liberis ꝛ posthumis. et alij in. l. liberti libertęqꝫ. C. de oper. liber. Sed stat difficultas, an ad hoc quod liberi masculi censeantur inuitati ad dictum feudū: sufficiat quod sint liberi masculi eiusdem domi. Francischini: an vero oporteat quod etiam sint heredes, ꝛ quod alias non admittantur ad dictum feuduȝ. Super qua difficultate alias dixi opus esse quod in eis concurrat duplex qualitas, scilicet quod sint de liberis, ꝛ quod sint heredes: motus ratiōibus ꝛ autoritatibus per me tunc allegatis, quas non refero causa breuitatis. Et hoc profecto videretur procedere, vbi dictum esset infeudationem seu concessionem esse factam dicto domi. Francischino pro se, liberis ꝛ heredibus: tunc enim ne verbum heredibus, videretur superfluere, satis patenter apparet oportere volētes admitti ad feudum esse liberos ꝛ heredes, ꝛ ita loquitur Bal. in. l. tale pactū. §. fi. ff. de pac. sic etiam videtur loqui Bar. in. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. colum. j. ver. quero quid si filius. ff. de ope. liber. Paul. de cast. in. l. si mihi ꝛ titio. colum. ij. ff. de verbo. obliga. ꝛ multi ex docto. allegatis per do. Jas. in. l. si non sortem. §. libertus. col. si. sed vt dixi concessio fuit facta dicto do. Francischino pro se ꝛ heredibus,
1 nulla facta mentione de liberis: quo casu verbum heredibus, † videtur accipiendum pro liberis: vt voluit Pau. de ca. allegās ibi gl. ordinariam in dicta. l. ex facto. §. fi. vbi etiam dicit istam esse nouam eius cogitationem, quam credit verissimam, et quam refert ꝛ sequitur do. Jason may. in dicta. l. si non sortem. §. libertus. col. fi. ff. de condi. indebi. ꝛ in. l. gallus. §. quidam recte. col. penul. versi. amplia istam doctrinam. ff. de lib. ꝛ posthu. Et ita videtur loqui Barto. in. l. gallus. §. etiam si parente. col. j. ver. quero ergo. ff. de libe. ꝛ posthu. ꝛ Pau. de cast. in dicta. l. si mihi ꝛ titio, col. ij. versi. sed si dixisset pro se ꝛ heredibus. Et sic secundum eos, signanter Paul. de cast. ꝛ domi. Jas. videtur sufficere quod tales sint liberi, saltem masculi etiam si non sint heredes dicti domini Francischini. Preterea quāuis dictus nobilis Philibertus non sit heres vniuersalis: est tamen heres particularis, vt pote cui fuit relicta iure institutionis certa annua pecuniaria quantitas: quod sufficit quo ad hoc vt debeat admitti ad partem dicti feudi, put etiam alias scripsi. Quibus addo ꝙ hoc voluit Bar. consil. lix. exordiente, questio ista habet duo dubia. versi. secundum dubiuȝ est. Pau. de ca. in. l. quoties. col. fi. ver. quero aliquis recepit rem aliquam ꝛc. C. de here. inst. vbi loquēs in terminis magis dubijs dicit, ꝙ si aliquis receperit vel fuerit stipulatus pro se ꝛ suis liberis et heredibus aliquid, quod transire potest ad liberos non tamen tanquam heredes et pro hereditarijs portionibus, sed tanquam ad filios, non autem ad extraneos vt est feudum vel emphyteosis ecclesiastica, que transeunt ad filios ita demum si sint heredes, ꝛ non aliter nec transeunt pro hereditarijs portionibus, sicut in operis libertorum. d. l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ꝛ in titulo, an agna. vel filij defunc. ꝛ in auth. de aliena. ꝛ emphyte. §. emphyteosim. colla. ix. tunc secundum eum vera est opinio Bar. posita in dicto. §. si liberi. scilicet quod in illis filijs vel liberis, qui volunt admitti ad fundum seu partem illius, sit nomen heredis, vt verificentur verba receptionis licet in eis non sit portio
2 hereditaria. in hoc enim non est vis, quia feudum non facit † trāsitum pro portione hereditaria, sed equaliter. Et idē voluit Pau. de ca. in. l. quedam. §. nihil. ff. de eden. vbi se refert ad scripta per eum in dicta. l. quoties. ꝛ dicit Pau. in dicto. §. nihil. quod eodeȝ modo distinxit etiam Ange. idem etiam videtur voluisse Pau. de cast. in dicta. l. si mihi ꝛ titio, columna secunda, versi. sed si dixisset ibi, tunc requireretur quod essent heredes saltem in modico. ꝛ idem voluit domi. Prepo. multa inducens in dicto. c. primo, columna fina. versicu. quero an filius institutus in re certa, titu. an agna. vel filius defun.

¶ Concludo igitur tam per predicta, quaȝ per ea que al's scripsi,

quod dictus dominus Philibertus habere debeat partem in
feudo p̄dicto quamuis nō fuerit aut sit heres vniuersalis vel in
quota hereditatis institutus ⁊ hoc propter formam inuestiture,
per quam apparet concessio seu infeudatio facta dicto quondaȝ
domi. Franciſchino pro se ⁊ heredibus suis, ⁊ hoc est pro se ⁊ filiīs
seu liberis masculis, etiam si nō sint heredes ⁊ si eos heredes esse
oporteat, sufficit quod heredes existāt vel in quota vel in re certa
aut quantitate, vt predixit.

¶ Et idem videtur dicendum de infeudatione seu concessione
facta eidem domi. Francischino per prefactam domi. Joannam
de castro Demontis ⁊ suis pertinentīs: que vt predixi facta est
eidem domi. Frācischino ⁊ suis heredibus vtriusqꝫ sexus ex suo
corpore ⁊c. que licet quo ad feminas videatur diferre a dicta pri
ma concessione seu infeudatione non tamen differt ab illa quo-
ad casum occurrentem: quia vtrobiqꝫ videntur inuitati filīj seu li
beri masculi dicti domini. Francischini. etiam si non sint heredes
iuxta sententiam Pau. de Castr. quam sequitur domin. Jason
in locis superius allegatis, ⁊ que videtur firmari per glossaȝ ordi-
nariam in. dicta. l. ex facto. §. fina. ⁊ per dictum Barto. in allega-
ta. l. gallus. §. etiam si parente Et vbi pretendi posset quod in li-
beris dicti quondam domi. Francischini concurrere debeat du-
plex qualitas, scilicet quod sint liberi, ⁊ heredes hoc non obsta-
ret dicto nobili Philiberto cum vt dixi sit heres saltem parti-
cularis quod sufficit, per predicta.

Quo vero ad feudū castri.

de Cētallo non possunt aliquid tute respondere. pro ꝫo quia non
vidi nisi infeudationem seu concessionem superius mētionataȝ,
⁊ factam per dictam domi. Mariam que etiam comfirmauit in
feudationem antea factam per prefatam do. Joannam, ⁊ que fa-
cta fuit prefato do. Fruylono pro se ⁊ suis heredibus ⁊ successo-
ribus ex suo corpore legitime descendentibus iam tunc natis ⁊
ex tunc in antea nascituris: per quaȝ concessionem nec dictus do.
Francischinus ipsius do. Fruyloni frater, nec eius liberi fuerunt
ad dictum feudum inuitati: vt pote non descendentes ex corpo-
re prefati do. Fruyloni. Et q̄uis in literis recolende memorie il-
lustrissimi do. Renati regis dicatur, ꝙ prefatus magnificus do.
Francischin⁹ ⁊ do. Antoni⁹ eius filius auus ⁊ pater domini Lu
douici de bolerīs impetratoris dictarū literarū, tenuerunt ⁊ pos
sederunt dictū castrum Centalli vigore concessionū seu infeuda-
tionū inibi mentionatarū: ibi tñ non exprimitur forma seu tenor
concessionis hmōi, vt videri potest an illa facta extiterit eidem
do. Francischino simpliciter vel sibi ⁊ liberis, vel sibi ⁊ heredibus
vel sibi ⁊ liberis ⁊ heredibus, aut sub qua forma.

¶ Quib⁹ presuppositis restat rñdēdū ad quesita. Sed qꝛ specta
bilis vir dñs primo scribēs mihi videtur illis opportune rñdisse,
insuper ⁊ qꝛ etiā ego al's aliqua scripsi faciētia ad rñsionem, ⁊ ma
xime primi ⁊ scdi quesitoꝝ non mihi videt̃ fore multū insistendū
Addo tñ his que dicta sunt rñdendo ad primum ⁊ scdm q̄sita, ⁊
īpugnādo testamētariā dispōnē dicti quōdam dñi Ludouici, qd
ille peccauit etiā cōtra formā pretēse facultatis testādi ⁊ dispone
di de comittatu Demōtis: per quā p̄tēdit̃ sibi p̄missa facultas or
dinādi ꝯtrahēdi, ⁊ disponendi de ⁊c. ꝑ sue bñplacito voluntatis:
quia per hoc non censetur data aut permissa libera facultas, vt
posset scilicet disponere prout vellet, vel sibi liberet, et preferret
equum iniquo: sed vt disponeret arbitrio boni viri. Hoc enim im
portant illa verba, pro sue beneplacito voluntatis: vt probatur in
c. verum, de foro competenti: vbi causa de qua ibi relinquitur be
neplacito imperatoris, si constiterit eum esse dominum feudi: ⁊
tamen certum est ꝙ sine causa non potest vasallum priuare feu-
3 do pro libito † voluntatis. c. primo, de feu. sine culp. non amitten.
sed debet iudicare vt bonus vir: ad quod facit quod no. Bar. in
extrauagan. ad reprimendum.

¶ Pro premissis etiam facit, quia verbum placet importat ar-
bitrium boni viri. l. thais. §. sorores. ff. de fideicommiss. liber. mul
tofortius hoc importat verbum beneplacitum, vbi additur ad-
uerbium bene quod etiam voluit Bal. in. l. fi. §. sed ⁊ si quis circa
princ. vbi etiam do. Jason may. in fi. C. communia de lega. ⁊ ple-
nius Panor. in dicto. c. verum. Sic autem non processit dictus
do. Ludouicus qui pretextu dicte facultatis seu permissionis co
natus est relinquere omnia castra predicta primogenito ⁊ eius li
beris masculis, ⁊ priuare alios: ⁊ non solum illos: sed etiam om-
nes secundo ⁊ vlterius genitos seu generandos ex primogenito,
⁊ alias prout in pretenso testamento: quod non congruebat bono
viro, attenta forma concessionum seu infeudationum predicta-
rum: ꝙ nec facere potuisset p̄nceps sine causa, prout alias dixi: ⁊
hec est communior ⁊ rationabilior opinio, per id qd not. docto. cō
muniter in. l. fi. C. si contra ius vel vtili. publi. ⁊ quod ibi Rapha.
Fulgo. ⁊ cano. in. c. que in ecclesiarum, de constitu.

¶ Ad ea que dicta sunt respondendo tertio quesito, scilicet qd
dictus nobilis Philiberus non censeatur renuntiasse feudo, seu
parti ⁊ portioni que in eo sibi competebat facit quia etiam per
generalem quittationem seu renuntiationem paterne heredita-
tis factam per fratrem fratri de omni eo quod petere poterat in
paterna hereditate non censetur frater renuntians sibi preiudi-
casse quominus petere possit partem de bonis feudalibus: quia
non petit illam vt heres, sed vt filius, per id quod no. Barto. in. l.
item videndum. §. fi. ff. de petitio. heredi. Bald. in. l. j. q. quinqua
gesima. ff. de re. diui. ⁊ auth. si quas ruinas. C. de sacrosan. eccle. ⁊
late Alberi. in. l. tres fratres. ff. de pact. quod procedit etiam si ta
lis quittatio seu renunciatio fuit cum iuramento secunduȝ Bal.
qui hoc not. in dicto. c. j. columna quarta, vel circa, an agna. vel
filīj. defunc. ⁊ do. Jason may. in dicta. l. gallus. §. quidā recte, col.
penul. vel fi. ff. de libe. ⁊ posthu. vbi hoc dictum in feudo confir-
mat duplici ratione: quia per generalem renuntiationem nunq̄
4 intelligitur renuntiatum † feudis, nisi de feudis fiat specialis
mentio, secundnm Barto. qui hoc not. in auth. in successione cir
ca finem. C. de suis ⁊ legiti. Pro quo allegat Bar. in argumen-
tum. l. decurionibus. C. de silen. lib. xīj. do. vero Jason allegat op
timum tex. in dicto. c. primo, in fine, de eo qui si. fe. agna. Secun-
da ratio est quia per renuntiationem nunq̄ perditur ius feudi, ni
si renuntiatio. fiat in manibus directi domini, vel nisi patiatur
aliū inuestiri, vt dicit Bar. in dicta auth. in successiōe, ⁊ est bonus
text. in dicto. c. j. ī fi. de eo q̄ si. fe. agna. Nec puto ꝙ dict⁹ nobilis
Philibertus sibi preiudicauerit, ꝑ eo quia nō petīt inuestiturā
intra tempus statutum, nec obtulit se facturum homagium ⁊ pre
staturum fidelitatis sacramentum: quia vt puto ille ignorabat te
norem concessionum seu impetrationum predictarum, et sic se ha
bere ius in dictis feudis: et sic potest se tueri ex capite ignoran-
tie facti posset ⁊ ex capite ignorantie iuris, prout scribit do. primo
scribens super quo non insisto. Quibus addo ꝙ cum do. Ludoui
cus eius frater primogenitus sub colore pretensi testamēti ma-
gnifici quondam viri do. Joannis ludouici communis patris pos
sideret castra ⁊ villas predictas qui etiam pro illis fuit admissus
ad homagium ⁊c. non videtur imputandum prefato nobili Phi
liberto si inuestituram non petierit nec predicta obtulerit, per id
quod post Guil. de cun. no. Bal. in. l. solennibus, col. fi. C. de rei vē
di. ⁊ Alexan. de imo. consilio. lxxj. exordiente, Videretur prima
consideratione dicendum ⁊c. col. fi. in primo volu.

¶ Ad alias questiones fuit sufficienter responsuȝ: ⁊ consulo pro-
ut etiam consuluit idē do. primo scribens. ꝙ dictus nobilis Phi
libertus nihil de facto attentet circa possessionem predictorum
castrorum, sed adeat presentiam regie maiestatis, ⁊ procuret sibi
concedi inuestituram seu verius se admitti ad prestationem ho-
magīj fidelitatis sacramenti: quod puto de facili obtinendum
cum illa clausula consueta, saluo iure alieno, Et vt mihi videtur
sufficiet exponere serenissimo do. nostro francorum regi, ⁊ comiti
Prouincie ⁊ Forcalquerīj formam singularum infeudationum
seu concessionum supeius mentionatarum, ⁊ testamentum fa-
ctum per dictum quondam dominum Joannem ludouicum ⁊ ꝙ
sub colore illius prefatus do. Ludouicus modernus possessor ap-
prehendit possessionem predictorum castrorum, ⁊ illa occupauit
⁊ occupat, q̄uis minus legitime quo ad partem ⁊ portionem ei-
dem nobili Ludouico competentem in dictis castris. Et sic vi-
detur mihi tacenda pretensa erectio in comitatum: qꝛ non sunt
vere litere illius, nec scitur forma literarum huiusmodi. Prete-
rea videntur tacende litere dicti do. Renati. Cum enim pars
opponet de premissis, ⁊ producet literas: ille tunc videbuntur, ⁊
replicabitur de defectu, ⁊ qd ille non potuerint preiudicare ⁊c.
Postq̄ vero fuerit ipse nobilis Philibertus admissus ad ho-
magium, fidelitatis sacramētū: ipse obtinebit literas citatorias
a suprema prouincie parlamenti curia in vim quarum citabitur
dictus do. Ludouicus responsurus supplicatis: que interim de-
ducentur per articulos in formam libelli.

¶ Epitome.

¶ Liberi post annum. xiiīj. de duabus quartis hereditatis pater
ne possunt disponere, non obstante quauis substitutione. V. S.
¶ De su. ⁊ legi. libe. consi. xliīj.



Jsis duobus vltimis

⁊ nuncupatiuis testamentis, vno scilicet prouidi
quondam viri Claudīj michaelis, facto anno do
mini millesimo. cccclxxxīj. ⁊ die. xxviīj. mensis
nouembris, ⁊ alio probi quondam viri Durandi
michaelis eiusdem Claudīj quondam filīj, vna cum casu parī
proborum virorum Antonīj Joannis michaelis patrui ⁊ nepo-
tis mihi exhibito: ⁊ quesitis seu dubīs ex casu huiusmodi elici-
tis dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succinte, ꝙ cum Durandus mi-
chaelis

chaelis alter ex heredibus dicti quondam Claudij post aditionem seu inmixtionem paterne hereditatis factus maior quatuordecim annis ab humanis decesserit, superstitibus Mundono et Joanne eius fratribus vtrinque coniunctis ac predicto Antonio eius nepote ex fratre predefuncto sibi substitutis: debuit pars et portio ad eundem Durandum peruenta peruenire in vim reciproce substitutionis admixte compendiose substitutioni, ad dictos Mundonum, Jannem et Antonium substitutos, detractis duabus quartis scilicet legitima et trebellianica, quas idem Durandus detrahere potuit et de eis disponere per id quod not. gloss. Bar. et docto. in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. glossa. Barto. Phi. de cor., et doc. in. l. quod. C. ad legem falcidiam. Bald. in. l. filium quem. C. famili. ercis. multas remissiones ponit do. Jason may. in auth. res que, colum. ij. C. communia de lega. pro quo dicta sunt boni tex. c. Raynutius. et c. Raynaldus de testa. et quia vt colligitur ex dicto casu dicto Claudio superfuerunt sex liberi, scilicet tres filij due filie, et nepos ex filio predefuncto: horum omnium legitima fuit semis, seu dimidia pars bonorum eiusdem quondam Claudij: eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno et funeris impensa, auth. de trien. et semis. §. j. colla. ij. et transumptiue in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. iuncta dicta. l. papinianus. §. quarta autem. Et sic legitima cuiuslibet ex predictis liberis fuit et est duodecima pars predictorum bonorum que pars duodecima primo detrahetur de dicta parte seu portione ad dictum quondam Durandum peruenta de bonis paternis et de residuo detrahetur quarta pars pro trebellianica iuxta theoricam quam ponit gloss. in dicto. c. Raynal. super verbo licet ipsas, et Jo. de imo. in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. et pupil. et de istis duabus quartis poterit disponere et testari dictus quondam Durandus, et in illis heredem instituere residuum vero debuit restitui prefatis Antonio, Joanni et Mundono et hoc in vim substitutionis superius mentionate. Et redeundo ad dictas quartas, dico quod honesta mulier Salaysia, dicti Joannis quondam mater debet habere tertiam partem pro sua legitima iuxta id quod no. Baldus in dicta auth. nouissima, ver. octauo queritur etc. vbi etiam dominus Joson may, columna vigesimaprima, Oldra, consilio centesimo vigesimo tertio, exordien. quidam Pontius nullos habens descendentes, Albe. in. l. omnimodo post princip. C. de inoffi. testa. et alij in alijs locis. In illis autem quartis nihil habere debent prefati Antonius nepos, et sorores, vltra id quod eas habere voluit idem Durandus: et hoc pro eo quia testatus est. Nisi forte dicere vellemus quod testamentum dicti Durandi fuit nullum: pro eo quia nihil videtur reliquisse iure institutionis dicte Alaysie eius matri: sed iure legati quod tamen fiendum erat secundum communem opinionem plene relatam per domi. Jason. may. in dicta auth. nouissima, columna vndecima, versic. iuxta hanc partem gloss. quamuis Barto. in dicta auth. nouissima, senserit contrarium per gloss. in. l. j. §. j. ff. si quis a parente fuerit manumis. Sed quia quod fit nullum, videtur esse fauore matris, que videtur posse approbare: et quia ex hoc insurgeret questio inter matrem et filios et filias eius superstites consulo quod medio amicorum componant litium articulum.

¶ Quo vero ad dictum quondam Mundonum, dico quod ex persona ipsius Mundoni possunt detrahi due quarte: scilicet legitima et trebellianica de portione ad eum peruenta iure hereditario: prout dixi in casu precedenti. Et quia idem Mundonus mortuus est intestatus in his duabus quartis debent succedere equis portionibus mater, Joannes frater et due sorores auth. defuncto, et in corpore vnde sumit C. ad tertu. excluso prefato Antonio pro eo quia probus quondam vir Stephanus eius pater erat dumtaxat frater consanguineus hoc est ex parte patris dicti quondam Mundoni dictus vero Joannes et sorores erant frater et sorores vtrinque coniuncti: qui propterea excludunt predictum Antonium et qui excluderent dictum Stephanum quondam fratrem si viueret, auth. de heredi. ab intest. §. reliquum, collatione nona, et auth. vt fratrum filij, in princip. collatione nona. et auth. cessante, cum duabus seq. C. de legiti. heredi. Residuum vero siue hereditarie portionis, et id quod ad eum in vim substitutionis peruenerat de portione dicti quondam Durandi, debet restitui dictis Joanni et Antonio substitutis: pro quo allegasse sufficiat not. per Bar. et doct. in. l. marcellus. §. quidam. ff. ad trebel.

1 ¶ Productio duorum librorum in delusionem iudicis.
2 Liber rationum probat sine dubio contra scribentem.
3 Publici instrumenti de fide quando dubitatur, ad quem recurrendum sit.

¶ Epitome.

¶ In contumacem debet iuramentum veritatis non affectionis aut in litem deferri. V. F.

¶ De reb. credi. et iureiur. Consi. xliiij.



Addendo illis que alias scripsi pro et in fauorem nobilis et honorabilis viri Baptiste de ponte contra et aduersus Bernardum de ceua, olim tutorem heredum Joannis de chauerio, et contra ipsos heredes: dico quod licet fuerit bina aut trina vice per dominos a quibus cognitum et ordinatum, quod idem de Ceua exhiberet et produceret libros parte dicti nobilis de ponte exhiberi et produci postulatos, et in huiusce modi exequutionem fuerit idem de Ceua proprio nomine multatus vsque ad summam sexcentarum marcharum agenti: ipse tamen contumax, inobediens et rebellis hoc facere retardauit in grandem contemptum dominorum et a quibus: et non solum eorum sed etiam huius eminentissimi parlamenti, coram quo, et post ordinationes predictas, que in rem transiuerunt iudicatam, et penarum inductiones per eum incursarum, distulit, supersedit et cessauit ac etiam cessat. Et simulans satisfacere ordinatis et iussis et in hoc cupiens deludere vestras spectabilitates exhibuit et produxit † duos libros: vnum scilicet omnino impertinentem, et ad causam: nihil prorsus facientem, et alium, et si faciat ad istam causam: causam est tamen alius, a quo plurimis resecatis vel scribi omissis extractus est iste libere exhibitus: et ille a quo, inquam, iste extractus est vocari solet iornalerius, seu liber manualis propria manu dicti Joannis de chauerio debitoris scriptus, et quem hunc de Ceua contumacem et rebellem habuisse tam per inuentarium per eum factum de bonis eiusdem quondam de Chauerio et in hac causa coram dominis a quibus exhibitum et productum, quam alias. Et iste erat per eundem de Ceua exibendus et producendus: vt pote per quem, tanquam scriptum manu debitoris et librum originalem a quo liber predictus in hac causa productus fuit extractus, fuisset plene probata et probaretur intentio dicti nobilis Baptiste et iustificaretur sententia seu laudum latum per honorabiles viros olim arbitratores et amicabiles compositores electos per dictos nobile de Ponte et de Ceua, per id quod no. gl. et Bar. in. l. quedam. §. nummularios. ff. de ede. Bar. j. l. admonendi. col. viij. ff. de iure. vbi etiam charta decima septima, columna quarta, versi. pro casu clarum est, doc. citdomi. Jas. quod nullus de hoc dubitat, scilicet quin liber rationum probet contra scribentem: † et idem voluit Bart. in. l. nuda. ratio. ff. de eden. et canno. in c. l. j. de vsur. quod non est factum per exhibitionem et productionem libri de quo supra vt pote non originalis, nec scriptum manu debitoris, vt pretendunt dicti heredes. Ille ergo Jornalerius seu originalis liber erat per ipsum de Ceua producendus: si tamen et quatenus voluisset satisfacere ordinationibus superius mentionatis, et euitare delationem iuramenti parte eiusdem de Ponte sepissime fieri postulatam: argu. eius quod habetur in auth. de tabellionibus. §. penultimo, et quod ibi glos. super verbo protocolum, et Ange. ad fi. collatio. iiij. et quod habetur in. l. veluti. in verbo minus plene. ff. de eden. et c. quoniam contra falsam de probatio. et quod no. glo. in. l. chirographum, in gloss. magna. ff. de administratio. tuto. et quod no. Bar. Bal. Joan. de imol. et Raphael. cuma in. l. sempronius. ff. de legatis secundo, Bart. in. l. si librarius. columna secunda, vel circa, versicul. si vero scripserit scripturam propriam. ff. de regul. iur. Alexander de imol. et dominus Jason may. in. l. si quis ex argentarijs. §. pretor ait, in princip. ff. de eden. et Joan. de imo. in. l. cum proponebatur, columna finali. ff. de legatis secundo quatenus volunt et sentiunt, quod si dubitetur de fide † publici instrumenti, recurrendum est ad protocolum tanquam ad scripturam originalem et matricem, cui statur: et illa exhibenda est Ergo et in casu predicto exhibendus est et producendus erat dictus Jornalerius continens scripturam originalem: non autem saltem sine isto ille liber extractus, per quem non sic probatur intentio dicti nobilis Baptiste, argumen. authen. si quis in aliquo. C. de eden. Nunc autem extractum exhibuit et produxit idem de Ceua: non quidem simpliciter, vt dicti heredes euitarent sententiam condemnatoriam: sed vt non appareat de pluribus creditis dicti quondam de Chauerio et in quibus consistebat et consistit maxima pars substantie eiusdem de chauerio, et que non reperiuntur descripta in inuentario nisi per relationem ad dictum librum. Et ita duo agit idem de Ceua: vnum vt frustretur hunc nobilem Baptistam suo vero creditori: et aliud vt sub ista vmbella exauriat substantiam predictorum heredum.

¶ Cum igitur idem de Ceua non satisfecerit repetitis ordinationibus et penalibus preceptis sibi factis, debet iuramentum, non dico in litem et de affectione: sed veritatis eidem nobili Baptiste contra ipsum de Ceua proprio nomine deferri, per iura et rationes alias tam per spectabilem virum dominum Melchionem

seguram iurium professorem eximium, quod per me allegatas: et deinde idem de Ceua condemnari non solum in tricentis florenis, de quibus fuit clamor expositus: sed in tota summa, hoc est in summa vndecim millium tricentorum et quadragintanouem florenorum, grossorum septem, et duorum denariorum: pro eo quia propter subtractionem et occultationem, vel forte destructionem dicti libri, subtraxit ipsi nobili Baptiste facultatem probandi dictum eius creditum, et illum periculo perditionis, immo perditioni illius exposuit nisi per vestras spectabilitates eidem subueniretur contra dictum inobedientem, dolosum et rebellem per delationes iuramenti predicti Anto. de butrio, in c. secundo, de fide instrumen. Bal. C. de constitu. pecu. in rubrica, columna vltima.

1 ¶ Institutio testatoris de herede.
2 Valor bonorum testatoris.
3 Religiosi ordinum mendicantium licet nihil habeant proprium: habent tamen in communi.

¶ Epitome.

¶ In quoquis iure, si monasterium non intrasset, successurus erat: in eo monasterium ipsum succedit. V. F.

¶ De sacros. eccle. Consi. xlv.



Ponitur in facto quod nobilis et generosus quondam Aynardus berle loci Terracie, condidit eius vltimum et nuncupatiuum testamentum: in quo inter cetera heredem vniuersalem instituit † nobilem Joannem 1 berle eius filium naturalem et legitimum, et nobilibus Margarete eius filie et Joane chalede eius nepoti ex nobili quondam Eynarda ipsius nobilis Aynardi filia predefuncta necnon etiam venerabilibus et religiosis personis do. Claudio, Antonie, Georgie, Ludouice, et Huguete, et eorum cuilibet certam pecuniariam quantitatem, seu res alias legauit, et iure institutionis reliquit: et deinde permanent in voluntate huiusmodi vita functus est et ab humanis decessit supstitibus predictis eius liberis. Et quia prefata domi. Ludouica conqueritur, vt dicit quod legatum sibi relictum non suppetit ad eius legitimam: quesitum est quanta sit ipsius legitima. Ad quod respondeo, quod cum dicto domino Aynardo supfuerint octo liberi, scilicet duo filii, quinque filie, et vna neptis ex filia predefuncta horum omnium legitima fuit semis seu dimidia pars bonorum dicti quondam nobilis Aynardi eorum scilicet que ipse habebat tempore eius mortis, quod que superfuerunt deducto ere alieno et funeris impensa, auth. de trien. et semiss. §. j. col. iij. et transumptiue in auth. nouissima, C. de inoffi. testa. iuncta l. cum queritur. C. eo. ti. et l. papinianus. §. quarta autem. ff. eo. ti. Et sic legitima cuiuslibet ex dictis octo liberis fuit decima sexta pars predictorum bonorum. Si ergo bona dicti quondam nobilis Aynardi valebant tempore mortis eiusdem 2 deducto ere alieno et funeris impensa, viginti † mille florenis legitima dicte nobilis Ludouice ascendit ad valorem mille et. xxv. florenorum qua summa detracto eo quod eidem domine Ludouice legauit et reliquit dictus nobilis Aynardi et detractis centum et septuaginta florenis per eadem do. Ludouica, seu dote illius, donatis venerabili monasterio sancti Andree de Rameria, potest ipsum monasterium petere a dicto nobili Joanne vniuersali herede eiusdem nobilis Aynardi: quia ex persona vel propter personam eiusdem do. Ludouice commoditas predicte legitime delata est vel acquisita dicto monasterio, quemadmodum delata extitisset aut competisset ipsi. do. Ludouice si in seculo remansisset, per id quod habetur in. l. fi. hoc etiam cognitum et quod habetur in. l. fi. §. hoc etiam cognitum, et quod ibi Bal. et multi doc. C. de episco. et cle. et quod no. Fran. de are. in. l. is potest. colu. v. et duabus se. ff. de acqui. heredi. et licet dicta. l. deo nobis. et doct. videantur loqui in monachis: idem tamen videtur in aliis religiosis personis, 3 et earum conuentibus: que licet nihil habeant proprium, habent tamen in communi, quod dico propter Mendicantes.

¶ Ceterum etiam supponitur in facto quod nobilis et generosa quondam mulier domina Claudia de vienesio, mater naturalis et legitima predictorum, quondam vxor dicti nobilis Aynardi, vita functa est et ab humanis intestata decessit, superstitibus et sibi superuiuentibus prefatis nobili Joanne, domi. Claudio, et aliis eius filiis et filiabus. Quesitum est quid et quantum in bonis et hereditate eiusdem do. Claudie habere debeat dicta do. Ludouica, seu monasterium predictum. Ad quod respondeo, quod cum eidem do. Claudie superfuerunt octo liberi, duo scilicet filii, quinque filie, et vna neptis ex filia predefuncta, eius hereditas delata est eis, cuilibet scilicet pro octaua parte: et sic pro hac octaua parte delata est dicte domine Ludouice, dicta. l. fi. §. fin vero vltimam voluntatem, vel vt voluerunt aliqui relati per Fran. de are. in dicta. l. is potest. delata fuit dicto monasterio. Et siue fuerit delata eidem do. Ludouice, siue dicto monasterio, certum est quod comoditas acquirenda est non ipsi do. Ludouice, quod proprium habere non potest: sed ipsi monasterio. Et hoc petere potest dictum monasterium: pro quo possunt allegari et induci multa iura: sed quia istud est sine dubio, super hoc non insisto. Que dixeri.

1 ¶ Feudum alicui concessum, recipienti pro se et heredibus suis et successoribus vniuersis vtriusque sexus qui deinde vita functus est et ab humanis decessit sine liberis superstitibus quibusdam do. eius agnatis, quos seu eorum alterum heredem vniuersalem instituit: et eum de hereditate quibusdam aliis etiam superius agnatis restituenda grauauit, non debet reuerti ad dominum mor tuo isto agnato instituto sed transire ad alios agnatos.
2 Quibuscunque dictio, ad quos referatur.
3 Legatarius in re legata quodammodo est heres.
4 Successoribus verbum, quid operatur.
5 Successoribus vniuersis, istud verbum pro quibus accipitur.
6 Verbum quodlibet, prolatum a contrahentibus debet esse cum virtute operandi si fieri potest.

¶ Epitome.

¶ Hoc Responsum redigitur in summam vt in notabilibus su prascriptis. V. F.

¶ De feudis. Consi. xlvi.



Concessum est feudum alicui pone titio, recipienti pro se et heredibus suis et successoribus vniuersis vtriusque sexus qui deinde vita functus est ab humanis sine liberis decessit superstitibus quibusdam do. eius agnatis, quos seu eorum alterum heredem vniuersalem instituit, et eum de hereditate quibusdam aliis etiam superius agnatis restituenda grauauit. Quesitum est an feudum predictum debeat ad dominum feudi 1 reuerti. † Ad quod respondeo breuiter et succincte, quod si in dicta feudi concessione esset solum facta mentio de recipiente et suis heredibus: tunc intelligeretur facta eidem recipienti pro se et filiis masculis, et non pro feminis aut aliis extraneis. c. j. et quod ibi Bald. de natu. feu. c. j. quemadmo. feu. consti. potest. quamuis Pet. de bella perti. et Jac. de rauen. renuerint, quod facta mentione heredum veniant extranei, vt refert Bal. in. l. etiam. ff. sol. matri. Sed ipse reprobat prout ibi: tamen quando in concessione feudi dicto verbo heredibus suis, additur verbum quibuscunque: tunc quamuis prima facie videatur dicta generalitas debere restringi secundum naturam contractus ad filios, ar. l. damni. versi. sed quod opere facto consecutus sit. ff. de damno infec. et. l. si stipulatus. ff. de vsur. et. l. si legati serui. ff. de lega. j. tamen in contrarium est veritas: quia tunc transit feudum in heredem extraneum, pro eo quia eo casu non retinet propriam naturam feudi. c. j. de feu. non habente propriam naturam feudi hoc in terminis voluit Bal. in. l. j. q. xxxiiij. ff. de re. diui. et idem prima facie visus est velle Bal. in. l. cum virum. col. fi. versi. item argumentum quod feudum non cadit etc. ibi aut est feudum hereditarium. C. de fideicom. quamuis postea subiungat posse forte dici quod illa dictio quibuscunque, referatur ad habiles, non ad prorsus extraneos 2 † pro quo nihil allegat sed primum dictum sequitur Alex. de imo. in l. si patroni in prin. in col. ix. V. aliam limitationem etiam ad predicta. ff. ad trebel. vbi relatis his que dicit Bal. in d. c. cum virum. dicit se putare primum dictum esse verum: pro eo quia dictio quibuscunque, debet operari augmentum. ar. l. balista. ff. ad trebel. per no. per gl. magnam in. l. sed et si quis §. quesitum. ff. si quis cau. licet quandoque aliud sit in dispositione legis vt restringatur ad habiles, ne inducatur correctio alterius legis, vt plene declarat Jac. de are. et Bal. in. l. j. §. nuntiatio. ff. de ope. no. nuntia. et in. l. j. C. de sacrosan. eccle. Et hanc sententiam etiam sequitur do. Jas. may. in prelu. feu. charta. v. co. ij. ver. tertio limita. et do. Bartho. soci. consi. xix. exordiente, pro decisione predicte consultationis etc. col. j. vel circa. versi. nisi in concessione, in verbo, heredibus etc. in. j. parte. et idem est quando concessio reperitur alicui facta pro se et successoribus suis quibuscunque: quia vt dicit Bal. in. c. imperialem. in prin. col. vj. vel circa. ver. sed quid si concessum est feudum. de prohibi. feu. aliena. per Fride. verba predicta non solum includunt tria genera heredum, insti. de here. quali. et diffe. sed etiam legatarios, pro quo allegat. l. quedam. §. is autem. ff. de ede. quia legatarius in re legata quodammodo est † heres. l. id tempus. §. j. ff. de vsuca. et quod ipse no. in. c. j. §. donare. quali. olim feu. aliena. pote. Et quamuis idem Bal. in d. §. donare. ver. sed si dubitare potest etc. senserit quod illa verba, et heredibus suis quibuscunque, intelligantur solum de succedentibus abintestato, ar. l. si quis. C. de inoffi. testa: et ita videatur Bal. aliquantulum aliter sentire, quod in aliis locis superius allegatis, hoc tamen non nocet isto casu, cum dictus do. heres et alii sint tales qui vt pote agnati poterant succedere abintestato. Preterea, vt supponitur in casu, feudum predictum non solum concessum est dicto Titio recipienti pro se et heredibus suis: sed etiam recipienti pro se et suis heredibus et successoribus: quo casu verbum successoribus, operatur vt amplietur dispositio etiam ad heredes extraneos, vt voluit

4 † vt voluit do. Prepo. in. c. i. col. v. ver. si tñ dictũ esset p se here-
dibus suis & successoribus, pro quo allegat Joan. de imol. in. l. qd
dicitur. ff. de verb. ob. & Saly. in. l. ij. q. xx. C. de iu. emphy. & sub-
iungit idẽ do. Prepo. q istio casu non comprehenderetur succes-
sor singularis, sz vniuersalis tantũ vt vult Joan. de imo. vbi su-
pra nisi adiectum esset in concessione, vt qr diceretur, pro heredi-
bus & suis successorib' qbuscũq3. Cũ igit in casu facta fuerit cõces
sio, de qua supra, dicto Titio recipienti pro se & suis heredibus &
5 successoribus vniuersis, † palam videt q in cõcessiõe hmõi cõpre
hensi extiterũt non solum liberi recipiẽtis, si quos dñs donasset:
sed etiã extranei, & maxime agnati. & hoc operatur illud verbum
successoribus, & illud verbuz vniuersis, qd est verbũ distributiuũ,
& ample seu late significationis, vt apparet per id qd no. Ostien.
& Jo. an. in nouel. in. c. nimis iniqua. ad fi. de excessi. prela. Certũ
est enim q illa verba successoribus, & vniuersis sunt posita ad au-
mentũ: & ita cum possint operari esse non debent sine virtute ope-
rãdi: qr vt dicit Bal. C. de cõtrahẽ. emp. & vẽdi. in rubrica. q. ix. nõ
solũ vnaquecq3 clausula, sed etiam vnũquodq3 verbum a cõtrahẽ
6 tibus prolatum debet esse cum virtute operandi, si fieri † potest.
l. hac lege. ff. de contrahen. emptio. & vendi. & l. si stipulatus. in
prin. ff. de vsur. Roma. consilio. xxxiij. in fi. Alexã. consilio. cxvij.
exordiente, Uisis supra mentionatis &c. columna quarta, ver. sed
vbi est perfecta &c. in primo volumine, & consilio. clviij. columna
penultima, in secũdo volu. Angel. consilio ccl. & Andre. Barba.
consi. lxij. col. x. in. j. parte. & alij in alijs locis.

1 ☞ Clausula a testatore subiuncta post eius vltimum nuncupa
tiuum testamentum & post omnia legata ab eo relicta.
2 Heres seu mauis minister nudus a testatore institutus, & de re-
stituendo grauatus an possit detrahere quartaz trebellianicam.
3 Recedendum non est a verborum significatione, quando nõ sub-
est causa propter quam debeamus coniecturare oppositum ver-
borum institutionis.
4 Coniecturis locus est in incertis, non autem in certis.
5 Leges iste sed & si susceperit. & l. si seruus pluriuz. ff. de lega. j. qua
tenus ex illis colligitur q dignitas legatarij adauget relictum:
potius faciunt pro eo, q̃ contra.
6 Dispositiua verba si in aliquem conferuntur an ille possit censeri
nudus minister.
7 Uerbum cõditio, in significatione lata comprehẽdit in se moduz,
8 Testator an per quasdam clausulas discesserit ab vniuersali insti
tutione, quam fecit.
9 Pater si testetur, & filium instituat, & si idez filius sine liberis mo
riatur disponat quod omnia bona perueniant ad titium: an cen-
seatur filio si impubes erat pupillariter substituisse.
10 Uerba ista prout melius videbitur, importãt arbitriũ boni viri.

¶ Epitome.

¶ Heres, facultas inter pauperes testatoris nepotes hereditatẽ
distribuendi mandata est, verus heres est, non nudus minister.
quamuis pro arbitrio assignare possit inter nepotes hoc vel il-
lud. U. F.

¶ De fideicommis. Consi. xlvij.



Punctus questiõis. no
bilis ac potẽs & generosus quondam vir Girau-
dus de ancedana dñs de Capreriis fecit & cõdi-
dit eius vltimum & nuncupatiuum testamentuz
in quo inter cetera per eum disposita & fieri ordi-
nata, & post legata ab eo relicta subiuncta est sequens clausula.
1 Item † ipse testator &c. & donec &c. Et permanẽs in volũtate hu-
iusmodi vita functus est, & ab humanis decessit, superstite Reue
rendissimo do. Roitagno Ebredunẽsi Archiepiscopo: qui certio
rat' de testamento huiusmodi, & heredis institutiõe de eo facta,
adiuit & acceptauit hereditatẽ eiusdẽ quondaz nobilis Giraudi.
¶ Quesitũ est an dictus Reuerẽdissimus dñs Archieps cẽsea-
tur esse heres vniuersalis dicti nobilis Giraudi: an vero minister &
merus executor dispositionis illius. Secundo an supposito q ipse
cẽseri dbeat eẽ hrs, nõ solũ nud' minister, possit vt & tãq heres in-
stitut' & de restituẽdo grauatus detrahere quartam trebelliani-
2 cã. Tertio an teneatur & debeat equis portionibus distribuere †
bona dicti testatoris nobilib' nepotibus dicti quondam nobilis
Giraudi testatoris tã scz illis Uinatio q̃ illis de Ruppe maura
an vero possit aliquem vel aliquos ex illis preferre in distributione
per eum facienda.
¶ Ad que respondeo breuiter & succincte & salua correctione cu-
iuslibet melius sentientis prout infra. Et primo ad primũ dico &
respondeo quod cũ verba dispositiua institutionis heredis supra
relata fuerint & sint collata in personã dicti Reuerẽdissimi domi.
Roitagni Archiepiscopi, ipse cẽsetur fuisse heres institutus nõ
nudus minister relictus. l. si quis titio. et quod ibi Bartolus & do
ctores. ff. de legatis secundo. l. sulpitio marcello. ff. de donatio. in
ter viruz & vxorẽ. & quod no. Bart. in. l. si qs quos. ff. de legatis. ij.
Preterea cũ verba institutionis hoc apertissime sonent nec sub-
sit ratio seu causa propter quã debeamus aut possim' cõiecturare
3 oppositũ, non est a verborũ † significatione recedendũ. l. ille aut il
le. §. cũ in verbis. & l. non aliter. ff. de legatis tertio. Non enim in
dubio presumendus est vel censendus aliter sensisse idem quondã
nobilis Giraudus quam verbis reperitur aut legitur expressisse
pro eo quia verba sunt earum que sunt in anima passionum nota.
l. labeo. §. idem labeo. ff. de supellec. lega. quod etiam voluit bea-
tus Augustinus de trinitate libro decimo. c. septimo, & libro deci
moquarto. c. septimo post medium & in psalmo. xxxiiij. sermone se
cundo. ver. tentauerunt & Lactantius de ira dei. c. xiij. Cum igi-
tur dictus quondam nobilis Giraudus in dicto eius testamento
dixerit quod omni meliore modo, via, iure, causa et forma quibus
melius & efficacius de iure poterat in residuo omnium &c. heredẽ
suum vniuersalem instituebat & ore proprio nominabat dictum
Reuerendissimum dominum Rostagnum, palam infertur quod
ipse fuerit & sit heres non nudus minister: quia vt dixi hic non ap
parent que nos cogant diuertere a propria verborum significatio
4 ne, in incertis enim non in certis locus † est coniecturis. l. conti-
nuus. §. si libertis. ff. de verborum obligatio.
¶ Huic autem non obstat quod reperio scriptum scilicet quod
cum dicti nobiles eius nepotes de Ruppe maura & Uinatio sint
iuuenes modica bona habentes presumendum sit verisimiliter
dictum nobilem testatorem suam hereditatem eis potius reli-
quisse q̃ eidem Reuerendissimo domino Archiepiscopo, per
tex. in ratione sui in. l. sed & si susceperit. §. sed & si proponas. ff. de
iudi. & l. si seruus plurium. §. fi. ff. de legatis primo. & quod propter
ea censeatur idem nobilis Giraudus fecisse eundem Reueren-
dissimum dominum Archiepiscopum nudum ministrum & exe-
quutorem suorum bonorum & hereditatis potius quam heredez
effectualem ex quo nullum commodum suorum bonorum & here
ditatis expresse sibi reliquit. Tum quia vt dixi dispositio dicti no
bilis Giraudi clara est et talis que ex coniecturis interpretatio-
nem non requirat. Tum & quia si dicta. l. sed et si susceperit. §. si li-
bertis. ver. sed & si proponas quibusdaz clarissimis viris. & l. si ser
uus plurium. §. fina. ff. de legatis primo potius faciunt pro, q̃ con
tra, quatenus ex illis colligitur q dignitas legatarij seu honora-
5 ti † adauget relictum. Et quod dicitur dictum nobilem testato-
rem nullum commodum reliquisse dicto reuerendissimo domi.
&c. non procedit: quia immo sibi reliquit dictam eius hereditatez
quamuis subiunxerit grauamen de distribuendo dictis eius ne-
potibus. Nec. l. pero. §. mater. ex aduerso allegata, probat contra
rium: quia non tutor in casu. §. huiusmodi. sed impubes fuit he-
res institutus & tutor ipse de herereditate restituenda grauatus:
propter quod non mirum si non fuerit tutor ipse heres matris
impuberis, de quo ibi. Sed in casu nostro fuit dictus Reuerendis
simus domi. &c. heres vniuersalis institutus, & de distribuendo
grauatus. Et sic isti casus sunt diuersi: et ita non potest inferri ex
vno ad aliũ. l. inter stipulantem. §. sacram. versicu. sed hec dis-
similia. ff. de verborum obligatio. & vulgata. l. papinianus. ff. de
mino.
¶ Etiam nec obstat. l. si quis titio. quinimo potius probat con-
trarium iunctis his que ibi no. Bartol. & docto. scilicet quod il-
6 le in quem conferuntur verba † dispositiua non censeatur nudus
minister. Et idem voluit Bartolus in dicta. l. si quis quos. et
alij in alijs locis. Nec procedit quod vlterius opponitur scilicet
quod inspectis verbis testamenti superius mentionati, & signãter
in illa parte, Sub illa tamen conditione &c. censeri debeat dictus
nobilis testator non solum facere voluisse et fecisse dictum Re-
uerendissimum dominum &c. nudum ministrum & exequutorem
quo ad effectum, vt scilicet nulla commoditas predicte heredita
tis apud eum remaneret: sed etiam expresse videatur & censeri
debeat prohibuisse quod nullum emolumentum eiusdem heredi
tatis reciperet: quia si voluit eum facere heredem sub conditio-
ne, si bona sua distribueret nepotibus suis, sicut litera testa-
menti dicit: censetur consequenter eundem priuasse hereditate
sua casu quo bona sua non distribueret sed potius sibi retinere
vellet tãquã deficiẽte cõditiõe sub qua fuit descriptus que neces-
sario erat & est implẽda in forma specifica ad effectũ & volũtatẽ in
stitutiõis & dispositionis cõditionalis. Quoniã respõdeo quod lz
idẽ nobilis testator dixerit, sub illa tamen conditiõe quod idẽ &c.
nõ propterea cẽsenda est institutio p eũ facta de dicto Reuerẽdis
simo domino fecisse cõditionalis: p eo quia illa verba sub illa tñ

conditione ⁊c.non reddunt illum actum conditionalem, qui de
sui natura seu ex aliis verbis non erat conditionalis:sed alterius
nature.l.meuia,§.fina.ff.de manumissis testamen.l.secunda, in
fin.ff.de donatio, que iura ad hoc allegat Bartol.in.l.quibus
diebus.§.termilius.ff.de conditio.⁊ demonstratio.ad quod fa-
cit.l.ea conditione, ⁊ quod ibi Salice.ff.de rescinden.venditio.
et.l.quoniam, ⁊ quod ibi Baldus.C.de rerum permutatio.et
quod no.gloss.in.c.verum,de conditio.apposi.quod etiam vo-
luit Oldradus consilio centesimooctauo, exordien.titius ve-
niens ad mortem,versicu.circa primam questionem,Joannes an
dre.in additio.Spec.titulo de instrumen.edi.§.nunc vero,char-
ta vltima,versicu.quia tam prolixo tractatui autor hanc vltimã
addidit questionem.Antonius de but.consilio quadragesimo-
octauo,exordien.absq̃ diffusione allegationum,Franciscus de
are.consilio centesimoquinquagesimo,exordien.Uisis diligenter
⁊ mature,columna prima,versicu.⁊ pro declaratione primi dubii
⁊c.⁊ consilio centesimoquinquagesimotertio,exordien.breuitate
vtendum est in consulendo,columna fina.et Alexand.de imo,in
l.tertia, columna prima vesicul.tamen contra illud dictum fa-
cit ⁊c.ff.de legatis tertio, ⁊ vt dicit Antonius de butr.in dicto
consilio quadragesimooctauo verbum conditio in lata significa-
7 tione † in se modum comprehendit pro quo allegat dictam.l.ex
venditione.⁊.l.quoniam superius allega.⁊.c,cum Joannes de fi
de instrumen.⁊ Francis.de are.in dicto consilio centesimoquin-
quagesimotertio.columna fina.exponit verbum cum hac condi-
tione,idest cum hoc onere ⁊ subiungit quod verbum conditio nõ
semper importat id quod sonat sed modum vel onus dicta.l.me-
uia.§.fi.ff.de manumissis vindi.et.l.secũda in fi.ff.de donatio.hoc
etiam tradit Barto.in dicta.l.quibus diebus.§.termilius.⁊ in.l.
cum mota.C.de transactio.et clarius ⁊ melius in.l.societatem
§.arbitrorum circa principium.ff.pro so.⁊ huic expositioni siue in
tellectui applaudunt verba dicte institutionis,si illa opportune
inspiciantur dicitur enim ibi sub illa tamen conditione quod idẽ
dominus Archiepiscopus dicta bona postea distribuere ⁊ dispo
nere debeat vbi inspiciendum est verbum postea.Ex quod paten
ter apparet quod ipse voluit fieri distributionem non ante aditio
nem hereditatis,sed postea.

¶ Preterea si nos fingeremus istam dispositionem esse condi-
tionalem prout non est idem Reuerendissimus domi.censere-
tur institutus sub conditione si postea debeat bona predicta di-
stribuere ⁊ disponere ⁊c.aliter enim seruatis verbis testatoris nõ
possumus dictam suam dispositionem fingere conditionalem sed
hoc videretur absurdum,⁊ menti dicti nobilis testatoris non cõ-
sentaneum ⁊ ideo non presumendum.

¶ Predictis etiam non obstat dicta.l.Sulpitio Marcello.
Quia esto citra preiudicium veritatis,vt alicui posset vel legari
vel relinqui hereditas tanquam nudo ministro, vel tanquam
custodi,vel etiam fauore alterius,cui postea debet per illum re-
linqui:non autem apparet ex dispositione dicti nobilis testato-
ris,quod ipse voluerit prefatum Reuerendissimum dominum
Archiepisco,⁊c.esse nudum ministrum, vel custodem predicte
hereditatis,seu etiam quod eum fauore predictorum nepotum
heredem instituerit:quamuis voluerit per eundem Reuerendis-
simum dominum postea bona sua inter eos distribui. Si enim
voluisset illos directo instituere nihil oberat quominus hoc fa-
cere posset quod alias aliquando occurrit vt colligi potest ex eo
quod habetur in.l.fideicommissi.§.cum polidius.ff.de vsur.in.l.
si ita scriptum.§.pegasus.ff.de legatis secũdo,in.l.mulier.in prin
cip.cum multis similibus.ff.ad trebellianum:sed vt dixi hic ces-
sabat causa.Nec puto quod cõtra ea que predixi faciat ꝙ in mul
tis clausulis predicti testamenti idem nobilis testator nominat
eius heredes per verba pluralis numeri,⁊ ꝙ propterea censeatur
voluisse,ꝙ dicti eius nepotes essent eius heredes non prefatus
Reuerendissimus.d.Quoniam respondeo ꝙ vt apparet ex dicta
institutione idem do.testator voluit eius bona distribui per di-
ctum Reuerendissimum ⁊c.in dictos eius nepotes:quos propte
rea censetur eidem per fideicommissariam substitutionem substi-
tuisse.Quo fit vt cum vniuersalis fideicommissarius sit loco he-
redis,⁊ quodammodo heres,immo ⁊ heres quo ad effectum.l.po
stulãte.§.primo,in verbo loco heredis ⁊ in verbo quodammodo.
ff.ad trebellia.d.l.si filiusfamilias.ff.quod cum eo,⁊.§.restituta.
institu.de fideicommissa.hereditati.quod etiaʒ voluit Alexand.
de imo.ff.de vulg.⁊ pup.super rubrica ⁊.l.in ratione la prima.§.
quod vulgo, col.xv.ff.ad leg.fal.non propterea concludi possit
quod dictus testator voluerit illos esse eius heredes iure directo
8 ⁊ dictũ reuerendũ do.dicte eius testamentarie dispositionis nu-
duʒ ministrũ:nec quod ipse ab vniuersali institutione de eo facta
discesserit:immo potius esset dicendum econtra,cum hec vniuer
salis institutio sequatur dictas clausulas.Sed concordando pos-
sunt dicta verba intelligi ⁊ de dicto Reuerendissimo domi.here
de vniuersali,⁊ de dictis nepotibus sibi substitutis,⁊ sic fideicom
missariis:qui vt dixi etiam possunt dici heredes.

¶ Concludo igitur in hoc articulo sub correctione cuiuslibet do
mini melius sentientis,mihi videri ipsum Reuerendissimum do
minum esse:heredem non nudum ministrum.

¶ Uenio ad secundum quesitum super quo dico quod licet sint
opiniones super eo de quo queri solet an detractio trebellianice
possit per testatorem prohiberi an non:preterea supposito quod
possit prohiberi,sunt opiniones an opus sit quod illa prohibeatur
expressim ⁊ singulariter: an ve possit prohibitio huiusmodi fieri
per verba equipollentia:tamen pro nunc supposito quod doc.ma-
gis communiter et verius dicant illam posse prohiberi insuper ⁊
non solum expressim ⁊ singulariter sed etiam per verba equipollẽ
tia vt pote si dicat testator,quod omnia ⁊ integraliter vel sine di-
minutione restituantur vel tota hereditas vel per similia, restat
dubiuʒ,an in casu nostro censeatur detractio predicta prohibita.
Pro eo quia,vt apparet ex verbis dicte institutionis, idem Re-
uerendissimus do.fuit heres vniuersalis institutus,in residuo om
nium et singulorum bonorum testatoris,sub hac tamen conditio
ne quod ipse debeat illa distribuere:⁊ sic queadmoduʒ institutus
heres in residuo, hoc est in omnibus aliis ⁊ singulis bonis: ita
videtur grauatus de distribuendo predictis nepotibus dicta om
nia ⁊ singula bona super quo articulo etiam sunt opiniones: nam
Bartol.in.l.centurio.in.iii.q.in materia compendiose.videtur
secundum quosdam voluisse,quod per verbum omnia censeatur ꝓ
hibita detractio trebellianice;⁊ hoc etiam videtur ibi affirmare
Alexand.de imol.col.xxxvii.versi.no.tamen ex verbis Bart.iun
ctis his que dixerat in columna precedenti, versicu.quarta fuit
opinio Barto.⁊ ideʒ voluit Bal.in.l.precibus.columna duodeci
ma vel circa,procedo vlterius,C.de impuber.⁊ aliis substitutio.et
idem sentire videtur Antonius Corse in suo tracta.Substitutio-
num.q.lxxiii.Sed contrariam sententiaʒ sequutus est Angelus
cõsilio centesimo vigesimo primo exordien.hoc est testamentuʒ
Petri quondam Bartholini,columna penultima,versic.autem
quod ponit ⁊c.Paulus de castro cõsilio centesimoquinquagesi-
mo exordien.in causa que vertitur inter Petrum ⁊c.Francisc.de
are.in dicta.l.centurio columna decimanona:qui pro hoc allegãt
multa ⁊ elegantia fundamenta ⁊ idem consuluit Benedictus ca
pra consilio trigesimo sexto,exordien.punctus quedam domina
Lucia.Et ista secundum eos fuit mens Barto.quinimo ipse hoc
dicit in dicta.l.centurio ⁊ in loco est aduerso allegato dicit enim
quod si pater testetur ⁊ filium instituat.⁊ si idem filius sine libe-
ris moriatur disponat quod omnia bona perueniant ad talem po
9 ne Titium censetur testator filio si impubes erat pupillariter †
substituisse: ⁊ hoc propter illud verbum omnia quia nisi censere-
tur substituisse pupillariter detraherentur de bonis legitima ⁊
trebellianica.Ecce ergo quod per illa verba omnia bona non cen
sebatur prohibita detractio trebellianice.Pro hac parte etiam
consuluit Maria.soci.consilio.xiiii.col.fina.in prima parte.

¶ Ad tertium dico breuiter ⁊ succincte,quod licet in dicta insti-
tutione dictum extiterit ꝙ dictus reuerendissimus do.bona pre-
dicta distribuere ⁊ disponere deberet predictis nobilibus nepo-
tiaus iuxta ipsius voluntatem;per qđ prima facie videbatur non
esse subiectus regulis iuris,per id quod no.Anton.de bu.⁊ Jo.
de imo.in.c.j.de constitu.Roma.in.l.filiusfamilias.ff.de dona.
Bal.in.l.si cum ea.C.de promis.⁊ alii in locis infinitis: qr tamen
dictum est ⁊ discretionem, ⁊ prout melius videbitur que sunt ver
10 ba importantia † arbitrium boni viri,restricta est facultas eiusdẽ
Reuerendissimi domini.Et quidem ꝙ verbum discretio, impor
tet arbitrium boni viri,hoc voluit Anto.de but.⁊ Jo.de imo.in
c.j.de constitu.gloss.in.c.cum virum deregularibus.Panor.in
c.cum autem,de iure patro.gloss.in.c.cum virum.de regula.do.
Feli.in dicto.c.j.charta penul.col.ii.versi,⁊ si dicatur discretioni
tue,⁊ Alexand.de imol.consil.xxxiii.exordiente.Uiso themate
super quo copiose ⁊c.in.j.vol.verbum enim discretio idem impor
tat qđ iudicium.l.cum pretor.§.i.in verbo iudicio,iuncta gloss.ff.
de iudic.vbi vult ꝙ arbitrium ⁊ discretio idem sint ⁊ idem voluit
gloss,in.d.c.cum virum.Certum est autem qđ si quid committa-
tur iudicio alicuius,illud censetur committi arbitrio boni viri.l.
thays.§.lucius,in verbo arbitrium.ff.de fideicommis.liber.secũ
dum verum intellectum,quem posuit Barto.in extrauagan.ad
reprimendum in verbo videbitur Ant.de bu.⁊ Jo.de imo.in.d.
c.j.de consti.Angel.aret.in.§.bone fidei.charta penul.vel circa
ver.quarto verbum tuo iudicio.Qđ auteʒ verbum videbitur etiã
importet arbitrium boni viri,not.Barto.in dicta extrauag.ad re
primendum in verbo videbitur moderni in.d.l.si sic,Ang.in.d.§.
in bone fidei.charta penul, ver,quinto idem est dicendum,Bar.
in.l.creditor.§.lucius,ff.manda.Pe.de anch.consi.lxxxiii.exor-
diente.domina Azolina in suo testamẽto ⁊c.Hec igitur duo ver
ba importantia arbitrium boni viri restringunt liberam volun-
tatem,

tate per id qd no. Panor. in c. quintauallis. de iureiur. & Barth. soci. in l. vtrum. §. cum quidam. colum. v. ver. vltimo no. de re. du bi. Est igitur voluntas dicti Reuerendissimi do. regulata, vt pro cedat in distributione & dispositione per eum facieda arbitrio bo ni viri, & prout deberet facere bonus iudex. Propter quod opinor eum debere distribuere & disponere equaliter, prout equius & iu stius facere deberet bonus vir, seu iudex. Puto tñ q seruata hac equalitate poterit res seu bona diuidere, seu consignare vni talia bona, & alteri talia.

1 ☞ Institutio heredis a testatore.
2 Substitutio quam testator fecit, si heres instituta decederet ab humanis sine liberis.
3 Remissio substitutionis an remittentibus obstet.
4 Pater an habere debeat vsumfructum qdiu viuit in portioni bus que perueniunt liberis in aliqua substitutione.
5 Filij an possint diuidere inuito patre viuente portiones ad eos de latas iure alicuius substitutionis.
Filius an debeat succedere in bonis acquisitis per titium, qui se affreirauerat eius patri: si illa fuerunt acquisita post mortem eius patris.
7 Interpretatio contra eum fieri debet, qui se fundat ex verbis con tractus.

Epitome.

¶ Quum de rigore trāsactionis resultat dissentio, vtile est ad bo ni viri arbitrium rem totam deferre. A. F.

¶ De transactionib. Consi. xlviij.



Visis & palpatis multis publicis instrumentis, parte prouidi viri Claudij Chaberij loci Mannande, & honeste mulieris Monete eius vxoris, & consultationis themate parte eorum mihi transmisse, vna cum quesitis seu dubijs in consultatione huiusmodi positis & descriptis, dico & respondeo ad dubia huiusmodi prout infra.

¶ Pro quorum faciliore declaratione premitto, quod dimidia pars bonorum probi quondam viri Antonij coste et Gontarde eius vxoris spectauerunt & pertinuerunt prefatis Claudio Cha berij et Monete coniugibus, & hec in vim donationis eisdem fa cte per dictos quondam Antonium coste et Gontardum tempo re contracti matrimonij per et inter eosdem Chaberij & Monetā generum & filiam eorumdem Antonij coste & Gōtarde quam do nationem idem Coste, quatenus eum concernebat, confirmauit et approbauit in suo vltimo et nuncupatiuo testamento. Est ve rum quod in dicta donatione fuerunt reseruate domus et terra in instrumento eiusdem donationis et matrimonij predicti latius mentionate, Alia vero medietas bonorum predicti quondā Co ste, et dicte domus et terra, si sue erant, peruenerunt ad Joannam coste, alteram filiam eorundem Antonij coste et Gontarde: & hoc in vim predicti vltimi et nuncupatiui testamenti per dictum, An tonium coste conditi: & in quo heredem vniuersalem insolidum &
1 vnicum † instituit dictam Joannam. Uerum quia idem Anto nius testator in dictis eius bonis, si contingeret dictam Joannā ab hoc seculo ante tempus iuris testandi decedere, heredes sibi instituit, fecit & nominauit dictos Claudium chaberij & Monetā coniuges equis partibus & portionibus & superuiuente ipsorum, & eorum liberos ex dicto eorum matrimonio procreatos seu pro creandos, dico quod quia dicta Joanna post ea ab humanis et sine liberis decessit ante duodecimum etatis annum, & sic ante tē pus in quo testari potuerit. l. qua etate. in principio, cum suis simi libus. ff. de testamentis. institutio ibi facta sibi locum vendicauit in personam dictorum Claudij chaberij, Monete vxoris, & qua tuor liberorum, seu duorum filiorum & duarum filiarum eorundē: & fuit substitutio predicta compēdiosa ad tempus pupillaris eta tis limitata, secundum Bald. que ab initio continebat pupilla rem et vulgarem expressas, vt no. ipse Bal. in l. precibus. colum. xvij. versic. vnum etiam aduerte & notabis &c. quem ibi sequitur Paulus d. cast. C. de impube. & alij substitutio. vel secundum alios fuit pupillaris continens etiam vulgarem expressam, vt ple nius not. Jaon in dicta. l. precibus. colum. xvij. ver. secundo sin gulariter limita &c. & alij in alijs locis, quos non refero: quia quod cunque dixerimus, substitutio predicta valuit in vim pupillaris: in vim cuius omnia bona fuerunt deuoluta ad substitutos. l. sed & si plures. §. ad substitutos. cum suis similibus. ff. de vulga. & pupil.
2 ¶ † Et licet prima facie omnes liberi predictorū Claudij chabe rij & Monete videatur haberi pro vno, pro eo quia fuerunt inuita ti sub nomine liberorum: puto tamen verius esse, quod tam ipsi, quam dicti eorum parentes censeantur viriliter, hoc est quelibet pro sexta parte inuitati, propter illa verba equis partibus & por tionibus. l. interdum. in prin. ff. de heredi. instit. Ex quibus infer tur quod tempore matrimonij cōtracti per & inter Dauidē Ros seti ex vna parte, & Margaretam filiam naturalem & legitimam dictorum Chaberij et Monete, predicta Margareta habebat sextam partem illius dimidie partis: quam sibi tempore facte do nationis reseruauerat dictus quōdam Antonius coste: habebat etiam sextam partem domus & terre predictarum: si tamē ille fue rint dicti quondam Antonij coste.
3 ¶ Predictis nō obstat remissio † substitutionis, quam fecisse di cuntur dicti Claudius Chaberij et Moneta tempore contracti matrimonij seu sponsalium per & inter prouidum quondam virū Antonium Rosseti & dictam Joannam, seu pro ea & eius nomi ne eosdem Chaberij & Monetam, & quosdam alios ipsius Joan ne cognatos, affines, vel amicos. Quoniam respondeo quod illa remissio censetur habuisse tacitam conditionem, scilicet si nuptie sequerentur: hoc est si matrimonium contraheretur inter eosdem Antonium Rosseti & Joannam, arg. l. in rebus. versic. sed id agi videtur. & l. stipulationē. & l. non enim. cū suis similibus. ff. de iure dotium. Erat igitur opus ad validitatē dicte remissionis, quod matrimonium sequeretur, quia conuentio conditionalis per euen tum conditionis sumit effectum, l. qui heredi. §. fina. ff. de condi. & demonstra. l. pecuniam. ff. si certum petatur. & l. cedere diem. ff. de verborum significa. Sed cum vt audio dicta Joanna tempo re eius mortis non excederet eius etatis annū decimum, ipsa nō potuit contrahere matrimonium cum dicto Antonio rosseti: nisi tunc fuisset viripotens, et talis q coire potuisset, per ea que scri bunt docto. in c. puberes. et c. de his. de desponsalib. impuber.

¶ Quod autem dicitur in casu, matrimonium predictum fuisse in facie sancte matris ecclesie celebratum, nihil facit ad rem, sup posito vt dixi quod illa nō excederet decimum annum sue etatis: nisi vt etiam dixi probaretur quod esset viripotens: tunc enim exi stimarem remissionem predictam valuisse quoad dictos Chabe rij & Monetam. Et sic in vim dicte substitutionis solum successis sent dicti liberi, quilibet scilicet pro quarta parte. Et siue quilibet dictorum liberorum successerit pro sexta parte, siue pro quarta, di co quod quo ad illas partes non est expectanda mors patris.

¶ Restat tamen dubium in hoc, an pater habere debeat vsum
4 fructum, † quandiu vixerit, in portionibus peruentis ad dictos li beros, prout regulariter habet pater in bonis aduentitijs libero rum ipsius potestate existentium. l. j. C. de bonis mater. et. l. cum oportet. in principio, cum suis simili. C. de bo. que libe. super quo dubio sunt oppositiones. Irnerius vero prout refert gloss. in aut. item hereditas. super verbo forsan. C. de bo. que libe. videtur sen sisse, quod quemadmodum pater succedens filio defuncto cum a lio filio fratre defuncti non habet vsumfructum in portione de lata ipsi filio: ita nec habet vsumfructum in portione delata filio, quando cum eo succedit vni extraneo: & hunc intellectum sequun tur Salice. & Paulus de castro in dicta aut. itē hereditas. Sed contrarium tenuit Jac. de are. in dicta aut. quem sequuntur Cy. Rapha. Fulgo. & Philip. de corne. qui bonam rationem diuersi tatis assignant, prout ibi videri potest. Et hec opinio videtur mi hi verior, scilicet quod pater debeat habere vsumfructum in por tionibus delatis eius liberis. Nec poterunt viuente patre, & eo in
5 uito dicti liberi petere diuisionem, cum sint in ipsius † patria po testate: et sic contra eum agere non possunt. l. lis nulla. ff. de iudic. et dicta. l. prima. C. de bon. mater. Et per hec patet responsio ad multa quesita.

¶ Uenio ad illud dubiū, in quo queritur an dicti Claudius cha berij & Moneta potuerint in preiudicium liberorum facere affrai ramentum cum dicto Antonio rosseti. Ad quod respondeo, q ex forma affrairamenti non apparet, q dicti Claudius et Moneta affrairamentum fecerint de quotis & portionibus dictorum suo rum liberorum: sed solum eas fecerant de bonis suis. Nisi forte di ceremus, q dictus Claudius illud fecerit etiam quoad vsumfru ctum, quem habebat in portionibus delatis vel deferendis suis liberis.

¶ Ad aliud, quo queritur an dictus Dauid debeat participare in bonis acquisitis post mortē dicti Antonij Rosseti eius quon dam patris, dico & respondeo quod affrairamentum seu societas contracta per et inter dictos Claudium chaberij, Monetam et
6 Antonium rosseti fuit dissoluta seu † rupta per mortem eiusdem Antonij. §. soluitur. cum suis simili. insti. de socie. nec in ea succes sit dictus Dauid eiusdem Antonij quōdam filius, etiam si filius heres extiterit: quod procederet etiam si fuisset pactum initum quod societas transiret in heredem. l. adeo. & l. nemo. ff. pro socio. & quod not. gloss. in dicto. §. soluitur. super verbo conuenerint, & Petrus de vbal. in suo tracta. de socie. par. xj. col. j. Propter qd dico, q si post mortē predicti Antonij fuerint aliqua bona acqui sita per dictos Chaberij & Monetam, aut eorum alterum, non de

ber dictus David habere in eis partem iure affrairamenti,seu so cietatis predicte. Quod tamē intelligo,nisi ista bona essent acqui sita non solum nomine acquirentis,sed etiam nomine dicti Dauidis:vel nisi post mortem dicti domini Antonij fuisset contracta societas inter eundem Claudium,Monetam & Dauidem,vel inter ipsos Claudium & Dauidem:que potuit contrahi non solum expresse,vt puta per conuentionem & pactum inter eos initas,sed etiam tacite per actus sociales & promiscuos,iuxta ea que scribūt doct.in.l.si patruus.C.cōmunia vtriusq iudi.Bar.in.l.titium & meuium.§.altero.ff.de administra.tuto.& Petrus de vbaldis in dicto suo tractatu socie.in tertia parte,col.j.& in multis passibus: super quo articulo non me extendo,vt pote nō plene informatus.

Ad aliud,quo effectualiter queritur,quomodo censeantur dicti Claudius Chaberij,Moneta & Antonius Rosseti se affrairasse,seu societatem contraxisse,dico & respondeo,φ scdm verba affrairamenti non solum videntur dicti Claudius & Moneta cōtraxisse societatem cum dicto quōdam Antonio:sed etiam inter seipsos.Nō enim dictum est,qd Claudius & Moneta ex vna parte,& Antonius ex alia de eorum proprijs personis & bonis presentibus & futuris affrairauerūt vnionemq &c.sed dicitur ibi,quod existentes & personaliter constituti Claudius Chaberij & Moneta coniuges,filia quōdam &c.Antonius coste & Antonius Rosseti:& postea subijcitur,que quidem partes attendentes & considerantes verum amorem & cordialem dilectionem,quam & quod habent vna pars erga alteram,premissis,consideratis & attentis dicte partes scз dicta Moneta de & cū volūtate &c. Ex quibus verbis apparet,quod Moneta non erat pars partis contrahentium: sed pars contrahentium.& idem dico de Claudio,hoc est quod dicti Claudius & Moneta non solum faciebant vnam partem, sed duas partes,& dictus Antonius aliam partem. Et quamuis verba notarij fuerint satis inepta,vt pote scripta per non intelligentem contractum:quilibet ex predictis tribus videtur communicasse bona sua alijs duobus,& sic cuilibet p tertia parte. Et quia verba potius hoc sonāt quoad communicationem bonorum antea quesitorum:quam id quod per aduersarium dicitur:eidem aduersario,hoc est Dauidi,incumbit probatio eius quod asserit: cōtra quem etiam facienda est interpretatio:quia in dubio contra eum fieri debet interpretatio,qui se fundat ex verbis contractus

7 †.l.veteribus.ff.de pact.&.l.stipulatio ista habere licere.§.in stipulationibus.ff.de verb.oblig.& in regula contra eum,de regulis iuris.in sexto:& qd not.Alexan.de imol.in.l.si pascenda.C.de pactis.& consilio.lxj.exordiēte,super eo de quo queritur &c. in primo volumine. Predictis non obstat illa verba, Item fuit vlterius actum quod omnia bona in futurum acquirēda inter dictas partes acquiri debeant per medium. Tum quia in illo articulo non fit mentio de bonis cōmunicatis,hoc est de acquisitis ante affrairamentum:sed de bonis postea acquirendis. Ex quo pacto,vt pote loquente de alijs bonis,non est fienda illatio ad cōmunicationem factam de bonis acquisitis:quia ex separatis nō infertur.l. inter stipulantem.§.sacrā.versi.sed hec dissimilia.ff.de verb.obl. l.si maritus.la.j.C.de dona.inter vi.& vxorē.&.l.papinianus exuli.ff.de mino. Tum & quia in dicto capitulo non magis exprimitur de dicto Antonio rosseti,quod bona acquirenda inter partes debeant sibi acquiri per medium,quam de dicto Claudio, vel de predicta Moneta:quia vt iam dixi non apparet ex verbis predicti instrumenti,quod dicti Claudius & Moneta solum facerent vnam partem:sed potius apparet φ quilibet faceret partem. Et sic non videtur qd dictus Antonius,vel prefatus David eius quondam filius petere potuerit vltra tertiam partē in bonis,que fuerunt dictorum Chaberij & Monete.

Ad duo quesita quorum primum exorditur, Itē queritur Antonius coste fecit testamentum,& Item plus queritur quomodo debeat detrahi pars &c.patet responsio ex his que superius dixi.

Ad aliud,quo queritur an predicti liberi prefatorum Claudij & Monete debeant habere partem in bonis acquisitis post mortem dicte Joāne,an vt predixi ex certis portionibus successerūt, non possum opportune respondere:pro eo qr nō sum plene informatus:esset enim intelligendum per quos bona predicta fuerūt acquisita,& quorum nomine,& ex quibus sine quibus non potest plene responderi.

Ad vltimum dico & respondeo,φ licet dictus David teneatur & debeat obseruare transactionem per se initam & iuratā,etiā cum opportunis renuntiationibus,& maxime cum illa quod pretextu deceptionis vltra dimidiā iusti pretij &c.per ea que scribunt docto.in.l.ij.C.de rescin.vendi.&.c.penul.de emptio.& vendi.& qd ponit Joan.de imol.in sua solenni repetitione.c.cum contingat. de iureiurā.ego tamen consulerem φ more bonorum virorū partes conuenirent,& per viā transactionis pacarent hanc dissensionem.est enim questio inter socerum & socrum ex vna parte,& generum ex alia,& sic inter coniunctos gradu affinitate:& re vera idem David fuit lesus in duobus:primo in eo quia ex persona patris,& propter affrairamentum habebat tertiam partē in bonis que fuerunt dictorum Chaberij & Monete tempore affrairamenti,& in bonis postea acquisitis viuente predicto Antonio:& tamen tempore matrimonij huius Dauidis tertia pars bonorum fuit assignata non ipsi David duntaxat:sed etiam predicte Margarete eius vxori:& sic pro dimidia parte ipsi David,pro alia vxori.

Preterea idem David videtur habere vxorē sine dote & hec quo ad ipsum Dauidem:dicta vero Margareta habebat sextā partem in bonis relictis dicte quondam Joanne sue matertere.

Consulo igitur quod boni viri reuideant,& componant dissensionem,omisso rigore transactionis.

1 Furnum cuilibet an licitum sit facere & molēdinum,& in eisdem coquere panem & molere bladum.

2 Promissio,quam faciunt subditi dominis de molendo bladum in molendino eorum,presumitur extorta per metum.

3 Vocandi an omnes de vniuersitate sint pro actibus vniuersitatis.

Epitome.

Que seruitia insolita subditi dominis promiserunt,obtenta dispensatione iuramenti,cassari recte postulantur,tanφ metu extorta. V. S.

Quod me.cau. Consil.xlix.

Rout alias scripsi cuilibet permissum est de iure facere furnum † & mo

1 lendinum,et deinde in ibi coquere panem & molere bladum,vel etiam alibi,prout voluerit:pro eo quia ista sunt mere facultatis:et hoc procedit nisi esset transactio,per quam aliquis vel aliqui essent obligati vel astricti non facere molēdinum seu furnum,vel essent obligati vel astricti de coquendo et molendo in furno et molendino talis domini,vel nisi essent facte prohibitiones seu preconizationes,per quas fuisset aliquibus inhibitum de non faciendo molendinum seu furnum,vel de non molendo et decoquendo in alio molendino seu furno,quam in molendino & furno talis domini: et postea preterisset tempus sufficiens ad prescriptionem talis iuris, iuxta ea que notant doctores in.c. significante. de appellationi. Per. Jacob.in suis libel.titulo de furno. Bartholomeus Veronen. in suo tractatu de seruitu.sub rubrica de fur. et alij in alijs locis. Propter que puto,quod nisi alterum duorum predictorum interuenerit:potest vniuersitas de Neapola facere molendinum in dicto loco:& idem possunt illi particulares,qui non recognouerunt se debere eorum blada molere in molēdino domini de Turretis, nec se ad illa molendum in eodem per promissionem astringerunt. Quo vero ad illos,qui inibi molere promiserunt,& iurarunt, existimo quo saltem ratione iuramenti teneantur molere in molendino domini si est aptum. Verum videtur quod illa promissio

2 possit rescindi & cassari ex capite † metus:pro eo quia prestatio seruitiorum insolitorum vel indebitorum presumitur a dominis per metum extorta,per id quod no. Baldus in.c.primo.§.pactiones. de pace constan.in.c.primo,vbi etiam Alvarotus columna tertia.titu.qualiter vasal.do.iura.debe.fideli. Alexander de imola. in.l.prima.§.que onerande.ff.qua.rerum actio non datur. & Franciscus de aretio consilio decimoquarto,exordien. viso & diligenter considerato themate &c. versicu.venio nunc ad tertium,colū. secunda,& consilio vigesimoquarto,exordien. quatuor dubia &c. versicu.videamus modo si ad inductionem huius metus. Illi tamen qui recognouerunt et iurarunt non debent cōtrauenire prius quam obtinuerint dispensationem iuramenti,vel habilitationē, ad hoc vt possint impugnare recognitionem seu promissionem predictam et hoc pro quarta parte,iuxta ea que not.docto. communiter in.c.primo,de iureiurando. de quo Alexander de imol. consilio.cccxiiij.in scdo volumi. Et per hec patet responsio ad primum quesitum.

Ad secundum dico & respondeo,quod si contingat transactionem de qua ibi pronuntiari nullam,homines dicti loci de Neapola non possunt in vim illius cogi aut compelli ad obseruantiam eorum que ibi dicuntur de quinque casibus:sed aduertendum est ad id quod in transactione huiusmodi scribitur,scilicet φ in homagijs antea factis per homines dicti loci predecessori aut predecessoribus nobilis Andronici de Villanoua promiserunt teneri in quinque casibus generalibus et duplum seruitium &c.prout in instrumento huiuscemodi transactionis. Propter qd recognitiones & promissiones precedētes possunt esse tales,φ in vim illarum

rum possent ipsi homines cogi ad soluẽdum in illis casibus iuxta formã recognitionum & promissionum, etiam si transactio predicta esset nulla: quia per pronuntiationem siue declarationem nullitatis illius non impugnantur.

¶ Vidi instrumentum transactionis: nescio si omnes fuerint vocati ad actum, prout vocati expediebat: & si in veritate omnes fuerint vocati, illud erat scribendum: qđ tamen non reperio scriptum. Quis reperio φ due partes interfuerũt actui: sed de iure, actibus
3 vniuersitatis omnes sunt † regulariter vocandi. Quis postea due partes presentes possint procedere ad actum. Que omnia dixerim &c.

1 ¶ Substitutio heredis a testatore facta casu quo ab humanis sine prole decederet.
2 Donatio, quã socer genero facit de bonis omnibus presentibus & futuris, dicitur fieri propter nuptias. & nu. 6.
3 Donatio excedens summam quingentorum aureorum absq̃ insinuatione iudicis de iure non valet.
4 Decessus donatarij.
5 Donatio, quam socer genero facit, an valeat si gener est in patria potestate.
7 Donatio causa mortis non transmittitur ad heredem, si donatarius predecedat donatori.
8 Nostrum quod factum est ex vna causa an possit ex alia acquiri.

¶ Epitome.

¶ Rogatus de restituendis testatoris bonis non censetur grauatus de eo qđ ad ipsum peruenit ex dispositione inter viuos. V. S.

¶ De fideicommiss. Consil. l.



PONITUR in facto qđ dudum, anno scilicet incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimoprimo, et de mense Decembris, nobilis quondam vir Antonius de Laudunο, dominus de Codoleto, condidit eius testamentum nuncupatiuum: in quo inter cetera per eum disposita & fieri ordinata heredem suum vniuersalem insolidum & vnicum instituit & nominauit nobilem Bertrãdum de lauduno filium suum naturalem & legitimum & suos liberum seu liberos masculum vel masculos. Et casu quo idem nobilis Bertrandus ab humanis sine libero seu liberis masculo seu masculis ex suo matrimonio procreandis decederet, substituit nobilem Guillielmum de lauduno etiam filium suprascripti testatoris naturalem & legitimum & suos liberos masculos. Et casu quo idem Guillielmus sine libero seu liberis masculo seu masculis ex suo legitimo matrimonio procreato seu procreatis decederet, substituit nobilẽ Rostagnum de Lauduno scutiferum & suos liberos masculos ex suo legitimo matrimonio &c. Et casu quo idem nobilis Rostagnus ab humanis decederet sine libero seu liberis masculis ex suo legitimo matrimonio &c. substituit nobilem Franciscum de lauduno scutiferum de lauduno. Et casu quo idem Frãciscus decederet sine libero seu liberis masculis ex suo legitimo matrimonio procreatis, substituit nobilem Hugonem de lauduno dominum Montisfalconis. Successu temporis, anno scilicet domini millesimo quadringẽtesimo sexagesimosexto, & de mẽse Maij, fuit matrimonium contractum per & inter dictum nobilem Bertrandum de lauduno ex vna parte, et nobilem Micheletam de preyssaro, filiam naturalem & legitimam nobilis Raymundi de preyssaro ex alia: cuius matrimonij contẽplatione, & propter amorem syncerum, quem gerebat erga dictum nobilem Bertrãdum, dedit & donauit eidem nobili Bertrando tunc presenti, stipulanti solenniter & recipienti pro se et suis heredibus et successoribus quibuscunq̃ donatione mera, pura, simplici & irreuocabili, que fit
2 & fieri dicitur propter † nuptias, & vt dictum matrimoniũ melius suum sortiretur effectum, medietatem omnium, vniuersorum & singulorum bonorum suorum, rerum & iurium quorumcunq̃ presentium tunc & futurorum, & insequendo dies suos post eius obitum aliam medietatem eorundem bonorum suorum, saluo tamen & retento eidem nobili Antonio patri & nobili Falcone de mondeuil le eius vxori vsufructu eorundem bonorum, rerum et iurium per ipsum nobilem Antonium predicto nobili Bertrando eius filio donatorum quantum viueret in humanis: quam donationem et contenta in ea promisit & ad sancta dei euangelia iurauit tenere, attendere, complere & obseruare, & contra ea non venire, & renun-
3 tiauit iuri dicenti donationem excedentem summam quingentorum aureorũ absq̃ † insinuatione iudicis de iure non valere. Deinde vero fuit matrimonium per verba de presenti contractum & in facie sancte matris ecclesie solennizatum per & inter dictos nobiles Bertrandum & Micheletam. Successu temporis vita functus est dictus nobilis Antonius pater & donator, superstite dicto nobili Bertrando filio & donatario: qui vt creditur tenuit et possedit bona predicta titulo donationis antedicte. Viuente autem dicto nobili Bertrando vita functi sunt & ab humanis decesserunt dicti nobiles Hugo, Franciscus & Guillielmus: dictus videlicet nobilis Hugo primo & sine liberis, deinde vero dictus nobilis Frãciscus secundo loco, superstite nobili Guillielmo de lauduno eius filio: & deinde pfatus nobilis Guillielmus sine liberis. Est verum quod viuẽtibus dictis nobilibus Guillielmo filio dicti quondam nobilis Antonij & Rostagno, prefatus nobilis Bertrandus vendidit Antonio de ioyes mercatori castrum locum et territorium Codoleti, cum omnibus, vniuersis & singulis iuribus & pertinentijs eorundem. Successiue post venditionem predictã, & mortem predictorum, vita functus est ab humanis sine liberis
4 masculis decessit dictus nobilis Bertrãdus donatarius, † superstitibus pfatis nobilibus Rostagno scđo loco substituto, & Guillielmo filio dicti Frãcisci tertio loco substituti. Finaliter vita functus est ab humanis sine liberis decessit dictus nobilis Rostagnus, nulla per eum mota controuersia contra nobilem & generosum viruʒ Guillielmum de Anceduna: qui titulo venditionis eidem, vel nobili & generoso quondam viro Antonio de anceduna eius patri facte per Joannem de ioyes vniuersalem heredem dicti quondam Antonij, possedit & possidet castrum Codoleti & alia predicta, quod & que tam ipse & prefatus quondam nobilis Antonius, quam dicti de Joyes tenuerunt & possederunt viginti annis vel circa quiete & pacifice. Nunc autem dictus nobilis Guillielmus, filius quondam dicti nobilis Frãcisci, & pretensus heres tam eiusdem nobilis Francisci, quam dicti quondam Rostagni, controuersiam suscitauit contra eundem nobilem Guillielmum de anceduna, petens vt audio in vim substitutionum factarũ per dictum quondam nobilem Antonium de lauduno de dictis nobilibus Francisco & Rostagno, quibus se iure hereditario successisse pretendit, castrum & alia predicta sibi reddi aut restitui.

¶ Quesitum est an idem nobilis Guillielmus de lauduno de iure hoc facere possit. Pro cuius dubij solutione premitto, qđ donatio predicta facta dicto quondam nobili Bertrando contem-
5 platione matrimonij per eum tunc contracti valuit, etiam si tempore illius idem Bertrandus erat in patria potestate dicti nobilis Antonij: & hoc maxime, vel saltem propter iuramentum per dictum Antonium prestitum. Et quamuis donatio de qua supra videatur fuisse donatio causa mortis, non inter viuos, quatenus illa concernebat & concernit donationem medietatis predictorũ bonorum factã per eundem quondam Antoniũ, insequendo dies suos post ipsius obitum, pro quia ibi facta est mentio mortis seu obitus. l. seia. ff. de donat. causa mortis. & l. seia. & quod ibi gl. ff. de do. prele. & quod not. Bart. Bald. & docto. in. l. fin. C. de pactis. et Bald. in. l. si mortis. C. ad legem falcidiam. puto tamẽ esse verius quod etiam quo ad illam dimidiam partem sit donatio inter viuos: pro eo quia idem Antonius donationem predictam, ac omnia, vniuersa & singula in instrumento donationis huiusmodi contenta cõuenit & promisit dicto Bertrando donatario presenti stipulanti &c. ratam & firmam ac rata & firma habere tenere & perpetuo obseruare contraq̃ non facere dicere vel venire. Per hec enĩ verba patenter apparet donationem huiusmodi fuisse donationem inter viuos: quinimo & propter illa talis censeretur, si in ea dictum extitisset quod dictus Antonius donauit donatione causa mortis. l. vbi ita donat. ubi de hoc est casus. ff. de dona. cau. mortis. & quod not. Baldus in. l. secunda. C. de iure dotium. Angel. consilio centesimooctuagesimoprimo, exordien. Visis instrumentis &c. columna decima, versicu. nunc descendo ad secundũ. Paulus de castro consilio nonagesimooctauo, exordien. notandum est primo. Alexand. de imol. consilio decimoquarto, columna secunda, versic. predicta enim Maria donatrix promisit in dicto cõtractu. & consilio septuagesimooctauo, colũna prima & secunda in. ij. volumine. Et hoc fuit de mente Barto. si bene inspiciatur in. l. fi. columna penultima. C. de pactis. Et hoc etiam voluit dominus Jason maynus in. l. non omnes. columna secunda. ff. si certum petatur. secundum quem non obstat gloss. in. l. si alienam. §. marcellus. super verbo accepit. ff. de dona. causa mortis. quia super illa glo. non potest fieri fundamentum, pro eo quia illam expresse reprobant Jacobus de are. Albericus, & Bartolus. Et hanc conclusionem credit dominus Jason maynus multo fortius esse verissimam, quando vltra verba de quibus supra interuenit iuramẽtum: tunc enim proculdubio teneret quod donatio esset irreuocabilis. Et ita in indiuiduo consuluit Franciscus de aretio consilio septuagesimoquarto, exordien. diligenter & mature consideratis his que in puncto, columna tertia, versicu. prima ratio fundatur in iuramento posito in iure contractus, & Paulus de castro in dicto consilio nonagesimooctauo, & consilio centesimoprimo. Alex. de imol. in dicto cõsilio septuagesimooctauo, colum na prima, versicu. Item cum promiserit non contrauenire etiam cum iuramento, & sequitur dominus Jason in dicta. l. nõ omnis. Pro hac con

clusione etiam facit, quia in instrumento donationis huiusmodi
6 dicitur, eundem quondam nobilem Antonium donasse † dicto Bertrando eius filio donatione pura, mera, simplici et irreuocabili que fit et fieri dicitur propter nuptias nullo vnquam tempore reuocanda: per que verba apparet quod idem quondam nobilis Antonius donator voluit donationem huiusmodi esse fortioris nature, quam alias sit, vel de sui natura esse consueuerit donatio inter viuos, vt pote que ex certis causis potest reuocari. l. fina. C. de reuocandis donatio. et in. c. fi. de donatio. quod etiam voluit Alexander de imola, in dicto consilio decimoquarto, columna tertia, versicu quinimo fortius in dicta donatione. Etiam pro premissis facit, quia vt apparet ex tenore instrumenti donationis huiusmodi, ista donatio facta est dicto nobili Bertrando stipulanti et recipienti pro se et suis heredibus et successoribus quibuscunque. Quo casu ratione adiectionis facte de heredibus censenda est predicta donatio fuisse donatio inter viuos, vt voluit Baldus in. l. secunda. C. de iure dotium. et consilio tricentesimosexto. exordien. domina Joanna quondam affinem, in prima parte, Franciscus de aretio consilio septuagesimoquarto, columna quarta, versicu. tertio moueor. Alexander de imol. consilio. xiiij. columna. iij. vel circa, versicu. postremo etiam ex alio colligitur, et Bartholomeus socinus in dicta. l. non omnis. Pro quorum omnium dicto facit, quia donatio causa mortis non transmittitur ad heredem, si do-
7 natarius predecedat donatori, † dicta. l. non omnis. quod etiam voluit Bal. in dicta. l. secunda. C. de iure dotium. Franciscus de aretio et Alexander de imola in locis proxime allegatis. Et cum dictus quondam nobilis Antonius non solum donauerit dicto Bertrando eius filio predicta eius bona, sed etiam eorum vsumfructum sibi retinuerit: ipse censetur bona huiusmodi eidem tradidisse, et in eum transtulisse dominium et possessionem saltem ciuilem. l. quisquis. et quod ibi gloss. et docto. et. l. si quis argentum. §. sed si quidem. C. de donatio. Quod si ita est: immo quia est ita, factus est idem Bertrandus dominus et possessor predictorum bonorum in vim dicte donationis: et sic non in vim testamentarie dispositionis, seu hereditarie institutionis de eo facte. Pro quo allegasse sufficiat. l. iij. §. ex plurimis. versicu. nec enim sicut dominium. et quod ibi gloss. et docto. ff. de acquirenda possessio. et. l. non vt ex pluribus. ff. de regulis iuris, in quibus locis probatur quod ex pluribus causis successiuis non potest nobis dominium eiusdem rei aut earundem rerum acquiri: et sic quod iam factum est
8 nostrum ex vna causa non potest † ex alia acquiri. Quia igitur bona dicto Bertrando donata ad eum peruenerunt titulo donationis, non titulo institutionis, vel alias ex dispositione testamentaria dicti quondam nobilis Antonij, illa non venerunt in pretenso fideicommisso dictis quondam nobilibus Rostagno et Francisco aut alteri eorum relicto: pro eo quia rogatus seu grauatus de restituenda hereditate vel bonis testatoris, non intelligitur grauatus de restituendo id quod ad eum peruenerit ex dispositione inter viuos. l. vxorem. §. testamento quo filium. ff. de legatis tertio. l. cum pater. §. fidei tue. et. l. sequens questio. ff. de legatis secundo. l. debitor. §. fina. et. l. a filia. et quod ibi Alexander de Jmola, et docto. ff. ad trebellianum. quinimmo voluit plus dicta. l. a filia. quod licet quis rogatus, aut grauatus extiterit de restituendo substituto, quicquid ex bonis defuncti seu testatoris ad eum peruenit: non tamen intelligitur rogatus restituere id quod ad eum peruenit ex dispositione inter viuos: quod secundum Ang. est notandum. Et huius dicti ratio reddi potest secundum Alexandrum de imol. in dicta. l. a filia. quia illa verba quicquid ex bonis &c. intelliguntur id est quicquid ex hereditate mea: non ex contractu inter viuos, etiam si ab initio non valuisset contractus, sed morte confirmaretur, dicta. l. cum pater. §. fidei tue. et. l. sequens questio. Et quod in fideicommisso vniuersali restituendo non veniant ea, que heres aliunde acquisiuit, quam ex testamento, etiam si illa acquisiuisset a testatore, concludit Alexander de imol. consilio. xx. exordiente, ponderatis his que in themate, columna. ij. iij. et. iiij. in tertio volumine.

¶ Ex quibus infertur quod per donationem superius mentionatam fuit derogatum dictis pretensis substitutionibus, et quod in vim illarum non potest dictus nobilis Guillielmus de laudumo petere castrum de Codoleto, et alia predicta. forte etiam dictus Rostagnus non acceptauit fideicommissum. Que omnia dixerim sub correctione &c.

1 ¶ Facere regulariter potest quis per alium quod potest per seipsum.
2 Filij non possunt contrauenire transactioni matris, nec illam impugnare.
3 Jnstitutio heredis a testatore facta, et substitutio si heres decederet ab humanis sine prole legitima, qualiter valeant.
4 Voluntas et dispositio testatoris, cum equiparentur legi: immo sint quedam lex, debent obseruari, et nu. 10.
5 Substitutionis verborum declaratio.
6 Substituto titium et eius heredes, pro quibus capiatur verbum heredes.
7 Testator censetur plus dilexisse heredes filij primo inuitati, quam heredes substituti.
8 Verbum sine prole, an debeat interpretari de prole masculina.
9 Lex prosequitur voluntatem testatoris, sicut venator leporem.
11 Obliuioni tradendum non est dictum Pauli de castro.
12 Fundamentum sue intentionis quilibet probare tenetur.
13 Restitutio in integrum ex capite iuste ignorantie quamuis aduersus prescriptionem regulariter detur: hoc tamen non procedit in prescriptione quadraginta annorum: que omnem in integrum restitutionem implorari impedit.
14 Molestia et inquietudo diceretur inferri, vbi quis iudicialiter vexaretur.

¶ Epitome.

¶ Accidit aliquando vt quum de prole mentio facta est, de masculina tantum intelligatur. V. F.

¶ De verbor. signifi. Consi. lj.



Viso processu dudum coram pro et pendente indeciso per et inter nobiles viros Payanum et Monetum rascassij, fratres patrueles actores ex vna parte, et nobilem et generosum virum Ludouicum de ponteues et nobilem mulierem dominam Mathelinam balbesse eius vxorem reos ex alia, dico et respondeo, sub correctione cuiuslibet domini melius sententis, sententiam absolutoriam fuisse et esse proferendam pro eisdem nobilibus Ludouico et Mathelina, et dictos nobiles Rascassios fore et esse condemnandos in expensis. Pro cuius dicti faciliore declaratione premitto, quod quemadmodum nobiles et honeste quondam mulieres Maria et Alayeta balbesse, pretense filie naturales et legitime nobilis quondam viri Ludouici balbi, maiores. xij. annis potuerunt, etiam si tunc fuissent minores viginti quinque annis, per se transigere cum nobili quondam viro Philippo balbi, et per iuramentum sibi auferre beneficium restitutionis in integrum, authen. sacramen. pube. et quod ibi scribentes. C. si aduer. vendi. ita et potuerunt constituere procuratorem ad transigendum pro et nomine earundem, et per iuramentum vel propter iuramentum ab eisdem prestitum sibi auferre beneficium restitutionis in inte-
1 grum: quia regulariter potest quis facere per † alium, quod potest per seipsum, regula potest quis. de reg. iu. in. vj. pro quo facit. c. tibi domino. di. lxiij. vbi quis iurat per alium. facit etiam. c. fi. de procura. in. vj. vbi patet quod quis potest per alium contrahere matrimonium, faciunt et alia allegata per glo. Philip. de Fran. et alios in dicta regula, pot. quis. et per dominum Ant. Floren. archiepis. in. j. parte summe. tit. xx. c. potest quis. facit etiam pro hoc quod no. Bar. in l. minor. xxv. annis. ff. de mino. et post eum Jo. de imo. in. §. appellatur. col. iiij. ver. aduertas tamen. insti. de excep. vbi voluit quod si minor litiget per procuratorem, quem cum iuramento constituit: ipse perdit beneficium restitutionis in integrum, dicta aut. sacramen. pube. ¶ Cum igitur dicte nobiles Maria et Alayeta maiores. xij. annis procuratorem constituerint nobilem Guillielmum rascassij, earum socerum, et auum paternum dictorum nobilium Payani et Moneti, et illi ad transigendum, paciscendum et compromittendum licentiam plenariam et omnimodam potistatem concesserint, iurauerintque omnia vniuersa et singula in instrumento constitutionis huiusmodi contenta attendere, complere et nunquam contra facere, dicere vel venire quouismodo, dictusque nobilis Guillielmus in vim huiuscemodi procuratorie potestatis pro et nomine earundem nobilium Marie et Alayete postea transegerit cum dicto nobili Philippo, non potuerunt ipse nobiles Maria et Alayeta nec hodie possunt ipsi nobiles actores earum filij, et pretensi vni-
2 uersales heredes, † contrauenire dicte transactioni, nec illam impugnare. Et quidem non ex capite nullitatis, quasi non habuerit idem quondam nobilis Guillielmus mandatum ad transigendum, prout asseruit pars aduersa: cum de contrario appareat per acta cause huius: non etiam ex capite lesionis citra dimidiam iusti pretij, etiam si de illa appareret: pro eo quia (vt predixi) dicte nobiles Maria et Alayeta sibi preiudicarunt quo ad remedium huiusmodi, propter iuramentum per easdem prestitum de attendendo, complendo et non contrauenniendo, dicta aut. sacramenta puberum. et quod dicit Barr. in. d. l. minor. xxv. annis. et quia etiam dicte Maria et Alayeta tempore facte constitutionis huiusmodi, et sub presentia magistratus auctorantis et decretum interponentis, iurauerunt

runt non venire contra ratione minoris etatis, nec petere restitutionem in integrum. Fuerunt igitur ab illo remedio excluse, etiã si non fuissent (prout tamen fuerunt) de illo certiorate, fm theoricam Bar. quam magis communiter sequuntur docto. in dicta auth. sacramenta puberum, vt colligi potest ex his que ibi not. do. Jason may. col. xiij. vers. contrarium tenet Bar. vbi etiam dicit esse temerarium ab ea recedere. dicit etiam Alexan. de imo. cõsi. xlj. exordiente, super premisso themate, colũ. nona, in primo volumine, q ista est communis sententia, quam communis stylus approbat. Et quamuis Jo. de imo. teneat cõtrarium in. c. cum causam. de emptio. z vendi. ipse tamen attestatur q practica z cõsuetudo approbant opinionem Bar. Non est ergo ab ea in consulendo vel iudicãdo recedẽdũ. c. de iudicijs. ij. q. iij. c. nouimus. z qd ibi Anto. de but. de verb. sig. z. l. j. ver. crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. z qd not. Hostien. Joan. and. z alij in. c. j. de constitutionibus. z doct. in. l. fi. C. de pe. iudi. qui male. nec etiam ex capite enormissime lesiõis: qr re vera nec prefate nobiles Maria z Alayeta, nec nobilis Margareta earum soror fuerunt enormissime lese: quinimo nec aliquomodo lese, cum vt apparet ex dispositione testamentaria nobilis quondam viri Manuelis balbi, dicti nobilis Ludouici quõdam patris, z dictarũ Marie, Alayete z Margarete aui paterni, idem Manuel heredem vniuersalẽ
3 instituerit † dictum nobilẽ Ludouicũ eius filium, z illi si sine prole masculina ab humanis decederet effectualiter substituerit dictum nobilem Philippum, exclusa seu repulsa prole feminina. Et hoc colligitur primo ex illis verbis, Et si contingat dictum filium heredem institutum habere filiam seu filias hoc casu iubeo atq mando ipsas nullatenus in dictis bonis meis institui debere nec hereditatem habere sed dictus Ludouicus filius et heres meus iure institutionis z pro iure legitime assignare debeat cuilibet ex ipsis filiabus quingentos florenos. Ubi aduertendum est quod idem nobilis Manuel iussit z mãdauit nullatenus dictas futuras neptes, si que essent, debere institui, z nullatenus habere eius hereditatem: sed institui in quingentis zc. illa enim dictio nullatenus, vt dicit do. Jason May. in fin. col. iiij. ff. de ferijs. est vniuersalis negatiua, z tantum importat quantum dictio nullomodo, z posita in lege vel canone importat nullitatem actus ipso iure, per id quod no. glo. in auth. si qua mulier. C. ad velleia. de qua festum facit do. Cardina. Floren. in. c. super literis. de rescrip. importat etiam tantum quãtum clausula decreti annullatiui, per id quod not. Antonius de Butrio, z Joan. de imola in clemen. j. de sequestra. posses. z fructu. per illum text. in verbo nullatenus. vbi etiam do. Cardi. in. §. si quis autem. q. vj. z alij plenius relati per domi. Jasonem vbi supra. Quo fit vt satis apparuerit z appareat de mente dicti nobilis Manuelis, scilicet quod noluerit filias dicti Ludouici per eum posse institui, seu etiam posse in ipsius Manuelis hereditate seu bonis succedere: z cum voluntas z dispositio testatoris equiparentur legi, immo sit quedam † lex, authẽ. de
4 nuptijs. §. disponat. collatione. iiij. debuit dispositio huiusmodi obseruari. Secundo colligitur quod predixi ex substitutione, quã idem Manuel. fecit de nobilibus z generosis viris Girando de Villanoua, domino de Arcubus, Helione de Villanoua dño de Transio, z Antonio de Villanoua domino de Bargema: in qua substitutione formaliter sic dixit. Et si predictos filiũ meum, seu filium masculum ex eo primogenitum, seu dictum nobilem Philippum sine heredibus masculis ab ipsis legitime procreatis decedere cõtingeret, eo casu dispono z iubeo, quod omnia z singula bona mea iure substitutionis penitus deueniãt ad magnificos Giraudum, z alios proxime nominatos. Ubi aduertẽdum est, quod ille Manuel testator noluit propter superexistentiam filiarũ Ludouici, vel etiam eius filij primogeniti, si ex illis, vel alter eorum superfuissent, repelli dictos nobiles de Villanoua vltimo loco substitutos: z ita si viuente predicto Ludouico ab humanis decessisset dictus Philippus balbi frater Manuelis, z primo loco post primogenitum dicti Ludouici substitutus, z deinde sine liberis vita functus extitisset idem nobilis Ludouicus, superstitibus tamen dictis nobilibus Maria, Alayeta z Margareta, ille non repulissent dictos nobiles de Villanoua, vt apparet ex verbis substitutionis predicte: sed apparet illos solum voluisse repelli per superexistentiam liberorum masculorum dicti Ludouici, z primo geniti filij masculi, insuper dicti Philippi z suorum masculorum.
5 Ita enim sonant verba † substitutionis: que cũ clara sint, z de cõtraria mente non appareat, non est ab eorum significatione recedẽdum. l. ille aut ille. §. cum in verbis. z. l. non aliter. ff. de legatis tertio. Si igitur predicta Maria, Alayeta z Margareta repulsure non erant dictos nobiles de Villanoua vltimo loco substitutos: ergo nec repellere poterant dictum Philippum primo loco, vel saltem ante eos substitutum. l. publius meuius. §. titia codicillis. ff. de condi. z demon. vbi probatur, quod verisimiliter censetur testator plus dilexisse institutos, q substitutos: z plus positos in precedenti gradu, q in sequenti: quod etiam ibi voluit domi. Bartho. Soci. colum. ij. versi. septimo not. Alexand. de imo. consilio. j. colum. viij. versicu. septimo probatur, in primo volu. et pro hoc dicto allegat vbi supra do. Bartho. Soci. id quod not. Bar. in. l. gallus. §. etiam si parente. colum. ij. versi. quero iuxta predicta. ff. de libe. z posthu. vbi dicit quod si testator filium instituat, z
6 ei si decesserit sine liberis substituat titium z eius heredes, † verbum heredes debeat intelligi de filijs seu liberis ipsius titij: non de heredibus extraneis: quia alias resultaret iniquitas, z contra mentem testatoris: qui sicut predilexit filium viuum titio: ita heredes filij predilexit vltra heredes titij, maxime si contingeret qd heredes filij essent de agnatione testatoris, z heredes titij essent extranei: quod non est presumendum testatorem voluisse: pro quo allegat in argumentum dictam. l. publius. z sic cõcludit argumẽto illius quod dicto casu intelligatur titius substitutus, z huius heredes, scilicet filij. Et istud coctingit pro eo quia censetur testator plus dilexisse heredes filij primo loco inuitati, quam heredes
7 titij substituti: † ergo z in casu nostro plus dilexisse censendus est dictus Manuel testator Philippum eius fratrem primo seu secundo gradu substitutum, quam dictos nobiles de Villanoua vltimo gradu substitutos. Si ergo noluerit illos repelli propter superexistentiam filiarum dicti nobilis Ludouici: ergo nec ipsum Philipum, dicto. §. titia codicillis. Esto igitur quod appellatione prolis alias venirent illi qui veniunt apellatione liberorum: z sic non solum masculi: sed etiam femine, vt videtur voluisse Philip. de Fran. in repeti. c. si pater. charta penul. vel circa, ver. vicesimo qui dicantur de prole. de testa. in. vj. quodq idem quondam Philippus legeretur fuisse substitutus dicto quondã nobili Ludouico sub illa conditione, si scilicet sine prole decederet: non propterea sequeretur qd dicte nobiles Maria, Alayeta z Margareta debuerint aut de iure potuerint repellere dictum nobilẽ Phi-
8 lippum: z hoc pro eo quia illud verbum sine prole, † debuit interpretari z intelligi de prole masculina seu masculini sexus, z hoc propter coniecturatam mentem dicti nobilis Manuelis: que insurgit ex illis duobus que predixi, scilicet quod voluerit z mandauerit neptes ex dicto nobili Ludouico, si que nascerentur z essent, nõ debere institui, z ipsas nullatenus in suis ipsius Manuelis hereditate z bonis succedere: sed eis relinqui pro legitima zc. z qr noluit propter superexistẽtiam huiuscemodi neptium repelli dictos de Villanoua vltimo loco substitutos. Non enim credendus est dictus nobilis Manuel, qui primo volerat et iusserat dictas eius neptes nullatenus debere institui aut succedere zc. voluisse se illico corrigere, z corrigendo dicto Philippo preferre dictas neptes aut proneptes, z propter earum superexistentiam eundem Philippum repellere. l. non ad ea. cum suis simili. ff. de condi. et demon. quod tamen facere censeretur, si illud verbum sine prole, acciperetur tam pro prole masculina, quam feminina: qr sic etiam proles feminina, quamuis non censeretur expressa voluntate testatoris inuitata seu substituta, repulisset tamen substitutum ex expressa voluntate eiusdem testatoris. l. lucius. la. ij. ff. de heredi. institu. l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de lega. j. z quod not. Oldr. consi. xxj. exordiente, thema tale est. ad fi. quinimo censeretur proles ipsa fuisse expresse inuitata, z hoc secundum opinionem plurium, qui per modernos solent referri in dicta. l. lucius. z plenius in. l. ab eo. C. de fideicommis. z in. l. j. C. de condic. inser. per Philip. de Cor. z per alios in diuersis alijs locis tam in scribendo quã consulendo. Et hec essent contra mentem predicti testatoris, coniecturatam z clare collectam ex illis duobus que superius recitaui: que tamen mens seruanda est. l. cum questio. in fin. C. de lega. l. cum virum. C. de fideicommis. z. l. penul. z fin. C. de necessa. ser. he-
9 redi. institu. vbi dicit Bald. quod lex prosequitur † voluntatem testatoris, sicut venator leporem. Et quod voluntas seu mens restatoris dominetur in vltimis voluntatibus, maxime in substitutionibus fideicommissarijs, solent etiam allegari. l. in conditionibus primum locum. et dicta. l. publius meuius. §. titia codicillis. in fin. ff. de conditionibus z demonstrationibus. l. si mihi z tibi. in fin. z. l. penulti. ff. de lega. primo. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad trebel. l. quisquis. versicu. voluntatem preterea defuncti zc. ff. de legatis tertio, z adeo predominatur in premissis voluntas seu mens testatoris, quod curandum non existat de verbi qualitate, dummodo constet de mente testatoris. l. quoniam indignum. et quod ibi Bald. in secundo notabili. C. de testa. et bene facit text. quem sepe allegat Ange. in. l. iij. C. de libe. preteri. vbi dicit text. cum enim manifestissimus est sensus testatoris, verborum interpretatio nusq tãtum valeat, vt melior sensu existat: de quo meminit Angel. in consilio tricesimoquadragesimoprimo, exordiente, totum dictum statutum zc. colũna secunda, vbi multa dicit de mente obseruanda, z quod ab eã non sit discedendum, etiam si non sit eadem cum verborum figura. l. non dubium. C. de legi. in secunda gloss. ponit et alia multa que possunt ibi videri, et vt dicit domi-

nus Bartholomeus: Socinus in dicta.l. in conditionibus. in
10 principio, mens testatoris pro lege seruanda † est, dicto authenti.
de nuptiis.§.disponat. et propter eam recedimus a verborum pro-
prietate, dicta.l.non aliter.ff.de legatis tertio, et propter eam dis-
iunctiua resoluitur in coniunctam, dicta.l. lucius. et.l. generali-
ter. in principio.C.de institutionibus et substitutionibus. et ver-
ba directa obliquantur.l.sceuola.ff.ad trebel. et obliqua directan-
tur.l.tractabatur.ff.de testamen.mili. Et ideo non immerito di-
cit iurisconsultus in.l.ex facto.la grande.ff.de heredibus institu.
quod voluntas defuncti totum facit. Concludo igitur in hoc ar-
ticulo, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, quod
verbum sine prole, positum in substitutione facta de dicto nobili
Philippo, debuit et debet intelligi de prole masculina, ⁊ ad illã
limitari et restringi: et qđ propterea dicte nobiles Maria, Alaye-
ta et Margareta non repulerunt dictum Philippum substitu-
tum: sed sibi locũ vẽdicauit substitutio fideicõmissaria, in vim cu-
ius debuerunt hereditas et bona predicti quondam Manuelis
eidem Philippo restitui, detractis saltem duabus quartis, scili-
cet legitima ⁊ trebellianica, iuxta theoricam quam ponit gloss. et
sequitur Bartolus, et doctores in.l. papinianus.§. meminisse.ff.
de inofficioso testamento. glo. Barto. et docto. in.l. quamquam.
C.ad legem falcidiam. Bald. in.l. filium quem.C.familie ercisců.
multas remissiones ponit domi. Jason may. in dicta authentic.
res que. columna tertia.C.communia de leg. et quod dictus Lu-
douicus fuerit filius vnicus, legitima eius fuit triens bonorum
dicti quondam Manuelis, eorum scilicet que superfuerunt de-
ducto ere alieno et funeris impensa, authentic. de trien. et semis.
§.j.colla.tertia, ⁊ transumptiue in dicta authent. nouissima.C.de
inofficioso testamento. iuncta dicta.l.papinianus.§.quarta autẽ.
Trebellianica vero est quarta pars residui, iuxta theoricam quã
ponit glo. in.c. Raynaldus. super verbo, licet ipsas, de testa. Bal.
in.l.scimus. in principio, in fine prime colum.C.de inofficioso te-
stamento. ⁊ plenius in.l.si vero.§.quid ergo.ff.de testamento mi-
lita. ⁊ Angelus consi.cxcix.columna secunda, ⁊ Joan. de imol. in
l. coheredi.§.cum filie. columna secunda.ff.de vulgari et pupilla.
Et facta opportuna calculatione iste due quarte ascendebant ad
dimidiam partem. Non ergo fuerunt predicte nobiles Maria,
Alayeta ⁊ Margareta lese, si dimidia pars bonorum dicti quon-
dam Manuelis fuerit per transactionem adiudicata dicto nobi-
li Philippo in vim substitutionis de qua supra, ⁊ alia eisdem no-
bilibus Marie, Alayete ⁊ Margarete pro dictis duabus quar-
tis: quia ita de iure fiendum erat. Nisi forte dicamus, ⁊ ad diminu-
tionem iurium earundem nobilium, quod immo ipse debuerunt
minus habere, pro eo quia fructus percepti per dictum Ludoui-
cum erant eis in trebellianicam imputandi, vt voluit Paul. de
castr. in.l.ꝙ de bonis.§.fructus.ff.ad legem falcidiam. ⁊ in.l.mu-
lier.§.cum proponeretur.ff.ad trebel. ⁊ consilio nonagesimosecun-
do, exordien. quia dubia supra formata ⁊c. columna fin. Pro quo
allegat.l.in fideicommissariam.ff.ad trebel. et respondet.l.iube-
mus.C.eodem titulo quod illa loquitur eo casu quo filius detra-
hit tantum vnam quartam, ⁊ dicit Alexand. de imol. in dicto.§.
cum proponeretur. columna secunda, quod hoc dictum Pau. de
11 castro nunꝗ est † obliuioni tradendum: quia est peregrina limi-
tatio ad dictam.l.iubemus. Et hoc dictum Pau. placuit Alex.
de imo. in dicto.§.cum proponeretur. magis quam dictum Ang.
contrarium tenentis. Super quo tamen non insisto, vt pote non
necessario, postꝗ partes conuenerunt de bonis diuidẽdis in duos
semisses. Patet itaq; quod prefati nobiles Payanus ⁊ Mone-
tus rascassij minus ciuiliter contrauenire nituntur predicte trans-
actioni, quasi fuerit nulla defectu mandati, prout non est: cum de
dicta procura. potestate appareat, vel quasi per eum fuerint dicte
nobiles lese non solum vt pretendunt vltra dimidiam iusti precij:
sed in totum, ⁊ per dictum Philippum ad eam ineundum calu-
mniose inducte, cũ vt dixi ex testamento predicti Manuelis ap-
pareat de substitutione facta de dicto Philippo, ⁊ ꝙ illa sibi lo-
cum vendicauerit non obstante superexistentia dictarum filiarũ.
¶ Preterea eisdẽ nobilibus Payano ⁊ Moneto obstat lapsus
septuaginta annorum, ⁊ vltra: ⁊ sic prescriptio logissimi temporis.
l.sicut. ⁊.l.dominus. cum suis simili.C.de prescri.xxx.vel.xl.anno.
Quibus non refragatur petitio restitutionis in integrum, quam
sibi ex capite ignorantie concedi postularunt. Tum quia huiusce-
modi pretensa ignorantia non est probata: que tamen, vt pote pre-
tensum fundamentum huius restitutionis, videbatur esse probã-
da: quia quilibet tenetur probare id quod est fundamentum sue
12 intentionis, † siue illud sit affirmatiuum, siue negatiuum.l.actor.
C.de prob.l.in exceptionibus. in principio.ff.eo.tit.l.si quis.C.de
fabricen.libro.xj.l.in illa. ⁊ se. ⁊ quod ibi Barto. ⁊ docto.ff.de ver-
borum obligationibus. ⁊ Innocen. in.c.super his. de accusa. ⁊ sal-
tem hoc probare tenebantur per iuramentum, vt dici solet in si-
mili de illo qui post cõclusionem in causa factam, producere vult
instrumenta quasi nouiter reperta: tenetur enim probare saltem
per iuramentum quod illa nouiter repererit. Pro quo remisisse
sufficiat ad ea que ponit domi. Jason may. in repetitione.l.admo-
nendi. charta decima, columna tertia, versicu. qualiter autem pro-
babitur.ff.de iureiurando. Tum ⁊ quia nõ subest iusta causa, pro-
pter quam debeant dicti actores restitui in integrum aduersus
prescriptionem, cum vt dixi non fuerint dicte nobiles Maria et
sorores lese per dictam transactionem: sed eis adiudicatum quod
de iure adiudicari potuit, ⁊ vt predixi secundum quosdam plusꝗ
adiudicari debuerit. Tum ⁊ quia quamuis aduersus prescriptio-
13 nem detur regulariter restitutio † in integrum ex capite iuste igno-
rantie, propter illam generalem clausulam, si qua mihi iusta cau-
sa esse videbitur, de qua in.l.prima, in fin. ⁊ in.l.sed ⁊ si per preto-
rem.§.finali.ff.ex quibus causis maio. ⁊ quod voluit gloss. in.l.si
partem.§.finali, in verbo non vtendo, iuncto text.ff. quemadmo-
dum seruit. amittantur. gloss. in.l.j.C.de patria pote. Specul. tit.
de presciptio.§.j.ver. pone colonus. Bar. ⁊ Ange. in.l.j.§.si quis
autem per illum ⁊c.ff.de itine. actuq; priua. ⁊ alij in alijs locis:
hoc tamen non procedit in prescriptione quadraginta annorum,
omnem in integrum restitutionem implorari impedit, ⁊ saluberri-
me legis dispositione munitionem impendit seu tribuit, vt plenis-
sima munitione possessor securus existat.l.omnes. ad fin.C.de pre-
scriptio.xxx.vel.xl.anno. Jlle autem dicitur tutissimus seu plenis-
sima munitione securus, contra quem non competit restitutio in
integrum, vt not. gloss. ab omnibus approbata in.l. ait pretor.§.
permittitur, in verbo imputandum.ff. de minoribus. et ita tenet
Ange. in quibusdam lecturis, dicta.l.sicut. ad fi.C.de prescriptio.
xxx.vel.xl.anno. ⁊ cum habeamus text. in dicta.l. omnes. ad fin.
non videtur multum curandum de autoritatibus docto. partem
contrariam tenentium: ⁊ pro hac parte etiam videtur bonus tex.
in.l.fin. versi. vel molestiam ⁊ quamlibet inquietudinem frauda-
re, ⁊ in versicu. absq; vlla innouatione durare.C.de fun. patri. lib.
xj. molestia enim et inquietudo diceretur inferri, seu innouatio fie-
14 ri, vbi quis iudicialiter † vexaretur.l.j. in versicu. molestiam. ⁊ qđ
ibi Bald.C.de nundinis. ⁊ Ange. auth. de fideiussoribus. in prin-
cipio, in verbo molestus sit, colla.j. Non ergo potest per illum cõ-
tra quem decursa est prescriptio.xl.annorum peti in integrum re-
stitutio contra eum qui prescripsit: quia ille qui prescripsit tunc di-
ceretur in iudicio molestari, dicta.l.omnes. in fin. ⁊ dicta.l. final.
C.de fundis patrimonia. Et sic videtur ꝙ irrecuperabiliter ob-
stet exceptio prescriptionis. Pro hac parte etiam facit.c.ad au-
res. in fin. de prescrip. vbi dicit text. ꝙ quadragenalis prescriptio
omnem prorsus actionem excludit. Et ꝙ aduersus huiuscemodi
prescriptionem non detur restitutio in integrum ex capite ignorã-
tie, consuluit Alexand. de imol. consilio.clj. exordiente, Viso the-
mate suprascripto ⁊c. columna fin. in secundo volumi. Franci. de
imol. consilio.lxxxij. exordiente, capio primum in quo queritur ⁊c.
columna secunda, versicu. ⁊ si forte opponitur. ibi, attamen in ca-
su nostro ista dubitatio cessare videtur. Et fuit de mente Franci.
de aret. consilio.ciiij. exordiente, breuitas in consulendo ⁊c. colum-
na secunda, ibi, sed in prescriptione quadraginta anno. nõ loqui-
tur Barto. ⁊ probabiliter per dictam.l.omnes. posset hoc dici ⁊c.
⁊ Bartho. soci. consilio.clxiiij. exordiente, Visa bulla Bonifacij
⁊c. columna fina. versicu. tertio ⁊ vltimo quia omne ius ⁊c. in secũ-
da parte. Quod si verum est, immo quia verũ, videtur restitutio-
nem in integrum non esse dandam ex capite ignorantie aduersus
prescriptionem quadraginta annorum: multominus dari debet
in casu nostro, in quo ante causam ceptam currerunt a tempore di-
cte transactionis anni septuagintaduo, vel circa.
¶ Possunt ⁊ alia dici pro defensione boni iuris dictorum nobi-
lium Ludouici ⁊ Matheline: sed quia premissa videntur suffice-
re, vlterius non insisto. Que dixerim sub correctione cuiuslibet do-
mini melius sentientis.

1 ☞ Institutio heredum a testatore facta ⁊ decessus eiusdem.
2 Filiorum ⁊ filiarum ac nepotum ⁊ neptium, qui testatori superfue-
runt, legitima describitur, ⁊ nu.4.⁊.13.
3 Decessus vnius ex filijs testatoris sine liberis narratur: ⁊ in per-
sonam quorum substitutio reciproca sibi locum vendicauerit.
5 Cesaree filie quondam testatoris decessus, ⁊ ad quos eius here-
ditas debeat peruenire.
6 Substitutio verbum commune, per quod facta est compendiosa
substitutio, si adijcitur certe quantitati, non trahitur ad directã
substitutionem.
7 Substitutio si fit in certa quantitate, an possit valere iure substi-
tutionis pupillaris, que est directa substitutio: vel solum iure fidei-
commissarie substitutionis.
8 Grauamen omne de legitima reijcitur.
9 Grauari licet non possit institutus heres a testatore in sua legiti-
ma: an possint grauari heredes eius abintestato.

Decessus

10 Decessus Balthesaris filij testatoris narratur: ⁊ ad quos debue-
rit peruenire hereditas.
11 Testamentum vltimum ⁊ nuncupatiuum secunde vxoris testa-
toris quale.
12 Additio hereditatis materne post decessum eius qualis.
14 Successio domine Ludouice abintestato vita functe testatricis
filie ad quos peruenerit.
15 Legitima quā quis detrahere potuit de bonis maternis, ad quā
tum valorem ascendat.
16 Succedere qui debeant in legitima, ⁊ nu. 17.
18 Filius licet decedat ante agnitam vel acceptatam legitimam,
illam seu actionem pro ea competentem transmittit ad suos he-
redes, ⁊ quare.
19 Filius transmittit legitimam non agnitam, sicut transmittitur le
gatum.
20 Opponere de iure tertij quis regulariter non potest.
21 Heres defuncti si non adit hereditatem cum beneficio inuētarij,
iura competentia ipsi heredi extingūtur.
22 Heres grauatus de restituenda hereditate potest, etiam si non fe
cerit inuentarium, detrahere aduersus vniuersalem fideicommis-
sarium id quod sibi debebatur.

¶ Epitome.

¶ De restituendo grauatus quamuis inuentarium non faciat: vtitur tñ retentionis iure quoad legitimā ⁊ eius fructus. A. F.

¶ De fideicōmis. Consi. lij.



Ponitur in facto quod
dudū fuit in humanis nobilis ⁊ generosus quō-
dam vir dominus Petrus de Luperijs: qui ex
nobili ⁊ generosa quondā muliere domina Bil-
leta de Uenasca eius prima vxore suscepit ⁊ pro
creauit nobiles Claudium, Martonam et Jannonam eius fi-
lium et filias naturales et legitimos: ex nobili vero et generosa
muliere domina Raymunda Percelone eius secūda vxore pro-
creauit ⁊ suscepit egregium ⁊ nobiles viros ⁊ mulieres dominū
Joannem iuriū doctorem, Honoratum, Philippum, Balthesa
rem, Trophimum, Colletam, Cesaream ⁊ Magdalenam de Lu-
perijs eius filios ⁊ filias naturales ⁊ legimos. Qui dominus Pe
trus vita functus est ⁊ ab humanis decessit, anno domi. Millesi-
1 mo quadringētesimoquinquagesimo, ⁊ de mēse † Augusti prius
condito per eum eius vltimo ⁊ nuncupatiuo testamento, in quo
inter cetera heredes vniuersales instituit dictos dominum Joā-
nem ⁊ nobiles Claudium, Honoratum, Philippum ⁊ Balthe-
sarem: quos inuicem substituit, ita quod si contingeret alterū ipso
rum quandocunq; sine legitima prole decedere, portio illius seu
ad superstites seu superstitem perueniret: ita qđ ille vltimus he-
res, vel illi vltimi heredes pro libito volūtatis sue disponant. Di
ctis vero nobilibus Trophimo, Martone, Collete, Cesaree et
Magdalene de Luperijs eius filijs ⁊ filiabus, ac nobilibus Pe-
tro, Joānono, ⁊ Magdalene Jsnardi eius nepotibus ⁊ nepti ex
dicta nobili Jannona predefuncta, legauit ⁊ iure institutionis re
liquit certas pecuniarum quantitates: quibus eos ⁊ eorum quēli
bet voluit esse cōtentos. Deinde idem dominus Petrus perma-
nens in voluntate huiusmodi vita functus est, ⁊ ab humanis de-
cessit, superstitibus ⁊ sibi superuiuentibus filijs, filiabus, ac nepo
tibus ⁊ nepte superius mentionatis: quo vita functo prefati do.
Joānes ⁊ nobiles Claudius, Honoratus Philippus ⁊ Balthe-
sar bonis ⁊ hereditati eiusdem se immiscuerunt, ⁊ pro ipsius do.
Petri vniuersalibus heredibus se gesserunt ⁊ reputarunt: bona
autem huius domini Petri dicuntur valuisse tempore eius mor
tis, deducto ere alieno ⁊ funeris impensa, decem mille florenis, vel
circa. ¶ Quesitum est quota pars pro legitima spectauerit seu
competierit in bonis predictis dicto nobili Trophimo. Ad qđ
2 respondeo quod cum dicto domino Petro superfuerint decem
liberi primi gradus, † scilicet sex filij masculi, quatuor filie, ⁊ tres
liberi secundi gradus, scilicet duo nepotes, ⁊ vna neptis: horum
omnium legitima fuit semis, seu dimidia pars bonorū dicti quō-
dam domini Petri, eorum scilicet que superfuerunt deducto ere
alieno, ⁊ funeris impensa, auth. de trien. ⁊ semis. §. j. colla. iij. ⁊ trās
sumptiue in auth. nouissima. C. de inofficioso testamento. iuncta
l. papinianus. §. quarta autem. ff. eodem titu. Et sic legitima cu-
iuslibet ex dictis filijs ⁊ filiabus fuit vicesimasecūda pars predi-
ctorum bonorum, ⁊ legitima predictorum duorum nepotum et
neptis, representantium dictam nobilem Jsnardam eorum ma-
trem predefunctam, fuit alia vicesimasecunda pars predictorum
bonorum. Pro quo allegasse sufficiat not. per Salice. in aut. no-
uissima. q. vj. ⁊ quod ibi domi. Jas. May. col. antepenul. versicu.
vltra Barto. queritur ⁊c. ⁊ est necessaria questio.
¶ Preterea ponitur in facto quod anno domini. M. cccclij. vel
circa, vita functus est ⁊ ab humanis maior quatuordecim annis
intestatus ⁊ sine liberis decessit dictus nobilis Honoratus, super
stitibus dictis eius coheredibus, ⁊ alijs superius mentionatis.
Quesitum est quid ⁊ quantum in portione bonorum dicti nobi-
lis Honorati, eorum scilicet que ad eum peruenerant ex paterna
successione, habere debuerit dictus nobilis Trophimus. Dico ⁊
3 respondeo quod cum, vt ponitur in casu, idem Honoratus † sine
liberis decesserit, substitutio reciproca admixta compendiose sibi
locum vendicauit in personam dictorum domi. Joannis, ac nobi
lium Claudij, Philippi, ⁊ Balthesaris. Uerum quia idem Ho-
noratus erat de liberis primi gradus, ipse potuit de sua hereditā-
ria quinta parte, cum grauamen fuerit conditionale, detrahere
duas quartas, iuxta theoricam quam ponit gloss. Barto. ⁊ doct.
in dicta. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inofficioso testamento.
gloss. Barto. ⁊ Docto. in. l. quanquam. C. ad legem falci. Bald.
in. l. filium quem. C. familie erciscunde. multas remissiones ponit
domi. Jason mayn. in aut. res que. columna tertia. C. commu. de
leg. pro quo sunt boni tex. in. c. raynutius. ⁊. c. raynaldus. de testa.
⁊. c. si pater. eod. titu. in. vj. ⁊ dicunt Ang. ⁊ Joan. de imo. in. l. co
heredi. §. cum filie. ff. de vulga. ⁊ pupil. quod ista opinio seruatur
⁊ in iudicio, ⁊ in scholis: quam late disputant et tenent Joan. de
Jmola, et Moderni in. l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad legem
falcidiam. Et in his duabus quartis succedere debuerunt dicti
dominus Joannes, ⁊ nobiles Philippus, Balthesar, Colleta,
Cesarea ⁊ Magdalena ⁊ eorum quilibet pro sexta parte, authen.
defuncto. et in corpore vnde sumitur. C. ad tertul. exclusis dictis
nobilibus Claudio fratre consanguineo duntaxat, ac Petro,
Joanne ⁊ Magdalena nepotibus ex dicta quondam nobili Js-
narda sorore consanguinea duntaxat, auth. de heredi. abintesta.
§. reliquum. ⁊. §. his autem deficientibus ⁊c. collatio. ix. Et vt su-
4 perius dixi legitima huius nobilis Honorati † fuit vicesimasecū
da pars predictorum bonorum: que detrahenda erat de dicta por
tione hereditaria: ⁊ pro trebellianica erat de eadem portione de-
trahenda quarta pars residui, iuxta theoricam quam ponit gloss.
in dicto. c. raynaldus. super verbo, licet ipsas. Joan. de Jmola in
dicta. l. coheredi. §. cum filie. columna secunda, Bal. in. l. seius. in
principio, in fine prime colum. vel circa. C. de inoffici. testamen. et
plenius in. l. si vero. §. quid ergo. ff. de testamen. mili. Angelus cō
silio centesimononagesimonono, exordien. magnificus miles do-
minus Guillielmus Petri, columna secunda, versic. quarto pre-
mitto quod ex quo dictum fideicommissum non fuit purum sed
conditionale ⁊c. ⁊ Franci. de Cur. consilio. lxxv. exordiente, domi
nus Ludouicus Rotarius habens filios sex ⁊c. colum. iiij. versi.
sed quid plus posito sint veri preiudicio. Et sic colligitur quid et
quantum in his duabus quartis habere debuerit dictus quon-
dam nobilis Trophimus. Residuum autem predicte portionis
debuit in vim substitutionis restitui dictis do. Joan. ⁊ alijs sub-
stitutis. ¶ Ulterius ponitur in facto, quod anno do. M. cccclij.
1 principe, illo scz qui † non recognoscit superiorem, non potest vectigalia, gabellas, & alia huiuscemodi munera imponere. l. j. l. vectigalia. & quod ibi Sali. & l. non solent. C. noua vectiga. institui non pos. Spec. titulo de cau. pos. & proprie. §. j. versic. quid de colligentibus per alium, cle. fi. & q ibi docto. de censi. c. super quibusdam. §. preterea. & qd ibi glo. & doct. de verb. signifi. & aut. vt nulli iudi. §. j. colla. ix. Et supposito citra preiudicium veritatis, q facultas seu ius exigendi gabellas seu reuam potuisset per dictam Auraycensem ciuitatẽ prescribi, si videlicet ipsa vniuersitas vel a suis ciuibus & incolis, vel ab aliquibus aliis per tantũ tempus gabellas vel reuã exegisset, q de initio aut cõtrario hominũ memoria non existeret: hoc tñ non obesset, nec obesse posset hominibus Mornassii. Et hoc siue pretendat dicta Auraycensis ciuitas istud ius quesiuisse ex cõsuetudine, siue ex prescriptione, & quidem nõ si ex prescriptione, q tãtum prescriptũ quantũ possessum, & non plus. c. cum in tua. de deci. c. fi. de offi. archi. c. auditis. c. cũ olim. de prescript. c. cum dilectus. & c. cum venerabilis. de capel. mona. q etiam voluit Rota decisione. cccxcviii. exordiente, si aliquis episcopus habeat collationem beneficii, Bart. & doct. in. l. j. §. si quis. ff. de itinere actuq priua. dicta vero Auraycensis vniuersitas nunquã exegit gabellas aut reuã ab hominibus Mornassii: ergo dicere aut pretendere nõ potest q ius seu facultatem exigendi gabellas seu reuam ab hominibus Mornassii acquisiuerit per prescriptionem: q quoad eos nihil fuit concessum. Non etiam potest eadem vniuersitas pretendere q ius seu facultatem exigendi gabellam seu reuam ab hominibus Mornassii acquisiuerit per consuetudinem: q cum consuetudo huiusmodi sit a iure exorbitans, & contra dictas. ll. j. & duas sequẽtes. C. noua vectig. institui non pos. illa extendi non potest: debẽt enim manere. ll. ille nisi quatenus reperiretur eisdem. ll. alia. l. vel consuetudine derogatum. l. cum dubitabatur. C. de edifi. priua. l. alumne. §. fi. filias. ff. de adimẽ. leg. l. sancimus. C. de testa. & l. precipimus. C. de appella. quod etiam voluit Oldra. consi. cclxxxvii. exordi. perlectis & diligenter attentis, & Franc. de Aret. consi. cxxiii. exordiente, In causa que vertitur inter homines & cõmune &c. col. iiii. vel circa, versic. non obstat secunda ratio, vbi loquens de consuetudine imponendi collectas nõ subditis, dicit q q est cõtra ius, illa non debet extẽdi de loco ad locũ, nec de persona ad personã: pro eo q
2 consuetudo est ius singulare, siue lex nõ scripta, ius vero † singulare non extendit. l. ius singulare. & l. quod vero. ff. de legibus. ergo nec consuetudo: & ita etiam dicit Bald. in. c. j. in fi. de feu. cogni. Et idem etiam est in acquisitione iurisdictionis: q non fit extensio de persona ad personam, vt voluit Bartolus in. l. secunda. folio. 4. C. de seruitute & aqua. & Franciscus de aretio vbi supra: nec fit extensio de re ad rem in preiudicium tertii, dicto. c. auditis. & c. cum olim. de prescriptionibus, & nota. in. c. cum dilectus. de capel. mo-

pel. mona. Et quod dicta Auraycensis vniuersitatis non possit
gabelam seu reuam ab illis de Mornassio exigere, siue pretendat
huiuscemodi facultatem seu ius exigendi per prescriptionē acqui
siuisse, siue per consuetudinem, apparet per id quod voluit Bal-
dus consilio centesimovigesimoquinto, exordien. questio vertens
inter commune et homines castri rocherij &c. vbi dicit quod con
suetudo vel prescriptio non arctat illos, contra quos prescriben-
3 tes vel consuetudinantes nunquam sunt vsi prescriptione, vel † cō
suetudine: pro quo allegat dictum. c. fina. de offici. archidi. & dicit
Baldus quod tales contra quos prescribentes vel consuetudinā
tes non sunt vsi, sunt immunes: non quia immunitatem prescripse
rint: sed quia contra eos non est prescripta muneris impositio, di-
cta. l. prima. §. iulianus. ff. de itinere actuq; priuato. Esto igitur ci
tra preiudicum veritatis, vt Auraycensis vniuersitas gabellam
seu etiam reuam vini vel a suis hominibus & incollis, vel etiam
ab aliquibus forensibus vel extraneis exegerit, etiam si hoc fecis-
set per tempus de cuius initio aut contrario hominum memoria
non existeret: non posset tamen gabellam vel reuam huiusmodi
exigere a dictis hominibus Mornassij a quibus nunquam talia
exegit, nec se exegisse probabit.
¶ Secundū, quod eidē vniuersitati obstat, est transactio dudū,
scilicet anno incarnationis dominice Millesimo tricentesimo tri
gesimooctauo, et die vigesimosexto mēsis Martij, celebrata & ini
ta per et inter predictam Auraycensem vniuersitatem, seu pro ea
& eius nomine venerabiles viros dominos Bertrandum de ca-
stronouo, et Ysnardum Cogorda iurisperitos, et Bertrandum
Hugonis, syndicos et procuratores vniuersitatis et hominum ci
uitatis Auraycensis ex vna parte, & vniuersitates locorum Mor
nassij, Podioleni, et sancte Secilie, seu pro eis et earum nomini-
bus syndicos earundem ex alia: per quam fuit inter cetera dictū
& conuentum, quod homines de Mornassio, de Podioleno, & de
sancta Secilia in ciuitate Arayce, per terram & eius territoriū
pro rebus venalibus, quas ex tunc in antea ducerent, non tene-
rentur dare pedagium, neq; lesdam, nec aliud vsagiū siue vsum,
seu existum: siue trasirent, siue venderent in dicta ciuitate: per que
verba satis apparet dictas vniuersitates, seu pro eisdem nomine
dictos eorum sindicos, trāsegisse quod homines Mornassij, Po
dioleni & sancte Secilie ad nulla munera seu onera tenerentur in
ciuitate Auraycensi pro rebus venalibus ad illam ducendis: si-
ue illa inibi venderent, siue non: sed per eam transirent, et vltra eā
ad locum alium illius veherent aut ducerent. Non debet igitur
dicta vniuersitas contra transactionem huiusmodi exigere gabel
lam seu reuam pro vino vel alijs rebus venalibus ductis per di-
ctam ciuitatem: et eo maxime, quia transactio de non soluendo
4 fuit mutua et reciproca. Est autem certum † quod syndici vni-
uersitatum transigere possunt: pro eo quia cum sint vt dixi admini
stratores, dicuntur habere mandatum generale cum libera. l. pre
ses. et quod ibi doctores. C. de transactionibus. Et hoc vt vide-
tur procederet sine dubio, si appareat de syndicatu dictorum tran
sigentium, et signanter illorum de Arayca. Sed si de illo non
appareat, est maius dubium: pro eo quia tempus etiam mille
annorum non facit presumi solennitatem mandati, vt voluit
Baldus in. l. prima. C. de rebus alie. nō alienandis. et clarius in
l. secunda. C. si ex falsis instrumentis. quem commemorat et sequi
tur Alexander de imola in. l. sciendum. columna sexta, versiculo
vnum tamen sciatis. ff. de verborum obligationibus. in. l. qui in
aliena. in principio, in quinta columna. ff. de acquirenda heredita
te. et consilio primo, columna septima, versicu. non obstat quod
post tempus dictarum concessionum. in quarto volumine. Sed
contrariam sententiam tenuit idem Baldus consilio ducentesi-
mooctuagesimonono, exordien. In primis videndum est &c. colū
na quarta, versicu. quoad secundum punctum &c. vbi voluit quod
antiquis instrumentis mentionem facientibus de mandato stan
dum est: & idem consuluit Franciscus de Cur. consi. septuagesimo
sexto, exordien. Super motiuis redditis in fauorem cōmunitatis
Montilbaratq; &c. col. iij. ver. sed premissis non obstantibus. vbi
etiā fundamēta & autoritates plurimas, & vt ita dixerim quasi in-
finitas, pro hac parte inducit: que possunt ibi videri: vbi etiā mul
tum impugnat dictū Bal. Et idem voluit do. Feli. in. c. sicut. col.
xvij. ver. sexto aduerte. de re iudi. eo scilicet casu, quo asserens vel
affirmās se esse procuratorē, vel habere mādatum fuisset persona
valde fidedigna: & idē voluit in. d. l. j. C. de re. alie. nō alie. & p hoc
faciunt multa inducta per do. Feli. in. c. super his. col. penul. vers.
ex quibus omnibus. & col. seq. de accusa. que videntur nō inoppor
tune posse adaptari huic casui: vbi inter illos transigētes p dicta
vniuersitate Aurayceñ erāt duo iurisperiti, & tertius, qui verisi-
militer nō fuerūt mentiti de mādato syndicatus, maxime sub pre
sentia magnifici dñi tūc principis Arayce. Et quia nō sic faciliter
audet quis mētiri se asserēdo syndicū vni⁹ vniuersitatis, & maxi-
me ciuitatis: cū tales eligi cōsueuerint per plures, & sub presentia
plurimorū: sicut se asserendo procuratorē alicuius priuate persone
nōn sic dubitat mentiri: quia nec si faciliter potest mendacium depre
hendi, prout in eo qui se fuisse syndicū asseruit. Propter quod existi
mo sub correctione cuiuslibet domini melius sentiētis, & salua ple
niore deliberatione, quod potius sit a dictis fundamētis & sententie
Franc. de cur. & Bald. in dicto consi. cclxxix. quam ei quod dixit in
dicta. l. ij. C. si ex fal. instru. de cuius dicto dicit do. Jas. May. in
l. j. col. vj. vel vij. versic. limita. ij. C. qui admit. ad bono. posses. pos
sunt, se vehementer dubitare, & quod non sit verum: quia esset de di
recto contra. l. si filius. C. de peti. heredi. vbi iussus patris, qui re-
quiritur quod de necessitate precedat ad hoc vt filius possit adire he
reditatē. l. si quis mihi bona. §. iussus. ff. de acqui. here. ex tempo
ris diuturnitate precessisse presumit, vt est ibi tex. quem ita sum-
mat Bart. quare ergo inquit idē do. Jason non dicemus in man
dato presumendum quod est necessarium ad actum. Et per hec
patet responsio ad primū quesitū. ¶ Ad secundum dico & respon
deo, quod si dicta Auraycensis vniuersitas, vel bonorum & iurium
illius administratores & rectores, vtpote syndici, aut procurato-
res, pretendant se fuisse & esse in possessione exigēdi gabellam aut
reuam ab illis de Mornassio: illis de Arayca incumbit proba-
tio: nō illis de Mornassio: quia quilibet tenetur & debet probare id
5 quod est sue intentionis fundamentum, siue illud sit factum † nega
tiuum, siue affirmatiuum. l. actor. C. de proba. l. in exceptionibus.
in prin. ff. eo. tit. l. si quis. C. de fabricen. libr. xi. & l. in illa. cū. l. seq.
& quod ibi Bar. & plenius Alex. de imo. ff. de verb. oblig. & quod no.
Innoc. in dicto. c. super his. de appella. quod maxime procedere
debet in hoc casu: vbi sumus in his que sunt de genere prohibi-
tionis, & de iure damnatorum, dicta. l. j. & duabus seq. C. noua ve
ctig. instit. non pos. & quod not. Joan. barta. in suo tracta. de gabel.
in princi. prime partis: in quib⁹ semper est presumptio cōtra com-
mittentem aliquid quod de genere huiuscemodi existit. l. si non
conuitij. C. de iniu. & l. j. C. ad leg. corne. de sica. Et hec, vbi dicta
vniuersitas pretenderet se ius predictū acquisiuisse per consuetu-
dinem, aut prescriptionē, vel se fuisse & esse in possessione pacifica
& quieta exigēdi ab illis de Mornassio gabellam vel reuam. Et
intelligo ab his, a quibus non petitur: quia non sufficeret ab aliqui-
bus alijs aliquando exegisse: quia vt iam dixi in istis nō fit extensio
de persona ad personam. Si vero dicta Auraycensis vniuersitas
pretenderet & doceret se habere priuilegium vel concessionem iu
ris seu facultatis predicta exigēdi ab eo, qui hoc facere potuisset,
eo scilicet qui tempore concessionis non recognosceret superiorē:
tunc esset opus (si eidem vniuersitati non obstaret donatio pre-
dicta, prout tamen obstat) quod illi de Mornassio probarent se non
soluisse lesdā aut reuam. Et isto casu si probarent, quod licet pro tem
pore homines Mornassij, vel multi ex his res venales duxerint
apud Araycam, & illas ibi vendiderint: non tamen inibi solue-
rint gabellam aut reuam a tempore de quo in casu mihi exhibi-
to: sed in possessione seu quasi immunitatis extiterunt per tem-
pus de quo ibi: tūc res essent sine dubio, scilicet quod vniuersitas
lesdam & reuam exigere non possit ab illis de Mornassio, per id
quod habetur in. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quotidia.
& estiua. l. j. §. vltimo. ff. de aqua pluuia arcenda. & quod not. Jo-
annes, Hostiensis & doctores in dicto. c. super quibusdam. de ver
bo. signifi. & in. c. j. ad fin. & quod ibi gl. & doctores de prescript. in. vj.
iuncto eo quod habetur in. l. arrianus. ff. de actio. & oblig. Et nō so-
lum per tantum tempus potuerūt homines predicti sibi querere
immunitatem seu franchesiam non soluendi: sed etiam per longe
minus, per id quod habetur in. l. sicut in rē. & l. omnes. cum suis
similibus. C. de prescriptione longi tempo. Sed difficile esset pro
bare possessionem seu quasi istius immunitatis, hoc est quod quam-
uis dicti homines res venales Araycam duxerint, & eas inibi
vendiderint: non tamen lesdam aut reuam soluerunt, pro eo quia
ista est negatiua, que difficiliter poterit coarctari ad locum & tem
pus, de quo possint homines deponere: quod tamen fiendum est,
vt notant doctores in multis locis: & quia non puto quod illi de
Mornassio possint de hoc deponere ad probationem faciendam
pro eo quia ex hoc reportarent commodum: pro eo quia omnes
pretendunt se non teneri ad solutionē gabelle seu reue. Pro quo
allegasse sufficiat. l. omnibus. C. de testibus. & l. nullus. ff. eodem
titulo, & quod notat Joannes Andreas, & Doctores in capitu.
cum nuntius. de testibus. Joannes fabri in. l. secunda, Baldus &
alij in. l. parentes. C. eodem titu. & Bartholo. vero. in suo tracta.
de serui. sub titu. de serui. iure pascen. quatenus docto. prefati lo-
quunt de seruitute pecoris pascendi, aut lignerādi, quā pretendit
se habere vniuersitas alicuius loci in alieno territorio, seu alienis
fundis: & querunt an in causa huiusmodi sint testes idonei homi-
6 nes illius vniuersitatis: † & concludunt cōmuniter quod si commo-
dum pascuorum aut lignerагij cōcernat ipsos particulares: tunc
non sunt testes idonei: quia sic quilibet deponeret & testificaretur in
causa sua: quod fieri nō potest, dicta. l. omnibus. & allegata. l. nullus.

Puto igitur quod si causa moueatur per ⁊ inter dictas vniuersi-
tates Aurayensem ⁊ Mornassij ad causam gabelle seu reue pre
dictarum, non potuerunt homines dicti loci de Mornasio pro-
duci in testes parte eiusdē vniuersitatis, nec isto casu poterit pro-
bari eius intētio per dictos homines. Esset autem minus dubiū
si causa moueretur contra vnum particularem Mornassij, vel cō-
tra aliquos: quia non sic ex illius victoria essent alij particulares
commodum reportaturi: nec acta in hac causa vel his causis fidē
facerent in causis postea contra alios mouendis, si que moueren-
tur. l. secunda. C. qui. res iudi. non no. ⁊ quod notāt Doctores in
l. secunda. C. de edendo. et in. c. causam. et. c. veniens. el tertio. de
testib. ⁊ Bart. in. l. cum lite. ff. iudi. sol.
¶ Et ita pro nunc mihi videtur, salua pleniore deliberatione, et
sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Instrumento non iuuatur, nisi sit iuris vel rei successor, qui
non nominatur in ipso.
2 Probare vnusquisq; tenetur id quod est fundamentum sue in-
tentionis: siue affirmatiuum, siue negatiuum.
3 Fundamentum intentionis alicuius quando consistit in tēpore,
ipse tenetur precise probare tale tempus: alias debet succūbere.

¶ Epitome.

¶ Soluta societate, si quis ex olim socijs rem traducat, inique
facit. V. F.

¶ Pro socio. Consil. lvij.



QVamuis sententia du-
dum lata per spectabiles viros dominū magnū
Presidentem ⁊ Magistros Rationales, in qua
dam supplicationis causa tunc pēdente indecisa
per ⁊ inter honorabilem virum Joannem bapti-
stam alias Salasart mercatorem Aquēsem ex vna parte, ⁊ Ro-
manum anaxinum ⁊ Catherinā eius vxorē supplicatos ex alia,
fuerit sancte ⁊ iuste lata, quatenus per eam effectualiter condem
nati extiterunt dicti Romanus ⁊ Catherina coniuges ad obser-
uantiam pactorum ⁊ conuentionum inibi mentionatarum: illa ta
men videtur fuisse ⁊ esse iniusta, quatenus per eam fuit dictum ⁊
declaratum dictum Salasart fore ⁊ esse compellendum ad ratio
nem reddendum de pannis per eum, aut suo pretenso mandato
apud Salonem transportatis, ⁊ de quibus in pretensa reconuen-
tionali petitione parte dictorum Romani ⁊ Catherine in causa
oblata ⁊ producta fit mentio: insuper ⁊ quatenus etiam per eam
iusserunt dicti dominus magnus Presidens ⁊ Magistri ratio-
nales, exequutionem petitionis conuentionalis in suspenso tenen
dam, donec effectualiter fuerit reddita ratio de dictis pannis.
Pro cuius dicti declaratione premitto ⁊ suppono, quod dicta
Catherina dicit ⁊ pretendit quod panni, de quibus rationem red
di postulat, fuerint de pannis per dictum Salasart, ⁊ tam suo, q̃
dicti Romani nominibus emptis a nobili Dominico de riuie-
re, ciue ⁊ mercatore Auinionis, ⁊ primo ab Auinione apud aquis
delatis: hoc colligitur tam ex petitionibus conuentionali ⁊ recon
uentionali in prima instantia productis, q̃ ex multis schedulis ⁊
actis cause huius. Secundo premitto quod dicta Catherina nō
potest pretendere se partem, aut ius aliquod habuisse vel habere
in pannis huiusmodi, pretextu ⁊ ad causam societatis dudum ini
te per ⁊ inter dictos Salasart ⁊ Romanum. Quoniam de ea in
societate huiusmodi nihil cautum extitit, nec ipsa fuit in ea nomi
nata. Premitto insuper quod quo ad pannos, qui de pānis pre-
dictis delati extiterāt per prefatum Salasart, vel eius iussu ⁊ mā-
dato apud Salonem, ⁊ de quibus mentio habetur in quinto ca-
pitulo instrumenti dissolutionis societatis predicte, nihil petere
potest dicta Catherina: pro eo quia prout ex capitulo huiusmodi
clare constat ⁊ apparet, inibi fuit conuentum ⁊ pactum quod si
panni huiusmodi summam nonaginta florenorum excederent, di
ctus Salasart teneretur totum illud plus restituere dicto Ro-
mano: si vero non ascenderent ad dictos nonaginta florenos, dicti
Romanus ⁊ Catherina coniuges tenerentur ⁊ deberēt illud mi
nus in pecunia vel in pannis eidem Salasart reficere. Dicta igi-
tur Catherina, vt pote nō nominata in dicto capitulo, quatenus
est ibi sermo de restitutione pluris facienda per prefatum Sala-
sart, nihil potuit aut potest pretēdere se habuisse vel habere in di-
ctis pannis pretextu huiuscemodi conuentionis: quia vt dicit Bal.
in. l. ad probationem. la prima. C. de proba. qui non nominatur in
1 instrumento non iuuatur instrumento, nisi esset iuris vel rei † suc-
cessor: ⁊ hoc est quod aduocati sepe dicunt, instrumentum non lo-
quitur de te. qualis enim si contractus apparet ex illius tenore. l.
sancimus. versicu. pacti tenor. C. de fideiussori. l. fideiussores magi
stratuum. §. pro aurelio. in ver. leta subscriptione. ff. de fideiussori.
⁊ in. l. si quis stipulatus stichum aut pamphilū. ver. querentibus
inspiciendus est sermo ⁊c. cum suis simili. ff. de verborum obliga.
Non igitur potuit aut potest petere rationem de pānis huiusmo
di tanquā pretendens se ius in illis habuisse vel habere. Nisi for-
te pretenderet ⁊ diceret, quod post dissolutionem predicte socie-
tatis ⁊ conuentiones celebratas ⁊ initas per ⁊ interdictum Sa-
lasart ex vna parte, ⁊ dictos Romanā ⁊ Catherinam ex alia idē
Salasart transportasset aut trāsportari fecisset de pannis a dicto
nobili Dominico Riuiere vel in Auinione emptis apud Salo-
nem: tunc enim fateor quod in vim secundi capituli instrumenti
solutionis predicte societatis posset fortasse eadem Catharina
petere de illis rationem reddi sed si ipsa hoc pretendat, scilicet q̄d
post dissolutam societatē ⁊ conuentiones predictas fuerint pan-
ni predicti, illi scilicet de quibus rationem reddi petit portati a-
pud Salonem per prefatum Salasart, vel alium eius mandato,
ipsa debet hoc probare: quia vnusquisq; probare tenetur id q̄d est
2 fundamentum sue intentionis, siue † illud sit factum affirmati-
uum, siue negatiuum. lege, actor. C. de pba. lege, in exceptionib⁹.
in prin. eodem titulo. ⁊. l. si quis. C. de fabricen. libr. xj. ⁊ quod no.
Inno. ⁊ Docto. in capitulo, super his. de accusa. Barto. ⁊ pleni-
us Alexan. de imo. ⁊ Moder. in. l. in illa. cum. l. seq. ff. de verbor.
obliga. Cum igitur hoc scilicet quod post dissolutam societatem
⁊ conuentiones predictas fuerint dicti panni apud Salonem de-
lati sit fundamentum pretense intentionis predicte Catherine, p
eo quia, vt iam dixi, si antea illuc translati extitissent, ⁊ illi valuis-
sent vltra summam predictam nonaginta florenorum, illud plus
non sibi insolidum vel pro parte restituendū erat, vel soluendum,
sed dicto Romano eius viro ipsa Catherina debet hoc probare,
per predicta. Quibus adijcio quod quādo tempus est fundamē-
3 tum intentionis alicuius: ille tenetur precise probare † tale tem-
pus: alias debet succumbere, per id quod not. gl. ⁊ post eam Bar.
⁊ Doct. in. l. eum actum. ff. de neg. gest. glo. in. l. qui iurasse. §. si
pater. el. ij. ff. de iureiuran. Bart. ⁊ alij Docto. in. l. non solum. §.
sed vt probari. ff. de ope. no. nūtia. ⁊ in. l. ⁊ an eadem. §. actiones.
ff. de excep. rei iudi. Bald. ⁊ Sali. in. l. fin. per illum textum. C. an
ser. ex suo fac. quod no. glos. penul. in capitulo, venerabilibus. ff.
de sen. excommu. ad quod facit. l. j. ad fi. cum. l. seq. ff. de incē. rui.
⁊ naufra. ⁊ cle. fi. ⁊ quod ibi Doc. maxime Anto. de but. ⁊ Jo. de
imol. de rescrip. non obstat quod not. ibi glo. super verbo erratum
quia supposito q̄ illa procederet, cuius cōtrarium visum est Ant.
de but. quem videtur sequi Jo. de imo. illa gl. loquitur in casū mul
tum diuerso in eo scz in quo probata gratia ⁊ vacatione habet im
petrans fundatam intentionem quod nō est hic: quia lz pbaret trā-
port⁹: nō tñ est pbata intētio predicte Catherine p eo q̄ nihil hz
in transportatis ante dissolutam societatem, ⁊ factas conuentio-
nes. Preterea cum quis non presumatur in dubio delinquere. l.
merito. ff. pro socio, ⁊. l. interpretationem. ff. de penis. non est pre-
sumendus dictus Salasart pānos predictos portasse aut portari
fecisse post dictas conuentiones, eo scilicet tēpore quo non licuit:
cum iam remisisset, sz potius tempore societatis: q̄d facere licuit.
¶ Si igitur eadem Catherina nō probauerit pannos predictos
fuisse portatos per prefatum Romanū vel alium eius mandato
(super quo nihil dicere possum, cum non viderim testium attēta-
tiones) fuit ⁊ est sententia predicta, honore saluo dixerim dicto-
rum spectabilium domi. maximi Presidentis ⁊ Magistrorū ra-
tionalium, iniusta: ⁊ propterea per insignem Parlamenti prouin
cie curiam in melius reformanda. Et ita mihi videtur, sub corre
ctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Testis q̄n in sua depositione vacillat diminuit de fide.
2 Juramentum an sit deferendum ei qui absens erat in re gerēda.

¶ Epitome.

¶ Qui annuam pensionem, quam debet, ecclesie soluisse se asse-
rit, plene probare debet. V. F.

¶ De probatio. Consi. lviij.



VIsis quatuor processi-
bus diuersis temporibus inchoatis, per ⁊ inter
venerabilem virum dominum Guihelmum fe-
rap orte, vicarium parochialis ecclesie sancti
Martini ciuitatis Massilie actorē ex vna par-
te, ⁊ honorabilem virum magistrū Georgium Gilij reum ex alia,
non possum mihi persuadere q̄ idem magister Gilij in his causis
obtinere valeat. ¶ Pro cuius dicti declaratione suppono ⁊ pre-
mitto, q̄ de annuo legato decē florenorū pro missa celebrāda reli-
cto dicte parochiali ecclesie sancti Martini, ⁊ eius vicario annis
singulis soluendo, sufficiēter apparuit ⁊ apparet per instrumentū
clausule testamenti nobilis quōdam mulieris domine Paulete
Coste: cuius idē magister Gilij confessus est se fuisse ⁊ esse heredē
vniuersalem. Premitto insuper q̄, iuxta cōfessionē dicti magistri
Gilij

Silij sepissime propositam & deductam, missa predicta cepit dici & celebrari anno do. M. cccclxxxvij. & die. xij. mensis Junij. Premitto insuper quod primus dictorum processuum inchoatus est inter partes predictas anno domi. Millesimo quadrigentesimo nonagesimonono, & die tertia mensis Septembris: & sic per undecim annos & vltra lapsos & reuolutos post annum predictum octuagesimumoctauum, diem duodecimam mensis Junij: quibus cepit celebrari missa predicta: & sic tempore facte prime petionis lapsi erant vndecim termini solutionis predicte pensionis siue dicamus solutionem predicte pensionis fieri debere in capite anni, siue in fine, & eo reuoluto: super quo vtpote non necessario non insisto: de quo tamen habetur in. l. prima, & quod ibi gl. & Doctores C. quando dies lega. cedat, in. l. qui hoc anno, & quod ibi Barto. & Doctores. ff. de verborum obligationibus. & in infinitis alijs locis, tam per gloss. quam docto. & non solum preterijssent vndecim termini, sed duodecim, si diceremus solutionē fieri debere in principio cuiuslibet anni. Sed supposito quod fieri debeat nō in principio, sed in fine anni, & eo reuoluto: restat vt dixi quod tempore facte prime petitionis preterierunt vndecim anni: & sic vndecim termini faciende solutionis predicte pensionis.

¶ Nunc ad propositum dico, quod quis appareat de solutionibus factis pro anno. lxxxix. xij. mensis Junij, & alijs sequentibus, vsque annū. xcvj. inclusiue: non apparet quod pro anno. xcvij. & anno. xcviij. fuerit aliquid certum solutum vltra & preter octo eminas annone octo flore. appropriatas, ac pro & nomine dicti magistri Silij eidem do. vicario solutas per magistrum Perrinum pasquis. Quo fit vt supposito quod vel in diminutionem pensionis anni predicti xcvij. vel in diminutionem pensionis anni. xcviij. solute extiterint octo emine annone: adhuc tamen videntur restare ad soluendum floreni duodecim: duo videlicet pro altero ex illis duobus annis, & decem pro alio: quia de solutione istorum duodecim florenorum non plene constat. Non enim probant eorum solutionem testes parte dicti magistri Silij in causa producti. Et quidem non venerabilis vir dominus Ludouicus Ferandi. Tum quia non deponit de certa pecunie summa: et ita remanet eius depositio obscura et incerta, que propterea non releuat, c. in presentia. & quod ibi Docto. de proba. & quod notat Barto. & Alexand. de imol. in. l. inter stipulantem. §. si stichum. ff. de verborum obligationibus. Tum & quia idem dominus Ferandi nō deponit quo anno, & pro cuius anni solutione fuerit illa pecunia eidem domino vicario soluta, & que potuit solui pro aliquo ex illis annis, de quibus sunt apodixe. Et sic probatio non concludit prout facere debet. l. neque natales. & l. ad probationem. C. de probationibus. Tum & quia dictus magister Silij pretendit quod numeratio & solutio decem florenorum, qui soluti pretenduntur, facte extiterint per venerabilem virum dominum Petrum Saluani: dictus vero dominus Ferādi deponit de donatione facta per dictum magistrum Silij: & sic non conueniunt. Et hec quo ad ea que deponit idē dominus Ferandi super primis articulis. Et idem dico de hoc quod deposuit super readditionalibus: scilicet quod non probet. Tum quia non deponit de certa quantitate: & sic depositio eius est obscura & incerta, que propterea nō releuat, per predicta. Tum & quia quod videre suo &c. qui propterea non probat, vt voluit Bald. in. l. de quibus. columna vigesimaquinta. ff. de legibus. & dominus Jason in. l. prima, columna sexta. ff. de iustitia & iure. & alij in alijs locis. Etiam nec dictam solutionem probat dictus dominus Petrus Saluani. Tum quia licet idem dominus Petrus super primis articulis deponat se dedisse predicto Vicario certam pecunie quantitatem, & vt verbis eius loquar, inter eundem vicarium & quondam dominum Ludouicum: non tamē nobis specificat eius quam certam summam: sed dicit de ea non recordari. super dictis vero articulis additionalibus dicit dictum dominum vicarium sancti Martini habuisse tresdecim florenos, prout vt pretendit antea deposuerat: sed antea vt dixi non dixerat hoc, quia nihil expresserat de quantitate: & sic videtur vacillare, † quod diminuit de

1 fide testis. l. qui falsa vel varia. ff. de testibus. Tum et quia idem dominus Petrus est prout ipse respondit cognatus germanus dicti magistri Silij, ratione cuius fides eius diminuitur: quamuis propter hoc non totaliter debeat repelli: pro quo allegasse sufficiat nota. per Albericum de male. in suo tractatu de testibus. §. viso de frate. Tum & quia ipse dominus Petrus est vnicus et singularis. l. iurisiurandi. cum suis simi. de testi. Nec potest peti eidem magistro Silij deferri iuramentum plenioris probationis suppletiuum: quia, vt puto, non fuit presens, et ita non habet scien

2 tiam † dicte solutionis: nisi quatenus forte audiuit a dicto domino Saluani. Et ita non est sibi deferendum iuramentum, per ea que ponunt Doctores in. l. in bonefidei. C. de iureiurando. in. l. admonendi. ff. eodem titulo, et. c. fina. eodem titulo. Videretur tamen posse dici quod iuramentum purgatorium esset eidem domino Guillermo deferendum, ad purgandum presumptionem con

tra eundem ortam, argu. l. presenti. C. de his qui ad eccle. confug. ¶ Que omnia dixerim sub correctiōe cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ¶ Venditio castri & eius pertinentiarum an valuerit irreuocabiliter, ex quo ille, qui debebat esse heres propter clausulā substitutoriam, passus fuerat omnia vendi: etiam quod vidisset omnes omnes clausulas in testamento appositas pro se facientes.

2 Aduocatus actoris impugnantis venditionem factā de re subiacente restitutioni debet esse cautus, vt deducat scientiam alienantis: alias succumberet.

3 Venditio ad hoc vt irreuocabiliter valeat quid requiratur.

4 Filius de restituendo grauatus an possit aliquid alienare de bonis patris defuncti.

5 Oratio negatiua si precedat in ista dictione nisi, tunc dictio nisi, ponit & affirmat: si vero precedat oratio affirmatiua, illa negat.

6 Dolus in dubio non presumitur nisi probetur.

7 Auarus in dubio quilibet presumitur.

¶ Epitome.

¶ Cui sine Titij beneplacito prohibitū est alienare, Titio mortuo est permissum. U. 5.

¶ De instit. & substit. Consil. lix.



Jsto processu cause cepte & pendentis indecise per & inter egregium & nobiles viros do. Petrū Pugeti, Hugonem & Bertrandū pugeti fratres actores ex vna parte & nobilē & generosum virū Saucherium de Brancassijs do. Cesariste reū ex alia, videt dicendū, sub benigna supportatione huius eminētissimi parlamēti, eundē de Brancassijs fuisse & esse vel ab instantia cause huius, vel ab impetitis parte dictorum do. & nobiliū actorū absoluendū. Tum quia nō fuit probatum, quinimmo nec propositū, nobilē quondā virū Jacobum pucheti eorum quondā fratrem, & pretensum grauatū: quem constat vendidisse castrum de Brenono cum suis pertinentijs & iuribus nobili & potenti quondā viro Jacobo de forcalquerio do. Cesariste, & huius nobilis Saucherij predecessori, habuisse notitiam grauaminis seu substitutionis ex aduerso allegate. Nisi forte quis opponat, quod immo notitiam habuit grauaminis seu substitutionis huiusmodi ex inspectione testamēti & codicillorū dudum conditorum per nobilē & honorabilē quondā virū Joannē pugeti, predictorū do. & nobiliū actorū patrē. Sed hoc nō obstat. Tum quia non apparet quod idē nobilis Jaco. inspexerit, legerit, aut alias intellexerit contēta & descripta in testamēto & codicillis superius mentionatis. Tū & quia supposito quod citra preiudiciū veritatis, ipse viderit & legerit testamentū & codicillos huiusmodi: nō ppterea infert quod ipse habuerit notitiā dicte pretēse substitutionis. Et quidē nō ex inspectione seu lectura dicti pretensi testamēti: pro eo quia in illo non fuit eidē Jacobo castrū predictū relictū, nec ipse grauatus de illud alteri restituēdo, vt apparet ex inspectione tenoris illius, per quē probat hec negatiua. l. ij. & qd ibi Sali. C. de erro. aduo. Non etiā ex inspectiōe dictorū codicillorū. Quāuis licet ex illorū tenore videat posse colligi, quod ipse quondā nobilis Joan. voluerit dictū Jaco. esse participē substitutionū per eū in dicto suo testamēto inter filios legatarios factarū, & illū substituerit: non tū satis aperte apparet, quod etiā eundē Jaco. grauare voluerit de restituēdo dictū castrum in eū casum, in quē sine liberis legitimis ex suo corpore procreandis ab humanis decederet. Et hoc etiā apparet ex inspectione dictorū codicillorū. Non apparet igit eundē Jacobū habuisse notitiā grauaminis seu substitutionis: nec hoc est presumendum

1 l. verius. cū suis simil. C. de pba. Quo fit vt venditio † de castro predicto & dictis eius pertinētijs & iuribus irreuocabiliter valuerit. l. fi. §. fi. ff. de lega. ij. & qd per illum text. not. doct. in. l. marcellus. §. res que. ff. ad trebel. & in. l. fi. §. sed quia. C. cōmu. de leg. & dicit Ang. in. d. §. res que. & §. sed quia. consi. ccxvj. quod aduocat actoris impugnātis venditionē factā de re subiacēte restōni dz cē cau

2 tus, vt deducat scientiā † alienātis: alias succūberet. & idem voluit do. Jas. may. in. d. §. sz quia. col. ij. & Andr. Barba. in repe. c. raynal. char. lxvj. col. iij. versi. & adduco Bal. &c. & seq. de testa. & dicit ibi Andr. barb. addēdo ad dictū Ang. quod Ang. debuit dicere, quod aduocatus actoris dz esse cautus, nō solū vt semp deducat sciētiam vēditoris: sz etiā scientiā emptoris: quia. d. l. fi. §. fi. ff. de leg. ij. requit ignorātiā vtriusque: qd tū vltimū nō multum quadrat. & Pau. de ca. in. d. §. sed quia. col. ij. sentit quod ad hoc vt vēditio irreuocabiliter

3 valeat, † sufficit eā fuisse facta per ignorantiā, vel ignorātiā, nisi ergo vterque sciat, valet venditio, ita vt non possit retractari: sed dz fideicōmissarius agere & experiri contra grauatum, qui alienauit, vel heredē illius, ad pretiū: nisi eo casu quo ille esset nō soluendo, vt eleganter voluit idē Pau. de cast. consi. x. exor. clarū est in iure quod res subiecte restitutioni &c. & quis aliqui voluerint quod d. l. fi. §. fi. ff. de leg. ij. ibi locum vendicet in fideicommisso vniuersali, non

in particulari: & ñ Pau. de cast. in d. §. sed quia. & consilio predicto sentit, q̄ ille. §. si. sibi locũ vendicet etiam in fideicõmisso particulari: et idē voluit Bald. in d. §. sed quia. s̄m Philip. de corne. ibi. qui etiam mãdat hoc mẽti teneri ꝓpter authoritatē Bal. de quo dici solet q̄ magna sit eius authoritas & in iudicijs et in scholis. Fateor tamen me hoc dictũ Bal. non ibi reperire in lectura mea: sed est Bal. duplex lectura super. C. vetus & noua: & vt puto illud debuit reperisse Philip. de cor. in lectu. antiqua, non in noua: nisi forte mea sit incorrecta. Preterea cũ vt dixi castrũ predictũ cum suis pertinētijs & iuribus vẽditum extiterit dicto quondam nobili Jacobo de Forcalquerio, huius nobilis Sauchery predecessori, & propterea debuerit eidem Jacobo Pugeti imputari in legitimã & trebellianicam, si & quatenus etiam illa detrahi potuit: nõ potuit nec potest dicta venditio retratari, vt pote que irreuocabiliter valuit. d. l. marcellus. §. res que. & qḋ ibi Bar. Alex. de imol. & docto. ff. ad trebel. & Alexan. de Jmola consil. iij. in. iij. volu. qḋ etiam videtur fuisse de mente Bal. consi. lxxxvj. exordiente, Petrus nicolussi &c. col. ij. in prima parte. Et quidem quod filius de restituendo grauatus possit alienare de bonis patris defuncti
4 vsq; ad legitimam, seu quartam iure nature debitam: † quodq; alienatio vsq; ad quartam huiusmodi facta retractari nõ valuit, Cyn. in dicta authen. res que. ad fi. vbi etiam Alberi. C. commu. de lega. Bal. in. l. ij. C. ad legez falci. idem Bal. consi. xxxix. exordiente, punctus questionis &c. in secunda parte, & cõsil. clxiiij. exordiente, Jn ecclesia regina est statutum, & consi. clxxxix. exordiẽte, queritur vtrum filius de restituendo grauatus &c. in tertia parte, & in. l. potest, ff. de lega. j. Oldrad. consil. cvij. exordiente, circa ius municipale. versi. ad tertiam questionem. & ver. se. & Fran. de are. consil. clvj. exordiente, diligenter visis & consideratis testamento & codicillis &c. col. xj. vers. preterea non licuit. ibi. non enim potest eligere filius ad arbitrium suum pro trebellianica vel legitima nisi quando prius alienauit q̄̃ existeret conditio. Ubi attendo q̄ doctor et quidem solennis dixerit, nisi quando &c. per quod satis expressit quod tunc possit filius eligere: quia si precedat oratio negatiua, dictio nisi ponit et affirmat: si vero econtra precedat
5 oratio affirmatiua, illa negat et ponit † . l. actione. et quod ibi docto. C. de transactio. l. extraneo. ff. de ventre in posses. mitten. l. iij. ff. de custo. reo. et. c. cum accessissent. de constitu. & idem qḋ Fran. de Are. & alij ante memorati, voluit Andre. Barba. in dicto ca. raynaldus. charta. lxxij. colum. j. & multis se. vbi inducit multa & elegantia fundamenta ad ostendendum, quod filius de restituendo grauatus potest pro legitima eligere rem quam voluerit: & idē sentit Paul. de Castro in d. l. marcellus. §. res que. ad fin. Roma. consilio. cclxxvij. exordiente, Non est dubium testamentum Petri &c. et Philip. de Cornel. consilio. cclxxxij. exordiente, circa primum consultationis articulum. colum. ij. versic. non obstat dictus. §. res que &c. in primo volumi. & quod hoc etiam procedat quo ad trebellianicam, videtur voluisse Alexander de Jmola in dicto consilio tertio, in tertio volumi. Bartol. in. l. in quartam. ff. ad legem falcidiam. Paulus de Castro in. l. filium quem. colum. tertia. C. familie erciscunde. et Panormitanus in dicto capitu. raynaldus. colunmna antepenultima. & puto (si non desipio) qḋ predicta procedant etiam vbi esset facta alienatio non de re mediocri, sed de meliore nisi eo casu quo illa facta diceretur et probaretur in fraudem dictorum substitutorum, prout hic non dicitur: & si diceretur, puto quod non probetur: quod tamen probari deberet. l. quoties. §. qui dolo. ff. de probationibus. ad quod facit quia quilibet probare debet id quod est fundamentuz sue intentionis: siue illud sit affirmatiuum, siue negatiuum. l. actor. C. de probationibus. l. in exceptionibus. in principio. ff. eodem tit. l. si quis. C. de fabricen. lib. xj. l. illa. cum. l. seq. & quod ibi Barto. & Moder. ff. de verb. obliga. & Jnnocen. in. c. in his. de accusationibus. qḋ etiam voluit Joan. de imo. in dicta. l. in quartam. col. vj. vel circa, versi. item adde secundum Ang. inquantum Bar. dicit quod in bonis alienatis &c. vbi voluit quod cum licitum sit filio alienando aliquam rem in illa eligere sibi quartam, iuxta not. in dicto. §. res
6 que. non presumitur in dubio dolus, nisi appareat † . l. j. §. deniq;. ff. de aqua pluuia arcen. Et quamuis Ange. in dicta. l. in quartã. senserit fideicommissarium impugnantem alienata esse audiendum in duobus casibus. Primo scilicet, si inueniat se fraudatum re & consilio, per id quod habetur. ff. que in frau. credi. gesta sunt. Secundo si re ipsa tantum est fraudatus: vt quia omnia meliora alienauit, puta existentia in loco tuto, et ex quibus tute et secure possunt percipi fructus, redditus & prouentus. non enim alienauit subiecta magis periculis, vt qr erant in loco arenoso, vel iuxta vicinos rixosos aut potẽtes, vel in nominibus debitorum, subaudi non bene exigibilium.

¶ Et si opponatur quod, vt voluit Baldus in dicta. l. filium quem. versiculo vlterius queritur de tali questione &c. C. familie erciscunde. filius grauatus non debeat aut possit eligere rem meliorem sed mediocrem, vel etiã si forte dicatur, quod in hoc recurrendum sit ad arbitriũ boni viri: hoc tamen nõ nocet huic nobili Saucherio. Tum quia Joannes de Jmola tenet cõtrarium in. d. l. in quartam. pro eo quia attento quod deteriora non debent assignari filio in legitimam: quoniam hoc non esset vt esse dz sine grauamine. l. quoniam in prioribus. C. de inof. test. & in aut. de triẽ. & semis. §. j. collatio. iij. sequitur quod si deteriora remanserint, que per filium non fuerunt alienata: non potest ex hoc conqueri fideicommissarius. Tum quia non apparet quod dictus quondam nobilis Jacobus alienauerit omnia meliora: solum enim alienasse dicitur dictum castrum de Brenono: quod ex pretij quantitate, trecentorum scilicet florenorum, non videtur fuisse res multum preciosa. Nisi forte diceremus esse presumendum, quod ille nobilis Jacobus pretio vilissimo illud vendiderit. Sed istud non est presumẽdum: quia in dubio quilibet pre-
7 sumitur † auarus. l. cũ de indebito. in prin. ff. de proba. licet mulierum auarissimum sit genus. l. sed si ego. in fine. & quod ibi glos. ff. ad velleia. & l. si stipulata. §. j. ff. de dona. inter vir. & vxo. Accedit ad predicta, quod dicto nobili Jacobo fuit etiam relictum castrum de Brenono cum iurisdictione &c. & alia plurima bona, vt apparet tam ex dictis pretensis testamento & codicillis, quam ex instrumento transactionis post ipsius mortem facte per & inter ipsos dominos & nobiles actores ex vna parte, & honestam mulierem eius relictam & vniuersalem heredem, & sibi per dictum Jacobum substitutos: per quod etiam apparet predictos transigentes bona predicta inter se diuisisse. Nõ est autem probatum, quin imo nec opportune deductum, q̄ castrũ predictum de Brenono, & alia eidem nobili Jacobo relicta, & que etiam subiacebant restitutioni (si tamē & quatenus illi subiaceret castrum predictum de Brenono) essent vel sint subiecta periculis de quibus supra, vel alias in locis, ex quibus nõ possent & possint tute percipi fructus, redditus & prouentus. & ita sententia Angel. etiam si illa vera esset, in nullo officeret intentioni dicti nobilis Sauchery: quia non apparet nos esse in illis terminis, in quibus loquitur Angelus. ergo &c. ar. l. iiij. §. quoties. ff. de dam. infec. l. si seruum quis. §. non dixit. ff. de acquir. heredi. & l. prima. §. loquitur. ff. de aqua quoti. & esti. Nisi forte quis dicat, quod immo quo ad dictũ castrum de Brenono alia ratio obsisteret, pro eo scilicet quia dictus quondam nobilis Joannis testator illud, & aliud de quo supra alienari prohibuerat sine licentia, voluntate & beneplacito nobilis & honeste quõdam mulieris domine Dulciete coniugis, & heredis eiusdem nobilis Joannis. Sed hoc non obstat. Tum quia illud preceptum videtur fuisse nullum, & sic non valuisse. l. filiusfamilias. §. diui. ff. de lega. j. Tum & quia tẽpore facte alienationis dicti castri, & diu ante ab humanis decesserat dicta nobilis Dulcieta. Quo fit vt nec obtineri nec peti potuerit eius licentia, voluntas, aut beneplacitum, arg. eius habetur q̄ in. c. si curiose. de rescri. in. vj. possunt & alia multa pro tuitione & defensione boni iuris eiusdem nobilis Sauchery induci & allegari: sed quia vt puto premissa sufficiunt, vlterius non insisto. ¶ Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini meli⁹ sentientis.

¶ Epitome.

¶ Filius paternam hereditatem agnitã vel non agnitam transmittit ad quoscunq;. V. F.

¶ De iure deliberan. Consilio. lx.



Ex facto mihi transmisso parte prouidi & honesti iuuenis Fulqueti gumelli eliciuntur duo dubia: quibus respondeo breuiter succincte prout infra. Et primo ad primum: premittẽs pro illius solutione, quod siue post mortem honorabilis quondam viri Petri gumelli, patris eiusdem Fulqueti, Bernardus ipsius Petri quondam filius se paterne hereditati immiscuerit, siue non: pars & portio, in qua fuerat per patrem heres vniuersalis institutus, peruenit ad Laurentium, dictum Falquetum & ad honestam mulierem Joannã gumelle fratres & sororem eiusdem Bernardi vtrinque coniunctos repulsis & exclusis Ant. Jo. & Guliel. fratribus consanguineis dũtaxat. Et ꝑmo qḋe hoc ꝓcedit, si ꝓut dixi idē quodã Bernard⁹ se immiscuerit paterne hereditati, ꝑ id qḋ habet in aut. de here. ab inte. §. reliquũ. col. ix. aut. cessante. cũ duab⁹ se. ff. de legi. here. & aut. defuncto. C. ad tertu. Et idē dico si idē Bernard⁹ ab humanis decesserit ãteq̄̃ se paterne hereditati immiscuerit, vel illã agnouerit: ꝓ eo qr s̄m opi. comunē, illã nõ agnitã trãsmisit ad dictos Laurẽtiũ, Fulquetũ, & Joannã: qr vt no. Bar. & doc. coiter signãter Moder. in. l. vẽter. ff. de acq. here. Alex. de imo. in. l. si in fãti, col. v. vel circa. vers. in gl. in verbo, hereditates. vbi etiã Bal. col. viij. gl. in ỽbo hereditates. C. de iure delibe. filius existens in patria potestate trãsmittit paternã hereditatē ad quoscũq; eius heredes nõ solum scilicet ad liberos suyplius, si habeat: sed etiam ad extra

ad extraneos: pro quo multa allegant Docto. prefati, ⁊ respon-
dent ex aduerso allegatis. Cum ergo prefati Laurētius, Fulque-
tus, ⁊ Joanna essent eidem quondam Bernardo successuri tan-
quam proximiores ⁊ magis coniuncti, repulsis ⁊ exclusis dictis
Antonio, Joanne ⁊ Guillielmo, per iura superius allegata: ergo
ad ipsos Laurentium, Fulquetum, ⁊ Joannam transmissa est
per dictum Bernardum pars ⁊ portio, in qua fuerat heres insti-
tutus. Premitto insuper quod, quia predictus Laurentius, qui
postea ab humanis sine liberis decessit, condidit testamentum
sufficienti testium numero ⁊ aliis de iure requisitis fulcitum ⁊
roboratum, ⁊ in quo heredem vniuersalem instituit dictum Ful-
quetum eius fratrem vtrinque coniunctum, dictus Fulquetus iu-
re hereditario debet habere sextam partem paterne heredita-
tis, ⁊ tanquam heres predicti Laurentii debet habere aliam sex-
tam partem, ⁊ tertiam partem illius sexte partis in qua fuerat di-
ctus Bernardus heres institutus: que scilicet tertia ad dictum
Laurentium peruenerat, ⁊ tanquam heres Bernardi ⁊ iure heredi-
tario illius debet habere aliam tertiam partem predicte tertie
partis. ¶ Ex quibus infero responsionem ad primum quesitum,
quod hereditas dicti Petri Gumelli non debet diuidi in capi-
ta: sed debet ipse habere dimidiam partē, excepta illa tertia par-
te, pro qua dicto Bernardo successit in sexta eius parte dicta Joā
na gumelle: dicti vero Antonius, Joannes, ⁊ Philippus solum
habere debent aliam dimidiam partem predicte paterne heredi-
tatis. Et ita breuiter ⁊ succincte, pro eo quia tempus non suppe-
tit, mihi videtur de iure respondendum, sub correctione cuiusli-
bet domini melius sentientis.

1 ☞ Mulier viro viduata quamuis possit eligere sepulturam
sine consensu patris: non tamen potest pro anima, seu in piam cau
sam facere de bonis suis donationem causa mortis sine eiusdem
patris consensu.
2 Donatio facta per mulierem viduam habentem patrem super-
stitem non valet, quando constat quod ipsa donatio fuit facta
calore iracundie ab ipsa filia contra patrem concitata, cui nihil
reliquit.
3 Causa omnis siue iusta siue iniusta excusat quem a dolo.

¶ Epitome.

¶ Si filiafamilias inutiliter conuentui dederit, si merito pater
donatis priuetur, non ad conuentum: sed vel ad venientes ab in-
testato, vel ad fiscum res pertinebunt. V. F.

¶ De dona. cau. mor. Consilium. lxi.



Quāuis honesta quondam mulier Antoneta bonnete, filia naturalis
⁊ legitima Joannis bonneti, potuerit siue posset
sine consensu eiusdem Joannis, in cuius vt puto
patria potestate existebat, sibi eligere sepulturā.
c. licet. §. quamuis. de sepul. in. vj. non potuit tamen sine consensu
eiusdem patris etiam pro anima, seu in piam causaz facere de bo
1 nis suis † donationem causa mortis, dicto. c. licet. §. quamuis. l.
filiusfamilias. §. pari autem ratione. ff. de dona. ⁊ l. tam is. ff. de
do. cau. mor. ⁊ ita no. Docto. in dicto. §. Quis. ⁊ in allegata. l. fi-
liusfamilias. §. pari autem ratione. ⁊ in. l. seniū. C. qui testa. face.
pos. Nec puto quod pro defensione donationis causa mortis, quā
eadem Antoneta fecisse dicitur venerabilibus ⁊ religiosis viris
domi. Priori ⁊ conuentui fratrum predicatorum Vapinci, seu
eidem conuentui faciat, quod dicta Antoneta, considerans vel at-
tendens crudelitatem dicti Joannis bonneti eius patris, dicta
eius bona donauerit predicto conuentui: quinimo potius hec cō
sideratio facit contra donationem: pro eo quia videtur facta ca-
lore iracundie: ⁊ pro eo quia pater eā non recepit in loco de Oza,
arg. l. si filiam. C. de inoffi. testa. ex qua colligunt Doc. quod exhere
datio filii per patrem facta calore iracundie non valet, etiam si
alias subsisteret legitima causa. Et ita no. Bal. Saly. ⁊ do. Jas.
May. in dicta. l. si filiam. Ergo a simili si bona, in quibus erat
pater abintestato filie successurus. aut. defuncto. C. ad tertul. ⁊ in
corpore vnde sumitur, filia ipsa donauerit calore iracundie cōtra
2 patrem concitata, † ⁊ cui nihil reliquit: non valuit dicta donatio:
pro quo etiam facit. l. quicquid calore, ⁊ quod ibi Bar. ff. de reg.
iur. l. iii. ff. de diuor. l. ii. cū gl. C. de rebus credi. ⁊. c. si quis iratus. ii.
q. iii. per que probatur quod nec cōtractus nec alia que fiūt calore iracū
die valēt. Nō etiā facit pro defensiōe predicte donationis, quod ea-
dē Antoneta fuerit protestata de absentia patris propter licentiā
petendā ⁊c. quia etiā si licentiā se cōsensum huiusmodi petiisset: nō ta-
men tenebatur aut cogi poterat pater illi cōsentire. Et per hec pa-
tet responsio ad primū ⁊ tertiū quesita. ¶ Ad secūdū dico ⁊ respōdeo
quod cū tempore repulsionis seu nō receptionis predicte Antonete, ipsa
veniret de Vapinco, vbi vigebat pestis: habuit idem pater causam
vel occasionē eandē nō recipiēdi, forte propter vxorē, liberos ⁊ fa-
miliā, ⁊ ne subiiceret illū locū de Oza ⁊ suos coincolas seu conci-
ues periculo pestis: ⁊ hec cā videtur sufficisse ⁊ sufficere ad exclusio
nē doli, ⁊ pene debite: quia ois causa siue iusta siue iniusta excusat
3 † quē a dolo ⁊ a pena doli. l. igitur. §. penul. ff. de libera. cau. ⁊ quod
no. glo. in. l. j. in fi. ff. de abige. ⁊ in. l. plagii. la. ii. vbi etiam Ange.
C. ad leg. fla. de plagi. ⁊ quod ponit Pau. de cas. cōsi. xv. exordiē.
Pro clariore examinatione ⁊c. ⁊ Alex. de imo. cōsi. xcii. exordiē.
Perspectis his que in themate ⁊c. Et sic nō puto quod idē Joā
nes censeri debeat homicida, vel quod pretextu dicte repulsiōis
aut nō receptionis predicte Antonete priuari debeat eius here-
ditate, ⁊ bonis donatis. Et vbi idem Bonneti pater sic pretende
retur deliquisse, ita merito quod posset esse priuatus ipso iure, aut pri-
uari posset hereditate ⁊ bonis huiusmodi: nō tamen remanerent
predicto conuentui: sed deferrentur ad alios veniētes ab intesta-
to, vel ad fiscum: ad venientes autem ab intestato, vbi ipso iure
esset priuatus, per id quod habetur in. l. si ab hostibus. §. si vir vxo-
rem. ff. solu. mat. ad fiscū vero, si nō esset ipso iure priuatus, sed pri
uandus. l. ex facto. §. iulianus. ff. de vulga. ⁊ pupil. ⁊ l. papinianus.
meminisse, cum simi. ff. de inoffi. testa. Et per hec patet responsio
ad secundū quesitū. ¶ Verū quamuis vt puto ista sint iuris: bene tn̄
faciet idem Bonneti si aliqua de illis bonis relinquat predicto
cōuentui, iuxta votum filie: ⁊ que nō solū pro aīa suiipsius, ⁊ paren
tum suorum: sed etiam illius probi quondam viri Joannis cōstā
tii, a quo predicta bona receperat, ⁊ cui ad antidora tenebatur, ⁊
minus vrbane faciet idem Joannes, si hic vtatur rigore iuris: Et
ita mihi videtur, sub correctione cuiuslibet melius sentientis.

¶ Consilium. lxii. fuit omissum: quia erat de tractatu legitime
filiorum milies repetito.

ciens ad prescriptionem iurium negatiuorum: tunc enim videren
tur non posse, ⁊ vt dicunt Hostien. Ioan. andr. ⁊ Docto. in dicto
c. significante. de appella. ita intelligi potest. l. in prouinciali, ⁊. l.
si manifeste. C. de seruitu. ⁊ aqua. arg. l. prime. C. que sit longa cõ-
suetudo: non autem esset inchoata nec cucurrisset prescriptio hu
iusmodi, nisi a tempore quo vniuersitas ⁊ homines predicti inhi
biti voluissent edificare alia molendina seu furnos, vel alibi mo-
lere blada sua, aut coquere panes: ⁊ propter sibi factam prohibi-
tionem destitissent, vt not. gloss. ⁊ Doc. in. l. qui luminibus. ff. de
seruitu. vrba. predio. ⁊ in dicta. l. prima. C. de seruitu. ⁊ aqua, Bal.
in. l. item lapilli. versicu. tertio quero. ff. de re. diuisio. Bartholo.
Veronẽ. in dicta rubri. de fur. cano. in dicto. c. significante, ⁊ fa-
cit quod notat Bald. in. §. prediorum. versicu. deinde quero. insti
tu. de seruitu. ⁊ in dicta. l. prima. colum. ij. versicu. tertio ponitur.
C. de seruitu. ⁊ aqua: vbi referens Pe. dicit, quod seruitutũ que-
3 dam sunt affirmatiue, † vt seruitus aque ducende, iter, actus, ⁊
similes: quedam vero sunt negatiue, vt seruitus ne altius edifi-
ces, ac furnum vel molendinum etiam in tuo vel facias vel ha-
beas. Et in seruitute negatiua dicit non acquiri possessionem,
nisi vicinus volens vti libertate fuerit prohibitus ne ea vteretur
⁊ ipse prohibitus huic inhibitioni obtemperauerit: ex hoc enim
tempore prescribere incepit seruitutem: non autem si non obtem
perauit. dicta. l. j. C. de seruitu. ⁊ aqua. ⁊. l. fina. ff. quemadmodum
seruitu. amit. ⁊ qđ not. Pet. Iaco. in suis libellis, sub rubri. libel
lus super furno, versicu. sed dico quod in dicto castro ⁊c. Et vbi

supponeremus

supponeremus φ ius cogendi homines ꝛ incolas loci predicti de Camois ad molendum ꝛ decoquendum in molendinis ꝛ furnis predictis, vel eos impediendi ne alibi molant aut decoquat, esset seruitus: prout videntur sentire in simili Hostien. Jo. and. ꝛ Docto. communiter in dicto. c. significante. de pigno. videret quod siue hec seruitus dici posset predialis, siue personalis: posset dictus reuerendus dominus Abbas se tueri exceptione prescriptionis. Et primo quidem si est seruitus predialis: quia sic videretur habere causam cōtinuam: sicut dicimus in seruitute altius non tollendi, ꝛ in seruitute ne luminibus officiatur. Certum est autem φ licet seruitutes reales seu prediales non habentes causam continuam vel quasi non prescribantur regulariter sine titulo nisi per tempus cuius initij hominum memoria non existit. l. seruitutes. la grande. ꝛ φ ibi scribentes. ff. de seruitu. ꝛ quod notant Docto. in. l. secunda. C. eod. titu. ꝛ Ange. are. in. §. eque. institu. de actio. tamen huiuscemodi seruitutes habentes causam
4 continuam † prescribuntur seu prescriptione acquiruntur spatio decem annorum inter presentes, ꝛ viginti inter absentes, dicta. l. ij. ꝛ. l. fi. C. de prescrip. ꝛ hoc tempore dicit Petr. Jaco. in libello superius mētionato, posse prescribi seruitutem de qua loquimur. Si vero pretēdi posset quod hec esset seruitus personalis: adhuc videretur prescripta, etiam si alias non appareret de titulo: quia licet seruitutes personales habeant causam discontinuam, pro eo quia ad earum exercitium requiritur factum hominis: ille tamen prescribuntur etiam sine titulo tempore longissimo, hoc est spatio triginta vel quadraginta annorum, vt voluit Cyn. in dicta. l. ij. q. vj. vbi etiam alij Doc. ꝛ Pau. de cast. in dicta. l. seruitutes. Bartho. Veronen. in suo tracta. de seruitu. titu. quomodo qualiter ꝛ quando constitu. ꝛ acqui. ꝛ retinen. seru tu. colū. penul. versicu. quartus casus: ꝛ rationem huius diuersitatis inter prediales seu reales seruitutes habentes causam discontinuā, ꝛ personales, ponit Cyn. in. dicta. vj. q. ꝛ post Cyn. Doc. in locis superius allegatis: que est, quia in primo casu, hoc est in seruitute reali que debetur a re rei: res cui deberi pretenditur seruitus non habens causam continuam, sed discontinuam, dici non potest continue possideri. Et quidem non per actum seruitutis: quia cum indigeat facto hominis, ille actus non est nec esse potest cōtinuus: non etiam per animum: quia res animum non habet. Sed in secundo casu, hoc est in seruitutibus personalibus que debent personae, dicunt Pet. Cy. ꝛ Docto. quod licet ad earum vsum requiratur factum hominis: non propterea dicuntur habere causam discontinuam: quia possunt possideri animo, qui continuus esse
5 potest: † quamuis actus sint discontinui. Et ideo quamuis tales seruitutes sine titulo longo tempore prescribi non possint: tamen longissimo tempore bona fide ꝛ sine titulo prescribi possunt, secundum Cy. ꝛ alios in locis superius allegatis. Si autem dicimus φ proprie loquendo ius predictum non est seruitus predialis, seu realis, aut personalis: sed potius ius quoddam: tunc videretur dicendum: quod si idem reuerendus dominus Abbas innitatur solo cursui temporis sui ꝛ suorum predecessorum: opus esset probare qd tam ipse, φ predecessores fuerint in possessione seu quasi predictorum iurium a centum annis decursis ꝛ elapsis tempore contradictionis ꝛ citra, seu per eos, per ea que no. Docto. in c. peruenit. de censi. Bart. ꝛ multi. in. l. cum de in rem verso. ff. de vsur. ꝛ multi Docto. in. l. si certis annis. C. de pact. Et sic probare oporteret prohibitiones fuisse factas iam sunt centum anni: quia vt dixi in his ꝛ alijs, que sunt facultatis, non queritur aduersus iuris facultatem seu libertatem possessio seu quasi, nisi a tempore facte inhibitionis alicui vel aliquibus ne tali facultate vtantur, ꝛ subsequute paritionis. Si vero non inniteretur idem reuerendus dominus ex solo cursu temporis, nec super illo duntaxat fundaret eius intentionem: sed super aliquo titulo alias legitimo ꝛ efficaci, quem presumptiue probare vellet, pro eo quia ipse ꝛ sui predecessores duntaxat molendina ꝛ furnos habuerunt in loco de Camoys, seu eius territorio, ꝛ quod in illis ab antiquissimis temporibus ꝛ citra omnes homines ꝛ incole dicti loci moli ꝛ decoqui fecerunt bladum ꝛ panes eorūdem: tunc videretur sufficere lōge minus tempus, scilicet tempus decem vel viginti annorum, iuxta ea que scribunt Barto. ꝛ Docto. in dicta. l. cum de in rem verso. dicto. c. peruenit. Super quo tamen aduertendum est, qd ad hoc vt ex longa possessione induceretur presumptio tituli allegati, non sufficeret deducere titulū huiusmodi: ꝛ pbare quod longo seu longissimo tempore, intelligo citra tempus cētum annorum, tam dictus reuerendus dominus, φ sui predecessores, solum ꝛ duntaxat habuerunt molendina ꝛ furnos in dicto loco de Camoys, seu eius territorio: ꝛ qd in illis homines ꝛ incole predicti longissimo tempore moli ꝛ decoqui fecerunt blada ꝛ panes: sed opus est deducere ꝛ probare tertium, scilicet φ hoc fecerunt ex titulo in causa allegato: quia nisi hoc probaretur: non inferretur necessario qd illi homines ꝛ incole moli ꝛ decoqui fecissent

blada eorum ꝛ panes ex causa allegata: ꝛ sic probatio esset dubia, que propterea non releuaret. l. neq natales. ꝛ. l. ad probationem. C. de proba. l. non hoc. C. vnde cogna. c. in premissa. C. de probatio. ꝛ quod not. Barto. ꝛ Alexand. de imol. in. l. inter stipulantē. §. si stichum. ff. de proba. Item quia fictio fictionis ꝛ impropri-
6 etas impropietatis debet † euitari, ꝛ earū pluralitas repelli. l. j. C. de do. promis. sed si teneremus quod ad presumptiue probandū titulum allegatum, seu causam, sufficeret simpliciter probare in casu nostro qd dicti domi. Abbas ꝛ predecessores dumtaxat habuerint molendina ꝛ furnos: ꝛ qd in illis ꝛc. sequeretur hoc absurdum, prout latius declarat Salyce. in dicta. l. cum de in rem verso. in. vj. qō. iunctis his que ipse ponit. qō. iiij. ꝛ quod opus sit probare quod ex titulo seu causa allegata ꝛc. tenuit Saly. in dicta. l. si certis annis, ꝛ in allegata. l. cum de in rem verso. in locis supra proxime allegatis: hoc etiam fuit de mente Bartol. in dicta. l. cum de in rem verso. columna fina. versicu. sed si non soluisset simpliciter sed respectu dicte cause. Idem etiam voluit Antonius de butri. in dicto. c. peruenit. columna nona. ꝛ Alexand. de imol. in dicta. l. si certis annis. columna quinta, ꝛ colum. fina. ꝛ plenius consilio. cxij. exordien. super primo dubio, columna secunda. in primo volumine. ꝛ consilio. cviij. exordien. In causa ꝛ lite vertente ꝛc. columna fina. in secundo volumine: ꝛ idem fuit de mente ipsius consilio. lxxv. exordien. Visis ꝛ ponderatis. colum. fina. in quarto volumine, dominus Felinus in. c. causam. colum. iiij. versicu. sed aduerte quia oportet quod allegans ꝛc. de prescri. ꝛ dominus Jason Maynus, quamuis sit aliquantulum corruptus, in dicta. l. si certis annis. columna quarta. versicu. secundo limita. Et sic non video quod ista via sit sine difficultate: etiam si subsit bona fides, vel credulitas excusabilis, per quam idem reuerendus dominus credat, quod ex tali causa iura de quibus loquor competierūt dicte eius Abbatie, ac sibi ꝛ predecessoribus. Si vero nullam causam sciat, vel de nulla habeat opportunam credulitatem, non consulo quoquo pacto quod causa fingat, aut titulus, propter periculū anime. ¶ Sed superest difficultas: an in vim consuetudinis possit idem reuerendus dominus Abbas iura predicta defendere aut tueri. Super quo articulo videtur prima facie dicendum quod non, per id quod notat Panormitanus in. c. fina. columna octaua. versicu. sed quero circa istam partem. de consuetudi. vbi voluit quod principalis ꝛ fundamenta-
7 lis differentia inter prescriptionem ꝛ consuetudinem † est, quia ex prescriptione acquiritur ius priuato: siue illud ius trahatur ex publico, siue ex priuato: ex consuetudine vero non acquiritur ius alicui priuato: sed publico, vndecunq causetur, etiam si ius trahatur ex priuato. l. venditor. §. si constat. ff. communia predio. vbi patet quod potest introduci consuetudo, quod quisq possit dato pretio fodere lapides in fundo alicuius: quod ius trahitur a priuato, ꝛ acquiritur publico ꝛ in communi: facit pro hoc secundū Panor. quod voluit Joan. andre. in. c. fina. vbi dicit quod. c. cū dilectus. de consuet. impropie ponitur in illo titulo: qu:a potius loquitur de prescriptione, quam de consuetudine: ꝛ idem voluit Panormita. in dicto. c. cum dilectus. columna fina. ꝛ plus dicit Panormita. in dicto. c. fina. columna octaua. quod non dicitur consuetudo vbi ius acquiritur certo collegio: quia collegium tenet vices vnius, est enim quoddam corpus fictum ꝛ representatum. l. mortuo. ff. de fideiusso. ꝛ. l. proponebatur. ff. de iudic. Sed contrarium, scilicet quod illa non sit differentia inter consuetudinem ꝛ prescriptionem, ꝛ quod ex consuetudine possit acquiri etiā priuato. videtur probari in dicto. c. super quibusdam. §. preterea, quatenus ibi loquitur de pedagijs, guidagijs ꝛ salmarijs ex antiqua consuetudine ꝛc. Contrarium etiam videtur fuisse de mente Hostien. Joan. and. ꝛ aliorum scribentium in dicto. c. significante, quatenus sentiunt quod ex consuetudine vel pacto potuerūt decanus ꝛ capitulum acquirere ius de quo ibi: hoc etiam colligitur ex his que notat Baldus. ff. de re. diuisio. super rubri. colum. ij. versicu. Hic ergo queritur ꝛc. quatenus ibi vult quod Veneti
8 ꝛ Januenses habent sua maria distincta ex inueteratissima † cōsuetudine: ꝛ idem fuit de mente Joannis fabri in. §. flumina. institu. de re. diui. quatenus voluit quod si quis per plures annos fuerit piscatus in locis de quibus ibi, ꝛ alios prohibuerit sciente populo ꝛ non contradicente, videtur sibi ius quesitum ex tacito consensu populi: ꝛ sic ex consuetudine de qua ibi loquitur: ꝛ ita intelligit. l. iniuriarum. §. fina. cum. l. sequen. ff. de iniu. hoc ipsum etiā colligitur ex eo quod notat Barto. l. si publicanus. §. in vectigalibus. ff. de publicanis. Cynus in. l. prima. C. noua vectiga. instituti non pos. ꝛ Salyce. in. l. secunda eiusdem tit. ꝛ alij in alijs locis: quatenus voluit ius colligendi vectigal acquiri posse per aliquem ex consuetudine. Et ita videtur quod dictum Panormi. non procedat. Et ad dictum. c. cum dilectus. videtur posse respōderi quod illud non probet dictum Panormi. cum expresse loquatur de consuetudine. Preterea ibi detrahebatur iuri mona-

sterij:per dicta autem iura molendinorum z furnorum non vide-
tur detrahi iuri hominum z incolarum predictorum:sed potius
cuidam facultati:quia penes nullum eorumdem erant iura,que
pretendit idem reuerendus dominus Abbas se vel suos prede-
cessores nomine dicte eius abbatie quesiuisse ex consuetudine.

¶Ex quibus existimo ipsum reuerendum dominum Abbatem
posse intentare consuetudinem,z cui sufficiet tempus decursum
a tempore predictarum inhibitionum:quinimo z longe minus
de iure ciuili,prout volunt Doctores communiter in.l.prima.C.
que sit longa consuetudo.z in.c.finali.de consuetu.nec erit opus
allegare titulum:quia in ea nõ requiritur titulus:nullo enim iu-
re hoc cauetur,quinimo potius videtur oppositum:cum in eo,vt
pote quadam tacita lege,inspiciatur sola voluntas,seu tacitus
consensus populi:de quo etiam Hostien.in summa,titu.de con-
suetu.§.fina. versicu.tertia est.quia in prescriptione zc.z hec est
9 opinio magis communis.†Non etiam videtur in consuetudine
requiri bona fides,vt notat Baldus in.l.si quis ad declinandã.
columna decimatertia,vel circa,in prosequutione questionis mo
te,in versicu.modo hic venit quedam difficilis questio zc.ibi,sed
contra predictum episcopum sic arguitur.C.de episcopis z cleri-
cis.Angel.in.l.de quibus.vbi etiam dominus Iason Maynus
z columna duodecima,z columna sequen.ff.de legibus.Anto-
nius de butrio in dicto capitulo finali.de consuetudi.dum tra-
ctat que sit differentia inter consuetudinem z prescriptionem,z
Alexander de imola consilio sexto,columna prima,in primo vo-
lumine.z Franciscus de Aretio consilio centesimo quinquage-
simoquarto,exordiente,Consultatio preposita zc.columna fina.

¶Et per premissa videtur posse responderi ad id quod notat
Baldus in capitulo primo,in verbo pactiones.de pace constan.
Aluarotus in capitulo primo,columna tertia,qualiter vasallus
iurare debeat fidelitatem.domino suo.z Alexander de imola in
l.prima.§.que onerande.ff.quarum rerum actio non datur qua-
tenus volunt quod prestratio seruitiorum insolitorum vel inde-
bitorum presumitur a dominis per metum extorta:quia attenta
possessione seu quasi longissimi temporis debuit z debet presumi
bona fides.facultas enim exponendi de mala fide presumpta tol
litur per lapsum triginta annorum,non solum quo ad hoc vt nũc
presumatur adesse bona fides:sed etiam vt retro z ab initio pre-
sumatur affuisse bona fides,vt voluit Bartolus in dicta.l.fina.
ad finem.C.vnde vi.vbi etiaz.columna prima.hoc sequitur Sa-
licetus z Panormitanus in dicto.c.si diligenti.columna tertia.
Antonius de butrio in capitu.sepe.de restitutione spoliatorum,
z Franciscus de are.in allegato consilio centesimoquinquagesi-
moquarto,columna finali.

¶Forte vero opponetur,quod ille preconisationes penales fa-
cte de non molendo aut coquendo alibi zc.videantur potius no-
cuisse quam prodesse,quasi metu incursus illarum penarum ho-
mines z incole destiterint a molendo z coquendo alibi:ex cõsen
su enim populi coacto non videtur induci cõsuetudo,per id quod
post Petrum notat Cyn.in dicta.l.secunda.C.que sit longa con
suetudo.Albericus in rubrica illius tituli,columna duodecima,
vel circa,z Antonius de butri.in repetitione dicti.c.fina.colum.
decima,vel circa.de consuetũdi.Sed hec non obstãt:pro eo quia
Petrus z alij loquuntur in metu illato a priuato,vel per iudi-
cem vt priuatum:tunc enim consensus coactus non induceret cõ
suetudinem,nec proficeret cogenti:cui etiam tanquam priuato
resisti potuisset.Pro quibus allegasse sufficiat.l.si priuatus.ff.
qui z a quibus.l.prohibitum.C.de iure fisci.lib.decimo.z.l.de
notum.C.de metal.libro vndecimo.secus vero est in populo co-
acto per viam iurisdictionis:quia tunc valet consensus ad cõsue
tudinem inducendam.l.cum de consuetudine.ff.de legibus.z.l.
prima.C.que sit longa consuetudo.Et nimirum:quia coactus
10 †consensus est consensus.l.si mulier.§.primo.ff.quod metus
causa.Huius autem diuersitatis ratio patet:quia quando iu-
dex aliquid disponit per modum iurisdictionis,voluntas sua di-
citur voluntas partis.l.si ob causam.C.de euictio.z.c.quod ad
consultationem.de re iudicata.Cum igitur preconisationes de
quibus in casu fuerint,vt puto,facte per iudicem,z per modum
iurisdictionis:videtur quod non obstante pretenso metu tacitus
consensus postea adhibitus in molendo z coquendo in molendi-
nis zc.induxerit consuetudinem.Et sic puto,sub correctione cu-
iuslibet domini melius sentientis,quod attenta possessione seu
quasi longissimi tẽporis possit dictus reuerendus dominus Ab-
bas agere condictione ex lege non scripta,z se fundare in dicta
consuetudine.Et hec quo ad materiam iurium molendinorum z
furnorum. Et idem videtur de calcatura granorum,scilicet
quod homines predicti non possint calcare aut calcari facere
blada sua in dicto territorio nisi cum animalibus dicti reueren-
di domini Abbatis.

¶Preterea ex vsu longissimi temporis presumitur bona fides.
l.possideri.§.si seruus.ff.de acquirenda possessione.z not.Io-
annes andreas in additio.Specula.titu.de testibus.§.nunc di-
cendum.in prima additio.columna quarta,versicu.Item sic op-
ponunt zc.ibi,item vt scripsi post Innocentium,z idem voluit
Ioannes andreas in.c.secundo,in glossa magna,columna vlti.
de in integr.restitu.Archi.in.c.primo,de prescrip.in sexto.Bar.
in.l.fi.ad finem.C.vnde vi.Antonius de butr.in.c.sepe.de restit.
spolia.Panor.in.c.si diligenti.de prescrip.Angelus in.l.penult.
C.quib.non obstat longi temporis prescript.z in.l.super longi.C.
de prescript.longis.tempo.z in.l.eum qui.§.fina.ff.de publicia.in
rem act.Antonius de butrio in cap.cum ecclesia.circa.j.colum.
de causa possessio.z proprie.z in repetitione dicti capit.peruenit.
de censibus.

¶Quo vero ad id quod in casu predicto supponitur,scilicet q̃ di
ctus reuerendus dominus Abbas,tam per se,q̃ per dictos eius
predecessores,z nomine predicte abbatie,fuit in possessione a tan
to tempore,q̃ illius initij memoria non existit,z citra piscandi in
reparia Sianhe,ac inhibendi z prohibendi alijs ne sine licentia
domini Abbatis pro tempore existentis in ea piscarentur,dico
z respondeo quod per possessionẽ seu quasi huius longissimi tem
poris quesitum est ius ex prescriptione vel consuetudine eidem
reuerendo domino Abbati,seu dicte eius abbatis per quod im-
pedire potest homines z incolas predictos ne sine ipsius licentia
piscentur aut pisces capiant in dicta riparia.Habet enim vsus
tanti temporis vim concessionis z priuilegij,etiã in his que sunt
11 †principi reseruata,dicto capit.super quibusdam.§.preterea.z
quod ibi glos.cap.seruum.xviij.qõ.ij.l.hoc iure.§.ductus aque.
ff.de aqua quoti.z estiua.l.ij.in princip.ff.de aqua pluuia arcen.
z quod not.gloss.in.c.j.circa finem.de prescriptio.in vj.gloss.Io.
de Pla.z doct.in.l.vsum aque.C.de aqueduc.lib.xj.multas re-
missiones ponit Alexander de imola consi.vj.colum.j.in primo
volu.vbi etiam dicit,quod siue dicamus talem vsum z obseruan
tiam esse consuetudinem,seu prescriptionem:neutro casu est ne-
cessarius titulus,aut illius allegatio,dicto capit.j.cum ibi nota.
per Archidiaconum z Ioannem Andream.de prescript.in vj.z
quod not.Hostien.in summa,de consuetudine.§.finali.circa col.
penulti.z Innocentium in.c.cum ecclesia.de causa posses.z pro-
prieta.z Baldus de pace constan.in verbo sicut ab antiquo.Nec
est opus,vt dixi superius in simili,docere de aliqua bona fide:cuz
etiam illa presumatur propter prescriptionem longissimi tempo-
ris.Et idem dico de piscatione fienda in gemino mari,z prohibi
tione contra homines z incolas predictos,insuper z extraneos:
quia etiam supposito quod illud geminum mare,seu maris diuer
ticula non fuissent abbatie predicte z reuerendis domi.Abbati-
bus per principem donata:si tamen prefatus reuerendus domi.
Abbas tam per se,quam suos predecessores,z nomine abbatie
piscari fecerit,z alios impedierit ne in his piscarentur per tem-
pus predictum,nisi cum licentia,quesitum est predicte Abbatie
z ipsi reuerendo domi.Abbati ius,per quod eos impedire po-
test ne inibi piscentur nisi cũ licentia,per iura predicta.Pro quo
etiam facit quod de Venetis z Ianuensibus z not.Ange.z Io
annes de imola in.l.fina.in princi.ff.de vsuca.Ioan.de Platea
in dicta.l.vsum aque.z Angelus Areti.institu.de rerum diuisi.
in principio:quatenus volunt quod Veneti z Ianuenses gul
12 phos suos,†quos posiederant a tempore cuius initij memoria
non existit z citra,prescripserunt,z ita illorum facti extiterunt.
Si igitur possessio tanti temporis probari possit,res erit in tuto.
Si vero probari non possit,esset videndum de causa,seu titulo,si
quis in veritate vel bona fide seu conscientia credatur aliquan-
do interuenisse,z qđ ex illo seu illius pretextu fuerunt alij prohi-
biti seu impediti piscari in dicto gemino mari:tunc enim posset
de illo articulari,z ad presumptiuam probationem illius suffice-
ret probatio prohibitionis z impedimenti nisi cum licentia zc.
per id quod no.Barto.z Docto.in dicta.l.cum de in rem verso.
cano.in.c.peruenit.de censi.z Docto.in dicta.l.seruitutes.la grã
de.ff.de seruitu.z vt videtur doctores sentiunt quod tunc ad in-
ducendam presumptionem huiusmodi probare sufficeret fuisse
inhibitum,z sic obseruatum spatio decem aut viginti annorum.
Et hec est communis opinio,prout colligi potest ex his que no.
domi.Feli.in.c.de quarta.columna decimaquarta.ad fin.versic.
fallit secundo quando vtens seruitute zc.de prescript.ad quem
breuitatis gratia remisisse sufficiat.

¶Quo vero ad id quod queritur de facultate precipiendi fiscos
seu canistros,dico z respondeo quod cum hec facultas videatur
esse quedam seruitus personalis,illa etiam sine titulo acquiri po
tuit spatio triginta annorum,prout superius dixi cum loquerer
de personalibus seruitutibus:cuiusmodi sunt vsusfructus,vsus,
z similia.

¶Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini me-
lius sentientis.

1 ☞ Vẽditio dominij directi, ⁊ annui cẽsus est cõtractus licitus.
2 Legis verba vbi cessant, aut etiã statuti, cessat ⁊ illius dispositio.
3 Creditore inuito licet alius pro alio regulariter solui non possit: secus tamen fieri potest ipsius consensu interueniente.

¶ Epitome.

¶ Pactum inter emptorem ⁊ vẽditorem pensionis compositũ, vt si vellet emptor pretium intra decem annos repetendo a contractu discederet, valet nec vsurariũ cõtractũ reddit. V. F.

¶ De pact. inter empto. Consi. lxx.



Viso instrumento venditionis dudum, anno scilicet do. M.cccclxxvij. ⁊ de mense Februarij, facte per Gulielmum ⁊ Joannem valẽtie patrem ⁊ filium, ac honestas mulieres Joannetam, ⁊ Agnesiam eiusdem Gulielmi socrum ⁊ vxorem, honorabili quondam viro Lancelmo Rambaudi mercatori ciuitatis Vapinci: vna cũ casu parte honorabilis iuuenis Gaspardi Rambaudi eiusdem quondam Lancelmi filij ⁊ vniuersalis heredis mihi exhibito, ⁊ dubijs ex casu huiusmodi elicitis: dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte ad dubia huiusmodi prout infra.

¶ Et primo ad primum, quod contractus venditionis huiusmodi facte scilicet de quinq; florenis annualib⁹, ⁊ dominio directo prediorum in instrumento venditionis huiusmodi latius expressorum, videtur fuisse contractus venditionis ⁊ emptionis premissus ⁊ licitus non contractus feneratitius, ⁊ hoc ex forma illius. In eo enim interuenit pretium, ⁊ merx, seu res vendita, hoc est dominium directum predictorum prediorum, ⁊ quinq; floreni annuales: pro quibus ⁊ alijs iuribus ad causam dominij directi competere solitis fuerunt promissi ⁊ dari conuenti floreni sex viginti, ⁊ de illis satisfactum per dictum quondam Lancelmum, vt apparet per confessionem de recepto factam ab eisdem venditoribus. Isto argumento vtitur in simili Innocen. in c. in ciuitate. de vsur. Preterea iste contractus, hoc est contractus venditionis dominij directi ⁊ maioris segnorie predij aut prediorum, ⁊ annui census, videt̃ esse plurimũ vsitatus, ⁊ maxime in patria Delphinali, ⁊ comitatu Venayssini, ⁊ locis circumuicinis: ⁊ vbiq; ex communi omnium opinione habetur pro licito, ⁊ pro non vsurario: ergo est iudicandus licitus, ⁊ non vsurarius, per id quod in simili voluit Oldr. consi. ccvij. exordien. Uniuersis presentes literas inspecturis, ad fi. pro quo allegat. l. si in ẽptione. §. j. ff. de 3hen. emp. ⁊ ven. ⁊ l. vẽditor. §. si constat. ff. cõmu. pred. pro quo etiã facit qđ no. Bal. in. l. p diuersas, col. ij. C. mãda. vbi dicit q̃ 2suetudo potest contractũ approbare ⁊ improbare, ar. l. certi cõdictio. §. si nummos. ff. si cer. pet. etiã facit pro hoc tex. in. l. quid sit fugitiuus. §. apud labeonem. ibi, quia id facit quod publice facere licere arbitratur. ff. de edic. vbi ⁊ per illum text. dicit Bart. q̃ si quis facit aliquem actum, qui communiter estimatur licitus, q̃uis in veritate ille actus sapiat vsurariã prauitatẽ: nõ tñ dicet̃ vsurarius. Etiã p hoc facit qđ dt Jo. de imo. in cle. j. de elec. vbi voluit q̃ tolerantur gesta virtute cõmunis opinionis, q̃uis postea declaretur opinionem cõmunem non fuisse iuridicam: ad qđ facit. l. j. C. de test. ⁊ l. barbarius philippus. ff. de offi. preto. Cum igitur vt predixi dictus contractus consueuerit in patria Delphinali ⁊ locis circumuicinis plurimum frequentari, ⁊ haberi pro licito, ⁊ non vsurario, iudicãdus est nõ vsurarius. Nec contra eũ presumptionẽ inducit, qđ facultas dissoluẽdi cotractũ huiusmodi concessa aut data extiterit dicto Lancelmo emptori, si ⁊ quando infra decẽ annos a die eiusdem venditionis vellet rehabere dictos sex viginti florenos: quia istud pactum non arguit dictum contractum fuisse simulatum, aut feneratitium, prout colligitur ex his que habentur in. c. illo vos. de pignori. in casu enim illius. c. fuit illi. T. emptori data facultas dissoluendi contractum, ⁊ ab illo resiliendi. Et quãuis in casu illo vehementer presumatur contra emptorẽ: hoc tñ nõ 2tingit p̃textu date facultatis dissoluẽdi cõtractũ: sed ex alijs que fuerant expressa, sc3 q̃ fructus percepti deberent in pecunia soluẽda numerari, ⁊ q̃, vltra summã receptam per venditorem quadraginta solidi seu aurei deberent persolui: ⁊ hoc ⁊ satis ⁊ apertissime colligitur ex dicto. c. illo vos. Propter quod non est a verbis illius discedendum. l. ille aut ille. §. cum in verbis, ⁊ l. non aliter. ff. de legatis. ij. neutrum autem horum apparet ex verbis ⁊ forma dicte venditionis in ea interuenisse: ⁊ ita non sumus in terminis illius tex. qui propterea nõ potest huic casui ad illius impugnationem adaptari: quia vbi cessant verba
2 legis, aut statuti: cessat † ⁊ illius dispositio. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accu. l. iiij. §. toties. ff. de dam. infec. l. prima. §. loquitur. ff. de aqua quotid. ⁊ estiua. l. si seruum quis. §. non dixit. ff. de acquirenda heredi. l. ita autem. ff. de administra. tuto. ⁊ c. indẽnitatibus. de elec. in vj. ⁊ quod ponit Paul. de castr. consi. iiij. ⁊ consilio. xi. ⁊ Roma. consilio. ccccxlij. ⁊ consilio. ccccij. ⁊ Alexã. de imola consilio octauo, columna finali. in tertio volumine. Et quod ex eo quod facultas dissoluendi contractum venditionis ⁊ emptionis, seu ab eo resiliendi cõcessa est emptori in eum casum in quem huiuscemodi contractus displiceret, nõ censeat̃ contractus vsurarius, aut simulatus, seu al's illicitus, satis colligitur ex eo qđ no. gl. in dicto. c. illo vos. super verbo fructus, ⁊ qđ ibi Jo. an. Ant. de butri. ⁊ Jo. de imo. qui omnes sentiunt, q̃ nisi essent illa duo, de quib⁹ supra dixi, emptor in casu illius. c. ⁊ in quo data sibi extiterat facultas cõtractum soluendi, fecisset fructus suos. Pro quo allegant. l. ij. ⁊ l. si a te. C. de pac. inter empto. ⁊ vendi. ⁊ hoc nisi fructus huiusmodi recepisset post pecuniam per eũ a venditore receptam, vel post illam oblatam, consignatam, ⁊ depositam. Hoc enim casu, vt dicunt, non inspicitur vtilitas venditoris: sed solum placitum seu voluntas illius, qui semel voluit contractum posse dissolui per emporem. Fateor q̃ Panor. in dicto c. illo vos. visus est velle qđ emptor teneatur ⁊ debeat imputare in sortem fructus per eum perceptos. Sed q2 quod predixi communiter obseruatur, quod etiam fatetur idem Panormi. non est ab illo in iudicando aut consulendo discedendum. c. nouimus. ⁊ qđ ibi Anto. de butri. de verbo. signifi. ⁊ c. de inductijs. iij. q. ij. ⁊ l. j. ibi, crebrior apud veteres opinio. ff. de offic. questo. ⁊ qđ not. Hostien. Jo. and. Anto. de butri. Panor. ⁊ aliõ in. c. j. de consti. Preterea cum venditio de qua supra non displicet dicto quondam Lancelmo, cessat dubiũ. Et per hec patet respõsio ad quintum, sextum, ⁊ septimum quesita.

¶ Ad tertium dico ⁊ respondeo, predictos venditores non posse opponere exceptionem pretij non soluti. l. in contractibus. §. sup ceteris. C. de nõ nu. pecu. Cui dicto nõ obstat, q̃ pretiũ p̃dictũ nõ receperint ex integro vẽditores antedicti in pecunia numerata: s3
3 certa bladi quãtitate, ⁊ alijs. † Queniã tñ deo qđ l3 aliud pro alio inuito creditore regulariter solui non possit. l. ij. §. j. ⁊ qđ ibi gl. ff. si cer. pe. secus tamen fieri põt interueniẽte volũtate creditoris, ar. dicti. §. j. argumento a contrario sensu: qđ est in iure potissimũ. l. j. §. huius rei. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdi. de quo Bal. in l. conuenticulam. C. de episco. ⁊ cle. Panor. in. c. cum apostolica. de his que fiunt a prelato sine consensu cap. ⁊ Fran. de cur. qui ponit multas remissiones, consi. liiij. exor. super duobus publicis instrumentis. col. pe. ver. vlti. coadiuuãtur premissa ⁊c. Cũ igitur prefati vẽditores sibi satisfieri de dictis sex viginti florenis concesserint ⁊ voluerint in his, de quibus in dicto instrumento, ⁊ pro illis quittauerint ac quittũ eundẽ Lancelmũ emptorẽ ⁊ suos heredes successores tenuerint ⁊ reputauerint, cũ pacto solẽni ⁊ valido de vlteri⁹ dictos sex viginti florenos p p̃tio p̃dicto dari cõuentos in solidũ, vel in parte, aut aliqđ aliud eorũ occasione nõ petẽdo, seu per quẽpiam peti faciendo: ⁊ hec omnia tenere, attẽdere, ⁊ obseruare, cõtraq; non venire ad sancta Dei euangelia iurauerint non possunt ipsi cõtrauenire, per iura vulgaria, scilicet. c. cũ cotingat. c. si vero. cũ multis simili. de iureiur. Et per hec patet responsio ad tertium ⁊ quartum quesito. ¶ Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Validitas testamẽti licet regulariter requirat septẽ testes, hoc tamen fallit multis casibus.
2 Testamentũ tẽpore pestis factũ in presentia duorũ testiũ valet, si plures haberi non possunt.
3 Codicillus validatur presentia quinq; testium.
4 Estimatio in dubio videtur facta vt faciat emptionem.

¶ Epitome.

¶ Testamento, in quo est clausula codicillaris, quatuor testes, ⁊ depositio notarij, qui illud sumpsit vires restaurant. V. F.

¶ De testamen. Consi. lxxj.



Ex themate mihi transmisse cõsultatiõis parte honeste mulieris done Marie perline, relicte p̃uidi quõdã viri Benedicti Columberij eliciũtur multa quesita: quibus non possunt ex integro respondere, pro eo q2 non sunt mihi tradita instrumenta acquisitionum per eundem quondam Columberij ⁊ ipsam communiter factarum: que tamen videre voluissem pro pleniore informatione, Ceterum respondebo prout potero. Et primo ad primum videtur dicendum, quod licet regulariter ad validitatem testamenti requirantur septem testes. l. heredes palam. ff. de testamẽ. ⁊ l. hac consultissima. §. per nuncupationem. C. eo. titulo. hoc tñ
1 fallit † in multus casibus: ⁊ inter ceteros in casu. l. fi. C. de testamen. quando scilicet rusticanus testatur in rure, ⁊ nõ potest adhibere septem testes: quia tunc sufficiunt quinq;. Fallit etiam secundum Baldum, quando non possunt haberi plures testes propter mortalitatem, seu pestem, vel aliũ casum repentinũ. Et dicit Raphael in. l. cõficiũtur. §. codicilli. ff. de iu. codicil. qđ hec opi-

mio videtur equior, ⁊ cum illa transire videtur. Et pro sententia
Bal. facit. l. fi. ff. de sacramen. milli. ⁊. l. j. ff. de bono. pos. ex testa.
mili. vbi existens in actu guerre, etiam si non sit miles, potest te-
stari cũ minore numero testium: ⁊ nos habemus ꝙ tempus guer
re vigẽtis inter homines, ⁊ tempus mortalitatis seu pestis equi-
parẽtur: q: tunc censetur bellum inter deum ⁊ homines. Quem
admodum enim in primo casu non currit prescriptio: ita nec in se
cundo. Et ita equiparat Bar. in. l. naturaliter. colum. penul. ff. de
vsucap. ⁊ cano. in. c. ex transmissa. de prescrip. Istam partẽ sequu
tus est Flo. de sancto Petro in. l. milites. ⁊ per illum tex. C. de sa-
cramen. milita. vbi per eum multum late. Illam etiam sequitur
Alexan. de imol. in. l. scrinarios. col. vlti. per glos. ibi positam. C.
de testamen. mili. quinimmo plus tenet ibi Alex. de Imola, ⁊ ita
videtur sentire Floria. in dicta. l. milites. scilicet quod testamen-
tum factum tempore pestis in presentia duorum testium valeat,
2 si plures haberi non possunt. † Pro hac sententia inducit multa
domi. Iason May. in d. l. fi. colum. iiij. versi. quid tenendum. vbi
etiam dicit, quod quãuis passus sit valde ambiguus: tamen ma-
gne equitati innititur sententia Bald. ⁊ qd̃ si casus contingeret,
ipse consuleret pro ea quando tempus pestis esset tale, ꝙ multi
testes propter ingens periculum verisimiliter haberi nõ possent.
Verum q: multi, ⁊ quidem doctissimi viri firmant contrariũ, non
trãsit res sine dubio. ¶ Preterea ponit in casu ꝙ vnus ex quinque
testibus, qui testamento de quo in casu interfuisse dicuntur, dicit
tergiuersari: nescio tamen in quo, ⁊ quod voluissem apertius scri-
bi: q: si idem testis deposuerit se non interfuisse testamento dicti
Columberij, vel eum aliter disposuisse ꝙ̃ scriptum extiterit, ipse
faceret vacillare instrumentum, per id quod habetur in. l. i. §. si
quis neget. ⁊ quod ibi doct. ff. quemadmodum testa. ape. ⁊ quod
not. docto. in. l. in exercendis. C. de fide instru. ⁊ in. c. cum Ioan-
nes eremita. eo. tit. Et ideo non videtur dictum instrumentũ pro
bare. Si tamẽ alij quatuor testes deposuerint fuisse actum prout
in dicto instrumento, ⁊ quod ipsi fuerunt adhibiti vel rogati: con
sulo quod ille dominus Iacobus Guidonis presbyter ⁊ nota-
rius apostolicus, qui de testamento predicto notam dicitur rece-
pisse examinetur de ⁊ super contentis in dicto instrumento: quod
fieri potest, iuxta ea que scribunt Doctores in. l. hac cõsultissima.
C. qui testamen. facere possunt. ⁊ in. l. domitius labeo. ff. de testa-
mentis: q: ⁊ si fortasse non posset defendi dispositio dicti quondã
Benedicti tanꝙ̃ testamentum: poterit tamen defendi tanꝙ̃ codi
cillus, postquã testator voluit ꝙ si non valeret iure testamẽti, va-
leret iure codicillorum: sufficit enim ad validitatem codicilli, ꝙ
3 illi intersint † quinque testes. l. fi. cum suis similibus. C. de codicil.
Sed tunc erit opus quod proximiores abintestato dicti quondã
Columberij adeant hereditatem abintestato: alias enim dicta
clausula si non valeret iure testamenti ⁊c. nihil operaretur, vt no-
tat glossa reputata singularis in. l. qui filio. §. primo. in verbo ex
codicillis, ⁊ quod ibi Ioannes de Imola. ff. de heredibus insti-
tuendis. quod etiam voluit Alexander de Imola in authen. ex
causa, col. xj. vel circa, versic. Item intellige, vbi etiam dominus
Iason Maynus. columna penultima. C. de libe. prete. vel exhe.
Angelus in. l. titia. ff. de inofficioso testamen. ⁊ Ambrosius Epi
scopus in. l. filiusfamilias. §. diui. charta tertia, columna tertia. ff.
de legatis primo. Et si vt audio supersint due sorores dicti quon
dam Benedicti vtrinque coniuncte, ille repellunt ab intestato co-
heredem dicte done Perline, scilicet Thronum morelli preten-
sum fratrem vterinum. aut. defuncto, ⁊ in corpore vnde sumitur.
C. ad tertullianum. ⁊ detrahent quartam trebellianicam. Et ita
vbi idem Tronus haberet mediam partẽ, ⁊ sic sex vncias, si ma-
neret quietus vt deberet, non habebit nisi quatuor cum dimidia.
Et sic patet responsio ad primum quesitum.
¶ Ad secundum ⁊ tertium dico, vt iam dixi, ꝙ ego voluissem vi
dere instrumẽta acquisitionum: sed supposito ꝙ bona, de quibus
in illis fuerint per dictam domi. Perlinam ⁊ dictum quondam
Columberij communiter acquisita, ⁊ deinde cõmuniter possessa:
eorum dimidia pars pertineret dicte domine Perline in vim di
cte acquisitionis facte cum viro: alia vero dimidia pars esset diui
denda inter eam ⁊ dictum Tronum.
¶ Ad quartum dico ⁊ rñdeo ꝙ si appareret de societate expresse
contracta per ⁊ inter dictos do. Perline ⁊ Tronũ, tũc non esset
dubiũ: q: ex instrumento posset cõcipi que ⁊ quales partes essent
fiende. Sed q: nõ puto ꝙ de illa appareat, nõ possum tute rñdere:
pro eo q: nõ fuit sufficiẽter expressum qui actus gesti extiterint p
⁊ inter dictos Perline ⁊ Tronũ, nec vtrũ fuerint mercati ⁊ bona
acquisierint ex pecunia hereditaria, vel alia: puto tñ ꝙ in dubio
bona per eos simul acquisita censeantur acquisita equis portioni
bus. l. reos. §. cũ tabulis esset cõprehensum. ff. de duo. reis. ⁊ sic in
illis habere debet dicta domina Perline dimidiam partem.
¶ Ad quintum respondeo ꝙ ex positione casus non possum con
cipere ꝙ pretensa societas cõfirmauerit testamentum, seu ꝙ dis-
positionẽ predictã fecerit valere vt testamentũ, si vt tale ab initio
non valuerit: ⁊ hoc nisi aliud mihi proponeret, qd̃ audire vellem.
¶ Ad sextum dico ⁊ respondeo nõ esse consulendum eidem do.
Perline, ꝙ ipsa a possessione expellat dictum Tronũ: q: hoc non
est fiendũ: posset enim sic faciendo incurrere penas multas. Pre
terea etiã ipse deberet ante omnia reintegrari in sua possessione.
¶ Ad vltimũ dico ⁊ rñdeo ꝙ licet, prout apparet ex recognitiõe
dotis de qua ibi, videat dictus quondã Colũberij res aliquas seu
species recepisse ab eadẽ Perline: q: tñ ille fuerunt appretiate ⁊
estimate ad summã pecuniariã, ⁊ ppterea p illa summa vendite:
4 q: estimatio † in dubio videt facta vt faciat emptionẽ, vt legit ⁊
not. in. l. si inter virũ. C. de iu. do. facit qd̃ habet in. l. plerunque. ad
fi. ff. eo. tit. qd̃ etiã voluit Io. de imo. in. l. si estimata. ff. de fun. do.
Bal. ⁊ Io. de imo. in. l. estimatis. ff. sol. mat puto ꝙ dictus colũ-
berij factus fuerit debitor nonaginta vnius florenorũ, decẽ gros-
sorum ⁊ duorũ paracorũ, ad quã fuerunt res predicte estimate: nõ
enim censentur fuisse res ipse dotales, sed summa ipsa ad quã ap-
pretiate extiterunt. Dos igitur eiusdem Perline cõstitit in sum
ma predicta, ⁊ in quinquaginta florenis, quos idem quondã Co-
lumberij ab eadẽ recepit. Ex quibus infero ꝙ cũ pro ea parte, pro
qua eadem do. Perline successit dicto Columberij eius quondã
viro, fuerit actio confusa. l. debitori. cũ suis simili. C. de pact. non
potest ipsa domina Perline petere dictam eius dotem nisi pro ea
parte pro qua eidẽ non successit. Si igitur supponeremus ꝙ ipsa
eidẽ Columberij successisset pro dimidia parte, ⁊ dictus Tronus
pro alia dimidia, tunc dicerem eam posse petere dimidiam partẽ
dotis predicte. Et hoc nisi ex illis quinquaginta florenis de qui
bus in recognitione fuisset iuxta conuentionẽ empta aliqua pos-
sessio pro ⁊ nomine eiusdem do. Perlinet q: tunc putarem ꝙ ipsa
possit petere illam possessionem insolidum.
¶ Et ita mihi videtur, sub correctione cuiuslibet domini meli-
us sentientis.

1 ☞ Publicianam intentans debet habere titulum legitimum.
2 Probatio dubia an probantem releuet.

¶ Epitome.

¶ Rei vendicatio habẽti dominium ⁊ ratione illius datur, non
alij.

¶ De rei vendica. Consi. lxxij.



Etiam si processus ce-
ptus ⁊ inchoatus per ⁊ inter magistrum Anto
nium Batonati notarium actorem ex vna par-
te, ⁊ Andream, Philippum, Claudium, ⁊ Iaco
bum Deiacti fratres ex alia, dici posset nõ fuis-
se ⁊ esse nullus propter omissionem libelli, qui de iure narrans ⁊
concludens offerri debuit ⁊ produci contra eosdem Deiactos, su
per quo nõ insisto: sed relinquo discretioni spectabilis domini Vi
cebrilliui, cui quid iuris sit non est incognitum: illud tamen certũ
est eosdem Deiactos debuisse ⁊ debere vel a iudicij instantia, vel
ab impetitis parte dicti Batonati cum expensarũ reportatione
relaxari vel absolui. Et hec siue dicatur eundem Batonati inten
tasse actionẽ rei vendicationis, aut publicianam: ꝙ non videtur:
siue petitionem hereditatis. Et quidem hoc certũ est si dicamus
eum intentasse rei vendicationem, pro eo, q: idem magister An-
tonius vt puto non probauit, quinimo nec opportune proposuit
dominium predij de quo in actis ad aliquem eius pretensum pre-
decessorem, aut ad eum spectasse ⁊ pertinuisse, aut spectare ⁊ per-
tinere: quod tamen necessarium erat: q: rei vendicatio datur ha-
benti dominium, ⁊ ratione illius, alteri non. l. in rem. in principio.
ff. de rei vendicatio. ⁊ quod not. glo. in. l. i. C. vbi in rem actio. Et
idem dico si dici possit eundem intentasse publicianam: pro eo q:
1 illa exigit multa, ⁊ inter alia ꝙ agens habeat titulum † legitimũ
quem tamen nõ probauit, quinimo nec illum ⁊ alia necessaria ad
hanc actionem, de quibus gl. ⁊ docto. in. §. sed iste. Institu. de act.
proposuit aut deduxit idem Batonati. Et ita non potest his ca-
pitibus idem Batonati obtinere, vt pote nõ probans quoad hec
aut eorum alterum fundamentum sue intentionis, ꝙ tamen erat
probandum, q: quilibet tenetur probare fundamentum sue inten
tionis, siue illud sit affirmatiuum, siue negatiuum. l. actor. C. de
proba. l. in exceptionibus. in principio. ff. eo. tit. l. si quis. C. de fa-
bricen. lib. xj. not. Bar. ⁊ doct. in. l. in illa. ⁊ seq. ff. de verb. obliga.
Inno. in. c. de his. de accusa. Nec dicat aliquis forte probatũ esse,
prout nõ credo, quod honorabilis quondam vir Antonius Ba-
tonati, huius magistri Antonij pretẽsus pater, dictum predium
tenuerit ⁊ possederit vt ⁊ tanꝙ̃ suum, aut tanꝙ̃ illius dominus.
Quoniam respondeo ꝙ istud non sufficit. Pro quo breuitatis
causa, ⁊ quia ad peritissimum est mihi sermo, allegasse sufficiat id
quod ponunt domi. de Rota. decisione. cccxxx. exordiente, si ven
dico a te castrum in cuius possessione ⁊c. ⁊ quod nota. Innocen.
in. c.

in.c.illud.in fi.de presumptio. Panor.in.c.cu ad sedem.colum/na septima, versi.sed queritur an possessor rc. ibi, immo plus dicit Inno.de restitu.spolia. Alexand.de imol.in.l.si is ad quem.col. ij.ff.de acquiren.heredit. Bart.in.l.j.in fi.ff.pro suo.r Bartho. sozi.consilio octuagesimosexto, exordien. in causa ciuitatis rc. columna.v. in prima parte. Etiam nec opponit aliquis dictum magistru Antonium habuisse vel habere titulum, pro eo qr: vt parte eiusdem pretenditur, ipse successerit patri: quoniam respo deo q non propterea censetur habere titulu.l. nihil.r quod ibi scribentes.C. de vsucapio.pro herede.

¶ Preterea etiam non debet nec de iure potest idem magister Antonius obtinere, sed potius succumbere, si pretedatur inten/tasse, quod magis videtur, petitionem hereditatis: pro eo quia cu dicti Deiacti de legitimo tit. scilicet emptiois opposuerint, r illum plene probauerint, non potuerunt ipsi conueniri petitio/ne hereditatis.l.ij.ver.emptor.l.hereditatis petitionem.C.de pe titione hereditatis.r.l.hereditatis.C.in qui.cau.cessat logi tem po.prescri.quod etiam voluit glo.in allegata.l. hereditatis.r.l. hereditatem. Et hec est cois opinio, vt colligi potest ex his que nota. Angel.aret.in dicto.§.sed iste.ver. scdo principaliter rc.ibi, sicut dicimus in simili, q petitio hereditatis, r do. Jas. may. in.§.actionu.charta penul.col.j.ver. regulariter autem petitio hereditatis no datur contra possidentem titulo, institu.de actio. ad que remisisse sufficiat. Ex illis em, quicqd alibi dixerit Bald. apparet istam esse opinionem comunem: a qua propterea no est in consulendo vel iudicando recedendum.l.j. ibi, crebrior apud veteres opinio.ff.de offi.questo.c. nouimus. r q ibi Antoni.de butri.de verborum significatione, r.c.de inducijs.ij.q.iij.r quod no. Ostien. Joan.andre.in nouel. Anton.de butri. Panor.r mo derni.in.c.j.de constitu.

¶ Preterea cum tam dicti Deiacti, quam eoru quondam pa ter dictum predium possederint, no solum decem aut viginti an nis, qui cum titulo sufficiunt ad perficiendum r complendum prescriptionem inter presentes r absentes.l.emptor.l.super longi temporis. r.l.fi.cu suis simili.C.de prescrip.longi temporis.sed etiam vigintiseptem vel vltra, obstat igitur r obstitit eidem ma gistro Antonio exceptio prescriptionis, que eidem fuit opportu ne opposita. Nec sibi suffragatur, quod quauis scienter r contra veritatem, pretedit se nesciuisse dictos Deiactos r predecessores possedisse dictu predium. Quoniam respondeo, q supposito ci tra preiudicium veritatis q hoc verum esset, prout non est: illud tamen no sibi suffragaretur nec noceret dictis Deiactis, dicta.l. fi.circa finem ibi, nulla scientia vel ignorantia expectanda.

¶ Preterea nec eidem magistro Antonio suffragant proposita deducta in duodecimo articulo suarum pretensarum replicatio/num, exordiente, Item magis proponit q de generali rc. Cum quia ille articulus est confusus, ac talis r taliter conceptus quod super eo non potuerunt vt opinor testes aliquid validum r con/cludens deponere. Et quidem non puto eosdem potuisse, quod de illa pretensa generali consuetudine consueueru possidetes cu titulo alias legitimo conueniri actione rei vendicationis, aut publiciana, seu petitione hereditatis, r quod conuenti per non probatum dominium aut titulum legitimum, r alia requisita ad publicianam actione consueuerint codemnari ad restitutionem prediorum per eos possessorum, r maxime post copletam prescri/ptionem. Et ita remanet probatio, si que sit obscura, incerta seu
2 dubia: que propterea probatem non †releuat.c. in presentia.r qd ibi doctores de proba.r quod not. Bartolus, Joannes de imo. r Alexander de imo.in.l.inter stipulante.§. si stichum.ff. de ver/borum obligationibus. Cum r quia non puto esse probatum qd honorabilis vir Petrus Bertrandi, quem paru honeste, immo vere impudenter idem magister Antonius, eius quodam sorori/us, pretendit propter venditione per eum scienter temere factam locum r patriam Delphinales absentasse, nec postea in patria huiusmodi residentiam fecisse, nullum ius haberet in predicto predio: q tamen quis factum sit negatiuu, r negatiue propositu: erat tamen per eudem Batonati probandum, vt pote pretensum fundamentum intentionis eiusdem Batonati, dicta.l.actor.C. de probatio.l.in exceptionibus.in principio.ff.eo.titu.r.l.si quis C.de fabricen.libro vndecimo, r quod ponit Bartolus, r longe plenius Alexander de imola, r alij moderni in dicta.l.in illa.r.l. hoc iure.ff. de verborum obligationibus. Non sumus igitur in terminis dicte pretense consuetudinis. Quo fit, illius dispositio, etiam si probaretur, non possit huic casui adaptari.l. hos accusa/re.§.omnibus.ff.de accusa.l.quarta.§. toties.ff. de dam. infec.l. prima.§.loquit.ff.de aqua quotidi.r esti.l.si seruu qs.§.no dicit. ff.de acquirenda hereditate.r.l.ita aute.ff.de administra.tuto.r ponit Pau.de cast.cosi.quarto, r cosi.vndecimo, Roma.consilio quadringentesimo quadragesimosecundo, r consilio. cccclxij. r in alijs locis.

¶ Et non solum non probauit dictus Batonati nullum ius con petijsse dicto Petro Bertrandi, sed etiam sunt testes parte dicto rum Deiactorum in causa producti deponentes, quod ad ipsius Petri Bertrandi instantiam, r in executionem lrarum emana/tarum a magnifico Delphinali parlamento, r pro dote nobilis, Marie batonate, eiusde Batonati quoda sororis, r vxoris dicti Petri, fuerit prediu predictu de pignore captum, r deinde sub/hastatum, distractu, r postea idem Petrus in possessionem mis/sus, r per illius dominum directum laudatus r inuestitus: quod idem Batonati quicquid dissimulet bene nouit, cu executiones fuerint sibi intimate. prout aliquando ostedetur autore domino parte dictorum Deiactoru. Sunt igit ipsi Deiacti vel a iudici instantia, vel a petitis cum expesarum reportatione absoluendi.

1 ¶ Licitu amplecti quiuis potius censendus est, q illicitum.
2 Debitor si in diem vniuersalis heres instituatur per suum cre/ditorem, r postea adueniente die debitum no soluerit: ille censet adiuisse hereditatem sui creditoris.
3 Monachus si heres instituat, vel aliquis moriatur, cui ab inte/stato erat alias successurus si non esset monachus, defertur here ditas non quidem sibi, sed propter eu monasterio, cuius est mo/nachus.
4 Monachus r consequenter canonicus an possint adire hedita tem: aut vniuersale fideicommissum agnoscere sine autoritate su perioris.
5 Heres licet eo casu quo imminet falcidie detractio possit recu/perare possessionem rei legate per legatarium, r sua ipsius lega/tarij propria autoritate occupatam: non tamen propter occupa/tionem huiusmodi facta, scilicet ante apprehensam possessionem per heredem, censetur legatarius rem legatam seu ius suum per/didisse.
6 Spurius an possit institui in tempus, vel in casum in quo ex te stamento capere poterit, r nu.7.
8 Dispositio facta in articulo mortis non legitimat filios, ex cocu bina susceptos quo ad preiudicium aliorum.
9 Acquisitio que fit ex testamento videtur esse de iure ciuili.
10 Hereditaria bona licet per aditionem hereditatis acquirantur heredi adeunti: tamen fideicommissum vniuersale non acquiri/tur vniuersali fideicommissario ante factam re aut verbo resti/tutionem per grauatum, aut heredem illius.
11 Legitimare bastardum licet possit princeps post morte patris abintestato vita functi, r in preiudicium venientium abintesta to, ante ipsi adeant hereditatem abintestato eis delatam: tamen post aditionem hereditatis non potest illis venientibus abinte/stato auferre sine causa dominium per aditionem quesitum.
12 Voces sunt earum que sunt in anima passionum note.
13 Honestum potius presumitur possibile, quam possibile inhone/stum.
14 Adultera mulier cohabitans sacerdoti, r seorsum ab habitatio ne viri, si interim peperit: partus an sit iudicandus legitimus: ex quo marito semper ad eam patebat accessus liber.
15 Pater an possit post morte filij adire hereditatem filio delata.
16 Titulum ostendere sue possessionis nemo cogi potest.

¶ Epitome.

¶ Quamuis mulier apud presbyterum manens pariat: si tamen ad eam eius marito liber patuit accessus: partus mariti existi/mandus est. U. F.

Consi. lxxiij.

¶ De natura. liber.



De euidentia dicendo rum premitto, quod si venerabilis r egregius quondam vir dominus Gaspardus de Petra/gorda, substitutus per fideicommissum per no/bilem r potentem quondam virum dominum Hugonem de Petragorda militem, r vniuersalis heres institu tus per nobilem quondam virum dominum Claudium de Pe/tragorda eiusdem domini Hugonis vniuersalem heredem, fuis/set laicus, vel alias talis qui potuisset sibi acquirere, r habere p/prium, essemus in illa questione, an in dubio censendu esset quod idem dominus Gaspardus iure substitutionis facte per dictum quonda dominum Hugone, vel iure institutionis facte per di/ctum quondam dominum Claudium tenuerit r possederit res r bona que fuerunt dicti quondam do. Hugonis; quo casu vide/retur presumendus bona huiusmodi tenuisse r possedisse potius iure institutionis predicte, qua iure substitutionis. Pro eo quia
1 cum quis rem aliqua, † vel bona aliqua vt heres, r ex directa in/stitutione licito iure apprehendere potest, r rursum eandem rem seu bona alio iure illicite tamen apprehendere potest, ille in du/bio censeri debet velle vt heres, r sic licite bona huiusmodi

possidere.l.duo fratres.ver.vltimo.ff.de acqui.here Sed suppo/
sito quod dixi, dictus dominus Gaspardus poterat bona predi/
cta iure institutiōis, ⁊ sic sine autoritate alteri⁹ ⁊ licite possidere
postquam tempore apprehense possessionis multas alias possi/
debat, per id quod nota. Bal.in.l.fi.columna prima.vel circa.C.
de edic.diui adri.tol.sed si voluisset possessionem bonorum huius
modi apprehēdere ⁊ illa bona possidere iure fideicommissi, non
videtur sibi licere hoc facere sua propria autoritate, nisi in casi/
bus specialibus nota.in.l.sancimus.C.ad trebel.Ergo presumē/
dum esset quod bona huiusmodi possedisset vt heres institutus
per dictum dominum Claudium. ⁊ sic licitem ⁊ non substitutus
per prefatum domi. Hugonē: ⁊ si illicite. Secundo pro hoc facit
id quod voluit Bart. in quadam sua disputatione exordiente.c.
debitor in diem ⁊ vbi voluit quod si debitor in diem vniuersalis
heres instituatur per suum creditorem. postea aduenière die de/
2 bite non soluerit, ille censetur adiuisse † hereditatem sui credi/
toris: non alia ratione nisi quia si hoc non presumeretur censere/
tur debitor adueniente die non soluens debitum, moram ⁊ con/
sequenter delictum contraxisse.contra.l.merito.ff.pro soc. Et ita
videtur esse in casu, supposito eo quod predixi, scilicet qd dictus
do. Gaspardus fuisse laicus, vel alias talis qui potuisset sibi ipsi
acquirere vel habere proprium: qd etiā videtur voluisse Roma.
consilio.ccxlvij.exordiente primo dici potest Chiricum predictū
⁊c.vbi etiam inducit alia motiua, que non refero. Sed vt poni/
tur in casu dictus quondam do. Gaspardus non erat laicus, nec
talis qui posset sibi acquirere: sed erat canonicus regularis, ⁊ sic
talis qui proprium habere non poterat, prout dicimus in mona/
cho.c.nolo.c.non dicatis.xij.questione.ij.⁊.c.cum ad monasteri/
um, de statu mona. Nec videtur idem dominus. Gaspardus po/
tuisse adire hereditatem dicti quondam domi. Claudij. seu etiā
agnoscere vniuersale fideicommissum sibi relictū per dictum do.
Hugonem. cum neutrum videtur, sibi fuisse delatum: sʒ potius
suo conuentui seu ecclesie: prout dici solet de monacho, qui si he/
res instituatur, vel abintestato moriat aliquis, cui erat alias suc
cessurus si nō esset monachus, defertur hereditas non quidē sibi,
3 sed propter eū monasterio † cuius est monachus, secundum Jo/
annem Andream qui hoc not. ⁊ sequuntur Anto. de Butr. Pa
nor. ⁊ canoni. magis communiter in.c.in prouincia. de proba. Et
ita videtur voluisse Barto.in.l.j.ff.de vulga.⁊ pupil. ⁊ Joan.de
imol.in.c.dudum.ad finem, de sepul. Et quamuis legiste magis
communiter teneāt, ꝙ immo talia deferant immediate non mo/
nasterio, sed monacho, prout colligitur ex his que not. Cyn. ⁊ do
ctores in.l.deo nobis.C.de episco.⁊ cle.doct.in.d.l.j.ff. de vulg.⁊
pupil. Bal.in.l.j.versiculo decimo queritur.C.qui admit. ad bo.
posses. tamen quodcunqȝ dixerimus, certum est monachū, ⁊ con/
sequenter canonicum regularem non posse adire hereditatē, aut
4 vniuersale fideicommissum agnoscere † sine authoritate superio/
ris. Et hoc sentiunt omnes per iura superius allegata, ⁊.c.si reli/
giosus, de elect.in sexto, per id quod habetur in. l. si quis mihi bo
na.§. iussum.ff. de acquirenda hereditate. quod etiam deciditur
in questionibus capelle.q.ccxxvj.exordiēte, Item an religiosus.
Et procedit siue dicamus eum esse comparandum filio, prout vo
luerunt multi in d.c.in presentia.⁊ Bar. ⁊ Joannes de Jmola in
dicta.l.j.ff.de vulgari ⁊ pupillari.⁊ sequitur ibi Alexan.de Jmo.
col.xij.siue dicamus eum comparādum seruo: ꝙ multi voluerūt,
quos refert Alexander de Jmola in dicta. l.j. columna decima/
tertia, quatenus dicunt ꝙ si monachus habens vulgarem substi
tutum nolit hereditatem adire, admittitur substitutus vulgaris:
⁊ mouentur pro eo quia vt dicunt monachus quo ad actū acqui/
sitionis potius equiparatur seruo, quam filio: pro quo allegāt gl.
in.l.cum heredes.§.fina.ff.de acquirenda possessione.⁊ quod no.
Jnnocentius in c.cum olim. de priuilegijs.⁊ alia que non refero.
Non potuit igitur dictus dominus Gaspardus sine authoritate
sui superioris adire hereditatem dicti quondam domini Claudij
nec agnoscere vniuersale fideicommissum sibi relictum: per dictū
dominum Hugonem. ¶ Posset tamen dubitari an ex eo quod
ipse longo tempore tenuit bona predicta, viuente, aut vt puto sci
ente cōuentu seu ecclesia ⁊c. presumatur interuenisse authoritas
eiusdē, per id qd habetur in.l.si filiusfamilias. ⁊ quod ibi scriben/
tes.C.de peti.hereditatis. ⁊ quod scribunt multi in.l.qui in alie/
na, in princip.ff. de acquirenda hereditate. super quo non insisto,
quia non est opus: quia siue precesserit authoritas seu iussus, siue
non precesserit: non tamen puto quod propter apprehensam pos/
sessionem predictorum bonorum idem dominus Gaspardus, si
alias fuisset talis qui sibi acquirere potuisset, preiudiciuʒ sibi at/
tulerit, postquam supponitur quod tempore apprehense possessio
nis illa vacauerāt. Et hoc siue diceremus possessionem huiusmo/
di apprehendisse iure hereditario: siue iure fideicommissi. Et qui
dem si iure hereditario, hoc est certum, si sibi acquirere potuisset.
Et idem videtur in casu si precesserit authoritas seu iussus ⁊ hoc
certum quia vt iam dixi post Baldum in dicta.l.fi. colum.j.C.de
edicto diui adriani tollen. heres potest sua authoritate occupare
possessionem vacantem. Et idem si iure fideicommissi, argumen.
l.j.§.redigantur.ff. quorum legato. vbi patet quod licet eo casu,
quo imminet falcidie detractio, possit heres recuperare possessio
5 nem rei † legate per legatarium, ⁊ sua ipsius legatarij propria au
thoritate occupatam: non tamen propter occupationem huius/
modi, factam scilicet ante apprehensam possessionem per heredē.
censetur legatarius rem legatam seu ius suum perdidisse: quod
etiam volunt glossa ⁊ Doctores communiter in.l. non est dubi/
um.C.de legatis. quatenus tenent dispositionem illius legis pro
cedere. quando post aditam hereditatem ⁊ apprehensam posses/
sionem per heredē legatarius sua propria autoritate legatū occu
pat seu capit: que dispositio videretur procedere etiam in vniuer/
sali fideicōmissario, eo casu quo post aditā hereditatē ⁊ apprehen
sam possessionem per heredem bonorum restitutioni subiacentiū
ipse fideicommissarius sua authoritate dicta bona occuparet,
dicta. l. non est dubium. Nisi forte iusta ignorantia apprehense
possessionis per heredem eum excusaret: ⁊ in hoc casu videtur nō
soluisse Oldradus consilio cvij. exordiente, circa ius municipale,
versi. ad sextam questionem ⁊c. quamuis vsquequaqȝ non aper/
te firmet; reperio tamen Bartolum qui firmat, quod scilicet eo
casu fideicommissarius debeat priuari iure suo, etiam si fideicō/
missarij non sua autoritate, sed mādato iudicis possessionem ap/
prehendissent herede non vocato, dicta.l.non est dubium. iuncta
l.meminerint cuncti.C.vnde vi.⁊.l.extat.cum suis simili.ff.quod
met.cau. ita enim consuluit Barto. consilio exordiente, missus in
possessionem vigore.l. edicto.⁊c. Pro quo facit quod not. Bal.
in dicta.l.fi.col.iij.vel circa.C.de edic.diui Adriani tollen. Pe/
trus de ancharano consilio ducentesimoseptuagesimoprimo, ex/
ordiē.in primo dubio ⁊c. ⁊ cōsilio ducētesimononagesimotertio,
exordien. videretur prima facie, dominus Felinus in.c.exhibita.
columna prima. ad fi.⁊ sequen. de iudi.⁊ do. Jas. may.in.l.j. col.
iij.C.de iu.delibe. Sed nos non sumus in terminis, postꝙ vt in
casu supponitur tempore apprehēse possessionis per dictum do.
Gaspardum bona predicta per nullum possidebantur. Et per
hec patet responsio etiam ad secundum quesitum, scilicet quod
nobilis ⁊ generosus vir Tarditus de mareta, substitutus per di/
ctum quondam dominum Hugonem, priuari non debeat fidei/
commisso, seu bonis restitutioni subiacentibus: pro eo quia dici/
tur possessionem predictorum bonorum sua authoritate appre/
hendisse, ⁊ illa tenere ⁊ possidere, postꝙ tempore facte apprehen/
sionis illa per alium non possidebantur: ⁊ sic sibi non obest dicta
l.non est dubium.

¶ Venio ad tertium quesitum, in quo queritur de multis: ⁊ pri/
mo an si nobilis Gregorius pretensus naturalis filius dicti quon
dam nobilis Claudij edoceret de legitimatione suijpsius, facta
per serenissimum dominum nostrum Francorum regem, ⁊ quod
posset in bonis de quibus supra succedere, an posset sua ppria au/
thoritate dicta bona seu illorum possessionem apprehendere.
Dico ⁊ respondeo quod non, ⁊ quod si ipse hoc faceret, vel perde
ret, vel priuari mereretur iure suo, si quod vel in illis vel ad illa se
habere pretenderet, dicta.l. non est dubium. C. de legatis. quod
procederet etiam si hoc faceret authoritate magistratus, dicto
tamen nobili Tardito non vocato, allegata.l. meminerint cun/
cti.C.vnde vi.⁊ quod voluerunt Bartolus Petrus de anchara/
no, ⁊ dominus Jason maynus in locis superius allegatis.
Cum enim dictus nobilis Tarditus fuerit ⁊ sit in possessione bo
norū huiusmodi, ⁊ ipse illa possideret ⁊ possideat: non est sibi pos/
sessio eorundem bonorum auferēda nisi eo vocato ⁊ audito: quia
quia quilibet possessor citandus est in specie ⁊ nominatim.l.si de/
serta.C.si propter publicam pensitationem, quod etiam senserunt
Petrus de ancharano ⁊ Geminianus in capitulo finali. de ele/
ctioni.in sexto, ⁊ sequitur domi. Jason may.in dicta.l. fin.col.iij.
C.de iure delib.⁊ ante eos Bar.in dicto consilio, missus in posses
sionem ⁊c.⁊ Bald.in dicta.l.fi.col.iij.C.de edicto diui adria. tol.
Et pcedit hoc, siue ille possessor sit iustus, siue iniustus: qr etiam
iniustus possessor citandus est, dicta.l.meminerint.cum ibi nota.
⁊.c.licet episcopus.de prebendis.in vj.⁊ subiungit Angel.areti.
in.§.quadrupli.in materia dicte.l.fi.C.de edicto diui adriani tol/
lendo.versicu.quero an aliquis sit citandus ⁊c. hoc esse fiendum
etiam si actor ignoret illum possidere: quia sua ignorātia non pre
iudicat possessori non citato, per id quod notat glossa in.l. si mi/
les.§.j.ff. ex quibus causis maiores. ⁊ in capit. illum qui. de pre/
bendis.in sexto. ¶ Ad id vero de quo queritur in secundo loco di
cti tertij quesiti, cui scilicet debeat possessorium adiudicari, si for/
talle contingat illud intentari. dico quod pro solutione huiusce/
modi dubij seu quesiti voluissem videre pretensam legitimatio/
nem si que existat: ⁊ sine qua nō videtur esse facile dubio huiusce/
modi respondere. Huius tamen visione salua, dico ⁊ respondeo
predictum

pdictū Gregoriū, etiā si est legitimatus ↄ opportune ↄ nihil expsso vel tacito qd exprimi aut taceri nō debuerit, nō posse ptendere se habere ius aliqd in bonis plenius mētionatis. Cū causis ↄ ratio nib⁹ als p me allegatis in quodā cōsili. exordiēte, Presupposito tenore testamēti qd cōdidisse dicit ↄc. quas nō repero. Cū ↄ q si tēpore mortis ↄ decessus dicti quōdā do. Claudij nō esset pfatus, Gregorius legitimatus, nō potuit legitimatio postea subsequēs pjudicare substitutis: cū semel verū fit eudē do. Claudiū decessis se sine liberis legitimis: ↄ si cū alij ↄ precedentes substituti nō su perestent, substitutio sibi locū vēdicauit in personā dicti nobilis Tarditi, vel saltē prefati do. Gaspardi, ↄ post illius mortē ↄ decessum in personā eiusdē Tarditi. Et ita nō obstat illa pretēsa institutio, seu substitutio, quam de predicto Gregorio post ipsius legitimationem fecisse dicitur prefatus quondā dominus Claudius. Preterea secundum Rapha. in .l. in tempus. ff. de heredibus instituendis, Bald. in .l. eam quam. C. de fideicommis. non putat
6 † spurium posse institui in tempus, vel in casum quo ex testamento capere poterit: ibi enim videtur velle Bald. quod dicta .l. in tempus, procedat quando erat incapacitas solum respectu heredis: vt verbi gratia in deportato. Sed quando esset incapacitas, mixta consideratione testantis ↄ instituti, vt in spurio: tunc non valet institutio etiam collata in tempus capacitatis: quia testator inhabilis non potest conferre testamentum suum in casum habilitatis, quo scilicet poterit testari. l. prima. §. exigit. ff. de bonorum possessione contra tabulas, ↄ .l. si minor. ↄ quod ibi habetur. ff. de seruis exportandis. quia tempore testamenti requiritur omnis habilitas in persona testantis: ↄ istud est tenendum secundum Ange. are. in .§. heres. columna prima, institu. de heredi. institu. scio tamen quod Baldus, ↄ post eum Joannes de imola, in .l. si quis instituatur. columna vndecima, versic. vltimo dicit Baldus ↄc. Angelus ↄ Joannes de imola in dicta .l. in tempus. ff. de heredi. institu. videtur tenere contrarium, scilicet quod
7 spurius possit per patrem heres institui, † vel per eum aliquid sibi relinqui in tempus quo erat capax relicti. Sȝ forte quod primo dixi videtur esse verius in hoc casu, cum idem quondam dominus Claudius videtur prefatum dominum Gaspardum onerasse de petēdo vel impetrando legitimationem prefati Gregorij eius spurij in fraudem substitutorum, ↄ in extinctionem fideicōmissi eis relicti: quod non videatur potuisse facere. Pro quo induco primo id quod nota. Abbas antiquus in dicto .c. in presentia. vbi dicit quod intrans monasterium in fraudem substituti non excludit substitutum: exempli gratia, vt si minatus est se eundem substitutum priuaturum bonis: quod etiam sequitur Panormitanus post alios in dicto .c. in presentia. arg. c. officij. ↄ .c. requisiti. cum simili. de testa. Induco etiam quod notat Baldus in dicto .c. in presentia. vbi dicit quod si heres grauatus profitetur in articulo mortis, substitutio nō euanescit: quia videtur fieri in fraudem, facit .l. filie mee. ff. soluto matrimonio. Et idem tenuit Specul. titulo de statu monachorum, quasi in fi. ↄ Petrus de ancha. in .c. sicut nobilis. de regula. Induco etiam quod
8 voluit Angelus in .l. sed est quesitum. ff. de libe. ↄ posthu. vbi voluit qd dispositio facta † in articulo mortis nō legitimat filios ex concubina susceptos quo ad preiudicium aliorū, puta ad excludendum illum qui erat substitutus non extante filio legitimo.

¶ Addo (ↄ istud videtur sufficere) quod qualitas adiecta verbo debet intelligi secundum tempus verbi .l. in delictis. §. si detracta. ff. de noxa. ↄ .l. titius. ff. de testamento militari, ↄ quod not. Bartolus ↄ Joannes de imola in .l. ex facto. in principio. ff. de vulgari ↄ pupillari. Cum igitur in substitutione facta de nobili Ayglina, ↄ suis liberis masculis, cuiuscemodi existit dictus nobilis Tarditus, dictum extiterit, ↄ si contingeret omnes predictos suos liberos masculos ↄ liberorum suos liberos masculos legitimos quandocunq decedere sine liberis masculis legitimis, vel ipsos suos liberos masculos sine alijs liberis masculis legitimis, eo casu dictus testator substituerit eidem sic vltimo morienti sine liberis masculis vdȝ dictā Ayglinam eius filiam ↄ suos liberos masculos: ↄ si qualitas importata per illud nomen legitimis, adjiciatur illi verbo decedere, illa debet intelligi secundum tempus verbi: oportebat ergo ꝙ dictus Gregorius esset legitimus tempore mortis ↄ decessus dicti domini Claudij, ad hoc vt repelleret dictum quondam dominum Gaspardum, ↄ consequenter dictū nobilem Tarditum.

¶ Ad quartum dico ↄ respondeo, quod si dictus Gregorius fuerit legitimatus vt ↄ tanq pretensus filius naturalis prefati domini Claudij, legitimatio non valuit, vtpote subreptitie ↄ obreptitie obtenta: per iura ↄ rationes alias per me allegatas: que videri possunt: quia ille non est filius naturalis, sed spurius.

¶ Pro responsione vero eius de quo etiam ibi queritur, an scilicet prefatus Gregorius sic possit legitimari a pncipe, ↄ in preiudicium substitutionis, quod ipse excluderet substitutum, suppono quod vt alias dixi substitutio facta per dictum quondam dominum Hugonem de prefata nobili Ayglina ↄ suis liberis masculis videtur fuisse purificata per mortem dicti quondam domini Claudij, ↄ sibi locum vendicasse in personam dicti nobilis Tarditi, non obstante superexistentia prefati domini Gaspardi, qui eidem domino Claudio superuixit. Et hoc pro eo quia nō solum ipse dominus Gaspardus, vt pote religiosus, erat prorsus incapax: sed etiam monasterium, seu conuentus eiusdem domini Gaspardi videbatur incapax, saltem quo ad bona feudalia, cuiusmodi sunt illa de quibus queritur, ↄ que in feudum tenentur a principe. Hec videri possunt in alijs allegationibus. §. quarto obstare videtur dicto nobili Tardito ↄc. Fuit igitur eidem nobili Tardito dictum fideicommissum, seu ius ad illud
9 delatum: verum quia acquisitio que fit ex testamento † videtur esse de iure ciuili, per id quod voluit glossa in .l. prima. ff. de acqui. re. domi. ↄ in .l. ex hoc iure. super verbo dominia. ad finem. ff. de iusti. ↄ iure. Bar. ff. de acqui. here. super rubrica. Christo. por. institu. de testa. in prin. in .iij. colum. vel circa, ver. circa scdm ↄc. vbi etiam do. Jason may. Paulus de castro consilio. cvij. exordiente, donatio predicta tenet. ↄ Alexander de imola in .l. cum heredes. columna .ij. versic. item inquantum hic. ff. de acqui. pos. vñ quod princeps suprem⁹, ↄ qui superiorē nō recognoscit, possit hoc ius delatum auferre cum clausula non obstante, cū qua etiā sine cā potest auferre princeps ea que sunt iuris ciuilis. Pro quo allegasse sufficiat ea que scribunt doc. in .l. fi. C. si contra ius vel vtili. publi. in .l. gallus. §. ↄ quid si tantum. ff. de libe. ↄ posthu. ↄ in .c. que in ecclesiarum. de constitu. ↄ quod voluit Paulus de castro. in .d. consili. ↄ in .d. l. cum heredes. Si igitur princeps plene informatus de testamentaria dispositione dicti quōdam do. Hugonis, ↄ quod per mortem dicti quōdam do. Claudij sine liberis masculis vita functi substitutio sibi locum vendicauerit vel in psona dicti quondam do. Gaspardi, vel (quod verius puto) in persona dicti nobilis Tarditi, quodq in vim testamentarie dispositionis fideicommissum fuerit delatum eidem nobilis Tardito, ipse serenissimus princeps nihilominus dictū Gregoriū ex certa scientia ↄ de plenitudine potestatis legitimauit, etiā hoc adiecto qd non obstante substitutione ↄ delatione predictis, dictus Gregorius succederet in bonis prefati do. Hugonis, nō obstante lege ↄc. tūc videtur esse derogatum iuri dicti nobilis Tarditi: ↄ qd fieri potuisset, vt predixi: maxime ante agnitionem dicti fideicommissi: quinimo ↄ post, vt videtur: quia licet per aditionem here
10 ditatis † acquirātur bona hereditaria heredi adeunti. d. l. cū heredes. in prin. regulariter tamen fideicōmissum vniuersale, seu bona restitutioni subiacētia, ↄ que in vim illius restitui debēt, non acqrūtur vniuersali fideicōmissario ante factā re aut ꝟbo restitutionē per grauatū, aut heredē illius. l. restituta. in prin. ↄ .l. facta. in prin. ff. ad treb. dixi autē regulariter, propter id quod habetur in .l. penul. §. cū autē. C. ad treb. vbi ponuntur certi casus, in quib⁹ etiā nō facta re aut verbo restitutione habetur hereditas pro restituta: ↄ inter illos est vnus, qñ scȝ heres grauatus moritur sine herede. ↄ iste casus accidisset, hoc est si dictus do. Clau. sine herede decesserit, forsitan dici posset ꝙ hereditas dicti quōdam do. Hugonis haberi debeat p restituta, ↄ ꝙ ppterea nō solum fuerit ius fideicōmissi dicto nobili Tardito delatū: sȝ etiā in bonis ipsis ius hoc est dñium quesitū: quo casu videret ꝙ princeps non cēseret illud auferre sine causa: q licet modus acquirendi ex testamēto sit iuris ciuilis: ipsum tamē dominiū acquisitum est de iure gentiū: quod nō aufertur per principē sine causa, vt no. scribētes cōiter in .d. l. fi. C. si cōtra ius vel vtili. publi. in .d. l. gallus. §. ↄ quid si tantū. ↄ in .d. c. que in ecclesiarum. Et hinc dicūt doct.
11 magis cōiter, ꝙ licet princeps possit legitimare † bastardū post mortē patris ab intestato vita functi, ↄ in preiudiciū venietiū ab intestato, ante tñ ꝙ ipsi adeāt hereditatē ab intestato eis delatā: tamē post aditionē hereditatis non pōt illis venietibus ab intestato auferre sine causa dominiū per aditionē quesitum. ita enim not. Bal. in .l. rescripta. columna fi. versi. ex predictis apparet ↄc. Bal. in .l. j. ad fi. C. de iu. annul. auro. in .c. j. in prin. circa co. pe. ti. hic fini. lex deinde inci. glue. regni. in .d. l. deo nobis. col. vlti. ↄ cō si. lxxxi. exordiēte, casus est talis quidā hȝ vxorē ↄc. in prima parte. Pau. de ca. in .d. l. gallus. §. ↄ quid si tantū. ↄ Alexan. de imo. in .d. l. heredes. in prin. in .ij. col. posset tamē princeps cū causa etiā hoc dominium sic quesitum auferre. l. item si verberatū. §. fi. ff. de rei vēdi. l. luci⁹. ff. de euic. qd etiā no. gl. in .d. l. fi. C. si cōtra ius vel vtili. pub. ↄ volūt doc. in iuribus superius allegatis. Super quo articulo non mihi videtur expedire facere longū sermonē, pro eo q non est visa illa legitimatio, ↄ que forte nō est obtenta: ↄ si obtenta, nō forte cū illa amplitudine de qua suspicamur. Meli⁹ est ergo expectare visionē illius, ↄ que aliquando poterit videri per hunc nobilē Tarditū substitutū ↄ possessorē bonorū, ↄ cui nō au

ferrentur eo non vocato, non enim sic fieri solet in illo clarissimo & potentissimo regno, in quo est iustitie optimus cultus & sufficiat etiam quo ad quintum quesitum.

¶ Uenio ad sextū, in quo multa inculcantur: & quidē quo ad id quod ibi dicitur de mutua & reciproca promissione etiā cum iuramento facta per & inter Delphinam merline matrē dicti Gregorij, & quēdā rusticū, de cōtrahēdo adinuicē matrimoniū, & per quā idē rusticus dicte Delphine pmisit & iurauit eā ducere in vxorem, & ipsa Delphina eum recipere in virū suū: videtur quod per illa verba fuerint contracta sponsalia, non autē matrimoniū: quia non videntur verba illius promissionis importare consensum de presenti, sed potius de futuro. Si tamē ipsi postea biberint nomine matrimonij, & exprimentes cōsensum de presenti, ipsi viderentur cōtraxisse matrimoniū: qđ solo cōcensu ꝯtrahitur. c. cum locū, de sponsa. & c. sufficiat cum suis simi. xxvij. q. ij. nisi forte quis dicat, ꝙ id quod dictum est per eosdē Delphinā & rusticū, scilicet ꝙ biberēt nomine matrimonij: intelligi deberet nō antea vel tūc contracti, sed postea contrahendi, & hoc ꝓpter precedētia sponsalia. c. si. & qđ ibi Joā. an. Panor. & alij de sponsa. Et quorū dictis apparet, qđ signa que alias viderentur inferre matrimoniū si sponsalia non precessissent illud, non inferūt nec cōcludunt si spōsalia precesserint. Sed hoc nō videt obstare, pro eo quia illud. c. si. & doc. ibi loquuntur in signis, vt pote in nixu carnalis copule, amplexibus, osculis, donarijs, & alijs huiusmodi; hic autē sermo habetur de verbis per dictos Delphinā & Paygesiū prolatis, & per que significarunt se bibere nomine matrimonij: & queadmodum hoc verbis expresserunt, ita videntur gessisse & in animo: quia, vt dicit
12 Aristoteles, voces sunt earumque † sunt in anima passionū note: quod etiam voluit. l. labeo. §. idem labeo. ibi, quidem non arbitror quendam dicere quod non sentit, & ver. ceterum. ff. de supel. lega. pro quo facit. l. ille. §. cum in verbis. & l. non aliter. ff. de lega. iij. & quod voluit beatus Augustinus, psalmo. xxxiij. sermone secundo, ver. tentauerunt. & in prefatione psalmi. cxlviij. col. ij. & de trinitate. li. ix. c. vij. & xiiij. c. sed post medium, & Lactā in libro de ira dei. c. xiiij. in prin. & ad presumptionem huiusmodi consensus de presenti, multum facit ille ingressus camere, quam fecerunt dicti Delphina & Paygesius tunc iuuenes, & ad matrimonium & concubitum apti, solus scilicet cum sola, & clausura ostij post eorum ingressum per eos facta: per que magis presumitur de presentibus, scilicet quo animo facta extiterūt. sequētia enim nonnunquam, quinimo pluries declarant precedentia, vt colligi potest ex his que not. glo. in. l. fideicōmissa. §. interdū. ff. de lega. iij. & quod not. Bal. in. l. ex persona. circa prin. C. de proba. & l. j. §. si magistratus. ff. de magistra. conuenien. pro quo facit, quia licet inter sponsos per verba de futuro esse soleat maior familiaritas in mutuo & inuicem confabulando, tangendo & osculnado: non tamen solent cameras solus cum sola ingredi, & ostium claudere. Addo predictis quod etiam si dici posset eosdem Delphinam & Paygesium matrimonium contraxisse duntaxat per verba de futuro: tamen quia sub presentia plurium testium illi solus cum sola camerā ingressi sunt, & post eorum ingressum ostium clauserunt & de quibus possunt testes illi, adhuc superstites deponere: his probatis erit magnum iudicium quod idem Paygesius dictā Delphinam carnaliter cognouerit, per id quod habetur cum ibi notat. per doctores in. c. preterea. de testibus. & si idem Paygesius deponat se eā carnaliter cognouisse: probabitur carnalis copula, nisi aliud opponatur: & ita probabitur matrimoniū presumptum. c. veniens. & quod ibi gloss. c. is qui. de sponsa. & c. de illis. de condictione apposi. propter quod viderentur ex tunc prefati Delphina & Paygesius fuisse coniuges: & sic si postea, & ex interuallo de quo in casu, dictus Gregorius natus extiterit ex prefata Delphina, ipse alio non apparente presumi deberet genitus ex dicto Paygesio, hoc fauore matrimonij & filiationis: & hoc quidem non haberet dubium si ipse Paygesius eidē Delphine cohabitabat, etiam si dictus quondam dominus Cladius & alij ad eandem Delphinam consuetudinem habebant inhonestam, per id quod notat Panormi. in. c. transmisse. qui filij sint legitimi. & in capitu. accedens. de purga. canoni. idem voluit Benedictus Capra consilio. ij. exordiens, fuit quidam ciuis. col. iiij. alias incipit, cū viso & cōsiderato prefato pūcto. &c. col. j. pro quo solet allegari. l. miles. §. defuncto. ff. de adult. ꝙ intelligo sm Benedictum Capra, vt predixi, qñ eadē Delphina cohabitasset pdicto Paygesio: quod etiā voluit Angel. in. l. septimo mense. ff. de statu ho. Panor. in. c. per tuas. de proba. & in. c. penul. col. ij. de adul. Bal. in. l. si vicinis. C. de nuptijs. & in. l. filium. ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. vbi dicit ꝙ potius presumit possibile honestū, quā possibi
13 le inhonestum, † vt probat in d. l. filiū, in tertio responso, & in d. l. miles. §. defuncto. Sed si cohabitasset dicto dño Claudio, & in domo ipsius dictū Claudiū peperisset, & qui fuisset p eosdē do. Claudium & Delphinā nutritus, & tractatus vt & tanque eorū filius vel spurius, vel naturalis, vel bastardus, & talis a vicinia reputatus: tūc videret presumendus non quidē filius legitimus predicti Paygesij: sed magis bastardus & spurius dicti domini Claudij, per id qđ habet in. c. per tuas. de proba. & qđ not. gl. in. c. Michael. de filijs presby. & Benedictus capra in dicto cōsilio, vbi plene. Que vt puto sunt intelligēda, nisi prefatus Paygesius etiā habuisset liberū accessum ad dictā Delphinā cohabitantē dicto dño Claudio, & ad domū quam habitat ipsa Delphina: quia si ita cōtigisset, adhuc forte isto casu deberet presumi dictū Gregoriū fuisse filium legitimum prefati Paygesij, per id quod post Jaco. de rauē. not. Cyn. in d. l. si vicinis. vbi querit Cyn. quid si maritus habēs vxorem adulterā eam a se sine iudicio ecclesie repulerit, & illa sic repulsa accesserit ad lupanar: vbi temporis successu accidit ꝙ illa mulier peperit, & dicit Cyn. post Jaco. de Rauen. ꝙ partus iudicandus est legitimus: quia possibile ꝙ ille natus extiterit de matrimonio, postꝙ etiā maritus ire poterat ad lupanar, vel ad locum in quo erat vxor, & eam cognoscere. & vt dicūt Jacobus & Cynus & post eum alij presumptio est pro filio, scilicet quod sit legitimus: & idem voluit Andreas barbatus consilio quinquagesimooctauo, exordiē. sapienter, dicit psalmista celebris prope est dominus inuocantibus eum &c. vbi loquens de muliere adultera cohabi-
14 tāte sacerdoti, & seorsum ab habitatione viri, dicit ꝙ partus † interim conceptus sit iudicandus legitimus, si tamen marito huius adultere patebat ad eam liber accessus ad omnem eius liberam voluntatem: stat enim hoc casu illa regula, ꝙ potius presumatur honestū possibile, ꝙ possibile inhonestum, dicto. §. defuncto. & l. filium. allegat Andreas barbatus & alia, que possunt ibi videri: vbi etiam dicit ꝙ Bal. & Panor. in locis superius relatis, & in quibus loquuntur de vxore cohabitante marito, non vident illud dicere seriose & appensate, sed iudicio suꝑfluus illud dicūt in transuersu lecture, & subijcit ꝙ ipsi non dicunt cōtrarium eius ꝙ dicit Cyn. in dicta. l. si vicinis. Et si essemus in casu in quo iuxta dictum Jaco. de Rauen. Cyn. & Andree barba. predictus Gregorius presumi deberet legitimus, institutio de eo facta, vel per fideicommissum sibi tanꝙ filio naturali aut spurio relictum, non valeret: non ex eo capite quia spurius heres institui vel substitui non potest: sed quia erat idem domi. Claudio extraneus: qui per eum putabatur esse eius filius saltem illegitimus. Et hoc operat error testatoris: pro quo allegasse sufficiat. l. si pater. & l. nec apud. & quod ibi scribentes. C. de heredibus instituendis. & dicta. l. eum quem. circa fi. & quod ibi do. Jasõ in may. col. ij. & col. ix. & alij scribentes. C. de fideicommissis. Angel. consi. lxxxix. exordien. visis & inspectis omnibus statutis &c. col. v. versi. contrarium dico scilicet ꝙ dicta institutio sit nulla, & Benedic. capra in dicto consilio secūdo, col. ix. alias. vj. versi. dicendum est ꝙ cū dictus Petrus instituerit dictū Alexandrū &c. vbi plene & egregie. Et hoc vt predixi operatur error, qui secundum scribentes fuit in causa si, & ex qua fuit idem quondam domi. Claudius verisimiliter motus ad relinquendum illi Gregorio, quem filium suum existimabat, alias sibi non relicturus si putasset eum filium legitimum illius Paygesij, nec aliquid ordinasset de impetranda legitimatione a principe. Et per hoc patet responsio ad sextum quesitum.

¶ Ad septimum & octauum patet responsio per ea que superius dixi. ¶ Ad nonum quesitum dico & respondeo, ꝙ si vltra ea que ibi presupponuntur nos etiam presupponeremus, prout alias scripsi, quod dictum monasterium seu conuentus fuerit & sit incapax predictorum bonorum feudalium, & sic quod in illis nec in solidū nec in parte succedere potuerit, etiam quo ad hoc vt vēdere posset id de quo testari & disponere poterat dictus quondam dominus Claudius: tunc videretur ipse dominus Claudius decessisse intestatus: & ita in illis bonis de quibus disponere poterat succedere potuerunt ab intestato nepotes & neptes ex sororibus predefunctis, scilicet ex nobilibus Aylina & Lioneta, exclusis & repulsis nepotibus nobilis Artaude, seu filijs nobilis Joanne eiusdē Artaude quondam filie, authenti. de heredibus ab intestato. §. his autem. vbi probatur vtriusque dictum: primum scilicet in principio dicti. §. secundum vero in versicu. huiusmodi vero priuilegium. vbi etiam hoc colligitur & notatur per Angelum.

¶ An autem isti nobiles nepotes & neptes debeant succedere in stirpes vel in capita, dico & respondeo ꝙ super hoc fuerunt & sunt opiniones: tamen opinio cōmunis est ꝙ illi succedant in stirpes, non in capita: quam tenuit glo. & sequuntur doct. communiter in authen. cessante. C. de legi. heredi. glos. & Bartolus in dicta aut. de heredi. abintestato. §. reliquum. Sed vbi monasterium predictum seu conuentus fuisset & esset capax predictorum bonorum: tunc incideremus in id quod superius dixi: an scilicet hereditas fuerit eidē monasterio delata, vel dicto do. Gaspardo: & vtrū idē do. Gaspardus debuerit comparari filio, aut seruo, quia si dicamus eam delatam monasterio ex persona dicti domi. Gaspardi, prout senserunt Joā. Andr. & seq. dicto. c. in presenti. dicendum esset ꝙ monaste-

monasterium possit etiam tunc adire dictam hereditatem, quod etiam voluit Joannes andreas, ꝛ se. in dicto. c. in presentia. Si vero dicamus illā delatam pfato do. Gaspardo: tūc videtur dicendum ꝙ quia illa hereditas nō erat ascendentium, seu fratris, monasterium illam adire non possit, etiam si diceremus monachum esse comparandum filio, non seruo, per id quod notat Cy. Bart. Pau. de cast. ꝛ doc. in. l. fi. in principio. C. de bo. que libe. 15 quatenus ibi volunt partem non posse † post mortem filij adire hereditatem filio dellatam, per iura que allegāt: ꝛ multominus posset monasterium seu conuentus illaȝ addire, si monachus vel religiosus sit comparādus seruo: ꝙ multi voluerunt, prout super ius dixi, ꝛ multos refert do. Jas. may. in dicta. l. cum proponas. colum. xij. vel circa, versicul. nunquid autem dispositio: quia tunc erat adimenda per ipsum do. Gaspardum iussu superioris. Et qd post mortem monachi, cui delata est hereditas, non possit monasterium illam adire de mero iure, vbi non erat hereditas ascendentium, post Jaco. de are. tenuit Cy. Albe. ꝛ Bald. in dicta. l. prima. ver. quid si monachus decedere ꝛc. vbi pro hoc multa inducit: quod etiam fuit de mente Specula. titul. de statu monacho. §. primo. ver. octauo queritur. vbi tenet quod ad hoc vt acquiratur monasterio, actus ꝛ voluntas monachi sunt necessaria: sed post mortem nemo habet velle vel nolle. Dicit tamen Jaco. de are. post eum Cy. ꝛ alij in dicta. l. deo nobis. ꝙ monasterium possit petere se restitui in integrum sicut minor, per. l. pantonius. ff. de acquirenda hereditate. ꝛ per alia iura que ibi allegant. Et predicta que super hoc quesito dixi intelligo quo ad illa bona que potuerat idem domin. Claudius detrahere de dicto vniuersali fideicommisso, ꝛ quo ad bona per eum acquisita: si que erant: non autem de eo quod in vim sepedicte substitutionis debebat restitui ipsi nobili Tardito.

¶ Ad decimum dico ꝛ respondeo ꝙ, vt apparet ex tenore testamenti dicti quondam do. Hugonis ipse voluit quod ad quencunqȝ filiorum masculorum dictarum eius filiarum hereditas ꝛ successio eiusdeȝ peruenirent, ille teneretur portare nomē, cognomen ꝛ arma, eiusdem testatoris. Propter quod cum verba sua clara existant, ꝛ ita censendus sit voluisse prout verbis expressit, non est a verbis huiusmodi discedendum, dicta. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ꝛ. l. non aliter. ff. de lega. iij. ꝛ dicta. l. labeo. §. idem tubero. Et ita vt mihi videtur tenetur idem nobilis Tarditus assumere nomen, cognomen, ꝛ arma, ꝛ nominabitur ꝛ cognominabitur Hugo de petragorda. Et idem puto de alijs successeris.

¶ Ad vndecimum dico ꝛ respondeo ꝙ, si dictus nobilis Tarditus pretendat castrum de Petragorda non teneri de ꝛ sub feudo domi. de Vauta, ꝛ ita neget se esse ipsius vasallum ꝛ castrum esse feudale, ipse non potest eum cogi ad docendum de titulo: sed tenetur ipse do. de Vauta probare ꝛ ostendere, quod castrū huiusmodi sit feudale ꝛ reducibile. l. cogi. C. de peti. heredi. ꝛ. l. fi. C. de rei vendi. Ad quod faciunt iura vulgaria, scilicet. l. actor. C. de proba. l. verius. ꝛ. l. ei qui dicit. ff. de proba. quod etiā voluit Jaco. rebuf. in. l. secunda. §. ad filiorum. C. quando ꝛ qui. quarta pars. Bal. in. l. secunda. versi. sed nunquid dominus feudi ꝛc. C. quomodo ꝛ qū iudex. ꝛ fuit de mente Joann. and. in addi. Specu. titulo de loca. §. nūc aliqua. versi. sexagesimoquarto. in addi. exordiēte presupponitur ergo. pro quo facit quod post Andream de barulo voluit Bartolus in. l. prima. C. de conduc. ꝛ procura. predio. fi. lib. xj. vbi dicit ꝙ si princeps conueniat aut citari faciat baronē suū, vt sibi ostendat iura que habet in castris, citatio hu-16 iusmodi est † ipso iure nulla, cum nemo cogi debeat ad ostendendum titulum sue possessionis. Si vero idem nobilis Tardi. fateretur se vasallum prefati domi. de Vauta ipse deberet eideȝ ostendere titulum, vel res pro quibus fateť se esse vasallum, ꝛ ita intelligi debet Baldus in. l. instrumenta. vel quero an feudatarius. C. de fideicommissis. ꝛ Alua. in. c. j. in principio in quarta col. ver. quero ab extra an dominus ꝛc. de controuersi. inuestitu. do. Jason may. in prelu. feu. charta. v. versicu. an aūt res. ibi. sed Bal. limitat dictum Bar. ꝛ alio. in multis locis. Super quo tamen aduertat do. Tarditus: quia si ipse sciret dictum castrū esse feudale ꝛ reddibile: ꝛ vt tale fuisse possessum p predecessores, ipse non deberet hoc negare, ꝛ si contrarium faceret, ꝛ de mendacio cōuinceretur, ipse perderet feudum. c. vasallus si feudum. ꝛ ꝙ ibi doc. titu. si de feu. contro. fue. inter do. ꝛ agna. quod etiam voluit Bal. in. d. l. ij. C. quomo. ꝛ quando iudex. Alua dicto. c. primo. de controuer. inuestitu. Jacobo rebuf. in allegata. l. ij. §. ad filiorum, versic. sed circa hoc dic quod aut ste vasallus. C. qua. ꝛ qui. quarta pars. Si vero ignoret castrum predictum esse feudale ꝛ reddibile, seu etiam simpliciter feudale, quod etiam in dubio presumitur. l. qui in alterius. ff. de regulis iuris. ꝛ regula. cum quis. cum vtrobiqȝ nota. per gloss. ꝛ doctores de regulis iuris, in sexto. poterit se tute defendere, ꝛ negare castrum feudale ꝛ reddibile, vel respondere qd cautius esset se ignorare ꝛ opponere de his de quibus in casu, scilicet. quod ab annis ducentis citra nō fuerit castrum reductum per mortem domini vel vasalli, nec pro eo prestitū homagium dicto domino aut predecessoribus, ꝛ hoc vel maxime vel saltem sine dubio procedit. si non esset vel fuerit ibi fama quod dictum castrum esset feudale ꝛ reddibile, vel feudale simplex.

¶ Ad id vero quod queritur vbi constaret quod dictus domi. de Vauta haberet reddibilitatē, ꝛ quod castrū, de Petragorda esset sibi reddibile, quid tunc facere debeat ipse nobilis Tarditus, attentis assertionibus, quas super remissione certe quote pretensorum iurium faciunt tam ipse domi. de Vauta quam dictus Gregorius. Dico ꝛ respondeo quod si idem nobilis Tarditus habeat instrumentum infeudationis ipse debet videre formam ꝛ tenorem illius, ꝛ maxime quo ad reddibilitatem, vt sciat quanto tempore possit dominus ibi remanere, ꝛ infra quod tempus post factam redditionem debeat exire ꝛ dimitere castrum: ꝛ his visis si requiratur per dictum domi. de Vauta de reddibilitate ꝛ prestatione homagij, puto quod ipse illam facere debeat, cum hoc quod idem dominus in forma cōueniat ꝛ promittat de exeundo dictum castrum iuxta formam infeudationis: quia non debet idē dominus eundem nobilem Tarditum sub colore reddibilitatis sibi auferre possessionem, vel eum in ea turpare. ꝛ si super hoc oriretur contentio inter eos, esset bonum quod idem nobilis Tarditus se offerre esse contentum stare summarie declarationi eminentissimi parlamenti Tolose, aut aliquorum proborū ꝛ doctorum virorum.

1 ¶ Onus sentire debet qui emolumenta percepit.

¶ Epitome.

Quod prior pro reparatione ecclesie sui prioratus pri⁹ imposuit, longissimo tempore prestitum est, successores eius etiam prestare tenentur. C. V. F.

¶ De sacrosᷓ. ecle. Consi. lxxiiij.



Viso instrumento promissionis dudum, scilicet anno incarnationis dominice. M. cccxcij. ꝛ die prima mēsis Septēbris facte per venerabilem quondam virum dominum Joannem Meyrosij presbiterū ꝛ priorem parochialis ecclesie loci de Verquerijs, ꝛ in qua idem do. Meyrosij presbyter ex sua certa sciētia ꝛ bona fide conuenit ꝛ promisit discretis quondam viris Raymundo Olme, Raynaldo Matane ꝛ Petro Olme dicti loci presentibus, ac nomine ꝛ vice fabrice eiusdem ecclesie stipulantibus ꝛ recipientibus dare, soluere, tradere, ꝛ expedire annis singulis, ꝛ tandiu quandiu in ecclesia huiusmodi existeret, operarijs seu gubernatoribus fabrice huiusmodi duas salmatas annone bone ꝛ receptibilis, nomine ꝛ vice dicte fabrice, viso insuper casu parte moderniorū operatoriorū fabrice eiusdem ecclesie mihi exhibito, vna cum dubijs ex casu huiusmodi elicitis, dico ꝛ respōdeo ad dubia huiusmodi prout infra. Et primo quod venerabilis vir dominus Gulielm⁹ Pauli moder. prior tenetur ad solutionem arreragiorum, de quibus in casu. Tum quia vt narratur in dicto instrumento, quicūqȝ existat prior predicte parochialis ecclesie, ipse tenetur ꝛ debet dare ꝛ prestare annis singulis de fructibus ꝛ emolumētis eiusdē ecclesie operi siue fabrice antedicte duas salmatas annone bone ꝛ receptabilis pro dei seruitio. Quo fit vt cum instrumentū huiusmodi fuerit ꝛ sit antiquum, excedens scilicet tēpus centum annorum, credi debuerit ꝛ debeat nō solum dispositiuis verbis illius sed etiam verbis narratiuis, seu enuntiatiuis, per id quod no. gloss. in. c. si papa. de priui. in. vj. ꝛ. c. cum olim. de cēsi. ꝛ quod voluit Fran. de are. consi. xxxvj. exordiente, casus talis est, presupponitur ꝛc. vbi dicit quod in antiquissimis illa que al's esset probatio semiplena ꝛ minor obtinet vicem plene probationis, sicut fama per quā probať dominiū antiquissimum, vt etiā verba enunciatiua contenta in priuilegijs ꝛ instrumentis, ꝛ idē voluit. Joā. de imo. in cle. j. de proba. ꝛ Alex. de imo. consi. clxxxvij. columna ij. ad quod bene facit quod not. Anto. de butrio in. c. fi. de succes. ab intesta. Tum ꝛ quia, vt ponitur in facto, nō solū dictus quondā do. Jo. Meyrosij, sed etiā eius successores in dicto prioratu vsqȝ ad dictum modernum do. priorem soluerūt ꝛ soluere consueuerūt annis singulis dictas duas salmatas, insuper ꝛ cū dictus do. Guliel. easdem soluerit, aut de soluendo respōsionem dederit pro tribus primis annis, possessio seu quasi tanti temporis, ꝛ in qua extiterunt pro ꝛ nomine fabrice predicte ecclesie operarij illius, habet vim constituti. c. super quibusdam. §. preterea. ꝛ quod ibi Ostiē. de verb. signifi. c. j. ꝛ quod ibi gl. super verbo, memoria. prescrip. in. vj. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quoti. ꝛ esti. ꝛ in. l. j. §. fi. ff. de aqua plu. arcē. ꝛ quod ex possessione seu propter possessionem tāti tēporis possit idē Gulielmus tanqȝ prior predi-

cte ecclesie conueniri etiam iudicio petitorio, colligitur ex his que not. Joan. And. et alij scribentes in.c. peruenit. de censi. Bartol. Salic. et alij in.l.cū de in rē verso.ff. de vsur. et multi in.l.si certis ānis.C. de pac. p̄ p̄dictis bñ facit qđ not. Host. Jo.an. henri. boyc. Pano. et alij in.c.j. de eccle. edifi. et Ostie. in sum. eo. ti.§.j. et.d. Ant. florē. archiep̄s in tertia p̄te sum, ti.xij.c.ij.§.iiij. q̄ten⁹ voluīt q̄ vbi q̄rit ad quē p̄tineat onus fabrice eccl'ie, p̄mo recurrēdū sit ad cōsuetudinē: q̄z si de illa appeat, illa s̄uāda ē, p̄ iura q̄ iducūt. Si ḡ de cōsuetudine poꝛes soluere ꝯsueuerint annis singl'is duas salmatas annone: illa dꝫ s̄uari, cū eīm poꝛ emolumēta p̄cipi
1 at, merito † et onus sentire dꝫ, regula q̄ sentit onus, de re.iu.j.vj.l. vnica.§.p̄ scđo. et.§.ne autē.C. de fur. et.l. manifestissimi.§. pe.C, de fur. facit ille x'sus, ꝯmoda q̄ sentis iungas onus emolumētis.

¶ Puto igitur dictum do. Guliel. posse conueniri petitorio iudicio ad solutionem arreragioꝝ dictarū duarū salmatarū annone. dico etiam quod si ipse soluerit operario solum pro dictis tribus annis, et deinde recusauerit: ipse potest conueniri possessorio iudicio, iuxta materiam, c. querelam, et qđ ibi Inno. Hostien. Jo. an. et Docto. de elec.

☞ Donatio que iurata extitit obseruari debet, etiam si in ea non interuenerit solennitas que alias requireretur in donatione nō iurata: et iuramentū facit vt alteri stipulari quis possit. V. F.

¶ De dona. Consilio.lxxv.



Quāuis statuto de quo supra renunciari non possit sine iuramento, pro vt alias scripsi, et per hoc quod in simili not. Jo. And. in addi. Specu. tit. de instru. edi.§. porro. in vltima additiōe, et Jo. de imo. in repeti.c. cū contingat. in.x. membro. versi. circa quartum q̄ñ fit donatio sine dispensatione etc. tamen eidem statuto renunciari possit cum iuramento: quemadmodum etiam cum iuramento potest renunciari legibus cōibus insinuationē requirentibus, vt infra dicā. Et ita dictum statutum non obstitit nec obstat validitati dicte donationis. Preterea nō refragatur idē statutū donationi huiusmodi. pro eo q̄z cū ipsa donatio iurata extiterit, illa debuit et dꝫ obseruari. etiā si in ea nō interuenerit solēnitas q̄ al's requireret̄ in donatione non iurata attento qđ illa solennitas requirebatur tp̄e donationis, et nō post: sicut dixi qđ per iuramentū appositum in donatione potest derogari.ll. insinuationē requirentibus. Non potest igitur donatio predicta impugnari ex defectu solēnitatis dicti presentis statuti.

¶ Preterea nec potest impugnari pretextu et ad causam absentie dicti Joannis de Morano. Tum iuribus et rationibus alias superius allegatis: tum et q̄z licet idē Joānes fuerit absens tp̄e donationis hm̄oi: tñ illa fuit p̄ et nomine eiusdē Joannis de morano acceptata p̄ egregiū do. Claudiū de olliuerijs tunc iudicem Arelatēsem: qđ fieri potuit, per predicta, et maxime p̄ eo q̄z in dicta donatiōe interuenit iuramētū: quo casu videt̄ q̄s posse alteri stipulari, et per stipulationē acq̄rere. Pro quo allegasse sufficiat plene not. per Alexā. de imol. in.l. stipulatio ista habere licere.§. alteri. col.ij.ff. de ver. obli. et q̄uis possint alia multa p̄ defensione dicte donationis allegari et induci: quia tamen predicta videntur sufficere, vlterius non insisto.

1 ☞ Actio intentata in libello, que dicatur.
2 Consuetudo que exorbitat a iure extendi non potest.
3 Vectigal. seu ius vectigalis colligendi ad hoc vt per prescriptionem vel consuetudinem queratur quid sufficit.

¶ Epitome.

¶ Vectigal aut pedagium quod ab extraneis exigitur, nō continuo ab incolis exigi potest. V. F.

¶ Vectiga. no. insti. non poss. Consil. lxxvi.



1 Illa dicitur actio† intētata in libello, que ex verbis illi⁹ colligi potest: prout dici solet in.l.j.§.j.ff. de edē. Pro quo facit quod not. Cy. in.l. edita. in.v.q. p̄ncipali.C. de eden. Bart. in.l. certi condictio. in principio, ff. si cer. peta. et in.l. si prius. in quinta oppositione secunde partis.ff. de ope. no. nuntia. quod etiam voluit Bart. in.l. gallus.§. quidam recti. columna.ij. vel circa, versicu, adduco ad istud etc. vbi etiam Joan. de imol. et Alexan. de imol.ff. de. libe. et posthu. Quū igitur ex narratis et propositis parte vniuersitatis hominū loci de Venterno, tam in supplicatione, quam articulis parte eiusdē vniuersitatis in hac causa p̄ductis colligi possit et inferri negatoria actio, illa censetur et cēseri debet fuisse parte dicte vniuersitatis intentata: quod etiā asseruit pars aduersa in schedula exordiente, cum vniuersitas et particulares de venterno. et ita etiam senserunt egregij viri domini magni presidens, et magistri rationabiles in ordinatione per eos facta post latam vltimā sententiam, et cum instaret vniuersitas ante dicta super fienda executione eisdem sententie.

¶ Quo supposito dico et respondeo, q̄ cū prescriptio fuerit et sit p̄ dicta vniuersitate, scilicet qđ hoīes illius fuerint et sint immunes a prestatione pretēsa vectigalis seu pedagij, qđ ab eisdem exigere nititur spectabilis do. Vicecomes Tallardi in oppidis seu castris de Tallardo et de falsa, sententia fuit et est p̄ eisdem ferenda nisi idem do. Vicecomes sufficiēter p̄bauerit aut probet ius vel facultatem ab eisdē exigendi p̄dictum pedagium Et hoc vel per cōcessionem principis, illius scilicet q̄ illud cōcedere potuit q̄z nō omnes possunt. c. super q̄busdam.§. preterea. de verboꝝ significatio.l. vectigalia. et quod ibi Azo et Sali.C. noua vectiga. insti. nō posse.l. non solent. et quod ibi glos. et do. Azo, et.l.fi.C. eo. titu. vel per consuetudinem, aut per prescriptionem tanti temporis, de cuius initio memoria non existat. Sed primum non est probatum: non enim apparet de aliqua concessione huiusmodi pedagij, seu iuris illud colligendi olim facta ipsi moderno do. de Tallardo, aut alicui eius pretenso predecessori. non etiam apparet quod ius huiusmodi fuerit eisdē domi. de Tallardo aut suis predecessoribus ex prescriptione vel ex consuetudine acquisitum: quia supponitur quod ius huiusmodi possit vel per prescriptionem vel consuetudinem acquiri. Ad hoc tamen vt sic acquiri possit exigitur tempus de cuius initio memoria non existat: et hoc quando agitur de prescriptione vectigalis seu pedagij, que nulli alteri competit. vt in casu dicti capituli, super quibusdam.§. preterea. et quod ibi docto, lege imperatores.§. idem rescripserunt.ff. de publica. et quod not. Barto. et doc. in lege si publicanus.§. omnib⁹.ff. de publica. Cyn. in dicta lege. non solent. et Saly. in allegata lege vectigalia, Joannes andr. in addi. Specu. tit. de causa possess. et proprie.§. primo. ver. quid de colligētibus pedagia. Sed non apparet probatum quod per tantum tempus fuerit predictum pedagium per dictū do. de Tallardo, aut eius predecessores in dictis locis a transeuntibus, et illac mercantias conducentibus exactum, seu etiam collectum.

¶ Preterea aut pretendit idem spectabilis do. Vicecomes ius huiusmodi fuisse acquisitum per prescriptionem, aut per consuetudinem, et si per prescriptionem: non sufficit probare q̄ tam ipse q̄ predecessores pedagium collegerint per tempus de quo supra a transeuntibus per loca predicta seu comitatū de Tallardo: sed opus erat probare q̄ per tempus huiusmodi pedagium predictū collegerint ab vniuersitate seu hominib⁹ de Venterno: q̄z tantū prescriptum quātum possessum, et non plus. capitulo cum in tua. de deci. capitulo si. de offi. archi. c. auditis. et.c. cum olim. de prescrip. c. cum dilectus. et.c. cum venerabilis. de capel. monacho. q̄ etiā voluit Rota decisione tricentesimanonagesimaoctaua. ex oī diē. Si aliquis episcopus habeat collationem beneficij etc. Bar. et docto. in.l.j.§. si quis.ff. de itine. actuq̄ priua. sed non est p̄batum quod per tempus huiusmodi fuerit predictum pedagium a dictis de Venterno recuperatum vel collectum. Aut pretendit huiusmodi pretensum ius fuisse acquisitum per consuetudinem: et tunc dico q̄ etiam hoc casu opus erat probare predictum pedagium fuisse collectum vel recuperatum a dictis de Venterno per tempus de quo.s. quia cum consuetudo hōi sit a iure exorbitans
2 non per hoc prohibetur petere supplementum † legitime, etiam si pater in tali relicto apposuerit clausulam ꝙ iubet filium esse cõtentum ita quod plus habere vel petere non possit occasione legitime vel alia quacunqꝫ ratione cuius dicti illa solet ratio assignari, quia on⁹ talis clausule debet de legitima ipso iure reijci. d. l. quoniam in prioribus. Quo presupposito dico ⁊ respondeo ad primum quesitum, qđ cũ dos ⁊ legatũ ⁊ relictum dicte Suliaume non videãtur sufficere ad dictam eius legitimam: ipsa potest petere supplementum, per ea que superius dixi: saluo tamen eo quod infra dicã.

¶ Ad secundum iam patet in parte solutio, scilicet ꝙ supplementum est id quod post factam imputationem dotis ⁊ legati sibi relicti, que in legitimam imputantur. l. quoniam nouella. ad finẽ. ⁊ dicta. l. quoniam in prioribus. C. de inofficioso testamen. deest ad complementum dicte duodecime partis. Et intelligo quod legitima huiusmodi debet estimari non solum habito respectu

ad alia bona dicti quondam Jacobi, et que extiterunt tempore, vite et mortis: sed etiam ad bona mobilia, iocalia, supellectilia, pecunias et mercantias, que post factum testamentum dicitur legasse, prelegasse, ac iure legati, prelegati, donationis causa mortis eidem Aymoni in codicillis reliquisse: quia etiam de illis debetur legitima, pro eo quia illa fuerunt eiusdem Jacobi tempore mortis, quod regulariter inspicitur ad sciendum quanta debeat esse legitima. l. cum querit. et quod ibi doc. et dicta authentica. et c. nouissima. ibi, ex substantia deficientis inspicitur et aliquando non solum tempus mortis: sed etiam tempus donationis, vel ante donationem: quando scilicet illa fuit immensa: auth. de immen. dona. §. j. collatione. vij. et transsumptiue in auth. vnde et si parens. C. de inofficio. testa. Et aduertendum est hic, quod cum nec notarius, nec alius acceptauerit donationem causa mortis factam per dictum quondam Jacobum predicto Aymoni tunc absenti, illa non valuit iure contractus: sed ex toto debet reputari vl-
3 tima † voluntas, vt no. Paulus de castro in. l. iij. C. qui testame. face. pos. et alij in alijs locis: pro quo bene facit quod voluit Cyn. in. l. j. ad fi. C. de dona. causa mortis. et Joan. de Imola in. l. j. et. l. tam is. §. filius familias. ff. eo. titu. quatenus volunt, quod licet filiusfamilias possit de consensu patris donare causa mortis: si tamen donet absenti, opus est quod hoc fiat interueniente epistola, vel nuntio: quia alias esset vltima voluntas, quam filiusfamilias facere non pot. l. qui in potestate. ff. de testamentis. et dicta. l. iij. qui testament. facere possunt. et. l. j. versiculo. sed si filiusfamilias. cum suis similibus. ff. de legatis. iij. Ad id de quo vlterius queritur in eodem dubio, an scilicet predictum supplementum peti possit in pecunia, vel estimatione, dico et respondeo quod illud debetur in et de bonis ac substantia testatoris: et ideo solui non po-
4 test † legitima vel supplementum illius in pecunia filio inuito, vel filia inuita: dicta. l. scimus. §. repletionem. et quod ibi Doct. et quod post Guliel. de cu. not. Barto. in. l. suus quoque. in fi. princi. ff. de heredibus instituendis, vbi etiam hoc not. Joannes de Imola columna. vij. et Alexand. de Imola in. l. non amplius. §. fina. ff. de legat. j. Bartol. et docto. in. l. marcellus. §. res que. ff. ad trebellianum. Baldus in. l. filium quem. columna duodecima. C. de inofficioso testamento. et in. l. iubemus. columna. j. C. ad trebellianum. et alij in alijs locis.

¶ Ad tertium dico et respondeo, quod licet es alienum et funeris impensa diminuant legitimam. d. l. papinianus. §. quarta
5 autem. illam tamen non diminuunt † legata pia: quia quicunque vult exheredato filio heredem facere ecclesiam: querat alterum qui suscipiat non augustinum. c. fina. xvij. q. iiij. et quod not. gloss. in. l. si quis ad declinandam. super verbo simili modo. C. de epis. et cleri. Et quod legata huiusmodi legitimam non minuant, voluit Jo. Calde. in ti. de testa. consi. xxiiij. exordiente, an si legatur pro anima. Alex. de imo. consi. xviij. exordiente, Non minuitur legitima et c. in. iiij. vo. et do. Ja. may. in. l. si vnus. col. iij. C. de test. Que autem sit vel dicatur expensa funeris, ponit Azo in summa C. ti. de religio. et sump. fune. col. iij. versicu. funeris autem sumptus et c. Rofre. in libellis suis, sub rubrica de actione funeraliũ. Panor. in quadam disputatione sua exordiente, sempronius et c. et docto. communiter in cle. dudum. §. verum. de sepul. Legatum igitur trium millium florenorum, de quo in casu, et alia legata pia non minuunt legitimam predicte Gulianme, nec habentur in consideratione quo ad hoc vt illam diminuant.

¶ Ad quartum patet responsio per ea que iam dixi, scilicet quod donatio de qua ibi facta de mobilibus et pecunijs non minuit legitimam: et que vt dixi non valuit nec valere potuit, vt donatio causa mortis cum fuerit facta absenti, et non interueniente epistola, vel nuntio, vel alio pro eo acceptante.

¶ Uenio ad quintum: pro cuius solutione premitto, quod vt iam dixi, tempus mortis testatoris, vel illius in cuius bonis petitur legitima: regulariter inspicitur vt sciatur quanta sit legitima. l. cum querit. et aut. nouissima. supius allegatis: Premitto insuper quod licet aliqui aliter senserint: communis tamen opinio est, quod supplementum legitime petitur condictione ex. d. l. omnimodo. C. de inoffi. test. quod etiam voluit ibi glo. super verbo, exigere. Ang. in d. l. papinianus. §. si conditioni. Pau. de cast. et dominus Jason may. in d. l. omnimodo. et Alex. de imo. consi. cxxviij. col. ix. in primo volu. et Joan. de imo. in. l. in quartam. col. fi. ff. ad trebel. et quemadmodum legitima debetur vel habetur de vel in singulis rebus hereditarijs. l. plautius. et. l. linea margaritarum. ff. ad legem falcidiam. et. c. Raynaldus. et quod ibi scribentes, de testa. no. Bar. et doc. in. l. in quartam. ff. ad
6 legem falcidiam. ita et supplementum † seu ius repletionis consistit et habetur in singulis rebus. d. l. scimus. §. repletionem. C. de inof. test. et quod no. Oldra. consi. cxiij. exord. questio qua queritur an supplementum legitime sit ex rebus singulis detrahendum. et Bar. et doc. in. d. l. in quartam. Panor. in. c. Raynaldus. col. penul. versi. tamen dicit respectu repletionis legitime, vbi etiam Andreas barba. in repe. charta. lxxij. col. j. Ex quibus infero quod licet supplementum legitime petatur condictione ex lege, et sic actione personali: heres tamen, contra quem datur hec actio seu condictio, dicta auth. vt cum de appellatione cogno. §. ceterum. et quod not. Ang. in. d. l. papinianus. §. si conditioni. Jo. de imo. i. d. l. in quartam. col. fi. non est debitor generis, sed est debitor speciei, seu respectu et contemplatione speciei: quia condictio predicta est in re scripta. Quo fit vt quis debitor generis generalissimi non liberetur a debito propter interemptionem speciei. l. in ratione. la secunda. §. diligenter. ver. incerte. ff. ad legem fal. et. l. incendium. cum suis simi. C. si cer. pe. tamen videtur quod propter perceptionem rerum hereditariarum factam sine culpa dicti Aymonis heredis, et ante moram commissam in non expediendo vel assignando supplementum fuerit ipse Aymo liberatus a supplemento legitime, illo scilicet quod eidem Guilliame competebat in rebus peremptis, per id quod habetur in. l. quod te. et quod ibi docto. ff. de re. credi. et in. l. si ex legati causa. ff. de verb. obliga. et quod not. Joan. de imo. in dicta. l. in ratione. §. diligenter.

¶ Ad sextum dico et respondeo, quod dicta Guilliama non videtur bene agere: quia sibi pro dicto supplemento non datur iudicium executiuum: sed vt dixi condictio ex dicta. l. omnimodo. in qua formatur libellus, prout not. Pe. Jaco. in suis libel. sub rubrica de condicti. ex le. omnino. et Ange. are. in. §. tam autem, institu. de inoffi. testa. post Bart. in consilio per eum allegato. Et vt dicunt docto. in dicta. l. in quartam. et in. c. Raynaldus. Quis legitima seu supplementum legitime debeatur in singulis rebus: non tamen potest peti assignari in singulis rebus inuito herede, Nec etiam potest heres inuito eo, cui debetur legitima seu supplementum illius, illam vel illud assignare in singulis rebus: sed nisi aliter appareat dispositum per testatorem, vel nisi conueniant heres et ille cui debetur legitima aut supplementum illius, remittitur assi-
7 gnatio arbitrio boni viri, † et sic iudicis, qui illam faceret in vna vel duabus rebus, vel prout sibi melius videbitur. hec est enim communis conclusio: pro quo videri possunt remissiones quas ponit Ale. de imo. in. l. marcellus. §. res que. col. penul. versicu. quid autem in legitima debita iure nature an possit in vna re et c. ff. ad trebel.

¶ Ad septimum dico et respondeo, quod licet officium paternum sit dotare filiam, et sic possit pater cogi ad eam dotandam. l. fi. C. de do. promis. et. l. qui liberos. ff. de ri. nup. non tamen potest cogi ad eam dotandam de bonis et substantia ipsius: sed potest eam dotare in pecunia: et filia tenetur dotem pro et nomine ipsius constitutam impurare in legitimam, dicta. l. quoniam nouella. in. fi. C. de inoffi. testa. Licet igitur prefata Guilliama fuerit dotata in pecunia, et deinde dos pro ea constituta fuerit soluta eius marito, vel marito et sibi vel sibi de consensu mariti, quia in hoc non facio vim: et de solutione fuerit concessa quittantia: non propterea sibi preiudicauit de iure communi, quominus petere possit supplementum: hoc est quod deest, dote predicta prius imputata in legitimam, et istud supplementum vt predixi debetur in et de rebus et corporibus hereditarijs. d. l. scimus. §. repletionem. Fateor quod do. Gui. pa. in decisionibus plamenti Delphinalis, decisione. cccclxxxvij. exordien. pater in testamento heredem suam particularem et c. refert quod ipse vidit seruari temporibus suis de stylo et consuetudine curie parlamenti Delphinalis, et aliarum curiarum delphinatus, quod si pater relinquat aut leget filie iure institutionis summam pecuniariam, que tamen non sufficiat ad legitimam: soluitur supplementum non in bonis et substantia testatoris, sed in pecunia: quasi hoc sup
8 plementum, vtpote accessorium sequi debeat legatum seu † relictum, vt pote quid principale, et secundum ipsum reguletur. l. cum principali. ff. de reg. iur. et. c. accessorium. eo. ti. in. vj. et per hoc secundum eum videtur tex. in. l. si non mortis. in prin. ibi, aut si minus habuerit quod deest boni viri arbitratu repleatur. ff. de inoffi. testa. sed vt dixi in contrarium est communis opinio: a qua in consulendo vel iudicando non est recedendum. l. j. ver. crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. c. nonimus. et quod ibi Anto. de butrio. de verb. sig. c. de indu. cijs. iij. q. iij. et quod not. Ostien. Jo. and. Ant. de bur. Panor. et docto. communiter in. c. j. de constitu. Si tamen esset in patria consuetudo dictans contrarium, illa seruanda esset.

¶ Ad vltimum dico, quod in veritate de hoc timendum est, ne scilicet ipsa Guilliama velit habere supplementum legitime, et nihilominus id totum quod plus fuit relictum secunde vxori dicti quondam Jacobi, quod sint dos ipsius Guilliame et legatum sibi relictum. l. hac edictali. in prin. C. de secun. nup. et aut. de nup. §. optime. C. de secun. nup. Super quo aduertendum est, quod quamuis Bal. in. d. l. hac edictali. versi. ibi. ita tamen arguendo ad partes voluerit et concluserit quod licet filio fuerit donatum aut relictum minus legitima: quia tamen illud suppletur hac lege vsque ad legitimam, debeat vitrigne aut nouerca cui plus donatum aut relictum extiterat, habere saltem de donatis aut relictis vsque ad valorem legitime, per iura que allegat. Contrarium tamen videtur verius, scilicet quod immo habere non de-
9 beat nisi tantum quantum fuit donatum aut relictum vni ex liberis primi matrimonij: illi scilicet cui minus, † et quod non habetur consideratio seu respectus eius quod a iure suppletur. Pro quo remisisse

misisse sufficiat ad id quod ponit Philippus de corneo consilio xxxiij. exordiente, repetito diuino numine memini me bis alias consuluisse ⁊c. in primo volu. ⁊ plenius consilio. lj. exordiēte, Viso supra scripto testamento. in litera B, in quarto vol. vbi potest videri. Et sic in casu nostro pro defēsiōe donatoꝝ dicte dñe relicte ⁊ legatoꝝ sibi factoꝝ, q̄ forte excedunt dotē ⁊ legatū, predicte Gulliame nō sufficeret dicere ꝙ ipsa do. relicta tātū habere debeat de sibi donatis ⁊ legatis, quātū ascendūt dos ⁊ legatū dicte Gulliame, ⁊ supplemētū legitime. Insup etiā aduertendū est, ꝙ q̄uis aliqui dixerint ꝙ illud plus donatū vel relictū vitrico aut nouerce, q̄ vni ex liberis p̄mi matrimonij, illi scilicet cui minꝰ, debeat viriliter diuidi inter ipsuȝ vitricū seu nouercā ⁊ liberos p̄mi matrimonij: ita ꝙ nō totū applicatur ipsis liberis. Et huiꝰ s̄nie videtur fuisse glo. in dicta. l. hac edictali. super verbo diuidi, ⁊ idē sentit ibi Cyn. in. iiij. q. Bal. cōsil. clij. exordiē. Scđe vxori ⁊c. in quarta parte: vbi refert ꝙ sequēdo equitatē dicte glo. al's ita cōsuluit, ⁊ ꝙ ita tenet saluo semp consi. saniore, ⁊ Benedictus capra in consilio. lxxxj. tamen contraria opinio, scȝ ꝙ illud totum debeat auferri vitrico vel nouerce, ⁊ insolidū applicari liberis p̄mi matrimōij videt̄ veriꝰ, p multa iura ⁊ fundamēta iducta p Phi. de corneo, vbi etiā multos cōmemorat tenētes hāc p̄tēm, consil. xliij. exordien. plurimū dubia est presens consultatio. ⁊ consilio cxviij. exordiente, In hac consultatione ⁊c. in primo volu. ⁊ in dicto consilio. lj. in quarto volu. vbi potest videri. Que dixerim ⁊c.

1 ☞ Successio alicuius decedentis, relicta matertera ⁊ cōsobrinis filijs auunculi fratris matertere, ad quos spectet.

2 L. de emancipatis. §. exceptis. vult ꝙ in bonis quesitis ex linea paterna preferatur frater consanguineus tantum fratri vterino, ⁊ in bonis acquisitis ex linea materna preferatur vterinus tantum fratri consanguineo tantum.

¶ Epitome.

¶ Matertera in successione filij sororis sue prefertur filijs auunculi: quia vno gradu proximior est. A. F.

¶ De legi. her. Consi. lxxxiiij.

Ponitur in facto ꝙ nouissime vita functꝰ est, ⁊ ab humanis sine liberis ⁊ intestatꝰ decessit honestꝰ iuuenis Jānetꝰ giraudi superstitibꝰ ⁊ sibi supuiuētibꝰ honesta muliere Oppida Raynaude eiꝰ matertera, ac quibusdā liberis p̄uidi quōdā viri Telmi Raynaudi eius quōdaȝ auunculi, ⁊ qui sunt ipsius Janneti giraudi cōsobrini. Quesituȝ ē ad quos delata extiterit eiꝰ hereditas. Dico ⁊ respodeo breuiter ⁊ succincte, quod cū dicta matertera seu matris soror sibi attineret in tertio gradu, ⁊ dicti cōsobrini i quarto. l. j. §. tertio gradu. ver. ex trāsuerso. ⁊. §. quarto gradu. ver. itē fratres ⁊c. ibi, itē amitini, cū suis si. ff. de gradi. hereditas p̄dicta fuit delata eidem
1 matertere, repulsis p̄fatis † cōsobrinis, ⁊ alijs si qui sint dicti eoꝝ gradus, vel alterius vlterioris, aut. de here. ab inte. §. si vero neq; fratres, coll. ix. ⁊ trāsumptiue ī aut. post fratres fratrūq; filios. C. de legi. here. ⁊ q̄ hoc puto esse sine dubio, vlterius nō prosequor.
¶ Ceterū post precedētia scripta mihi expositū est superesse quēdā Claudiū Girardi, qui se esse pretēdit ⁊ affirmat de agnatiōe p̄fati quōdā Jāneti. ⁊ p̄pterea debere ei succedere, ⁊ preferri p̄fate Oppide matertere, saltē in bonis acq̄sitis ex linea paterna: pro quo forte inducit̄. l. de emācipatis. §. exceptis. C. de legi. heredi. ⁊ qđ no. gl. ⁊ multi scribētes in aut. itaq;. C. commu. de successio. Sed istud non obstat. Quoniā respōdeo ꝙ dictus. §. exceptis, lo
2 quit̄ in fratribꝰ, vult enīȝ quod in bonis quesitis ex linea † paterna p̄ferat̄ frater cōsanguineꝰ tātū fratri vterino, ⁊ in bonis acquisitis ex linea materna preferat̄ vterinꝰ tātū fratri consanguineo tātū: ⁊ hec cū querit̄ qs debeat succedere fratri ab intestato vita functo, ⁊ cui supfuerūt fratres vnꝰ scȝ consanguineus tantum, alius vero vterinus tantum. Et quamuis ille. §. exceptis. secunduȝ mētem plurium scribentium extendatur ad filios fratrum: non habet tamen locum in personis vlterioribus, seu gradus vlterioris: quod etiaȝ sensit ⁊ voluit Bal. in dicta aut. itaq;. ver. ⁊ est quidā ordo ⁊c. vbi etiam Sali. ver. quero ab extraneo, per tex. in dicto aut. de heredi. ab intest. §. consequens. ⁊ idem etiam tacite sensit Matthe. de mat. in suo tracta. de succes. ab intest. in tertio membro principali, ver. hoc procedit quoad bona extrinsecus quesita ⁊c. dum mentionem facit de fratribus ⁊ eorum filijs: sed illis exceptis non commemorat vlteriores in gradu, sed dicit quod alij agnati ⁊ cognati succedunt in capita, seruata sola prerogatiua gradus, dicto aut. de heredi. ab intest. §. si vero neq; fratres. ⁊. §. illud autem. quod etiam post Matthe. Mat. voluit Jaco. Bologni. in addi. ad dictum tracta. in tertio membro principali, in addi. exordiente, Non sunt multi menses, ⁊ consi. lxix. exordiē-

te, Cornelius pupillus multa habens bona ⁊c. alias, vt in presēti consultatione ⁊c. Supposito igitur, citra preiudicium veritatis quod dictus Claudius Girardi esset de agnatione prefati quondam do. Janneti, quodq; bona de quibus queritur peruenissent ex paterna successione ad eundem Jannetum: quia tamen idem Claudius non fuit frater prefati quondam Janneti, sed nec filius fratris, insuper nec patruus, aut filius patrui dicti Janneti ipse non potest eidem Janneto in dictis bonis vel alijs succedere: sed repellitur per dictam Oppidam materteram, dicto. §. si vero neq; fratres, in quo ponitur regula, que tenaciter seruanda est postquam quoad casum nostrum non reperitur exceptio vel dispositio specialis, per id quod voluit Bald. in. l. si tutor. in fi. C. de seruo pigno. da. Pro quo causa breuitatis remisisse suff. ciat ad id qđ not. do. Jas. May. in auth. si qua mulier. col. x. ver si. item pro regula superest pronunciandum. et vt dicit Fran. de Are. consi. lxxij. col. j. habens pro se regulam dicitur habere intentionem fundatam. idem voluit Fran. de Cur. consi. lxxvj. exordiente, super motiuis ⁊c. col. iij. versicu. ⁊ ad hoc possent infinita alia adduci.
¶ Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Mulieri binube non potest plus relinqui per secundum maritum, quam relinquatur vni ex filijs primi matrimonij.

2 Possessor iniustus an sit etiam citandus pro remissione bonorum per eum indebite tentorum, sicut iustus.

¶ Epitome.

¶ In ius vocandus est etiam iniustus possessor anteq̄ de possessione deturbetur. A. F.

¶ De in ius vocan. Consi. lxxxv.

Vamuis cū alias scriberem pro ⁊ in fauorem honeste mulieris Philippe Raynaude, filie quondam naturalis ⁊ legitime defuncti viri Baudeti Raynaudi, optarē videre testamentū, quod cōdidisse dicebat dictus quōdā Baudetus binubus, ⁊ in eo heredē vniuersalē insolidū ⁊ vnicā instituisse honestā mulierē Monetā Hylarie, eius tūc vxorē, ⁊ nouercā dicte Philippe Raynaude: illud tamē, vtpote nō exhibitū, aut p̄ductū, vel saltem in p̄cessu nō insertū, videre nō potui, nec nūc possū: p eo q̄ nō est in actis insertū: ⁊ forte, imo sine forte studiose. Scit eniȝ eadē Moneta, vtpote secūda vxor dicti quōdā Baudeti, nō potuisse sibi plus re
1 linqui aut donari der † dictum Baudetuȝ q̄ donatū aut relictū extiterit dicte Philippe Raynaude filie p̄mi matrimonij eiusdem quondam Baudeti, ⁊ quod plus relictum aut donatum eidem Monete haberi debeat ⁊ habeatur pro non scripto, dato, aut relicto quodque illud applicari debeat ⁊ applicetur dicte Philippe. l. hac edictali. ⁊ qđ ibi scribentes. C. de secū. nup. ⁊ aut. de nup. §. optime. ⁊ quod ibi Bart. ⁊ Ange. colla. iiij. ⁊ qđ no. multi in. l. vnica. C. de inoffi. do. Et debet illud plus relictum, seu datum aut donatum sic haberi pro non scripto, dato, aut relicto, vt in eo nullam partem habere debeat dicta Moneta. Pro quo pro nunc remisisse sufficiat ad id quod ponit Philip. de Corne. consili. xxxiiij. consi. xliij. ⁊ consi. cxviij. in primo volumi. Dubitans igitur fortasse eadem Moneta ne de hoc opponeretur ⁊ in promptu probaret̄, distulit ⁊ differt exhibere dictuȝ pretensuȝ testamētū, pretendēs sufficere quandam pretensaȝ note illius exhibitionem alias factam, vt contendit: que tamen vt pote facta, si tamen facta appareat, parte absente, ⁊ non citata, ⁊ non in forma solenni ⁊ de iure requisita, non suffecit nec sufficit.
¶ Ceterum cum tempore dicte pretense exhibitionis, seu asserti decreti de immittendo in possessionem domus in actis cause latius mentionate, ⁊ tempore fieri attentate inhibitionis, eadēȝ Philippa teneret dictam domum, ⁊ in ea existeret: ⁊ propterea presumeretur ⁊ presumi deberet illam tenere ⁊ possidere, ar. c. i. xviij. q. j. ⁊ quod not. gloss. in. c. pontifices. v. q. i. Inno. in. c. cum olim propter questiones de priuile. ⁊ quod colligitur ex not. per gloss. in. l. ob maritorum. C. ne vxor pro mari. quod etiam voluit Oldrad. consil. cxcix. exordiente, pro fundamento attendendū est ⁊c. ⁊ cousil. ccix. exordiēte, In causa hospitalis sancti Eligij, col. ij. vel circa. Bal. in. l. ij. ver. decimo queritur ⁊c. C. vbi in rem actio. Bal. in. l. officium. C. de rei vendi. ⁊ Alexan. de imo. in. l. a diuo pio. §. si super rebus. in quinta addi. ff. de re iudi. Ange. in l. qui vias. §. j. ff. de damno infecto. ⁊ Alexander de Jmola multos referens in. l. rem alienam. colūna secunda. ff. de pign. actio. non debuit egregius vir dominus iudex Aurayce, aut quiuis dominus eius locūtenens decernere huiusmodi immissionem: nec dicta Moneta pro illius obtentione instare, nisi prius vocata seu citata dicta Philippa possessore. Et vbi eadeȝ Moneta ignorasset dictam Philippā esse in domo predicta: ⁊ propterea illam presumptiue possidere; quia tamē poterat de facili super

his informari,laborare debuit pro informatione:quod quia non
fecit,videtur ius suum perdidisse,vel illo si quod in domo huiu
modi vel ad eam habebat,priuari debuisse & debere:pro quo al-
legasse sufficiat.l.meminerint cuncti.C.vnde vi.l.ex tot.ff.quod
metus causa.& quod ponit Bartolus consi.exordiente, Missus
in possessionem vigore.l.edicto &c.Baldus in.l.finali.columna
tertia,vel circa.C.de edicto diui adria.tolle.Petrus de Ancha
rano consilio ducentesimoseptuagesimoprimo,exordien.In pri-
mo dubio queritur,& consilio ducentesimooctuagesimotertio,
exordien.Videtur prima facie,dominus Felinus in.c.exhibita.
columna prima,ad fin.& sequenti,de iudic.& domin⁹ Jasõ May
nus in.l.fina.columna tertia.C.de iure deliberan.Et saltẽ illud
est omnino indubitatum:quod tenuta seu missio in possessionẽ
concessa per dictum dominum Judicem,seu eius locumtenen-
tem non vocata dicta Philippa fuit ipso iure nulla,postq̄ vt di
xi,poterat dicta Moneta de facili certificari,per id quod notat
Petrus de Ancharano & Geminianus in.c.fina.in fine.de ele-
cti.in sexto,& sequitur dominus Jason Maynus in dicta.l.fina-
li.columna tertia.C.de iure deliberandi.& ante eos Bartolus &
Baldus in locis preallegatis:de quo etiam Angelus Aretinus
in.§.quadrupli.in materia.l.finalis.C.de edicto diui adriani tol
lendo.versic.quero an aliquis sit citandus. vbi voluit quod ille
qui possidet est in specie & nominatim citandus.l.si deserta.C.si
propter publicas pensitationes.& hoc siue ille possessor sit iustus,
2 siue iniustus:quia etiam iniustus † possessor citandus est,dicta.l.
2 meminerint.cum ibi not.C.vnde vi.&.c.licet episcopus.de pre-
ben.in.vj.Et subiungit Angel.areti.hoc esse fiendum,etiam si
actor ignoret illum possidere:quia ignorantia sua non preiudicat
possessori non citato,per id quod not.in.l.similes.§.j.ff.ex qui-
bus causis maio.& quod not.in.c.eum qui.de preben.in.vj.Q̃ si
si ita est imo quia ita est,scʒ quod dicta Moneta sciuerit eandem
Philippam esse in domo predicta,aut si nesciebat,potuerit et
propterea debuerit vt penam euitaret se super hoc informare,q̃
si non fecerit:fuit & est eidem imputandum:multo fortius super-
est q̃ in ea summopere reprehendi debeat,scʒ q̃ post oppositio-
nem factam parte eiusdem Philippe in domo existentis & pos-
sidẽtis vel vere vel presũptiue,ista Moneta institit eandẽ Phi-
lippam expelli ea non prius audita,nec edocto de iure dicte Mo
nete scilicet de preten'o testamento dicti quondam Baudeti,et
quod tempore mortis sue idem Baudetus teneret & possideret
dictam domuʒ:que tamen erant ꝓbanda,prout colligitur ex his
que habẽtur in dicta.l.fi.C.de edic.diui.Adri.tol.quinimo post
quam apparebat de contradictore,debebat parte dicte monete
libellus offerri,secundum communem conclusionem docto.in di
cta.l.fi.Et quamuis possint alia multa scribi & induci pro osten-
sione nullitatis processus & ordinationum dominorum primi iu-
dicis & eius locumtenẽtis,& pro defensione sententie nouissime
late per do.locumtenentem egregij viri domini tunc appellatio-
num iudicis:quia tamen casus iste non est dubius,& tam alia scri
pta,q̃ ꝑxime ꝓcedẽtia mihi videntͬ sufficere:ergo vlteri⁹ nõ insisto.

1 ☞ Maritus licet post factam sue vxori donationem de re a li
qua suijpsius viri censeatur donationem huiusmodi reuocare,si
rem illaʒ specialiter alteri hypot hecauerit:hoc tamen non pro-
cedit si vir ipse post factam donationem huiusmodi bona sua ge
neraliter hipothecauerit.
2 Exceptio firmat regulam in non exceptuatis.

¶ Epitome.

¶ Summarium est in primo notabili. V. F.

¶ De reuocan.dona. Consi.lxxxvj.



Vãnis per dispositio-
nem seu donationem,quam tribus eius filiabus
& Stephano reuenquini alteri est eius generis
fecisse legitur prouidus quondam vir Vin-
centius bressaqui,& hoc anno domini millesi-
mo quadringentesimo seqtuagesimo,& die vigesima mensis se-
ptembris,& post vltimum noncupatiuum testamentum per eun-
dem Vincentium antea factum,anno scilicet domini millesimo
quadringentesimosexagesimoseptimo,& die vigesima mẽsis Ju-
lij,& per quam donationem idem Vincentius videtur,bonis de
quibus ibi exceptis,donasse post suijpsius Vincentij mortem &
decessum dimidiam partem bonorum huiusmodi prefato Ste-
phano eius genero & Marie eiusdem Vincentij filie naturali
& legitime,& aliã dimidiã partẽ Joannete & Belite,ipsius Vin
centij etiam filiabus naturalibus & legitimis,videatur idẽ Vin
centius effectualiter reuocasse legatum eidem Pontio de corro
datio antea & in dicto suo testamento factum.l.rem legatam.cuʒ
suis similib.ff.de adimen.lega.& eo vel maxime vel saltem quia
dicte donationes videntur fuisse spontanee & voluntarie,non au
tem necessarie,non enim fuerunt aut sunt dotiuʒ constitutiones,
& quidem non quoad Joannetam & Belitam,cum ille iaʒ & ma-
ritate & dotate extitissent:non etiam quo ad dictam Mariam,cũ
& in & de alijs bonis appareat fuisse dotatã.& ita non sumus i.t
terminis.l.fina.C.de do.promis.&.l.si quis liberos.ff.de nup.pu-
to tamen sub correctione cuiuslibet alterius melius sentientis,
q̃ dictum legatum non fuit reuocatum.Ad quod principaliter
moueor,pro eo quia donatio seu donationes ille,quas post testa-
mentum & legatum predicta fecisse dicitur idem quondam Vin
centius non fuit aut fuerunt donatio seu donationes specialiter
facte de dicto prato:sed fuerunt donationes facte de omnibus
bonis,quibusdam paucis exceptis in quibus propterea non vi-
detur comprehendi dictum pratum,per id quod in simili notat
Bartolus in dicta.l.rem legatam.columna finali circa finem
versi.sed an hoc habeat locum in obligatione generali,& quod
notat Baldus in.l.si non virum.C.de donatio.inter virum & vxo
rem.vbi volunt quod licet maritus post factam sue vxori dona-
tionem de re aliqua suijpsius viri censeatur donationem huius-
modi reuocare si rẽ illam specialiter alteri hypothecet seu obli-
1 get:hoc tamen † non procedit si vir ipse post factam donationeʒ
huiusmodi bõa sua generaliter alicui hypothecet seu obliget,se-
cundum Bartolum & Baldum in locis supius allegatis:quod
etiam sequitur dominus Jason may.in.l.qui post.columna se-
cunda.C.de lega.Et non mirum:quia plus operatur pignora-
tio & obligatio specialis q̃ generalis.l.est differentia.ff.in quib⁹
causis pignus vel hypotheca contrahit:quod etiã volunt in alio
docto.& signanter Joannes de imo.Roma.& Fran.de are.in.l.
qui absenti.§.primo.ff.de acquirenda possessione.Baldus in.l.
ea lege.C.de condic.ob cau.Joannes de imo.in.l.si ita quis pro-
miserit.§.ea lege.ff.de verborum obligationibus.& Alexander
de imo.in.l.si pr̃familias.§.si vir.colũna quarta,vel circa,versic.
Aduerte tamen.ff.soluto.matri.& fuit de mente Andree barba.
in.c.Raynaldus.charta sexta,columna quarta,vel limita etiaʒ
regulam & chartã quadragesimãquintã,columna quarta,versic.
si quis opponat.de testa.& Aldra.oppiso in.l.filiusfamilias.§.di
ui charta vigesimaquarta,columna tertia,versicu.alia & secunda
fallentia.ff.de lega.primo.Ergo a simili per donationem omniũ
bonorum factam per dictum quondam Vincẽtium post dictum
eius testamentum & legatum factum de prato non censetur ideʒ
Vincẽtius legatum huiusmodi reuocasse aut voluisse quod ge-
nus derogaret speciei:sed potius censeri debet voluisse quod spe-
cies derogaret generi.l.in toto iure.ff.de regulis iuris.& in regu-
la generi,cuʒ suis concordantijs,de regulis iuris,in sexto:quod
etiã voluit do.Jas.may.in.d.l.qui post.col.iij.vel circa.C.de le.
Forte vero opponetur,quod cum in donatione per dictum quon
dam Vincentium facta dictis eius filiabus & Sthono reuenqui
ni,altem ex eius generis,fuerint quedam bona inibi mentionata
per eum reseruata & excepta,videatur ipe omnia alia donasse:pro
2 eo quia exceptio firmat † regulam in non exceptuatis.l.quesitũ.
§.deniq̃.ff.de fun.instru.& quod not.Dy.extra de regulis iuris,
super rubrica,in sexto,& alij in alijs locis.Sed hoc non videtur,
obstare,pro eo quia licet exceptio declaret & firmet regulam in
non exceptuatis:non tamen facit quod regula & generalis dispo
sitio comprehendat ea que non comprehendisset si exceptio fa-
cta non esset.l.generali.§.vxori.& quod ibi Bartolus.ff.de vsu-
fruc.lega.&.l.lucius.§.pluribus.& quod ibi Bartolus.ff.ad tre-
bel.& quod not.Bartolus in.l.prima.in fin.ff.de regulis iuris.
Cum igitur non facta exceptione de qua supra donatio facta
per dictum quondam Vincentium predictis eius filiabus & ge-
nero non comprehendisset pratum antea legatum dicto de Con-
cordatio,ne per eam fuisset legatum huiusmodi reuocatum,per
ea que superius dixi:ergo nec propter dictam exceptionem cen-
setur predicta donatio comprenhendisse dictũ pratũ.Et ita non
videtur quod per donationem huiusmodi fuerit dictum legatũ
reuocatum.Illud autem est omnino indubitatum,quod illa ne-
ptis que in vim legati de dicto prato sibi facto per alteram ex
filiabus,scilicet per dictam Belitam,ipsum pratum vendicare
contendit petere non potest vltera quartam partem:etiam si
verum esset,quod non videtur,quod legatum de quo supra fa-
ctum per dictum Vincentium fuisset reuocatum:pro eo quia pra
tum huiusmodi sic censeretur fuisse donatum non solum dicte Be
liete:sed etiam eius sororibus,& prefato Reuenquini,cuilibet sci
licet pro quarta parte:quod patet ex tenore dicte donationis.
¶ Que oia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius
sentientis.

1 ☞ Filie & neptes superstitibus filijs & nepotibus repelluntur
ab vniuersali successione per statutum dominicale,& hoc in alijs
quibus locis.
2 Facta non presumuntur nisi probentur.

Concl̃sio

3 Conditio ex.l.omnimodo.C.de inoffi.testa.competit pro supplemento legitime, secundum opinionem communem.
4 Heres post aditam hereditatez indistincte presumitur scire omnia contenta in testamento.
5 Heres, qui aliquam hereditatem longo tempore tenuit z possedit, presumitur habere notitiam bonorum, et etiam valorem.
6 Jura quilibet regulariter scire presumitur.
7 Error iuris non prodest, si agatur de prescriptione rei ecclesiastice, in qua requiritur possessio quadraginta annorum.
8 Prescriptio nulla tam canonica, quam ciuilis valet absqz bona fide.
9 Debitor, late sumendo possessionem, dicitur possidere debitum.
10 Auth. sacramenta puberum.C.si aduer.vendi.est correctoria, z loquitur de contractibus, z etiaz extenditur ad quasi contractus qui improprie dicuntur contractus: z non solum ad quasi contractus, sed etiam ad distractus.
11 Appellatione rei, saltem late sumpto vocabulo, veniunt iura z actiones.
12 Scientia z mala fides prescribere volentis impedit prescriptionē tricennalem.
13 Peccant exceptione prescriptionis volentes se defendere.
14 Actionem omnem prorsus excludit prescriptio quadragenalis.
15 Exceptiones non requirentes altiorem indaginem admitti debent in summarijs z exequutiuis iudicijs.
16 Arbiter z moderator rei sue quilibet est.

¶ Epitome.

¶ Constitutiones principum, z dominicalia statuta ad iam preteritos casus non retrotrahuntur. V. S.

¶ De legib. z consti. princi. Consi.lxxxvij.



Ex themate mihi tradite consultationis parte reuerendi patris ac nobilis z egregij viri domini Honorati de Glandeues, filij quondam naturalis z legitimi nobilis z potentis viri Joannis de Glandeues, domini de Porrerijs, eliciuntur multa dubia: quibus sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis respondeo breuiter z succincte prout infra.

¶ Et primo ad primum: quod cum, vt in facto supponitur, duo filij naturales z legitimi, scilicet dictus nobilis Joannes z nobilis Catherina de Glandeues, superfuerint nobili z generose quōdam mulieri domine Margarete de Baschio abintestato vita functe, ipsius hereditas fuit eisdem nobilibus Joanni z Catherine, cuilibet scilicet pro semisse, abintestato delata, auth. de heredibus ab intestato. §. primo, collatione nona, et transsumptiue in auth. in successione.C.de suis z legi.libe. Cui dicto non obstat do
1 minicale † statutum, per quod ab vniuersali successione parentuz repelluntur filie z neptis, superstitibus filijs z nepotibus masculis. Quoniam respondeo quod vt audio statutum huiusmodi editum est anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimoprimo, z sic diu post mortem z decessum dicte domine Margarete: quod propterea cessauit z cessare debuit in eius successione, c. secundo, z c. fina. cum multis similibus, de constitu.

¶ Ad secundum dico z respondeo quod licet in dubio nobilis z generosus quondam vir Victor de Glandeues, pater quondaz dictorum nobilium Joannis z Catherine, presumatur decessisse intestatus, per id quod notat Bartolus in.l.is potest. columna penulti. vbi etiam Alexander de Jmola columna fina.ff. de acquirenda hereditate. Alexander de Jmola, z dominus Jason Maynus in.l.si emancipati.C.de collationibus, quod enim aliquis fecerit testamentum est facti. facta vero non presumuntur nisi pro
2 bentur † l.in bello. §. facte.ff.de capti. tamen supposito, prout in consultatione predicta supponi videtur, qd dictus quondam nobilis Victor testatus extiterit. quodqz in suo testamento heredez vniuersalem instituerit dictum nobilem Joannem eius filium masculum z primogenitum, ille fuit obnoxius z tenebatur soluere legata per dictum nobilem Victorem relicta nobili Alziario, Ludouico, z Gabriele eiusdem Victoris filijs masculis z filie naturalibus z legitimis, z ex secundo matrimonio susceptis. Et si legata huiusmodi non sufficiebant ad eorum z cuiuslibet eorundez legitimam, que pro quolibet fuit quinta pars semissis bonorum dicti nobilis Victoris eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno z funeris impensa, auth. de triente z semis. §. primo collatione tertia, z transsumptiue in auth. nouissima.C.de inofficioso testamento, in dicta.l. papinianus. §. quarta autem.ff. eodem titulo, potuit idem nobilis Joannes conueniri pro supplemento, seu eo quod deerat ad complementum predicte legitime. Et non solum prout visus est velle Bartolus in.l.si quis filium.C.de inofficioso testamēto, z cōsilio suo decimoquarto, exordien. an ius agendi ad supplementum legitime potuit idez nobilis Joannes vsqz ad quinquennium pro supplemento huiusmodi legitime conueniri, sed etiam vsqz ad triginta annos: pro eo quia pro supplemēto legitime competit, secundum opinionem communem, conditio
3 † ex.l.omnimodo.C.de inofficioso testamento. quod etiam voluit ibi glossa super verbo erigere, vbi etiam Raynerius, Paulus de cast. z dominus Jason Maynus, Angelus in dicta.l. papinianus. §. si conditioni. Jo. de imola in.l. in quartā. columna fina. vbi etiam Alexan. de imola columna penultima.ff. ad legem falcid. Joan. de imola consilio centesimo vigesimoocta. exordien. consideratis verbis instrumenti zc. columna nona, in primo volumine. Bald. consilio vigesimo, in secunda parte, z alij in alijs locis. Condictio autem ex lege, cum sit actio personalis. §. appellamus institu. de actio. durat triginta annis.l. secunda, cum suis similibus.C.de non numerata pecunia. Non igitur potuit aduersus ius agendi ad supplementum quinquennio prescribi. z hec est cōmunis opinio contra Bart. z satis trita: a qua propterea nō est in consulendo vel iudicando recedendum.l.j. ibi, crebrior apud veteres opinio.ff. de offi. questo. z quod not. Ostien. Joan. andre. Anto de but. Panor. z alij in.c.j. de consti. ¶ Preterea non soluz nō potuit dictus quondam nobilis Joannes de Glandeues prescribere aduersus ius petendi predictum supplementum spatio quinqz annorum: sed nec spatio triginta annorum aut quandiu vixit. Pro cuius dicti declaratione premitto, quod cum dictus quondam nobilis Victor ab humanis decesserit superstitibus quinqz liberis, scilicet ipso nobili Joanne, z prefatis nobilibus Alziario Ludouico, Catherina, z Gabriela: qui ab intestato erant ante editum statutū de quo supra eidem nobili Victori equaliter successuri, qlibet scilicet pro qnta parte dicto auth. de heredi. z fal. §. j. z ipso Victore vita functo dictus nobilis Joannes se immiscuerit paterne hereditati, tenueritqz z possederit vt tanquam vniuersalis z vnicus heres oppidum seu castruz de Porrerijs, z alia bona dicti quondam Victoris, ipse Joannes censetur habuisse notitiam testamenti, z contentorum in eo per id quod notat Bartolus in.l. qui rome. §. duo fatres. versicu. tertio quero. ibi, postea vero subtilius inspiciens zc.ff. de verborum obligationibus. z quod notat Dynus z Baldus in.l. cetera. §. finali.ff. de legatis primo. z Baldus in.l. si tutor petitus.C. de pericu. tuto. vbi voluīt quod heres post aditam herditatem indistincte presumitur scire omnia
4 contenta in † testamento. Et idem voluit Bald. in.l. quoniam sororez.C. de iure deliberandi, z expressius in.l. eius qui in prouincia.ff. si certum petatur. vbi dicit quod heres suus, postquam in hereditate per actum facti se immiscuit, presumitur scire omnia contenta in testamento, per nota. in.l. cum heres.ff. de libe. lega. z idē voluit Alexander de Jmola consilio quarto, columna duodecima, in secundo volu. Sciuit igitur z sciuisse presumitur idem nobilis Joannes quid z quantum relictum extiterat per dictum nobilem Victorem prefatis nobilibus Alziario, Ludouico, z alijs quos etiam sciuit z sciuisse presumitur esse eius fratres, ac filios dicti nobilis Victoris, per id quod habetur in.l. optimi. ad finez.ff. vnde cogna. z.l. de tutela.C. de in integ. restitu. mino.
¶ Preterea cum ipse vt predixi, tenuerit z possederit castruz alia predicta per tempora longissima, ipse habuit z habuisse presumi
5 tur notitiam de valore † bonorum eiusdem quondam Victoris.l. quisquis.C. de rescin. vendi. Et sic sciuit aut sciuisse presumitur quod relictum prefatis Alziario, Ludouico z alijs non sufficeret ad legitimam. Nisi forte dicamus quod ipse fortasse nesciuit quanta esset illorum legitima: an videlicet dimidia, aut tertia, vel alia pars seu quota eorum que fuerant ab intestato habituri: z sic errauit in iure. error autē iuris probabilis prodest in prescriptione saltem longissimi temporis, vt voluit glossa, quam ibi approbat Antonius de butrio in.c. cum dilectus. de consuetudi. Joannes de Jmola in.c. finali, de prescriptio. Panor. in.c. de quarta, columna tertia, vel circa, z.c. si diligenti. columna quinta, de prescriptionibus. Sed istud non obstat: Tum quia forte non probabitur iste error: qui tamen probandus esset cuz quilibet presumatur
6 regulariter † scire iura, per ea que habentur in.c. primo, de cōstitutio. z in.l. leges.C. de legi. facit regula, ignorantia. de regu. iur. in.vj. z.l. regula.ff. de iur. z fac. igno. Quo fit vt cum non presumatur ignorasse id quod habetur in dicta auth. nouissima. sz potius econtra presumatur sciuisse: per consequens etiaz presumatur fuisse in mala fide: pro quo facit quod notat glossa in.l. quemadmodū.C. de agrico. z cēsi. lib. xj. z in regula, qui cōtra, de reg. iu. in. vj. Tū z qz esto qd probatetur dictū quondam nobilem dispositionē dicti iuris nesciuisse, vel in eo errasse: huiuscemodi tamē error eidē

prodesse non potuit, quoad hoc vt propterea potuerit prescri-
bere predictas legitimas.l.nunquam.ff.de vsucapio. Nisi forte
quis dicat, quod illa procedit in vsucapione seu prescriptione trie
nali, et in prescriptione longi temporis decem aut viginti annorum:
non autem in prescriptione longissimi temporis, que vt not. glossa
in.l.non solum.alias incipit iulianus.ff.ex quibus causis maio. et
in.l.qui occidit.ff.ad legem aquiliam, inuenta non extitit de tem
pore digestorum. Sed istud non videtur obstare, per id quod no-
tat glossa in.c.apostolice.de donationibus, vbi videtur velle, quod
si agatur de prescriptione rei ecclesiastice in qua requiritur possessio
quadraginta annorum.c.de quarta.cum suis similibus, de prescri.
7 non † prodest error iuris. Et idem videtur velle archidia.in.c.quia
7 cognouimus, decima questione tertia, Paulus de Leaza, et Jo-
annes de ligna. in clementina prima de rebus ecclesie non aliena
dis. Preterea glossa et Antonius de butrio in dicto.c.cum dile-
ctus, Panormitanus in allegatis.c.de quarta, et.c.si diligenti.non
dicunt indistincte quod error iuris proficit: sed loquuntur de proba
bili iuris errore, vt quia ius dubium est: cuiusmodi non est dicta
auth. nouissima. sed clarissima. Et ita dictum glos. et aliorum non
facit contra hoc quod predixi. Ex quibus infertur dictum quon-
dam nobilem Joannem, vt pote scientem se possidere supplemen
tum legitime dictorum nobilium Alziarij, Ludouici, et aliorum, et
sic rem alienam aut alijs debitam, non potuisse prescribere aduer
sus ius petendi predictum supplementum: etiam si a tempore
mortis dicti quondam nobilis Victoris vsque ad tempus mortis
et decessus eiusdem nobilis Joannis cucurrerint triginta anni.
Et hoc pro eo quia habuit scientiam rei aliene vel alteri debere.
c. finali, et quod ibi glossa penultima, de prescriptio. et.c. possessor
malefidei, et quod ibi glossa, de regulis iur. in sexto: que iura proce
dunt etiam quoad prescriptionem actionis personalis, secundum
communem opinionem: vt bene probatur in dicto.c.finali: ibi, vt nul
8 la valeat absque bona fide † prescriptio tam canonica quam ciuilis
vnde oportet vt qui prescribit in nulla temporis parte rei habeat
conscientiam aliene. Appellatione enim rei etiam iura et actiones
comprehenduntur, cum sit nomen generale.l.nam quod.§.finali.ff.
ad trebellianum.l.prima in fine.ff.si certum petatur, et.l.rei.ff.de
verborum significatione quod etiam voluit Bartolus in.l.quin-
tus.§.argento.ff.de auro et argento lega. gloss. in.l.i. et quod ibi
Guilelmus de cuneo, et Barto.ff.de statu hominum: pro quo est
text.in.l.prima, versicu. quedam.ff.de re.diui. Probatur etiam
conclusio predicta per id quod habetur in dicto.c.possessor. quod
quamuis loquatur in possessione rei: videtur tamen trahendum ad
possessorem iuris: quia debitor, late sumendo possessionem, dici-
9 tur possidere † debitum.l.finali, et.l.quod si in diem.§.iulianus.ff.de
peti.heredi. et maxime quia vbi fauetur anime etiam in correcto-
rijs fit extensio ex identitate rationis, vt notat Bartolus in auth.
sacramenta puberum.C.si aduer.vendi. et sequuntur alij volentes
quod dispositio dicte auth. que secundum glossam et Doctores
10 est correctoria, et que loquitur de contractibus, † extendatur ad
quasi contractus, qui improprie dicuntur contractus: et non solum
ad quasi contractus, sed etiam ad distractus: quia per talem intel
lectum et extensionem fauetur anime. Ita ergo debet esse in casu
nostro: quia ratio quare de iure canonico malefidei possessor pre-
scribere impeditur est, vt peccanti via auferatur, dicto.c.si ratio, eo
modo habet locum in prescriptione actionum, sicut in prescriptio-
ne rerum corporalium. Pro hoc etiam facit, quia vbi exprimitur
ratio in lege etiam correctoria, prout exprimitur in dicto.c.finali:
debet fieri extensio ad casum, qui potest comprehendi sub lata si-
gnificatione, si eadem ratio sibi locum vendicet, vt notat glossa in
clementina prima, in verbo exigatur. et quod ibi Doctores de elec.
glossa in auth. vt hi qui obliga. se habe.§.primo, super verbo ad
curationem, collatione sexta, et in auth. minoris. super verbo, a cu-
ratione.C.qui tuto. dare possunt. pro quo facit quod notat glossa et
Doctores in.c.primo, de rerum permutatio, in sexto. et in clemen
tina prima, eodem titu. et est de mente Bartoli in.l.liberorum. ver
sic. his premissis. circa finem prime questionis, de verborum signi
ficati. et de mente Bal.in.l. finali.ff. de heredibus instituendis.
vbi etiam hoc firmat Joannes de imola, et in.l.si vero.§.de viro.
ff.soluto matrimonio. Sed ratio expressa in dicto. capitu. finali,
videlicet vt tollatur via peccandi, habet locum etiam in prescri-
ptione actionum cum malafide: ergo fieri debet extensio ad casum
nostrum quoniam, vt dictum est appellatione rei saltem late sum
11 pro † vocabulo, veniunt iura et actiones. et debitor etiam dicitur
possidere debitum, large sumendo verbum possidere. Et istam par
tem quod in hoc sint correcta iura ciuilia per ius canonicum, te-
net glossa, Innocen. et Ostiensis in dicto.c.si.glossa in dicto.c.pos
sessor, Angelus in.l.prima.C.de iudicijs. Angelus, Joannes de
Imola, et Romanus in.l.sequitur.§.si viam.ff. de vsucapi. vbi

etiam dicit Angelus, quod Bartolus ibi tenens contrarium be
ne fecit in eo quod se submisit determinationi sancte matris eccle
sie et theologorum, et istam opinionem etiam sequitur Baldus in
l.prima.C.de seruitu. et aqua, et in auth. ad hec.C.de vsur. et in.l.
quibus diebus.§.dominus.ff.de conditionibus et demonstratio-
nibus, et in.c.si quis per triginta. si de feudo controuersia fuerit in
ter dominum et agnatum. dominus Cardinalis Florentinus.c.vi
gilanti.de prescriptionibus. Antonius de Butrio in dicto.c.fina
li, cum quadam limitatione que casum nostrum non attingit: illam
opinionem etiam sequitur ibi Joannes de Imola: pro qua etiam
dicit se consuluisse: et est verum, scilicet consilio centesimo vigesi-
motertio, exordien. in causa que vertitur et versa est inter Bartho
lomeum quondam luce etc. versicu. Si autem agatur de prescri-
ptione etc. vbi plene. Pro ea consuluit Petrus de Ancharano
consilio quinto, et consilio centesimo trigesimooctauo, exordien.
Visa predicta. vbi etiam dicit hanc opinionem esse communem:
quam etiam sequutus est Antonius de Butrio consilio quadra
gesimoquinto, exordien. domina Orabilis. vbi etiam dicit se ita
publice disputasse, et pluries consuluisse: sequitur etiam Panormi
tanus in.c.circa, prope fin. de iure patrona. Pro ea pluries consu
luit Alexan. de imo, scilicet consilio centesimo octuagesimo quin
to, exordien. Viso titulo questionis. columna duodecima, versic.
Venio ad secundum dubium. in secundo volumine, consilio sexa-
gesimo tertio, exordien. Calimacus de anno millesimo tricentesi-
mo etc. alias incipit, Stantibus his que supra narrata sunt etc. ver
siculo, et primo non obstat exceptio prescriptionis, et consilio nona
gesimonono, exordie. Videtur prima facie dicendum etc. in quar-
to volumine, et consilio quinquagesimo primo, in quinto volumi-
ne, et Paulus de castro consilio ducentesimononagesimo exordie.
Visis his que superius narrantur. columna quarta versicu. super
secundo vero etc. Et hec est Docto. communis opinio tam in scri
bendo, quam in consulendo: et pro qua Docto. multa inducunt et al-
legant respondentes fundamentis Bartoli, et signantes Joan-
nes de Imola in allegato capitu. finali, et consilio centesimo vige
simotertio, et tam ipse, quam Romanus in dicta.l.sequitur.§.si viam.
que non refero: quam opinionem sequutus est etiam Bartolus in
l.omnes populi, in tertia questione principali.ff.de iusti. et iur. Et
in terminis occurrentis questionis idem consuluit Raphael Ful
gosius consilio octuagesimoquarto, exordien. Bonacursus con-
didit testamentum etc. vbi consuluit quod heredes scientes quanti
tatem patrimonij patris, ac per hoc intelligentes non esse sorori
relictam integram legitimam, et propterea se debere sorori quod
legitime deerat portioni, non potuerunt propter malam fidem pre
12 scribere: quia scientia et mala fides prescribere volentis impedit †
prescriptionem tricennalem, dicto.c.fina. Et quia hec opinio in-
nititur naturali equitati, et fauet anime eius qui cum peccato et ia-
ctura aliena prescribere et lucrari contendit et tuetur aduersarium
aduersus iniquum presidium: et vt dixi est communis et fundata
fortioribus et melioribus rationibus: alia vero peccatum nutrit: et
fouet iniquitatem, et est paucorum: non videtur esse dubium quin
obseruari debeat. Fateor quod Panormitanus in.c.quod cleri-
cis. columna penultima de foro competenti, et in capitu. fina. de
prescrip. quem aliqui sequuntur, posuit vnam theoricam, volendo
concordare opiniones: vbi concludit quod aut debitor tenebatur
offerre debitum creditori: et tunc quia fuit in culpa si non obtulit
prescriptio ei non profuit. Fuit enim tunc causata prescriptio qua
si ex facto et negligentia ipsius debitoris: et sic non potuit prescribe
re per rationes dicti capitu. fina. aut debitor non tenebatur offer
re sed creditor tenebatur ire ad domum debitoris: vt quia erant
diuersi fori: et tunc procedat alia opinio, scilicet quod prescriptio
procedat: quoniam in hoc casu debitor in nulla culpa reperitur:
sed prescriptio prorsus fuit inducta ex sola negligentia non peten
tis. Et idem voluit Panormitanus in.c.ecclesia sancte Marie.
Sed huic rationi satis respondet Joannes de Imola in dicto.§.
si viam. et alij in locis superius allegatis. Dicit enim quod aut de
bitor ideo non soluit, quia intendit dilatare et differre solutionem
non soluturus etiam si peteretur: et iste videtur habere intentio-
nem corruptam, et esse in peccato: et ideo non videtur posse prescri-
bere. Aut non soluit pro eo quia non potest, vel quia non interpel
latur, soluturus tamen si interpellaretur. et tunc quamuis iste pri-
ma facie non videatur esse in peccato, et propterea videatur posse
dici quod hoc casu procedat prescriptio: tamen contrarium est
verius, vt sentiunt communiter Doctores moderni: quia ex
quo cognoscit se debitorem, et vult acceptare commodum libera
tionis tempore isto, videtur hoc facere non posse sine peccato: quia
non est iustum quod propter negligentiam non petentis ipse talem
exceptionem acquirat, considerato quod sibi profuit negligentia,
quia interim habuit commoditatem. non enim est iustum quod ex
illa

illa negligentia, ex qua commodum percepit, exceptionem acqui
rat: & hoc considerando bonam fidem & conscientiam, ex d. l. si cũ
in fundo. §. cum mulier. ff. de iu. do. & pro hac parte facit auf. vt ec
13 cle. roma. colla. ij. vbi expresse innuit, volentem se † defendere exce
ptiõe prescriptionis peccare: & loquitur ibi tex. etiã de prescriptio
ne contra actionem personalem. Preterea vbi posset contendi,
prout non videtur, quod etiam cum scientia predicta vel alias po
tuerit quoad dictam legitimam per dictum quondam nobilem
Joannem prescriptio inchoari, & deinde compleri & postremo illã
fuisse consummatam & completam, quod non credo, esset tamen
aduersus eam cõcedenda restitutio in integrũ: cũ, vt verisimiliter
credendum est, prefati nobiles Alziarius, Ludouicus, & Gabrie
la, & consequenter dicta nobilis Delphina eorum mater ignora
uerint valorem facultatũ dicti quondam Victoris: & sic ad tantũ
descenderet eorum legitima. certum est enim q restitutio huius
modi regulariter conceditur etiam maioribus, vbicunq equitas
dictat illam fore concedendam. l. j. in fin. & l. sed & si per pretorem.
§. hec clausula. ff. ex qui. cau. maio. Et quod ignorantia sit equa &
pbabilis causa concedendi restitutionem in integrum aduersus
prescriptionem decursam, est gl. no. in l. si partem. §. j. in verbo nõ
vtendo, iuncto tex. ff. quemadmo. seruitu. amitta. gloss. in l. j. C.
de patri potesta. & firmat Specu. titu. de prescrip. §. j. versic. pone
colonus. Bar. & Ang. in l. j. §. si quis autem. vbi etiam Alex. de
imo. in addi. ff. de itine. actuq priua. multas remissiones ponit
Alex. de imo. qui sequens hanc opinionem pro ea consuluit cõsi.
lxxi. exordien. Videretur prima consideratione &c. colum. ij. versic
sed premissis non obstat. & consi. lxxxiiij. exordien. in causa verten
te &c. & in multis alijs. Pau. de cast. consilio. clxij. exordi. circa id
quod primo queritur. col. fina. Joã. de imo. in c. fina. charta. viij.
versiculo, sed est aduertendum quia potest esse dubium &c. de pre
scrip. & Panor. in c. vigilanti. eod. titu. vbi do. Feli. colum. j. se
quens hanc opinionem plurimos commemorat, qui etiam illam
sequuti sunt. Et hec procedunt si nondum lapsi extiterint quadra
ginta anni a morte dicti Victoris: quia si illi cucurrissent, esset ma
ior difficultas, propter ea que habentur in l. omnes. in fi. ibi sit li
ber, & ex presentis saluberrime legis plenissima munitione secu
rus. C. de prescriptione triginta vel quadraginta anno. & l. fi. ibi,
nullam penitus super dominio memoratorum fundorum vel loco
rum vel domorum a publico actionem vel molestiam aut quam
libet inquietudinem formidare. C. de fun. patrimo. libro vndeci
14 mo. & c. ad aures. ibi, quia quadragenalis † prescriptio omnem
prorsus actionem excludit de prescriptio. Per que iura tenuerũt
aliqui quod aduersus prescriptionem quadragenariam etiam ex
iusta causa non detur restitutio in integrum: quamuis sciã quod
Joan. de imola in dicto. c. finali, & Panormitanus in dicto. c. vi
gilanti. tenuerint contrarium, & Angelus in l. in heredem. alias
est. l. annus. ff. de calumniatoribus. & videtur sequi Alexãder de
imola in dicto consilio septuagesimo primo, columna secunda, vel
circa versi. idem expresse voluit Joan. de imo. Super quo tamen
articulo quo ad hoc pro nunc nihil firmo.

¶ Ad tertium dico & respondeo quod cum dicta nobilis Cathe
rina, post mortem dictorum nobilium Victoris & Margarete ei9
parentum, ab humanis & intestata decesserit: eius hereditas de
uoluta est ad dictum nobilem Joannem eius fratrem vtrinq cõ
iunctũ, repulsis dictis nobilibus Alziario, Ludouico & Gabrie
la fratribus cõsanguineis, dicta auth. defuncto. C. ad tertullianũ.

¶ Ad quartum dico & respondeo quod hereditas dicti nobilis
Ludouici abintestato & sine liberis vita functi delata fuit dictis
nobilibus Delphine matri, Alziario & Gabriele fratribus vtrin
q coniunctis, & equis portionibus, dicto nobili Joanne repulso
dicta auth. defuncto.

¶ Ad quintum dico quod hereditas dicti nobilis Alziarij etiã
abintestato & sine liberis vita functi delata est dicte Delphine &
Gabriele matri & sorori, excluso dicto Joãne, dicta auf. defuncto.

¶ Ad sextum dico & respondeo quod cum non solum omnes, sed
quattuor aut quinq ex pretensis testibus testamẽtarijs dixerint
& deposuerint se nunquam interfuisse illi pretenso testamento, quo
se iuuare intendit & iuuare conatur nobilis Ludouicus de Glan
deues, dicti quondam nobilis Joannis primogenitus: illi faciũt
vacillare instrumentum dicti pretensi testamenti, ita vt illi nõ cre
datur. l. prima. §. si quis neget, & quod ibi Bar. Joan. de imo. &
Docto. ff. quemadmo. testa. ape. docto. in l. in exercendis. C. de fi
de instrumen. c. cum ioannes eremita. extra. eo. Et nisi opportune
coadiuuetur: non probabitur dictum quondam nobilem Joannẽ
fuisse testatum, & heredem instituisse dictum nobilem Ludouicũ.
Propter quod alio non apparente videretur decessisse intesta
tus: cuius propterea hereditas videretur esse delata cuilibet sci
licet pro tertia parte, dictis domino Honorato, & nobilibus Lu
douico & Guilelmo, repulsis ab vniuersali successione dictis nobi
libus Honorata & Gabriela eorum sororibus, & hoc propter dispo
sitionem statuti de quo supra. Verum aduertendum est, qd quia
idẽ Ludouicus exhibito pretenso instrumento dicti asserti testa
menti in forma publica & alias authentica non raso, non cancella
to, vel alias prima facie suspecto, petijt & petit se immitti in posses
sionem bonorum dicti quondam nobilis Joannis, & que ipse te
nebat & possidebat tempore mortis, & alias sibi obseruari disposi
tionẽ l. fina. C. de edicto diui adria. tollen. Cõsulo quod dicti do.
Honoratus & nobilis Antonius ad impediendum immissionem
opponãt de falsitate dicti pretensi instrumenti, & quod offerant se
falsitatem huiusmodi incontinenti probaturos: & pro illius iusti
ficatione producant sex attestationes iam sumptas ad eternam
rei memoriam: & nihilominus & ex causa petant recenseri testes iã
productos & examinatos, & offerãt se illos producturos incontinẽ
ti, hoc est infra terminum breuem arbitrio iudicis sibi concedendũ
15 dum: quia etiam in summarijs & exequutiuis † iudicijs admittun
tur & admitti debent exceptiones non requirentes altiorem inda
ginem: quod tunc procedit, quando pars excipiens offert se sta
tim probaturã, & qualiter hoc intelligatur colligitur ex his que
not. Barto. in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iudica. & in l. si is
a quo. ff. quo. lega. & quod not. Alexand. de Jmola in l. ille a quo.
§. si testamento. columna tertia, versic. quando autem dicatur. vbi
ponit multas remissiones. ff. ad treb. & Ange. Are. in §. in bone
fidei. charta secunda, vel circa, versic. aduertas tamen quod licet
talis exceptio dicatur requirere &c. instit. de exceptionibus.

¶ Ad septimum & vltimũ respondeo, nihil proponi propter quod
dicta nobilis Delphina heredem vniuersalem instituere non po
tuerit dictum dominum Honoratum, filium dicti nobilis Joan
nis, etiam si ei superessent nepotes aut neptes ex fratribus & soro
16 ribus predefunctis: est enim † quilibet moderator et arbiter rei
sue. l. in re mandata. C. mandati. l. dudum. C. de contrahenda em
ptione & vẽditione. l. polla. C. de his quib. vt indignis. & c. de his,
ad finem, de sepul. quod maxime procedit in testando. l. j. C. de sa
crosanctis ecclesijs. auth. de nup. §. disponant. collatione quarta,
& c. vltima voluntas. xiij. questio. secunda. Nihil enim faciunt ad
rem. l. fratris. ver. cum nemo. & l. si atres. C. de inoffi. testa. quin
imo potius faciunt contra dictos nepotes. Tum quia sumus ex
tra terminos illarum legum, quatenus concedunt exheredatis
& preteritis querelam testamenti inofficiosi. cessat ergo earum dis
positio. l. quarta. §. toties. ff. de damno ifecto. l. j. §. loquitur. ff. de
aqua quotidia. & est. l. si seruum quis. §. non dixit. ff. de acquiren
da hereditate. l. ita autem. ff. de administratio. tutorum. & l. hos
accusare. §. omnibus. ff. de accusa. solum enim concedunt iura illa
fratri aut sorori querelam inofficiosi testamenti aduersus testamẽ
tum fratris aut sororis, de quibus ibi. Tum & quia contendi non
potest hunc dominum Honoratum esse personam turpem, quini
mo est honestissima, & referta omni genere morum.

¶ Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini meli9
sentientis.

1 ¶ Pars quandoq continetur appellatione rei.
2 Falcidiam detrahere non censetur prohibitus grauatus de resti
tuendo omnia bona testatoris.
3 Promisisse quis intelligitur eatenus quatenus requiritur saluo
legis beneficio.
4 Hereditate restituta, omnes actiones, que de iure ciuili heredi &
in heredem competebant, dantur ei & in eum cui ex fideicommis
so restituta est hereditas.

¶ Epitome.

¶ Verba expresse requisita non supplentur per tacitam volun
tatem. A. F.

¶ De verbo. signifi. Consi. lxxxviij.



Verba qd omnia distri
buat, non importãt qd tota distribuat, sed qd om
nia, que verba possunt verificari, si fiet de omnib9
cum aliqua diminutione: quia appellatione rei
quãdoq pars † cõtinetur. l. appellatiõe rei etiã
1 pars. ff. de verb. signi. & l. pupillus. in fine. eo. titu. aliud enim est
dicere quodlibet animal est meum insolidũ vel ex integro, & aliud
est dicere quodlibet animal est meũ, non adiecto &c. nam satis lar
ge loquendo verificant dicta verba si in quolibet animali habeo
dominiũ, quamuis non insolidum, iuxta illud generale qd cõe est,
meũ est. dictã. l. pupillus. in fi. cũ sua gl. & l. serui electione. §. j. & d.
& l. stichus qui meus erit. ff. de lega. j. & l. si communis seruus. ff.
de in ius vocan. cũ simili. Constat enim qd non habent omnino
eandem significationem omnia vel singula ex vna parte, & tota

vel integra ex alia. Nam omnia ⁊ singula sunt vniuersalia respe-
ctu plurium rerum: tota ⁊ integra sunt vniuersalia respectu par-
tium vniuersaliter omnes partes ⁊ rem vnam vel plures integra
liter comprehendentia: ⁊ sic tota ⁊ integraliter respiciunt prohi-
tionem diminutionis, ⁊ possunt magis trahi ad prohibitionem
falcidie vel trebellianice prout loquitur. l. decez. in verbo integra.
ff. de fideicommis. liber. quã verba omnia ⁊ singula, que designãt
qd nulla res excipiatur, ⁊ non quod integraliter cõprehendantur
Ex quibus infertur ꝙ grauatus de restituẽdo omnia bona testa-
2 toris non censetur prohibitus detrahere falcidiam: † quod etiã
voluit Ange. consi. xxi. exord. hoc est testamentum, idem voluit
Pau. de cast. consi. cl. exordien. in causa que vertitur ⁊c. Fran. de
are. in. l. centurio. colum. xix. ff. de vulga. ⁊ pupil. dicit enĩz qd ver
bum omnia, non videtur significare totalitatem, sed vniuersalita
tem: est enim nomen vniuersale collectiuũz, vt declarat Bar. in. l.
hoc articulo. ff. de heredi. institu. Cum ergo etiam detracta quar
ta verificetur vniuersalitas huius dictiõis, quia omnibus bonis
fit restitutio pro tribus partibus, ista verba non videntur de neces
sitate prohibere trebellianicam: ⁊ ita dicit Pau. de cast. secundũ
eum in dicta aut. sed cum testator. idem etiam voluit Panor. in
c. raynaldus. col. iiij. de testa. loquens in falcidia qd illa etiaz ho
die detrahitur contra tacitam voluntatem testatoris, ⁊ quod di
cta aut. sed cum testator, habet locum in prohibitiõe expressa, nõ
autem in tacita: qd probatur per dictum. c. raynaldus. iuncta di-
cta aut. sed cum testator, que precessit dictum. c. ⁊ dicit qd contra
voluntatem testatoris falcidia est inducta; vnde debet intelligi
de tacita volũtate. Pro hoc facit quia ibi non fuit expressa volũ
tas testatoris in prohibitione falcidie, sed tacita quia mandauit
qd omnia bona que possent peruenire heredibus deuoluerentur
ad auunculos: ⁊ sic tacite prohibuit falcidiam: sed de hac tacita
prohibitione non curatur idem etiam voluit Maria. soci. consil.
xiiij. exord. sequendo ordinem predictarum questionum ⁊c. col. fi.
in. j. parte, ⁊ Philip. de corne. consi. ccvij. exord. de pluribus ⁊c. in
litera. D. circa finem, in secundo volu. Pro hoc facit qd post Cy.
voluit Bal. in. l. fi. C. ad leg. fal. vbi dicit Bal. ꝙ licet heres pro-
miserit soluere omnia legata: ipse nihilominus poterit trahere fal
cidiam pro eo quia ꝑmisisse intelligitur eatenus quatenus requi
3 ritur, saluo legis beneficio. Quod si ita est in contractu: ergo ⁊ in
voluntate: quia ex contractu ad vltimaz voluntatem opportune
arguitur. l. seruum filij. §. eum qui chirographum. ff. de leg. i. dicit
etiam Cy. cum Jac. de raué. in. d. l. fi. qd si heres promittat simpli
citer soluere legatum, non habet locum. d. l. fi. qd si ita est nec etiã
locum habet, si simpliciter soluere promittat omnia legata, quia
eatenus quatenus non habet locum in vno legato, quod soluere
promisit: etiam non haberet locum si omnia soluere promiserit.
Postquã nõ est dictũ integra vel integraliter, vel sine diminutiõe.
Etiam pro hoc facit. §. restituta. insti. de fideicom. liber. vbi dicit
tex. ꝙ restituta hereditate omnes actiones que iure ciuili heredi
4 ⁊ in heredem competebant dantur ei ⁊ in † eum cui ex fideicom-
misso restituta est hereditas: ⁊ tñ certum est ꝙ non danť regulari
ter in totũ vel ex integro, cuz pro quarta trebellianica remaneant
penes heredẽ dicunť ergo omnes dari actiones fideicommissario
⁊ in eum etiam si non danť ex integro: ⁊ ideo Jo. antiquus gloss.
qui vt alibi dicit Odofre. fuit bonus dialecticus, dicit in. d. §. re
stituta, ꝙ imperator dicens omnes non dicit tote, vel in totum: ⁊
dicit Ange. are. ꝙ inter verbũ omnes, ⁊ verbũ tota est differen-
tia: quia verbũ omnes, est distributiuum vniuersalium: sed verbũ
totum, est distributiuum particularium seu singularium. Ad pre
dicta facit ꝙ alicubi voluit Boetius dicẽs: nã si ꝙ rõnes nostre
credi vetant toti moriunť homines: certũ est enim qd omnes mo-
riunť: quia omnes Uiabimur, ⁊ quia statutum est homini semel
mori: ⁊ tñ dicit Boetius ꝙ rationes fidei nostre credi vetant qd
toti moriantur homines: sic igitur moriuntur omnes ⁊ non toti:
⁊ ita aliud significat dictio omnis, aliud dictio totum. Preterea
quãuis ostensis decez viris vel pluribus dici possit ⁊ vere qd om-
nes isti vident: non tamen dici posset quod toti videanť quia soli
oculi vident non autem aures, vel pedes: ⁊ sic de alijs membris.
Nõ obstat si forte opponatur, qd qui omne dicit nihil excipit. Tũ
quia respondeo ꝙ in casu sit aliqua exceptio dz fieri distributio de
vniuerso: in quo tamen patiuntur illi quibus fienda est detractio:
quia non dicit testator quod cum effectũ omnia bona perueniant
ad substitutos, sed dene in vniuerso substituũtur: quod patet quia
si do. heres vult põt restituere vniuersum nullã retenta trebellia
nica ⁊ vniuersa iura actiua ⁊ passiua transibunt. l. j. §. i. ⁊. §. ꝙꝙ ⁊. l.
quia poterat. ff. ad trebel. Tuz ⁊ quia licet qui omne dicit nihil re
gulariter excipiat: hoc tamen fallit quando natura negotij, cui
adijcitur dictio omne exceptionem patitur. l. inter omnes. ff. qui
satisda. cog. de quo Dy. de regu. iur. in. vj. super rubrica, ⁊. l. pri
ma. §. fi. ff. de vsufruc. accrescen. Preterea certum est ꝙ Pau.
de cast. in dicto consilio. cl. ⁊ consilio. clxiiij. voluit, quod etiam si
fuerit dictum qd heres restitueret totam hereditatem, non cense
tur prohibitus detrahere trebellianicam: pro eo quia esto qd ho
die illa possit prohiberi, esto preterea qd ad efficacem prohibitio
nem sit necessarium dicere qd testator prohibet detractionem
trebellianice: opus est tamen qd ipse illam prohibeat per verba
que non possint aliud significare ꝙ prohibitionem detractionis:
dictio vero aut verbum totam hereditatez restituat. potest aliud
significare: vt verbi gratia quod testator noluit rogare seu graua
re de media vel de tertia: sed de tota: ex quo non sequitur quod de
integra, ⁊ sine diminutione: quia detractioni non est locus, nisi
quando rogatus est totam hereditatem restituere. Si enim par
tis non fieret detractio, quia pars que remanet cõputatur in quar
tam, ⁊ ipsius detractionem excludit, l. in quartam. cum ibi no. ff.
ad leg. fal. vnde cum intentio testatoris potuerit esse alia, ⁊ potue
rit habere alium respectum ꝙ velle impedire dispositionem iuris
circa detractionem: non est dicendum ꝙ per tale verbum dubiuz
hoc voluerit: ⁊ idem voluit Andre. Barba. consi. xxiij. col. ij. in. j.
parte: vbi plus dicit ꝙ quis testator restitui voluerit omnem ⁊ to
tam hereditatẽ: non tamen censetur prohibuisse detractionez tre
bellianice pro quo multa inducit que non refero. Roma. vero in
repe. aut. similiter, char. fina. voluit in casu longe difficiliore nõ cẽ
seri detractionem fuisse prohibitam, scilicet quis in testamento
apposita fuerint hec verba mando hereditatez restitui vel legata
solui tota, integra, vel pleno iure vel solida. ⁊ idẽ voluit consi. xxxij.
ad fi. consi. lxxv. ⁊ consi. lxxix. pro quo multa inducit que non refe
ro. Et idem voluit And. barb. in sua ioannina, char. xxiiij. post
longam disputationẽ, factam scilicet a char. xxx. colũ. ij. vbi di-
cit qd licet verba integra legata soluantur, inferant prohibitionẽ
tamen non est satisfactum forme legis tradite in dicto. §. si vero
expressim: ⁊ ꝙ sit forma ibi tradita induco illum tex. in ver. neces
sarium est sententiam testatoris vbi appellatur illa prohibitio fal
cidie expressim facta sententia: quelibet autem sententia requirit
formam. l. prolatam. C. de sentẽ. ⁊ interlo. om. iudi. ⁊ in. l. j. de testa.
⁊ ita dicendum est in proposito quod prohibitio falcidie est expres
sa testantis sententia: ergo sine illa forma non est prohibitio solen
nis, ⁊ sic non tenet. c. cum dilecta. cum simi. de rescrip. Et quãuis
expressim dicatur tribus modis: tamẽ in hoc casu requiritur quod
fiat singulariter, vt dictuz est. Nec obstat quod illa verba integra
legata, habent significatum vt non detrahatur falcidia. Quo
niam respondeo quod ⁊ si hoc verum sit non tamen satisfactuz est
forme tradite in dicto. §. si vero expressiz ⁊ dicit Barba. quod istã
partem fuit sequutus sepenumero in consulendo. Angel. in dicto
§. si vero expressim. ⁊ in dicta auth. sed cum testator voluit quod
fiat expressa prohibitio trebellianice alias non valeat.

Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini me-
lius sentientis.

1 Actio queritur absenti ⁊ nomine absentis per notarium sti
pulantem.
2 Publica persona si recipiat constitutionem precarij pro infan-
te acquiritur eidem infanti dominium directũ si sit penes consti-
tuentem.
3 Jurans videtur prestare iuramentum deo.
4 Juramentum non solum ligat iurantem: sed etiam firmat con-
tractum.
5 Donatio non insinuata non est ex toto prohibita: quia intra cer
tam summam tenet.
6 Derogari potest. ll. generalibus insinuationem requirentibus
per iuramentum appositum in donatione.

Epitome.

Donationem, quam cum iuramento ⁊ renuntiatione insinua-
tionis quis facit etiam absenti, in qua tamen pro eo notarius sti-
pulatur, vel ipse postea acceptat, omnimodo valere nemo am-
bigit. U. F.

De dona. Consi. lxxxix.

Multa sunt que viden-
tur obstare donationi inter viuos, quam de lo-
co ⁊ castro de Luce Marino ⁊ suis pertinentijs
⁊ iuribus fecisse legitur magnificus ⁊ potẽs quõ
dam vir dominus Raymundus de Agonto,
tunc dominus de Siperijs, nobili ⁊ generose mulieri domine Lu
douice de Agonto eius sorori. Primum quidem, quia tempore
facte donationis huiusmodi eadem domi. Ludouica erat absens
cuius tamen presentia videbatur requiri, per iura vulgaria.
Sed istud non obstat quia vt apparet ex tenore donationis hu-
iusmodi in ea interuenit publicus notarius, qui donationem
huiusmodi

huiusmodi stipulatus est,& eam acceptauit pro & nomine eiusdez
domi.Ludouice.quod facere potuit,vt not.glos.& doc.in.l.illud.
1 C.de sacrosanctis ecclesijs.Certuz est enim † quod per notarium
stipulantē pro & nomine absentis querit actio ipsi absenti,secundū
Bar.qui hoc not.in.l.si pupillus.ff.rē pupil.sal.fo.vbi etiā de hoc
Alexander de Imola,& per gl.in.l.huiusmodi.in princip.& quod
ibi doc.ff.de lega.primo.Old.consilio.xxx.exordiente,factum ta
le est quedā certe & numerate persone.& quod not. Bal.in.l.cuz a
socero.C.de iure dotium,Alexan.de Imo.in.l.qui rome.§.flaui-
us hermes .columna antepenultima ,vbi etiam Franciscus de
Aretio columna penultima.ff.de verborum obligationibus. &
Franciscus de Aretio cōsilio septuagesimo quarto,in tertio que
sito,versi.sed tamen his non obstantibus.Facit ad predicta quod
not.Bal.in.l.si emancipatum.C.de dona.loquens in donatione
facta infanti:vbi dicit quod si publica persona recipiat cōstitutio
2 nem precarij pro infante, † eidem infanti acquiritur dominium
directum,si sit penes constituentē:pro quo allegat.l.j.C.per quas
perso.nobis acqui.& quamuis Bal.loquatur in infante:idem ta-
men videtur etiam in non infante pro eo quia dicta.l.j.quam al-
legat Bal.& secundum quam debet intelligi eius dictum,per id
qd not.Bart.in.l.non solum.§.si liberationis.ff.de libera.lega.
non magis loquitur in infante,quam in alio.Sic igitur videtur
qd per notarium stipulantem & acceptantem pro & nomine dicte
do.Ludouice fuerit eidez ius seu actio quesita.Et hec maxime p
cedunt cum post factam donationem huiusmodi prefata do.Lu
douica de ea certificata illam ratam et acceptam habuerit.Quo
casu nulli dubium,quin ius eidem do.Ludouice acquisitum exti
terit,iuxta id quod ponit Alberi.in.l.nō eniz.ff.de adop.& Pau.
de cast.consi.cxcvij.exordiente,Visis his que narrātur &c.colum
na secunda versic.secundo videndum est,in nouis consilijs.Pre-
terea vt audio dictus do.Raymundus donator iurauit donatio
nem predictam tenere attendere & obseruare,& contra eaz non ve
nire.fuit ergo eidem do.Ludouice ius quesitum,per id quod no.
glo.relata ad tex.in.c.quoties cordis.j.q.vij.quam sequitur An
to.de but.c.si cautio.de fi.instru,Bal.in.l.generalit.q.x.C.de nō
nume.pecu.Jo.de imo.in repeti.c.cū cōtingat.i.viij.mēbro de iu
reiuran.Alex.de imo.multos referens in.l.stipulatio ista habere
licere.§.alteri.col.iij.ff.de verb.obli.iuramentum enim videtur
3 † esse deo prestitum.c.debitores.de iureiu.qui supplet presentiam
absentis.l.properandum.§.sin autem reus.in versicu.Dei presen-
tia.C.de iudi.Et sic non videtur prima oppositio procedere.
¶Secundum quod obstare videtur est:quia locus & castrum de
Luce marino valebant tempore facte donationis predicte longe
vltra summam quingentorum aureorum:& sic non videtur dona-
tio huiusmodi,vt pote facta sine insinuatione valuisse:quatenus
scilicet illa excedebat & excessit valorem predictum.l.sancimus.
§.j.&.l.si quis pro redemptione.C.de dona.Quarū.ll.dispositio
videtur procedere non solum quando fit donatio extraneo:sed
etiam si fiat cōiuncto.l.data.C.de dona.Et quod donatio exce-
dens summam quingentorum aureorum sine insinuatione nō va-
leat,quo ad id in quo excedit,etiam si iurata extiterit,videtur pos
se probari & ostendi per multa fundamenta,que ponit Bal.in di-
cta.l.illud.col.iij.versic.quinto quero.& Salic.in dicta.l.si quis
pro redemptione.col.ij.versic.sed vltra querit Joan.andre.&c.&
multo plura Philip.de corne.consilio.lxix.exordien.de duobus
queritur in hac consultatione &c.in secundo volu.& Bartho.So
ci.consilio.lxxvij.exordiente,in presenti consultatione plura ve-
niunt &c.in secundo quesito,in prima parte:qui inducunt pro hoc
decem fundamenta,que breuitatis causa non refero.Hanc par-
tem sequutus est Bal.in dicta.l.illud.& in multis consilijs rela-
tis per Philip.de corne.& Bartho.soci.Hanc opinionem sequu
tus est Anto.de cuma.in tractatu insinuationum,questio.lxiij.p
qua consuluit Antonius de placen.in quodam eius consilio exor
dien.circa hoc videtur.cui se subscripserunt Piero.tor.Joan.pu
te.& Nico.de sancto Naza.hanc opinionem etiam sequutus est
Joan.fabri in.§.alie.insti.de actio,& quidam alij in alijs locis.
Sed his non obstantibus puto opinionem contrariam esse de iu
re veriorem.Constat enim qd huiuscemodi donatio potuit obser
uari per dictum do.Raymundum donatorem,sine dispendio,sa
lutis eterne.Et propterea iuramentum super ea interpositū erat
seruandum,per regulam quam ponit tex.in.c.cū contingat.de iu-
reiur.c.Quis pactum,de pac.in.vj.&.c.licet mulieres.de iureiur.
4 in quibus iuribus iuramentum non solum ligat iurantem †:sed
etiam firmat contractum,prout communiter scribunt in illis om
nes Doc.Ad idem facit auth.sacramenta puberum.& quod ibi
Doc.magis communiter.C.si aduer.ven.Licet enim de iure ciui
li ante dictam authen.iuramentum non firmaret contractus in
inualidos:tamen per dictam auth.contrarium disponitur in casu
suo,& de iure canonico magis late.idem disponitur in dicto.c.cuz
contingat.&.c.Quis pactuz.que licet loquantur in casibus specia
libus:tamen quia se fundant in ratiōe generali:illa generaliter in
telliguntur ab omnibus etiam extra suos casus.Et idcirco quā-
uis ius commune vel municipale annullet donationem non in-
sinuatam tamen illa videtur iuuari iuramento, per dicta iura:
prout etiaz firmat Joan.andre.in additio.Specu.titu.de instru.
edi.§.porro.in vltima additiōe,per iura preallegata,& per ea que
in eis habentur.Quibus accedit quia donatio non insinuata nō
est ex † toto prohibita:quia intra certam summam tenet dicta.l. 5
sancimus.& quia non habet perpetuam causam prohibitionis,se
cundum eum.l.penul.C.de dona.quem videtur sequi Roma.cō
si.xxvj.exordien.pro decisione eorum de quibus dubitatur &c.Jo.
de imo.in dicta solenni repetitione.c.cū contingat.in decimo mē
bro,versic.sed dubium est quid iuris si interueniat iuramentum
&c.vbi etiam hanc partem sequutus est Panor.& pro hac parte
multa ibi inducit Joan.de imo.& respondet motiuis Bal.& Sa-
li.hanc partem etiam sequitur Fride.de se.consi.cclxxxj.exordiē.
casus talis est,Angelus in dicta.l.sancimus.§.fina.Bald.in di-
cto.c.cum contingat.& in.§.& cum retro principes.insti.de do-
natio.Alexan.de imo.in.l.nemo.ff.de legatis primo.vbi multos
commemorat tenentes hanc partem,& pro qua dicit se sepissime
consuluisse,quod & verum est,prout videri potest in remissionibus
quas ponit Franciscus de cur.vbi etiam alios plurimos comme
morat sequentes hanc partem in additio.ad consiliū lxvij.& dicit
Alex.de imo.cōsi.iiij.in.j.vol.vbi p hac pte cōsuluit se vidisse cō
siliū dñi Joan.de Anania,quod exordit,In noīe sancte Trinita
tis visis & pōderatis his que i scriptura donatiōis &c.& q in illo re
ferebat se alias vidisse elegans consilium cuiusdam do.Pacis
de aquila,qui dicebat quod licet Bartolus in.l.si quis pro eo.ff.
de fideiussoribus,specifice non decidat istum casum: tamen per
rationes quas ibi ponit Bartolus videtur quod donatio valeat:
& in dicto consilio etiam referebat quod dominus Petrus de
Ubaldis de perusio ita cōsulnerat.& dicit dominus Joannes de
Anania,quod illi cōsilio domini Pacis fere se subscripserant om
nes Doctores Bono.& precipue Joā.de imo.& dominus Floria.
de sancto Pe.Dicit etiam Alex.de imo.in dicto consilio, quod
ipse viderat consilium Joan.de ana.subscriptum a celeberrimis
doctoribus,& do.Jaco.de zoe de Ferra.& Ange.de are.dicit etiā
se recordari qd alias ita consuluerat dum legeret Ferra.& quod
pro eadem parte consuluerunt celeberrimi iurisconsulti do.Fran
cis.de are.& Mari.& est veruz quod pro hac parte consuluit,& qui
dem eleganter & subtiliter Fran.de are.consi.lxxvij.& Ange.con
si.xcj.exord.pro earte negatiua &c.col.penul.versi.superest igitur
videre.& Panor.consilio.cvij.Hanc partem etiam sequutus est
Jo.de imo.in.l.modestinus.ff.de dona.Jo.cōpe.in repe dicte
l.nemo potest.ff.de leg.j.vbi etiam dicit istam partem esse verio
rem.Pro ea etiam consuluit Philip.de corne.consi.ccxxi.exord.
quia in hac causa bis consului &c.in.i.volu.& longe plenius in
dicto consi.lxix.exord.de duobus queritur.in.ij.vol.& Bartho.
Soci.vel domi.Mari.eius pater in dicto consi.lxxvij.in.j.partet
in quibus duobus vltimis consilijs plene respondent Philip.
& Soci.decem fundamentis parte contraria per eos allegatis:
vt dicit Philip.de corne in dicto.consi.ccxxj.ista videtur cōmu-
nis opinio fere omnium canoni.quibus magis credendum est
in materia canonistarū,ar.c.veterū.ix.dist.prout est materia iu-
ramenti,in qua sunt attendendi canones etiam in foro seculari.
c.licet mulieres,cum suis si.de iureiur.in.vj.videtur igitur pro-
culdubio dicendum quod non obstante defectu insinuationis
prementionate,valuerit predicta donatio.Et eo maxime quia
hanc partem tenuerunt Jo.an.Fride.de se.Anto.de butr.& Jo.
de imo.patres canonum,& etiam summi legiste:& quia ipsi & alij
tenentes hanc partem habent rationes pro eis concludentes:le
giste vero habent fragiles,vt videri potest per responsiones ad
illas datas per Philip.de corne.& Soci.magis ergo standum
est cano,vt iam dixi,q legistis.Pro quo facit id qd refert Vale-
rius maximus de Sceuola legum certissimo vate:qui quoties
de iure pretorio consulebatur,ad Furium & Cassellium,qui illi sciē
tie dediti erant,consultores remittebat:quo quidem facto mo-
derationem suam magis commendare videbatur,q minuere
autoritatem.Et dicit Anto.de butr.in.c.Raynutius.de testa.qd
si canoniste dubitent circa materiam substitutionum ,vel aliam
materiā legalē,bene faciāt si cōsulāt peritū legistā:sicut ecōtra be
ne facient legiste in materia canonica cōsulere peritū canonistā.
¶Tertium quod huic donationi obstare videtur est statutum
prouincie ,per quod donationes inter viuos summam decem
florenorum excedentes irritantur & annullantur:nisi fiant cum
solennitate de qua ibi, que non fuit obseruata in dicta dona-
tione,& ita videtur nulla, presertim cum statutum huiusmodi
factum extiterit per eum qui in prouincia non recognoscit supe-

rtorem: et ita potest tantum in prouincia, quantum potest imperator in imperio. Sed hoc non obstat pro eo quia cum donatio predicta vt predixi iurata extiterit, illa debuit et debet seruari etiam si in ea non interuenerit solemnitas que requireretur in donatione non iurata attento quod illa solennitas requirebatur tempore donationis, et non post: sicut dicimus quod per iuramentum apposi-
6 tum in donatione potest derogari. l. generalibus † insinuationem requirentibus, vt firmat Joannes andre. Uide Alexan. de imola cõsilio centesimo vigesimo quinto, in versi. aduerte quod donatio facta est p substitutũ de bonis viuentis ante euẽtũ cõditiõis.

¶ Ex quibus omnibus concludo donationem predictam valuisse, non obstantibus dictis oppositionibus. Est enim quilibet regulariter moderator et arbiter rei sue. l. in re mãdata. C. mandati. et l. dudũ. C. de contrahen emptione et venditione. l. polla. C. de his quibus vt indig. et c. de his. ad fin. de sepulturis. facit. l. nemo externus. C. de iude. et quod etiam voluit Angelus consilio centesimo octuagesimo primo, exordien. Uisis instrumentis. columna quarta, versi. his ita premissis. Et est adeo qlibet moderator et arbiter rei sue, vt et possit illa abuti. l. si et si lege. §. cõsuluit. ff. de peti. hẽdi.

¶ Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Binuba mulier non potest plus donare secundo marito, quam donauerit vni ex filijs primi matrimonij, scilicet illi cui minus donauit.
2 Filijs primi matrimonij debet applicari quicquid plus donatum aut relictũ fuit secũdo marito, quã vni ex filijs primi matrimonij.

¶ Epitome.

¶ Summarum idem est quod precedentia notabilia. U. F.

¶ De secun. emptijs. Cons. xc.



Uisis dubijs parte honeste mulieris Laurẽtie assaude, et aliorũ liberorum primi matrimonij honeste quõdã mulieris Claudete calcade mihi exhibitis, dico et respõdeo breuiter et succincte ad dubia huiusmodi put infra.

¶ Et primo ad primum, qđ dicta quondam Claudeta non po-
1 tuit † plus donare vel relinquere puido viro Petro tardini eius secundo marito, quam donauit aut reliquit vni ex liberis primi matrimonij illi scilicet cui minus donauit aut reliquit. l. hac edictali. et quod ibi Doc. C. de sec. nup. et auth. de nup. §. optie. et quod ibi Bar. Ange. et Doc. colla. iiij. et quod no. multi in. l. vnica. C. de inoffi. doti. Rapha. Fulg. consi. xcix. exord. Antonius transiens ad secunda vota. et Benedic. capra. consi. lxxxi. exord. Punctus do. Blasia filia quondam Melchionis et c. Quo fit vt cum dicta quõdam Claudeta non appareat donasse aut reliquisse prefate Laurentie et alijs suis filiabus et earum cuilibet nisi tres florenos monete currentis, non potuerit etiam eadem Claudeta donare aut relinquere dicto eius secundo viro nisi tres florenos: nisi forte qs dicat qđ immo potuerit eadem Claudeta tantum relinquere aut donare dicto Tardini eius secundo viro, quantum ascendebat legitima cuiuslibet ex dictis filiabus et alijs liberis primi gradus eiusdem Claudete, per motiuã et fundamenta ponit Bal. in dicta l. hac edictali, ver. ibi ita tamen: hic sunt plura consideranda et c. Unde cum eidem Claudete superfuerint septem liberi primi gradus et sic legitima cuiuslibet fuerit decima quarta pars bonorum dicte Claudete eorum scilicet que superfuerint deducto ere alieno et funeris impensa auth. de trienf. et semis. §. f. collatio. iij. et transsumptiue in authenti. nouissima. C. de inoffi. testa. iuncta. l. papinianus. §. quarta autem. ff. eo. titu. videtur quod ipsa Claudeta potuerit de suis bonis donare vel relinquere dicto secundo eius viro vsque ad valorem decimequarte partis eorundem. Sed istud non obstat: quia respondeo et dico quod non debeat haberi consideratio eius quod ea lege suppletur pro supplemento legitime, quia tex. in dicta. l. hac edictali. §. si vero non equis. ibi, cui minor portio in vltima voluntate derelicta vel data fuerit aut donata et clari⁹ ibi in dicto. §. optime. filius ex illius substãtia pceperit aut ex nouissima voluntate dimissum aut in vita donatum et c. ponderat quod sit datum vel relictum a parente defuncto: et ita non debet in casu nostro attẽdi id qđ lex supplet vsque ad legitimã, sed id quod vere fuit donatum aut relictum vni ex liberis primi matrimonij, illi videlicet cui minus. Et ita non debet attendi ad quantum ascẽderet legitima dictarum filiarum et earum cuiuslibet, sed quantum fuerit in veritate donatum vel relictum predictis filiabus, et illi cui minus per dictam quondam Claudetam. Unde cum non relinquerit illi nisi tres florenos, non videtur potuisse plus donare aut relinquere dicto Tardini eius secundo viro.

¶ Ad secundum dico et respondeo, quod su per hoc est difficultas: an illud plus donatum aut relictum dicto Tardini secundo viro debeat insolidum ei auferri, et totum applicari liberis primi matrimonij: an ve debeat inter eosdem Tardini et liberos in viriles portiones diuidi, ita quod dictus Tardini vltra et preter valorem trium florenorum habeat octauam partem residui, et totum residuum habeat liberi. Super qua Doctores varia scripserunt. Et omissa opinionum recitatione videtur quod plus donatum vel re-
2 lictum debeat insolidũ applicari † liberis primi matrimonij, dicta l. hac edictali. §. si vero. vbi dicitur qđ pro non dato et pro non scripto habeatur. et idem dicitur in dicto. §. optime. ibi. et inter eos solos et c. pro qua sententia pro nunc sufficiat remisisse ad ea que ponit Philippus de Corne. consilio quadragesimo quarto, exordiẽte, Plurimum dubia est et c. in primo volumine: vbi pro hac parte multa inducit, et refert alias se consultum respondisse, et vidisse ab alijs sua tempestate preclaris Doctoribus ita etiam consulendũ fuisse responsum et qui referebant etiam alios Doctores magne autoritatis idem consuluisse, et inter ceteros Florianus de sancto Petro de bononia impugnando decisionem Cyni et Baldi in dicta. l. hac edictali. et dicendo quod loquuntur sine ratione, et contra expressam literam dicte. l. hac edictali. et. §. optime. et idem etiã consuluit Philip. de corne. consilio. lj. exordien. Uiso suprascripto testamento et c. in quarto volu.

¶ Et ita mihi videtur, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Ratio quare filij eiusdem matrimonij, relicta matre vsufructuaria, habent priuilegium vt non habeat mater nisi alimenta et preeminentiam in domo, sumitur ex coniecturata mente ipsius patris defuncti: et quare.
2 Pater potius debet cõfidere de pietate matris ad liberos, ne mẽdicent et fame pereant, quã de nouerca, que solet odire priuignos.

¶ Epitome.

¶ Uxor aut nouerca vsufructuaria relicta a predefuncto viro nec filijs aut priuignis omnino auferre debet hereditatis cõmoda: nec hi illam e domo inuitam eijcere debet. U. F.

¶ De vsu et vsufr. Cons. xcj.



Ponitur in facto quod dudũ anno scilicet do. M. cccc. xcvij. et die. xxij. mẽsis Augusti, honorabilis quondam vir Joannes de grangia mercator Auinionis fecit et cõdidit eius vltimum et nuncupatiuum testamentum: in quo inter cetera heredes vniuersales instituit et nominauit honestas mulieres Ysabellam, Mariam, et Joannam eius filias naturales et legitimas ex primo matrimonio susceptas: honestam vero mulierem do. Joannam thomassie eius quondam vxorem reliquit vsufructuariam, rectricem et gubernatricem oim et quorũcũque bonorum supraius testatoris mobilium et immobiliũ per ipsum tam in ciuitate Auinio. et eius territorio, quod in loco et territorio Grauisonis acquisitorũ a tempore quo matrimonium contraxerat cum dicta Joanna eius secunda vxore, ac etiam tinalis per Jacobum de grangia eiusdem testatoris quondam patrem acquisiti, tantum quantum eadem Janna staret in viduitate et teneret viam vidualem sub nomine eiusdem testatoris. Qui permanens in voluntate huiusmodi vita functus est superstitibus predictis filiabus heredibus institutis, et que paterne hereditati se immiscuerũt. Que situm est quid propter dictum legatum habere debeat dicta domina Joanna: an scilicet plenum vsumfructum predictorum bonorum: an ve solum et dumtaxat preeminentiam in domo testatoris et alimenta.

¶ Ad quod respondeo quod si dictus testator reliquisset eandem Joannam dominam et vsufructuariam bonorum suorum: tunc quicquid esset de rigore iuris, et de stricta verborum significatione: hoc tamen certũ esset quod de cõsuetudine obtẽta in curia Belliquadri ipsa non deberet habere plenum vsumfructum, sed alimenta et preeminentiam in domo, prout habere consueuerat viuente predicto testatore eius marito per id quod no. gloss. et doc. communiter in auth. hoc locum. C. si secun. nup. muli. Bar. in. l. titia cum testa. §. titia cum nuberet. ff. de lega. ij. Barto. consilio. xlix. exord. Petrus mattheoli. Jo. and. in addi. Spec. tit. de pigno. §. sequitur videre. in addi. incipien. si vsufructus debebitur. et Frã. de are. in consi: exor. presupponitur in facto et c. et Jo. Ferra. in sua practica. tit. for. libel. ad peten. do. super verba donec vitam duxerit vidualem. ver. postremo queritur. Sed quia non fuit sic locuutus dictus testator, nec eandem Joannam reliquit dominam et vsufructuariam, sed dum taxat vsufructuariam ac rectricem et gubernatricẽ bonorum predictorum: nos non sumus in terminis dicte

dicte consuetudinis. Quo fit vt nō videatur q̄ illa debeat huic casui adaptari postq̄ cessant verba per id qd̄ habetur in. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. in. l. iiij. §. toties. ff. de dam. infe. in l. si seruum quis. §. non dicit. ff. de acqui. here. in. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quoti. ⁊ esti. ⁊ in. l. ita autem. cum si. ff. de admi. tuto. ⁊ qd̄ ponit Pau. de ca. consi. iiij. ⁊ Rom. consi. cccclxij. ⁊ hanc sententiam, scʒ q̄ isto casu non sit locus dicte cōsuetudini, sed debeat habere dicta Jo. plenum vsumfruc. predictorum bonorum intelligo deducta legitima, videtur tenere Bal. in. l. si pater. C. de vsufruc. in. l. fi. C. de inde. vidui. tol. in. l. cū hi. §. si in annos. ff. de trāsac. Bal. ⁊ Sali. in. d. aut. hoc locū. vbi et Albe. ⁊ Odof. C. si sec. nup. muli. ⁊ Spe. tit. q filij sint leg. §. qd si qs ita in testamento. ad qd̄ facit. l. vxori mee. ff. de vsufruc. lega. sed contrariam opinio. tenuit Bar. in. l. titia. §. fi. col. ij. ver. ⁊ eodem modo puto. ff. de lega. ij. ⁊ in. l. sicut in annos. ff. quib. mo. vsusfruc. amit. Jo. an. in addi. Spec. ti. de pigno. §. sequitur. ver. porro. ⁊ Jo. Pet. de Ferra. in loco superius allegato, Fran. de Are. in dicto consi. xl. vbi eleganter Pau. de Cast. consi. cccclxxij. exordiente dubium de quo queritur ⁊c. col. j. in nouis. Pau. de monte Pico in repetitione. d. §. titia cum nuberet. char. vij. col. iij. versi. sexto limita ⁊c. ibi, contrarium in terminis consulendo tenuit ⁊c. ⁊ do. Jason May. in dicta. l. cū hi. §. si in annos. vbi etiā dicit se alias pro hac parte consuluisse in ciuitate Papie, ⁊ ita fuisse iudicatum: ⁊ puto qd̄ si hic aliud non obstaret possemus adherere huic opinioni tanq̄ bene fundate, vt patet ex rationibus inductis per Fran. de Are. in dicto consilio.

¶ Sed hic sunt duo alia que videntur obstare predictis heredibus, ⁊ facere pro dicta Joanna scilicet quod ipsa habere debeat plenum vsumfructum, non solum alimenta ⁊ preeminentiam in domo, deducta vt dixi legitima, in qua grauari non potuerunt dicte heredes, auth. nouissima. C. de inoffi. testa. Primum quidem est, quia docto. volentes quod vxor dumtaxat habere debeat alimenta ⁊ preeminentiam in domo eo casu quo liberi testatoris fuerunt heredes instituti videntur loqui de liberis, qui scilicet non solum sunt liberi testatoris, sed etiam vxoris: non autem in liberis alterius matrimonij, vt in casu nostro: in quo prefata Joanna relicta vsufructuaria non est mater, sed nouerca heredum: ⁊ ita sunt iste heredes filie alterius matrimonij. Propter quod non videtur consuetudo predicta habere locum in hoc casu: quod etiam voluit Bal. in dicta auth. hoc locum, col. ij. vbi dicit quod ratio consuetudinis est fauor liberorum illius matrimonij. Unde secundum eum secus esset si heres extraneus, vel filius alterius matrimonij: ⁊ idem tenuit Franc. de Cremo. in singularibus suis singulari. viij. exordiente, quid si maritus ⁊c. ibi quid si sint filij sed non eiusdem matrimonij. ⁊ Angelus Are. in suo tracta. de testamentis, super verbo, item reliquit. D. B. eius vxorem donam vsufructuariam ⁊c. columna tertia. Sed contrarium sensit Baldus consilio ducentesimo vndecimo, exordien. testator ita dixit. versic. porro si ex primo matrimonio essent liberi ⁊c. in tertia parte: ⁊ pro hac opinione bene facit quia ratio quare filij eiusdem matrimonij relicta matre vsufructuaria habeant priuilegiū, vt non habeat mater nisi alimenta ⁊ preeminentiā in domo, sumi-
1 tur ex coniecturata mente ipsius patris † defuncti, quia non presumitur quod vellet vxorem habere vsumfructum, ⁊ filios quodammodo mendicare, ⁊ fame perire. auth. de trien. ⁊ semis. §. prohibemus. ⁊ quod ponit Franciscus de Aretio in dicto consilio quadragesimo, columna secunda, versicu. in contrarium facit ⁊c. ibi, Quoniam interpretatio illa. Ista autem ratio ita sibi locum vendicat in nouerca sicut in matre. esset enim iniquum quod nouerca haberet vsumfructum, ⁊ ipsius priuigni, filij autem testatoris ea viuente quodammodo mendicarent: nec presumendum est testatorem voluisse, argu. l. cum annis. ff. de conditioni. ⁊ demonstratio. ⁊. l. cum acutissimi. C. de fideicommis. ⁊ vt videtur, minus presumendum est patrem hoc voluisse quādo reliquit nouercam vsufructuariam, quam matrem: quia potius debet pater cōfidere
2 de pietate matris ad liberos ne mendicent † nec fame pereant, quam de nouerca, que vt plurimum solet odire priuignos. de materno amore ponit. l. fina. circa principium. C. de cura. furio. Et si quis dicat quod non de materno amore loquatur de quo dicit. l. illa quod nullus illum vincat, puto quod ⁊ idipsum de amore materno dici debeat. dicit enim Esayas, nunquid obliuiscetur mulier infantuli sui vt non misereatur filio vteri sui? quamuis scriptura dicat, filij diligite parentes vestros: non tamen dicit parentes amate filios, sed dicit parentes nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sciens q̄ parentes amant filios ita vt precepto opus non esset: ⁊ videmus non solum in parentibus rationalibus, hoc est in hominibus: sed etiam in bestijs ⁊ feris prout egregie ponit beatus Ambrosius in sexto libro exameron. c. quarto, ante medium. De odijs vero nouercalibus aliquid ponit beatus Ambrosius, qui loquens de feris seu bestijs dicit illa nescire odia nouercalia. Preterea communiter accidit quod nouerce odio habeant priuignos. A communiter autem accidentibus est bonum argumentum, per id quod notat glossa in. l. prima. C. de arbitris, facit l. quod si nolit. §. qui assidua. ff. de edili. edic. ⁊. l. si prius, cum fini. ff. de aqua plu. arcen. Uidetur igitur quod non solum eo casu quo vxor, eademq̄ liberorum mater relicta est vsufructuaria liberis ipsis heredibus institutis, debeat ipsa mater habere vsumfructum, sed etiam quod idem sit de nouerca relicta vsufructuaria: quod etiam voluit Pau. de monte pi. in. d. §. titia cum nuberet, char. ix. col. iiij. ver. ex istis remanebūt expedite questiones Bar. ⁊c. q pro hoc inducit tria bona fundamēta, que profecto mihi multum placent, ita vt putem istud primum obiectum non obstare predictis heredibus, nec suffragari dicte Joanne. Secundum qd̄ videtur obstare est, quia in casu nostro dicta Joanna non fuit relicta vsufructuaria omnium bonorum, sed dumtaxat bonorum mobilium ⁊ immobilium: ⁊ sic non iurium ⁊ actionum: que faciunt tertium genus. l. a diuo Pio. §. in vendi. ff. de re iudi. ⁊. l. quam tuberonis. ff. de peculio, nec reliquit eam vsufructuariam omniū bonorum suorum mobilium ⁊ immobilium: sed illorum dumtaxat que ipse testator in locis ⁊ territorijs superius mentionatis acquisiuerat a tempore matrimonij inter eum ⁊ dictam Joannaʒ citra, ⁊ cuiusdā Casalis acquisiti per Jaco. de grangia eius quondā patre. Reliquit igitur ipsaʒ vsufructuariā nō oim bonorū suorū: sed certorum particularia bonorum. Quo casu nō videtur esse locus dicte cōsuetudini: ⁊ hoc videtur voluisse Bar. in. d. §. fi. col. ij. ibi, sed si relinquat vsumfructum alicuius fundi. Et ne fiat vis, quia dicit alicuius fundi, non fundorū, dico q̄ Bal. in. d. l. fi. versi. ⁊ circa p̄dicta. ibi, si autem reliquit vsumfructum aliquarum rerum singularium, voluit qd̄ idem sit etiam si reliquerit vsumfructum plurium rerum. ⁊ idem videtur voluisse do. Barto. soci. consi. ccx. exordien. satis anceps fui in hac consultatione ⁊c. in secunda parte. Preterea possent esse magna iura ⁊ multe actiones pro magnis creditis. possent insuper esse bona mobilia ⁊ immobilia ad ipsum testatorem aliunde peruenta vel per eum acquisita ante matrimonium vel etiam post testamentum vel existentia extra loca ⁊ territoria predicta, propter qd̄ videretur cessare motiua supra mentionata, ⁊ que eleganter inducit Franc. de are. in dicto consi. xl. Propter quod subsisto, nisi iura, actiones, bona proxime mentionata essent pauca vel modica, ita vt veraciter censeretur eidem testator reliquisse dictā Joannaʒ vsufructuariā vel omniū vel fere oim bonorū suorum: tunc enim quia motiua predicta adhuc sibi locum vendicarent, videretur q̄ idem sit iudicandum ac si reliquisset eam vsufructuariam omnium bonorum, ar. l. illud. ff. ad leg. aquil. ⁊. c. trāslato. de consti. ⁊ fuit de mente do. Bartho. soci. in dicto consi. ccx. Et per hec patet responsio ad primum quesitum.

¶ Uenio ad secundum, pro cuius solutione premitto, qd̄ appellatione alimentorum venit etiam habitatio. l. legata. ff. de adimen. lega. ⁊ alia multa de quibus per Bar. in suo trac. de alimen. Premitto insuper qd̄ legatum alimentorum, qd̄ iuxta interpretatione consuetudinis censetur relinqui per illa verba, relinquo vxorem dominam ⁊ vsufructuariam, vel relinquo vxorē vsufructuariā bonorum ⁊c. vel lego vxori vsumfructū ⁊c. videtur esse pinguius quam sit simplex legatum alimentorum, et participat aliquid de legato vsusfructus vel vsus, ⁊ aliquid de simplici legato alimentorum: pro eo quia videtur posse sua propria authoritate capere de fructibus ⁊ rebus hereditarijs vsq̄ ad quantitatem sibi necessariā ad victum ⁊ vestitum, ad instar fructuarij, prout tenuit Marti. Silima. quem refert ⁊ sequitur Jo. and. in addi. Spec. qui filij sint legitimi. §. primo, ver. quid si tis. Franc. de are. in dicto consi. xl. colum. iij versic. fatenduʒ tamen. Alexā. de imo. multos referens in. l. nemo potest, col. vj. versi. idem si dixisset testator relinquo vxorem ⁊c. ff. de leg. j. Propter quod videtur etiam non posse expelli a domo habitationis dicti quondam testatoris, si dicat se velle in ea habitare. Nō dico tamen qd̄ pro sua habitatione si ampla est, debeat aut possit totam occupare in damnum heredum: ⁊ si posset induci ad se conferendum ad aliam deinde sumptibus heredum conducendam, vel quod data sibi annua pensione pro habitatione faceret residentiam in domo suprius, postquam domum habet esset bonum. Certum est enim quod dicti heredes habent sibi prouidere de domo habitatione in qua possit competenter ⁊ honeste morari per id quod no. Bald. in. l. in annalibus, circa fi. C. de lega. Et ideo consulo predictis heredibus quod cū ea tractent, si facere possint qd̄ mediante pensione sibi danda, vel conductione alterius domus in qua minus onerentur aut grauētur contenta sit discedere a domo heredum.

¶ Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Uoluntas est pro ratione in donationibus.

¶ Epitome.

¶ Donatio ob causam non regulatur secundum statutum dominicale loquens de donatione simplici: sicut nec regulatur iurata ad non iuratam. V. F.

¶ De dona. Consi. xcij.



Quilibet est regulariter moderator ⁊ arbiter rei sue. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahen. emp. ⁊ ven. l. polla. C. de his qui. vt indig. ⁊ c. de his. ad fi. de sepul. facit. l. nemo exterus. C. de iude. Et est adeo quilibet moderator ⁊ arbiter rei sue vt etiam possit ea abuti. l. sed ⁊ si lege. §. consuluit. ff. de peti. heredi. Et hec maxime procedunt
Ponitur in facto quod dudum, anno scz incarnationis dominice M. cccclxxvij. ⁊ de mense Decembris, fuit contractum matrimonium per verba de futuro, ⁊ deinde secundum mores ⁊ ritum iudeorum solennisatum, ⁊ carnali copula consummatum, per ⁊ inter Cassinum de milhano iudeum, filium naturalem ⁊ legitimum Abrahe de milhano ex vna parte, ⁊ Durantiam iudeam, filiam naturalem ⁊ legitimam magistri Dieulesault ex alia: cuius matrimonij cōtemplatione, ⁊ pro oneribus illius facilius supportandis, idem magister Dieulesault pater dicte Durante dedit, cōstituit ⁊ assignauit dicto Abrahe de milhano patri, presenti, stipulāti solenniter ⁊ recipienti in dotem ⁊ pro dote ac nomine ⁊ ex causa dotis dicte Durantie tunc future vxoris dicti Cassini, eiusdem Abrahe filij, summā videlicet trecentorum ⁊ quinquaginta floreñ. monete tūc currentis in ciuitate Carpeñ. ⁊ quos trecentos ⁊ quinquaginta florenos soluere promisit idem Dieulesault dicto Abrahe patri, vt supra tunc presenti ⁊ recipienti, vel dicto Cassino, scilicet ducentos florenos in pecunia numerata, ⁊ quinquaginta florenos in iocalibus in die celebrationis matrimonij: ⁊ restātes florenos centum in iocalibus ⁊ raupis intra tres annos a die nuptiarū extunc in antea computandos: quodqꝫ anno, mense ⁊ die predictis, idem Abraham de milhano gratis ⁊ sponte ⁊ ex certa sua scientia per se ⁊ suos heredes ⁊ extunc in antea successores quoscunqꝫ cōfessus fuit ⁊ in veritate publice recognouit dicto Dieulesault tunc presenti, stipulanti solenniter ⁊ recipienti, se ab eodē Dieulesault habuisse ⁊ realiter recepisse dictos ducentos florenos supra ⁊ in pecunia numerata eidem Durantie seu pro ea in pecunia numerata constitutos: ⁊ de quibus eundē Dieulesault ⁊ suos ⁊ sua ⁊ suorum bona quittauit penitus absoluit, ⁊ quos idem Abrahā reddere ⁊ restituere promisit dicte Durantie nurui sue, seu illi vel illis, cui seu quibus dos predicta veniret de iure restituenda in omnem casum ⁊ euentum dotis restituende seu etiam repetende, ⁊ alias quandocunqꝫ eiusdem dotis restitutio locum sibi vendicaret: ⁊ pro his hypothecauit ⁊ in formam obligauit omnia bona sua. Successu temporis, anno scilicet domini. M. cccclxxxiij. ⁊ de mense Februarij, Vidal Bendich iudeus de cauallione de ⁊ cum licentia ⁊ authoritate ⁊ consensu magistri Bendich salomonis, ipsius Vidalis Bendich patris, vēdidit dicto Abraham de milhano iudeo tunc presenti emēti ⁊c. quoddam ipsius Vidalis hospitium situm in ciuitate Carpeñ. suis confroñ. confrotatum, certo pretio inter eos conuento: cuius hospitij possessionē realem actualem ⁊ corporalem idem Abraham apprehendit ⁊ adeptus est, illudqꝫ tenuit ⁊ possedit per multos annos. Deinde vero post longa tempora domus predicta fuit de pignore capta, ⁊ deinde incātata, subhastata ⁊ distracta ad instantiam cuiusdam Hectoris seu astorgij de petra, ⁊ pro quodam debito, in quo eidem teneri pretendebat idem Abraham (ex causa tamen posteriore ⁊ subsecuta post matrimonium, confessionem de recepto, quittantiam ⁊ obligationē superius mentionatas) ⁊ qui Hector, cui vt ⁊ tanquam plus ⁊ vltimo offerenti hospitium predictum fuit liberatū illud post certi temporis possessionem seu detentionem vendidit diuersis, qui illud nunc tenent ⁊ possident: ⁊ vt audio pro diuiso. Consequenter a duobus annis citra vita functus est ⁊ ab humanis intestatus ⁊ sine bonis extātibus decessit dictus Abraham de milhano, superstitibus ⁊ sibi superuiuentibus prefatis Cassino ⁊ Durantia, eius filio ⁊ nuru: qui Cassinus ab hereditate eiusdem Abrahe, cū in ea nihil esset, se abstinuit. Postremo vero dicta Durātia de ⁊ cū authoritate ⁊ consensu prefati Cassini eius mariti, certis ⁊ honestis causis animum suum mouentibus, dotē predictā ⁊ iura cessit, remisit ⁊ donauit donatione pura mera ⁊c. honesto viro Ludouico de rocha choart neophyto, eius fratri naturali ⁊ legitimo, tunc presenti, stipulanti solenniter ⁊ recipienti pro se ⁊ suis ⁊c.

Quesitum est an pro recuperatione dictorum ducentorum Floren. possit idem Ludouicus agere ⁊ experiri actione hypothecaria, aut saluiano interdicto contra possessores predicti hospitij. Ad quod respondeo breuiter ⁊ succincte, qd non solum pro recuperatione dotis per socerum recepte potest agi contra heredes illius post solutum matrimoniū filij ⁊ nurus. l. si cum dotem. §. transgrediamur. ⁊ qd ibi docto. ff. solu. matri. sed etiam ante solutionem huiusmodi: pro eo † ꝙ dos debet esse penes illam, penes quem sunt onera matrimonij. l. si filia nupta. §. si filiusfamilias. l. si maritus. ff. famil. ercisc. ⁊ l. si is qui stichum. §. ibi dos esse debet. ff. de iure dotium. Quo fit vt cū dictus Cassinus supportet onera dicti matrimonij, apud ipsū esse debuerit ⁊ debeat dos predicta: ⁊ ita potuerit ⁊ nūc possit, nisi esset facta donatio de qua supra, agere ⁊ experiri pro recuperatione dicte dotis contra heredes dicti Abrahe, si qui essent: ⁊ in eorum ⁊ bonorum extantium defectu contra possessores bonorum distractorum: ⁊ sic domus seu hospitij superius mentionati. Hoc igitur facere potest dictus donatarius, cui dos predicta ⁊ iura ⁊c. fuerunt donata: ⁊ vt puto cū iuramento, ⁊ de consensu dicti Cassini mariti: ꝙ fieri potuit, per id qd habetur in. c. cum contingat. de iureiuran. Et vt videtur parum refert, quoad casum de quo queritur, an dicta Durantia dotem ⁊ alia predicta predicto Ludouico ⁊ de consensu dicti Cassini eius viri donauerit, vel ipse Cassinus de voluntate ⁊ consensu Durantie eius vxoris. Pro quo allegasse sufficiat ꝙ habetur in l. si liquet. ⁊ quod ibi Bal. in secundo notabili. C. de inoffi. dona. ⁊ qd nor. Bal. in. l. ij. C. si aduer. donatio. Nec videntur predicti possessores opponere posse exceptionem ordinis, postꝙ non extant alia bona que pro recuperatione predictorum ducentorum Floren. capi possint: ⁊ hoc est vt audio notorium per relationes iam factas per seruientes missos curie. autoritate ad inquirēdum si que essent extantia bona dicti quondam Abrahe: ⁊ qui responderunt nulla reperisse. Pro quo allegasse sufficiat not. per Jaco. butri. in. l. penul. §. j. C. ad trebel. per Jacob. de aret. in tract. suo de excussio. Joan. de imo. ⁊ Pau. de castr. in. l. stipulatio. §. ⁊ habet. ff. de no. ope. nun. Ange. ⁊ Jo. de imola, ⁊ multi alij in. l. exitus. ff. de acquiren. possess. ⁊ Angel. in auť. hoc si debitor. C. de pigno. ⁊ multi doct. in. l. decem. ff. de verbo. oblig. ⁊ per Angelum are. §. item si quis in fraudem. instit. de actio. Preterea supposito, citra preiudicium veritatis, qd ad hoc vt creditor possit agere contra tertios possessores, necessarium sit

2 † pronuntiare debitorem esse legitime excussum, prout voluerunt multi relati per Alex. de imol. in. d. §. ⁊ haber. in. d. l. exitus. ⁊ ita non sufficere commissionem factā nuncijs seu seruientibus, ⁊ relationem de qua supra: hoc tamen certum est ꝙ tertio possessore opponente de debitore non discusso, potest creditor replicare qd sua non interest, ⁊ se offerre incontinenti probationi ꝙ nulla bona extent, vt voluit Ang. in. d. l. exitus. ⁊ ꝙ probari dicit per gl. valde notabilem in. l. nisi. in fi. ff. de pact. Et idem voluit Angel. in d. l. nisi. Ange. ⁊ Jo. de imo. in. d. l. decem. Benedi. de plumbi. in l. liberis. §. fi. ff. de libe. cau. ⁊ Alex. de imol. in. d. l. exitus. colum. ij. vel. iij. Nec videnť dicti possessores posse opponere de dote cauta non numerata: hoc est ꝙ licet dictus quōdam Abraham confessionem fecerit de recepto: non tamen apparet ꝙ ipse illos receperit. Quoniā respondeo ꝙ tempus opponende exceptionis huiusmodi elapsum est: ⁊ ita opponi non potest. auť. qd locum. C. de do. causa non numera. ⁊ maxime cum illi exceptioni etiam renuntiauerit idem quōdam Abraham: perinde est ergo ac si in instrumento legeretur ꝙ summam predictam habuerit ⁊ receperit. l. assiduis. vbi Bartolus ⁊ sequaces. C. qui potiores in pignore habean. Etiam nec videtur posse exceptionem prescriptionis opponere: quia cum dictus Cassinus viuente dicto Abraham, vt pote in ipsius patria potestate existens, agere non valuerit, cōtra eum non currit prescriptio. l. j. ad finem. C. de bonis maternis. ⁊ l. j. §. fi. C. de annali exceptione. Et consulo predicto Ludouico ꝙ ipse potius intentet saluianum interdictum, ꝙ actionem hypothecariam, propter faciliorem probationem sue intentionis, ⁊ alia commoda que ponit Angelus in. §. item seruiana. versi. aduertas tamen ꝙ cautus aduocatus. instit. de actio. ⁊ alij in locis per eum allegatis. Que dixerim breuiter ⁊ succincte sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Vsusfructus ꝙuis regulariter acquiratur in bonis, que filij familias sibi acquirunt: non tamen possunt ipsi filij sine consensu patris contrahere societatem.

2 Instrumento potius ꝙ testibus credendum est in antiquis.

3 Cor hominis est inscrutabile, vt dicit propheta.

4 Protocolum debet habere ea omnia que pro sui substantia habere debet instrumentum.

5 Protocolum non habens solennitatem signi non probat.

¶ Epitome.

¶ De causaria in carbonariam hoc responsum descendit. illud vero notatu dignissimum, ꝙ iniuria non censetur remitti eo solo, ꝙ partes in alieno conuiuio inuitate simul assederunt. V. F.

¶ De iniuriis. Consil. c.



Ex his que parte nobi-
lis Thome te regis loci mōthina de marū fuerūt
ꝓposita, deducta ⁊ ꝓbata cōtra ⁊ aduersus nobi-
lem Antonium regis filium quondam naturalē
⁊ legitimum ac vniuersalē heredem nobilis An-
tonii regis, dicti nobilis Thome quondam fratris, non appare-
ret fuisse cōtracta aliqua societas: pretextu cuius idē Thomas
potuerit aut possit pretēdere molendinū ⁊ alia de quib⁹ in actis
fuisse aut esse cōmunia, seu etiam cōmunicanda inter eosdē Tho
mam ex vna parte, ⁊ dictum quondam nobilem Antonium ex
alia. Et quidem non societas tacita que scilicet contrahi dicitur
ex actibus promiscuis ⁊ socialibus. Tum quia de illis sufficien
ter non apparet: Tum quia supposito, circa preiudiciū veritatis,
quod de illis appareret: quia tamē non solum ante tempus ven-
ditionis molēdinorum ⁊ aliorum predictorū, sȝ etiam tam tem-
pore illius, ꝙ postea vixerat, viuebat ⁊ vixit nobilis quondā vir
Petrus regis, dictorum nobilium Thome ⁊ Antonii quondā
pater: ⁊ cum quo dicti eius filii moram ⁊ continuam residentiam
faciebant ipsi non essent censendi per huiuscemodi pretensos ac-
tus societatem tacite contraxisse, prout bene declarat Bal. in. l.
cum oportet. in princip. versi. quero quare fratres. C. de bo. que
lib. in. l. certum. colū. ii. C. famil. ercis. in. l. cuȝ duobus. §. per con
trarium. ff. pro soc. ⁊ in. d. l. certū. colū. ii. ver. idem dico. C. famil.
erci. Alex. de imo. in. d. l. cum oportet. in addi. ad Bald. ⁊ consil.
xlviii. exordiēte, super hesitatione de qua queritur ⁊c. colum. iiii.
ver. Quia patre viuēte non presumitur ⁊c., in primo volu. Et do.
Ias. may. in. l. i. colum. v. vel vi. versi. secundo intellige. C. qui ad
mit. ad bono. posses. vbi etiam ponit alias remissiones. Et huius
dicti bonam rationem reddit Bald. in. d. l. cum oportet. scilicet
quod cum in bonis que filii familias sibi acquirunt patri regula-
1 riter † acquiratur vsusfructus. d. l. cum oportet. in prin. cum suis
simi. non possunt ipsi sine filii consensu patris contrahere societa
tem. l. fi. §. filius autē. C. de bo. que libe. Non etiam apparet ex de
ductis ⁊ ꝓbatis parte dicti nobilis Thome ꝙ societas fuerit ex
presse contracta, per ⁊ inter ipsum nobileȝ Tomā, ⁊ dictū quon-
dam nobilem Antoniuȝ. Nulli enim testes parte eius producti,
vel alii de hoc deposuerunt; nec est productum aliquod instrumē
tum, per quod de societate huiusmodi appareat. Nec procedit qđ
ex aduerso pretenditur, scilicet ꝙ molendinū ⁊ alia predicta fu-
erint nō solum dicto quondam nobili Antonio sed etiam eidem
Thome vendita. Quoniā respondeo qđ istud non probat quinī
mo potius contrariū, scilicet quod illa vēdita extiterit dicto ma
theo: ⁊ hoc per publicum instrumentū venditionis de illis facte:
cui videtur potius credendum, ꝙ antonio, ⁊ Ioanni fabri, secun
do ⁊ tertio testibus parte eiusdē nobilis Thome in causa produ
ctis. Tū qȝ venditio molendini ⁊ aliorū ꝓdictorū antiqua est, seu
2 facta de antiquo. † In antiquis autē potius credēdū est instru-
mento, ꝙ testibus, vt voluerunt Iac. de rauē. ⁊ Pet. relati per
Cynus Petrus de bellaperti. in. l. in executione. colum. i. C. de
fide instru. quorum opi. sequitur idem Cyn. in. l. optimam. in. ii.
oppo. C. de contrahen. ⁊ cōmit. stipu. Et idem voluit Iaco. Bu.
⁊ post eū Floria. in. l. census. ff. de proba. ad quod facit. l. hac con
sultissima. §. at cum humana fragilitas. C. qui testamē. face. pos.
Tum ⁊ quia dicti An. ⁊ Io. fabri nō vidētur esse testes omni ex
ceptione maiores qđ tū requirit ad hoc vt testes, ⁊ signāter duo,
reprobent publicum instrumētū, vt colligitur ex iis que habētur
in. d. l. optimam. ⁊ quod not. gl. in. §. itē verborū. instit. de inutili
stipu. ⁊ in. c. tertio loco. de proba. ⁊ que not. doct. in. l. i. §. si quis
neget. ff. quēmadmo. testamē. ape. in. d. l. in exercendis. C. de fide
instr. ⁊ in. c. cū Ioan. eremita. de fide instru. nec hoc sufficit: sed
vt colligit Ange. ex doctrina Bar. in. d. §. si quis neget. opus est
quod de hoc articuletur ⁊ probetur. Dicit enim Ang. dans do-
ctrinam generalem, qđ vbicūqȝ optima opinio testium est causa
inductiua plene probationis, que alias plena nō esset; ibi est arti-
culandū ⁊ probandū de optima opinione. Hanc doctrinā refert ⁊
sequitur Bar. vero. cōsi. lviii. col. penul. ver. ⁊c. postremo dico ⁊c.
ibi, ⁊ ꝓ hoc allego qđ not. dicit Ang. ⁊ Alex. de imo. cōsi. lxxxii.
exor. in causa vertente inter Petrū ⁊ Ioan. de dociis. ⁊c. col. iii.
ver. Item modo cōstat dictos testes esse graues, in primo volu.
Et And. Barba. consi. xlv. colū. ii. ver. ⁊ plus dicit An. ⁊c. in pri
ma parte. Quod aūt dicti Ant. ⁊ Ioā. nō sunt omni exceptione
maiores, hoc colligitur ex iis que deposuerunt super secūdo ⁊ ter
tio articulis libelli, dicti nobilis Thome sup quib⁹ interrogati
dixerūt ⁊ respōderūt cōtēta in eis esse vera: qui tamē, ⁊ signanter
cōtēta in secundo nesciuerūt, nec scire potuerunt. Dicit enim in
secūdo habita relatiōe ad primū qđ anno do. M. cccclxxvi. ⁊ de
mēse augusti, ac añ ⁊ post, dicti Thomas ⁊ Ant. manētes in cōi
casa ⁊ domo habebāt inter se idē velle ⁊ nolle. Cū enī voluntas ⁊
noluntas sint in ipsa anima: ⁊ act⁹ qui ꝑ nullū sensum corporeum
possunt cognosci, quinimmo nec per aliuȝ hominē ab illo cuius est
3 volūtas aut nolūtas: qȝ vt dicit propheta, † Inscrutabile est cor
hominis: quomodo potuerunt dicti Ant. ⁊ Ioan. cognoscere ꝙ
dicti nobiles Thomas ⁊ Antonius habuerint predictis tem-
poribus idem nolle? Profecto nullo modo, nisi deus reuelasset.
Quo fit vt fuerint ⁊ sint Ant. ⁊ Ioan. suspecti de falso: sicut dici
solet de teste deponēte ꝑ negatiua vaga, seu nō coarctata: de quo
dicitur, qđ cum negatiua huiusmodi nō ꝑceptibilis aliquo sensu
corporis, est ꝓsumptio cōtra testē. iii. q. ix. testis. ⁊. l. testium. C. de
testib. Et hoc videt voluisse Bald. in. c. si quis ꝑ triginta. titu. si
de feu. fue. cōtro. inter do. ⁊ agn. ⁊ sic dȝ intelligi glos. in. l. i. §. i. ff.
siti. actuqȝ pri. Et dt Bal. i loco ꝓdicto, ꝙ testis asserēs negati
uā est suspect⁹ de falso. Et idē Panor. in. c. cum ecclesia sutrina.
col. sexta, de cau. posses. ⁊ ꝓprie. Qđ si ꝓcedit in teste deponente
sup negatiua vaga vel non coarctata tpe ⁊ loco: ⁊ sic improbabi
li: multo fortius vel nō min⁹ ꝓcedere debet in casu nostro: in quo
vt dixit testes predicti tētarūt deponere eo qđ nullo modo scire
potuerūt. Preterea quōmodo scire potuerūt ꝙ dicti Thomas ⁊
Anto. ꝓdictis tēporibus more sociali cōmuniter deputauerint ⁊
communicauerint omnia ipsorū lucra, ꝯmoda ⁊ incōmoda? pro-
fecto nō video. Non enī fuerūt nec esse potuerūt predictis tēpori
bus ⁊ ꝯtinue, vt videre potuerint tā de nocte ꝙ de die ⁊ oīum ho
ra lucra ⁊ cōmoda ⁊ incōmoda dictorum nobiliū Thome ⁊ An.
⁊ quomodo illi ⁊ sibi vicissim ⁊ mutuo cōmunicauerint. Nō enī
puto qđ cū dictus nobilis Antoni⁹ sequeret guerras, seu arma-
tas, ⁊ eēt in seruitio principis, ⁊ dictus Thomas maneret in op-
pido seu castro monthinademarii, ⁊ cū patre qđ dicti duo testes
fuerint cōtinue cū eisdē nobilibus Thoma ⁊ Anto. in locis di-
uersis ac multū semotis, ⁊ in diuersis exercitiis existentibus. Et
ita patet qđ dicti testes nō sunt graues, sȝ multū leues nec omni
exceptione maiores: ⁊ sic non optime opinionis. Duo ergo ob-
stant. Primū qđ nō sunt omni exceptione maiores. Scđm ꝙ nō
fuit articulatū ⁊ facta ꝓbatio de hoc, scȝ qȝ sint optime opiniōis
vl' omni exceptiōe maiores. Addo qđ dictū instrumētū, quaten⁹
in eo dicit pecuniā fuisse numeratā ꝑ dictū quondā nobileȝ Ant.
videtur cōtinere verisimiliora, ꝙ dicti pretensi testes quatenus
dicūt quod dictus nobilis Thomas numerauit ⁊ dedit florenos
quinquaginta de pretio, ꝓ eo qȝ licet etiaȝ idē Anto. esset filius-
familias: tamen apparet euȝ fuisse lucratū ⁊ acquisiuisse in guer-
ris, ⁊ in seruitio principis. hoc autem nō apparet de dicto nobili
Thoma, scilicet qđ haberet pecunias vel bona seu eēt aliquā indu
striā aut illas acqrēdū: ⁊ ita nō est verisimile eū habuisse illā pecu
niā per ea que ponunt scribentes in. l. cū oportet. in prin. C. de bo.
q̃ libe. Nec facit ꝓ eodē Thoma quoddā pretēsum instrumētum
asserte inuestiture de molēdino ⁊ aliis predictis facte. Tū qȝ pro
tocolum illius nō est mūdum, sed in multis passib⁹ etiā suspectis
cancellatū seu inductū, ⁊ deinde superscriptū, ⁊ de litera recētiora
que faciūt vacillare dictum pretēsum instrumentū, prout scripsit
egregius vir domin⁹ Petrus liseux iuriū licentiat⁹ egregi⁹. Tū
etiā quia esto quod illud fuerit per magistruȝ Iacobum cunelli
subscriptum: non tamen vt opinor fuit subsignatum, quod fieri
debuit, quia quemadmodum ad validitatem publici instrumen
ti requiritur quod notarius illud suo signo subsignet. l. finali. C.
de asses. ⁊ quod not. gl. in authen. de instru. caute. ⁊ fide. §. opor-
tet. colla. vi. ⁊ in. §. item lex cornelia. instit. de publi. iud. ⁊ Spec.
tit. de instru. edit. §. instrumentū. versi. item quod nō est signatū,
cañ. communiter in. c. i. de fide instrumen. ⁊ alii in aliis locis ita
etiam debet de iure protocolum esse signatum signo notarii: qȝ
4 protocolum † seu Scheda debet habere ea omnia que pro sui
substantia habere debet instrumentum, vt colligitur ex eo quod
voluit Ioan. and. in addi. Specu. tit. de instrumē. edi. §. videndū
restat. ver. ⁊ nota quod rabellio, in addi. exordien. vbi hoc notat
Et in specie dicit Bal. in. l. lucius. in princip. ff. de testamen. mili.
quod imbreuiatura notarii non facit fidem. Pro quo allegat. d.
§. opportet. ⁊. d. l. fin. C. de assesso. ⁊. l. decernimus. C. de aque duc.
libro. xi. cum concordantiis. Et quod in protocolo requiritur si-
gnum notarii, voluit etiam dominus Felyn. in. d. c. i. col. v. versi.
Et idem in protocolo: vbi etiam refert ⁊ affirmat ꝙ idipsum vo-
luit Bal. in. d. l. lucius. in princ. ff. de testamen. mili. ⁊ sensit in. l.
contractus. col. iii. de fi. instru. ⁊ in. l. eo ꝙ a multis. in princi. C. si
cert. peta. Alex. de imo. cōsi. cliii. exor. Videtur prima considera-
tione dicendū ⁊c. col. iii. Et Philip. de cor. consi. lxx. exordiente,
duo veniunt principaliter inuestigāda. col. i. ver. ex protocolo ⁊c.
in quarto volu. Vbi dicit ꝙ protocolum non habens solennitatē
5 signi † non probat: ⁊ ꝙ instrumentum inde extractum non facit
fidem

fidem tanq̄ ex infecta radice causatum. Quod etiam voluit Petrus de Ancha. consi. ccccxxxij. exordiente, Premissa sine allegationibus in facto narrato ⁊c. Sunt ⁊ alia multa facientia ad impugnationē pretense probationis intentionis dicti nobilis Thome: de quibus plenius scripsit dictus dominus Petrus lisieux.

Preterea supposito citra preiudicium veritatis, quod premissa omnia cessarent: quia tamē dictus quondam nobilis Petrus regis, pater dictorum nobiliũ Thome ⁊ Antonij, in suo vltimo ⁊ nuncupatiuo testamento, in quo dictos nobiles Thomam ⁊ Antonium ⁊ alium eorum fratrem heredes vniuersales instituit, prohibuit eisdem Thome ⁊ alteri ne quid peterent in. d. molendino ⁊ alijs, ⁊ eos de hoc grauauit: non videtur idem nobilis Thomas posse contrauenire. Tum quia quemadmodum testator potest legare rem suã proprius: ita ⁊ rem heredis sui. l. vnum ex familia. §. si rem. cum suis simili. ff. de leg. ij. Tum ⁊ quia non est eidem Thome licitũ venire contra prohibitionem seu factum patris. l. que a patre. C. de restitu. militum. l. venditrici. C. de rebus alienis non alienandis. l. ij. C. si quid in fraudem patrono. ⁊. l. si creditoribus. C. de seruo pignori da. manumis.

1 Existimo quod premissis obstantibus possit ille Caius iniuriam passus dare libellum iniuriarum: quia quod sub eodem tecto fuerint ipse ⁊ ille qui iniuriam intulit pransi, quamuis in diuersis mensis: hoc non fuit proprio motu: sed propter honestatem illius confraternitatis: ⁊ quia non videbatur honestum quod ipse Caius recederet. Pro quo allegasse sufficiat id quod not. Joan. fabri in. §. hec actio. ⁊ qđ ibi Ange. Areti. instit. de iniurijs. vbi dicunt text. id de quo ibi procedere, quando motu proprio fit id de quo ibi. secus enim si ambo essent inuitati ad festum, ⁊ forte positi ad vnam mēsam, vel simul: quia tunc non crederem, vt dicunt, propterea factam reconciliationem, ⁊ sic iniuriam remissam: qr ꝙ sic in eadem mēsa vel simul fuerint ⁊ comederint contingit ex quadam honestatis ratione. Puto igitur, vt predixi, si alia non subsint, eundē Caiũ posse agere ⁊ experiri actiōe iniuriarũ cōtra dictũ Titiũ. Que dixerim ⁊c.

1 ☞ Binuba mulier quidquid plus relinquit secundo marito, q̄ filijs primi matrimonij, applicatur ipsis filijs.

¶ Epitome.

¶ Verbum ⁊ suos, quamuis patriam inferat potestatem: verificatur tñ in muliere, que liberos in potestate non habet. V. F.

¶ De verb. signifi. Consil. cj.

Redierunt ad me Petrus ⁊ Durandus Bisquarelli, filij quōdam naturales ⁊ legitimi Ludouice amblarde, cum copijs duorum vltimorum ⁊ nuncupatiuorum testamentorum. Unius scilicet prouidi quōdam viri Gulielmi fornerij, loci castri noui, conditi anno domini. M. ccclvij. ⁊ die nona mensis Decembris, ⁊ alterius honeste quondā mulieris Ludouice amblarde matris dictorum Petri ⁊ Durandi bisquarelli, conditi anno dñi. M. cccclxxxvij. ⁊ die. xix. mensis Octobris: vna cum iurium allegationibus alias per me factis, ⁊ subinsertis iurium allegationibus factis per egregiũ virum dominum Petrum de Saronis, iurium professorem eximiũ. Quibus omnibus visis ⁊ recensitis dico ⁊ respondeo prout alias responderam: hoc adiecto quod cum testamentaria dispositio dicti quondam Guilelmi, secũdum qđ refertur in copia superius mentionata, proferatur in prima persona verbuz suos, positum in testamento eiusdem quondam Gulielmi: ⁊ in institutione seu substitutione per eum facta de dicta Ludouica ⁊ suis eo casu quo eadem Ludouica pregnans esset, debuit ⁊ debet intelligi non de suis dicti quondam Gulielmi: sed de suis eiusdem Ludouice: vt not. Barto. ⁊ Joan. rey. in locis per dictum do. de Sarronis opportune allegatis. Ad qđ facit qđ voluit Joan. de imo. in. c. iudicante. col. vij. de testamentis. censetur igitur dictus Gulielmus instituisse aut substituisse prefatam Ludouicam ⁊ liberos eiusdē Ludouice. s. dictos Petrum ⁊ Durandum, ⁊ eos inuitasse ad sui ipsius successionem, ⁊ vt sibi non ordine successiuo, sed simul succederent propter coniunctionem copulatiuā ⁊c. Pro quo allegasse sufficiat nota. per omnes scribētes in. l. gallus. §. quidam recte. ff. de libe. ⁊ posthu. ⁊ hoc nō habet dubium in hoc casu: in quo inter personas inuitatas non caderet ordo naturalis, ⁊ ordinate affectionis. Cum etiam eo casu quo cadit ordo affectionis ⁊ charitatis, obsoletus tamē a ratione seu necessitate debiti naturalis, censeantur persone inuitate non ordine successiuo, sed simul. c. raynutius. versic. vt Alterocha ⁊ soboles quam gestabat in vtero, ⁊ qđ ibi doct. de testamen. Et qđ not. doct. magis cōmuniter contra Bart. in. l. gallus. §. quidam recte. ff. de libe. ⁊ posthu. Jo. de imo in. l. heredes mei. §. cum ita. col. ix. ff. ad trebel. Et matth. de materel. singulari. clviij. versic. not. si ascendens. Et fuerunt inuitati Ludouica, Petrus ⁊ Durandus prefati: dicta videlicet Ludouica pro dimidia parte ⁊ dicti Petrus ⁊ Durandus pro alia dimidia parte. l. interdum. in princip. ff. de libe. ⁊ posthu. Nisi forte quis aduersus predicta dicat ⁊ contendat, qđ immo non videant̄ dicti Petrus ⁊ Durandus fuisse inuitati per illud verbũ ⁊ suos: quia certum est qđ mulieres non habent liberos in potestate. §. femine. cum suis similibus. instit. de adopt. Sed hoc non obstat Quoniam respondeo ꝙ illud verbum ⁊ suos, nō est ita stricte accipiendum in dicto testamento prout accipitur in dicto. §. femine. qr plerunq; testatores de tam subtili interpretatione non cogitant. l. non aliter. ff. de lega. iij. sed debet intelligi de venientibus ⁊ ab intestato successuris ipsi Ludouice secundum gradus prerogatiuam. arg. eius quod not. gl. in. l. si femina. C. ad turpil. in. l. ij. versi. eorum. ff. de accusa. ⁊. l. j. §. in verbo. ff. ad legem corn. de sicarijs. Quod etiam voluit Paul. de castr. consi. ccclin. exordiente, Uisis omnibus punctis ⁊c. versi. sed respondeo. ⁊ Andre. Barba. consil. xxviij. in secunda parte. Debuerunt igitur in vim substitutionis superius mētionate dicti Petrus Durandus habere dimidiam partem bonorum dicti quondam Gulielmi. De alia vero dimidia parte eorundem bonorum, ⁊ de alijs bonis eiusdem Ludouice aliunde ad eam peruētis vel sibi acquisitis debēt habere de quinq; partibus quatuor partes: pro eo quia ista Ludouica non potuit plus relinquere eius secundo viro, vel liberis suis, siue ex ea eius vxore ⁊ binuba, siue ex alia vxore susceptis, plusq̄ vni ex dictis Petro ⁊ Durando primi matrimonij liberis

1 ⁊ qđ plus illis relinquit videt̄ debere applicari † ipsis liberis primi matrimonij, per ea que alias dixi: que videri possunt. Et quidem de secũdo viro hoc certum est, per id quod habetur in. l. hac edictali. ff. de secun. nupt. ⁊ aut. de nup. §. optime. collatione. iiij. De liberis vero ipsius secũdi viri etiam apparet per ea que alias dixi: ad que remisisse sufficiat. Cum igitur predicta Ludouica censeatur instituisse quinq; liberos suos, dictos videlicet Petrum ⁊ Durandum ex dicto matrimonio, ⁊ alios tres ex prouido viro Odoardo eius secũdo viro ⁊ ex alia vxore per eum susceptos: ⁊ sic quemlibet in quinta parte dicte medietatis, ⁊ aliorum bonorum per ipsam Ludouicam aliunde quesitorum, debent ipsi tres liberi reduci ad quintam partem: ⁊ sic dumtaxat tantum habere possunt ipsi tres, quantum fuerat relictum vni ex liberis primi matrimonij, ⁊ nō vltra, per ea que predixi. Quinimo nec videntur posse tantum habere propter vsumfructum dicto Odoardo patri relictum: vt al's dixi, qui ab initio habito respectu ad ipsius etatem poterat taxari: iuxta theoricam que ponitur in. l. hereditatem. ff. ad legem falcidiam. Sed vt audio ille post mortem dicte quondam Ludouice vixit decez annis vel circa, ⁊ deinde mortuus est: ⁊ sic videtur ꝙ fructus durantibus illis annis per eundem percepti in vim iuris vsusfructus deberent moderari ⁊ taxari: ⁊ tanto minus debet de dicta quinta parte dictis eius liberis adiudicari ⁊ residuum vel tradi vel dimitti dictis Petro ⁊ Durando. Que dixerim breuiter ⁊c.

1 ☞ Prohibitio alienationis bonorum facta sine causa non valet.

¶ De legatis. Consi. cij.

Prohibitio alienationis, quā in suo vltimo ⁊ nuncupatiuo testamento fecisse legitur honesta quondam mulier Bartholomea Baudele, relicta Michaelis roberti alias Bergere de arelate, vt pote facta sine adiectione cause prohibitionis huiusmodi, fuit nulla. l. filiusfamilias. §. diui. ⁊ qđ ibi doct. ff. de leg. j. Propter qđ quāuis honesta mulier Guigona, altera ex neptibus ⁊ vniuersalibus heredibus eiusdem quōdam Bartho. testatricis, dicatur alienasse aliqua ex bonis ipsius quondam Bartho. alienari prohibitis: ⁊ sic contrauenisse prohibitioni facte per ipsam Bartholo. potest nihilominus ipsa Guigona in vim substitutionis facte per dictam Bartholo. petere vniuersale fideicommissum sibi relictum: de quo tamē poterit dictus Uillatele detrahere duas quartas, scilicet legitimaz ⁊ trebellianicam, iuxta theoricam quam ponit glo. Bart. ⁊ doct. in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. Glo. ⁊ Bart. in. l. quāquam. C. ad legem falcid. pro quo sunt boni text. in. c. raynutius. ⁊. c. Raynal. de testa. Et cũ eidem quondam Barth. superfuerint tres neptes: haruz omniũ legitima fuit triens, seu tertia pars bonorũ dicte quondā Bartho. eorum scz que superfuerunt deducto ere alieno ⁊ funeris impensa, equis partibus inter eas

dem neptes diuidenda, aut. de trien. ⁊ semil. §. j. col. iij. ⁊ transsum priue in aut. nouissima. C. de inoff. test. iuxta. d. l. papinianꝰ. §. quarta autē. ⁊ sic legitima dicte Baudele neptis fuit nona pars p̄dictorum bonorum: que primo detrahi debet: iuxta theoricam glo. in. d. c. raynaldus. super verbo, licet ipsas. de testa. Et Joan. de imo. in. l. coheredi. §. cū filie. ff. de vulga. ⁊ pupilla. Trebellianica vero est quarta pars residui: in quam tamen debent inputari fructus per eandem Baudelam percepti. l. in fideicommissariam. in prin. ⁊ qd̄ ibi scribentes. ff. ad trebel. ⁊. l. iubemus. a contrario sensu. C. eo. titu. Que dixerim breuiter, ⁊c.

1 ☞ Substitutio facta de nepote continēs etiam tacitam pupillarem dicitur non valere: quia illa nō admittitur cōtra matrē posthumum parientem.

¶ De impube. Consi. ciij.



Quamuis substitutio quam fecisse legitur probus quondam vir Gabriel gueydonis, de honesto viro Claudio gueydonis eius nepote, comprehenderet ⁊ continueret etiā tacitā pupillarē. l. precibꝰ. C. de impub. ⁊ alijs substit. ⁊. l. fin. C. de instit. ⁊ substitu. q̄r tñ illa non admittitur contra matrem non potest dictus in vim pupillaris substitutionis petere bona ⁊ hereditatem dicti quondam Gabrielis, Catharina dicti Gabrielis relicta adhuc superstit: ⁊ que post mortem illius d̄r posthumum aut posthumam peperisse. Verū cum dicti Claudij, interesse posthumum aut posthumam nō nasci, debebat predicta Catharina post mortem dicti Gabrielis eiꝰ quōdam viri, ⁊ cum adhuc pregnas esset, eidem Claudio, vel eiꝰ procuratori denunciare se esse pregnātem, ⁊ alias facere de quibus in. l. j. §. de inspiciendo ventre. ⁊ multis seq. ff. de ventre inspi. ⁊ quod habetur in. d. l. j. §. sz ⁊ si seruus. ⁊. l. qui ventri. ⁊. l. fi. ff. eo. titu. Que si non obseruauerit, videtur sibi preiudicasse, ar. eius qd̄ habetur in. d. l. j. ver. si cui ⁊c. nisi forte rusticitas vel simplicitas eiusdem Catharine eam tueatur. d. l. j. §. fi. Et saltez videret quo ad hoc sibi preiudicasse, vt astrictius ⁊ apertius probare teneat se posthumum aut posthumam peperisse, q̄ teneretur si predicta obseruasset. Et ita mihi videtur, salua pleniore deliberatione cū occurrerit maior opportunitas.

¶ Epitome

¶ Legatarius quāuis propria autoritate rei legate possessionē apprehenderit, interdū tm̄ nō perdit propterea legatū. V. F.

¶ De lega. Consi. ciiij.



Quamuis legatariꝰ nō debeat regulariter apprehendere possessionem rei sibi legate sine autoritate vel consensu heredis vel nisi habuerit licentiā a defuncto: si tamē illam apprehenderit ante aditionem hereditatis, vel etiam post aditionem, ante tamen q̄ heres apprehenderit realem possessionem rei legate: nō incurrit ipse legatarius aliquam penam: nec potest ab eo legatuz repeti nisi eo casu quo imminet falcidia. Pro quibus allegasse sufficiat no. per scribentes in. l. nō est dubium. C. de lega. ⁊ qd̄ habetur in. l. j. §. rediguntur. ff. quorum lega. Quo fit vt cum dictus Andreas possessionem legatorum sibi relictorum per prouidum quondam virum Gabrielem gueydonis apprehenderit, non solum ante apprehensionem possessionis dictorum legatorum sed etiam ante aditionem hereditatis, immo ⁊ ante natiuitatem pretēsi heredis: nō potest dici ipse Andreas in penā incidisse, nec possunt legata huiusmodi sub colore imminētis falcidie ab eo recuperari vel repeti: cū vt audio hr̄ditas dicti quōdā Gabrielis fuerit ⁊ sit opulēta. ⁊ valoris mille scutorū, vel circa: oia vero legata p eū relicta nō ascēdūt ad florenos, sexcētos vel saltē nō ascēdūt ad valorē florenorū duorū miliū vel vt verū dicā, nō excedūt dodrātē, seu nouē vncias: ⁊ sic nō sumus in casu. d. l. j. §. rediguntur. Propter qd̄ male mouet honesta mulier Catharina relicta predicti Gabri. ⁊ pretēsa eius heres, quatenus repetere nititur ab eodē Andr. legata prementionata, quasi eoruz possessionez acceperit sine ipsius Catherine, aut eiusdem quōdā pretensi posthumi aut posthume eiusdem q̄ Gabrielis consensu.

1 ☞ Testator relinquēs tutorē filijs suis potest eū liberare a restitutione reliquorum vel illa sibi legare.

2 Culpa lata non pertinet ad scrupulosam inquisitionem, quia de facili apparet.

3 Curator dari nō potest in testamento: tamen si per patrem datur sine difficultate confirmatur.

¶ Epitome.

¶ Confirmata mater in curatricem, non temere vel facile aufert

¶ Similia multa extant Bertrādi Respōsa, sz nō eadē V. F.

¶ De confirman. tut. Consil. cvj.



Ex themate mihi exhibite consultationis nobilis ⁊ honeste mulieris dn̄e Margarete claperie eliciūtur duo dubia, ad que respondeo prout infra.

¶ Et veniendo ad primū videtur prima facie quod attentis verbis testamenti nobilis quondam ⁊ honorabilis viri Bertrandi proceleti, ipsa nobilis Margareta, tutrix testamentaria relicta, fuerit omnimo releuata ab onere reddende rationis tutelaris administrationis sibi relicte, ⁊ consignatiōis reliquorum: ⁊ hoc eo casu quo ipsa seruabit vitam vidualem: insuper ⁊ eo casu quo ipsa secundo nuberet, ⁊ ageretur de reddenda ratione ⁊ reliquis consignandis non nobilibus Ludouico ⁊ Honorato, liberis heredibus institutis: sed eorum substitutis. Hoc enim videtur aperte voluisse dictus quondam nobilis testator: cuius dispositionis ⁊ voluntatis verba sequuntur. Item sciens ⁊ attendens ipsos liberos meos fore in etate pupillari cōstitutos ⁊ cetera. Per hec enim verba videtur clare apparere, quod ipse testator eandem nobilem Margaretam in predictis casibus liberauerit seu releuauerit a reddenda ratione sue administrationis, ⁊ a consignatione seu restitutione reliquorum, si que forsan futura sint penes eam tēpore faciende administrationis. Et hec videtur potuisse facere dictus nobilis Bertrandus. Quod autē dictus nobilis Bertradus liberare aut releuare potuerit ipsam nobilem Margaretam a ratione reddenda videtur probari in. l. cum necessitatem. C. de fideicom. vbi dicit text. Cum necessitatē reddende rationis defunctus remittendam tibi esse petierit: manifesti iuris est voluntatem defuncti immutatam esse debere. Et idem videtur probari in. l. aurelio. §. caius. ff. de libera. lega. Et quod ipsam nobilem Margaretam releuare potuerit a reliquorum cōsignatione seu restitutione, ⁊ illa sibi legare, videtur probari in. l. si quis rationes. ff. de libe. lega. ⁊. l. quidam decedens. in prin. ibi, damnum vero. ff. de admi. tuto. multa que non refero favore brevitatis [?] ad hoc inducit Andr. Barba. consilio. iiij. in quarta parte, Alexander de imola consilio. clxiiij. exordiente, Presupposito primo circa consultationem premissam et cetera. columna prima, in. v. vol. dominus Bartho. soci. consil. cclxxxij. exordiēte, In presenti consultatione ⁊ cetera. columna. vj. vel his p̄suppositis capio duas opiniones. in. ij. parte. In quibus locis inducuntur multa ⁊ magna fundamenta per Alexandrū ⁊ Bartho. soci.

1 ad ostendendum quod testator † relinquens tutorem liberis suis possit eum liberare restitutiōe seu p̄statione quorūcunq̄ reliquorū, vel illa sibi legare. Sz his nō obstātibꝰ existimo q̄ dicta nobilis margareta, siue seruet vitam viduale, siue nō, tenebitur rōnē reddere de p eā administratis, ⁊ neglectis. ⁊ si reddita rōne apparuerit eā esse debitricē rōne doli circa administrationem cōmissi ipsa poterit ad hoc cōdemnari, ⁊ cōdēnata cogi ad p̄statione illiꝰ in quo iuste cōdēnata extiterit. Et idē dico de culpa lata, scz qd̄ si p rationē reddendā apparuerit q̄ circa administrationē culpam lataz cōmiserit, aut p eā dictos liberos dānificauerit, poterit eadē nobilis margareta ex hac cā condemnari, ⁊ iuste condēnata ⁊ cogi. Tenebitur etiā ipsa nobilis margareta ad cōsignationē seu prestationē reliquorū, non obstante remissione seu liberatiōe aut legato de reliquis hmōi sibi facto. Primū pbat: q̄r p̄supposito qd̄ dictus quondā nobils Bertrandus procleti dici posse p xba superius inserta remisisse etiam futurum dolū circa dictā administratiōez fortasse cōmittendā, illa remissio nō valuisset. d. l. quidā decedens. in prin. vbi etiā hoc voluit Dy. ⁊ Barto. ff. de administra. tuto. ⁊. l. si seruus vetitus. vbi etiaz voluit Jo. de imo. ff. de lega. j. Hoc etiā, scz q̄ dolus futurꝰ circa administrationē remitti nō possit, sensit gl. vbi etiā Bar. ⁊ doc. in. l. actiōe. C. de transact. Hoc etiā voluit gl. Bal. Saly. ⁊ Phil. d corn. in. d. l. cuz necessitatē. Hoc etiā voluit Bar. in. d. l. aurelio. §. caius. ff. de libe. leg. hoc etiā voluit Pe. de bella per. relatꝰ per Saly. in. d. l. cū necessitatez. Jo. ferrari. in sua practica ti. p libel. ad cōpel. quē vt reddat rōnez administ. tutele. sup xbo, analogistam. ⁊ sine inuētarij cōfectiōe, Ang. aret. in Insti. de §. actionū in materia tutele. ver. vicesimo quinto quero. Pro hac parte cōsuluit actio. ⁊ domi. Jas. in. d. l. actione. col. fi. Pro hac parte cōsuluit Signo. de homod. consi. cix. exordien. in qōnibus p̄missis presentibus interclusis ⁊c. ⁊ consi. seq. Ang. con. clxxj. exordien. Filius hugerius alias, Circa primum quesitum videretur de iure dicendum ⁊c. Pet. de ancha. consi. cxvij. exord. casus talis ē pater hñs quinq̄ filios. Pau. de ca. consi. ccclxxi. exordiē. ad primum quesitum respondetur q̄ non obstante dicta liberatione. Jo. de ana. cōsi. lxxx. exordiēt. Visis ⁊ intellectis his que in themate, Fulgo. consi. xxv. exordien. spectabilis miles dn̄s Scipio. ⁊c. Andreas Barbatias in. d. consilio. iiij. col. vij. versic. Circa primum punctum

ctum videt de iure dicēdū, ⁊ Fran. cur. cōsil. lxvj. Et idem voluit
Andr. Barba. in alio suo consi. qd̄ est inter consilia Fran. de cur.
lxvj. exordiēs, sapienter optimus predixit psalmista loquebar in-
quit de testimonijs tuis ⁊c. col. vij. ver. capio secundū articulum.
¶ Pro hac opinione vltra iura supra allegata allegantur multa
alia iura, ⁊ multe rationes, quas referre prolixum esset. Et q2 hec
est opinio cōis, nō est ab ea in consulendo vel iudicando receden
dū. l. j. ver. crebrior apud veteres opinio. ff. de offic. questo. in no-
uis. ⁊ Anto. de but. de verb. sig. ⁊. c. de indicijs. iij. q. iij. ⁊ qd̄ not.
Hostien. Jo. an. ⁊ doc. cōiter in. c. j. de cōsti. Secūdū, sc3 ꝙ dicta
nobilis Margareta poterit condēnari propter culpā latā, si eā cō
miserit vel cōmittat circa administrationem sibi cōmissam, ⁊ iu-
ste condemnata exigi, probatur pro eo quia cum lata culpa equi-
paretur dolo. l. quod nerua. ⁊ quod ibi Bart. ⁊ docto. ff. de depo.
quemadmodum non obstante reseruatione a reddendis rationi-
bus ⁊ a reliquorum prestatione tenetur tutor de dolo, si eum com
miserit aut committat: ita ⁊ de lata culpa, que vt dixi illi equipa-
ratur: qd̄ etiam voluit Ange. consi. cxl. exordiente, Reuocatur in
dubium viso testamēto ⁊c. alias incipit, ad primum dico. Et idē
voluit Sali. ⁊ Philip. de cor. in. d. l. cum necessitatem. Joan. de
imo. in allegata. l. si seruus vetitus. Jo. de ana. in. d. consil. lxxx. ⁊
Ang. aret. in. d. §. actionum. in materia tutele, ver. vicesimoquin
to quero ⁊c. Et hec est etiam communis opinio: ⁊ pro qua optime
facit. d. l. si seruus vetitus. ff. de lega. j. per quam probatur qd̄ per
releuationem seu liberationem a reddendis rationibus cōsequi-
tur quis vt contra eum non fiat scrupulosa inquisitio: ea scilicet,
vt dicit Philip. de cor. in. d. l. cum necessitatem. que non potest
apparere nisi propter subtilitatem iudicis: sicut est culpa leuissi-
2 ma ⁊ leuis: † lata autem culpa non pertinet ad scrupulosam in-
quisitionē: q2 de facili apparet. Venio ad tertiū: super quo dico
esse opiniones. Dyn. enim in quodam suo consi. exordiente, Bo-
nellus notarius. ⁊ in. d. l. quidam decedens, in addi. ⁊ Ray. de
forliuio in. d. l. si quis rationes. videntur tenere qd̄ licet dolus de
futuro non possit expresse ⁊ directo remitti futuro administrato
ri: potest tamen remitti per indirectum, scilicet hoc modo. Testa
tor ordinat in testamento tutores vel curatores filijs suis, ⁊ man-
dat qd̄ finita tutela vel cura non possit ab eis exigi aliqua ratio
administrationis: ⁊ si contingeret quod ab eis exigeretur ratio, ⁊
propter hoc condemnarentur, exnunc testator tantum legat de
bonis suis proprijs, quantum est illud, in quo fuerint condemna-
ti ratione tutele vel cure administrate, vel occasiōe reliquorum.
Isto enim modo secundum eos veniret etiam illud qd̄ exigi po-
terit ratione doli de futuro. Sed cōtraria opinio videtur verior.
d. l. quidam decedens. ⁊. l. si seruus vetitus, ⁊ quod habetur in. l. si
vnus. §. illud. ff. de pac. Per que iura probatur qd̄ dolus futurus
remitti non possit: ⁊ consequenter qd̄ non possit remitti reliquo-
rum prestatio: q2 eoipso qd̄ quis reliqua non restituit, seu prestat,
saltem tunc dicitur esse in dolo, seu dolum committere. l. si procu
ratorem. §. fina. ⁊ quod ibi gloss. C. manda. ⁊ qd̄ not. Joannes de
imo. in dicta. l. si seruus. Ange. in dicto. §. actionum. ⁊ alij in alijs
locis. Et pro hac opinio. consuluit Signor. de homod. in dicto
consil. cix. ⁊ consi. cx. quem sequitur. referens se etiam pro eo con-
suluisse. Saly. in dicta. l. cum necessitatem. Pro eo etiam con-
suluerunt Pet. de ancha. Paul. de cast. Jo. de ana. Raph. ful-
go. ⁊ And. barba. in dictis consi. ⁊ sequitur Jo. ferra. vbi supra.
Ang. are. in. d. ver. vigesimoquinto quero. ⁊ do. Jason may. in. d.
l. actione. colum. fi. ⁊ Fran. de crema, consilio exordiēte, prefatos
tutores sponte ⁊ libere ⁊c. alias, serenissimus ⁊ christianissimus
imperator: quod est. lxij. inter consi. Alex. de imo. in quarto volu.
Pro hoc dicto ponit quinq3 rationes Salyce. in. d. l. cum neces-
sitatem, quas refert Jo. de ana. in dicto cōsi. lxxx. ⁊ And. barba.
in consilijs superius allegatis. Cum hac opin. quo ad casum. no-
strum, in quo non sunt damnati heredes de liberando dictam no
bilem Margaretam a reliquorum prestatione, qd̄ est plus: s3 fuit
ipsa per dictum nobilem Bertrandum testatorem liberata, vel
eidem liberatio reliquorum huiusmodi relicta, quod est minus,
videtur transire Ange. in dicto consi. cxl. ⁊ consi. clxxj. Et q2 hec
opinio est communis, non esset tutum vt predixi ab ea discedere
in consulendo vel iudicando: etiam si essemus in casu, in quo lo-
quuntur Dy. ⁊ Ray. superius allegati, ⁊ Bartho. soc. in. d. con-
silio. cclij. Ex quibus patet responsio ad primum quesitum, scili-
cet qd̄ dicta nobilis Margareta, non obstante testamentaria dis
positione dicti nobilis Bertrandi, de qua supra, cogi poterit non
solum per dictos liberos, nubat vel non nubat: sed etiam per
substitutos, si casus substitutionis contingeret, quod deus auer-
tat, reddere rationem, ⁊ reliqua restituere. Est tamen verum qd̄
ratione dicte dispositionis censeretur, vt dixi, releuata a scrupu-
losa ratione, ⁊ non teneretur de leui aut leuissima culpa, seu ne-
gligentia: ⁊ hoc operatur dicta dispositio. Et si preter eius do-
lum seu culpam latam, quod posset contingere multis modis,

vt videri potest in his que not. Ludouicus bolog. post Joan.
de anania in addi. ad dictum consi. lxxx. aliqua consumerētur vel
perderentur, ipsa nobilis Margareta non teneretur.

Ad secundū dico ⁊ respō-
deo, quod licet curator dari non possit in testamento. §. sed cura-
3 tor. ⁊ quod ibi Ange. ⁊ docto. instit. de cura. tamen curator † per
patrem datus in testamēto sine difficultate confirmatur. d. §. sed
curator. ⁊ quod ibi Ange. are. ⁊ doct. l. fi. ⁊ quod ibi glo. ⁊ docto.
C. de confirma. tuto. Propter quod puto quod si cura seu admini
stratio dicte nobilis Margarete concessa eidem confirmaretur
per iudicem: illa non posset sibi auferri per dictos liberos, nisi cau
sa subsisteret. Sed nō mihi videtur ꝙ dicta nobilis Margareta
hoc cupere debeat: attento maxime onere reddende rationis, ⁊
prestationis reliquorum.

1 ☞ Protocolum debet habere omnia ea, que pro sui substan-
tia habere debet instrumentum.
2 Fundamentum sue intentionis quilibet probare tenetur.
3 Publicianam ex contractu quemadmodum non videtur quis
habere, nisi demum sequuta traditione: ita nec videtur illam ha-
bere ex vltima voluntate.

¶ Epitome.

¶ Fideicommissum perit ⁊ extinguitur si pendente conditione
ab humanis decesserit fideicommissarius. V. F.

¶ De cadu. tollen. Consi. cvj.


Ulta sunt que facere
videntur ⁊ faciunt contra intentionem Antonij
saluati, in processu cause cepte ⁊ pendentis inde
cise per ⁊ inter eundem Antonium ex vna par-
te, honorabilem virum Petrum prele ⁊ hone-
stam mulierē Joānam eius vxorē reos ex alia. Et primo quidem
cōtra eundē Antoniū facit: q2 cū in hac pretensa scheda seu scri-
ptura asserti vltimi ⁊ nuncupatiui testamēti Joannis maleti, re-
perta nō quidē in libris aut protocolis defuncti viri magistri An-
tonij arnaudi asserti quondā notarij, sed seorsum ⁊ ad partem, ⁊ in
quodā folio papyri: fueritq3 ⁊ sit sine signo eiusdē quondam ma-
gistri Antonij arnaudi, illa non videt valuisse nec facere fidē: pro
eo q2 protocolum d3 habere omnia ea, que pro sui substantia habe
1 re debet † instrumentū: vt colligitur ex eo qd̄ voluit Jo. and. in
addi. Specu. titu. de instru. edit. §. videndum restat. versi. ⁊ nota
quod tabellio ⁊c. in addi. exordiente, vbi hoc not. accur. ⁊c. Quia
cum notarius instrumentum redigit in publicam formam, non
debet addere vel minuere aut scribere nisi prout continet in pro-
tocollo. authen. de tabellio. §. penul. colla. iiij. ⁊ in. c. cum. P. ta-
bellio. de fide instru. no. Ang. in. l. lucius. in prin. ff. de testa. mili.
vbi per illum text. voluit quod non sit standum imbreuiature no
tarij, si non est in publica forma subscripta: ⁊ subiungit, Caueant
igitur notarij ne eorum imbreuiaturas non publicatas dimit-
tant, quas publicare possent apponendo signum. Et dicit Bald.
in. d. l. lucius, qd̄ imbreuiatura notarij non facit fidem si nō sit ibi
signū tabellionis: pro quo allegat aut. de instru. caute. ⁊ fi. §. opor
tet. colla. vj. l. nemo. C. de assesso. ⁊. l. decernimus. C. de aqueduc.
lib. xj. cum concor. per eum allegatis. Et not. Bal. C. de fide in-
stru. in rubri. col. vj. ver. de tertio queritur nunquid imbreuiatu-
ra ⁊c. ⁊ quod in protocolo requiratur signum notarij voluit etia3
do. Feli. in. c. j. col. v. ver. ⁊ idem in protocolo ⁊c. de fide instru. vbi
etiam refert ⁊ affirmat quod idipsum voluit Bal. in. d. l. lucius.
in princi. Et idem sensit in. l. contractus. col. iij. C. de fide instru. ⁊
in. l. eo ꝙ multis. in princ. C. si cer. pet. Preterea cum dicta pre-
tensa scheda seu scriptura fuerit ⁊ sit barrata seu cancellata, ⁊
talis vt pretenditur reperta penes magistrum claudium arnau-
di, pretensum notarium, ac filium ⁊ pro parte heredem dicti quō-
dam magistri Antonij arnaudi, illa presumitur consulte ⁊ cum
voluntate dicti quondam Joānis maleti fuisse cancellata ⁊ bar-
rata: ⁊ sic non valere, per id qd̄ not. Jo. de imo. in. l. proxime. col.
fi. prope fi. ff. de his que in testa. delen. pro quo alleg. d. l. proxime.
qd̄ no. Bart. in. l. labeo. ⁊. l. post ꝙ. ff. de pact. Et ita secundum eū
transit Bar. in. d. l. proxime. ⁊ cum Joanne de imo. transit Alex.
de imo. in. l. si vnus. colum. iiij. versi. sed Jo. de imo. in. d. l. proxi-
me. ⁊c. C. de testa. Et hoc procedit nisi eo casu quo persona, pe-
nes quā reperta est scriptura, esset valde suspecta, ⁊ contra quam
presumeretur quod cancellationem fecisset ad sui cōmodum: ⁊ di
cit Jo. de imo. in. d. l. proxime. in fi. post Bal. in. l. j. ff. de his que
in testa. delen. quod cancellatio presumitur facta tempore condi
ti testamēti. Nō ergo valuit nec valet dicta pretensa scheda, imo
nec ipsa asserta testamentaria dispositio: vt pote illico reuocata
propter dictam cancellationem, que vt dixi presumitur consulte
facta, ⁊ cum voluntate dicti Joannis mateli. Preterea nō videt

posse negari quin dicta pretẽsa scheda sit suspecta ratione cãcellatiõis, vt colligit ex his q̃ no. Alex. de imo. in. l. si vnus. vbi etiã Philip. de cor. col. ij. illa ergo nõ pbat nisi aliter adiuuet. l. iubemus, cũ suis si. C. de proba. Uerũ quia dicta pretẽsa scheda interdũ fuit iudicialiter exhibita: que tamẽ ad postulationẽ predictorũ coniugum debet per dictũ magistrũ Claudiũ exhiberi: per id quod not. Jaco. de bellovi. aut. de tabellio. q. pen. colla. iiij. vbi allegat not. in. l. argẽtarius. in prin. z. l. pretor. §. j. ff. de eden. aut. de tabellio. §. illud. colla. iiij. z Specu. titu. de instru. edi. §. videndum restat. ver. z nota, z idem voluit Bal. in. l. fi. col. vj. C. de edẽ, z cũ fuerit exhibita, poterũt liquidius inspici z videri vitia z defectus dicte pretense note: z tunc si videbitur plenius impugnari, vel ab impugnatione desisti: z ob hoc vlterius non insisto.

2 insti. vbi probatur † quod propter contumaciam alterius nō obtemperantis nō est quis priuandus hereditate sibi relicta. Pena enim suos debet tenere autores, z non alios. l. sancimus. C. de penis. z quod no. Bal. in. l. vnica. col. ij. ver. quinto oppono. C. de his que pene no. Et vt ibi dicit Bal. regula. d. l. habet locū quando pena iuste apponitur: secus si iniuste: vt qz institutus exheredatur propter culpaz tertij. Et dicit Bal. ibi esse argumentū, quod si testator mihi fundum reliquerit, iubens patri meo quod nō me molestet: z si molestet, priuet me dicto relicto, non valet priuatio. iuxta no. in. l. lucius. §. tres heredes. ff. ad trebel. Et quamuis cōtra hoc facere videaī. l. si ita fuerit. ff. de manumiss. testa. vbi potest vnus priuari propter alium non implentem conditionē: hoc tamen non videtur obstare ei quod dixi: pro eo qz in. d. l. paterfamilias testamento, z in casu de quo queritur, hereditas z legatū seu legata fuerunt pure data: ademptio vero fuit facta sub conditione: quod fieri non potest propter factum alterius. d. l. paterfamilias. in dicta vero. l. si ita fuerit, datio ista fuit facta sub conditione: vnde propter vnum nō implentem potest testator alteri nō dare: non autē data adimere. Et hec est prima solutio quam ad d. l. si ita fuerit. dedit Bar. in. d. l. paterfamilias testamento. quā ibi tenet Ray. z sequitur Alex. de imo. in addi. ad Bar. z vt puto illam tenuit Benedic. de plumbi. in. d. l. si ita fuerit. Fateor tū qd Bart. in. d. l. paterfamilias testamēto. subiunxit aliā solutionem: scz quod. d. l. si ita fuerit. loquatur in legatis, z allegata. l. paterfamilias testamento. loquitur in substitutionibus. Et secūdū hanc solutionem seu opinionem, in qua vt pote vltimo loco recitata censetur Bar. per ea que predixi residere, videtur idē Bart. sensisse qd in legatis possit quis propter inobedientiam vel factū
3 alterius priuari † legato sibi relicto. Et quāuis hoc mihi videaī durissimū, maxime in casu de quo queritur, in quo grauamē ipso iure non valuit. l. quoniam in prioribus. C. de inoff. testa. z qz non videtur efficax rō, propter quā aliud esse debeat in legatis, quā in institutionibus: nemini tamen dubium quin Bart. fuerit z sit z in scholis z in iudicijs maxime authoritatis: fuit enim lucerna iuris ciuilis, vt dicit Ang. consil. xv. z qui in repetitione. l. j. C. de iudi. eum appellat z dicit preceptorem suum, z sub illius vmbra semper quiescere. Multa ad commendationem huius excellentissimi doctoris ponit Fran. de cur. consi. lvj. exordiente, super eo qd ab ordine nostro: z de eo dicit Andre. barba. in. c. raynaldus. char. lxiij. col. j. qd ipse fuit supremus iuris doctor. z lucerna iuris. Potens est ergo huius doctoris authoritas facere rem dubiam: qz vt dicit Aristo. in proe. de anima, difficile est inuenire veritatem vbi sapientes discordant.

1 ¶ Substituo est verbum commune.
2 Restitutioni res subiecte an z quando alienentur.

¶ Epitome.

¶ Heres eius, qui rem prohibitā alienari alienauit, quia de euictione tenetur, eam repetere non potest. V. F.

¶ Commu. de lega. Consilium. cxxiiij.



Ex themate cōsultationis mihi transmisse per venerabilem z egregiū virum dominū Petrū boneti, canonicū z Precentorem ecclesie Vapincensis, pro pacanda differentia que oriri dubitatur vt puto inter honorabilem virum Claudium matthei, fratrem quondam Antonij matthei ex vna parte, z honestam mulierem Joannam relictam Michaelis matthei, fratris quondā eiusdem Claudij: visis preterea dubijs ex themate huiusmodi relictis, dico z respondeo ad dubia huiusmodi prout infra. Et primo ad primum: pro cuius faciliore solutione premittenda est inquisitio siue inuestigatio, an substitutio per dictum quondā Antonium facta Catherine matthei, eius filie naturali z legitime z vniuersali heredi institute z in pupillari etate constitute, de dictis Michaele z Claudio fuerit pupillaris, z in vim pupillaris substitutionis valere potuerit an ve fuerit fideicōmissaria. Dubium facit pro eo qz substitutio huiusmodi facta fuit per verbum cōmune substituo, adiectū bonis testatoris: huius enim substitutionis verba sunt hec. Et casu quo dicta Catherina moriatur sine herede vel heredibus a suo proprio corpore legitime procreato seu procreatis aut procreando vel procreandis substituit idem testator eidem Catherine sue heredi vniuersali supra institute in dictis ipsi9 testatoris bonis predictis sibi dilectos z charissimos discretos viros Michaelem z Claudium matthei suos fratres equis partibus z portionibus inter eos diuidendis, z suos. Dic ergo quod dicta substitutio fa
1 cta est per † verbum substituit, quod est verbum commune, secūdū Jo. and. z doct. in. c. si pater. de testa. in. vj. z glo. in. l. precib9. C. de impube. z alijs substitu. pro qua est text. in. l. iam hoc iure. versi. sed si aliter. z quod ibi doct. ff. de vulgari z pupil. z quod no. Barto. in. l. centurio. circa finem, vbi etiam alij. Et est adiectum verbum huiusmodi non quidē vniuersitati, sed certis bonis: quia scilicet bonis testatoris. Et ita non videtur substitutio predicta potuisse valere iure pupillaris substitutionis: quod etiaz videtur voluisse in simili Salyce. in. d. l. precibus. columna antepenulti. versiculo, quero nunc zc. Alex. de imol. consil. xlv. exordiente, habita super his de quibus dubitari contingit. colum. ix. versi. fortificantur predicta per ea que in proposito zc. in primo volumi. Et quod notat Alex. de imol. in. d. l. centurio. columna. xxxv. versic. quarta fuit opinio Bart. zc. ibi, adde primo quod circa hanc coniecturam zc. Et Franc. de are. consilio. clv. exordiente, periculosum est vt Hieronymus ait iudicare de sententijs patrum. col. x. Et si hoc supponamus, quod non fuerit pupillaris sed fideicommissaria, filia potuit detrahere duas quartas, scilicet legitimam z trebellianicam, iuxta theoricam quam ponit glossa Bartol. z docto. in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testamen. gloss. Bart. z docto. in. l. quanquam. ff. ad leg. Falcid. pro qua sunt boni tex. in. c. raynutius. z. c. raynaldus. de testamētis. Et iste due quarte ascenduntur ad semissem, seu dimidiam partem hereditatis z bonorum dicti quondam Antonij. Quia cum Catherina fuerit filia vnica, ei9 legitima ascendebat ad quatuor vncias, authen. de triente z semis. §. j. colla. iij. z transsumptiue in authenti. nouissima. C. de inoffi. testamento. Trebellianica vero erat quarta pars residui, z sic due vncie, iuxta theoricam quam ponit glos. z docto. in. c. raynaldus. super verbo licet ipsas, z Joan. de imol. in. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulga. z pupilla. Poterat igitur dicta Catherina detrahere sex vncias, q sunt dimidia pars assis: alie vero sex vncie debebant restitui dictis Michaeli z Claudio substitutis. Et si illi fuerint proximiores dicte Catherine, ipsi successerunt in illis non iure substitutionis, sed ab intestato, authen. defuncto, z in corpore vnde sumitur. C. ad tertul. Sed ex his que no. Barto. in. d. l. centurio. in secunda questione prin. versicu. vel quid si dicit omnia bona, videtur posse colligi quod imo substitutio predicta fuerit pupillaris: pro eo quia, vt colligitur ex testamento predicti quōdam Antonij: idem Antonius heredem vniuersalem in omnibus eius bonis instituit z nominauit predictā Catherinam eius filiam: z deinde in dictis bonis, z sic in omnibus, substituit prefatos Michaelem z Claudium eius fratres: propter quod videtur ex coniecturata mente voluisse substituere pupillariter: quia alias non peruenissent omnia eius bona in vim substitutiōis per eum facte ad dictos substitutos: sed de eis potuissent detrahi due quarte, vt predixi, contra mētem testatoris. Et hanc sententiam Barto. defendit Joan. de imola in dicto. c. raynutius. char. antepenultima, columna. ij. z sequen. Et secundum hanc opinionem omnia bona peruenissent in vim pupillaris substitutionis ad dictos Michaelem z Claudium substitutos. l. sed z si plures. §. ad substitutos. cum suis simi. ff. de vulga. z pupilla. Et intelligo non solum de bonis ad dictam Catherinam peruentis ex paterna successione: sed etiam de bonis aliūde quesitis, si que erant. Et multum refert inter istas opiniōes quo ad effectum: quia secundum primam, que videtur cōmunior, heres dicti Michaelis posset retinere tres vncias, in quibus successit idem Michael tanquam proximior predicte Catherine: z alias tres debet restituere Claudio substituto, de quibus nullam detrahet trebellianicam: quia illa fuit detracta seu detrahi potest ex persona dicte Catherine filie. l. j. §. inde neratius. ff. ad trebellia. Secundum vero secundam opinionem non posset detrahere dicta Joannona heres nisi vnam vnciam cum dimidia: que est quarta pars illius dimidie partis in qua secundum hanc opinionem successit in vim pupillaris. Et per hec patet responsio ad primum quesitum.

Ad secūdum quesitū dico z respōdeo, quod dictus Michael potuit de bonis predictis alienare secundum primam opinionem vsqz ad tres vncias. Secundum vero secundam opinionem vsqz ad vnciam cum dimidia, iuxta ea que scribunt docto. in. l. marcellus. §. res que. ff. ad treb. z auth. res que. C. commu. de lega. Pau. de cast. in. l. filium quē. col. iij. C. fami. ercis. Alexan. de imo. consi. iij. in tertio volumine.
2 † Et nisi idem Michael alienaret de predictis bonis vltra tres vncias, fm primaz opinionem, que vt dixi videtur cōmunior: vel vltra vnciam cum dimidia, non possunt bona alienata per ipsos Joannonā vel Claudiū ab emptoribus recuperari. Et quidē nō

per ipsum Claudiũ: q: idem Michael potuit de illis bonis vsq; ad illam quantitatem alienare, vt predixi: non etiam ipsa Joannona: q: ipsa non potest venire contra factũ defuncti, cui vniuersaliter ⁊ tanquam heres successit. l. que a patre. C. de resti. mili. ⁊ l. vēditrici. C. de reb⁹ alie. nō alienan. l. ij. C. ne qd in fraud. patro. ⁊ l. si creditorib⁹. C. de ser. pig. da. manumis. Si vero idē Michael de bonis p̄dictis alienauerit vltra dictas tres vncias ſm primā opinionē vel vltra vnciam cũ dimidia, ſcđz aliā opinionē, dictus Claudius poterit illud plus repetere. l. si. §. si autē sub cōditiōe. ⁊ quod ibi scribētes. C. cō. de leg. dicta vero Joānona nihil potest repetere, cuz teneatur de euictione, vt pote heres venditoris. Et per hec patet responsio ad secūdũ ⁊ tertiũ quesita. Et addo quod bona alienata per dictum Michaelem debent imputari in dictas tres vncias. seu vnciam cum dimidia: ⁊ si alienata ad tantũ ascenderent, non posset dicta Joannona aliquid detrahere.

Ad quartum dico ⁊ respō deo quod si dicta Joannona adiuerit seu acceptauerit hereditatem dicti quondam Michaelis, ⁊ possessionem bonorum hereditariorũ apprehenderit, ⁊ illa possideat: non debet dictus Claudius sua authoritate bona capere, nec illa inuadere: ⁊ si faceret, ipse incideret in penam perditionis iuris sui: iuxta qđ habetur in l. non est dubium. C. de lega. quod ponit Bartolus in quodā suo consilio exordiente, Missus in possessionem ⁊c. Petrus de ancharano consilio. ccxxvj. exordiente, Videtur prima facie dicendum. circa fin. ⁊ cōsi. cclxxj. exordiente, In primo dubio queritur ⁊c. Sed debet dictam Joannonam trahere in causam, ⁊ agere cōtra eam libello oblato super restitutione fideicommissi vniuersalis. Si vero dictus Claudius se in possessione bonorum huiusmodi intrusisset ante apprehensam possessionem predictorum bonorum: tunc non incurrisset idem Claudius penam predictam: sed tamen poterit ipsa Joannona petere se immitti in vim remedij. l. fina. C. de edicto diui adria. tollendo. vocato tamen dicto Claudio, ⁊ libello contra eum oblato si contradicat, iuxta communem doctrinam scribentium in dicta. l. fina.

1 ☞ Possessio non cadit in rebus seu iuribus incorporalibus: sed quasi, que dicitur patientia aduersarij.

2 Delphinatus statuti remedium: Si quis per literas requirit duo extrema, scilicet quod ille qui huius remediũ implorat possederit, seu quasi, aut quod ab huiusmodi possessiōe seu quasi dejectus extiterit: aut quod in ea turbetur.

¶ Epitome.

¶ Pascere animalia in quodam territorio prohibito, ibi illa postea pascens, magis censetur licētia petita hoc facere, q̄ vsus pascendi acquirere.

¶ De pascuis. Consilium. cxv.



In rebus seu iuribus incorporalibus non cadit possessio, sed quasi: que dicitur patiētia aduersarij. l. ij. C. de seruitu. ⁊ aqua. l. quoties. la. ij. ff. de seruitu. tit. generali. ⁊ l. j. ff. de seruitu. rustico. predio. hinc est qđ ad hoc qđ quis sibi acquirere possit possessionem seu quasi iurium huiusmodi, opus est scientia illius qui possidet rem, in qua quis vult acquirere quasi possessionem iuris incorporalis. d. l. ij. ⁊ allegata. l. quoties. Quod etiam voluit Innocen. in. c. bone. el. ij. super verbo requisitis, ad fin. de postula. prelatorum. vbi etiam Hostiensis, super verbo de gratia. versi. secus si is cui fit preiudicium hoc ignoraret. Bartol. ⁊ docto. in. d. l. quoties. Bald. ⁊ alij in. d. l. ij. Flo. in. l. seruitutes. la grande. colum. x. versi. item adde aliud quod requiritur. ff. de seruitu. ⁊ Bartho. veronensis in suo tractatu de seruitu. titu. generali. sub rub. q̄ sint necessaria vt seruit⁹ cōstituatur ⁊ eius quasi possessio acquiratur. Et huius dicti illa videtur ratio: quia vt dixi, ad acquisitionem possessionis talis iuris opus est patientia eius qui rem ipsam possidet, ⁊ cui per acquisitionem quasi possessionis preiudicium irrogatur. Sed vt dicit Baldus in. d. l. ij. columna. j. ignorans non dicitur pati: non etiā consentit, vt notat idem Bald. in. c. j. §. preterea. quib. mod. feu. amit. Supposito igitur, citra preiudiciuz veritatis, quod in processu cause, quam habet ⁊ prosequitur nobilis vir Miletus bolonie dominus Alensonis, contra ⁊ aduersus nobilem ⁊ generosaz mulierem Simonetam de bachio, relictam nobilis quondam viri Petri de vatesco domini de Berone, ac matrem tutricem liberorum ⁊ heredum eiusdem nobilis Petri: idem nobilis Miletus per aliquos testes probasset, quod animalia sua aliquando pro depascendo fuerint immissa in territorio Berone, ⁊ etiam inibi depasta: quia tamen non fuit sufficienter probatum quod dictus nobilis Petrus, aut prefata nobilis Simoneta has immissiones fieri sciuerint, ⁊ illas fieri passe extiterint: non probauit idem Miletus se acquisiuisse aliquam possessionez seu quasi immittendi ⁊ depascendi eius animalia in territorio de Berona.

2 Et ita non sibi competijt remediũ statuti † delphinalis, Si quis per literas, quod duo extrema requirit: scilicet qđ ille qui huius remedium implorat possederit, seu quasi: ⁊ quod ab huiuscemodi possessione seu quasi deiectus extiterit: aut quod in ea turbetur. Et si primum d. fuerit, prout in casu vtrunq; deest, quia qui non possidet non potest de possessione eijci. c. consultationibus. de officio delegati. l. manumissiones. ff. de iustitia ⁊ iure. l. decem. ff. de verborum obligationibus. ⁊ quod notat Joannes andreas post Imolam in. c. cum ecclesia sutrina. de causa pos. ⁊ proprieta. Archid. in. c. quo iure. viij. dist. tex. cum glo. in. c. olim causam. c. cum ad sedem. ⁊. c. in literis. in secunda glos. de restitutione spoliatorũ. ⁊ qui non possidet non potest etiā in possessione turbari. Et hinc dicunt docto. quod intentanti possessorium retinende, seu interdictum vti possidetis, opus est probare quod ipse tēpore iudicij intentati possidebat. §. retinende. ibi, qui interdicti tempore possidebat, instit. de interdict. ¶ Preterea non refragatur neq; obstat intentioni dictorũ nobilis Simonete, nomine quo in actis, Francisci salardi depositio seu dictum, quatenus videtur deposuisse q̄ a nouem annis citra effluxis, scilicet anno presenti. Mccccciiij. ⁊ die. xv. mensis aprilis, ipse pro pastore stetit cũ dicto nobili Milero duabus vicibus, ⁊ spatio quatuor annorum durante: ⁊ quod eo tempore idem loquens depauerit seu depasci fecerit animalia lanata dicti Mileti eius magistri, ⁊ etiam sua ipsi loquentis animalia propria in pratis territorij Berone, sciente ⁊ vidente ipso domino Berone, ⁊ non contradicente, dum viueret. Cum quia prefatus dominus Berone vita functus est ⁊ ab humanis notorie decessit in regno Neapolitano, anno scz domini. Mccccxciiij. ⁊ eo anno quo recolende memorie serenissimus dominus Carolus Francorum Rex regnum predictum recuperauit: ⁊ sic ante dictos nouem annos. Cum ⁊ quia idem est vnicus ⁊ singularis, quatenus deponit de pretensis immissionibus dicti aueris per eum factis: quo fit vt vox eius vox nullius. l. iurisiurandi. cũ suis similibus. C. de testib. Cum ⁊ quia deponit in casu, ex quo posset in posterum commodum reportare, si idem Miletus vinceret: ⁊ hoc propter animalia propria sui ipsius Salardi. Etiam nec obstat dictum seu depositio cuiusdam Marroni Jacobi octaui testis, parte dicti Mileti in causa producti. Cum quia licet idem Marronus deponere videat aliquos seruitores domine de Berona vidisse animalia dicti nobilis Mileti ⁊ ipsius Marroni in territorio Berone: non tamen dicit aut deponit quod de hoc eadem domina Berone notitiam habuerit, ⁊ hoc fieri passa extiterit: ⁊ ita non nocet. Cum ⁊ quia idem testis fatetur quod dicti seruitores hoc fieri prohibebant, ⁊ comminabantur de eum verberando: ⁊ ita fuerunt sue immissiones, si ⁊ quatenus de illis appareret, vitiose. Cum ⁊ quia idem Marronus est vnicus ⁊ singularis: ⁊ sic vox eius vox nullius. d. l. iurisiurandi. Preterea per multos testes tam olim pastores dicti nobilis Mileti, quā alias parte dicte nobilis Simonete productos probatum est, fuisse licentiam petitam de immittendo ⁊ depascendo aut transducēdo animalia dicti de Alansonis in territorio vel per territorium de Berona. Apparet enim ⁊ probatũ est per multos etiaz pastores ⁊ gardianos domini Alēsonis, quod ipse pro tempore eisdem inhibuit ⁊ defendit ne sua ipsius animalia immitterent ⁊ depascerent in dicto territorio sine licentia domini dicti loci. Quo fit vt si appareat animalia huiusmodi aliquando fuisse in eodem territorio immissa vel depasta ante pretensam ac inciuilem ⁊ nullam executionem dicti statuti Delphinalis, si quis per literas, hoc fuisse factum presumatur ⁊ censeri debeat prius petita ⁊ obtenta licentia a domino seu domina dicti loci de Berona. l. merito. cuz suis simili. ff. pro socio. ⁊ eo maxime q: per depositionez predictorum testium apparet, quod antiquitus, ⁊ tam eo tempore quo dominus de campis dominabatur loco predicto de Beroba ⁊ eius territorio, quam tempore dicti quondam nobilis de Vatesco domini de Berona, tam animalia dicti Mileti, quam suorum predecessorum, reperta ⁊ deprehensa in territorio de Berona fuerũt inibi capta, ⁊ traducta aliquando ad dictum castrum Berone, ⁊ aliquando apud Cauliganum, ⁊ inibi sub arresto detenta, donec fuerit cautum ⁊c. ¶ Videtur igitur qđ dicto nobili Milero nō competierit remediũ predicti statuti: ⁊ quod propterea illud fuerit male, quinimo nulliter per eum imploratum: ⁊ quod consequēter omnia in vim implorationis illius subsecuta debuerint ⁊ debeant reuocari ⁊ cassari. Que dixerim sub benigna supportatiōe huius insigis ⁊ magnifici Delphinalis parlamenti.

1 ☞ Tutrix ⁊ contutores licet releuentur ab onere confectiōis inuentarij: nihilominus non censentur releuari a redditione rationis ⁊ computorum.

2 Tutrix aliorum habens contutores quid facere debet si vult

transire

transire ad secunda vota, vt euitet penas que continent in authē. ĥsdem penis. versi. item ea que suscepta tutela.
3 Tutrix quid facere debet si vult remaritari ne incurrat penam perditionis successionis sui filij.

Epitome.

Tutrix mater priusquam secundo nubat viro iudicem adeat petitura de tutore prouideri, rationem reddat, et reliqua prestet: deinde nubat in domino. A. F.

Arbi. tuto. Consilium. cxvj.



Ex facto mihi transmisso parte nobilis et honorabilis mulieris Gabriele grione, relicte honorabilis quondam viri Jacobi genesij, ciuis Tricastrinensis, eliciuntur multa quesita. Quibus respondeo breuiter et succincte prout infra.

Et primo ad primū quod licet eadem Gabriela et contutores fuerint releuati ab onere con
1 fectionis inuentarij: tamen nec ipsa, nec contutores † predicti censentur fuisse releuati a redditione rationis et computorum: nec a reliquorum restitutione. Quinimo plus dico, quod etiam si ipsa et contutores fuissent releuati a redditione rationis et computorum: ipsa nihilominus teneretur reddere rationem de sua administratione, et soluere reliqua: quamuis tunc non sit ab ea exigēda scrupulosa ratio: nec esset eo casu in redditione rationis fienda inquisitio culpe leuis vel leuissime seu negligentie. l. si seruus vetitus, et quod ibi doct. ff. de lega. j. et quod not. Ang. are. in. §. actionum. in materia tute. versicu. vicesimoquinto quero. institu. de actio. Super quo nō insisto: quia certum est quod ipsa tenetur ad redditionem rationis. Et consulo quod priusquam ipsa conuolet ad secunda vota, vel secundum matrimonium contrahat: ipsa accedat ad presentiam domini iudicis, et quod coram eo exponat se esse tutricem testamentariam talis filij sui naturalis et legitimi: et tutelam illius vna cum talibus contutoribus suscepisse, et illam administrasse, quodque consilio parentum, affinium et amicorum suorum intendit authore domino conuolare ad secūda vota: et qd ob hanc causam deponit tutelam eiusdem filij: et quod ipsa supplicet dicto iudici, et eū requirat quatenus de alio tutore et loco sui ipsius prouideat: quia licet sint remansuri alij tutores: ipsa nihilominus debet petere prouideri, iuxta ea que habentur in. l. si quis sub conditione. ff. de testa. tute. iuncta. l. omnem. C. ad tertul. et authen. de nupt. §. finautem tutelam gerat. colla. iiij. et consulo quod ipsa nominet aliquem bonum et idoneum virum sufficientem ad gubernium tutele huiusmodi, et petat de illo prouideri. Quia quāuis iudex non teneatur precise sequi volūtatē eius: ipse tamen se debebit informare super sufficientia et idoneitate illius quem nominabit, et si reperit eum sufficientem et idoneum: poterit de eo prouidere. Pro quo allegasse sufficiat id quod not. Salic. in authen. sacramentum. col. fina. versi. quero. mater vult trāsire etc. vbi etiam alij. C. quando mulier tute. offic. fungi pos. Deinde vero facta prouisione, et antequam contrahat matrimonium, faciat conuocari omnes tutores et offerat se paratam reddere rationem: et illam eis reddat, vel alijs deputandis per iudicem: et ratione reddita et cōclusa, satisfaciat de reliquis si que sint, sic quod ipsa omnino liberetur. Alias vero, si ipsa contrahat matrimoniū
2 his prius non impletis, ipsa incurret † graues penas, de quibus in auth. ĥsdem penis. versicu. item et ea que suscepta tutela etc. iuncta. l. j. C. de secun. nupt. Et inter ceteras penas perderet successionem dicti sui filij, si in pupillari etate ab humanis decederet. d. auth. de nup. §. finautem tutelam gerat. Ad id vero de quo in dicto primo quesito dubitatur, an videlicet sufficiat bona de quibus ibi reddere duobus contutoribus suis medio iuramento, vel sine eo, respondeo prout dixi quod ratio reddēda est dictis duobus, et illi de quo iudex prouidebit, vel auditoribus deputandis per dictum dominum iudicem. In dicta ratione erunt describenda omnia bona mobilia, immobilia et iura dicto filio reddita per patrem, et si que postea fuerint acquisita, vel ad eum peruenerint. Debebit etiaȝ ratio reddi de fructibus predictorum bonorum per eam perceptis. Scribentur etiam expense per eam facte et onera supportata tam pro refectione domorum, cultura prediorum, alimentis filij quam pro alijs, prout in veritate fecerit. Etiam si que fuerint legata vel debita per eam soluta, hoc dicet in sua ratione.

Ad secundū dico et respondeo, quod per transitum ad secunda vota ipsa perdet tutelaȝ, nec poterit postea eam reassumere: pro eo quia ratione transitus huiusmodi fiet suspecta, per id quod not. docto. in. d. authē. sacramentum, et in. d. l. si quis sub conditione. ff. de testamen. tute. poterunt tamen dicti tutores, hoc est duo primi et creandus, bona sibi arrēdare suo ipsorum periculoso. Uerum est quod dictus filius impubes non debet morari cum ea: pro eo quia apud eam est propria spes successionis: et quia lex habebit eam suspectam propter vitricum et liberos forte procreandos ex secundo viro. l. j. et quod ibi gloss. de docto. C. vbi pupil. educ. deb. et quod not. Ange. aret. in §. actionum. in materia tutele. versic. vicesimonono etc. ibi: vnum tamen tene cordi quod nunquam pupillam morari facias. institutio. de actio. et quod ponit Pet. de anch. consi. cccxvij. exordiēte, In causa que vertitur inter Jacobum ex vna parte etc.

Ad tertium dico et respondeo quod si, vt dixi, ipsa nobilis Gabriela petit et obtineat prouideri de tutore, et deinde illi et alijs rationeȝ debitam reddat, et de reliquis si que fuerint satisfactionem impendat priusquam conuolet ad secunda vota: ipsa non incurret penam perditionis suc-
3 cessionis † dicti eius filij. Quinimo poterit hoc non obstante, si eum mori contigerit in pupillari etate, eidem succedere tanquam proximior: repulsa honesta muliere Marta seuenesie eiusdem Bertrandi filij sorore consanguinea duntaxat, authē. defuncto. C. ad tertul. et authen. de here. ab intesta. §. consequens. colla. ix. facit dictum authen. de nupt. §. fin vero tutelam gerat. arguendo a cōtrario sensu: quod argumentum in iure est validissimum. l. j. §. j. ff. de offi. eius cui manda. est iurisdictio. Et intelligo quod eidem pupillo et in omnibus bonis succedere poterit, ita vt de illis possit postea disponere prout de alijs suis bonis.

Aduertat tamen dicta nobilis Gabriela, quod si ipsa conuolet ad secunda vota, ipsa perdet proprietatem bonorum sibi donatorum et legatorum seu relictorum per dictum quondam Jacobum eius virum: remanebit tamen illorum vsufructuaria quādiu vixerit. l. femine. cum suis simili. C. de secund. nup. Sed si, vt iam dixi, contingeret eundem filium ab humanis decedere in pupillari etate, superstite eadē nobili Gabriela, ipsa eidem filio succedet abintestato et insolidum pleno iure. Et quia istud non habet dubium, vlterius non insisto.

1 Obstare quot videantur donationi in Prouincia facte.
2 Possessio vel dominium ad hoc quod per constitutionem precarij transferatur in eum, cuius nomine quis se constituit possidere, oportet quod possideat tempore constituti seu constitutionis precarij.

Epitome.

Donatio de bonis iam in dotem constituti, si post eam matrimonium soluatur, propter appositū in ea iuramentū, valet. A. F.

De dona. Consilium. cxvij.

Duo obstare videntur donationi inter viuos, quam de dimidia parte omnium bonorum suorum mobilium et immobilium ac iurium et actionum, presentium tunc et futurorum fecisse dicitur honesta quōdam mulier Maria gondine, pro tempore vxor Nicodi trolheti, prouido viro Joanni berteli, et hoc de anno domini Millesimo quadringen
1 tesimooctuagesimo. Primum est statutum † prouinciale: quo fieri prohibentur simplices donationes inter viuos excedentes valorem decem florenorum, nisi obseruetur solennitas de qua in eo: que non fuit obseruata in dicta donatione. Sed puto quod cū donatio predicta fuerit iurata, statutum predictum eidem non obstat. Pro quo causa breuitatis remisisse sufficiat ad ea que scribit Alexan. de imo. consi. cxxv. exordiente, Uisis et consideratis statutis etc. colum. penul. in. j. volu. et consi. xxix. colum. penul. in. ij. volu. Secūdum quod eidem donationi obstare videtur est: quia bona, quorum dimidiam partem dicta Maria donauit, fuerant antea per eam in dotem dicto Nicodo constituta, et vt puto expedita et tradita saltem quo ad presentia: et propterea facta dotalia: et ita non videbantur per eandem Mariam posse donari. l. si predium. C. de iure do. et. l. constante. C. de dona. Jo. de imol. in repe. c. cum contingat. in secundo membro. versi. nunc restat quid econtra quando mulier alienat. de iureiur. Sed huic potest respōderi, quod cum donatio predicta fuerit iurata, illa valuit quoad preiudicium mulieris: et sic post matrimonium solutum cogeretur ipsa vel eius heres ipsam obseruare: secūdum Joan. de imol. qui hoc not. vbi supra, dicens quod hoc casu seruari potest gloss. in. d. l. si constante. et opinio Cy. Bald. et Sali. in. d. l. si predium.

Puto igitur sequendo hanc opinionem, qd donatio predicta valuerit: et qd in vim illius potuerit et possit dictus donatarius agere et experiri contra prefatum Nicodum, qui se dicit heredem dicte quondam Marie. Non tamen puto qd propter clausulam constituti, de qua in instrumento donationis predicte, fuerint possessio vel dominium in eundem donatarium translata seu

translatum. Et quidem non possessio: q̃r ad hoc q̃d per constitutum vel constitutionem precarij conferatur possessio vel dominium in eum, cuius nomine quis se constituit possidere, vel preca
2 rio possidere, oportet q̃d possideat tempore constituti, seu † constitutionis precarij, per id quod not. Ang. in. l. ij. §. fi. C. de acqui. pos. pro quo allegat. l. quamuis. §. fi conductor. vbi etiam de hoc per docto. ff. eod. titu. per Albe. in. l. j. C. de dona. Ang. are. in. §. actionum. in materia emptionis & venditionis. institu. de actio. Et Andr. barba. consi. xlj. colum. vj. in. j. parte. Certum est autẽ q̃d durante matrimonio vir est dominus rei dotalis, & illam possidet, non vxor. Propter quod mihi videtur q̃d supplicatio parte dicti Berleti porrecta & presentata magnifico prouincie parlamento sit immutanda, & q̃d in ea concludatur ad traditionem faciendam contra dictũ Nicodum si heres est dicte quondã Marie: super quo se informet idem donatarius: quia si non esset heres, esset cogitandum de alio remedio.

☞ Facta per metum etiam cadentem in constantem virum licet regulariter valeant & teneant meo iure, quamuis aliquando sint rescindenda per actionem quod metus causa, aut per alia remedia: tamen hoc fallit in matrimonio, ad quod requiritur liber consensus.

¶ De sponsalib. Consilium. cxviij.

Qum patrui & alij cognati cuiusdam iuuencule suspicarentur quendã iuuenem hora nocturna esse in domo patris eiusdem iuuencule a domo tunc absentis, & propterea domum huiusmodi circundantes eundem iuuenem obseruarent volentes eum capere, idem iuuenis domum huiusmodi exiuit, & vt audio a parte superiore, & ascendens super tectum dicte domus decurrit ad alium locum: in quo eadem hora fuit per vim & violentiam ab eisdem captus, & deinde transductus ad domum alterius ex capientibus: & deinde mandato illorum aut alterius eiusdem fuerunt ad domum huiusmodi ducte predicta iuuencula & mater: & cum post improperationem dicto iuueni factam, q̃d eandem iuuenculam corrupisset & stuprasset vel infamasset, requisierunt (hoc se fecisse negãtem, prout & cum iuramento negat) q̃ eam duceret in vxorem: subiũgentes q̃d nisi hoc faceret, ipsi eum occiderent. Et cum vt dixi iste negaret eandem iuuenculam cognouisse, & diceret q̃d matrimonium nunquã contraheret cum eadem nisi esset de consensu patris sui̇p̃sius iuuenis tunc absentis, prefati patrui & alij aut aliqui ex eis sepius dixerunt hec verba vel in effectu similia: Tu le feras, ou il te coustera la vie: hoc est, Facies tu, aut vita redimes. Propter quod iuuenis iste tinens occidi, & sic metu mortis, contraxit matrimonium per verba de presenti cum eadem iuuencula. Quesitum est an dictum matrimonium teneat, vel sit nullum. Cui respõdeo q̃d dictum matrimonium est nullum & non tenet: Quia licet regulariter facta per metum etiam cadentem in constantem virum valeant & teneant mero iure, & quis aliquando sint rescindenda per actionem q̃d met. cau. aut per alia remedia: hoc tamen fallit in matrimonio: ad q̃d requiritur liber consensus: & ideo si contrahatur per metum cadentem in constantem virum: illud est nullũ siue in metum huiusmodi inciderit sic contrahens culpa sua, siue non: pro quo causa breuitatis allegasse sufficiat no. per gloss. Panor. & docto. in. c. abbas. de his que vi metusue causa. Panor. in c. cum locum. de sponsa. & per Joan. de imol. in repetitione. c. tue fraternitatis. colum. xiij. versicu. sed quia superius dixi &c. eo. tit. Fateor quod dominus cardinalis floren. in. d. c. abbas. tenuit cõtrarium, scilicet quod matrimonium tenuerit mero iure, quãuis fateatur illud posse rescindi per actionem quod met. cau. Sed prima opi. est communis, a qua propterea non est recedendum in cõsulendo vel iudicando. l. j. versi. crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questoris. c. nouimus. & quod ibi Anto. de butr. de verbo. signi. & c. de inducijs. iij. q. iij. Et q̃d no. Hos. Jo. and. & alij in. c. j. de constitu. Que dixerim &c.

1 ☞ Clausula, vnaqueq̃, non solum debet esse cum virtute operandi si fieri potest: sed etiam vnũquodq̃ verbum a contrahentibus prolatum.
2 Exceptio declarat regulam.
3 Vsumfructum si aliquis habeat in castro, & propter non solutionem canonis durante triennio res emphyteuticarie cadant in commissum, vel propter alienationem factam sine consensu domini: commissum non pertinet ad vsufructuarium, sed ad proprietarium.
4 Emolumentum verbum latiorem habet significationem, quam verbum fructus.
5 Locatio seu venditio fructuum beneficij non comprehendit illa, que donari solent beneficiato pro iocundo aduentu.
6 Jurisdictionis vsusfructus quando relinquitur, pene que debentur ex delictis pertinent ad vsufructuarium.
7 Clericus qui vtitur statuto laicorum non potest vti nisi cum oneribus prouenientibus ex eodẽ statuto, quamuis clericus non sit a laicorum statuto astrictus.
8 Presumptio alia dum est: nunq̃ decurrendum est ad presumptionem donationis.
9 Effundere verba sua nemo debet, vt capra effundit suos patenostres posteriores.

¶ Epitome.

¶ Locatio aut alius contractus, qui se habet ad lucrum vel ad damnum, pretextu lesionis etiam pro minore non rescinditur, si damnum casualiter contingat: sed iuxta verborum generalitatẽ conductor habebit que locator alias esset habiturus. V. S.

¶ De loca. & conduc. Consi. cxix.



Ex themate mihi transmisse cõsultationis parte honorabilis viri Petri vioni, loci Podij grossi, eliciuntur multa dubia: quibus, prius visis instrumentis procuratorie potestatis dudum concesse per venerabilem & religiosum virum. d. Raymundum chaberti, preceptorem preceptorie sancti Medardi Podigij grossi & membrorum, venerabili & religioso viro domino Francisco bonardelli, & arrendamẽti postea per eũdem dominum Bonardelli facti prouido viro Petro vioni habitatori loci Podij grossi, de omnibus & quibuscunq̃ censibus, redditibus, prouentib⁹, iurib⁹, rebus, actionibus, emolumentis, terragijs, laudimijs & iuribus laudimiorũ, & alijs quibuscunq̃ bonis per preceptores dicte preceptorie Podij grossi & sancti Medardi & suos renderios seu arrendatarios exigi, leuari & recuperari consuetis in dicto loco Podij grossi, mandamento eiusdem, grangijs dicti loci, & Albenasonis, necnon in locis sancte crucis, sancti Androli, & Amblesijs, mandamenti, Egludini, Mirabelli, Pontaysi, Veteris Chayneti, sancti Petri, Barri, & Vacherie, alijsq̃ locis, vbi & in quib⁹ idem dominus preceptor Podij grossi census, prouentus, iura & redditus percipit & percipere consueuit tam per se quam per suos pro tempore dicte Podij grossi & sancti Medardi preceptorie preceptores: quibusdam exceptis, de quibus ibi respondeo prout infra.

☞ Et primo ad primũ quod prefatus dominus Franciscus non solum censeatur arrendasse, & titulo arrendamenti concessisse dicto Petro vioni census, redditus & alia predicta exigi, leuari & recuperari consueta in locis in arrendamento huiusmodi specifice mentionatis: sed etiam in locis non specificatis, videlicet sancti Petri de fibia, mandamenti Glaudini, grangie beate Marie de marchinis, & sancti Juliani vallisquinti. Et hoc propter illa verba, alijsq̃ locis vbi & in quibus idem dominus preceptor Podij grossi census prouentus & redditus perceperit & percipere consueuit tam per se quam per suos predecessores: que posita & scripta leguntur in instrumento dicti arrendamenti, & que alias essent superflua: q̃d esse non de-
1 bet. Quia non solum vnaqueq̃ clausula, † sed etiam vnũquodq̃ verbum a contrahentibus prolatum debet esse cum virtute operandi si fieri potest. l. hac lege. ff. de contrahen. empt. & vendi. & l. si stipulatus. in prin. ff. de vsur. Hec sunt verba Baldi. C. de contrahenda emptione & venditione. in rubri. q. ix. quod etiam voluit Hostien. in. c. ex ore. super verbo intelligitur. de priuileg. Angel. consil. mihi. cel. Roma. consi. lxxxiij. in fine. And. barba. consilio. xliiij. colum. vj. in secunda parte, & Alexander de imola cõsi. cxvij. exordiente, Visis supra narratis &c. col. iiij. in primo volumine. & consi. clviij. exordiente, In causa & lite vertente inter Ludouicum &c. colum. iij. in secundo volumine, & alij in alijs locis. Et procedunt hec pro eo quia siue dicamus illã dictionem alijs, esse implicatiuam diuersorum: siue implicatiuam similium, iuxta ea que notari solent per scribẽtes in. l. j. C. de seruis fugi. & in alijs locis: non potest illa clausula, alijsq̃ locis vbi & in quibus &c. referri ad loca specificata, aut census, redditus, prouentus &c. locorum huiusmodi. Et quidem hoc certum est, si est implicatiua diuersorum: & idem si est implicatiua similium: pro eo q̃r nullum simile est idem, secundum Aristo. & probatur in. l. non possunt. ff. de legi. l. ad similitudinem. C. de episcop. & cleri. & l. si idem. C. de codicil. quod etiam voluit glossa & Bartol. in. l. q̃d nerua. ff. de posi. Preterea idem dominus Franciscus in dicto arrendamento excepit & dũtaxat reseruauit ea, que ab eodẽ domino Gabriele preceptore tenebant in arrendamento Petrus & Joannes lassoti fratres: & idem Franciscus censendus est omnia alia arrenda-
2 sse: † q̃r exceptio declarat regulam. l. nam quod liquide. §. fina. ff. de pe. lega. & quod not. gloss. in. l. j. circa finem. ff. de regulis iuris.

Et firma &

Et firmat regulam in casibus non exceptis. l. quesitum. §. de-
niqz, et quod ibi Bar. ff. de fundo instruc. et quod no. Barto. in. l.
generaliter. §. vxori. ff. de vsufruct. lega. Bald. in. l. i. in fin. C. de
post. here. institu. et in. l. j. ad fi. ff. de fer. glos. in. d. l. i. prope finem.
ff. de regul. iur. et dominus Barth. soc. in. l. j. §. fuit quesitum. col.
v. ff. ad trebel. et Andr. barba. extra de testa. super rub. charta. x.
col. ij. Cum igitur dictus dominus Franciscus, procurator et pro
curatorio nomine prefati domini Chaberti, ab arrendamento
per eum facto dicto Petro violi de omnibus et quibuscunqz cen
sibus, redditibus, prouentibus etc. locorum in eodem expressorum,
insuper et aliorum locorum, vbi et in quibus idem dominus Cha
berti preceptor Podij grossi census, prouentus, iura et redditus
percipiebat et percipere consueuerat tam per se quam per suos
predecessores pro tempore dicte Podij grossi et sancti Medardi
preceptorie preceptores solum et duntaxat excepcrit ea que ab eo-
dem domino preceptorie tenebant in arrendamento dicti Pe-
trus et Joannes lassoti: palam infertur eundem arrendasse omnes
et quoscunqz census, redditus, prouentus et alia iura predictorum
locorum de Sibia, mandamenti Biandini, grangie beate Ma-
rie de marchinis, et sancti Juliani vallisquinti. Et idem dico de
censibus, redditibus, prouentibus et iuribus quorundam aliorum
bonorum eiusdem preceptorie, scilicet Montisligij, grangie de
ruptis, mandamenti fienciarum, et aliorum locorum in casu mihi
transmisso plenius expressorum. Propter quod dico quod idem
dominus preceptor non potuit post factum arrendamentum de
quo supra alteri arrendare census, fructus, prouentus et alia pre-
dictorum locorum: et qz quatenus hoc fecit, ipse contrauenit arre
damento, seu eius procurationi procuratorio nomine eiusdem di
cto Vioni facte: et sic non seruauit sibi fidem.

Ad secundum quesitum in

quo queritur de spolijs inibi mentionatis, an illa spectent et per-
neant dicto domino preceptori, vel prefato Vioni suo arrendata
rio: dico qd prima facie contra eundem Vioni facere videt id qd
decidit Oldra. consil. cxxix. exordiente, In questione qua querit
an illud qd solitum est prestari etc. Respondet Oldra. qd id, qd
erat solitum prestari archidiacono de capua in suo iocundo ad-
uentu, non veniebat in locatione fructuum archidiaconatus: et
sic qd illud non debebatur conductori seu arrendatario fructuum
archidiaconatus: pro quo multa inducit. Et hanc decisionem
Oldra. sequuntur Bal. Jo. de imo. Alex. de imo. et docto. in. l. di
uortio. §. quod in anno. ff. solu. matri. Alexand. de imol. in. l. scio
amico. §. medico. ff. de an. leg. et do. Fely. in. c. sedes. col. ij. vel. iij.
de rescript. qui omnes volunt, quod in locatione vel venditione
predictorum fructuum non veniant ea que prestari solent archi-
diacono in suo iocundo aduentu. Pro qua decisione solet allega
ri. d. l. scio amico. §. medico. et. l. si vero. §. item quicquid. ff. soluto
matri. et. l. his verbis. §. alumno. ff. de lega. Ergo a simili videtur
quod in arrendamento censuum redditum et aliorum predictorum
non veniant predicta spolia. Pro premissis etiam facere videtur
ea que scribit Oldra. consi. ccxl. exordiente, Super eo quo queri-
tur an si in castro etc. Jo. and. in addi. Specu. titu. de loca. §. nunc
aliqua. versic. xciij. Et Albe. C. de vsufruc. super rub. col. j. vel cir
ca, versicu. Item queritur si in castro: qui volunt quod si aliqs ha
beat in castro vsumfructum, et propter non solutionem canonis
durante triennio res emphyteuticarie cadant in commissum,
3 vel propter alienationem factam sine consensu domini: commis-
sum nō pertinet ad vsufructuarium: sed ad proprietarium: p quo
multa adducunt. ¶ Sed premissis non obstantibus puto con-
trarium esse verum, scilicet quod spolia predicta pertineant et spe
ctent dicto Petro vioni. Pro cuius dicti declaratione premit-
to, quod vt iam sepius dixi dictus dominus Franciscus arrenda
uit omnes et quoscunqz census, redditus etc. et est vsus verbis am
plissimam significationem habentibus: vt patet in verbo reddi-
tus, quod latiorem significationem habet, quam verbum fruct9.
Omnis enim fructus est redditus: sed non econtra, vt nor. gloss.
in. c. generali, super verbo redditus, vbi etiam doct. de elec. in. vj.
partus enim ancille est in redditu, sed non in fructu. l. in pecudū.
§. partus. ff. de vsur. et. §. in pecudum. ff. de re. diui. Addicio qd ver
bum emolumentum, positum in dicto arrendamento etiam latis
simā habet significationem, vt not. Joan. andr. in. c. nemo. de si-
mo. et Joan. de imo. in. c. si heredes. col. j. de testa. qui volūt quod
licet emolumentum proprie dicatur lucrum, vel redditus molen-
dini: tamen adaptatur omni commoditati, vt patet in. d. c. nemo,
et. d. c. si heredes: ibi, cum fructibus et ceteris emolumentis: p que
4 verba satis apparet, †quod verbum emolumentum latiorem hz
significationē, quā verbum fructus: et hoc indicat illa dictio cete
ris. Preterea in dicto instrumento arrendamenti etiā ponit ver-
bum prouentus, qd idem sonat qd nomē obuentio, vt voluit Frā
ciscus de are. in. d. l. diuortio. §. si vir. col. ij. ff. solu. matri. verbum

autem obuentio, omne lucrum significat, siue sit fructus, siue nō,
vt not. Jnno. in. c. pastoralis. de dona. Et vt dicit glossa in. l. si vi
bana. ff. de cōdictio. indebiti. lucrum quod nō venit appellatio-
ne fructuum venit appellatione obuentionum. Et est verbū ob-
uentionum generalissimū, vt dicit Francis. de aretio in. d. §. si vir.
col. iij. vel circa. Insuper etiam dictum est in dicto arrendamen-
to, alia quecunqz bona per preceptores dicte preceptorie Podij
grossi et sancti Medardi et suos arderios seu arrēdatarios exigi
leuari et recuperari consuetos. Cum igitur spolia predicta exigi,
leuari et recuperari consueuerint tam per ipsum dominum prece-
ptorem, quam suos predecessores seu renderios, nulli videtur du
bium quin illa censeantur fuisse arrendata, et quin debeantur di-
cto Petro vioni. Pro hoc etiā faciunt illa verba, omnes et quos
cunque: que sunt signa vniuersalia et geminata, et que non sunt si-
ne virtute operandi: quia non solum vnaqueqz clausula, sed etiaz
quodlibet verbum a contrahētibus prolatum debet esse cū vir-
tute operandi si fieri potest, vt superius dixi: ampliant enim et im
pugnant significationem terminorum quibus adiunguntur, per
id quod habetur in. l. balista. ff. ad trebel. Et per predicta patet
responsio ad id quod voluit Oldra. in. d. consi. cxxix. Bal. Joan.
de imol. et Alexā. de imo. in. d. l. diuortio. §. quod in anno. versicu.
item si locatio etc. ff. solu. matri. et alij in locis superius allegatis,
quatenus voluerunt quod in locatione seu venditione fructuum
5 beneficij †non veniant illa que prestari solent beneficiato pro io-
cundo aduentu. Quoniam respōdeo quod dictus dominus Frā
ciscus non solū arrendauit omnes et quoscunqz fructus dicte sue
preceptorie: sed omnes quoscunqz redditus, ac etiam emolumen-
ta, prouentus et bona: que omnia vt dixi habent latiorem signifi-
cationem, quam verbum fructus. Et ita non sumus in terminis
illius questionis: non ergo opportune adaptantur ad hūc casum
iura per eos allegata. Preterea supposito quod dictus do. Fran
ciscus arrendasset duntaxat omnes et singulos fructus: adhuc vi
deretur posse dici quod illa spolia pertinerent dicto Petro vioni
renderio: pro eo quia illa solent pertinere domino preceptori ra-
tione preceptorie, et sic beneficij. Unde sicut id qd prestatur viro
tanqz patrono est vxori restituendum. d. l. si vero. §. item quicqd.
ff. soluto matri. ita id qd alias peruenire debet ad dictum domi-
num preceptorem non priuato nomine, sed tanqz preceptorem di-
cte preceptorie prestari debet renderio. Et ad. d. l. scio amico. §.
medico. ff. de an. lega. posset respōderi, quod prestatio de qua ibi
non est vniformis, et non debetur necessitate: sed in casu nostro
quāuis predicta spolia non sint vniformia: pro eo quia aliquando
sunt maiora seu maioris valoris, aliquando vero minora seu mi-
noris valoris, secundum quod in eis sunt plura et meliora vel pau
ciora bona: vel etiaz quia illi quorum spolia fuerunt reperiuntur
paucioribus vel pluribus obnoxij: tamen illa debentur ex consue
tudine. Et ita videntur debere computari in fructu: sicut videm9
6 qd quando relinquitur vsusfructus iurisdictionis, †pene que de-
bentur ex delictis pertinent ad vsufructuarium. l. vsusfructus. la
grande, et quod ibi Bal. et Ang. ff. de vsufruc. lega. et qd no. Bar.
et alij in. l. si. ff. solu. matri. Et tamen certum est quod pene exigen
de non habent vniformē prestationem, sed sunt maiores vel mino
res secundum delicta eorum a quibus exiguntur. Ad. l. his ver-
bis. §. alūno. ff. de lega. ij. vbi heres non legatarius tenetur face-
re expensas, que fiunt pro introitu militie, videtur posse responde
ri: quod illa non obstat: pro eo quia illa loquitur in alio casu, et in
quo ex natura rei legate est vt expensa, que antecedit traditio-
nem eiusdem rei, pertineat ad heredem, vt ibi per Bartol. Et ita
illis iuribus respondet Franciscus de aret. in dicta. l. diuortio. §.
quod in anno. columna. iij. Et quamuis subiungat dictam opi-
nionem Oldra. posse sustineri: pro eo quia cum illud emolumen-
tum tribuatur ratione honoris, idest ad honorandam dignita-
tem: potest dici quod quia datur propter honorem, sicut non com
putaretur in quesitu, nec posset estimari vt merces. l. j. §. fina. ff. si
mensor fal. mo. dix. et quod not. Bartol. in. l. fina. §. diuus. ff. de
var. et extraor. cog. ita nec computabitur in fructu: quia fructus
pertinet ad lucrum. Hoc tamen non obstat. Quoniam respon
deo quod dicta spolia non prestantur ad honorandum personam
preceptoris: sed de consuetudine: vel alias succedunt in illis pre-
ceptores ratione preceptorie. Preterea idem do. doctor subiun-
git illam rationem posse euitari. Addicio quod vt iam dixi nos
non sumus in terminis illius questionis, sed longe diuersis: et ta-
libus, et in quibus proculdubio veniret id quod donaretur prece-
ptori pro iocundo aduentu, si quid sibi donaretur. Pro eo quia
saltem illa verba redditus et emolumentum, important omnem
commoditatem, vt predixi. Et cum hoc donum esset commodi-
tas prestita propter beneficium, illud veniret in arrendamento.
Non obstat id quod superius dixi de emphyteuticaria re caden-
te in commissum propter cessationem solutiōis canonis, vel pro-
pter alienationem eiusdem rei sine consensu domini. Quoniam

respōdeo quod alia ratio pactum ibi reformat, ⁊ persuadet quod commissum huiusmodi acquiratur proprietario, non vsufructuario, vt colligi potest ex rationibus allegatis per Joannem andr. Oldra. ⁊ Alber. in locis preallegatis. Etiam nec obstat id quod ex aduerso allegatur parte dicti domi. preceptoris, scilicet quod de dictis spolijs non fuerit tempore arrendamenti cogitatum, nec aliquid dictum inter partes. Quoniam respondeo quod ⁊ si non fuerit cogitatum in specie: videtur tamen fuisse cogitatum in genere, propter verba arrendamenti, que vt dixi, habent amplam, quinimo latissimam significationem: ⁊ talem, vt comprehendant omnia spolia. Pro quo allegasse sufficiat id quod in simili not. Bartol. ⁊ multi in. l. sub pretextu. collat. ij. in. j. oppo. C. de transactio. ⁊ Angel. in. l. tres fratres. collat. ij. versiculo, hanc autem regulam. ff. eodem titulo. Et si non fuerit cogitatum, saltem in genere: tamen debuit cogitari: ⁊ ideo fuit ⁊ est quod debuit ⁊ debet imputari dicto domino Francisco, ⁊ consequenter prefato domino preceptori: qui nō cogitauit sub verbis generalibus omnia comprehendi: quia stultitia illius, si ita dici potest, non debet eidem Vioni nocere. l. quicquid astringende. ff. de verborum obligationibus. ⁊ qđ not. Bald. ⁊ Salyce. in dicta. l. sub pretextu. in prima oppo. Forte vero opponetur, qđ prefatus dominus Franciscus excesserit limites sibi concesse facultatis, seu mandati: put videtur posse colligi ex tenore procuratorie potestatis per dictum dominum Chaberti concesse, ⁊ arrendamenti de quo supra. Sed istud non obstat: pro eo qr cum idem dominus Chaberti preceptor pretendat ius sibi fuisse acquisitum in vim arrendamenti de quo supra, facti per dictum dominum Frāciscum procuratorem, ac vice ⁊ procuratorio nomine eiusdem domini Chaberti: ⁊ propterea eundem Vioni arrendatarium alias compulerit ⁊ non cōpellat, seu compelli petierit ⁊ petat ad obseruantiam dicti arrendamenti, quatenus facit pro eo, ⁊ contra eundem Vioni: ipse tenetur ⁊ debet acceptare dictum arrendamentum cum omnibus clausulis in eo appositis. l. contra legem. §. si filius. ⁊ qđ ibi Bal. ⁊ dominus Jason May. ff. de pactis. ⁊ quod not. Bald. in capi. nil. de electio. facit. l. Caius. ff. de manumis. ⁊ text. in ratione sui in. l. ij. ff. de rebus eorum. Et vt dicit dominus Jason in dicto. §. si filius. ille textus prestat argumentum, secundum Baldum, qđ clericus qui vtitur statuto laicorum, non potest vti nisi cum oneribus prouenientibus ex eodem statuto: quamuis clericus non
7 sit alias laicorum † statuto astrictus. Quemadmodum igitur idem dominus preceptor postulat conuenta ⁊ promissa sibi obseruari: ita debet ⁊ ipse obseruare ea, que prefatus dominus Franciscus vice ⁊ procuratorio nomine eiusdem conuenit ⁊ promisit, ⁊ obseruando debet compensare ea que de predictis ipse percepit, vel alias deducere: ⁊ si non facit, potest ipse exceptione repelli. l. cum proponas. la. ij. ⁊ quod ibi docto. C. de pact. l. qui fidem. ff. de transact. ⁊. c. peruenit. el. ij. de iureiurando.

Ad tertium dico ⁊ respondeo,

qđ protocolum, seu prima scheda ⁊ originalis, seu matrix scriptura presumitur remanere penes notarium, vt not. Bartolus Alexander de imola, ⁊ Jason May. in. l. si quis ex argentarijs. §. pretor ait. ff. de edendo. Quo fit vt cum illa pretensa scriptura, qua se iuuare intendit idem dominus preceptor, ⁊ per eam impugnare publica instrumenta ab extensa penes notarium existente iam extracta, non fuerit nec sit in protocolo notarij, nec penes eū existat, sed penes dictum dominum preceptorem: non fuerit nec sit ipsa scriptura censenda fuisse vel esse protocolum, aut matrix seu originalis scriptura dicti arrendamēti: ⁊ ita nihil ad casuȝ faciunt not. per Bartol. ⁊ docto. in. l. sempronius. ff. de lega. ij. ⁊ in dicta. l. si quis ex argentarijs. §. pretor ait. qr docto. in dictis locis loquuntur in vero protocolo seu matrice ⁊ originali scriptura: cuiusmodi non presumitur fuisse scriptura de qua supra: sed potius contrarium, scilicet qđ non sit originalis scriptura, sed illa extensa a qua extracta extiterunt dicta duo instrumenta eiusdem tenoris: ⁊ quorum altero vsus est idem dominus preceptor, qui se habere pretendit dictam pretensam schedam. Et ita visus est illud approbare, per ea que scribuntur in. c. cum venerabilis. de except. per docto. ⁊ per Bartol. in. l. post legatum, de his quib. vt indig.

Ad quartum in quo cōmemoratur

oppositio facta per dictum dominum preceptorem, scilicet quod licet ipsa spolia euenerint, ⁊ mortui fuerint ipsi qui dicta membra tenebant sub responsione, ipseq; preceptor, seu eius procuratores spolia huiusmodi leuauerint, ⁊ membra predicta alijs arrendauerint durante tempore arrendamenti, dictus Petrus vioni ⁊ forte alij per eum associati non se opposuerunt, sed tacuerunt, ⁊ promiserunt illa leuari ⁊ recuperari: dico ⁊ respondeo quod hec non obstant: sed potius demonstrant ⁊ ostendunt eundem dominum preceptorem cōtrauenisse conuentis ⁊ premissis ⁊ que vt pote fidefrago sibi prodesse non debent, sed potius nocere, non obstante illa pretensa taciturnitate: que non nocet. Tum quia cum idem dominus preceptor esset eidem Vioni efficaciter obligatus, sciebat ius suum sibi saluum fore: ⁊ propterea eum posse compellere in vim dicti arrendamenti quādiu viueret idem preceptor vt se opponere cum inquietaretur sub inquietatione pretij dare conuenti, prout ⁊ nunc se opponit. Tum ⁊ quia nemo presumitur iactare suum. l. cum de indebito. ff. de probationi. Et
8 quandiu superest alia presumptio: † nunq̄ decurrendum est ad presumptionem donationis. l. si cum aurum. ff. de solutionibus. Quod etiam voluit Ang. consi. xc.

Ad quintum dico ⁊ respōdeo,

qđ hic non est recurrendum ad coniecturas: cum vt predixi verba dicti arrendamenti fuerint ⁊ sint adeo generalia, vt comprehenderint ⁊ comprehendant etiam spolia: ⁊ vt etiam iam dixi presumendum est, propter dictorum verborum generalitatem quod ipsi de illis cogitauerint, ⁊ senserint saltem generaliter: quia voces sunt earū que sunt in anima passionum note, vt dicit Aristoteles in. j. periermenias. pro quo est optimus text. in. l. labeo. §. idem labeo. ff. de seruitu. lega. ⁊ quod ponit beatus Augustinus libr. ix. de trinitate. capit. vij. ⁊ in. xiiij. libr. capit. vij. post medium, ⁊ Lactan. in lib. de ira dei. c. xiiij. in princip. Et saltem certum est, vt etiam dixi, quod si de illis non cogitauerit idem dominus Franciscus, ipse parum prudenter egit: cum verba fuerint generalissima. Non enim debuit sic decipi idem Vioni: sed est quod eidem domino preceptori imputetur, qui vidit instrumētum arrendamēti, ⁊ eo vsus est: cauendum est enim ne dum effuso sermone quis sese iactat, in promptu incidat in sui periculum. l. fin. C. de
9 dote promis. vbi dicit Angel. † perusinos dicere quod nemo debet effundere verba sua vt capra suos patenostros posteriores. Debet enim attendere idem dominus preceptor, quod nisi arrendamentum fuisset late conceptum, idem Vioni non arrendasset eo pretio quo ⁊c. Volebat enim habere omnem commoditatem censuum, redditBuum, ⁊ aliorum predictorum. Nec obstat illa pretensa lesio, quam dicit se incursurum seu sustenturum idem dominus preceptor, si ⁊ spolia ⁊ alia predicta comprehendantur seu veniant in dicto arrendamento. Quoniam respondeo quod quando aliquid se habet ad lucrum ⁊ ad damnum, licet casualiter contingat damnum: non propterea dicitur per hoc ledi, etiam si esset minor: nec competeret sibi restitutio in integrum. l. si ea lege. C. de vsur. l. si pater puelle. C. de inofficio. testamen. Et est optimus text. in. l. de fideicommisso. ⁊ qđ ibi communiter scribentes. C. de transact. quem text. reputat singularem Bald. in. l. cum archimedoram. C. vt in posses. lega. Ad quod facit id quod voluit Oldra. consilio. ccvij. exordiente, Uniuersis presentes literas inspecturis. Paul. de castr. ⁊ moder. in dicta. l. de fideicommisso. ⁊ alij in alijs locis, in illa. q. qua querunt: Quid si aliquis emerit ab ecclesia pro trecentis ducatis redditus eiusdem fundi ecclesiastici pro toto tempore eius vite, ⁊ postea contingat eum tanto tempore viuere qđ fructus, qui per eum percipiuntur, ascendant ad mille ducatos. In qua respondent cōmuniter hunc contractum valere: ⁊ qđ iste emptor non tenetur in foro conscientie, tanq̄ sit lucrum vsurarium: pro eo quia econtra potuit ipse mori primo anno: ⁊ sic pactum fuit iustum, qr habuit se ad lucrum ⁊ ad damnum. c. in ciuitate. de vsur. Ergo ita debet esse in proposito, in quo fuit incertum an aliqua spolia obuenirent, vel non: non ergo debet attendi etiam si ea que obuenerunt sint magni pretij seu valoris. Possunt ⁊ alia pro hac parte allegari: sed quia premissa videntur sufficere, ego vlterius non insisto. Que omnia dixerim ⁊c.

1 ☞ Recurrendum ad coniecturas non est, sed capienda mens actum gerentis, prout verba sonant.
2 Cor est imperator lingue: ⁊ lingua est cordis preco.
3 Donatio inter viuos facta per patrem filio in potestate est nulla, ⁊ quare.
4 Donatio propter nuptias proprie dicta fit vxori pro securitate dotis sue.
5 Donatio excedens valorem quingentorum aureorum sine insinuatione non valet quo ad id in quod excedit, etiam si iurata extiterit.
6 Jus commune vel municipale quamuis annullet donationem non insinuatam: tamen illa iuuatur ⁊ firmatur iuramento.
7 Canones etiam in foro seculari sunt attendendi in materia iuramenti.

¶ Epitome.

¶ Donatio ob causam insinuatione non indiget: que et si indigeret,

geret, nec facta esset: valeret tamen ob iuramentum, etiam a pa- re filio eius facta: nisi quatenus legitimam minueret aliorum li- berorum vsq; ad quam rescindetetur. A. F.

De dona. Consilium. cxx.



Quāuis in donatione, quā fecisse legitur nobilis & honorabilis quondam vir Ludouicus de perério, egregio viro domino Gaspar. de perério, iurium professori, & eximio consiliario regio in suprema curia insignis parlamenti Prouincie, eius filio naturali & legitimo, fuerit facta mentio mortis, & propterea prima facie videatur fuisse donatio causa mortis. l. seia. §. fi. & qđ ibi glo. & Bar. ff. de do. cau. mor. l. seia. & qđ ibi glo. ff. de do. p̄ele. glo. in. l. apud celsum. §. j. ff. de doli excep. & in. l. mortis causa capimus. ff. de do. cau. mor. tamen in contrariū est veritas, scz q̄ non fuerit aut sit donatio causa mor. sed inter viuos: qđ patet primo per illa verba, dat donat donatione pura mera & irreuocabili inter viuos &c. in instrumento donationis huiusmodi descripta: per que clare exprimitur dictum nobilem Lu. donare voluisse & donasse donatione inter viuos: & ita
1 sumus in claro. non est igitur recurrendum ad coniecturas, † sed capienda mens actum gerentis prout verba sonant. l. continuus actus. §. cum ita. ff. de verbo. oblig. l. ille aut ille. §. cum in verbis. & l. generaliter. ff. de lega. iij. l. tutor. §. idem tubero. ff. de supell. lega. Unde dicit Cy. in. l. ij. C. de iure do. & Bar. in. l. que dotis. circa. j. columnā. ff. solu. mat. dum opponit de. l. cum maritus. in fin. ff. de pact. dota. quod illud quod dicitur donationē intelligi esse donationem causa mortis, quando in ea facta est mentio mortis, procedit in dubio. sed quando apparet quod animo donandi simpliciter seu inter viuos facta est donatio: tunc non videtur curandum an in ea sit facta mentio mortis, vel non: q2 illa censetur donatio inter viuos, & irreuocabilis. l. perfecta. C. de donatio. q̄ sub modo. Pro quo facit: q2 talis est contractus, qualis apparet ex eius tenore. l. ad probationem. ibi, quem tenor adiuuat. C. de proba. l. sancimus. ibi, pacti tenor. C. de fideiusso. l. fideiussores magistratuum. §. pro aurelio. versic. lecta subscriptione. cum multis similibus. ff. de fideiusso. Preterea, vt dicit Aristo. in. j. periermenias, voces sunt earum que sunt in anima passionum note: & vt dicit Cassidorus relatus per Bald. extra de testibus. in rub. nullū est maius mentis nostre & fidei testimonium, quam qualitas inspecta verborum. Dicit etiam Bal. in. c. mandatum. de rescript.
2 quod lingue imperator est cor, † & alibi quod lingua est cordis preco. Ad hoc igitur vt intelligatur qualis sit contractus, sunt verba inspicienda. Cum ergo vt dixi legatur in instrumento dicte donationis dictum nobilem Ludouicum donasse donatione inter viuos, illa censenda est donatio inter viuos: quod etiam voluit Bart. in. l. fina. columna penultima, versicu. & primo examinemus an sit donatio causa mortis &c. C. de pac. vbi etiam Salice. versic. sed tunc quero. Bart. in. l. stipulatio hoc modo concepta. versicu. quero aliquis vult facere. ff. de verbo. obliga. Alex. de imol. consi. xliij. exordiente. circa primum dubium. colum. j. & ij. in primo volu. & consi. lxxviij. exordiente, Uisis quā elegāter &c. in quarto volumine. Nihil enim obstat seu repugnat quod actus dicatur inter viuos, quāuis sit collatus in tempus mortis. l. j. C. vt ab heredibus & contra here. l. hereditarium. ff. de bo. aut. iudi. poss. l. fina. C. de contrahen. & cōmitten. stip. & expressius in. l. nā & si cum moriar. & quod ibi Guilliel. de cuneo & Bar. in vltima oppositione. ff. de condict. indebiti. Et eo vel maxime, vel signanter non obstat in hoc casu: in quo non est facta mentio mortis in verbis importantibus substātiam donationis, & illius meram dispositionem: sed in verbis denotantibus executionem vel effectum. Non enim dictum est quod idem nobilis Ludouicus donat post decessum ipsius, & non ante: sed dictū est quod ipse dat, donat donatione &c. Et deinde subiungitur, post tamē decessum ipsius Ludouici du perier & non ante valitura. Ita quod verba post decessum & non ante, referuntur ad participium valitura: quod executionē signat. Et ita non officit, sed facit pro eo quod dixi id quod not. Bal. in addi. Specula. titu. de instrumen. edit. columna vltima. versicu. si quis donat. Preterea in. d. instrumento dictū est, quod dictus nobilis Ludouicus dat & donat donatione irreuocabili: illa ergo est inter viuos. l. vbi ita donatur, & quod ibi Bar. ff. de dona. cau. mortis. Bal. in. l. ij. C. de iure do. & Frācis. de are. consi. xli. exordiente, Diligenter & mature pensata consultatione &c. versiculo, primum est quod cum in instrumento dicatur. Adijcio quod idem nobilis Ludouicus conuenit, promisit & iurauit tenere, attendere & contra non venire: quo casu indubitatum est quod donatio est donatio inter viuos & irreuocabilis. dicta. l. vbi ita donatur, & quod not. Bald. in allegata. l. ij. Angel. consi. clxxxj. exordiente, Uisis instrumentis &c. columna. x. versic. nunc descendo. Paul. de castro consilio. xcviij. exordiente. Notandum est primo &c. & Alexand. de imola in dicto consilio. xiiij. colum. ij. versicu. predicta enim Maria, & d. consilio. lxxviij. colum. j. & ij. in quarto volu. Et hoc fuit de mente Barto. si bene inspiciatur, in. d. l. fina. columna penultima. C. de pactis. quod etiam voluit domi. Iason may. in. l. non omnis. colum. ij. ff. si certum petatur.

Sed huic donationi multa videtur obstare. Et primo patria potestas. l. j. §. si pater. & l. si pater. ff. de vsucapio. pro dona. l. ij. C. de inoffic. dona. l. filie. C. familie erciscun. & l. donatiōes quas parentes in liberos, cum suis simi. C. de donatio. inter virum & vxo.
3 per que probatur † quod donatio inter viuos facta per patrē filio in potestate est nulla: cuius illa solet ratio assignari: quia qđ pater donat filio in potestate: illud est profectitium, & per consequens esset patri acquirendum. Ergo talis donatio nihil valet: quia pater sic donans videretur sibi donare, contra. l. si quis pro eo. §. j. ff. de fideiussorib. Nec videtur talis donatio posse firmari iuramento. Tum quia sit inter personas prohibitas: ergo &c. l. si quis inquilinos. §. fina. cum simili. ff. de leg. j. & in. l. cum quis. §. titia. ff. de lega. iij. Per que iura hoc tenuit Bal. in quodam suo consil. exordiente, Queritur an donatio. qđ refert Roma. in repeti. rub. ff. de iureiuran. in. iij. q. Pro hac parte etiam consuluit Paul. de cast. consil. cv. exordiente, Circa bona que fuerunt domini Huberti: qui mouetur duplici fundamento. Primum iam fuit factum, scilicet qđ quando pater donat filio in potestate censetur sibi ipsi donare. Quemadmodum ergo si quis sibi ipsi donaret, donatio non firmaretur iuramento. c. si. in fi. de institu. & arg. l. ij. ff. de stipu. seruo. & l. vianius. in prin. ff. de fideiusso. ita nec videtur firmari iuramento, quando pater donat filio in potestate: q2 profectitia acquisita per filium sunt hodie patris, sicut & olim: q2 in eis nihil est hodie immutatum. Secundum fundamentum est, quia iuramentum patris nō videtur posse facere filium de incapace capacem: sicut si donaret seruo cum iuramēto, per hoc nō valeret donatio: nec seruus esset capax huius donationis, quoad hoc vt sibi ipsi acquireret. Etiam pro hac parte consuluit Raph. fulgo. consi. cxcix. exordiente, Uiso suprascripto instrumento.

Sed his non obstantibus puto cōtrariam sententiam esse de iure veriorem, scilicet quod patria potestas non impedierit nec impediat quominus donatio huiusmodi valuerit & valeat: & hoc ratione iuramenti in eadem prestiti, vt voluit Bald. in. l. si donatione. C. de colla. & expressius in. l. fin. colum. fina. versi. Sed quid si fuit inter patrem & filium appositum iuramentum. C. de vsuca. pro dona. vbi pro hac sua sententia multa & elegantia fundamenta inducit, que possunt ibi videri. Et idem voluit ipse Bal. in repeti. l. ij. char. xiij. vel circa, versicu. Et idem credo quando pater donat filio in potestate & iurat. ff. de iureiuran. & consilio. cclxv. exordien. premittendum est ad euidentiam. in. iij. parte. hanc sententiam tanq̄ veriorem secutus est Alexan. de imo. in. d. l. si donatione. collat. v. versicu. vtrum autem donatio expresse facta a filio &c. vbi etiam multa bona fundamenta inducit: & respondet rationibus Pau. de cast. supra relatis. Pro hac sententia etiam consuluit idem Alex. consi. viij. exordiente, Uisis & consideratis &c. colum. vij. & consil. clvij. exordiente, Uiso instrumento donationis &c. colum. fina. in secundo volumine. & consilio. xx. exordiēte, Ponderatis his que in themate &c. colum. j. versic. Preterea virtus iuramenti &c. in. iij. volu. hanc sententiam secutus est Ro. in. d. repeti. q. iij. & in. d. l. si donatione. colum. j. Illam etiam sequitur Fran. de are. in. l. placet. ff. de acquiren. possessio. & fuit de mente ipsius consil. xvij. exordiente, Consideratis diligentissime &c. collat. iij. versi. preterea nulla potest &c. ibi, nam dicere quod propter istam clausulam, & consilio. lxxvij. exordiente, Et ratio scribendi recte in consiliis. colum. iij. versicu. Circa tertium: vbi etiam pro hac parte inducit bona fundamenta, que possunt videri. fuit etiam hec sententia de mente Barto. in. l. titia. la. ij. §. imperator. versi. quero mater & pater &c. ff. de lega. ij. & Ioan. and. in addi. Specu. titu. de testa. §. j. versi. pone filius. vbi dat consilium quod filius emancipetur, & quod pater iuret. Istam sententiam sequitur domi. Iason may. in repeti. d. l. frater a fratre. columna vltima. versicu. Septimo limita singulariter quando interuenerit iuramentum, & plenius in lectura eiusdem. l. col. penul. versic. decimo predicta regula fallit interueniente iuramento. Ex quibus dictis etiam apparet responsio ad fundamēta Paul. de cast. & Raphael. fulgo. & aliorum tenentium opinionem contrariam. Ponit etiam ibidem idem dominus Iason bona fundamenta, per que palam ostenditur istam opinionē esse veriorem: que quia possunt ibi videri, non transcribo. Preterea quamuis donatio predicta non fuerit vera donatio propter nuptias: illa videlicet de qua & cuius natura habetur in. §. est & aliud. instit. de donationibus. in. l. si constante penultima. §. sancimus. l. fina. §. igitur. & auth. dos data. C. de donationibus ante nupti. & que solet

hari mulieri in recompensam sue dotis, ⁊ pro illius securitate seu
quasi pignore, dicta. l. si constante. in principio, ⁊ quod ibi docto-
res, maxime Salycetus in dicta. l. penultima. §. sancimus. ibi,
quasi antiferna. videtur tamen fuisse donatio propter nuptias:
hoc est facta contemplatione matrimonij, ⁊ nuptiarum contra-
ctarum inter supra dictum spectabilem dominum Gaspardum ⁊
spectabilem dominam Sibyllam de prato eius consortem: quod
ex eo apparet, quia incontinenti contracto matrimonio huius-
modi, ⁊ priusquam ad alios actus diuerteretur, dictus nobilis Ludo
uicus fecit donationem huiusmodi: quinetiam in donando hoc
expressit: ⁊ ita mens eius clara est, scilicet quod ipse donauerit cõ
templatione matrimonij. ⁊ propter ipsum. Dicta igitur donatio
tanquam facta contemplatione matrimonij ⁊ propter nuptias, que
fortasse alias secute non extitissent, valuit exemplo donationis
propter nuptias proprie dicte: que scilicet fit vxori pro securitate
4 † sue dotis, argumen. l. pomponius philadelphus. ff. familie er-
ciscun. ⁊ eorum que notan. per glossam ⁊ docto. in dicta. l. secũda.
C. de inofficio. dona. non enim fuit simplex donatio. Et ita nõ ob
stat. d. l. donationes quas parentes. C. de dona. inter virum ⁊ vxo
rem. Sed vt iam dixi fuit donatio propter matrimoniũ: cui mul-
ta debentur. c. si quis acceperit. xxxiij. q. j. c. continebatur. de de-
spon. impub. ⁊. c. fina. de re iudi. Preterea ad validitatem dona-
tionis huiusmodi facit generalis consuetudo regni, Delphina-
tus, Prouincie, ⁊ prouinciarum citramontanarum: que habet ⁊
vult donationes huiusmodi obseruari, ⁊ secundum quam obser-
uari solent. Pro qua consuetudine allegat dominus Ambrosius
de vinate in quodam suo consilio exordiente, pridem contractum
fuit matrimonium per verba de futuro inter spectabilem domi-
num Guidonem de palude ⁊c. c. dilecti. de fide instrumen. c. dile-
cti. de arbitris. ⁊. l. j. C. de emancipa. liber. facit etiam quod vo-
luit Oldra. consil. ccvij. exordiente, Uniuersis presentes literas
inspecturis. vbi dicit quod generalis consuetudo facit licitum
quod alias esset illicitum. pro quo allegat. l. si in emptione. §. j. ff.
de contrahen. emptione ⁊ venditione. ⁊. l. venditor. §. si constat.
ff. communia prediorum. Concludo igitur super isto articulo, sub
correctione cuiuslibet domini melius sentientis, quod patria po-
testas non impediuit quominus valuerit ⁊ valeat predicta do-
natio. ¶ Secundo eidem donationi obstare videtur omissio in-
sinuationis. Audio enim quod illa medietas domus donata in
pluri excedit summam seu valorem quingentorum aureorum.
Quo fit vt non videatur donatio huiusmodi valuisse, quatenus
illa excedebat ⁊ excessit dictum valorem. l. sancimus. §. j. ⁊. l. si qs
pro redemptione. C. de donatio. quarum legum dispositio videt
procedere non solum quando fit donatio extraneo: sed etiã si fiat
coniuncto. l. data. C. de donatio. Et quod donatio excedens va-
5 lorem quingentorum aureorum † sine insinuatione non valeat,
quoad id in quo excedit, etiam si iuratum extiterit, videtur posse
probari per multa fundamenta que ponit Bal. in. l. illud. colum.
iij. versicu. Quinto quero. C. de sacrosanc. eccle. ⁊ Salycet. in di-
cta. l. si quis pro redemptione. columna. ij. versicu. sed vltra que-
rit Joannes andreas. ⁊c. ⁊ multo plura Philippus de cor. con-
silio. lxix. exordiente, De duobus queritur in hac consultatione.
in secundo volumine, ⁊ dominus Bartholomeus socinus consi-
lio. lxxvij. exordiente, In presenti consultatione plura veniũt ⁊c.
in secundo quesito, in prima parte: qui inducunt pro hoc decem
fundamenta, que breuitatis causa non refero. Hanc partem secu
tus est Bald. in dicta. l. illud. columna. iij. Antonius de cana. in
suo tractatu insinuationum. qõ. lxiij. pro qua consuluit Anto. de
placen. in quodam eius consilio exordiente, circa hoc videtur. cui
se subscripserunt Hierony. tor. Jo. puteus, ⁊ Nicolaus de sancto
nazario: hanc opinionem etiam secutus est Joan. Fab. in. §. alie.
insti. de dona. ⁊ quidam alij in alijs locis. Sed his non obstanti-
bus puto opinionem contrariam esse de iure veriorem. Constat
enim quod huiuscemodi donatio potuit per dictuz nobilem Lu
douicũ donatorem obseruari sine dispendio salutis eterne: ⁊ pro-
pterea iuramentum super ea interpositum erat seruãdum, per re-
gulam quam ponit text. in. c. cum contingat. de iureiurando. ⁊. c.
quamuis pactum. de pact. in. vj. ⁊. c. licet mulieres. de iureiuran.
eodem libro. In quibus iuribus iuramentum non solum ligat iu
rantem, sed etiam firmat contractum: prout communiter scribũt
in illis omnes doctores. Ad id facit authen. sacramenta pube-
rum. ⁊ quod ibi doctores magis communiter. C. si aduersus ven
di. Licet enim de iure ciuili ante dictam authen. iuramẽtum nõ
firmaret contractus inualidos: tamen per. d. authen. contrarium
disponitur in casu suo, secundum communem opinionem. Et de
iure canonico magis late hoc ipsum disponitur in. d. c. cum con-
tingat. ⁊. c. quamuis pactum. que licet loquantur in casibus spe-
cialibus: tamen quia se fundant in ratione generali, illa generali-
ter intelliguntur communiter ab omnibus etiam extra suos ca-
6 sus. Et idcirco quãuis ius cõmune vel municipale annullet † do
nationem non insinuatam: tamen illa firmatur iuramento, per di
cta iura, prout etiam firmat Joannes andr. in additio. Spec. tit.
de instrumen. editio. §. porro. in vltima addi. per iura preallegata
⁊ per ea que in his habentur. Quibus accedit q: donatio nõ insi
nuata non est ex toto prohibita: q: intra certam summam tenet,
dicta. l. sancimus. ⁊ etiam q: non habet perpetuam causam prohi
bitionis, secundum eum. l. penulti. C. de dona. Hanc opinionem
sequitur Romanus consilio. xxviij. exordiente, pro decisione eo-
rum de quibus dubitatur. Joannes de imola in sua solenni repe-
titione dicti. c. cum contingat. in decimo membro, versic. sed du-
bium est quid iuris si interuenerit iuramentum. vbi etiam hanc
partem secutus est Panorm. Et pro hac parte inducit Joan. de
imo. multa bona fundamenta: ⁊ respondet motiuis Bald. ⁊ Sa-
lice. huius opinionis sequitur Fridericus de senis. consi. cclxxj.
exordiente, Casus talis ⁊c. Ang. in. d. l. sancimus. §. fi. Bald. sibi
contrarius in. c. cum contingat. ⁊ in. §. ⁊ cum retro. institu. de do-
natio. ⁊ Alex. de imol. in. l. nemo. col. v. vel circa. versic. Item in-
quantum querit ibi Bart. an statuto vel legi requirenti insinua-
tionem. ff. de lega. j. vbi multos commemorat tenentes hanc par
tem: ⁊ pro qua dicit se sepissime consuluisse: quod ⁊ verum est, scili
cet consil. iiij. columna. xij. vel circa, versicu. nec ad hoc obstat si
dicatur quod donatio non valet sine insinuatione ⁊ consilio xij. in
primo volu. ⁊ consi. xx. ⁊ sequenti in tertio vol. consi. lxxxij. col. pe-
nul. ⁊ fin. in secundo vol. Et dicit idem Alex. in. d. consi. iiij. se vi-
disse consilium Joan. de anania qđ exorditur, In nomine sancte
trinitatis visis ⁊ ponderatis ⁊c. ⁊ qui in illo referebat se alias vi-
disse elegans cõsilium cuiusdam domini Pacis de Aquila, qui
dicebat qđ licet Bart. in. l. si qui pro eo. §. j. ff. de fideiusso. specifi-
ce non decidat istum casum: tamen per rationes quas ibi ponit
Bart. videtur q donatio valeat. Et in d. consilio etiã referebat
q do. Petr. de Ubal. de perusio ita consuluerat. Et dicit Joan.
de ana. q illi consilio domini Pacis se subscripserant fere omnes
doct. Bononien. ⁊ precipue Joan. de imo. ⁊ Flor. de sancto Pet.
Dicit etiam Alex. de imol. in d. consi. iiij. q ipse viderat consiliũ
Joannis de ana. subscriptuz a celeberrimis doctoribus do. Jac.
de zoc. de ferra. ⁊ Angel. de are. Dicit etiam se recordari q alias
ita consuluerat dum legeret Ferrarie, ⁊ q pro eadem parte consu
luerunt celeberrimi iureconsulti do. Francisc. de are. ⁊ Maria. ⁊
est verum q pro hac parte consuluit ⁊ quidem eleganter ⁊ subti-
liter Franc. de are. consi. ij. ⁊ consi. lxxvij. Ange. consi. xcj. exordi.
pro parte negatiua ⁊c. col. antepenul. versic. Superest igitur vide
re, Panormit. consi. cvij. Hanc partem etiam secutus est Joan-
nes de imo. in. l. modestinus. ff. de dona. Joannes caupe. in repe-
titione dicte. l. nemo potest. vbi etiam dicit istam partem esse ve-
riorem. Pro ea etiam consuluit Philip. de corneo in consilio
exordiente, Quia in hac causa bis consului. in primo volumine,
⁊ plenius consilio. lxix. exordiente, de duobus queritur ⁊c. in se-
cundo volumine, ⁊ Bartholomeus socinus, vel domi. Mari. pa-
ter in consilio septuagesimoseptimo, in prima parte: in quibus
duobus vltimis consilijs plene respondent Philip. ⁊ Soci. de-
cem fundamentis pro parte contraria supra allegatis. Et vt di-
cit Philippus de corneo in dicto consilio. ccxxj. ista videtur opi
nio fere omnium canonum: quibus magis credendum est in ma-
teria canonicali. argu. c. verum. ix. distin. prout est materia iura-
7 menti: in qua sunt attendendi canones † etiam in foro seculari.
dicto capitu. licet mulieres. cum suis similibus. de iureiuran. in
sexto. Uidetur igitur proculdubio dicendum quod non obstan-
te defectu insinuationis prementionate valuerit predicta dona-
tio. Et eo maxime quia hanc partem tenuerunt Joannes andr.
Fride. de se. Antonius de butrio ⁊ Joannes de imola, optimi ca
noniste, ⁊ etiam summi legiste. Et quia ipsi ⁊ alij tenentes hanc
partem habent rationes pro eis concludentes; legiste vero, illi
scilicet qui tenent partem contrariam, licet habeant rationes
persuasorias: sunt tamen fragiles, vt videri potest per respon-
siones ad illas datas per Philippum de corneo ⁊ Socinum in
locis superius allegatis: magis ergo standum est canonistis, vt
iam dixi, quam legistis. Pro quo facit id quod refert Ualerius ma-
ximus de Sceuola legum certissimo vate, qui quoties de iure
pretorio consulebatur, ad Furium ⁊ Casellium, qui illi sciẽtie de-
diti erant, consultores remittebat: quo quidem facto moderatio-
nem suam magis commendare videbatur, quam minuere autho
ritatem. Et dicit Antonius de butrio in cap. raynutius. de te-
stamentis, quod si canoniste dubitent circa materiam substitu-
tionum, vel aliam materiam legalem, bene facient si cõsulant pe
ritum legistam. Sicut econtra bene faciunt legiste in materia ca
nonicali, si consulãt peritum canonistam. Preterea donatio pre-
dicta nõ est simplex, sed ob causam, vt predixi: que propterea nõ in-
digebat insinuatioe. l. attilius regulus. ⁊ qđ ibi doct. ff. de dona.

Concludo

Concludo igitur vt predixi donationem predictam nō posse impugnari pro omissione insinuationis.

¶ Tertio eidē donatiōi obstare videt superuenientia liberorū naturalium et legitimorum. l. si vnq̄. C. de reuocan. dona. sed respondeo q̄ hoc non obstat, nisi forte quatenus alia dimidia pars domus predicte non donata, et alia bona dicti quondam domini Ludouici non sufficerent alijs liberis tam natis ante dictam donationem, quam postea, ad debitum iuris subsidium, seu eorum legitimam: tunc enim pro eo quod deesset, deberet rescindi, non vltra. l. si totas. vbi est de hoc tex. C. de inoffi. dona. Quod etiam voluit glo. in d. l. si vnquam. et docto. communiter in. l. j. C. de inoffi. dona. et c. fin. de dona. Et istud nullam habet difficultatē. Que omnia dixerim etc.

1 ☞ Detractio impensarum funeris non requirit detractionem legatorum factorum in causas pias: q2 illa non possunt diminuere legitimam filij.

2 Legitima in taxanda inspicienda sunt bona que fuerunt defuncti tēpore mortis.

¶ Epitome.

¶ Ante legitimam in quam veniunt fructus etiam consumpti ab herede bona fide possidente non detrahuntur ea, que pater nomine filij viuens emerat. V. F.

¶ De suis et legi. Consi. cxxj.


X casu mihi exhibito parte Claudij clareti et Marie richarde eius neptis eliciuntur multa dubia. Primum quanta fuerit legitima honeste quondā mulieris Francesie clarete, matris dicte Marie. Secundum que ante legitimā huiusmodi debuerint et debeant detrahi. Tertium an inuita eadem Maria filia et herede dicte quondam Francesie, possit supplementum predicte legitime solui in pecunia, vel tradi et solui debeat in corporibus hereditarijs.

¶ Ad que respondeo breuiter et succincte prout infra. Et primo ad primum. Et dico quod cum probo quondam viro Petro clareti superfuerint duo liberi primi gradus, scilicet dicti Claudius et Francesia, horum duorum legitima fuit triens, seu tertia pars bonorum eiusdem quondam Petri, eorum sc3 que superfuerunt deducto ere alieno et funeris impensa, authen. de triē. et semis. §. j. coll. iij. et transsumptiue in authenti. nouissima. C. de inoffi. testa. iuncta. l. papinianus. §. quarta autem. ff. eod. titu. Et sic legitima predicte Francesie fuit sexta pars predictorum bonorum, deducto, vt predixi, ere alieno et funeris impensa.

¶ Ad secundum dico et respondeo, vt iam dixi, quod ante detractionē legitime detrahi debent debita dicti quondam Petri, si q̄ sint inter que sunt etiam pensiones, si que debebant per eundem quondam Petrum: etiam detrahi debet expensa funeris dicti quondam Petri, veluti illa expensa que facta est pro sepultura ipsius, pro classis et cādelis, facibus, oblationibus et missis diei sepulture, et forte secundum aliquos durante nouena. Non autem
1 detrahi debent † legata, etiam si illa fuissent facta in piam causam: q2 illa non diminuunt legitimam filij: pro eo quia qui ecclesiam vult instituere et filiū exheredare, alium querat etc. c. finali xvij. q. vlti. no. gl. in. l. si quis ad declinandam. C. de episcop. et cler. et d. l. papinianus. §. j. Et quod legata pia non diminuant legitimam, tenuit in specie Alex. de imola in cōsi. xviij. exordiēte, nō minuitur legitima etc. et d. Jas. may. in. l. si vnus. col. ij. ver. iij. C. de testa. Et si legata pia non minuant legitimam: multominus illam minuunt alia legata, que sunt tātum fauorabilia. Quo vero ad bona, que pretendit idem Claudius fuisse per dictum quondam eius patrem nomine eiusdem Claudij empta seu acquisita, voluissem videre instrumenta, si que sint: vt sic et certius et plenius possem respondere: quorum visione salua dico et respondeo, quod si non est aliter facta donatio de illis bonis dicto Claudio per dictum Petrum eius quondam patrem, nisi pro eo q2 illa fuerūt acquisita nomine eiusdem Claudij: illa non essent detrahenda ante detractionē legitime, pro eo q2 illa remanserunt in patrimonio patris. Donatio enim illa ab initio non valuit. l. j. §. pater. et l. pater. ff. de vsuca. pro dona. l. ij. C. de inoffi. do. l. filius cuius. C. famil. ercis. et l. donationes quas parentes. C. de do. inter vir. et vxor. Fateor autem q̄ illa potuit confirmari, si fuerit processum ad traditionē: et pater perseuerans in voluntate sic mortuus fuerit. Sed q2 donatio huiusmodi haberet vim relicti, secundū ea que not. doct. in auth. ex testamento. C. de colla. do. Jas. in. l. si qn. §. et gnaliter. col. j. C. de inoff. testa. nō diminueret legitimam: pro eo
2 q2 in taxanda legitima inspiciuntur † bona que fuerunt defuncti tempore mortis. l. cum queritur. auth. nouissima. C. de inoffi. testa. Cum igitur bona predicta fuerint dicti Petri tempore mortis: debet ad bona huiusmodi haberi respectus in taxatiōe legitime.

Quo vero ad melioramenta dico, q2 illa debent detrahi, et quod pro taxanda legitima debet inspici quantum valerent bona dicti quondam Petri tēpore eius mortis, deducto ere alieno et funeris impensa. Ad tertium dico et rñdeo q̄ si dos. d. quondā Francesie que fuit octuaginta florenorū, et hortus sibi legatus, nō sufficiūt ad dictam eius legitimā, q̄ vt dixi est sexta pars predictorū bonorū: dicta Maria restituere poterit viginti florenos sibi legatos, et petere quod supplementū sibi tradatur et expediatur in rebus substātia testatoris, seu bonis hereditarijs. l. scimus. §. repletionē. et quod ibi doct. C. de inoffi. testa. Quod et post Guli. de cu. voluit Bar. in. l. suus quoq3. in fi. principij, vbi et Jo. de imo. coll. viij. ver. Aduerte et q2 hic Bar. ff. de here. institu. Alex. de imo. in. l. non amplius. §. fi. ff. de lega. j. et alij in alijs locis. Et poterit petere non solum dictum supplementum, sed etiā fructus illius: q2 sicut filio et filie debetur legitima: ita et fruct9 legitime. d. auth. nouissima. et q̄d ibi gl. et docto. in d. l. papinianus. §. si quis. nota. glo. j. ad fi. l. in fideicommissariam. ff. ad trebel. et Joan. and. in addi. Specu. titu. de pigno. §. sequitur videre. in additione que incipit si vsusfructus debebatur. Et hoc notabil'r declarat Bal. in l. non est. C. famil. ercis. vbi concludit hoc esse verum etiam si tales fructus essent cōsumpti ab herede bona fide possidēte. Que dixerim etc.

1 ☞ Ordo fratrum predicatorū an sit incapax bonorum immobilium et successionum ex ipsius originali regula, vel ex constitutionibus.

2 Predicatorum fratrum ordo quod sit incapax bonorum immobilium ex regula vel ex constitutionibus multum refert: et quare.

3 Canonica solēnitas non requiritur, secundum aliquos, in alienatione bonorum tam mobilium q̄ immobilium donatorum per aliquem fratribus predicatoribus.

4 Arbitrium liberum habere dicitur, q̄ non habet ipsum simpliciter, sed modo coarctato.

5 Anni quadraginta requiruntur seu exiguntur ad complementū prescriptionis contra ecclesiam.

¶ Epitome.

¶ Res que conuentibus ita incapacibus relinquuntur, vt ex regula necesse sit eas vendere, sine canonica solēnitate per eos alienari possunt: in quo secundum magnitudinem lesionis vel intra quadriennium vel intra quadraginta annos restituētur. V. F.

¶ De sacrosan. eccl. Consi. cxxij.


Ro solutione eorum de quibus querit prenobilis et honorabilis viri Jacobi clementis, et heredum nobilis quondā viri Bartolomei clementis, existimo fore inquirendum, an ordo Predicatorum sit incapax bo-
1 norum immobilium et successionum ex ipsius † originali regula, vel ex constitutionibus. Super quo articulo dicit Philippus de franc. in capitulo vnico. §. cōfirmatos. colūna prima, de religio. domi. in. vj. quod et Predicatores et Minores sunt mēdicantes ex regula et ordine, affirmans quod etiam hoc tenet glo. in d. §. confirmatos, super verbo professio. Pro quo allegat. d. §. et c. quorundam. de elect. et c. fina. de pactis. vbi dicit probari quod Minores, Predicatores, et Eremite sunt mēdicātes ex ordine: ita secundū eum tenuit glo. in dicto. §. cōfirmatos. super verbo solido. et gl. iij. in dicto. c. fi. et in clemē. vt professores. super verbo quoslibet, de regularib. vbi etiā hoc tenere videt Paulus de lyaza. super verbo, ordinis. Dicit enim quod ex sui fundatione Predicatores, Minores Eremite et Carmelite dicuntur mendicātes. Sed cōtrariū, sc3 q̄d non ex ordine seu regula sint fratres Predicatores mendicantes, sed ex suis cōstitutionibus, tenuerunt multi: et quidem Joan. andr. in. c. sane. de regularib. Frider. consi. xiij. exordiente, Fratres predicatores. et consi. cclxv. exordiente, quādo remittetis hoc sero librum declaretis istū passum etc. vbi etiā Jo. de paglia. in. c. in presentia. sup verbo, minor. ver. quid si quis ingrediatur monasterium. de probatio. vbi etiam Anto. de but. col. vij. versi. idem Fridericus etc. Et idem tenent ibi doc. communiter, et Bald. in. l. cum acutissimi. C. de fideicōmis. et in multis alijs locis ibi relatis per Alex. de imo. in addi. Anto. de bu. in. c. nimis praua. de excessi. prelato. Pet. de anch. cōsi. lv. Joan. de imo. in l. j. col. ix. ver. aut iste est ingressus ordinē predicatorū. ff. de testa. Alex. de imo. cōsi. lxxviij. exordiēte et nimie dñe vicarie, in secundo volumine. Et videtur esse communior opinio: contra quam esset forte difficillimum obtinere: quamuis non sit negandum quod gloss. est maxime autoritatis: pro quo allegasse sufficiat id quod not. d. Fely. in. c. j. col. penul. versi. secūdo limita. de constitutio. Andre. barba. consi. ix col. ix. in secunda parte, et Anr. cor. in suis singularibus, in verbo legitima, col. iiij. quod vel maxime vel saltem procedit secundum Jaco. But. in. l. vnica, qui pro sua iuris-

dictione iudi.da.dar. de poss. quando habet famosum doctorem idipsum opinantem & glo. sequentem, vt in casu in quo Paul. de leaza. & Philip. de fran. hocipsum tenent. Et quidem multū refert an ex regula vel ex constitutionibus sint mendicantes, & incapaces bonorum mobilium & successionum: pro eo † omnis consti
2 tutio de sui natura est retractabilis & mutabilis secundum temporis & cōditionum mutationem: quibus debet conformari. c. nō debet. de consangui. & affi. cle. j. §. hec sancta. de summa trini. c. si peccauerit. xxiij. q. iiij. & c. erit autem. iiij. distinc. & c. necesse. cum suis simili. distin. xxix. quod etiam voluit Paul. de leazariis in. d. clemen. vt professores. super verbo ordinis. de regula. Non sic autem dicendum est de regula: quia illa secundum omnes longe difficilius immutatur. Uerum siue dicamus ordinem fratrum predicatorum esse mendicātem ex regula, siue ex constitutionibus, videtur quod iure fratres predicatores nō possunt succedere vel capere bona immobilia & perpetua, vt illa sibi retineant: sed vt vendant, & sic pretium in suas necessitates cōuertant. hoc enim tenet Specu. tit. de stat. mona. §. j. versic. tertio queritur. Cyn. in. l. deo nobis. ad finem. C. de episco. & cler. Hoc etiam communiter tenēt doct. in. d. c. in presentia. de proba. pro quo solet allegari glo. in. d. c. vnico, super verbo, domum. de religi. domi. in. vj. secūdum quā in facto consuluit do. Cardi. florē. consi. lxj. exordiente, Statuto ciuitatis &c. circa fi. & consi. cij. exordiente, Super pacto testamenti quondam peregrini &c. Idem voluit Bart. in auf. si qua mulier. col. iij. C. de sacrosanctis eccle. & in. d. l. cum a curissimi. col. ij. versi. secus si esset frater predicator &c. Bar. in. l. apud iulianum. ij. si. ff. de lega. j. Ex quibus infertur ad primum quesitum, quod cum conuentus fratrum predicatorū loci Tarasconis, heres institutus per venerabilem quondam virum dominum Ludouicū clementis, regium secretarium, non posset de iure retinere bona hereditaria per dictum Clementis sibi relicta: sed teneretur illa alienare: potuit ipse conuentus bona huiusmodi vendere dictis nobilibus Bartholomeo & Jacobo. Nec opus erat ad validitatem venditionis seu remissionis aut cessionis bonorum huiusmodi, qđ in alienatione huiusmodi fuerit obseruata canonica solennitas, nec qđ occurrerit alter ex casibus, in quibus licite fieri pōt alienatio rerū immobilium ecclesie: quia iura prohibentia fieri alienationem rerum huiusmodi, nisi in altero ex casibus huiusmodi, & nisi obseruata canonica solennitate, loquuntur in immobilibus rebus ecclesiarū alienari prohibitis, vt videri potest in. c. fine exceptione. xij. q. ij. c. nulli. de reb. eccle. non alie. & in multis iuribus illius tituli in. c. hac cōsultissima. eo. tit. in vj. cuiusmodi nō erant bona per dictum conuentum Tarasconis alienata: cum vt dixi
3 de iure communi illa retinere non posset: sed vēdere teneret. † Et quod in alienatione bonorum huiusmodi non requiratur canonica solennitas, tenuit Guliel. de cuneo in authē. hoc ius porrectū. C. de sacrosanct. eccle. & post eum Bald. in. d. auf. si qua mulier. col. iij. versi. Sed modo restat questio. ibi, sed si ponamus. & in authen. hoc ius porrectum. col. penul. versi. adde post omnia ista. C. de sacrosanct. eccle. & vtrobiq; ponit Bal. bonas rationes: quas non transcribo. Idem fuit de mente Bald. in. c. cum causa. col. ij. de re iudic. & dominus Feli. in dicto c. in presentia. charta penult. col. iij. versic. tertio scias q in tali venditione non requiritur solennitas. Et hec intelligo, nisi haberēt priuilegium, quo fortasse possent non solum succedere vel capere & retinere: sed etiam prohiberentur alienare. qđ non vidi. Uerum est tñ qđ Albe. in auf. ingressi. col. iij. versi. audiui a fratribus predicatoribus. C. de sacrosan. eccle. refert audiuisse ab eisdem fratribus, qđ super hoc habebant rescriptum apostolicum: & qđ Archidiaconus recitat se vidisse formam rescripti dñi Clemētis quarti: vbi est talis cōclusio, Nos itaq; vestris supplicationibus benignius annuentes authoritate apostolica declaramus qđ vos in tēporalibus bonis in quibus succederetis in seculo existētes licite possitis succedere & bonorum ipsorum possessionē apprehendere ac libere vendere bona ipsa eorumq; pecuniam in vtilitatē vestram conuertere prout videbitur. Sed Quis per huiuscemodi priuilegium concedatur facultas succedendi: nō tñ prohibetur alienatio bonorū, sed potius conceditur facultas illa libere alienandi, & vēdendi: qđ fieri posse non videretur, si pro alienatione huiusmodi facienda opus esset interuenire alterum ex casibus, & nihilominus in alienatione obseruare ecclesiasticam solennitatē. Pro quo allegasse sufficiat id qđ not. Panor. in. c. de multa. col. j. versi. nota ibi, libere cōferat. de preben. & Bal. in. l. dudum. versi. Tertio nota. C. de cōtrahen.
4 empt. & vendi. vbi not. illum nō habere liberum arbitrium, † qui non habet ipsum simpliciter, sed modo coarctato: prout ibi exemplificat idem Bald. Et si sint alia priuilegia apostolica: illa essent videnda, & tenor illorum inspiciendus. arg. l. ad probationem. ibi, quem tenor adiuuat. C. de proba. l. sancimus. versic. placiti tenor. C. de fideiusso. l. fideius. magistratuum. §. pro aurelio. versic. lecta subscriptione. ff. eodem tit. c. porro, c. recepimus, cum suis simili.

de priuilegijs. Et de istis priuilegijs tenentur ipsi fratres facere fidem, postq̄ vel ex regula, vel ex eorum constitutionibus apostolica authoritate confirmatis sunt incapaces bonorum immobilium, successionum, & perpetuorum redditūm. Super quo etiam aduertendum est, q vt audio conuentus fratrum predicatorum, hoc est domini priores & fratres singulorum conuentuum, solent talia bona alienare sine authoritate superiorum, vtpote prouincialium, & generalis: qđ nō solet interuenire tractatus ille, de quo in d. c. fine exceptione. xij. q. ij. super quo poterunt se informare dicti nobiles Jacobus & heredes. Et per hec patet respōsio ad primum & secundum.

Ad tertium non possum opportune respondere, pro eo quia nescio quantum valerent bona dicti quondam domini Ludouici, detracto ere alieno & legatis per eum relictis: illis scilicet que soluturus erat dictus cōuentus, si non cessisset & remisisset bona & hereditatem prefatis nobilibus Bartho. & Jacobo. Adijcio qđ si omnibus deductis comperiretur conuētus fuisse lesus non in modico: sed in multo, citra tamen dimidiam iusti pretij, competūt ab initio, & vsq; ad quadriennium a tempore alienationis predictorum bonorū remedium restitutionis in integrum: sed post lapsum illius prescriptum est aduersus remedium huiusmodi: nisi causa rationabilis, propter quam agere & experiri nō potuisset, superesset iuxta ea que habentur & scribuntur per glo. & doct. in. c. j. de in integr. restitutione. in c. j. eo. titu. in. vj. & in cle. j. eo. titu. Si vero fuisset dictus conuentus lesus vltra dimidiam iusti pretij: competijsset & adhuc competeret remedium. l. ij. C. de rescin. vendi. & c. penul. de empt. & venditio. qz nondum preterierunt quadraginta anni a tempore dicte
5 alienationis: qui exigūtur ad cōplementum prescriptionis † contra ecclesiam &c.

Ad quartū dico & respondeo, qđ licet dictus quondam dominus Ludouicus haberet matrem & fratres: potuit nihilominus instituere alium heredem: qz vnusquisq; est moderator & arbiter rei sue. l. in re mandata. cum alijs vulga. C. manda. Et hoc maxime procedit in vltima voluntate. l. j. C. de sacrosanc. eccle. & c. vltima voluntas. xiij. q. ij. tenebatur tamen relinquere dicte eius matri triētem, hoc est tertiam partem dictorum suorum bonorum, eorum scilicet que superfuerint deducto ere alieno & funeris impensa. Quia quemadmodū aucta est legitima liberorum: ita & legitima parentum, vt scribūt doctores in auf. nouissima. C. de inofficioso testamento. Et licet eidem domino Ludouico superfuerint duo fratres forte vtrinq; coniuncti: tamen legitima dicte matris non fuit tertia pars trientis, sed triens integer. vt. s. dixi.

1 Testamentum in quo testator preterit filium naturalem & legitimum.

Epitome.

Testamentorū verba generalia faciūt, vt filijs qualitercunq; relicta censeantur iure institutionis, & testamentum alias ruiturum firment. V. F.

De testamentis. Consi. cxxiij.



Visa copia vltimi & nuncupatiui testamenti honorabilis quondam viri Raymundi victoris, mercatoris loci de Marchilannis, & intellecto eo de & super quo dubitatur, dico & respondeo breuiter & succincte: quod licet testamentum huiusmodi videatur ab initio fuisse nullum, propter preteritionē venerabilis quondam viri domini Stephani victoris eius filij naturalis & legitimi, cui nihil legit reliquisse iure institutionis: † qđ tamen facere debuisset, auf. vt cum de
1 appel. cog. §. aliud quoq; capitulum. colla. viij. & qđ no. scribētes in auf. nouissima. C. de inof. test. Joan. de imo. & Alex. de imo. in l. inter cetera. ff. de lib. & posthu. & canoniste in. c. raynutius. de testamen. tamen contrariū videtur verius, pro eo qz in d. testamento posita est clausula, per quam idem Raymundus voluit q testamentū huiusmodi valeret iure testamenti, vel donationis causa mortis, vel legati, aut alio meliore modo, via iure &c. pinde est ac si idem Raymundus iure institutionis reliquisset eidem domino Stephano ea que sibi legauit: & hoc propter generalitatem verborum predictorum, per id quod not. Bald. in. l. quoties. col. ij. C. de heredi. instit. & sequitur Paul. de castr. consi. cccxlv. exordiente, super puncto quo queritur an testamentum sit nullum &c. Raph. cuma. in. l. his verbis. ff. de here. insti. Alex. de imol. in. l. nam quod. §. non omnis. ff. ad trebel. & do. Jas. May. in. d. auf. nouissima. col. viij. Censetur igitur dictus dominus Stephanus fuisse institutus in illis que sibi legata extiterunt, vel perinde ac si illa

4 lato iuramento ꝑ iudicem poterunt iurare. † Et quod iuramentum sit eis in hoc casu deferendũ colligitur ex his que no. Jnno. Ostien. Jo. an. ꝛ Panor. in. c. fi. de his que vi metusue cau. Et hoc fieri debet propter vitiosum transportum ꝛ difficilẽ probationem ꝯtingentẽ propter factum dicte de. ꝛc. ꝛ in editum transportus sic facti. Si tamẽ dicta dña Ludouica sola esset de ꝑmissis bene certa puto qδ ipse posset iurare: sз nõ puto ꝙ iuramentũ ꝑsit coheredib᷒: nã. d. c. fi. ꝛ. l. si qñ. C. vnde vi. loquunt̃ de iuramẽ

to deferendo violentiam seu damnum passo: sc3 qd illi stari z in fauorem illius stari debeat premissa vt dixi taxatione pro persone z negocij qualitate.

1 Pronepos ex nepte debet abintestato succedere cum nepote ex filia, si ante mortem defuncti fuerint procreati.
2 Bona aduentitia an aliquo casu sint conferenda.
3 Bona ab auo ad eius nepotem prouenientia an censeantur esse aduentitia.

¶ Epitome.

¶ Conferuntur bona ab auo ad eius nepotem prouenientia: qz profectitia censentur. V. F.

¶ De collatio. Consi. cxxix.



X themate mihi exhibite consultationis eliciuntur multa dubia: qui-
1 bus respondeo prout infra. † Et primo ad primum dico, qd licet Mattheus mistralis fuerit nepos ex filia prouidi quondam viri Gulielmi noguerij, de cuius hereditate agitur: z nobiles Simonetus, Francesia z Peyrona fuerint eiusdẽ Noguerij pronepos z pronepetes, vtpote procreati ex nobili z honesta quodam muliere Antoneta de sancto Petro, nepte eiusdẽ quondam Noguerij: qz tñ ipsi Simonetus, Francesia z Peyrona pronepos z pronepetes nõ solum concepti, sed etiã geniti extiterunt in vita dicti quondã Gulielmi noguerij: ipsi eidẽ Gulielmo succedũt z succedere debẽt vna cum dicto Mattheo ministralis. §. cũ filius. ver. pari ratione vt si nepos neptisq3 zc. instit. de here. que ab intesta. defe. z aut. de here. abintesta. §. j. colla. ix. Et hoc pro eo qz dicti Simonetus Francesia z peyrona subintrarunt locũ dicte quondam Antonete ipsam representant, z propterea debẽt eidem Gulielmo succedere in ea portione seu parte, in qua successisset prefata Antoneta, si ipsa vixisset tempore mortis eiusdem quondam noguerij, per iura predicta. Dictus igitur mattheus succedit in dimidia parte, z prefati nobiles Simonetus Francesia z peyrona in alia dimidia parte: Nisi forte dicatur ꝙ immo eidem Gulielmo noguerij solus z dũtaxat successerit dictus Mattheus eius nepos: ꝑ eo qz tempore sibi facte donationis de dimidia parte bonorũ suorum, ipse quondam noguerij eidẽ mattheo presenti z stipulanti promisit nõ facere nec instituere aliquem heredem alium vniuersalem preter eundem mattheũ. Sed istud non obstat. Tum qz nõ propterea videt ꝑmisisse ꝙ ipsum mattheũ vniuersalem heredẽ institueret. Quo fit vt cũ nullum testamentũ idem noguerij postea cõdiderit, censeatur ipse z cẽseri debeat ab intestato decessisse: z sic abintestato eidem vt predixi successerunt prefati mattheus nepos z dicti nobiles simonetus frãcesia z peyrona pronepos z pronepetes: sc3 mattheus ꝑ dimidia parte z prefati simonetus frãcesia z peyrona ꝑ alia dimidia parte. Tum z qz, si z vbi pretendi posset ꝙ primo dictus quondam negotij dicto mattheo presenti z stipulati promiserit z iurauerit eum instituere vniuersalem heredẽ solũ z vnicum, illa promissio vt pote a iure reprobata nõ valuisse: s3 fuisset z esset nulla. l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obliga. l. pactũ quod dotali. C. de pac. z l. cũ donationis. C. de transac. Ad scdm dico z respondeo ꝙ non solũ dictus nobilis simonetus representat personã dicte Antonete eius quondã matris: sed etiã prefate francesia z peyrona: z sic nõ solum ipse simonetus, sed etiam dicte eius sorores succedũt dicto Gulielmo noguerij eorũ quondã proauo. Uniuersalis enim institutio heredis facta per dictã quondã Antonetã de dicto simoneto nihil facit ad hunc casum: qz cũ dicta Antoneta ab humanis decesserit ante mortẽ z decessu3 dicti Gulielmi noguerij eius aui materni: ipsa vtpote cui nullum ius in bonis auitinis cõpetebat, nõ potuit de illis disponere. Quod autem nullum ius successionis in dictis bonis eidem cõpeteret hoc efficaciter persuadet: pro eo qz nec aliquod ius pro legitima, licet priuilegiata existat, eidem cõpetebat. Pro quo allegasse sufficiat. l. j. §. si impuberi. ff. de colla. bono. z quod not. Bar. in. l. fin. ff. de libe. agnos. Albe. in aut. nouissima. col. penul. C. de inoff. te. z alij in locis infinitis, quos nõ refero: pro eo qz nõ expedit ad tertium dico z rñdeo ꝙ in illa dimidia parte, de qua supra dixi, z pro qua succedunt dicti nobiles simonetus francesia z peyrona, habebunt dicte francesia z peyrona bessem, seu duas tertias partes: z simonetus tertiã parte: qz isti succedunt equis portionibus. ¶ Ad quartum dico z respondeo ꝙ cũ dimidia pars bonorũ eidem mattheo per dictũ quondam Gulielmũ noguerij donata ascenderet z ascendat nõ solum ad legitimã sibi debitã in bonis eiusdẽ noguerij: sed etiam longe vltra, ipse mattheus tenet eam imputare in suam legitimam, si prefatus noguerij testatus decessisset z alium heredem sibi instituisset. l. cum quo de peculio. §. fi. z qd ibi Ioã. de imo. ff. ad legem falcid. z Alex. de imo. consi. cxlij. in scdo vol. z in. l. illud. col. j. C. de colla. Ergo si ipse mattheus velit succedere cum prefatis nobilibus simoneto francesia z peyrona, ipse tenetur medietatem sibi donatam conferre seu communicare dictis nobilibus simoneto francesie z peyrone. d. l. illud. in prin. z qd ibi docto. Et quod not. docto. in aut. ex testamento. C. de colla. Nisi forte quis dicat, ꝙ immo non teneatur dictus mattheus conferre seu communicare dictam bonorum medietate3 sibi donatam: sed
2 illam habere debeat precipuam: pro eo qz † bona aduentitia non conferuntur. l. fi. C. de colla. cuiusmodi fuisse videtur dicta bonorum medietas eidẽ mattheo donata: qz bona ab auo ad eius nepotem prouenientia videntur esse aduentitia, scdm glos. reputatã singularem in. l. qui in aliena. §. interdum. ff. de acquiren. here. z idem sentit glo. z ibi Bar. z Ange. in. l. quesitum. in prin. ff. de legatis. j. z Alexan. de imo. in. l. sed z si plures. §. in arrogato. ff. de legatis primo. Sed istud non obstat. Tum quia Bartol. tenuit contrarium, scilicet qd immo talia sunt profectitia. in aut. ex testamento. C. de secun. nupt. z in. l. dedit dotem. ff. de colla. Bart. z Angel. consi. lxxv. exordiente, Ioannes philippi suum condidit testamentum, z consi. sequen. z Franc. de are. in. d. l. qui in alie-
3 na. §. interdum. Tum z quia † doctores dicentes quod bona que ab auo ad eius nepotẽ perueniunt sunt bona aduentitia nõ profectitia loquuntur z sentiunt quod bona huiusmodi sunt aduentitia quantum ad ipsum patrẽ huius nepotis: hoc est habito respectu ad ipsum patrem z cum de bonis ipsius queritur vel de legitima quã habere debet aut debuit pater huius nepotis in bonis sui patris huius nepotis aui: nõ aũt dicũt quod vbi esset questio de successione aui ꝙ bona per auum eius nepoti donata non censerentur bona aduentitia sed sunt profectitia. Et ita expresse fit Bar. z Cuma. in dicta. l. quesitum. ff. de lega. j. quod etiam colligitur ex glo. z doc. supra allegatis. Quo fit vt cum hic agatur de successione dicti quondam Gulielmi augerij censeantur z censeri debeant bona dicta mattheo per dictum Gulielmũ donata fuisse z esse profectitia: z propterea per eundem mattheũ si z quatenus succedere velit in alia medietate non donata cum dictis simoneto francesia z peyrona conferenda z communicanda.

1 Testamentum dicitur causa preteritionis nullum vbi preteritus alias fuisset instituendus.
2 Testator an legando certam pecunie quantitatẽ heredibus possit eis auferre ius hereditarie successionis.
3 Clausula codicillaris si non valet iure testamenti zc. an aliquid operetur eo casu quo testamentum deficit iure preteritionis.
4 Trebellianice detractio an possit hodie prohiberi.
5 Testator an possit disponere ꝙ liberi primi gradus sibi competent fructus in trebellianicam.
6 Trebellianice prohibitio ꝑ que verba fieri debeat vt sit efficax.
7 Probationes debent necessario concludere.
8 Dispositio prima per testatorem facta an reuocata censeatur per aliam postea in eodem genere factam, z num. 14.
9 Testator quosdam instituens heredes vniuersales equis portionibus videtur testamẽtum cõdidisse, non obstante per eum prius facta mentione de modo codicillari.
10 Uoces sunt earum que sunt in anima passionum note, vt ait Aristoteles, j. permenias.
11 Codicillus an possit aliquo modo dici testamentum.
12 Grauamen iniunctum in institutione multorũ cadit super quem libet pro sua portione.
13 Nepos ex filio predefuncto an repellat neptem substitutam.
15 Iuri petendi supplementum quanto tempore prescribatur.
16 Filie an semper teneantur dotem sibi constitutam in legitimam sibi debitam imputare.

¶ Epitome.

¶ Testamentorum iura semper z vtriq3 firma sunto. Renuntiatio vero matris, que viuente auo postea decessit, nõ noceat ipsius matris filijs vel liberis. V. F.

¶ De testamentis. Consi. cxxx.



Hristi nomine inuocato. Uiso consultationis themate mihi exhibito parte nobilis z generosi viri. M. patris z legitimi administratoris nobilium filiarũ quondam naturalium z legitimarum defuncte mulieris nobilis Margarete martine, z dubijs ex casu huiusmodi opportune elicitis, dico z respondeo ad dubia huiusmodi prout
1 infra. Et primo ad primum: quod † testamentum egregij quondam viri magistri Ioannis martini patris eiusdem nobilis margarete fuit nullum propter preteritionem reuerendi patris domini Ludouici martini eius filij sancte sedis apostolice protonotarij, insuper z nobilis anne martine eiusdem magistri martini filio rũ liberorum dicte nobilis margarete: quibus nihil legitur re-
2 liquisse iure institutionis: nec ipsos opportune exheredasse: † sed duntaxat

dumtaxat eisdem legasse aut reliquisse certam pecuniariam sum-
mã: quod non sufficiebat, aut. vt cum de appel. cog. §. aliud quoq;
capitulum. iuncto. §. ceterum. colla. viij. Et hec est communis et
verior opinio tam glo. q̃ docto. prout apparet ex his que no. Jo.
de imo. in. c. raynutius. col. xiiij. versi. In ea. glo. ibi, sunt ille due.
et multis col. seq. de test. vbi etiã concludit quod nõ solum est ve-
rum quod predixi de iure ciuili, sed et de iure canonico. Quod etiã
videtur voluisse glo. in. d. c. raynutius. inquantum ibi supplet li-
teram, et dicit iure institutionis. Et idem etiam videtur voluisse
alia glo. in. c. si pater. de testa. in. vi. quatenus ibi dicit tutius esse
tenere quod intelligatur testatorem in casu. d. c. raynutius. reli-
quisse iure institutionis. Et idem senserunt Anto. de but. et Pet.
de anch. in. d. c. raynutius. quamuis Hostien. et Ab. antiquus in
d. c. raynutius. senserint contrarium, et Bald. in. l. fin. C. familie er
ciscunde. Et procedit hoc etiam eo casu quo pater testatur inter
liberos, secundum opinionem magis cõmunem tam legistarũ q̃
canonistarum, et quam sequuntur Jaco. de are. Ja. de rauen. Pe.
Cy. Sali. et Fulgo. in aut. nouissima. C. famil. erciscunde. et Bald.
in. d. c. si pater. vbi etiam fatetur glo. quod ista est tutior senten-
tia. Idem tenet Joan. de imol. in. c. raynutius. col. xvij. vbi etiaz
hoc sequitur And. barba. et Joan. de imo. et Alex. de imol. in. l. in
ter cetera. ff. de libe. et postu. Et dicit Sali. in. d. aut. nouissima. in
prima oppositione, quod doctores cõmuniter sequũtur hanc opi-
nionem: quam etiam domi. Jason may. in. d. aut. nouissima. dicit
esse communem. Quo fit vt in consulendo vel iudicando non sit
ab ea recedendum. l. versi. crebrior apud veteres opinio. ff. de offi.
questo. c. nouimus. quod ibi Anto. de but. de verbo. signi. et c. in-
duchs. iij. q. iij. et quod not. Hostien. Joan. an. et alij scribentes in
c. j. de constitu. et legiste in. l. final. C. de pe. iudi. qui male iudi. Ve
rum quia in dicto testamento posita est clausula codicillaris, per
quam idem quõdam magister Joannes martini testator voluit,
quod si dictum testamentum non valeret iure testamenti, valeret
iure codicillorum censentur prefati domi. Ludouicus et alij roga-
ti seu grauati de restituendo quotas et portiones hereditarias ab
intestato sibi delatas nobilibus Nicolao et Joanni martini here
dibus vniuersalibus per eundem magistrum Joãnem institutis,
suis ipsorum domini Jacobi et aliorum fratribus et auunculis, sin
gula singulis opportune referendo. l. ex testamento. et quod ibi no
tat glo. C. de fideicom. l. querebatur. C. de sacro. mili. l. ex hac scri
ptura. §. ex his. et quod ibi doctores, maxime Joannes de imol. ff.
de testa. et l. generaliter. §. ex testamẽto. ff. de fideicom. lib. de quo
omnes doctores communiter in authen. ex causa. C. de libe. pre.
3 vel exhere. † Operatur enim in dicta clausula codicillaris etiam
eo casu quo testamentum deficit causa preteritionis, vt est tex. sin
gularis secundum Hugo. in. l. patroni. §. j. ff. ad trebel. quod etiã
ibi voluit Ange. Idem etiam not. Cyn. Barto. Bald. et alij com
muniter in. d. authen. ex causa. Jaco. de bellouiso in quadam sua
disputatione exordiente, Queritur pater vel mater condidit testa
mentum et c. Dyn. in. l. codicillis. in fin. ff. de leg. ij. et Barto. in. l. j.
versi. quinto quero. ff. de iure codicil. quamuis glo. tenuerit cõtra
rium in. d. authen. ex causa. Sed illa reprehenditur cõmuniter ab
omnibus. Censentur igitur prefati domi. Jacob. et alij fuisse gra-
uati, et rogati de restituendo dictis nobilibus nicolao et Joãni he
redibus institutis eorum quotas hereditarias: dicti videlicet do.
Jacobus et nobilis Anna et eorum quilibet quintam partem he
reditatis, et liberi dicte nobilis Margarete aliã quintam partez:
in et pro qua abintestato erant eidem magistro Martini successu
ri, authen. de here. ab intesta. §. j. colla. ix. et transumptiue in auth.
in successione. C. de suis et legi. libe. et §. cum filius. institu. de here.
que abintesta. defe. Poterant tamen prefati domi. Jacob. et no-
bilis Anna, et eorum quilibet detrahere vnam quartam: et idem
dico de liberis dicte nobilis Margarete: non autem poterant de
trahere duas, pro eo quia grauamen iniunctũ per dictam clau-
sulam codicillarem fuit purum, non conditionale. Pro quo alle-
gasse sufficiat quod not. glo. Bart. et docto. in. l. papinianus. §. me
minisse. ff. de inofficioso testamento. Glossa et docto. in. l. quamq̃.
C. ad legem falcid. Jacob. de bellouisu in authen. de restitu. et ea
que parit. §. quamobrem. colla. iiij. et Bal. in. l. iubemus. C. ad tre-
bel. Et pro hac parte consuluit Bartolus consilio. vij. et Bald.
consi. cclxvij. Alex. de imo. consi. xxvj. exordiente, Circa primum
dubium. col. penul. versi. nec potuerunt dicti Jaco. et filij. in primo
volu. Et idem voluit Bal. in. l. filius quem. ver. item quero quid
si ... ius. C. famil. erciscunde. et Petr. ferrarien. in sua practica, ti
tu. forma libel. quando agitur ex substitutione, super verbo ac per
fideicommissum, colum. ij. versi. similiter est et aliud memorie cõ-
mendandum, et alij in alijs locis. Et si queratur quanta fuerit di-
ctorum domino. Jacobi et aliorum legitima, dico et respondeo
q̃ cum dicto magistro Joanni testatori superfuerint quatuor li-
beri primi grad9: scilicet tres filij masculi, et vna filia, et due neptes
ex prefata quondam nobili Margareta, eorũ omnium legitima
fuit dimidia pars bonorum dicti testatoris, eorum scilicet que su-
perfuerunt deducto ere alieno et funeris impensa, aut. de trien. et
semis. §. j. colla. iij. et d. l. papinianus. §. quarta autem. ff. eod. tit. Et
sic legitima cuiuslibet ex dictis quatuor liberis primi gradus fuit
decima pars predictorum bonorum: et legitima dictarum neptiũ
in locum dicte quondam nobilis Margarete surrogatarum fuit
alia decima pars: quia iste neptes erant abintestato successure cũ
dictis earum auunculis et matertera non in portiones viriles seu
in capita, sed in stirpes. d. §. cum filius. institu. de here. que abinte
sta. defe. Dicta igitur earum duarum neptium legitima fuit et est
tanta, quãta legitima vnius ex dictis liberis primi gradus: quod
etiam voluit Pau. de cast. consi. cclxvij. exordiente, Viso supra-
scripto puncto et c. col. j. et d. Jason may. in. d. aut. nouissima. char.
vlt. versi. vltra Bart. queritur et c. Et est necessaria questio.

¶ Venio ad secundũ, in quo queritur de duobus. Primuz est, an
dictus testator videatur per facultatem testandi vsq; ad mille flo
renos per eum concessam dictis nobilibus Nicolao et Joanni he-
redibus institutis prohibuisse detractionem trebellianice. Secũ
dum, an hoc facere potuerit. Super quibus, et primo super secũdo
4 dico q̃ super hoc, † an scilicet detractio trebellianice possit hodie
prohiberi, sunt opiniones: prout colligitur ex his que no. Barto. et
moderni in. l. marcellus. in prin. ff. ad trebel. et docto. in aut. sed cũ
testator. C. ad leg. falci. et in multis alijs locis. Et supposito quod
opinio tenentium detractionem huiusmodi posse hodie prohibe-
ri sit de iure verior et cõmunior: superest difficultas, an hoc dictuz
procedat etiam in liberis primi gradus: cuiusmodi sunt dicti no-
biles Nicolaus et Joannes. Super quo dicit Bal. in. l. iubemus.
5 C. ad trebel. quod non: et hoc per illum tex. qui vult † quod testa-
tor non possit disponere quod liberi primi gradus sibi computent
fructus in trebellianicam. Si igitur testator hoc modo trebellia-
nicam minuere non possit: ergo non poterit eam in totum tollere
seu prohibere. arg. l. videamus. §. penul. ff. de in lit. iuran. Et idez
tenet Sali. in. d. l. iubemus. motus pro eo quia posteriores leges
volentes testatorem posse prohibere trebellia. debent distingui se
cundum iura vetera. l. sed et posteriores. ff. de legi. Et sic debet di-
stingui secundum. d. l. iubemus. Et hãc opinionem videtur etiã
sequi Roma. in. d. l. marcellus. qui facta mẽtione de dicto Bal.
simpliciter transit cum eo, et consi. ccvj. exordiente, licet de cõmu-
ni conclusione et c. col. ij. Et Alexan. de imo. consi. v. ad fin. in ter-
tio volumi. Sed contrarium voluit Cyn. in. d. l. iubemus. in pri-
ma oppo. volens quod dicta. l. iubemus. sit hodie correcta per id
quod habetur in. d. aut. sed cum testator. hoc sequitur Cuma. in. l.
coheredi. §. cum filie. ff. de vulgari et pupillari. et Alexand. de imo.
in dicta. l. marcellus. in princip. colum. viij. qui etiam pro hac par
te consuluit consi. lxviij. exordiente, consideratis his que in thema
te. colum. j. et seq. in primo volumi. et consi. xxix. in. v. volu. Et hec
videtur magis communis: prout colligitur ex his que not. Ant.
corse. de potesta. et excel. reg. q. lxxiij. col. iiij. vel circa: super quo ar
ticulo non insisto: ratio patebit. Supposito igitur quod vltima
opinio, scilicet quod detractio predicta possit prohiberi etiam li-
beris primi gradus, sit verior, restat dubiũ, an in casu de quo que-
ritur fuerit efficaciter prohibita per verba predicta. Cui videtur
respondendum quod non: quia supposito q̃ detractio huiusmodi
possit prohiberi non solum per verba specifica seu expressa, et expres
sam mentionem facientia de prohibitione detractionis trebellia
nice, sed etiam per verba equipollentia, cuius contrarium vide-
tur voluisse Ange. in aut. de here. et fal. §. si vero expressim. et in. d.
authen. sed cum testator. hoc tamen non faceret contra id quod
6 dixi: quia ad hoc quod † efficaciter facta dicatur prohibitio per
verba equipollentia, opus est quod testator fuerit vsus talibus
verbis, q̃ importare nõ possunt nisi prohibitionem trebellianice:
quia alias si possent importare illud, et etiam aliud: non diceretur
ex illis manifeste apparere de voluntate testatoris, qui pretende-
retur prohibuisse. Et tamẽ certum est quod. l. exigit manifestam
7 voluntatem. d. §. si vero expressim. et probationes debent † necessa
rio concludere. l. neq; natales. et l. ad probationem. C. de proba. et
l. non hoc. C. vnde cogna. quod nõ faciunt eo casu quo verba pos-
sunt aliud importare, q̃ prohibitionem detractionis: et sic in quo
manifeste non apparet quod hec fuerit mens testatoris. Hec col
liguntur ex his que ponit Oldrad. consi. cclxviij. exordiente, pre-
supposita consuetudine ciuitatis et c. in quarto quesito. Albe. in. l.
raptores. C. de episcopi et clerici. Paul. de cast. consi. cl. exordien-
te, In causa que vertitur. Vnde cũ dictus testator nõ fuerit vsus
verbis que non potuerunt et possunt aliud significare q̃ prohibi-
tionẽ et c. ipse nõ est censendus efficaciter prohibuisse detractionez
trebellianice. Et quod verba non sint alia, patet: quia licet conces
serit facultatem testandi et disponendi in vltima voluntate vsq;
ad summam mille librarum: non tamen expresse prohibuit de pa-
ri. Et vbi dici posset quod imo expresse prohibuerit a cõtrario sen
su, adhuc nõ sufficeret. Pro eo q: nõ est expressum. qd nec ipsi ...

colaus et Joannes non possent detrahere vel retinere de bonis re stitutioni subiacentibus nisi dictas mille libras. ¶ Est tamē ad-
8 uertendum super hoc ad duo. † Primum quia prima dispositio seu voluntas facta per dictum testatorem, anno scilicet domini Mil lesimo .cccccxj. et die quarta mensis Augusti, videtur fuisse reuocata per aliam dispositionem postea factam, anno scilicet eodem, et die quarta mensis Martij, vt infra dicetur. Secundum quod substitutio facta post mortem dictorum Nicolai et Joannis non est facta de tota hereditate, aut de aliqua illius quota: et sic nec de vniuerso, nec de quota vniuersi: sed de bonis existentibus in lingua occitana: et ita non sumus in casu in quo possit esse locus restitutioni fiende ex dispositione senatusconsulti trebelliani: quod loquitur in grauato seu rogato de restituendo hereditatē aut quotam illius, non autem in grauato seu rogato de certis bonis restituendis: quia in illo nō transirent iura actiua et passiua, prout trāseunt, et transire solent in fideicommissarium, in eum scilicet cui fit restitutio ex dispositione senatusconsulti trebelliani. §. restituta. et §. ergo si quidem. Institu. de fideicommis. here. et quod habetur in. l. j. ff. ad trebel.

¶ Preterea aduertendum est ad illam dimidiam partem predictorum bonorum, que iuxta dispositionem testatoris debebat restitui illis pijs causis, quod quo ad partem easdem pias causas concernentem non possit detrahi trebellianica: sed si essemus in casu, in quo dici posset substitutionem fuisse factam de vniuerso, vel de quota vniuersi. Et intelligo quod non solum fieri non potuisset detractio huiusmodi, per dictum Joannem nouissime vita functum, seu eius heredem: sed nec per dictū Joānem primo vita functū. Pro primo allegasse sufficiat not. per docto. communiter in. c. si pater. de testamen. in. vj. et quod not. Alexand. de imola, ponens multas remissiones in. d. l. marcellus. colum. ij. versic. sed fuit que fuit Barto. Roma. consi. ccvj. et consilio. cccxxix. Pau. de castr. et alij in multis consilijs. Pro secundo allegasse sufficiat id quod not. Roma. in. d. l. marcellus. in princip. vbi etiam Alexand. de imol. collat. v. versicu. iuxta predicta dubitatur. et Roma. in auth. similiter. C. ad legem falcid. pro quo allegat Roma. l. cum dote. ff. ad legem falcid. et bene facit secundum Alexand. de imol. l. decem. ff. de fideicommis. liber. et. l. si seruus. cum sequen. ff. ad legem falcid. Idem tenuit Paul. de castr. in. d. l. cum dotem. in lectura paduana, et Roma. in dicto consi. ccvj. Alexand. de imol. consil. xx. colum. vlti. in tertio volu.

¶ Ad tertium dico et respondeo, quod licet dictus quondam magister Joānes martini testator tempore per eum facte dicte eius secunde dispositionis, facte inquam anno predicto, die quarta mēsis Martij, dixerit se velle facere suum testamentum per maneriā
9 seu modum codicilli: quia tamen ipse in dispositione huiusmodi heredes vniuersales instituit equis portionibus dictos nobiles Nicolaum et Joannem martini, ipse videtur testamentum condidisse per id quod not. Bald. Salice. Pau. de castr. et Philip. de corne. in. l. testamentum. C. de testamen. et Alexand. de imol. in. l. non codicillū. C. eodem titulo. vbi volunt quod si testator vocatis testibus dixerit, vos eritis presentes his meis codicillis: et ipse in dispositione per eum facta heredem vel heredes instituerit: erit dispositio huiusmodi testamentum, non codicillus: quia non curamus quomodo dispositiones loquantur, dummodo appareat de mente illius. Unde cum in dicta secunda dispositione magister Martini heredes vniuersales instituerit dictos Nicolaū et Joānem, palam patet de eius voluntate: scilicet quod tunc testari voluerit. Apparet etiam quod ipse discedere voluerit ab illo fideicommisso relicto in pijs causis post mortem dictorum Nicolai et Joānis, si absque liberis legitimis decesserit: pro eo quia in dicta eius secunda dispositione, et in dicto casu, substituit liberos eius prime filie, et dictam nobilem Annam, si tunc viueret: alioquin eius liberos, si qui essent. Per quod satis apparet de ademptione dicti fideicommissi: que fieri potuit etiam in nuda volūtate. l. si quis ita. §. non solum. cum suis simil. ff. de adimen. et transferen. lega. Uel forte quis super hoc multum hesitem, nō esset grande malum dicere, quod in dicta secunda dispositione non voluerit dictus quōdam magister Joannes testari, sed potius codicillari: postquam in ea dixit se velle eā facere per modū codicillorū: vt sic innitamur verbis eius, et dicamus eum id sensisse quod expressit. l. labeo. §. idem tubero. ff. de supel. leg. l. ille aut ille. §. cum in verbis. et. l. nō aliter. ff. de lega. iij. et quod nota. beatus Augustini. psalmi. xxxij. sermone secundo. versic. tentauerant. et prefatione psalmi. cxlviij. coll. ij.
10 et quod ponit Aristo. in primo perier. vbi dicit quod † voces sunt earum que sunt in anima passionum note. Huic autem dicto non obstat quod in dicta secunda dispositione dixerit, quod volebat facere testamentum. Quoniam respondeo quod non simpliciter et absolute hoc dicit: sed cum adiectione, scilicet per maneriem seu mo-
11 dum codicilli. certum est enim quod † secundum etymologiam huius vocabuli testamentum potest etiam codicillus dici testamen

tum: quia est quedam testatio mentis, vt not. gloss. Instit. de testamen. in prin.

¶ Uenio ad quartum: super quo dico quod si nos presupponamus dictam secundā dispositionem fuisse codicillarem, non testamentariam: et sic quod dictus testator nō censeatur reuocasse reciprocam substitutionem per eum factam de superstite, primo ex dictis Nicolao et Joanne heredibus institutis sine liberis decedenti: potuit Nicolaus primo defunctus disponere de duabus quartis, scilicet de legitima et trebellianica: et hoc pro eo quia grauamen sibi iniunctum non fuit purum, sed conditionale: quo casu filius seu descendens heres institutus et de restituendo grauatus detrahit duas quartas, scilicet legitimam et trebellianicā, iuxta ea que not. gloss. Bartol. et docto. in dicta. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inofficioso testamento. gloss. Barto. Bald. Philip. de corne. et alij in dicta. l. quāquā. C. ad legem falcid. Bald. in. l. filium quem. C. famil. erciscunde. pro quo dicto sunt boni text. in. c. raynutius. et. c. raynaldus. de testa. Legitima autem cuiuslibet ex dictis Nicolao et Joāne fuit, vt colligitur ex predictis, decima pars predictorum bonorum: quam potuit idem quōdam Nicolaus primo defunctus detrahere de illa portione in qua fuit heres institutus. Trebellianica vero quam etiā detrahere potuit, erat quarta pars residui, non totius portionis: quia dicte quarte detrahuntur hoc ordine. Primo scilicet legitima concernens totum patrimonium, et postea trebellianica concernens non totum patrimonium, sed duntaxat residuum, iuxta theoricam quam ponit gloss. in dicto. c. raynaldus. super verbo licet ipsas. vbi etiam canon. et sequitur Bald. in. l. scimus. in princip. in fin. j. colum. vel circa. C. de inofficioso testamento. et plenius in. l. si vero. §. quid ergo. ff. de testamē. milita. Angel consilio. cxcix. exordiente, magnificus miles dominus Gulielmus petri, coll. ij. versiculo quarto premitto quod ex quo dictum fideicommissum non fuit purum et c. Joā. de imola. in. l. coheredi. §. cum filie. coll. secunda, versiculo, et est notandum quod legitima et trebel. ff. de vulgari et pupilla. et Frā. de cur. consilio. lxxv. exordiente, dominus Ludouicus rotharius habens filios sex. colum. iij. versic. sed quid plus. Et de istis duabus quartis potuit dictus Nicolaus disponere dicto. c. raynaldus. cum suis simili. residuum autem ad eum peruentum de bonis dicti quondam magistri Joannis testatoris debuit restitui dicto Joanni sibi substituto, et hoc siue illud peruenerit ad dictū Nicolaum ex immediata paterna successione: siue in vim grauaminis per clausulam codicillarem iniuncti prefatis domino Jacobo Anne et liberis predicte margarete. De primo non est dubium. De secundo probatur per id quod habetur in. l. heredes mei. §. cum ita. et quod ibi Barto. et docto. ff. ad trebel. et quod no. Barto. et alij in. l. sceuola. et in. l. marcellus. §. quidam liberis. Angel. et alij in. l. ita tamen. §. qui suspectam. eodem titulo. Barto. in l. si titius. iuncta gloss. ff. de legatis tertio. et Angel. in. l. cum virum. C. de fideicommis. Quo vero ad dictum Joanem, qui nouissime mortuꝰ est, dico vt predixi de dicto nicolao, quod ipse ex sua persona potuit detrahere dictas duas quartas: scilicet legitimā et trebellianicam: et potuit tam de illis, quam alijs duabus ad eundē peruentis ex testamētaria dispositione predicti Nicolai eius quōdam fratris disponere et testari: et iste in vim testamenti per dictū Joannem conditi peruenerunt ad dictam nobilem Annam heredem institutam. Totum vero residuum debuit et debet restitui substitutis, hoc est prefatis Anne et liberis dicte quondam nobilis margarete. Et quidem de eo quod ad dictum quondam Joānem immediate ex paterna successione peruenerat certum est de alio vero quod ad eum peruenerat tam ex grauamine iniuncto prefato quondam domino Jacobo Anne et liberis predicte margarete, insuper et ex fideicomissaria substitutione de eodem Joanne facta prefato Nicolao, apparet per id quod habetur in dicta. l. heredes mei. §. cum ita. et quod ibi Bartol. et quod tam ipse quam alij not. in locis preallegatis. Et in isto fideicommisso vniuersali succedunt prefate anna francesia et philippona pro alia dimidia parte: quod contingit propter illa verba par egual portion: hoc est, pro equa portione. Alias vero si illa verba deessent succederent in viriles portiones. Sed dicta anna pro dimidia parte, et alie pro alia dimidia. l. interdum. in princip. vbi probatur vtrunque dictū ff. de heredi. instituen. Et per hec patet responsio ad quartum et quintum quesita. Et hoc vt predixi eo casu quo diceremus, quod in secunda dispositione dictus testator codicillari voluerit, non testari. Forte vero dicetur, quod illis que proxime dixi de detractione trebellianice obstat id quod superius dixeram in respondendo ad secundum quesitum: vbi scripsi quod illa detrahi non poterat, pro eo quia illa substitutio non fuit facta de vniuerso. Sed respōdeo quod istud non obstat: pro eo quia tunc fui locutus de substitutione facta in primo testamēto, seu prima dispositiōe dicti magistri Martini: et in qua in bonis existentibus in lingua Occitana duntaxat substituerat: et a qua substitutione, vt dixi in tertio quesito,

sito, fuit discessum per secundam dispositionem: & in qua post mortem dictorum nobilium Nicolai & Joānis, si sine liberis decederent, fuerunt substituti dicta Anna, si tunc viueret: alioquin eius liberi, & liberi dicte nobilis quondam Margarete. Nec fuit ista substitutio restricta ad bona existētia in partibus lingue Occitane. Si vero diceremus, quod in dicta secunda dispositione prefatus magister martini testari voluerit, & discedere a prima dispositione, nisi quatenus reperiretur idipsum disposuisse in hac secunda quod in prima disposuerat: tunc esset inuestigandum cui videatur dictus quondam magister martini substituisse in dicta secunda dispositione: an scilicet duntaxat vltimo morienti ex dictis nicolao & Joāne, an ve ambobus, vel etiam an primo morienti fuerit superstites, & deinde ipsi superstiti seu vltimo morienti fuerint substituti dicta nobilis anna & heredes predicte margarete: quia si censeretur idem quondam magister martini dūtaxat vltimo decedenti substituisse, non videretur superstes ex dictis duobus heredibus fuisse reciproce substitutus primo decedenti: postq̄ non presupponitur in casu, nec colligitur ex dicta secunda dispositione, quod idem testator post mortem dictorum Nicolai & Joā. substituerit in tota hereditate, seu omnibus eius bonis dictos Joānem, & liberos dicte quondam margarete. l. pater filium. §. fina. & quod ibi Angel. & Joan. de imol. ff. ad legem falcid. Angelus et Joan. de imo. in. l. si pater impuberis. & in. l. qui duos. ff. de vulgari & pupillari. Bartol. & Paul. de castro in. l. heredes mei. §. cum ita. ff. de vulgari & pupillari. Cui dicto non obstat. l. titia seio. §. seia libertis. ff. de legatis secundo. quia secundum communem sententiam doctorum ille. §. intelligitur quando vltimus ex multis institutis fuit expresse grauatus de restituendo totum fundum, vel totam hereditatem: tunc enim videntur ipsi instituti sine onerati reciproce sibi inuicem substituti: & grauat⁹ de toto fundo seu hereditate alteri restituenda videtur premorientibus substitutus, dicto. §. seia libertis. Et ita tenent Dynus, Bartolus & doctores communiter in. l. penultima. C. de impuberum & alijs substitutionib. & in. l. heredes mei. §. cum ita. ff. ad trebellia. in dicta l. si pater impuberes. & in. l. vel singulis. ff. de vulgari & pupillari. Si igitur in casu de quo queritur videretur facta substitutio vltimo decedenti ex dictis Nicolao & Joanne, ita q̄ non etiam primo decedenti: tunc videretur quod idem Joannes, qui vltimo decessit, solum videretur grauatus de restituendo illam portionem, in qua fuit heres institutus: dicta. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulgari & pupillari. & l. cum patronus. ff. de legatis secundo. & argumen. l. sed & si sic. §. fina. ff. de legatis secundo, & dicta. l. pater filiū. §. finali. ff. ad legem falcidiam. & quod not. Alexand. de imola, in l. eum qui. col. prima. ff. ad trebel. Et sic videretur quod dictus Nicolaus primo defunctus potuerit ex integro disponere de sua portione, quasi in nullo grauatus extiterit: et quod duntaxat esset restituenda portio peruenta ad dictum Joannem vltimo vita functum, qui tamē potuisset, vt predixi detrahere duas quartas, & de illis disponere & testari. Residuum autem esset restituendum predictis substitutis equis portionibus. Sed omissis alijs que hic dici possent respondeo et dico, quod licet gloss. prima, in dicta. l. si pater impuberes. sentiat quod substitutio facta videatur vltimo morienti: pro cuius dicto facit text. in. l. codicillis. in princip. ff. de vsufruct. lega. contrarium tamen tenet Bartol. in dicta. l. codicillis. in princip. per. l. fina. §. filium. ff. de legat. ij. Et idem voluit Barto. in dicta. l. heredes mei. §. cum ita. qui ad hoc inducit dicto. §. filium. vbi facta est per fideicommissum substitutio post mortem liberorum in his que sibi relicta extiterant. Et tamen ibi dicitur, quod mortuo vno liberto admittitur ille, qui fuit expresse substitutus: nec veniunt alij conliberti ex aliqua sub-
12 stitutione. † Et ita videtur quod non solum vltimus ex multis institutis seu honoratis censeri debeat grauatus, sed omnes, quilibet scilicet pro sua portione: pro quo facit. l. talla. §. fina. ff. de condi. & demonstra. vbi patet quod illa pluralitas, scilicet post mortē omnium, resoluitur in singularitates: & quod perinde sit ac si dictum esset quod testator post mortem primi ex institutis substituit prefatos annam & liberos, item & post mortem secundi etiam substituit &c. quod etiam videtur voluisse Alexander de imol. in dicta. l. pater filiam. col. tertia, vel circa, versicu. tertio casu. ff. ad legem falcid. Mortuo igitur dicto quondam Nicolao videntur fuisse inuitati ad eius portionem dicti anna et liberi. l. lucius. §. caio. ff. ad trebel. Nisi forte dicamus, q̄ eidem Nicolao superfuerit dictus Joan. eius frater, qui ex coniecturata mente dicti quondam Martini testatoris videtur repulisse substitutos, per id quod not. Bart. in dicta. l. heredes mei. §. cum ita. Sed istud non videtur obstare: pro eo quia supposito q̄ dicti Nicolaus Jo. Anna & Margareta fuissent vtrinq̄ coniuncti: non poterant dicti anna & liberi margarete repelli, quominus abintestato eidem Nicolao cum dicto Joanne successissent, si ille abintestato decessisset, autbenti. defuncto. & in corpore vnde sumitur. C. ad tert. Et ita cum dictus Joan. eidem quondam Nicolao non attineret in gradu potiori: non esset abintestato repulsurus dictos annam et liberos margarete, ne abintestato eidem nicolao succederent, si ille intestatus decessisset: non videtur quod ipse Joannes potuerit ex coniecturata mente dicti quondā magistri martini repellere
13 substitutos. d. l. heredes mei. §. cum ita. vbi † nepos ex filio predefuncto non repellit neptem substitutam. & hoc etiā sensit Bartol. in. d. §. cum ita. & ibi expressius Alex. de imol. col. v. versi. secus si esset persona que esset in pari gradu cum substituto Forte vero opponetur quod dicta secunda dispositio non valuerit vt testamētum, pro eo quia in illa nihil legitur fuisse relictum iure institutionis prefatis do. Jaco. anne & liberis dicte nobilis margarete: qd' tamen fieri oportuit ad validitatē dicti pretensi testamēti. d. aut. vt cū de appel. cog. §. aliud quoq̄ capitulum. iūcto. §. ceterū. col. la. iiij. & per alia que induxi super primo quesito. Nec videntur prefati do. Jacob. anna & liberi fuisse grauati de restituendis eorum portionibus hereditarijs dictis Nicolao & Joanni: quia in dicta secunda dispositione nulla ponitur clausula codicillaris, vel aliud per quod dicti domi. Jaco. anna & liberi censeantur fuisse grauati. Dico & fateor quod dicta dispositio quoad institutionem fuit nulla: & quod ea non obstante fuit hereditas dicti quondam magistri martini delata dictis eius liberis: dictis sc3 Nicolao Joan. domino Jacobo & anne: cuilibet scilicet pro quinta parte: & prefatis liberis margarete predefuncte pro alia quinta parte. d. aut. de here. abintesta. §. j. colla. ix. sed non fuit nulla quoad substitutionem, per ea que habentur in aut. ex causa. & quod ibi docto. C. de libe. prete. glo. & docto. in. l. ita tamen. §. quoties. ff. ad trebel. & sentit gloss. iuncto text. in. l. eam quam. super verbo traditio, in quarto casu ibi posito. C. de fideicommiss. Bald. in. l. j. C. de inofficioso testamento. & in. l. si cum vel in vtero. C. de testamen. mili. vbi volunt etiam fideicomissum vniuersale conseruari per dictā authēt. ex causa. per quam censentur dicti quondam Nicolaus, Joan. et domi. Jacob. fuisse grauati de restituendis eorum portionibus hereditarijs predictis substitutis. Sed istud videretur absurdum & alienum a mēte dicti testatoris, scilicet quod diceremus dictos liberos primi gradus eidem magistro Joan. martini, quilibet scilicet pro quinta parte, & liberos dicte margarete pro alia quinta parte eidem martino successisse: & nihilominus sub conditione, de qua in illa secunda dispositione, dictos Nicolaum, Joānem, & domi. Jacobum fuisse grauatos de restituēdis eorum portionibus predictis anne & liberis margarete: cum ille in nullo grauate exti-
14 terint. † Propter quod existimo, vt predixi, melius esse quod in dicta secunda dispositione voluit dictus magister Joannes martini facere codicillos, non testari: & quod propterea non discesserit a prima dispositione, nisi quatenus in secunda aliter disposuit: et signanter quo ad substitutionem factam post mortem dictorum Nicolai & Joannis.

¶ Ad sextum dico & respondeo qd' vt iam dixi super primo quesito, licet dictus quōdam dominus Jacobus censeatur fuisse grauatus de restituendo eius portionem hereditariam prefatis Nicolao & Joanni: & hoc propter clausulam codicillarem in dicta prima dispositione adiectam: ipse tamen detrahere poterat leguitā, que erat decima pars predictorum bonorum: in qua non poterat nec debebant imputari onera pro eodem domino Jacobo per dictum quondam magistrum martini supportata, nec impense in & circa expeditiones suorum beneficiorum, per id quod not. Bald. Pau. de cast. & docto. communiter in. l. omnimodo. §. imputari. C. de inofficioso testamento. Bart. in. l. j. §. nec castrense. versi. pro declaratione vos debetis scire &c. ibi. dico ergo q̄ quedam est militia. ff. de colla. bono. Et idem dico de expensis studij. quod etiā voluit Barto. in. d. §. nec castrense. col. ij. versicu. idem si pater expendit in filio vt eum faceret doctorem. Bal. in aut. ex testamento. versic. decimūquintum capitulum est de expensis. C. de colla. Pau. de cast. in. d. §. imputari. Ange. in. l. in quartam. vbi etiam Alex. de imo. char. antepenul. col. iij. versi. addit. Ange. hic &c. ff. ad leg. fal. & Pau. de cast. consi. clxxxiiij. ex ordiēte, quidam nobilis de oragonerio &c. Et sic nō videtur qd' dictus magister martini dicta onera & expensas compensare seu imputare potuerit dicto do. Jacobo eius filio in sua legitima: insuper nec etiam prohibere quominus peteretur supplementum, si relictum non supperet ad legitimā: que vt dixi erat decima pars bonoꝝ paternorum: quia onus talis clausule prohibitorie ipso iure reijcitur de legitima. l. quoniam in prioribus. C. de inoffi. testa. Si igitur, vt supponitur in casu, bona dicti quondam magistri martini valebant, deducto ere alieno & funeris impensa, tempore mortis eiusdem quindecim mil. floreñ. legitima dicti domini Jacobi ascēdebat ad valorem mille quingentorum: & sic cum ad plus nō fuerint dicto domino Jacobo relicta nisi centum scuta, adhuc debentur mille et quadraginta: que videntur posse peti per heredes ipsius. Nisi forte dicatur qd' eis obstet prescriptio, per id qd' volunt Bar. in tit. C.

15 de inoffi.testa.vbi † voluit qđ iuri petendi supplementū prescribi-tur quinquennio:qui etiā ita consuluit.Sed respondeo qđ Bar. ab omnibus in hoc cōmuniter reprobatur,dicētibus ꝙ supplemē-tum petitur cōdictione ex.d.l.omnimodo.qđ etiā voluit ibi glos.

16 ¶ † Ad septimum dico ꝛ respōdeo,ꝙ si dictus quondā magister Joannes martini,qui dicitur dotem constituisse pro dicta quon-dam nobili margareta,fuerit stipulatus dotem ipsi soli margare te restitui:non autem sibi ipsi ꝛ dicte margarete:tunc quia in tali dote successissent dicte eius filie vt ꝛ tanꝗ eius heredes,ipse non tenerentur dictam dotem imputare in earum legitimam sibi de-bitam in bonis dicti earum aui materni,vt voluit Bartol.in.l.si cum dotem.ff.solut.matri.per.l.inter socerum.§.cum inter.ff.de pac.dota.Alex.de imo.in.l.post dotem.char.v.col.ij.ff.solu.ma tri.Alex.de imo.in.l.illam.col.ix.versi.nisi auus esset expresse vel tacite stipulatus.ꝛ Pau.de cast.cōsi.cxxxiiij.exordiente,Dubia de quibus queritur ꝛc.col.ij.ver.super secundo quo queritur.ꝛ idē dico,scꝫ qđ dicte francesia ꝛ philipponA nō debeant sibi in dictā earum legitimam sibi debitam in bonis aui imputare dictam do tem,si sub presentia eiusdem aui ꝛ eo consentiente dicta margare ta fuisset stipulata hanc dotem sibi reddi soluto matrimonio,vt voluit Pau.de cast.in.d.consi.cxxiiij.Et idem etiā dico si ex dis-positione statuti dicte neptes potuissent in dicta dote succedere prefate earum matri tanꝗ heredes illius:vt voluit Petrus de ancha.consilio.xlix.exordiente,Visis diligenter verbis testamē-ti statutorum ꝛ conceptionis stipulationis.Et pro his dictis in-ducuntur multa in locis preallegatis,que nō refero:nisi quod in-terea est hoc bonum ꝛ optimum fundamentum,scꝫ ꝙ cū in dictis casibus ꝛ eorum quolibet nepotes dotem maternam habeāt im-mediate a matre ꝛ vt heredes illius,non ab auo materno:non te-nentur ipsi dotem huiusmodi imputare in legitimam sibi debitā in bonis aui:in qua solum imputare debent ea que habent vel ha buerunt de substantia eiusdem aui.l.scimus.§.repletionem.C.de inoffi.testa.Et hoc casu,scꝫ quando nepotes habent dotem ma-ternam tanꝗ heredes matris,procedunt fundamenta Bal.in.d. l.illam.Sed si prefatus quondā magister martini vel dicta mar-gareta stipulati nōn extiterint dotē ipsi soli margarete reddi post solutum matrimoniū,vel nisi ex dispositione statuti nepotes succe derent matri in dote tanꝗ illius heredes:tūc dico ꝙ ipsi debēt do tem imputare in legitimam:q2 illo casu non habent eam tanꝗ he redes matris,sed in vim consuetudinis,per gl.rela.in.l.dos a pa-tre profecta.C.solut.matri.illam auferentis auo superstiti,ꝛ eam concedentis nepotibus.Et ita habent ipsi nepotes hanc dotem immediate ab auo,ꝛ de bonis aui:ꝛ ideo illam sibi imputant in le gitimam,vt voluit Bar.in.d.l.in quartam.col.vj.ver.formo aliā questionem.vbi etiam refert se pro hac opinione consuluisse:qđ ꝛ verum est,ꝛ incipit illud cōsilium,Gilbertus dedit dotem.Et idē voluit Ang.Pau.de cast.ꝛ moderni in.d.l.in quartā.vbi etiam plenissime per Pau.de montepico,char.xix.col.j.ꝛ multis sequē. Idem voluit Pau.de cast.Roma.ꝛ Alex.de imol.in.d.l.illam. Pau.de cast.in.d.consi.cxxiiij.ver.Super secundo quo queritur. ꝛ Alex.de imo.consi.xxiij.in.j.volu.Puto tamē quod ꝗuis isto casu teneātur dicte neptes dotem predicte quōdam nobilis mar-garete sibi imputare in dictam legitimam eisdem debitam in bo nis aui:debent tamen habere supplementum eiusdem legitime, non obstante renuntiatione,quam cum iuramento fortasse fecit eadem margareta que supponitur postea viuente dicto magistro martini ab humanis decessisse:quia illa renuntiatio dictis eius fi liabus eisdemq; neptibus predicti aui nō nocuit ipsis neptibus. l.si ex patronis.§.fi.ff.de bo.liber.l.si quis filio exheredato.circa prin.ff.de iniusto rupto ꝛ irri.testa.Pro quo etiam facit,quia re nuntiatio facta per dictam quondam margaretam videtur habe re tacitam conditionem:si scilicet successio eidem deferretur.Et ideo si illa tacita conditio non euenerit,prout nec euenit:renuntia tio habetur pro non facta:sicut dicimus in stipulatione pure fa-cta animo nouandi obligationem cōditionalem:quia stipulatio huiusmodi habet tacitam conditionem:scilicet si eueniat condi-tio obligationis nouande:ꝛ ideo si illa conditio deficiat,stipula-tio habetur pro non facta.l.quoties.ad fi.ff.de noua.Et quod re-nuntiatio matris,que viuēte auo postea decessit,nō noceat ipsius matris filijs vel liberis,tenent doct.cōmuniter,scilicet Bar.Jo. de imo.Pau.de cast.Roma.ꝛ Fran.de aret.in.l.qui superstitis. ff.de acquiren.here.Bal.Alex.de imo.ꝛ docto.communiter in.l. pactum quod dotali.C.de coll.Geor.na.in repetitione.c.quāuis pactum.char.lxviij.col.iiij.de pac.in.vj.Fateor quod Ricar.de Sali.ꝛ Bartho.eius nepos nituntur limitare dictam opiniones in.l.pactum quod dotali.C.de pactis.dicentes quod illa non pro cedat eo casu quo nepotes essent successuri cum auunculis ꝛ ma-terteris:motiratione de qua ibi per eos.Sed responsio ad ratio-nē hmōi patet ex hꝭ que no.Bar.ꝛ alij in.d.l.qui supstitis.Bar. in.l.liberoꝝ.col.viij.ver.pone qđ aliqs decessit.ꝛ in.l.j.§.si filiꝰ.ff. de cōiungen.cū emāci.lib.ꝛ in.l.ij.C.de lib.prete.etiā Jo.de imo. in.d.l.qui superstitis.expresse impugnat opinionem Sali.per ra tionem supra allegatam:scilicet quod illa renuntiatio habet taci tam conditionem,scilicet si filie deferatur successio:quod cum fa-ctum non fuerit in hoc casu,pro eo quia dicta nobilis Margare-ta ab humanis decessit superstite dicto quōdam magistro Mar tini,non valuit dicta renuntiatio,vt pote cuius conditio non exti tit.Que dixerim ꝛc.

1 ¶ Exemplum regulariter fidem non facit,nisi sit iudicis auto ritate factum.

2 Exemplum seu regestum quando ꝛ quo presupposito probent.

3 Defunctus ꝛ eius heres eadem persona a lege finguntur.

¶ Epitome.

¶ Instrumenti regestum apud acta factum etiam nō citata par te,fidem facit,secus in instrumento non apud acta,sed aliter rege-stato. V. F.

¶ De fide instru. Consi.cxxxj.



Adherendo scriptis e-gregij iurium professoris domini Petri alberti, existimo fidem indubiam esse adhibendam exē-plo seu registro testamenti ꝛ codicilli,de quibus in allegationibus eiusdē domini Alberti,postꝗ vt mihi supponitur originalia instrumenta testamenti,ꝛ codicilli huiusmodi exhibita ꝛ producta extiterunt per nobilem quondā virum Nicolaum martini,ꝛ deinde per notariū curie in actis ipsis fuerunt huiusmodi instrumenta registrata.Pro quo mihi viden-tur sufficere allegata,ꝛ quidem abundantissime.per dictum do-minum Alberti.Et ꝗuis aliqui videantur voluisse immutare hanc communem sententiam,ꝛ restringere vt ita demum proce-dat si exemplum seu regestum factum extiterit mandato seu auto ritate iudicis,ꝛ parte contra quam productū est presente,ꝛ nihil opponente,aut legitime citata:hoc tamen non videtur obesse nec procedere in hoc casu:quia illa limitatio non videtur habere locū in registro descripto in actis,sed in exemplo seu registro aliter fa-cto seu scripto non apud acta.Et hoc fuit de mēte Alex.de imol. in aut.si quis in aliquo.col.j.C.de eden.vbi in prima fallentia.d.

1 aut.dicit quod † licet exemplum regulariter fidem non faciat:hec regula tamen fallit quando factum est exemplum iudicis autori tate:ꝛ in exemplatione huiusmodi requiritur partis citatio,scdm omnes.Deinde vero in.vij.fallentia eiusdem regule,quam ponit in.d.aut.si quis.col.iiij.ver.septimo fallit de exemplo ꝛc.dicit idē doctor,quod dicta regula fallit in exemplo facto per modum re-gistri in actis notarij:pro quo multa inducit.Et idem fuit de mē-te dñi Jason,vt colligitur ex hꝭ que ipse ponit in.d.aut.si quis in aliquo.col.iij.ver.Tertio principaliter,ꝛ ver.Sexto fallit ꝛc.Nec obstant ille due limitationes,quas ponit Alexā.in.d.aut.si quis in aliquo.col.iiij.ver.Tamen dictam conclusionem restringe.Et quidem non prima:quia tota series seu tenor dictorum instrumen torum fuit in dicto registro positus ꝛ descriptus.Nō etiam scda,

2 in qua dicit Alex.de imo.registrum † seu exemplum ita demum probare,quando apud acta fuit registratum instrumentū produ-ctum aduersario presente vel citato:quia in casu predicto instru-menta antedicta fuerunt producta non quidem ab aduersarijs no bilis Anne martine,que fortasse nunc impugnat fidem dictorum registrorum seu exemplorum:sed a dicto quondam nobili Nico-lao martini,cui ipsa vniuersaliter successit,ꝛ est ipsius vniuersalis ꝛ insolidum heres per medium nobilis quondam Joannis mar-tini,cui ipsa vniuersaliter successit.ꝛ idem Joannes dicto quon-dam Nicolao:quia heres heredis testatoris est heres.Et quem-admodum idem Nicolaus,si hodie viueret,ꝛ qui originalia instru menta produxit,pretendere non posset se non produxisse predicta instrumenta:nec impugnare fidem dictorum registrorum,nisi ex-hibuerit ꝛ produxerit dicta originalia instrumenta,per id quod not.Bald.in.l.publicati.q.viij.C.de testa:ita nec dicta Anna il-

3 lius heres potest hec registra impugnare.Pro eo q † defunctus ꝛ heres eius fingūtur eadem persona,per id quod habetur in aut. de iureiuran.a mor.presti.colla.v.Possunt ꝛ alia multa pro hac parte induci:sed quia allegata per dictum dominum Alberti mi hi videntur sufficere,ego vlterius non insisto.

1 ¶ Res propria an possit quis abuti impune.

2 Juramentum contractui etiam de se nullum adhibitum illum nihilominus validat ꝛ confirmat.

3 Solennitates in donationibus ordinate ꝛ inducte sunt in fauo-rem donantium.

4 Statutum simpliciter loquens de donationibus non comprehen dit donationem iuratam.

5 Actus iuratus potentius operari debet ꝗ non iuratus.

Papa

6 Papa vel imperator an possint cassare statuta iurata.
7 Leges ciuiles statuentes iuramentum non seruandum qualiter sint intelligende.
8 Laici non debent de spiritualibus disponere.
9 Statuti intellectus non debet ad impossibile referri.

Epitome.

Donatores solennitatibus in eorum fauorẽ introductis etiã per statutum derogare possunt, maxime cum iuramento: & donatio mortis mentionem faciens potius presumenda est causa mortis. V. F.

De dona. cau. mor. Consi. cxxxij.

QUilibet est regulariter
moderator et arbiter rei sue. l. in re mandata. C.
mandati. l. dudum. C. de contrahen. empt. & ven-
di. l. polla. C. de ijs quib. vt indig., c. ijs. ad fin. de
sepul. & l. nemo exterus. cum suis simili. C. de in-
1 de. Et est † adeo quilibet moderator & arbiter rei sue, vt etiam ea
abuti possit. l. sed & si lege. §. cõsuluit. ff. de peti. here. Pro quibus
multas remissiones ponit Ang. consi. clxxxi. exordi. Visis instru
mentis. col. iiij. ver. his ita premissis. Quo fit vt potuerit probus
vir Bernardus sanchio incola aquensis donare probo viro Iaco
bo castauhe eius genero tunc presenti, stipulanti solenniter & reci
pienti quãdam sui ipsius Bernardi donatoris domum, cum alijs
bonis & iuribus in instrumento donationis huiusmodi latius mẽ
tionatis & expressis. Et eo maxime quia in donatione huiusmodi
interuenit iuramentum: qđ non solum consueuit & solet obligare
contrahentem & iurantem ad obseruantiam iurati contractus:
2 † sed etiam solet regulariter confirmare cõtractum alias nullum.
Pro quo allegasse sufficiat. c. cum contingat. & qđ ibi scribentes.
de iureiuran. c. quamuis pactum. & quod ibi docto. de pac. in. vj. &
aut. sacramenta puberum. & quod ibi etiam docto. C. si aduer. vẽ-
di. Nec dicte donationi refragatur seu obstat dominicale statu-
tum prouincie: quo caueri pretenditur, quod donationes inter viuos
valorem decem florenorum excedentes, facte in patria seu iurisdi
ctione prouincie, non valeant nisi in eis interuenerit solennitas de
qua in eo, & que forte pretenditur nõ interuenisse in donatione an
te dicta. Quoniam certum est quod per iuramentum in donatio
ne appositum potest derogari. ll. insinuationem requirentibus. vt
firmat Io. and. in addi. Specu. titu. de instrumẽ. edi. §. porro. ver.
Item not. & alij quos plene refert & sequitur Io. de imol. in sua so
lenni repetitione. d. c. cum contingat. in. x. membro. & ita cõsuluit
Alex. de imo. consi. iiij. col. xij. vel circa, versi. Nec ad hoc obstat,
in primo volu. & in multis alijs: que non refero. & idem voluit in. l.
nemo potest. ff. de leg. j. Et consuluit Bar. Soc. consi. lxxvij. in se
cũdo quesito, in prima parte. Et vt dicit Alex. de imo. cõsi. cxxv.
exordiente, Visis & consideratis statutis &c. in primo volu. & ple-
3 nius Franci. de are. consi. ij. tales solennitates † intelliguntur esse
inducte in fauorẽ donantiũ: vt probatur maxime ex no. per Bar.
in. l. cunctos populus. q. vj. C. de summa trini. & fid. catho. quia fue-
runt inducte ne donantes deciperentur: ergo per suum iuramen-
tum possunt donatores prohibitionibus huiusmodi seu legibus
aut statutis factis in eorum fauorem derogare. d. c. cũ cõtingat.
in. d. aut. sacramenta puberum. Cum ergo in donatione superius
mentionata interuenerit iuramentum dicti Iacobi donatoris, il-
la valuit: non obstante omissione dicte pretense solẽnitatis. Pre
4 terea † statutum simpliciter loquens de donatione non debet in-
telligi de donatione iurata, vt probat Io. de imol. in. d. c. cum cõ
tingat. in tertio mẽbro. versic. Nunc pro declaratione materie an
per statutũ possit prohiberi &c. Cuius dicti illa assignatur ratio:
quia statutum debet interpretari scđm ius commune. l. ij. C. de no
5 xa. c. cum dilectus. de consue. sed de iure † communi semper poten
tius operatur actus iuratus, quam non iuratus. l. cum pater. §. filius
matrem. ff. de leg. ij. & l. vnica. §. cum lex. C. de rei vxo. actio. & l. pa
ctum. C. de colla. iuncto. c. cum contingat. & c. quãuis pactum. su
pra allegato. Et confirmatur hoc per not. per glo. fi. in. c. cum non
deceat. de elec. in. vj. per quam dicit Ang. in. l. j. §. que onerande.
6 ff. quarum rer. ac non datur. quod licet † papa vel imperator casset
consuetudines vel statuta: non tamen intelligitur cassare statuta
iuramento confirmata. Et sequitur hoc Lap. Ab. & Io. an. in. d.
c. cum non deceat. pro quo allegant. c. i. de consti. in. vj. c. cum ali-
quibus. de rescript. & c. quia sepe. de elec. eo. lib. Idem no. Io. an. in
c. i. de fil. presby. in. vj. in nouella. & Io. de imo. in. c. dilecto. de pre
ben. & in clemen. dudum. de sepul. Quod etiam voluit Alexã. de
imo. in. d. consi. cxxv. col. penul. in primo volu. & in alijs multis cõ
silijs: que non refero. Esto igitur quod per statutum superius men
tionatum fuerint cassate donationes inter viuos excedẽtes valo
rem decem florenũ. & facte sine solennitate: non tamen censentur
per statutum huiusmodi cassare donationes iurate. Vbi etiam ad
uertẽdum est, quod vt dicit Io. an. in. c. tua nobis. el. j. de deci. in
7 nouel. quem ibi sequuntur doc. omnes. ll. ciuiles, † que statuerũt
iuramentum non esse seruandum, non valent, nec sunt seruande,
8 nisi iuramentum sit contra bonos mores, vel nutriat peccatũ: † quia
laico non spectat dispositio de spiritualibus: qđ simpliciter sequi-
tur Fran. de arct. consi. viij. incipiente, Abunde &c. Nullus etiam
princeps secularis potest remittere iuramentũ, aut super ipso dis-
pensare, vt est de mẽte Cy. & Sali. in. l. fi. C. si contra ius vel vtili.
publi. Et voluit expresse Alexã. de imo. consi. xxxviij. exordiente:
Visa petitione Antonij de Roma. in tertio volu. quia istud spe-
ctat ad ecclesiam vel romanam curiam. c. venerabilem. de elec. c.
nouit. de iudi. Quod etiam voluit Hostien. in. c. quemadmoduũ.
de iureiuran. Quod si ita est, censeri non debet princeps in dubio
statuisse contra dispositionem iuratam, aut de & super iuramento
dispensasse: quia vt dicit Pau. de cast. consi. clxxxi. exordiẽte, Di
cendum est quod dicta fraternitas &c. circa medium, non est verisimi
le quod generalitate verborum voluerit quis habere quod statuere
non poterat, arg. l. si pater. ff. que in frau. credi. l. lucius. §. penul. ff.
ad municipales. & l. quicquid. ff. de ritu nuptia. Facit qđ voluit Bald.
consilio. ccxviij. exordiente, sint contente & ad bona paterna non
possint habere regressum &c. post medium. versicu. intellectus au
9 tem. in prima parte: vbi voluit quod † intellectus statuti non de-
bet referri ad impossibilem intellectum. Pro quo allegat. l. conti
nuus. §. cum quis sub hac. ff. de verborum obligationibus. et. l.
apud iulianum. §. fina. ff. de legatis primo, & dicit Andr. Barba.
in sua Ioannina. c. Raynaldus. char. xcij. colũ. j. ad fin. de testa.
quod illud quod non potest facere lex ciuilis in genere in suo fo-
ro, non presumitur facere in specie. c. ecclesia sancte marie, de con-
stitutio. c. tua. de deci. & c. quod cleri. de foro competenti. Non vi-
detur igitur quod dictum pretensum statutum extẽdi debeat ad
donationem inter viuos iuramento confirmatam. Preterea nõ
esset fortasse hereticum dicere quod donatio predicta non
vere fuerit donatio inter viuos, sed potius causa mortis: pro eo
quia in ea dictum est, quod dictus Bernardus sanchio donauit post
eius mortem, & non ante. Et ita non solum in ea facta est mentio
mortis: propter quod alias donatio in dubio cẽsetur donatio cau
sa mortis. l. seia. §. fina. ff. de donatio. causa mortis. & l. seia. cum
gloss. ff. de do. prele. sed fuerunt verba predicta apposita in princi-
pali dispositione, & in substantiali loco, non in verbis executiuis,
per id quod not. Bald. in addi. Specul. titu. de instrumen. edit.
col. vlti. versicu. si quis. & quod not. Spec. in dicto titulo. §. porro.
versicu. vt autem firma. Nisi forte quis dicat, quod immo verbũ post
mortem & non ante ponatur seu poni censeatur in verbis executi-
uis, scilicet post illud participium valitura. Sed istud non vide-
tur obstare: pro eo quia non est dictum effectum habitura: vel quod
donator donauit domum & alias &c. post mortem, & non ante tra-
denda: sed est dictum quod donauit donatione facta post mortem
valitura, & nõ ante. Verum quamuis sciam in similibus terminis,
vel multum vicinis alias sic fuisse consultum: prima tamen ratio
magis placet. Et ideo super hoc pro nunc vlterius non insisto.
Que dixerim sub correctione &c.

1 Iniuriam illi inferre quis dicitur, cui delictum aliquod im properat.
2 Dolus expressus maior est velato: & maledictum in specie maius maledicto in genere.
3 Locus in libello non expressus libellum non vitiat, nisi reo opponente.
4 Sententia non potest apte ferri super inepto seu contra iuris dispositionem libello.
5 Loci aut temporis expressio an sit fienda in causa criminali ciuiliter agitata.
6 Temporis expressio an sit in libello necessaria.
7 Actione iniuriarum tenetur is, qui iniuste aduersarium interpellat vel vexat.
8 Testes contra se productos reprobans, & eos infames allegans, an iniuriarum actione teneatur.
9 Iure suo vtens nemini iniuriam facere videtur.
10 Iniuriam non committit animum non habens iniuriandi.
11 Actione iniuriarum tenetur is, qui deficit in probatione.
12 Clausula hec, saluo tuo honore, in prolatione iniuriarum adiuncta an proferentem releuet.
13 Protestatio facto contraria nil operatur.

Epitome.

Iniuriarum libellus ciuilis non vsquaque requirit tam precisam temporis designationem, quam si criminaliter agatur. V. F.

¶ De iniur. Consi. cxxxix.



Non est dubium quin proposita & deducta parte domine Gillete rodulphe, relicte egregii quondam viri domini Rodulphi botini, in quodam suo libello & parte eius coram egregio viro domino vicario & officiali Carpen. contra nobilem Petrum autardi ciuem Carpen. oblato & producto anno dñi. M. cccc.xciiij. & die sexta mensis februarij, illa scilicet que parte eiusdem nobilis petri autardi commemorata extiterunt in libello reconuentionali parte eiusdem coram dicto domino vicario & officiali, & contra prefatam do. gilleatam productos & propter que in dicto eius libello recõuentionali actionē iniuriarū intentauit contra dictā do. gilletam, fuerint probrosa, contumeliosa & iniuriosa. Pro quo allegasse sufficiat. l. item apud labeonem.
1 §. ait pretor. &. §. item ait. &. §. generaliter. ff. de iniur. † Improperans enim alteri aliquod delictū siue in genere, siue in specie dicitur illi inferre iniuriam, vt not. Bart. Bal. & alij in. l. ij. in prin. ff. de libe. & posthu. Bar. & alij in. l. turpia. ff. de leg. j. & docto. in. l. ijs verbis. §. j. ff. de here. instituen. Cum ergo in dictis propositionibus & deductis parte dicte domine gillete, illis scilicet que parte eiusdem nobilis Petri cōmemorata & proposita extiterunt: fuerunt non vnum aut duo duntaxat, sed multo plura delicta eidem nobili Petro falso improperata: nulli dubium quin eidem nobili Petro fuerit illata iniuria: & eo maxime quia non solum fuerunt eidem improperata delicta in genere, sed etiā in specie. Propter quod fuit eidē illata atrocior iniuria, quā si dūtaxat eidem fuissent improperata in genere. Pro quo facit quod no. glo. in. l. quoties.
2 §. si quis. ff. de heredi. instit. Nam sicut dolus velatus est minor quā dolus expressus: ita per maledictum in genere non fit ita atrox iniuria, sicut per maledictum in specie. Pro quo facit glo. in. d. l. ij. in prin. ff. de libe. & posthu. vbi per predicta notabiliter declarat Franci. de Are. Non est ergo hesitandum quin dicto nobili Petro fuerit illata iniuria: quinimo multe iniurie & quidem graues & atroces, pro quibus debuit iuxta conclusa in dicto reconuentionali libello eadem do. Gilleta condemnari, postquā de illis plenissime & notorie apparuit: vt pote illatis in iudicio, & per productionem libelli reconuentionalis superius mentionati. Et ita non valuit nec valet sententia absolutoria a iudicij instantia per dictum dominum vicariū & officialem Carpen. prolata: sed fuit & est nulla, habita relatione ad acta, aut saltem iniqua & iniusta, causis et rationibus alias per me scriptis in schedula appellatoria coram dicto domino vicario post latam per eum dictam pretensam sententiam producta. Quibus addo id quod voluit domi. Bartho. Soci. in quodam suo consil. relato per Philip. de cor. consil. lxxx. exordiente, Consuluit domi. Bartho. Socin. in. iij. volu. In quo
3 discutit idem do. Bartholomeus, † quod licet in libello sit exprimendus locus: tamen si non exprimitur, non viciatur libellus, nisi reo opponente. Pro quo allegat text. in. l. liberorum. ibi, reo postulante, & per illum text. dicit Gandi. hoc tenere in summa malefic. rubri. titu. qualiter fiat accusa. Hanc opinionem dicit tenere expresse Innocē. Hostien. & Joan. an. in. c. si. de purga. cano. Idē dicit tenere expresse Jo. de imol. in. c. cum dilecti. de emptio. & vē
4 di, dicens quod † licet quando libellus est ineptus, vt quia contra iuris dispositionem, sententia non teneat: tamen alias secus, vt quia non exprimatur locus: nam tunc prout valet confessio: ita sententia, que est efficacioris effectus: allegat Bald. cuius sunt hec verba in addi. Specu. titu. de libel. concep. in vlti. verbis. Item dicit etiam idem tenere Bald. in addi. Specul. titu. de senten. colum. xx. versi. quid si libellus. & se. Addit etiam idem doctor quod text. in. d. l. libellorum. dicit nomen rei aboletur: & quod vbi aboletur nomen rei, infertur quod accusatio tenuit. Istam consequentiam facit Barto. in simili in. l. j. §. accusatus. ff. ad tertul. & ideo est necessaria oppo. Et subiungit idem doctor, quod possumus distinguere, quod aut est confessatum per partem: & tunc procedit opinio quod processus non vitietur. Et circa hoc, quod confessio nō curet de ineptitudine libelli, adducit capi. primum, de accusa. in. vj. & quod not. Barto. in. l. si confessus. ff. de custo. reo. Inno. in. c. per inquisitionem. de elec. Inno. & Joā. an. in. c. qualiter & quando. el ij. de accus. Et quod super inepto libello valeat cōfessio, voluit Bal. in. l. vbi item. ff. de dolo. & est bonus text. in cle. constitutionem. de elec. Cū igitur de dictis propositis & deductis, & quidem probrosis, iniuriosis & contumeliosis, appareat non solum ex tenore dicti libelli parte dicte domine Gillete in causa producti, & de quo notorie apparet per acta, sed etiam per responsionem & confessionem factam per dictam dominam gilleatam: que respondendo positionibus dicti reconuentionalis libelli, illis scilicet in quibus cōmemorantur proposita & deducta probrosa & iniuriosa ante dicta, dixit se referre illis aut credere prout in eis: palam infertur quod pretensa omissio oppositionis mensis eidem nobili autardo non nocuerit nec noceat, secundum mentem dicti domini doctoris loquentis in casu magis dubio, scilicet in causa in qua inquirebatur de crimine, non quidem ciuiliter, sed criminaliter. hic autē loquimur de actione iniuriarum, in qua & si agatur de crimine: non tñ de illo agebatur criminaliter: nec ad vindictam publicam, sed ci-
5 uiliter. Et huic sententie, scilicet quod quando † de crimine agitur ciuiliter, nō sit fienda expressio loci aut temporis, etiā si illa actio infamet, nisi hoc fuerit petitū, adheret Philip. de cor. in. d. consilio. lxxx. dicens quod licet vbi actio est famosa debeat in libello fieri expressio loci & temporis, ne reus cogatur in tanto crimine vagari. l. pretor edixit. in princip. & quod ibi Bartolus. ff. de iniur. l. item exigit. & quod ibi Barto. ff. de dolo. c. tue. & quod ibi canonī. de procura. tamen hoc est traditum pro forma in. l. libellorum. ff. de accusa. nec dicta. l. libellorū. militat in huiusmodi causis ciuilibus, licet ex crimine famoso resultantibus: nec in eis tanta expressio requiritur in libello, quanta requiritur in causis criminalibus. Prout decidunt domini de Rota, loquentes in actione iniuriarum, decisi. xxxvj. exordiente, Item fuit dubitatum an in actione iniuriarum, & decisi. xxxix. exordiente, In actione iniuriarum, adducentes no. per Innoc. in. c. accepimus. de purga. cano. non procedit ergo dicta. l. libellorum. in terminis nostris, & per cōsequens nec opinio Barto. de qua in. d. l. pretor edixit. sed sumus in alijs terminis, in quibus scilicet specificatio solum adhiberi debet ad certiorandum reum, ne habeat in incertū vagari. Et ideo non videtur quod nō expressio seu omissio expressionis vitiet ipso iure: prout alias videmus quod in libello ciuili debet exprimi causa, vt reus reddatur instructus de qualitate litis. l. j. §. j. ff. de eden. & l. edita. C. eodem titulo. & quod not. glo. magna in. c. ij. de libel. obla. Specu. titu. de actio. seu petitio. §. ij. & Bald. in aut. offeratur. C. de lit. contesta. & tamen certum est quod si non exprimatur, non propterea redditur libellus ineptus. l. fin. C. de anna. excep. & no. in iuribus preallegatis. Et licet Bart. in. l. viro. ff. solu. matri. & in. l. j. ff. de excep. dicat quod expressio loci, de qua in. d. l. libellorum. debeat fieri vbi agitur de crimine ciuiliter per viam actionis vel exceptionis: hoc dictum intelligēdum est vt supra, scilicet quod hoc fieri debeat non pro forma libelli, sed ad finem vt reus non procedat in ambiguo, vt dictum est. Et subdit Philip. de cor. quod
6 similis disceptatio fieri posset respectu tēporis. † Hec igitur que dicta sunt de omissione loci, scilicet vt non vitiet libellum etiam ex mēte dicti doctoris, locum habent in omissione temporis. Et Et nimirum quia quemadmodum Bald. dicit requiri expressionem temporis, scilicet anni & mensis: ita & de loco. Si ergo omissio loci, qui vt predixi exprimi debet solum ad certificationem rei, ne scilicet vagetur in incerto, non vitiet libellum ipso iure: ergo nec omissio mensis. Quo fit vt cum dicta gilleta satis certificata extiterit, aut certificari debuerit de tempore productionis dicti sui libelli, facte scilicet anno predicto. M. cccc.xciiij. & die. vj. mensis februarij, vt apparet ex publicis & notorijs actis cause inter predictas partes agitate, nec ipsa de omissione appositionis mensis vnquā opposuerit aut conquesta extiterit, non debuerit aut de iure dictus domi. vicarius pretendere quod propter dictam omissionem fuerit libellus nullus. Nec opponat dicta domina Gilleta se iniuriam eidem nobili Petro intulisse & propterea non debuisse aut debere condemnari super petitis in dicto libello reconuentionali: Pro eo quia eadem do. gilleta in. d. eius libello non egit contra eundem nobilem petrum autardi ad eum finem vt puniretur de illis delictis sibi probrose, iniuriose & contumeliose improperatis: sed ad finem consequendi hereditatem nobilis & honeste quondam mulieris domine Catherine Rodulphe, olim vxoris eiusdem nobilis Petri: maxime attenta quadam pretensa protestatione per eam, seu egregium quondam virum dominū Joannem de pomerolio eius procuratorem facta, scilicet quod non animo iniuriandi &c. Quoniam respondeo quod immo nobili petro intulit iniuriā, ex qua potuit conueniri. Et hoc in primis pbat text. in. l. iniuriarum. §. si quis per iniuriam. ff. de iniurijs. vbi est regu-
7 la, quod quilibet † interpellans iniuste aduersarium ad finem vt vexetur, tenetur actione iniuriarum. hoc idem probat text. in. d. l. apud labeonem. §. si quis libello dato vel principi vel alicui famā alienam insectatus fuerit iniuriarum erit agendum. Et idem si accusatio fuerit instituta propter maleficium, vt not. Angel. consilio. lxxvi. exordiente, super primo puncto. Et cōfirmatur hec opinio in terminis authoritate Oldre. consilio. liij. alias per me allegato: vbi aperte concludit, quod ille qui opponit exceptionem criminosam contra agentem tenetur actione iniuriarum, si non probet, per id quod habetur in. l. si non est. & l. si quidem. C. de iniur. & in. l. si tibi. C. de liber. cau. & in. l. non solum. §. fina. cum. l. sequen. ff. de iniur. & est solenne consilium in materia: & tamen certum est quod dici poterit in exceptione, quod hoc fecerit animo se defendendi. Si ergo hoc non conceditur reo: ergo minus videtur esse concedendum actori, per regulam nō licet actori. de reg. iur. in. vj. & l. si.

C. de

C. de fruct. ꝛ lit. expen. quinimo potius reo quam actori concedi
deberet, cum eius causa fauorabilior sit. l. fauorabiliores. ff. de re-
gulis iuris. cum sua mat. Et hoc consil. Oldrad. quasi ad verbuȝ
retulit Ioan. and. in titu. de accusa. ad fi. ꝛ illud sequitur. Et hāc
conclusionem etiam firmat Salice. vbi sequitur illam autoritatē
Ioan. and. in. l. si non conuicij. versicu. quero si iuris exceptio est
contra actorem ꝛc. C. de iniur. Et secundum hanc conclusionem
consuluit Petr. de ancha. consilio. cccxxiij. exordiente, super pri-
mo dubio subtiliter ꝛ ad plenum. Ex quibus infero quod non ob
stat. l. fina. ꝛ quod ibi per illum text. no. Gul. Bald. ꝛ Ange. ff. qđ
8 quisq́ iur. vbi dicunt quod si ego † reprobando testes contra me
productos dixerim, quod sunt infames ꝛ ribaldi: non teneor actio
ne iniuriarum: quia obiectio mea facta est ad tuitionem meorum
iurium: non autem ad inferendum iniuriam. Quoniam respon-
deo quod dictum Guliel. Bald. ꝛ Ange. debet intelligi, quando
obijciens probasset crimina contra testes obiecta: quia tunc non
censeretur fecisse animo iniuriandi, sed potius se defendendi, secū
dum quod dicunt Oldrad. Ioannes and. ꝛ Salice. in locis preal
legatis. Secus vero si ille qui obiecit in probatione defecit: prout
fuit in casu nostro: quia tunc secūdum eos tenetur actione iniuria
rum. Videmus enim quod qui contra clericum crimina opponit,
si non probat punitur, vt habetur in. c. j. de elect. in. vj. Preterea
videmus quod ille, qui opponit aliquem non esse idoneum fideius
sorem, vt pote pauperem, cum sit idoneus, tenetur actione iniuria
rum, vt est casus rotundus, vbi Barto. Angel. ꝛ alij in. l. si vero.
§. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cogan. Nec etiam obstat si for
9 te opponatur, quod † qui suo iure vtitur nemini facit iniuriam. l.
nullus. ff. de regu. iur. Iuris enim executio non habet iniuriam. l.
iniuriarum. §. j. ff. de iniur. ꝛ. l. nemo damnum. ff. de regulis iuris.
Quoniam respōdeo. ꝙ cum dicta domina gilleta prorsus ꝛ omni
no defecerit in probatione dictorum improperatorum delictorū,
constat ꝙ non vtebatur iure suo; sed quod potius faciebat ani-
mo iniuriandi, arg. d. l. si quidem. cum simi. supra allega. secundū
Oldrad. ꝛ Ioan. and. Et optime facit quod dicit Salic. in. d. l. si
non conuicij. ad fi. vbi formaliter dicit, quod aut constat ꝙ hoc fe
cerit animo nocendi ꝛ iniuriandi: ꝛ tunc est clarum quod tenetur
actione iniuriarum. aut constat quod non animo nocendi ꝛ iniu-
riandi: ꝛ tunc non tenetur: aut est dubium: ꝛ tunc dicit quod pre-
sumitur calumniose excepisse ex quo non probauit, arg. eorum que
not. in. l. ij. C. de calum. Et dicit Oldrad. in dicto consilio, quod
quamuis in principio sit ista presumptio, quo faciat gratia iuris
sui consequendi aut conseruandi: tamen ex fine hoc est ex defectu
probationis surgit alia suspicio in contrarium, scilicet quod fece-
rit animo calumniandi: quia qui non probat quod deducit etiam
excipiendo, calumniari videtur. l. j. C. de aduoca. diuer. iudi. c. ca-
lumniam. de pe. Et ista vltima presumptio tollit primā. l. diuus.
cum ibi nota. ff. de in lit. iuran. ꝛ in. c. cum inter. de elec. Quinimo
contra illum qui deducit crimen sunt due presumptiones: vna ver
borum, que sunt sui natura mala ꝛ contumeliosa, per que animus
probatur. d. l. si non conuicij. altera defectus probationis: ꝛ sic nō
mirum si iste due presumptiones tollāt vnā: aut. de consangui. ꝛ
vte. fra. §. j. colla. vj. ꝛ in. c. j. ꝛ qđ ibi no. de treuga ꝛ pa. Et per hec
patet quod eidem nobili petro non obstaret si forte opponeretur,
quod finis prefate domine gillete fuerit consequi dictam heredi-
tatem, ꝛ suum pretensum interesse, ꝛ quod propterea videatur qđ
10 non habuerit animum iniuriandi: † sine quo iniuria non commit-
titur. d. l. si non conuitij. cum ibi not. Quoniam vt predixi verum
est, quod ab initio non fortasse presumebatur quod hoc faceret a-
nimo iniuriandi: sed quia defecit in probatione, presumptio est,
imo sunt presumptiones quas predixi, quod ipsa hoc fecerit ani-
mo iniuriandi, per predicta. Et ita eleganter respondet Oldrad.
in. d. consil. cuius dicta sequitur Ioan. Andr. in loco preallega-
to. Etiaȝ per predicta patet responsio ad aliud, si forte de illo op-
poneretur, scilicet quod in hoc casu presumi possit non delictum:
ꝛ sic quod predicta fecerit eadem domina Gilleta animo non in-
iuriandi. l. merito. ff. pro so. ꝛ. d. l. item apud labeonem. §. si cōmu-
nem. ff. de iniur. Quoniam dico quod secundum Oldrad. et Ioā.
and. illa ratio procederet si presumptiones essent equales, sed pro
animo iniuriandi sunt violentiores: ꝛ ideo standum est illis, per
id quod not. Innocen. in. c. si diligenti. de prescip. ꝛ quod no. in. c.
transmisse. qui fil. sint legi.

¶ Forte vero opponetur, quod ab animo prefate domine Gillete
dependeat an animo iniuriandi predicta fecerit, pro eo quia sine
animo iniuriandi non infertur iniuria. d. l. si non conuitij. sed in
ijs que dependent ab animo actum gerentis videtur esse standū
sue declarationi ꝛ protestationi declaratorie; ꝛ quod propterea cū
dicta domina Gilleta pretendatur fuisse protestata quod non ani
mo iniuriandi premissa proposuerit aut deduxerit: non dicatur il-
lata iniuria dicto nobili Petro: propter quod potuerit eadem
domina Gilleta conueniri actione iniuriarum, ꝛ quod hoc videā-
tur sensisse Guliel. Bald. ꝛ Ange. in dicta. l. fina. quatenus dicūt
protestationem esse vtilem. Sed istud non obstat. Quoniam re-
spondetur, quod vt predixi, Guliel. ꝛ alij non loquuntur quando
obijciens defecit in probatione: sed quando probauit: quo casu
dicunt esse vtile ita protestari: alias male locuti essent in eorum
principali dicto, ꝛ contra autoritatem sanctorum patrum com-
muniter approbatam. Et Oldra. ꝛ Ioan. an. quādo dicunt ꝙ ta
lis protestatio est vtilis, loquuntur quando ex aliqua qualitate
presumi posset quod animo iniuriandi, puta quando magister lo
queretur contra discipulum, vel illum verberaret. Unde quando
postea non obstante ꝙ dixerint talem protestationem vtilem, de
11 terminando indistincte volunt ꝙ † ille qui deficit in probatione
tenetur actione iniuriarum, ꝛ quod talis protestatio non sufficiat,
probatur per text. cum glo. in. l. si quis extraneus. ff. de acqui. he-
re. per quem dicunt Dy. Bar. Io. de imo. Roma. ꝛ docto. com-
12 muniter, quod † si profero contra te aliquod verbum iniuriosum
cum hac protestatione, saluo honore tuo, ꝙ talis protestatio non
releuat; quod etiam tenent moderni in. d. l. iij. ff. de libe. ꝛ posthu.
ꝛ Ang. aret. in suo trac. de malefi. in ver. verba iniuriosa. Cōfirma
tur hoc per text. in. c. cum te. de re iudi. per quem dicunt ibi doct.
quod protestatio non excusat id quod fit indebite. Et dicunt mo
derni ꝛ panor. quod non minus tenetur de iniuria qui dicit, salua
reuerentia quia tu mentiris: cuius dicti ratio est secundū Hostiē.
13 ꝛ docto. ibi quia talis † protestatio videtur contraria facto: ꝛ sic
non debet operari. c. solicitudinem. de appel. ꝛ quod not. Bart. in
l. non solum. §. morte. ff. de no. ope. nun. Et facit pro hoc optima
ratio: quia si aliter diceremus, esset dare facilem materiam delin-
quendi, ꝛ facilem viam euitandi talem iuris dispositionem pena-
lem, si ex sola protestatione pars posset facere quod non teneretur
actione iniuriarum: qđ non est dicendum, per id quod habetur in
l. conuenire. ff. de pac. dota. ꝛ per not. in. l. non dubium. C. de legi.
ꝛ in. l. fraus. ff. eo. titu. facit regula, cum quid vna via. cum sua ma
teria, de reg. iur. in. vj. Et vt dixi hanc questionem decidunt Ol-
dro. ꝛ Ioā. an. in locis superius allegatis: qui plura notanda di-
cunt ad propositum. Et hanc determinationem etiam sequitur
Bartho. soci. con. cxviij. exordiente, Visa narrati puncti petitio-
ne. ꝛ consi. cxlvj. exordiente, Viso processu, in prima parte. Ex qui
bus omnibus concluditur dictam pretensam sententiam, quate-
nus aliqua extitisset, prout non creditur, fuisse ꝛ esse reuocandam
ꝛ cassandam, ꝛ dictam do. Gilletam condemnandam in expensis:
non obstante illa pretensa omissione appositionis mensis produ-
ctionis libelli dicte domine Gillete: ꝛ de quo, ꝛ nō solum de eo, sed
etiam de die productionis huiusmodi notorie apparebat ꝛ appa-
ret ex actis eiusdem cause inter partes easdem agitate. Que
dixerim ꝛc.

¶ Consi. cxxxiiij. quod materiam legitimarum toties repetitam
tractabat, hinc fuit ademptum, ꝛ cum sequenti.

1 ☞ Dolus inducit damnum, ꝛ vno probato probatur ꝛ aliud.
2 Parti tabellionē eligēti imputatur si quid minus vel insufficien
ter agat.
3 Iudex, vel notarius, vel alia publica persona perdens attestatio-
nes publicatas, tenetur totum damnum cause resarcire.

¶ Epitome.

¶ Tabellio Curie si acta perdat, magis tenetur partibus, ꝙ ta-
bellio ab ipsis electus. V. F.

¶ De tabellio. Consi. cxxxvj.



Dificultas pcessus ce-
pti et agitati per ꝛ inter prouidum virum Pe-
trum audiberti ex vna parte, et honorabilem vi-
rum magistrum Petrum delfini, vniuersalem
heredem nobilis quondam viri Caroli Delfi-
ni ex alia, consistit in duobus. Primum est, pro eo quia attentis
diligentijs parte dicti magistri Petri factis contra honestam
mulierē Aymaretam relictā eiusdem nobilis Caroli, super cōfe
ctiōe inuētarij bonorū dicti Caroli, nō videtur ipse magister Pe
trus fuisse vel esse in dolo, seu etiam lata culpa, in nō expediendo
prefato Audiberti attestatiōes testium parte eiusdē Audiberti
cōtra magistruȝ Gaufridum talanneo regiū secretarium ꝛ alios.
productorum: ꝛ signanter quia per inuentarium confectum tem-
pore receptionis bonorum ab herede predicte aymarete non ap-
paret attestationes predictas fuisse in hereditate dicti quōdam
Caroli compertas: ꝛ ita non videtur dictus magister petrus te-
neri ad interesse, pro eo q̄ quemadmodum argentarius in non
edendo tenetur de solo dolo vel lata culpa: ita ꝛ tabellio tenetur


de so'o dolo & lata culpa, secundum Bald. Ange. Pau. de cast. &
dominum Iason. in. l. vbi exigitur. ff. de eden. Ad quod facit. l. fi.
C. de magistra. conue. Et idem est secũdum Pau. de cast. in om-
nibus officialibus publicis assumptis de cõmuni cõsensu partiũ.
1 l. j. §. j. ff. si mens. fal. mo. dix. † Secundum, q; licet probato dolo
probetur damnum vel interesse per iuramentum partis, cui sta-
tur; secundum Bald. & Alex. de imo. in. l. qui accusare. C. de eden.
& do. Iason in. d. l. vbi exigitur. secus tamẽ est in culpa notarij: q;
quãuis culpa probata extiterit: non tamen statur de damnis & in
teresse iuramento partis: sed opus est plene probare interesse, secũ
dum Bald. in. l. fin. col. penulti. C. de eden. & do. Iason in. d. l. vbi
exigitur, vbi etiã voluit quod si dolus notarij committatur in fa-
ciendo: tunc procedit quod dixi, scilicet quod dãna & interesse pro
bantur per solum iuramentum partis. Secus autem si in omittẽ-
do: quia tunc debent plene probari. l. argentarius. §. cum autem.
& quod ibi Barto. Ange. & do. Iason, col. ij. ff. de eden. Supposi
to igitur quod probatum extitisset, prout non videtur, quod di-
ctus magister petrus fuisset in culpa lata in nõ exigendo attesta
tiones superius mentionatas: hoc tamen non videretur sufficere
ad obtinendum victoriam contra eum, nisi probaretur interesse
quod est difficilimum: & sic profecto dubito de hoc casu. Nisi forte
dicamus quod id quod superius dictum est de tabellione, intelli-
gi debeat de tabellione per partem electo: & ad quem pars volun
2 tarie accessit: † quasi sit quod eidem parti imputari valeat, pro eo
quia talem elegit: quod etiam videtur fuisse de mente Alexand.
de imo. in. d. l. vbi exigitur. qui allegat simile de mensore in. l. j. §.
hec actio. cum seq. ff. si mens. fal. mo. dix. Secus autem in nota-
rio, seu scriba, aut secretario actorum: qui non per partes, sed per
principem assumi solet. Et ita non videtur superesse quod parti
imputetur, si per notarium perdantur attestationes. Et ita vide-
tur notarius ipse indistincte teneri, si attestationes perdiderit.
Quod etiam videtur fuisse de mente Speu. titu. de testa. §. satis
3 vtile. versicu. fina, vbi dicit aliquos dicere, quod si publicatis † at-
testationibus ille perdantur apud iudicem, vel notarium, vel aliã
publicam personam: ille tenetur resarcire totum damnum cause,
& debet puniri. l. ne causas. C. de appellationibus. & l. si quando.
C. de testi. Et istud dictum, quatenus concernit notarium, non
impugnat idem Specu. & propterea videtur illud sequi: & subiun
git damnum seu interesse probari sacramento producentis: pro
quo allegat. l. semper. §. hoc. ff. quod vi aut clam. l. si quando. C.
vnde. vi. c. fina. quod met. cau. & quod not. in. c. dilecti. de fo. com-
peten. & per eum titu. de fruc. & interesse. §. sequitur. de instru. edi.
§. restat. versicu. illud quoq;. Et hanc doctrinam Specu. commẽ
dat Sali. in. c. paternitatis. col. iij. vel circa, ver. quando sunt per-
dita testium dicta, de testi. Sed fortasse ijs respondebitur, quod
illa non obstant. Tum quia Specu. loquitur in notario, qui atte
stationes receperat, & penes quem extiterant: nos vero loquimur
in herede, & in casum in quo non apparet q; ille fuerint penes eu;:
nec consequenter q; ille perdite extiterint dolo vel lata culpa eius
dem. Tum & quia iura allegata per Specu. ad probandum quod
stari debeat iuramento partis, videntur loqui in casu in quo pre-
cessit dolus vel lata culpa eius contra quem iuramentum defer-
tur. Et signanter. l. si quando. C. vnde vi. c. fi. quod met. cau. & gl.
in. c. cum dilecti. de foro compe. & ita videtur dictum Specu. de-
bere intelligi secundum illa iura que allegat, per id quod no. Bar.
in. l. non solum. §. si liberationis verba. ff. de libe. lega. propter que
profecto non sunt sine dubio. Consulo tamen, postq; in hoc deuen
tum est, quod pars instet super declaratione iuramenti ad proban
dum interesse: & si obtineri potuerit, bene erit; sin autem (quia au-
dio adhuc superesse aliquos testestes, per quos potest iustificari
intentio predicti audiberti cõtra dictum magistrum talameo, seu
eius heredem, et alios) consulo quod eo casu illi producantur in
primo processu: qui admitti debebunt etiam si attestationes alio
rum fuerint publicate, per id quod no. doct. in. d. c. fraternitatis
arg. c. fi. de proba. Et ita consulo &c.

1 ☞ Filius matrem habens et fratres, si matrem instituat in re
certa, & fratres pretereat, & per testamentum instituat extraneum
non turpem personam: quante erit matris legitima.
2 Preteriti in testamento habentur pro exheredatis.
3 Hereditas fraterna debetur fratri abintestato: si vero instituat
extraneum, non sibi debetur legitima: nisi institutus sit turpis per
sona.
4 Institutus in minimo non videtur preteritus.

Epitome.

Mater, cui a filio liberos non habente in testamento paulu-
lum quidam relictum est aget ad supplemẽtum legitime, que est
totus triens, exclusis testatoris fratribus; nisi turpis persona es-
set instituta. A. F.

De inoffi. testa. Consi. cxxxvj.



Themata tale est. Magi-
ster Stephanus de riuo, habẽs, matrem & duos
fratres vtrinq; coniunctos, suum vltimum con
didit testamentum: in quo honeste mulieri do-
mi. Claudie eius matri legauit & iure institutio-
nis reliquit octo florenos, certis dilationibus & terminis sibi sol-
uendos per heredem: Ioanni vero & Laurentio de riuo eius fra-
tribus vtrinq; coniunctis, & eorum cuilibet legauit quinq; soli-
dos. Heredem vero vniuersalem instituit & nominauit honestam
mulierem. N. suprascriptius testatoris vxorem: & permanens in volunta
te huiusmodi vita funct⁹ est & ab humanis decessit, superstitibus
dictis matre, fratribus, & vxore: que hereditatem dicti quondam
eius viri adiuit. Et quia mater predicta pretendit dictos octo flo
renos non sufficere ad legitimam sibi debitam in bonis dicti
quondam testatoris, quesitum est quanta sit dicte matris legiti-
ma: an scilicet triens, seu tertia pars totius assis, aut tertia pars
trientis: & sic tertia pars eius quod erat habitura abintestato: sup
posito scilicet prout verum esse existimo, q; dicta quondam vxor
non sit persona turpis. Pro cuius dubij solutione premitto, quod
docto. mouent in dictis locis hanc questionẽ, aut profecto ei mul
1 tum similem. † Ponunt enim casum in filio habente matrem et
duos fratres vtrinq; coniunctos testante, & matri aliquid relin-
quente iure institutionis, fratres vero pretereunte, & instituente
extraneum non turpem personam: & querunt quanta sit legitima
matris: an videlicet triens, in tertia pars trientis. In quo articu-
lo variarunt docto. Bar. enim motus rationibus de quibus ibi
dicit in repetitione. l. pater filium. colum. iiij. vel circa, versi. secun
do iuxta predicta quero &c. ff. de inofficioso testamento. q; legiti-
ma matris non est triens, sed tertia pars trientis. Et hanc partem
videntur sequi Bald. Ange. & Fran. de Aret. in. l. plane. la. j. §. si
duobus. ff. de leg. j. vbi etiam idem videtur voluisse Pau. castr.
2 motus alia ratione q; Bart. scilicet q; † preteritio fratrum habea
tur loco exheredationis: & q; portio expresse exheredati remaneat
apud heredem, vt etiam no. idem Pau. in. d. §. si duobus. q; eius
fauore censetur exheredatus, per not. in aut. hoc amplius. C. de fi
deicommis. & hoc in expressa exheredatione: ergo idem in tacita
exheredatione. Et quamuis dicat istam opinionem forte esse secu
riorem: dicit tamẽ se non esse sine dubitatione. Cy. vero in. d. l. pa-
ter filiũ, in addi. prout ibi refert Bal. in repeti. col. vij. versi. nũc ve
ro ad priuationẽ que cõtingit per dispositionẽ legalẽ, tenuit cõtra
rium. s. q; immo legitima matris sic totus triens omniũ bonorũ.
Et idẽ voluit ibi Bal. in. d. ver. nunc venio. Pro quo primo indu
cit: q; cum frater excludatur a querela, pro mortuo habetur. §. sed
nostra. instit. de succes. liber. & in aut. de nup. §. soluto. vers. si quis
enim. coll. iiij. Qui enim nõ admittit ad partẽ, nec admitti spera-
tur, nõ facit partẽ. l. si post mortem. §. liberi. ff. de bono. possessio. cõ
tra tab. sed frater nõ admittit ad partẽ, nec admitti speratur: ergo
non facit partẽ: l. qui repudiantis. & l. si proponas. ff. de inoffi. te-
sta. Et licet illa iura loquantur in querela: idem tamen est in iure
agendi ad supplementum, q; succedit loco querele. l. omnimodo.
C. de inoffi. testa. Hanc partem etiã secutus est idem Bald. in. d.
aut. nouissima. in. viij. q. vbi etiam Sali. qui pro hac sentẽtia mul
ta inducit: & vt ibi referunt Bal. Sali. & alij in multis locis, hanc
partem tenuit Iaco. Butri. in quadã questione per eum disputa-
ta. Pro hac parte etiã effectualiter consuluit Oldr. motus mul-
tis & subtilibus rationibus, consi. cxxiij. Etiam Paulus de cast.
in. d. l. plane. §. si duobus. prope fi. qui & dicit se habuisse questionẽ
de facto, & se fuisse secutum plurium sententiam: & est verum eum
consuluisse, vt apparet consi. ccliij. exordiente, Quoniam fundamẽ
tum huius articuli &c. col. ij. ver. In quarto casu principali. vbi di
3 cit q; † licet fratri debeatur hereditas fraterna ab intestato: nõ ta
men debetur sibi legitima, nisi sit factum testamentum, & turpis
persona instituta, sicut & alijs venientibus abintestato debetur:
& tamen non semper debetur legitima. Nam illi quibus debetur,
nisi relinquatur, possunt querelare. fratres vero & alij multi quib⁹
abintestato debetur hereditas, hoc est qui abintestato succedere
possunt, non possunt querelare: ergo eis non debetur hereditas. si
igitur frater heredem vniuersalem instituat non turpem personã,
fratrem vero pretereat, & matri aliquid relinquat: frater exclude-
tur ex eo quod factum est testamentum, & quod turpis persona nõ
est heres instituta. Et quia turpis persona nõ est instituta, nunq;
fuit sibi legitima delata: & perinde habetur ac si eidem fratri nũq;
debita fuisset successio abintestato, sed soli matri: ex quo frater re
peritur totaliter exclusus: & sic legitima matris debet esse tertia
totius assis, ac si tota hereditas fuisset abintestato sibi debita. Et
in hoc dicit se sequi opinionem Iaco. butri. & Bald. in dicta aut.
nouissima. ad fin. Pro hac parte consuluit Rapha. Fulgo. consi-
lio. xxxv. exordiente, Proponitur q; materfamilias mouens &c.

Iitam

Istam partem etiā sequitur Alex. de imol. in. d. l. plane. §. si duobus, ad fi. vbi dicit eam esse magis communem. Illam etiam sequitur Albe. in. l. omnimodo. post prin. C. de inoffi. testa. vbi relatis motiuis ⁊ rationibus Oldra. positis in dicto eius cōsi. cxxiij. subiunxit, ⁊ ita puto tenendum esse, ⁊ notauit ⁊ scripsit Oldra. in lib. suorum consiliorum. Illā preterea secutus est do. Iason max. in. d. aut. nouissima. col. xv. ver. Tāgit etiam Bal. hic in. viij. q. ⁊ Fab. de giochi. in repeti. eiusdem aut. char. iij. colū. iij. ver. quarto queritur incidenter de pulchra ⁊ notabili questione. Et quamuis Fran. de are. in. d. §. si duobus. col. penul. videatur sensisse ꝙ prima opinio sit cōmunior: mihi tamē videtur, salua reuerentia tanti patris, oppositū. s. qđ immo scđa sit cōmunior. Illā enim tenuerunt, vt predixi, Cy. Iaco. but. Bal. Oldra. Albe. Pau. de cast. in cōsulendo. Sali. Fulg. Alex. de imo. d. Iason ⁊ Fab. Ista etiā vt referunt doct. fuit opinio Dy. in. d. l. plane. ⁊ hanc esse magis cōmunem affirmat vt predixi Alex. de imol. in. d. §. si duobus. ad fi. vbi etiam hoc sentit Pau. de cast. dicens vt iam dixi se fuisse secutum sententiā plurīū: cū vt subiūgit oēs concordent excepto Bar. etiam Rapha. fulgo. in consi. xxxv. ad fi. dicit, non dubitarem etiā in negotijs atq; disceptationibus forensibus hanc sentētiam in causarum decisionibus non tantum in scholis disputationis causa subsequi licet Bar. solus diuersam sententiam veriorē existimet. Quibus premissis, ⁊ supposita hac secunda opinione pro veriore, a qua propterea nō est in consulendo vel iudicando recedendum. l. j. ver. crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. c. nouimus. ⁊ quod ibi Anto. de but. de verb. signi. ⁊. c. de inductijs. iij. q. iij. ⁊ quod not. cōmuniter omnes scribentes in. c. j. de constit. ⁊ legiste in. l. fi. C. de pena iudi. qui male iudi. maxime cum nō videatur esse ratio vrgens pro opinione Bar. ⁊ sequacium, quāuis sit non fallor fundamentis illius, opportune respondeat Bald. in d. l. pater filium. ⁊ Sali. in. d. aut. nouissima. Et sentit Io. de imo. fundamēta Bar. nō procedere in. d. §. si dubus. ⁊ Pau. de ca. in. d. cōsi. ccliij. qui omnes sentiunt frustra queri in hoc articulo de iure accrescendi, cum legitima non debeatur fratri in bonis fratris testati, nisi turpem personam heredē instituerit: quod nō ponitur in casu. Supposita hac secūda opinione pro veriore, videretur cōsequenter dicendum ad quesitum, qđ legitima huius claudie matris debeat esse triens omnium bonorum dicti quondam testatoris, eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno ⁊ funeris impensa non tertia pars trientis, cum iura motiua ⁊ rationes allegate per doctores pro secunda parte in casu quem premisit etiā sibi locum vendicare videantur in hoc casu. Nisi forte quis dicere voluerit qđ secus hic, secus ibi: pro eo quia in casu superius preposito, ⁊ de quo querunt docto. duo fratres superstites fuerunt per fratrem preteriti, ⁊ extraneus non turpis persona heres institutus: sed in casu nostro non fuerunt fratres preteriti, sed fuerūt eis ⁊ eorum cuilibet legati quinq; solidi. Et ita non sumus in terminis mote questionis. Et ita videretur quod decisio Iacob. butri. et sequacium non haberet locum in casu de quo queritur. Quod etiam videtur sentire Bald. in. d. aut. nouissima. in fi. vbi dicit ꝙ
4 † si in casu questionis disputate per Iaco. Butri. quem superius retulit, fratres non essent preteriti: sed essent instituti etiam in vno nummo, legitima matris non esset nisi tertia tertie. Sed hoc non obstat. Tum quia non legitur quod dicti fratres fuerint in aliquo instituti per dictum testatorem: sed solum fuerint eis ⁊ eorum cuilibet legati quinq; solidi. Certum est enim quod etiam ille cui legatum est vel relictum, si tamen non fuerit exheredatus, vel ei iure institutionis relictum, censetur preteritus. l. ita tamen §. qui rogatus, in verbo contra tabulas. ff. ad trebel. l. maximum vitium, circa mediū, in verbo institutione preterit. C. de libe. prete. vel exhere. aut. vt cum de appella. cog. §. aliud quoq;. coll. viij. Tum et quia eo ipso quod dictus testator elegit decedere testatus, et testatus est, ⁊ turpem personam non instituit: habiti sunt ⁊ haberi debuerunt dicti fratres perinde ac si mortui extitissent, in bonis predicti testatoris nihil petere possint vltra id quod relictum est. Et quidem non ab intestato: quia testatus est: non etiā ex testamento: ⁊ hoc iure pretense legitime, que eis nulla debetur isto casu. Debet igitur eadem Claudia mater habere integram legitimam, postq̄ non habet in ea concurrentem. Nec dico eam habere debere partim iure proprio, ⁊ partim iure accrescendi: quasi eidem accreuerint partes fratrum testatoris: sed dico quod eam habere debet iure proprio, ⁊ iure non decrescendi: ⁊ hoc per submotionem obstaculi factam per testatorem in testando, ⁊ turpem personam non instituendo. Et non debet ipsa Claudia mater ab isto integro iure vel parte illius sine culpa sua submoueri per dictum testamentum: hoc enim non est permissum. l. si quis in suo. §. legis. C. de inofficio. testamen. Preterea si opportune aduertatur ad rationes ⁊ fundamenta, quibus vtuntur ⁊ se fulciunt illi, qui tenent matrem vocari ad trientem totius substātie in casu supra mentionato, ⁊ de quo querunt docto. ille habent lo-cum etiam eo casu quo aliquid esset legatum vel relictum fratribus. Quia certum est quod illud habere non possunt iure legitime: quia illa non debetur stantibus terminis: hoc est via testari, ⁊ ꝙ turpis persona non fuerit instituta. Et hoc etiam sensit Rapha. fulgo. in. d. consi. cxxxv. vbi ponit casum in matrefamilias habente matrem ⁊ duas sorores, quas in certa quantitate heredes particulares instituit, ⁊ extraneum heredem vniuersalem: ⁊ tamen consuluit legitimam matris esse triētem omnium bonorū. Idem etiā voluit Fab. de giochi, in repetitione. d. aut. nouissima. char. iij. colla. iiij. versi. iiij. queritur, circa finē illius questionis. Preterea quāuis Bald. in. d. aut. nouissima. circa finem dixerit id qđ supra retuli: ipse tū subiungit, ꝙ illud indigebat altiore indagine: ⁊ ꝙ ideo non firmabat, ⁊ istud videt̄ ⁊ verius ⁊ humanius in hoc articulo, vt scilicet a dicta integra legitima totius substantie seu actus non excludatur dicta Claudia mater: ⁊ signanter propter illam vilem summam fratribus predicti testatoris relictam. Cū enim illi nec habeant, nec habere possint vel sperent legitimam: aut in ea concurrere cum dicta eorū matre: non est ista mater impedienda, quominus dictam integram legitimam habeat. Non enim piget principem in ambiguis atq; legum diuersis interpretationibus titubantes causas benigne atq; naturali moderamine temperare. l. nō fine. circa medium. versi. Attamen consequēs est ⁊c. C. de bonis que liberis.

1 ☞ Verbum ⁊ suos, in substitutione quos comprehendere debeat. ⁊ num. 6.
2 Usus loquendi omni regule omniq; constitutioni derogat in sermonibus exaudiendis.
3 Sermo vulgaris qualiter sit interpretandus.
4 Verba notarij qualiter sint interpretanda, an scđm ius, an scđm vulgus.
5 Sui dicuntur qui succedere possunt ab intestato.
7 Verbum ⁊ suos collectiuum, est ⁊ in institutione positum comprehendit omnes qui gradus prerogatiuam tenent.

¶ Epitome.

¶ Verbum ⁊ suos, accipere debemus non vt de suis ipsius disponentis liberis: sed de suis illius in quem confertur dispositio, intelligamus. V. F.

¶ De verbo. signifi. Consi. cxxxviij.



PRo faciliore responsione eorum, de quibus queritur parte nobilium Augerij de agonto ⁊ sororum premitto, ꝙ substitutio facta per nobilem quondam virū Bertrandum de rossero eius fratrē expirauit, ⁊ facta est caduca quoad personam eiusdem nobilis Raymūdi: pro eo quia ille vita functus est ⁊ ab humanis decessit superstite nobili Magdalena de rossero eius nepte: cui idem Raymundus substitutus extiterat. l. vnica. §. sin autem sub cōditione. C. de cadu. tol. Pro hoc ponit multas remissiones Oldra. consi. cxxxj. exordiente, quidam habens tres filias. Premitto insuper ꝙ de iure com-
1 muni videtur quod † verbum ⁊ suos, positum in. d. substitutione, debeat referri ad suos ipsius testatoris, nō ad suos ipsius nobilis Raymundi, in quem confertur dispositio testatoris, per id quod habetur in. l. ex facto. in princip. iuncta glos. super verbo suam. ff. ad trebel. vbi glo. exponens verbum suam, dicit scilicet rogantis: ⁊ dicit Bar. quod sepe accidit ꝙ cum notarij conficiant testamenta per verba tertie persone, dubitat̄ enim an hoc pronomen suus sua suum, referatur ad ipsum testatorem, vel heredem eius: ⁊ dicit quod in dubio referatur ad testatorem, nisi aliud de mente appareat. Et idem voluit Bart. in. l. cū in testamento. ff. de auro ⁊ argento lega. Alex. de imo. consi. lvj. exordiente, Consideratis verbis testamenti ⁊c. col. j. in primo volu. ⁊ Ioā. reynaldi in suo tractatu suitatis. col. fi. Verum q̄uis ita videantur transire doct. tū de communi vsu loquendi ⁊ scribēdi notarij, etiam si scribant testamenta in tertia persona, solent referre pronomē suus sua suum non ad ipsum testatorem vel disponentem, sed ad illum in quem confertur dispositio: ita ꝙ ipsi intelligant de suis ipsius in quem confertur dispositio, non de suis ipsius testatoris seu disponētis. Ut verbi gratia, si dicam notario scribe quod ego Stephanus heredem meum instituo sempronium ⁊ suos: scribet notarius loquens in tertia persona, quod stephanus instituit heredem sempronium ⁊ suos: ⁊ sciui ita fieri per notarios in regno, in delphinatu, in prouincia, ⁊ in ista patria. Propter quod existimo quod considerato ⁊ attento isto communi vsu loquendi seu scribendi, ⁊ qui vt existimo etiam erat tempore conditi testamenti deberet dictū verbum ⁊ suos, intelligi de suis ipsius nobilis Raymundi in quem conferebatur dispositio predicti testatoris, non de suis ipsius quondam nobilis Bertrandi testatoris, per id quod di-
2 ci solet de vsu loquendi. † de quo dicitur quod in exaudiendis

sermonibus vsus omni regule omniq; constitutioni derogat so-
lus.l.librorum.§.quid ergo.⁊ quod ibi glo.ff.de lega.iij.l.semper
in stipulationibus.ff.de regu.iur.⁊.c.ex literis.in fin.de sponsa.et
l.labeo.ff.de sup.leg. Quod etiam voluit Panormi.in.c.j.de iu-
di.⁊ Oldra.consi.clxviij.exordiente, Ad primam questionem ⁊c.
versi.ad tertiam questionem ⁊c.ibi si autem sic certum est, Anto-
nius de Butriga.consilio.xij.exordiente, Viso puncto ⁊ quesitis
suprascriptis, et Joannes de Jmol.in.l.si vero.§.de viro.colum.
viij.vel circa, versi.sexto fallit quando extensio fieret ⁊c.ff.soluto
matri. Pro quo facit.l.vel vniuersorũ.ff.de pignoratitia ac. For
te vero opponetur de eo quod not. Bald.in.l.lege duodecim ta-
bularum.col.si.versicu, Jtem filium fratris ⁊c.C.de legi.heredi.
3 vbi voluit Bald. quod† sermones qui sunt in vulgari sermone, de
bent interpretari secundum communem vsum loquẽdi.sed si sunt
sermones literati: debent interpretari secundum artem literariã.
vel secundum grossum modum loquendi literaliter. Pro quo alle
gat not.per Cyn.in.l.si cum ante.C.de dona.ante nupt.et quod
not.gl.in.d.l.librorum.§.quid tamen cassius. Et facit quod not.
4 Bart.in.l.si quis filiabus.ff.de testa.tute.dum dicit quod† ver-
ba notarij debent intelligi secundum iuris interpretationem: nõ
secundnm quod idiote accipiunt, per not.in.l.j.C.de vsur.et in.l.
sciendum.ff.de verbo.oblig. Et idem est de mente Bald.in.c.j.
in principio, colum, penulti.vel circa, versicu.non quero quantum
ad iuris effectum: ibi, preterea communis vsus loquendi.vbi vo-
luit quod quando verba proferuntur ab idiotis ⁊ vulgaribus: tũc
intelliguntur grosso modo: dicta.l.si cum ante.C.de donationib.
ante nupt.vbi per Cyn. quando vero proferuntur a statutarijs ⁊
iurisperitis tunc non inspicimus quomodo loquantur idiote sed
quomodo loquantur legiste, arg.l.stipulatio ista habere licere.§.
hi quoq;.ff.de verborum obligationibus. Cum ergo notarij pre-
sumãtur periti, ⁊ iuriste sentiant in casu de quo queritur quod ver
bum suos, debeat referri ad suos ipsius testantis seu disponentis,
non ad suos ipsius in quem dispositio confertur, videtur ꝙ in ca-
su nostro suũ ipsius nobilis Bertrandi, vt pote eius mater que tũc
viuebat; alioquin nobilis Maria soror censeatur inuitata, non
alij qui sunt suũ ipsius nobilis quondam Raymundi in quem con
ferebatur dispositio. Sed respondeo quod predicta forte possent
procedere in dubio. Sed puto quod si queratur a notarijs testa-
menta recipientibus ⁊ ea scribentibus in tertia persona, vt scri-
bãt institutionem de qua supra factam scilicet per Stephanum,
ipsi scribant prout dixi; et ita facerent si quis heredi per se institu
to diceret se substituere Stephanum ⁊ les siens: scriberent enim
Stephanum ⁊ suos: intelligentes per verbum de suis ipsius Ste
phani substituti, non de suis substituentis. Et pro hoc etiam vi-
detur facere verba substitutionis facte per eundem testatorem
nobili Francesie sue filie de nobili Delphina de roseto, eiusdem
testatoris sorore ⁊ suis liberis: in qua substitutione non censetur
idem testator inuitasse suos liberos suũ ipsius, sed potius liberos
dicte nobilis Delphine: quia non est verisimile quod ipse prepo-
suisset dictam nobilem Delphinam sororem suã liberis suũ ipsius
testatoris, l.cum acutissimi, et quod ibi docto.C.de fideicommis.
l.generaliter.§.cum autem.C.de institu.⁊ substitu.⁊.l.cum auus.
ff.de condi.⁊ demon. Substituendo igitur dicte nobili Francesie
eius filie prefatam nobilem Delphinam, seu ipsius testatoris so-
rorem ⁊ suos liberos, censetur substituisse non quidem liberos sui
ipsius, de quibus non videtur cogitasse: sed liberos dicte nobilis
Delphine. Preterea si diceremus eundem testatorem sensisse de
suis suũ ipsius, non de suis dicti nobilis Raymundi, esset mirum
quod non fecisset mentionem specialem de matre sua, que viue-
bat, ⁊ de dicta nobili Maria eius sorore. Poterat enim hoc face
re, quod ⁊ verisimiliter fecisset, ⁊ subiecisset clausulã de alijs suis,
si voluisset inuitare suos ipsius testatoris.
¶ Quibus premissis respondeo ad primum quesitum, sub corre-
ctione cuiuslibet domini melius sentientis, quod dicti nobiles cẽ
seantur substituti. Et per hec patet etiam respõsio ad tertium et
vltimum quesitum.
5 ¶ Ad secundum dico ⁊ respondeo,† quod in hac materia dicun
tur sui venientes ab intestato, ⁊ qui ab intestato secundum pre-
rogatiuam poterant eidem Raymundo succedere. Pro quo po
terit videri quod not. gloss. in.l. si femina.C.ad turpil. Paul. de
Castro, consilio.cccliij.exordiente, Visis omnibus punctis.col.vl
ti.versicu. Sed respondeo istud verbum ⁊ suos ⁊c.⁊ Andr. barb.
in repetit.dicta.l.cum acutissimi.fol.iiij.col.ij.versic.nunc obstat
text.⁊c.⁊ consilio.xxviij.exordiente, Clementissimi dei patris do-
mini nostri iesu Christi presidio humiliter implorato visis dubijs
⁊c.col.iij.vel circa versi. Cum ergo dicta.l.cum acutissimi ⁊c.ibi
tamen dico qd illud verbum sui, in secunda parte: qui omnes sen-
6 tiunt post dictam gl.in.d.l.si femina.qd† verbũ ⁊ suos, compre-
hendit non solum suos, hoc est qui in potestate ⁊c.vel alios descẽ-
dentes: sed etiam collaterales: quod etiam voluit Bal.in.l.peti-
tionem.C.de aduoca.diuersorum iudic.vbi colligit quod appella
tione suorum veniunt etiam transuersales vsq; ad quartum gra-
dum, allegat quod habetur in.d.l.si femina.⁊ in.l.lex cornelia.in
princip.ff.de iniurijs. Multa pro hoc inducit Paul.de Castr.in
dicto cõsi.cccliij. Verum ꝙuis appellatione suorum, veniant non
7 solum descendentes, sed etiam ascendentes ⁊ collaterales:† quia
tamen hoc verbum est collectiuum, per ipsum censentur inuitari
non simul omnes sui, sed qui tenent prerogatiuam gradus, cuius
modi sunt dicti nepotes eiusdem quondam Raymundi.l.pero.
§.fratre.ff.de lega.ij.⁊ quod not. Angel.⁊ omnes scribentes in.l.
fi.C.de verbo.signi. Que dico ⁊c.

1 ¶ Spoliasse dici non potest qui ante impositionem spoliatio-
nis possedisse probatur.
2 Conuenticule ad malum tendentes de iure sunt prohibite. secus
si ob aliquid licitum ⁊ vtile.
3 Congregare personas ad se defendendum, vel possessionem recu
perandum an sit licitum.
4 Aduersarium spoliare non dicit qui suã continuat possessionem.
5 Sententia lata super processu tanꝙ notorio, si postea appareat de
non notorietate: ⁊ processus ⁊ sententia nulla habentur.
6 Exceptio incompetens admissa, ⁊ probata, non debet impedire
prolationem secundum ipsam exceptionem.
7 Testium multitudo supplet defectum solennitatis requisite in
probatione.
8 Testes semel interrogati super vno articulo quo casu possint su-
per eodem iterum examinari.
9 Diuersitate inter scripturam notarij testes examinantis ⁊ ipsos
testes habita, ipsis testibus dicentibus se nõ ita deposuisse vt scri
ptum est cui standum erit.
10 Suspitio falsi an semper habeatur pro falso.
11 Libellus debet concludere, alias non procedit.

¶ Epitome.

¶ Quum quis se pretendit spoliatum possessione sua, ⁊ ideo de-
bere priuari aduersariũ iure suo: petere debet in libello aduersariũ
priuari seu puniri in perditione dicti iuris: nõ declarari eum illud
perdidisse. V. F.

¶ De acquiren.posses. Consi.cxxxix.



Pro faciliore ostensio-
ne boni iuris prouidorum virorum Bertoni col
leti ⁊ consortium: insuper ⁊ vniuersitatis homi-
num loci sancti Donati, in quadam causa ordũ
cepta per ⁊ inter nobiles Peronetam rostagne
matrem nobilis Jacobi payni, ⁊ venerabilem virum dominum
Ludouicum payni, tutores ⁊ tutorio nomine dicti Jacobi, eis
iuncto venerabili viro domino procuratore fiscali Delphinalis
curie maioris Viennensis ⁊ Valentinensis ex vna parte, ⁊ dictum
Bertonum colleti ⁊ consortes principaliter conuentos, necnon ⁊
vniuersitatem loci predicti sancti Donati seu syndicos pro ⁊ no-
mine illius interuentos partibus ex altera, Premitto qd causa
huiusmodi cepta est per ⁊ inter partes predictas pretextu ⁊ ad cau
sam implorationis statuti Delphinalis, si quis per literas, parte
dictorum dominorum procuratoris ⁊ tutorum tutorio nomine
predicto antea intentati: ⁊ in eius cause exordio petierunt prefati
domi.procurator fiscalis ⁊ tutores, dictus scilicet procurator de-
clarari eosdem conuentos incidisse in penam decem marcharum
argenti: ⁊ illam fisco Delphinali adiudicari. Dicti vero tutores
seu eorum author expensas, damna ⁊ interesse partis imploran-
tis taxari, ⁊ ipsos Bertonum ⁊ consortes pretensos violentos co-
gi ⁊ compelli ad solutionem expensarum damnorum ⁊ interesse
huiusmodi. Premitto insuper qd aduersus petitionem huiusmo
di, ⁊ vt appareat illam de iure non procedere opposuerũt dicti rei
conuenti ⁊ interuenti de contrario possessorio, ⁊ hoc in schedula
exordiente, vt vobis nobili ⁊c. De quo plenam fidem fecerunt, vt
apparet ex ijs que dixerunt ⁊ deposuerũt testes parte eorum pro-
ducti super.iij.⁊ ix.articulis schedule prementionate: de eo etiam
plene docuerũt, vt apparet ex depositionibus testium parte ipso-
rum productorum ⁊ examinatorum super articulis exordientibus,
plenius deducendorum presertim super quinq; primis, ac.ix.⁊.x.ar-
1 ticulis eiusdem schedule.† Quo fit vt appareat dictos Bertonũ
⁊ consortes non spoliasse dictum nobilem Jacobum pretensa pos
sessione terre ⁊ nemoris in actis dicte cause latius expẽsarum: seu
iuris ⁊ facultatis eisdem inhibendi quominus animalia sua in
eisdem terra ⁊ nemore immitterent, tenerent ⁊ depascerent. Cum
enim ante tempus ⁊ tempore pretense ex aduerso electionis fuis-
sent ⁊ essent homines sancti Donati in possessione dicta eorum
animalia

animalia inibi immitendi, tenendi & depascendi, dici non possunt spoliasse aut priuasse dictum Jacobum dicta pretensa possessione iuris seu facultatis inhibendi &c. consultationibus. de officio delegat. Ad hoc enim vt quis spoliari possit, opus est quod possideat, vt probatur in dicto. c. Ad quod facit. l. manumissiones. ff. de iusti. & iure. & l. decem. ff. de verborum obligationibus. Nec ex hoc sunt culpandi dicti Bertonus & consortes, quod pretenduntur turba coadunata venisse ad terram & nemus prementionatas, et in illis animalia porcina & alia ad depascendum immisisse, & illa ibi
2 tenuisse, etiam si hoc pretenderentur fecisse cum armis: † quia quamuis conuenticule ad malum tendentes sint de iure reprobate. l. conuenticulam. C. de episcop. & clerici. & in. c. j. §. conuenticulas. & quod ibi gloss. de pace iura. fir. secus tamen est si propter aliquod licitum aliqui conueniat in vnum: quia tunc hoc non est punibile, sed permissum. Et vt dicunt Aluarot. & domi. Prepo. in dicto. §. conuen
3 ticulam. † finge quod fuerim deiectus a possessione mea: possum enim incontinenti congregare amicos, & recuperare possessionem, vt not. gl. in. l. iij. §. cum igitur. & in. l. cum fundum. ff. de vi & vi armata. Quod si ita est, multomagis possum congregare personas ad me defendendum vt non deijciar. l. j. C. quan. lic. vnicuique se sine iudi. vindi. quia melius est ante tempus occurrere, et intacta iura seruari, quam post causam vulneratam remedium querere. l. fina. C. in quib. cau. in integ. restitu. non est neces. facit quod not. Bartol. in. l. prohibitum. C. de iure fis. lib. x. & l. donatum. C. de metat. lib. xij. & Bartol. consilio. lj. exordiente, dicitur quod opus nouum, in prima parte. Dicit igitur Bertonus & alij dici non potuerunt aut debent dictum nobilem Jacobum spoliasse, aut ei violentiam intulisse: sed potius continuasse suam possessionem: quod eis face
4 re licuit: † quia qui suam possessionem continuat aduersarium non spoliat, vt not. Semi. in. c. ad decimas. col. secunda. de restitutione spoliatorum. in. vj. & ita non fuit locus implorationi predicti statuti: quia huic casui non poterant nec possunt adaptari verba statuti: ergo nec illi adaptari potuit vel potest dispositio illius. l. iiij. §. toties. ff. de damno infecto. l. j. §. loquitur. ff. de aqua quoti. & esti. l. si seruum quis. §. non dicit. ff. de acqui. here. & l. ita aut. cum suis simili. ff. de administratione tutorum. & quod voluit Pau. de cast. consi. iiij. & consi. xj. & Roma. consi. cccclij. & consil. ccclxj. Non est autem dubium quin de predictis opponi potuerit, ad fines ostendendi quod non fuerit locus predicto statuto, si quis per literas. Pro quo facit quod not. Jnno. in. c. tua. in magna gloss. versi. sed quod est mirabile. de cohabi. cleri. & mulie. & Anto. de but. in repeti. c. vestra. char. penulti. col. iij. ver. vnum non omitto &c.
5 eo. titu. qui sentiunt quod † si post sententiam latam super aliquo super quo processum extiterat tanquam super notorio, appareat illud non fuisse notorium, processus est nullus: quamuis opponens de nullitate post sententiam grauetur in hoc: quia probare tenetur processum nullum, probando illud non fuisse verum vel notorium. Et est simile, secundum Anto. de butr. vbi supra, in exceptione falsi procuratoris post litis contestationem opposita, per id quod no. Jnno. in. c. quoniam contra. de proba. ergo a simili cum in casu nostro processum extiterit contra dictos Bertonum colleti & consortes tanquam contra pretensos violentos spoliatores dicti nobilis Jacobi: et nunc appareat eos fuisse in possessione tempore pretense eiectionis & ante, sic non spoliasse seu eiecisse: sed potius continuasse dictam eorum possessionem: palam infertur non fuisse locum predicto statuto: quod etiam voluit domi. Guid. pa. in dicto statuto, si quis per literas, super verbo per decem dies. in princip. & in versi. sit tunc cautus aduocatus &c. & super verbo testes. char. j. versic. sed pone quod assertus violentus coram commissario non vult dare obiectus. Preterea vbi essemus in casu, in quo dici posset quod post latam sententiam non posset de hoc opponi coram iudice a quo: sed oportuisset appellationem interponere, prout non sumus, quia de hoc oppositum est parte opportune non opponente seu resistente, & de hoc facta est plena fides: debuit & debet pretensa reintegratio, que non fuit nisi turbatio possessionis dictorum de sancto Donato, reuocari, per id quod not. gl. in. c. cum contingat. de officio delega. & apertius Jnno. in. c. cum dilecta, de rescriptis. & in. c. cum Bertoldus. de re iudica. Dicit enim glo. vbi su
6 pra, quod † si exceptio alias ex sui natura † concludens, quamuis tempore incompetenti proposita, & propterea non admissibilis, fuerit admissa & probata: debet secundum eam pronuntiari, alias posset appellari: vt singulariter dicit. d. glos. quam sic intellecram dicit Panormi. in. c. cum contingat. col. secunda, nescire alibi. Jnnoc. vero in dictis locis loquitur apertius: & sequuntur docto. in. d. c. cum contingat. dicentes quod si in executione sententie, que transiuit in rem iudicataz, opponatur exceptio iniustitie, & probetur: certe quamuis admitti non debuisset, ex quo sententia transiuerat in rem iudicatam. c. cum inter monasterium, de re iudica. tamen ex quo de facto fuit admissa, debet iudex pronuntiare super iniustitia de qua cognouit: vt voluit Jnn. in dictis locis. & c. cum super. de cau.

poss. & proprie. & sequuntur canoniste in multis locis. Et per hec patet quod allegata in quadam schedula exordiente, Visis actis & agitatis in causa statuti &c. parte dictorum dominorum procuratoris fiscalis & nobilis Jacobi producta fuerunt & sunt in opportu quia vt dixi hic apparet de nullitate processus, postquam ex deductis & probatis parte dictorum de sancto Donato apparet non fuisse locum dicto statuto, si quis &c. Et vbi de possessione eorundem de sancto Donato opponi non potuisset coram nobili & egregio viro domino viceballiuo curie prementionate post factam pretensam reintegrationem, prout opponi potuit etiam secundum stylum curiarum Delphinalium: quia tamen de illa fuit oppositum, & deinde illius facta plene probatio: ita vt apparuerit & appareat dictos de sancto Donato non fuisse violentos spoliatores, sed possessionem continuasse: debuit & debet dicta pretensa reintegratio retractari per predicta. Etiam nec obstat quod in. d. pretensa schedula opponitur: scilicet quod dicti de sancto Donato non possint opponere de proprietate, cum illa priuati extiterint propter pretensam violentiam. Quoniam respondeo quod hoc non procedit in hoc casu: in quo vt dixi apparet quod dicti de sancto Donato non fuerint violenti eiectores, & quod non fuerit locus statuto. Posset enim fortasse procedere, quamuis non semper, vbi fuisset plene probatum dictum nobilem Jacobum fuisse notorie in possessione per eum allegata, videntibus, scientibus & patientibus dictis de sancto Donato, & eo casu quo ipsi per plures testes & magis idoneos non probassent se fuisse in possessione seu quasi sua animalia immittendi, tenendi & depascendi in petia terre & nemoris in actis dicte cause mentionatarum: & etiam in pretensa garena a tempore quo pretenditur fuisse lechiata, prout probatum est.

¶ Premissis non obstant quidam pretensi obiectus: presertim quatenus opponitur, quod non sit fides adhibenda quibusdam testibus parte dictorum de sancto Donato in hac causa productis & examinatis, illis scilicet qui sunt de mandamento sancti Donati, & illis qui sunt de locis circunuicinis. Quoniam respondeo quod vt apparet ex attestationibus testium parte dicti nobilis Jacobi in hac causa productorum: dicti tutores illos vel multos ex eis, & multos alios de dicto mandamento & locis circunuicinis produxerunt in diuersis examinibus, & super multis schedulis. Propter quod censendi sunt illos approbasse, per id quod habet in. l. si quis testibus. & quod ibi scribentes. C. de testibus. Adijcio quod non solum predicti, sed etiam multi alij deposuerunt de pos
7 sessione dictorum de sancto Donato. † Quo fit vt horum omnium numerus, qui magnus est, supplere debeat & suppleat defectum qualitatis seu idoneitatis, si quis in eis existeret, per id quod no. Jacob. but. in. l. iij. post princip. ff. de testibus. & per id quod notat ibi glo. in. §. eiusdem. in verbo numerus, dum dicit quod illud quod deficit in fide testium supplet numerus: facit quod notat Joan. andr. in addi. Specu. tit. de noto. crimi. §. fama. in addi. que incipit, allegato supra, Joan. de imol. in. l. qui testamento. in princip. in prima col. ibi, Secus si essent octo quorum forte &c. ff. de testa. Nico. de neapo. vbi expresse hoc tenet in. l. excusantur. in princip. in secunda col. ff. de excusa. tuto. qui allegando glo. in dicto verbo numerus. dicit eam non esse alibi. Preterea facit quod not. glo. in. l. si quis ex argentarijs. §. j. & quod ibi Bald. & Alexan. de imola. ff. de eden. & quod plene not. dominus Jason maynus in aut. si vero contigerit. col. j. versi. tu autem, & multis ver. seq. C. de iudi. Preterea etiam si esset verum quod mediante certo pretenso tributo, quod dare dicuntur aliqui de locis circunuicinis mandamenti sancti Donati, possint illi animalia sua immittere ad depascendum in dicto territorio: non propterea deberent illi repelli: quia non apparet quod illi contendant se habere ius depascendi in dicto territorio. Forte enim aliquando inibi depascunt sua animalia ex causa arrendamenti, aut venditionis herbe, quod vel quam eisdem faciunt homines vel dominus predicti mandamenti. Et ita non apparet de pretenso eorum interesse. Preterea nec etiam obstat quod opponitur, testes parte dictorum de sancto Donato examinatos super primis eorum articulis deposuisse limitate, & postea super alijs articulis, scilicet secundo loco productis, eos plus deposuisse & dixisse, & ita aliter: propter quod pretendit pars aduersa fidem non esse eisdem adhibendam. Quoniam respondeo quod etiam si istud verum esset: non tamen videtur eorum dictum debere impugnari, per id quod not. Bartol. Angel. & modern. in. l. cum furti. ff. de condic. ob cau. Rapha. cuma. & Pau. de castr. in lectura Bononie. in. l. fi. §. qui in diuinam. ff. de lega. ij. quatenus
8 volunt quod † si testes semel fuerint interrogati super articulo continente quod res valeat centum, & post publicationem attestationum fiat articulus quod res valeat centum & quinquaginta, adhuc testes possunt examinari: quia articuli non dicuntur contrarij, sed diuersi. Et dicit Bartol. de hoc esse casum in. c. de testibus. & & quod ibi glo. de testib. & c. cum causam que inter economum &c. eod. titu. Preterea quamuis aliqui ex primis testibus videantur for

tasse aliquid addidisse, vt Petrus bonassij, Clemens bonassij, et Jo. rebasteli. sunt tamen multi alij, qui in prima productione plene deposuerunt. Addo quod in secunda productione, in illa scilicet que facta est super articulis. Plenius deducendo, fuerūt producti multi testes, qui producti nō extiterant super dictis primis articulis: qui omnes dixerunt de possessione seu quasi immittendi in garena &c. et addūt plurimi se immisisse et depauisse, et vidisse immitti et depasci animalia in d. garena, etiam postq̄ fuerit plechiata: quibus opponi non potest, q̄ addiderint aut variauerint: quia antea non fuerunt examinati super dicta possessione. Etiā nec obstat q̄ opponitur obijciendo, q̄ testes non fuerint examinati super confrontationibus dicte pretense garene: sed tenementi dati in emphyteusim, seu in albergamētum. Quoniam respōdeo q̄ vt apparet ex depositionibus aliorū plurium, ipsi nō solum deposuerunt se immisisse et depauisse seu vidisse immitti et depasci animalia intra dictū tenementū, sed in dicta pretensa garena. Et addūt multi etiā posq̄ fuit plechiata. Quo fit vt cū non negēt se hoc deposuisse, vel dixisse: nō obstet predicta obiectio. Cui adijcio q̄ vbi
9 reperietur diuersitas inter scripturā notarij: qui dictos testes examinauit, et testes: vt q̄ testes assererēt nō deposuisse prout scripsit notarius, esset potius credendū notario seu eius scripture q̄ testibus, per id qd̄ not. Cy. in l. si quis decurio. ver. sed iuxta hoc moueo vnam questionē &c. C. de fal. et ibi de hoc in terminis nostris Sali. col. ij. versi. quero cum scriptura actorū, per Jo. de imo. in l. j. §. si quis neget. col. penult. vel circa, versi. Item ad quod tangit Jac. de are. ff. quemadmo. testa. ape. Panor. in c. ad audiētiam. de prescrip. vbi etiam do. Fely. col. ij. qui etiā ponit ibi multas remissiones: et hoc obseruatur de facto, vt no. Specu. titu. de teste. §. j. versi. sed pone ecce iudex nō interfuit. et alij in alijs locis. Preterea illud nō est omittendū, qd̄ etiā si omnia premissa cessarent, que nō cessant: nō tamē viderentur dicti tutores opportune attentasse pretensum remedium dicti statuti, si quis per literas, ex capite asserte electionis seu spolij, sed potius debuissent huiuscemodi remedium intētare ex capite turbate possessionis: q̄ per immissionem, quā fecisse dicuntur dicti Colleti et cōsortes, pretendi nō potuerunt spoliasse dictum nobilem Jacobū, etiā si ipse in possessione per eum pretensa extitisset, et dicti Colleti et alij nullam possessionem habuissent. Pro quo allegasse sufficiat qd̄ not. Bal. in l. post sententiam. col. ij. versi. porro si ego possideo. C. de senten. et interlo. om. iudi. vbi dicit Bal. qd̄ si ego possideo aliquem fundū, et tu exportes fructus etiam per vim, diceris me turbare, nō priuare: quia nō apparet q̄ facias hoc animo priuandi me possessione fundi, sed animo lucrandi fructus. Ad quod facit qd̄ statutū predictum in primo eius capite requirit deiectionem seu eiectionem de re: quod hic factum non est. Non enim fuit dictus nobilis Jacobus, aut eius pretensi tutores a possessione preasserte garene expulsi vel eiecti. Et ita huic casui nō adaptantur verba primi capitis statuti: ergo nec dispositio illius. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de appel. l. iij. §. toties. ff. de dam. infec. et l. si seruum quis. §. nō dixit. cū suis simili. ff. de acqui. here. Certum est autem illum pretensum assensamentum seu albergametū, q̄ de tenemento petie terre et nemoris fecisse dicuntur venerabiles et religiosi viri domini Franciscus bonis sacrista, Antonius alacris, et quidam alij in instrumento huiuscemodi assensamēti nominati, nobili viro aymaro payni pretenso patri huius Jacobi, eidem Jacobo nō suffragari eo maxime q̄ non apparuit nec apparet de aliquo iure dictorum religiosorum. Quo fit vt concessio seu assensamentum per eos factum nullum ius transtulerit in dictum aymarum: quia nemo plus iuris &c. l. traditio. ff. de acquiren. re. do. c. nuper. de dona. inter vir. et vxo. facit. l. cum res. C. de proba.

¶ Premissis nō obstat quedam pretensa recognitio, quam fecisse pretenduntur Joannotus et Petrus raynaudi fratres: et hoc de anno domini Millesimo. ccclj. et die. xj. mensis martij. Tum q̄ non apparet q̄ illi pretensi recognoscentes tempore per eos facte recognitionis vel postea tenerent et possiderent predictum tenementum, seu assertam garenam inibi mentionatam. Tum et quia scriptura dicte pretense recognitionis probatur falsa, aut saltem de falso suspecta: ergo illa non probat. l. iubemus. C. de probatio. per quem text. voluit Archi. in c. in memoriam. distin. xix. et post
10 eum Bal. in d. l. iubemus, quod † suspicio falsi habetur pro falso: vbi addo quod non est verisimile nec credendum q̄ illi boni religiosi, si sciuissent aut pretendissent ad se pertinere tenemētum predictum continentie vt pretēditur quadringentarum seu quatercentum sextertiarum terre, dedissent in emphyteusim seu in albergamentum vel assensamentum sub annuo canone seu seruitio vnius cuniculi: fuissent enim nimium liberales, ne dicam prodigi, et parum curiosi et diligentes circa preseruationem rerū ecclesiasticarū: qui etiā hoc facere non potuissent omissa solennitate ecclesiastica, de qua in c. fine exceptiōe. xij. q. ij. facit. c. nulli. et qd̄ ibi scribētes, de reb⁹ eccle. nō alie. Et ita parum, immo nihil prodest ille assertus titulus albergamenti parte dicti Jacobi in quodā pre-
11 tenso libello parte eius in dicta causa producto allegatus. † Qui libellus etiam non procedit propter defectū conclusionis: eo sc̄z q̄ ibi petitur declarari dictos imploratos seu assertos violentos perdidisse eorum ius. Quoniam etiam si essemus in casu, in quo dici possent vere violenti: prout nō sumus, vt apparet ex predictis ipsi dici nō possent fuisse priuati ipso iure, seu ius suū perdidisse. Sed opus esset qd̄ partibus auditis, et negotio opportune examinato priuarent iure suo ministerio hominis, hoc est iudicis. et hec est iuris veritas, qd̄ etiam voluit do. Guido papa expositor dicti statuti in verbo mulctabitur. Peti ergo debebat eos priuari aut puniri in perditione dicti iuris, non declarari eos perdidisse: et si do. Guido pap. in hoc aliter dicat, ipse loquitur inaduertēter: vel in hoc forte vitio scriptoris fuit eius gloss. corrupta: quod magis credo. Et supposito, citra preiudicium veritatis, q̄ dictus libellus seruari posset fortasse propter clausulam generalē subiunctā in conclusione: hoc tū non obesset eisdē reis: pro eo quia, vt dixi, ipsi non conuincuntur fuisse violenti: cum probauerint tam super dictis primis articulis, q̄ super alijs, se fuisse in possessione immittendi seu depascendi. Et ita debent a petitis in dicto pretenso libello dicti rei cum expensarum reportatione absolui. Possent et alia multa dici facientia pro eisdem pretensis violentijs, et contra dictum nobilem Jacobum: a quibus abstineo: pro eo quia premissa sufficiunt: et quia ad virum doctissimum est mihi sermo.

¶ Que dixerim &c.

1 ¶ Pactum future successionis, vel de in futurum succedendo de iure est inualidum et nullum: siue fiat de in totum, seu de in partem succedendo.
2 Promittere potest quis donare alicui post mortem.
3 Hereditas nihil aliud est q̄ successio in vniuersum ius quod habuit defunctus: et vnius hominis an possint dici plures hereditates.
4 Dans alicui bona sua an intelligatur hereditatem dare.
5 Verba ista, ex nunc prout ex tunc, sunt magni effectus in donationibus.
6 Actus liberam testandi auferēs facultatē de iure est inualidus.
7 Donari an possit nondum nato et in rerum natura non existenti.
8 Acquiri potest filio nondum nato per pactum validum vel stipulationem futuri patris vel notarij.
9 Donatio filio futuro in potestate donantis an sit valida.
10 Donatio in futurum an alienatione subsequente per donatorem facta censeatur reuocata.
11 Insinuatio an sit in donatione ob causam et propter matrimoniū necessaria.

¶ Epitome.

¶ Donationes que in contractu matrimonij fiunt liberis ex illo primo nascituris, valent. V. F.

¶ De dona. ante nupt. Consi. cxl.


Ex themate mihi transmisse consultationis parte nobilis viri Joānis de alumpidio eliciūtur multa dubia: que vt audio obijciuntur contra et aduersus donationem quam dudum, anno sc̄z domini millesimo quadringentesimo septuagesimo secūdo, et die penultima mēsis Decembris, fecisse legitur nobilis quondam Gulielmus de alumpidio, primogenito seu primo procreando masculo ex matrimonio, quod tunc fuit contractum per verba de futuro per et inter ipsum nobilem Gulielmū ex vna parte, et nobilem Catharinam de Jo-
1 annassio ex alia. † Et primo quidem opponitur qd̄ pactum in donatione predicta appositum importare videtur pactum de succedendo, seu future successionis: et quod propterea de iure valere nō videtur. l. pactum quod dotali. C. de pac. l. cum donationis. C. de transact. l. hereditas. C. de pact. conuen. et l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obliga. Nec videtur hoc pactum iuramento firmari, scd̄m Cyn. Bar. Angel. et alios in d. l. pactum quod dotali. pro eo quia est contra bonos mores. d. l. stipulatio. et l. ex eo. C. de inutili stipula. Et videntur premissa procedere non solum quando est conuentio seu pactum totius future successionis, seu de succedendo in tota hereditate: sed etiam quando fit pactum de succedendo in parte, seu quota, secundum Petrum de ancha. et Joan. de imo. extra. de testa. super rubr. quos sequitur Alexan. de imol. in d. l. stipulatio hoc modo concepta. col. vij. et in l. fi. col. fi. C. de pact. Sed his non obstantibus dico et respondeo donationem huiusmodi non posse ex capite predicto impugnari. Tum q̄ si opportune attendantur verba donationis seu pacti de quo in instru-

instrumento dicti matrimonij, et in vim cuius vt audio idem nobi
lis Joannes nunc agit: illud non fuit nec est pactum future suc-
2 cessionis. † Ceterum est enim quod quis potest donare post mor
tem, vel promittere alicui bona sua seu partem eorum. l. j. et quod
ibi Albe. C. vt actio. ab here. et contra here. incip. l. si quis argen-
tum. §. sed et si quis. C. de donatio. et quod not. glo. et doct. in. l. fin.
C. de pact. et glo. in dicta. l. hereditas. de pact. conuen. et quod vo-
luit Oldrad. consilio. cxxxix. exordiente, Ad habendum aliqua-
lem notitiam, circa princip. et Albe. in. d. l. fi. in prin. C. de pac. Non
igitur ex hoc debet impugnari pactum seu donatio predicta ex eo
capite: pro eo quia donata est non solum dimidia pars bonorum
presentium, sed etiam futurorum: quia vt dixi illa potuit de iure
fieri. Nec ex eo quod facta fuit donatio etiam de futuris dici de-
bet actum fuisse factum de futura successione: quia non fuit pro-
missa vt futura successio: que non potest deberi nisi aut ex testa-
mento, aut ab intestato: dicta autem bonorum medietas debetur
in casu de quo queritur ex obligatione statim effectum habente
quantum ad obligationem: licet differatur quantum ad exactio-
nem, seu perfectionem aut consummationem. Et pro hoc, secun-
dum Oldr. et Albe. in locis preallegatis, est ar. l. mulier. §. fi. ff. ad
trebel. Nec obstat quod in pacto seu donatione predicta nō solū fuit
donata dimidia pars bonorum presentium et futurorum: sed etiam
hereditatis. Tum quia nō est ibi dictum hereditatis singulari-
ter, sed hereditatum pluraliter: quo fit vt nō videatur dictus no-
bilis Gulielmus sensisse de hereditate proprie dicta, de qua dici
3 solet † quod hereditas nihil aliud est quam successio in vniuersum
ius quod habuit defunctus. l. nihil aliud. ff. de verbo. sign. et l. he
reditas. ff. de regu. iur. quia vnius hominis, presertim nō militis,
non sunt plures hereditates: sed vna duntaxat. Pro quo allegasse
sufficiat. l. j. et quod ibi glo. et docto. C. de testa. mili. Dictus igi-
tur nobilis Gulielmus donans medietatem non solum bonorū,
sed etiam hereditatum pluraliter, nō censetur sensisse de donatio-
ne hereditatis proprie dicte: sed magis facultatum, aut rerū seu
bonorum suorum: quis verbum bonorum premisisset. Sed nota
quod aliquando accumulant verba etiam superflua. Et pro hoc in-
tellectu facit quod voluit gl. in. l. quesitum. §. si mihi seruus. et qd
ibi glo. super verbo hereditati. ff. de leg. j. vbi glo. exponit verbū
hereditati, idest bonis que nunc sunt spe futura hereditas: et sic
nomen destinatum post mortem imponitur ante mortem. Et di-
cit Barto. in. d. §. si mihi seruus. quod illa glo. facit ad questionē.
Dicit quidam, dono tibi hereditatem meam: an valeat illa dona
4 tio. Ubi post Jaco. de are. et Pet. tenet quod sic: † pro eo quia il-
le censetur donasse bona, non hereditatem proprie dictam: et sic nō
censetur voluisse facere heredem eum cui donauit hereditatem.
Tum etiam non obstat dicta donatio: quia vt apparet ex tenore
predicti instrumenti, executio pactis seu donationis predicte non
conferebatur post mortem ipsius donatoris: et hoc apparet propter
retentionem vsusfructus medietatis donate, quam sibi ad vitam
retinuit: et sic postea nascente filio censetur sibi dictam dimidiam
partem transmisisse, et in eum transtulisse dominium et possessio-
nem medietatis bonorum. l. quisquis. et. l. si quis argentum. §.
sed quidem. C. de dona. et quod not. docto. in. l. possideri. in princi.
ff. de acquirend. possess. in. l. traditionibus. C. de pact. et in. c. ij. de
de consue. et pro predictis, scilicet quod noluerit dictus donator
post mortem suam differri executionem dicte eius donationis,
etiam apparet propter illa verba: et quod medietatem indiuisam
ipsorum omnium bonorum suorum, chauencie et hereditatum
cum medietate, vt predictum est onerum et honorum pleno iure
voluit exnunc et tenore huius publici instrumenti ac perpetuo per
tinere et pertinere debere dicto suo libero primogenito masculo
habili, vt predictum est immo exnunc prout extunc. Ubi aduer-
tendum est ad verbum exnunc primo positum: et ad verba im-
5 mo exnunc prout ex tunc: que verba † sunt magni effectus. Pro
quo allegasse sufficiat quod habetur in. l. si ita stipulatus fuero si
titius. in prin. cum ibi not. per Barto. ff. de verbo. obliga. et quod
not. Ange. et Alexand. de Jmol. in. l. huiusmodi. ff. ed. tit. Et per
hec patet quod etiam donationi predicte non obstet quod dictū
fuerit, quod primus masculus succederet &c. quia vt apparet ex
predictis, dictus donator nō sensit simpliciter de successione post
mortem suam ipsius: cum voluerit dictum primum masculum, etiā
se viuo, habere dictam dimidiam partem, sibi tamen retento vsu-
6 fructu illius dimidie partis. † Preterea supposito quod de iure
communi nō valeat pactum future successionis: quādo scilicet fit
de et super tota hereditate, pro eo quia tunc videtur auferre liberam
testandi facultatem: secus tamen videtur quando fit pactū de par
te seu quota hereditatis: quia tunc non aufert liberam testandi fa-
cultatem quoad aliam partem: secundū Pet. et Albe. Cy. et Bal.
in. d. l. fi. C. de pac. quod etiam voluit ibi Jo. fa. quando pactū fit
tempore matrimonij contracti, et in fauorem liberorum ex illo p-
creandorum. Pro quo allegat. c. j. de matri. ad mor. contra. et in
c. filij. si de feu. fue. contro. Et quāuis Jo. fa. videatur sentire qd
tale pactum possit reuocari: audio tamen quod insigne regium par-
lamentum Tholose residens solet iudicare contrarium in causis
nobilium: inter quos solent tales pactiones et in regno et in Del-
phinatu et in prouincia sepe contingere. Et ita refert do. Steph.
aufre. in decisionib. capelle tholosane. q. cccclij. et q. seq. Quinim
mo plus dicitur, vt refert idem doctor in. d. q. cccclij. quod si fiat pa-
ctum inter nobiles in cōtractu matrimonij, quod primogenitus
ex vno matrimonio nasciturus sit heres vniuersalis, et post mortē
succedat: dictum insigne parlamentum solet in arrestis sequi con
uentionem seu pactum: dicit etiam et refert idem do. doctor, quod de
generali consuetudine ita obseruatur in regno inter nobiles. Et quia
decisiones huiusmodi habentur in Menanso, vbi etiam satis co
gnitum existimo quid inibi et in regno obseruetur: ergo vlterius
non insisto. Concludens tū, pactum seu donationem huiusmodi
valuisse et valere. Et per hec patet rūsio ad primam obiectionem.
¶ Secundo opponitur, vel forte videtur posse opponi, quod dicta do-
7 natio seu pactum non valuerit: pro eo quia † donatio huiusmodi fa
cta est filio masculo nondum nato, et sic nō existenti in rerū natura
cui propterea nō videtur potuisse donari. c. abbate. de re iudic. in
vi. et qd not. Bart. in. l. seruos ad custodiam. ff. de alimen. et ciba.
lega. Panor. in. c. ad audientiam. el. ij. de eccle. edifi. et Floria. in
l. ex parte. §. seruo. ver. extra videtur iste tex. ff. famil. ercis. Sed his
non obstantibus dico contrarium, scilicet qd pactū seu donatio predi
cta impugnari non possit ex eo capite: quia pro tempore illius non-
dum natus aut conceptus dictus Joannes. Pro quo in primis
induco quod not. Jo. fab. in. d. l. fi. versi. item quid si pactum fiat
&c. C. de pact. et do. Steph. aufre. in addi. ad dictas duas questio-
nes: qui ponit multas bonas remissiones. Et ita etiam fuit alias
decisum per parlamentum delphinale, decis. cclxvij. exordi. pa-
ctum factū est in cōtractu matrimonij qd primus filius masculus
nascitur succederet &c. Pro qua decisione videtur posse allegari.
l. diui. §. pact. C. de natura. libe. et. l. si inter. ff. de pactis dot. Pro
8 quo facit quia per pactum validum, † vel stipulationem futuri pa-
tris vel notarij potest acquiri filio nondum nato. l. si quis operas.
ff. de ope. lib. l. paulus. §. paulus respondit. ff. de bonis lib. et. d. l.
diui. §. pactis. l. non aliter. ff. de adopt. l. caius. ff. de vsur. l. si pupil
lus. ff. rem pupil. sal. fore. et quod not. gl. in. l. illud. C. de sacrosanc.
eccle. Non obstat. l. vsusfructus. ff. de stipula. ser. quia respondeo qd
illa loquitur de valore substantie stipulationis: que nō potest esse
in pendenti an valeat vel non valeat: sed bene potest esse in pen-
denti cui acquiratur ipsa stipulatio et deductum in ea: vt in casu
nostro, in quo non fuit valor et substantia stipulationis in penden
ti: quia fuit interposita per notarium, qui fuit stipulatus: et ideo fuit
valida. c. l. non aliter. et. l. caius. Et ita fuit de mente Bar. in. d. l.
seruos ad custodiam. et Floria. in. d. l. ex parte. §. seruo. Contraria
vero forte obstare possunt, si notarius vel alius donationem reci-
piens pro donatario aut donatarijs non interuenisset.
9 ¶ Tertio opponitur quod donatio huiusmodi nō valuerit, † pro eo
quia facta filio futuro in potestate donatoris eo tempore quo nasce
retur: et sic quando donatio esset effectum sortitura: et que propterea nō
videtur valuisse. l. hac edictali. in princ. C. de secun. nup. et. l. dona
tiones que in parentes. C. de dona. inter vir. et vxo. Nec videtur ta-
10 citurnitate et morte confirmata. † pro eo quia dictus nobilis Gulie
mus bona donata postea alienauit: et sic videtur tacite reuocasse
donationem per se factam. Sed his nō obstantibus dico quod, cum
in donatione huiusmodi interuenerit iuramentū dicti Gulielmi
testatoris, illa fuit iuramento confirmata, et valuit, per id qd not.
Bal. in. l. iij. C. pro dona. et in. l. si donatione. C. de colla. et consi. cccc-
lxv. in tertia parte, Alex. de imo. consi. viij. in scdo volu. consi. xx.
in tertio volu. Franc. de are. consi. xvij. et do. Jas. may. in. l. frater
a fratre. col. vlti. in lectura: et in repeti. eiusdem. l. colum. pe. vbi
plene. Et quia horum omnium scripta vbique habentur, nō repeto:
hoc etiā satis est de mēte parlamentorū, de quib. supra feci men-
tionē: et que sentiunt donationē valere. Nō igitur obstat obiectio
quia dico quod illa procedit quando iuramentum nō interuenisset. Preterea
opponitur quarto, quod donatio nō valuerit, saltē quatenus illa excede
bat valorē quingentorū scutorū: et hoc pro eo quia illa nō fuit insinua-
ta: vt. l. sancimus. cum suis similib. C. de dona. Sed hoc nō obst.
11 Tū quia † illa donatio nō fuit simplex, sed ob cām, et propter matrimo
nium: qd fortasse nō fuisset subsecutū: laborāt enim patres filiarū
prouidere liberis ex matrimonio earū procreandis: et nisi vel futuri
sponsi, vel eorū parentes donationes facerēt illis liberis, aut saltē
primogenitis, nō fierent, vt plurimū matrimonia, qd videmus quotidi-
e experientia, de quo etiā tetigit dict. dñs Stephanus in dictis
addi. Non ergo opus fuit insinuatione. l. attilius regulus. et quod
ibi scribentes. ff. de donationibus. Tum et quia, vt legitur in in-
strumento matrimonij et donationis huiusmodi, idem nobilis
Gulielmus renuntiauit multis iuribus, ac demum et generali-
ter omnibus alijs iuribus canonicis et ciuilibus, ac iuris et fa-

cti auxilijs, beneficijs, priuilegijs, remedijs, ac statutis quibuscū-
q3, quibus contra premissa ⁊c. Propter ꝙ videtur ꝙ donatio pre-
dicta non potuerit impugnari ex capite defectus insinuationis.
Pro quo causa breuitatis allegasse sufficiat not. per Ioā. an. qui
hoc firmat in addi. Specu. tit. de instru. editio. §. porro. in vltima
addi. Cuius determinationem sequitur Io. de imo. in sua solenni
repetitione. c. cum contingat. in. x. membro, versic. Sed dubium
est quid iuris si interuenerit iuramentum ⁊c. de iureiuran. vbi etiā
hanc sententiam secutus est Panor. pro qua multa bona funda-
menta inducit, vt dicit Io. de imo. in. d. ver. ⁊ respondet motiuis
Bald. ⁊ Salicet. qui in locis per eum relatis sentiunt cōtrarium.
Hanc sententiam Io. gnd. etiam sequitur Fride. de sen. consilio
cclxxxi. exordiēte, casus talis est. Ang. in. d. l. sancimus. §. fi. C. de
dona. Bal. sibi cōtrarius in. d. c. cum contingat. ⁊ in. §. ⁊ cum re-
tro principes. Insti. de dona. Alex. de imo. in. l. nemo. col. v. vł cir-
ca ver. itē in quātū ⁊c. ff. de leg. j. vbi multos cōmemorat sequētes
hanc sententiam: ⁊ pro qua dicit se sepissime consuluisse: qd ⁊ verū
est, scilicet consi. iiij. col. xij. vel circa, ver. nec adhuc obstat ⁊c. ⁊ cō
sil. xij. ⁊ consi. lxxvij. Ang. consi. xcj. exordiente, Pro parte negati-
ua, col. antepe. ver. Superest igitur videre, ⁊ Panor. cōsi. cvij. Et
hanc sententiam etiam secutus est Io. de imol. in. l. modestinus.
ff. de dona. Ioan. campe. in repetitione. d. l. nemo. vbi etiam dicit
istam esse veriorem.

¶ Preterea ⁊ postremo audio qd dicte donationi, seu verius pre-
fato Ioanni de alimpidio opponitur, qd ipse non fuit nec est pri-
mogenitus masculus, sed secundo vel tertio genitus: ⁊ sic non est
ille de quo loquitur instrumentū donationis premētionate. Sed
istud non obstat. ⁊ ꝙuis possit ostendi qd immo fuerit ⁊ sit primo
genitus, pro eo qꝛ tēpore patris nō supererat alius, qui eum in na-
tiuitate precederet: nolo tamen pro nunc super hoc vt pote nō ne-
cessario insistere. Sed ideo dico hāc obiectionem nō obstare, pro
eo qꝛ dictus quondā3 nobilis Gulielmus etiam prouidit eo casu
quo primogenitus in pupillari etate, vel alias sine libero seu libe-
ris legitimi ab humanis decederet: quo casu voluit dictam medie-
tatem alteri ex suis liberis ex dicto matrimonio procreandis, ha-
bili scilicet ad succedendum, applicari: vt apparet ex instrumento
matrimonij donationis predictarum: qui hoc facere potuit. l. quo
ties. C. de donatio. que sub mo. Possent ⁊ alia multa pro predi-
ctis induci: sed quia premissa mihi videntur sufficere, vlterius nō
insisto.

1 ☞ Verba grauaminis alicuius substitutiōis diuersimode pos-
sunt considerari.

2 Testator grauans aliquem de restituendo videtur eum īstituere
⁊ honorare.

3 Substitutio facta alicui post mortem plurium dicitur facta a
primo moriente, non a secundo.

4 Legata facta personis laicis in testamēto facto in presentia duo-
rum testium, ⁊ in quo instituta est pia causa, valent: licet alias nō
valeant sub tam exiguo testium numero.

5 Testamentum factum inter liberos iuxta dispositionem. §. ex im-
perfecto. l. hac consultissima. C. de testa. an proprie dicatur testa-
mentum.

6 Donatio inter viuos filio in patria potestate per patrem facta re-
gulariter non imputatur in legitimam, nisi id quod donatum est
ascendat ad valorem legitime.

¶ Epitome.

¶ Hoc responsum nequit aliter summari, ꝙ dictum est in nota-
bilibus. V. F.

¶ Commu. de lega. Consi. cxlj.



Viso casu mihi exhibi-
to parte filiarum quondam naturalium ⁊ legiti-
marum Stephani veteris, ⁊ hoc cum dubijs ex
casu huiusmodi subtiliter elicitis: ⁊ omisso articu-
lo donationis inibi mētionato, illius scilicet quā
fecisse dicitur Gaufredus veteris Iacobo veteris eius filio, patri
eiusdem Stephani, dico ⁊ respōdeo breuiter ⁊ succincte ad dubia
1 huiusmodi prout infra. † Premittens pro illorum faciliore solu-
tione, quod si verba grauaminis substitutionis facte per dictum
quondam nobilem Gaufredum dicto Iacobo eius filio vel suis
liberis masculis essent directa in eundem Iacobum vel dictos
eius liberos, haberet substitutio huiusmodi minus difficultatis:
vt verbi gratia, si esset dictum ⁊ scriptum, quod si dictus nobi-
lis Iacobus decederet ab intestato, vel sine liberis masculis ex
suo corpore legitime procreatis vno vel pluribus, aut sui liberi
masculi sine liberis masculis vsq3 in infinitum: ipse Gaufredus
eidem Iacobo substituit ⁊c. tūc proculdubio videretur quod sub-
stitutio valuisset et valeret in personam liberorum masculorum
nobilis domini Antonij de veteribus: pro eo quia cum dictus no-
bilis Gaufredus heredem vniuersalem instituerit dictum nobi-
lem Iacobum eius filium: nemini dubium est quin eum in vni-
uersali fideicommisso grauare potuerit sub duplici vel sub alter-
natiua conditione, sc3 si ipse sine liberis masculis ab humanis de-
cederet, vel sui liberi masculi decederent sine liberis masculis. ⁊
hoc est de mente omnium scribentium in. l. centurio. ff. de verbo.
oblig. Bal. Salice. ⁊ plurium aliorum in. l. precibus. C. de impu.
⁊ alijs substitu. Philip. de fran. ⁊ plurium aliorum in. c. si pater.
de testa. in vi. Et qꝛ istud non habet dubium, ego vlterius nō in-
sisto. Preterea si verba grauaminis essent directa in liberos ma-
sculos: vt qꝛ dictu3 fuisset: ⁊ si dictus Iacobus ab intestato vel si-
ne liberis masculis vno vel pluribus ex suo corpore ꝓcreatis, vel
sui liberi masculi sine liberis masculis ab humanis decederent:
ipse Goffredus eisdē liberis masculis substituit ⁊c. tunc essemus
in casu in quo doctores videntur communiter reprehēdere Bar.
in. d. l. centurio. qui secundum eos videtur voluisse, quod testa-
tor non solum possit grauare filium heredem institutum, sed etiā
2 filios filij: † pro eo qꝛ filios filij, hoc est nepotes suipsius testato-
ris vel alios inferiores grauādo, videtur illis nepotibus vel alijs
inferioribus relinquere, ⁊ eos honorare: quamuis sint aliqui etiā
magne authoritatis viri qui nituntur defendere Bart. pro eo qꝛ
liberi heredis instituti sunt positi in conditione: ⁊ nihilominus
sunt onerati. Fatentur enim quod licet liberi heredis non ex eo
solo censeantur substituti, qd fuerunt positi in conditione, iuxta
doctrinam quam ponit glos. communiter approbata in. l. lucius.
la. ij. ff. de heredib. institu. ⁊ pro hoc dicto ponit Philip. de cor-
neo multas remissiones in. l. j. col. j. versic. sed licet hec opinio ⁊c.
C. de condit. insert. fatentur insuper qd non ex eo solo censeantur
liberi substituti: fuerunt tamen onerati seu grauati de restituen-
do fideicommissum. l. ab eo. C. de fideicom. ⁊ l. hereditas ad sta-
tium. ff. de heredi. instit. Sed dicunt qd si liberi ponantur in con-
ditione, ⁊ grauentur de restituendo: tunc ex coniunctione istorum
duorum valet grauamen etiam in personis dictorum liberorum:
pro eo, quia sic censentur honorati. Et hoc casu secundum eos lo-
quitur Bart. in d. l. centurio. in tertia questione principali, char.
vlti. ⁊ in. l. sed si sic. de leg. iij. ⁊ in. l. codicillis. de vsufru. leg. quod
etiam voluit Ioannes de imo. in. l. filiusfamilias. §. cum quis. ff.
de leg. j. Petr. de ancha. in. c. si pater. in. xij. not. de testa. in. vi. ⁊
Raph. cuma. in. d. §. cum quis. multas remissiones ponit Phi-
lip. de cor. in. d. l. ab eo. colum. ij. C. de fideicom. quas non refero:
pro eo qꝛ iste nō est casus noster. Non enim apparet ex verbis sub-
stitutionis, an dictus testator grauare voluerit Iacobum filium
⁊ heredem, aut liberos Iacobi: dicit enim, Et si contingeret di-
ctum nobilem Iacobum suū filium supra institutū decedere siue
mori ab intestato, vł sine liberis masculis ex suo corpore legitime
procreatis vno vel pluribus, aut suos liberos masculos sine libe-
ris masculis vsq3 in infinitum: qd omnia eius bona ⁊ hereditas,
in quibus est heres institutus, in hunc casum pleno iure substitu-
tionis deueniant ⁊ deuoluantur ⁊c. Est igitur dubium an idem
quondam Gofredus grauare voluerit ⁊ re vera grauauerit dictū
Iacobum eius filium heredem institutum, vel liberos suos ma-
sculos: ⁊ sic nobilem Stephanum de veteribus: quo casu potius
censendus est idem Gauffredus voluisse grauare Iacobum he-
redem institutum, ⁊ sic per eum honoratum: ꝙ liberos Iacobi, ⁊
sic dictum Stephanum. Et hec dico secundum Bald. in. d. l. ab
eo. vbi refert Bart. velle qd censeatur relictum a primo honora-
to. Hec etiam videtur velle Bart. quamuis non clare, in. d. l. co-
dicillis. de vsufruct. leg. ⁊ in. l. sed si sic. ff. de leg. iij. Hoc etiam vo-
luit Bal. in. l. precibus. col. penul. vbi etiam Sali. q. vj. C. de im-
pube. ⁊ alijs substitu. qd etiā sequitur Philip. de franc. in. d. l. ab
eo. col. ij. Et pro hac parte ibi tenuit Alex. imolen. pro qua facit,
3 † qꝛ quando quis substituitur post mortem plurium, substitutio
in dubio, quando verba possunt referri ad primum ⁊ vltimū mo-
rientem, videtur facta a primo sub duabus conditionibus, ⁊ non
secundo moriente: quoniam si esset facta ab vltimo moriēte: tunc
valeret: qꝛ illa psona debet intelligi grauata, que grauari potest.
l. si seruus. §. qui margaritā. ff. de lega. j. ⁊ l. fi. C. ad trebel. Et hāc
regulam tangit Bar. in. d. l. centurio. char. penul. ⁊ in. d. l. codicil-
lis. in princ. ⁊ Bal. in allegata. l. ab eo. in fi. ⁊ in. d. l. precib⁹. char.
vlti. Et facit pro hac parte: qꝛ sic interpretanda est dispositio, vt
potius valeat ꝙ pereat. l. quoties. ff. de reb⁹ dubijs. ⁊ l. quoties.
ff. de verborum obligationi. propter quod si aliud non subesset:
posset fortasse dubitari an dicta substitutio expirauerit propter
superexistentiam predicti Stephani. Sed omissa disputatione
presentis articuli, ego existimo quod substitutio facta de nobili
Gerontono de veteribus ⁊ eius liberis masculis de iure non va-
luerit: pro eo quia in testamēto facto per dictum quondam Gof-
fredum non interfuerunt nisi quinq3 testes. Et sic quamuis va-
luerit quoad substitutionem heredis factam de dicto Iaco-
bo ⁊ suis

bo et suis liberis masculis, insuper et quoad substitutionem factam de nobili Antonio de veteribus filio eiusdem nobilis goffredi: non tamen valuit quoad substitutionem factam de dicto nobili Gerontono et suis liberis masculis: cum non essent de liberis dicti nobilis goffredi, sed de collateralibus. Pro quo allegasse sufficiat. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. et l. fi. ad fin. C. famil. erciscunde. Cui non obstant not. per Salice. in authent.
4 cassa et irrita. C. de sacrosan. eccle. vbi voluit quod si in testamento facto in presentia duorum testium, et in quo instituta est pia causa fiant legata personis laicis, et sic illis quibus alias nihil efficaciter relinqui poterat in testamento facto sub presentia duorum testium: illa legata valet. Et idem voluit Antonius de butri. in c. quod cle. colum. antepenulti. de foro competenti. et Alexand. de imol. consi. lxj. exordiente, Viso tenore allegati et producti instrumenti. Quoniam respondeo quod Salice. et alij videntur loqui eo casu quo testamentum valebat de iure communi, et vbi succeditur ex testamento. c. cum esses. et c. relatum. de testamen. Et propterea legata et relicta in illo laicis valent. Sed in dicto. §. ex imperfecto. non videtur secundum Salice. testamentum valere de iure communi: quando est conditum inter liberos: nec succeditur ex testamento, sed ab intestato, vt tenet glo. in d. §. ex imperfecto. Preterea opinio Salicet. Antonius de butrio. et Alexander de imol. impugnatur, et quidem bonis fundamētis, per domi. Jasonē in d. §. ex imperfecto. que possunt videri. Et quicquid sit de casu in quo loquitur Salice. et alij, istud certum est in casu nostro, quod relictum alijs personis quam liberis non valet: sed debet apud liberos remanere. d. §. imperfecto. vbi hoc disponitur. Non etiam obstat quod habetur in d. l. hac consultissima. §. cum quis. Quoniam respōdeo quod ille. §. loquitur in alio casu, in quo fauetur proximioribus abintestato: hic autem fieret contrarium, si cogerentur in vim dicte pretense substitutionis dicti nobiles de veteribus, qui sunt de liberis dicti nobilis testatoris, restituere eius hereditatem liberis dicti nobilis gerentoni, qui non sunt de liberis eiusdem testatoris, sed collaterales. † Adijcio quod licet glo. et post eam Salicet.
5 senserint, quod testamentum factum inter liberos iuxta dispositionē dicti. §. ex imperfecto. non sit aut dicatur proprie testamentum: et quod liberi non dicant in vim illius succedere ex testamento, sed abintestato, contrariū tamen tenēt cōiter omnes docto. in d. §. ex imperfecto. et glo. et docto. in. l. filij. C. famil. erciscun. Quo fit vt cū testamentū predictū ab initio valuerit iure testamenti, quatenus cōcernebat institutionē et substitutiones factas de dictis nobilibus Jacobo et eius liberis masculis, clausula codicillaris in eo conditionaliter et sub verbo presenti, apposita nihil operata extiterit, iuxta theoricam quam ponit Bal. in. l. fina. C. de codicil. Quo ad secundum articulum, quatenus in eo queritur an dictus nobilis Stephanus potuerit, vel possint dicti nobiles de veteribus eius filie de illis florenis octingentis, in quibus fuit heres institutus, et grauatus de restituēdo dicto Stephano, aut liberis suis masculis detrahere legitimam eidem Stephano in bonis patris debitam. Dico et respondeo quod sic: nisi probaretur quod donatio inter viuos eidem Stephano per dictum Jacobum eius patrem facta, fuerit facta propter merita: et quod illa merita re vera precesserint. † Quia quamuis donatio inter viuos filio in patria potesta-
6 te per patrem facta regulariter non imputetur in legitimam. l. si quando. §. et generaliter. et quod ibi per docto. de inoffi. testa. hoc tamen fallit quando donatio, seu id quod donatum est excendit ad valorem legitime: quia tunc debet imputari in legitimam. l. cum quo de peculio. §. finali. vbi hoc etiam voluit Joannes de imo. ff. ad. l. falci. Alexan. de imo. in. l. illud. colum. penul. C. de colla. qui etiā pro hoc consuluit in consilio allegato per do. Jason in d. l. si quādo. §. et generaliter. colum. j. qui etiam sequitur hoc dictum. Que omnia dixerim sub correctione etc.

1 ¶ Vitricus potest esse tutor eius priuigni.
2 Mater, que filiorum suorum tutelam recepit, volens contrahere matrimonium, debet tutelam deponere, et iudicis officio de alio tutore prouideri petere.
3 Mater tutrix nubēs an ipso iure desinat esse tutrix.
4 Locumtenens vel vicegerens cuius dicātur autoritatis, et an aduersus legem positiuam dispensare possint.

¶ Epitome.

¶ Vicegerens aut principis vicarius dispensare pōt, vt vitricus tutor sit priuigni, et vt eum penes se cum matre educet. V. F.

¶ Vbi pupil. edu. deb. Consi. cxlij.



Ro breui et succincta solutione eorum, de quibus queritur parte nobilis et honorabilis viri magistri Zacharie mo-
1 nonis, delphinalis secretarij, tutore nobilis Catherine cheuilarde eius priuigne, † premitto quod vitricus potest esse tutor eius priuigni. l. fi. et quod ibi glos. C. de contrario iudic. tut. et quod not. glos. in. l. i. C. vbi pupil. edu. deb. et Sali. in aut. sacramentum. versi. quero an contractis spon-
2 salibus. C. quando mul. tuto. offi. fungi potest. † Premitto insuper quod quando mater, que tutela liberorum per eam recepta, postea volens cōtrahere nuptias, vadit ad iudicem, et hoc sibi exponit, vt tandem in manibus suis tutelam deponat, et vt alius tutor ordinetur, ipsa potest et debet petere tutorem dari liberis, finformam. l. omnem. C. ad tertul. et l. fi. C. in quib. cau. pig. taci. contraha. Et non solum potest petere tutorem dari seu decerni eius liberis, sed etiam potest petere certum, secundum glo. in. l. fi quis sub conditione. in fi. magne glosse. ff. de testa. tute. que videtur tenere, quod mater possit petere quem vult. Idem tenet Spec. in tit. de tuto. §. nunc dicendum. versi. penul. Et idem etiā tenuit Dyn. relatus per Sali. in d. aut. sacramentum. col. fi. versi. quero mate vult transire. Et quamuis Jacobus de Rauen. Petr. et Cyn. in d. aut. sacramētum. aliter senserint moti rationibus per Salice. in versi. proxime allegato recitatis. Richard. tamen de sal. et post eum Sal. eius nepos tenent primam partem, scz quod mater possit petere quem vult, vt sensit. d. glos. sed iudex illum dare necessario non tenetur: sed inquisitionem facere de eo et de alijs, vt sibi videbitur: et deinde illum dare qui sit idoneus. Et subiungit Salice. quod non malefaciet iudex si agnatos et cognatos, immo notos et amicos pupillari citari faciat pro informatione super his habēda. Ex quibus verbis videtur sensisse Sali. quod iudex non arcetur ad faciendum hanc citationem: quia non quicquid etc. Nec videtur quod propter omissionem citationis et informationis huiusmodi deberet nulla pronunciari aut cassari prouisio facta de tutore, maxime, vel saltem eo casu quo de tutore idoneo prouidisset: nisi forte proximiores agnati vel cognati dicant et pretendant se esse tutores legitimos: et propterea non debuisse aut potuisse pro-
3 uideri de datiuo. † Quoniam respondeo quod matre tutrice et volente nubere faciente, prout dixi, non est locus tutele legitime: sed datiue, propter reliquias: quia mater non sic desinit ipso iure esse tutrix, sed mediante vel cooperante facto iudicis. Et hec fuit opinio Dini, Jac. de are. Jac. de rauen. et Petr. relati per Salice. in aut. sacramentum. Et idem voluit Bart. et sequitur Salice. in d. aut. sacramentum. in casu predicto: scz quādo mater eademque tutrix ante contractum matrimonium accessit ad iudicem etc. Non igitur possunt agnati aut cognati pretendere se esse tutores legitimos: et sic non potuisse prouideri de datiuo. Videtur igitur, sub benigna supportatione huius insignis curie, quod si, immo quia prouisum est de sufficienti et idoneo tutore dicte nobili Catherine, impugnari non possit tutela propter omissionem solennitatis seu solennitatum ex aduerso pretensarum: eo maxime quia super illis dispensauit illustris dominus gubernator: qui videtur hoc facere potuisse. Certum est enim quod serenissimus dominus noster Francorum rex Delphinus nullum superiorem recognoscit in patria Delphinali. Quo fit vt in ea possit quicquid potest imperator in imperio, per id quod not. Jo. andr. in addi. Specu. tit. de instrumen. edic. §. porro. in additione que incipit, hec subscriptio. in fi. remittens ad dicta pro se in c. super quibusdam. §. preterea. de verb. signifi. in c. cum te. de re iudic. Ad quod benefacit quod notat Barto. in. l. acta. §. de amplianda. ff. de re iudica. in. l. infamem. ff. de pub. iudic. et in. l. hostes. ff. de capt. et postli. reuer. et canoniste, signanter moder. in. c. que in ecclesiarum. de constit. et c. per venerabilem. qui filij sint legitimi. Quod si sic, immo quia sic est: pōt serenissimus dn̄s noster francorū rex delphinalis dispensare de et super omissione solennitatū etc. cuz et ille datio tutele seu tutoris potestas sint de iure ciuili: supra quod et contra ipsum potest princeps nullum recognoscens superiorem dispensare. c. proposuit. et quod ibi doctores. de concess. preben. Et quemadmodum hoc facere potuit et potest dictus serenissimus do. etc. ita et prefatus illustris dn̄s gubernator. Cum quia, vt colligitur ex tenore literarum gubernij, et tā ex illis verbis, et omnia alia et singula facere valeat et exercere, quod ex verbis exceptionis inibi in vers. donatione et alienatione etc. subiuncte: que in non exceptuatis regulam firmat et declarat. not. gloss. ff. de regulis iuris. in rub. Dy. de regulis iur. in vj. in rub. et alij in alijs locis: potest idem dominus gubernator regulariter facere in patria delphinali id quod et princeps. Cum et quia idem dominus gubernator non solum erat et est tempore facte dicte dispensationis gubernator, sed etiam locum tenens dicti serenissimi domini nostri etc. Quo fit vt quemadmodum idem serenissimus princeps potuit super predictis dispensare: ita et potuerit prefatus dn̄s, per doctrinam quam ponit Bart. in. l. j. §. a prefectis vero pretorio. ff. de lega. iij. Alexan. de imola. ff. de offi. eius cui man. est iurisdi. col. viij. versi. quarto modo iura appellāt vicarium, super rub. et do. Jas. mag. in. l. conuentionē. col. ij. versi. tertio limita nisi talis capitaneus esset etiam locum tenens principis: et quod pōit gloss. in. no. Bart. in. l. ij. C. de offi. eius qui vicem al-

4 terius ger. † Ex quorum dictis colligitur quod ille, qui per superio rem constituitur vicegerens aut locũtenẽs alterius, vel suprius constituentis: si est princeps, potest regulariter id qd pot ille cu ius vicegerens vel locũtenens cõstituitur, ⁊ quod potest ipse prin ceps constituens. Cum igitur nemini dubium existat quin serenis simus dominus noster ⁊c. potuerit ⁊ possit dispensare super predi ctis: ergo nec dubium esse debet quin etiam hoc facere potuerit ⁊ possit dictus illustris do. gubernator ⁊ locũtenens. Et per hec videtur esse responsum ad primum quesitum.

¶ Ad secundum dico ⁊ respondeo quod licet videretur esse de iu re scripto prohibitum, ne impuberes matris que ad secunda vota conuolauit penes eam educentur aut alantur, ⁊ consequenter ꝙ nec apud eorũ vitricum. l. j. cum suis similibus. C. vbi pupil. edu cari deb. quia tamen ista prohibitio est iuris positiui, ⁊ que vide tur fundata non super veritate, sed presumptione legis. l. que tu tore. versicu. lex enim non solum. C. de administra. tut. videtur qd dictus illustris dominus gubernator ⁊ locũtenens potuerit ⁊ pos sit dispensare aduersus legem, ⁊ illi derogare: ⁊ maxime, vel saltẽ ex causa legitima: vt quia tam prefatus nobilis Zacharias, ꝙ no bilis ⁊ honorabilis mulier ⁊ domina eius vxor, ⁊ mater dicte no bilis catherine impuberis, fuerũt ⁊ sunt tales persone, de quibus verisimiliter non habetur nec habenda est suspicio. Et pro hoc di cto allego iura superius allegata. Et per hec videtur fuisse sufficiẽ ter responsum ad alia quesita. Illud autem videtur esse indubita tum, quod supposito citra preiudicium veritatis quod dispensatio facta super educatione dicte nobilis catherine de iure non proce deret, prout procedit: nihilominus tamen dispensatio facta super omissione solennitatum predictarum valeret: pro eo quia vtile nõ debet vitiari per inutile, vbi vnum potest separari ab altero, vt in casu: quia vt supradictũ est, vitricus potest esset utor sui priuigni. Que omnia dicta sunt sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Qualitas matris, vel concubitus natura, an sit in spuriõ legi timatione exprimenda.
2 Testator iurans se suum testamentum non mutaturum, an obstã te iuramento possit illud mutare: ⁊ an obsit illud iuramentum, et quid operetur.
3 Iuramentum in testamento interpositum illud validat omni iu re quo valere poterit.
4 Iuramentum in testamento interpositum vim habet clausule de rogatorie.
5 Hereditas potest per patrem dari liberis in codicillis: quemad modum ⁊ per militem.
6 Pater decedens cum codicillis inter liberos dicitur abintestato decedere.
7 Diuisio omnium bonorum facta a patre filijs an eum faciat dece dere testatum an abintestato.
8 Patre dicente velle valere testamentum iure testamenti ⁊ codi cillorum si filius eligat viam codicillorum, dicitur idem filius suc cedere abintestato.
9 Testandi ratio aliter in milite, aliter in alio patre consideratur.
10 Hereditas quamuis dari non possit directe in codicillis: potest ta men per obliquum ⁊ fideicommissum.
11 Causa quecunq; excusat a dolo ⁊ pena doli.

¶ Epitome.

¶ Testamentum prius quamuis iuratũ, per posterius reuocatur: dum tamen in hoc expressa cassatio prioris fiat. A. F.

¶ De testa. Consi. cclij.



Viso ⁊ aliquantulũ dis cusso, quamuis perfunctorie, processu cepto ⁊ agi tato per ⁊ inter nobilem Antonium de cansera ex vna parte, ⁊ nobilem Annam de garendur tu tricem ⁊ tutorio nomine pretensorum nobilium Joannis ⁊ Claudij rigaudi ex alia: vna cum quibusdã dubijs par te eiusdem nobilis Antonij mihi traditis, dico ⁊ respondeo bre uiter ⁊ succincte, quod si sufficienter probatum extitisset quod Claudia mater dictorum Joannis et Claudij fuerit commater dicti quondam nobilis Joannis rigaudi tempore conceptionis eorundem Joannis et Claudij, pretensorum filiorum eiusdem Joannis rigaudi: satis videretur quod legitimatio de eisdem Joanne minore et Claudio facta non valuisset, propter obre ptionem seu surreptionem: ex eo videlicet quia licet in legitima tione huiusmodi dictum extiterit, quod dicti Joannes iunior ⁊ Claudius fuerunt adulterini ex parte patris tempore eorum conceptionis vxorati: non tamen fuit dictum vel expressum qd ipsi Joanne iunior et Claudia, pretensi parentes dictorum Joã nis senioris ⁊ Claudij, essent compatres: quod tamen exprimen dum fuisset. † pro eo qr inductus gradus affinitatis, vt dicunt doct. ⁊ illa qualitas debet in legitimatione exprimi, que alterat naturam concubitus vel illegitimitatis, quã exprimere oportet, qr aggrauat vitium parentum. Et licet Rota titu. de fil. presby. cl. ij. in antiquis dicat, qd non nocet tacere in legitimatione qd mater erat filia spiritualis sacerdotis: hoc tamen limitat dũmo do huiusmodi spiritualitas non sit perpetua, sed temporalis: vt qr forte sacerdos eidem ministrauerat sacramenta ecclesiastica, vel eam audiuerat in sacramentali confessione. Secus vero si spiri tualitas erat irreuocabilis: vt qr de sacro fonte leuauerat matrẽ, quam postea carnaliter cognouit, ⁊ ex ea genuit filium: qui si post ea legitimetur, nõ sufficeret dicere qd fuerit genitus ex sacerdote ⁊ matre forte soluta vel coniugata: sed opus esset exprimere qd illa etiam erat filia spiritualis ⁊ de sacro fonte leuata per dictum sacerdotem, vt voluit Rota in decisio. predicta. ⁊ d. Fely. in. c. po stulasti. col. vj. versic. tertia declaratio ⁊c. de rescript. vbi etiam di cit se idem putare, ⁊ eadem ratione si presbyter habuisset filium ex commatre: hoc est non ex persona per se leuata, sed ex eius ma tre. Idem ergo esset in casu nostro, si sufficienter appareret si tem pore conceptionis predictorum Joannis iunioris ⁊ Claudij dicti Joannes senior ⁊ Claudia fuissent compatres: ex quo sequeretur qd dictus Joannes senior nõ potuisset eos heredes instituere, vt pote spurios adulterinos ⁊ incestuosos, aut. quib. mod. natu. effi. sui. §. penul. colla. vij. ⁊ aut. ex complexu. C. de incestis nupt. Sed non reperio sufficienter fuisse probatum, qd prefati Joannes se nior ⁊ Claudia essent compatres. Cum qr illi testes qui depone re videbantur de leuatione infantis de sacris fontibus, quam fe cisse dicebatur dicta Claudia, fuerunt opportune obiectati: ita vt nihil probent. Alia vero, scilicet pretensa fama, ⁊ nominatio, non plene probant. Cum ⁊ quia non reperio fuisse sufficienter proba tum, quod illa filia, que pretenditur fuisse legitimata, fuerit filia dicti nobilis Joannis. Et sic non mihi videtur quod impugna tio dicte legitimationis sufficiat ad impugnationem secundi te stamenti dicti quondã Joannis senioris: illius scʒ in quo heredes vniuersales instituit dictos Joannem iuniorem ⁊ Claudium eius pretensos filios. ¶ Secundo fuit oppositũ contra dictum secun dum testamentum, qd illud non valuerit ratione iuramenti ap

2 positi circa finem primi. † Quia licet testator, qui tempore primi testamenti dixit se non mutaturũ testamentũ huiusmodi, iurauerit non venire cõtra, possit non obstante iuramento huiusmodi il lud mutare, ⁊ facere aliud: ita vt scdm valeat, non primum: prout disputauit ⁊ tenuit Joan. an. in mercurialibus, in. c. qd semel. de regu. iur. in vj. ⁊ sequitur Bart. ⁊ doct. communiter in. l. si quis in principio testa. ff. de lega. iij. Joan. de imo. in repe. c. cũ contingat. de iureiur. ⁊ alij in alijs locis: dictum tamen iuramentum habet vim verborum derogatoriorum, vt scilicet secundũ testamentum postea factum non valeat, nisi in eo ponatur specialis reuocatio dicti primi testamenti, vt voluit Jo. an. vbi supra, ⁊ Bart. in. d. l. si quis in principio testa. Et hoc dictum sequuntur doctores com

3 muniter. † Habet enim iuramentum in testamẽto interpositum eam vim, vt perinde sit ac si testator diceret, valeat omni iure quo valere potest, vt. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de lega. ij. ⁊ ita habet vim verborum derogatoriorum, ⁊ operatur, vt opus sit ꝙ in testamento postea subsequuto requiratur specialis reuocatio testamenti iurati. Uerum qr in dicto primo testamẽto, in quo di ctus quondã nobilis Joannes rigaudi herede vniuersalem inso lidum ⁊ vnicũ sibi instituit dictũ nobilem Antonium de cãcera, ⁊ iurauit illud habere ratum ⁊ gratum ⁊ ipsum tenere ⁊ obserua re, idem nobilis Joãnes sibi reseruauit facultatem codicillandi: quesitum est an ipse potuerit in codicillis postea per eum factis heredes vniuersales instituere dictos Joannem iuniorẽ ⁊ Clau dium. Dubium facit, qr idẽ Joannes testator in dicto scdo eius testamento voluit, ꝙ si illud non valeret iure testamenti, valeret iure codicillorũ. Supposito igitur, vt predixi, qd nõ valeat prout

4 non valere videtur iure testamẽti, † ⁊ hoc propter clausulam de rogatoriam, cuius vim operatur iuramentum in dicto primo te stamento appositum: posset tamẽ valere iure codicillorum. Quo fit vt opportune queratur, an in vim codicillorũ huiusmodi possint dicti Joannes ⁊ Claudius pretendere se fuisse ⁊ esse vniuersales heredes prefati quondam Joãnis ⁊ hoc est querere, an in dictis codicillis potuerit eis hereditas iure directo relinqui. Et videt ꝙ sic, per id qd not. Bart. in. l. militis codicillis. in princ. ff. de mi litari testa. Bar. ⁊ Pau. de ca. in. l. hac consultissima. §. si quis au tem. C. de test. ⁊ refert Cuma. in. l. j. ff. de iniust. rupto ⁊ irri. testa. Alex. de imol. in. d. §. cũ quis. col. vij. versi. tũ qr opinio Bart. est magis amica voluntati testantis ⁊c. in illa. q. qua queri consueuit, an testator possit in codicillis filio impuberi substituere pupilla riter decedẽti ex ab intestato, ⁊ reuocare substitutionem pu pillarem, quam prius de extraneo fecerat in testamento solenni prius condito. In qua questione ⁊ in locis predictis Bartolus ⁊ alij

5 talē predicti determinant q̄ sic. Et ita aperte sentiūt q̄ † hereditas possit per patrem dari liberis in codicillis, queadmodum hoc facere potest miles. d. l. militis codicillis. Sed contrarium tenuerunt multi. Et primo quidem Bal. ꝛ Ang. in. d. l. hac con sultissima. §. ex imperfecto. q2 cum sit spāle in milite q̄ in codicillis hereditatem dare possit. d. l. militis codicillis. in pri. sequitur qd̄ in illis ius cōe est in contrarium. l. ius singulare. ff. de legi. iūcta. l. ij. C. de codicil. Idem ꝛ contra Bart. tenent Bald. ꝛ Sal. in. l. filij. C. famil. ercis. per. l. sceuola. ff. ad trebel. Et dicit ibi Sali. qd̄ contra Bar. est text. in. d. l. filij. in ver. intestato, cum gloss.
6 vbi apparet q̄ pater † quādo decedit cū codicillis inter liberos dī decedere abintestato, ꝛ per consequens hereditas dari non potest in codicillis eo modo quo in ipsis codicillis dispositum est. Quia si in codicillis scripti directo capere possent hereditatem, non diceretur hereditas esse in causa intestati. Angel. in. d. l. militis codicillis, etiam tenet contra Bart. in. d. q. allegat tex.
7 in. l. ex pte. §. j. ff. fami. erci. † vbi diuisio oīm bonorū facta. a pře non facit eum decedere testatum, sed abintestato: per quem tex. etiam ita concludit Angel. in. d. §. ex imperfecto. ꝛ in. l. milites. C. de test. mili. vbi etiam refert ita tenere Odof. in auth. nouissima. C. de inoffi. testa. ꝛ dicit Ang. qd̄ hoc est de mente glo. recte intuenti, aut hē. vt cum de appel. cog. §. aliud quoq3 capitulum: vbi etiā hoc voluit Ja. de belloui. i prima oppo. colla. viij. Mouetur etiam Ange. per. l. fi. C. famil. ercis. vbi talis voluntas non solennis valet vt successio intestati quod etiam tenet Ang. in. d. l. fi. per illam. l. ꝛ per. d. l. filij. cum gloss. in verbo intestato, dum glo. ibi dicit, referas ad casum cum fecit codicillos ꝛc. per. l. fina.
8 C. de codicil. † vbi si pater dicit velle valere iure testamenti et codicillorum ꝛ filius eligat viam codicillorum: dicitur idem filius succedere abintestato. Allegat etiam idem Ang. no. per gl. in aut. de testa. imperfec. §. quia vero. in ver. diuisione ꝛc. Idem etiam tenent Bald. ꝛ Ange. in. l. institutio talis. per illum text. ff. de condit. institu. Idem tenet Angel. ꝛ Joan. de imol. in. l. j. ꝛ ij. ff. de iniust. rup. ꝛ irri. testa. quia omnia que concessa sunt militi extenduntur ad patrem. Non enim reperitur quod pater possit decedere cum duobus testamentis, et pro parte testatus ꝛ pro parte intestatus: ꝛ sic de singulis, que conceduntur mili-
9 ti. † Unde licet miles possit in codicillis directo dare hereditatem: non sequitur ergo ꝛ pater potest. Et ideo aliud est in milite, quia non tenetur scire iura. l. fina. in prin. ff. de iure delibe. que ratio cessat in patre nō milite. Istā opinionem etiam videt̄ sequi Bal. in. l. nō codicillū. q. penul. C. de testa. ꝛ expressius in. l. humanitatis. col. xvj. vel circa, versi sed nūquid ista ꝛc. cū versi. sequēti. C. de impub. ꝛ aliijs substit. vbi etiā dicit quod in codicillis non pōt directo dari hereditas liberis q2 tex. in. d. l. hac cōsultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. loquitur de testamēto imperfecto: nō de codicillis. Et bene facit. l. diui. in princi. ff. de iu. codicil. Videtur igit̄ q̄ prefati Joānes ꝛ Claudius pretēdere nō valeāt se esse vniuersales heredes dicti quondā Joannis, quasi per eum instituti in dicto pretenso secūdo testamento, quod valere voluit iure codicillorum, si iure testamenti non valeret. Puto tamen quod per dictos codicillos videatur dictus nobilis Antonius graua-
10 tus de restituendo hereditatem prefatis Joāni Claudio † quia licet hereditas directo dari non possit in codicillis: potest tamen dari per obliquum hoc est per fideicommissum. d. l. ij. C. de codicil. Poterit tamen idem nobilis Antonius grauatus detrahere quartam trebellianicam, nisi quatenus detractio illius reperiretur expressim ꝓhibita iuxta id quod not. doct. in auth. s3 cū testator. C. ad leg. falc. jdi. ꝛ in. l. marcellus. in princi. ff. ad trebel.
¶ Ad id vere de quo dubitatur. an dictus nobilis Antonius censeri debeat indignus hereditate dicti quondam nobilis Joānis rigaudi: pro eo q2 proposuit ꝛ deduxit ipsum Joānē incestū cōmisisse videtur respondendū breuiter ꝛ succinte quod non: pro eo q2 videtur hoc dixisse animo ꝛ intentione ius suum conseruādi, nō iniuriā inferēdi aut diffamandi, ꝛ quia etiā depositio testiū deponentium, quod dicta Claudia dictam filiam de sacro fonte leuauerit, videt̄ eum excusare a dolo ꝛ pena doli: etiam si eorum persone fuerint obiectate, qd̄ non potuit diuinare dictus Anto-
11 nius: † q2 omnis causa non solum iusta, sed etiam iniusta excusat a dolo ꝛ pena doli. l. igitur. §. penul. ff. de libe. causa, ꝛ quod no. gloss. in. l. j. in fi. ff. de abige. ꝛ in. l. plagij. C. ad leg. fal. de plagia. quod maxime videt̄ procedere in casu, in quo non soli fuerūt dicti testes qui deposuēūt de cōpaternitate: sed etiā publica fama: que videntur abunde sufficere ad dictam excusationem, per id quod not. Bart. ꝛ docto. in. l. de pupillo. §. si quis ipsi pretori. ff. de ope. no. nuntiatio. Adijcio quod dicti nobiles Joānes ꝛ Claudius non possent de hoc opponere ad fines predicte priuationis: per id quod habetur in. l. his consequenter. in princ. ꝛ quod ibi Bart. Floria. ꝛ docto. ff. familie erciscunde. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis

1 ¶ Filius heres institutus, ꝛ de restituendo herditatē sub conditione grauatus an possit regulariter detrahere legitimam ꝛ trebellianicam.
2 Testator. regulariter non pōt liberis primi gradus detractionē trebellianice prohibere.
3 Glosse consuetudinem allegantí standum non est.
4 Personis quantumcunq3 religiosis seu dignis non creditur in probatione facti absq3 iuramento.
5 Specialitas duplex non debet circa idem concurrere.
6 Substitutio relata ad duos dispares in gradu referenda est ad vtrunq3 eque principaliter, non ordine successiuo.
7 Filij nati post mortē substituti an semper vel aliquādo veniant ad substitutionem.
8 Testator non presumitur plus diligere neptes ex filia, q̄ neptes ex filio per eum herede vniuersali instituto.
9 Hereditatem repudians an possit fideicommisso grauari.
10 Fideicommissum vniuersale non includit bona alia grauati, que ad eum non peruenerunt in vim testamenti, vel alterius vltime voluntatis grauantis.
11 Falcidia non detrahit ur de legatis ad pias causas.
12 Legatarius accipiēs propria auctoritate legatum sibi relictum, seu illud occupans propria autoritate post aditam hereditatem, perdit legatum: secus si hoc faciat ante aditam hereditatem vel post aditionem, ꝛ ante apprehensionem possessionis.
13 Obligationes due correlatiue presupponūt considerationem paupertatis vel nō paupertatis: sed ille q vult sibi impleri debet ex persona sua implere.
14 Falcidie detractio cēset ur prohibita de legatis relictis absq3 aliquo onere, ꝛ durante vita tantum legatarij.
15 Falcidie detractio non procedit in grauato pro parte: pars enim que grauato remanet computatur ei in quartam, ꝛ ipsius detractionem excludit.
16 Communis vsus loquendi in quacunq3 materia est verborum significationi preferendus.

¶ Epitome.

¶ In successionibus tam ex testamento, q̄ ab intestato ꝛ personarum, ꝛ presumpti testatoris affectus ratio diligenter est expendenda. U. F.

¶ Commu. de successionib. Consi. cxliiij.


Ex themate mihi exhibite consultationis pre honesti iuuenis Joānis rolini, filij naturalis et legitimi nobilis et honorabilis viri magistri Andree rolini delphinalis secretarij, eliciuntur multa dubia: quibus breuiter ꝛ succinte, ꝛ per modum conclusionum respondeo prout infra. Et primo ad primum Pro cuius faciliore solutione premitto q̄, vt colligitur ex testamento honorabilis quondam viri Antonij fusorij, ipse tempore testamenti hmōi habebat tres liberos naturales ꝛ legitimos primi gradus, scilicet Joannem Joannonam, ꝛ Perretā: ꝛ qui vt existimo, pro eo q2 paulo post ab humanis decessit, eidē superuixerūt. Quo fit vt legitima horum trium fuerit triens, seu tertia pars bonorū eiusdē Antonij eorum sc3 que superfuerant deducto ere alieno ꝛ funeris impensa, aut. de trien. ꝛ semis. §. j. colla. iij. ꝛ transsumptiue in authē. nouissima. C. de inoffi. test. iuncta. l. papinianus. §. quarta aūt. ff. eo. tit. Et sic legitima cuiuslibet ex dictis tribus liberis fuit tertia pars trientis, ꝛ nona pars predictorum bonorum. Premitto insuper q̄ cū post mortē eiusdē quondam Antonij dictus Joannonus heres vniuersalis se immiscuerit paterne hereditati, ꝛ pro ipsius Antonij herede vniuersa. se gesserit, ꝛ factus pubes seu maior quatuordecim annis ab humanis decessit, expirauerunt substitutio vulgaris, ꝛ etiam pupillaris, si tempore predicti testamenti erat impubes. l. post aditam. ꝛ. l. precibus. C. de impube. ꝛ aliijs substitu. ꝛ. l. in pupillari, cū suis simili. ff. de vulg. ꝛ pupil. Remansit tamen fideicommissaria substitutio: ꝑ quam fuit idem Joan. sub conditione, si sine liberis masculis ꝛc. ab humanis decederet, grauatus de restituēdo hereditatē dicte Perrete eius sorori, ꝛ liberis eiusdem: que sibi locum vendicat in personā eiusdē Perrete ꝛ liberorū suorū saltē masculorū, eorū sc3 q nati vel concepti erant tēpore purificate conditionis dicte substitutionis, seu mortis ꝛ decessus dicti quondam Joannoneti sine liberis defuncti. Potuit tamē de fideicōmisso vl'i idem Joānonus detrahere legitimā, que in illo non venit. l. coheredi. §. cū filie. ff. de vulga. ꝛ pupil. ꝛ in qua grauari non potuit per dictum quondā Antoniū. l. omnimodo. l. quā in prioribus. l. que nup. ꝛ. l. sci-
1 mus. in princ. ff. de inoffi. testa. † Et quamuis filius heres institutus ꝛ de restituendo hereditatem sub conditione grauatus possit regulariter detrahere duas quartas, sc3 legitimam ꝛ trebellianicam: iuxta theoricam quam ponit glo. Bar. ꝛ doc. in. d.

l.papinianus.§.meminisse,Gl.Bar.Bal.philip.de cor.& doc.in
l.xxxv.C.ad leg.fal.Bald.in.l.filium quem.C.famil.ercis.pro quo
dicto ponit multas remissiones domi.Jason maynus in authen.
res que,col.iii.C.cō.de leg.& sunt boni tex.i.capi.raynutius.&.c.
Raynald.de testa.tū remanet difficultas in casu de quo queri-
tur:pro eo quia dictus quondam Antonius testator expresse pro-
hibuit detractionem trebellianice:an videlicet illam prohibere
potuerit,vel non:super quo sunt opiniones. Baldus enim &
2 Salicetus in.l.iubemus.C.ad trebel.videtur voluisse,quod † licet te
stator possit regulariter prohibere detractionē trebellianice:hoc
tamen fallit in liberis primi gradus.Et hanc opinionem sequi-
tur Philip.de corne.in.d.l.iubemus.col.i.Et cum hac opiniōe
transit Roma.in.l.marcellus.in prin.ff.ad trebel.qui etiam ita
consuluit consili.ccvi.Et hanc opinionem reffert domin.Guido
pap.decis.li.exordiente,Secundum stylum dicte curie &c.obser-
vari secundum stylū curie insignis parlamenti delphinalis.Sed
contrariam opinionem,scilicet quod imo possit etiam filiis pri-
mi gradus prohiberi detractio trebellianice,tenuit Cy.in.l.iu-
bemus.in prima oppositi.volens quod illa.l.iubemus.sit hodie
correcta.per id quod habetur in authen.sed cum testator.C.ad
l.falci.Rapha.cuma.in.l.coheredi.§.cum filie.ff.de vulga.& pu
pil.& in.l.in fideicommissariam.in princip.ff.ad trebel.reprehe-
dens opinionem Baldi,& dicens quod argumentum quo vtitur
Baldus non procedit:quia licet dicta.l.iubemus.velit quod
testator non possit facere vt fructus filio computentur in trebel-
lianicam:non tamen vult illa.l.quod testator non possit prohibe
re detractionem trebellianice:quia illud erat ius commune pri-
us inductum,scilicet quod testator posset illo tempore prohibere
detractionem trebellianice.l.titia.&.l.quod de bonis.§.i.&.§.si.
ff.ad leg.fal.l.si vt allegas.C.eod.ti.&.l.i.§.inde neratius.ff.ad
trebel.Et sic tex.d.l.iubemus.non inducit quod testator non pos
sit prohibere trebellianicam:sed inductum presupponit:licet spe-
cialiter velit quod testator non possit disponere quod fructus
qui aliis heredibus computarentur in quartam trebellianicam,
computentur liberis primi gradus.Unde circa prohibitionem
testatoris quod non detrahatur trebellianica,non continet illa.l.
aliquid singulare.Quo fit vt secundum Raph.cuma.cum testa-
tor hodie possit in totum prohibere trebellianicam,poterit etiā
illam diminuere,& disponere quod fructus computentur in eam,
vt etiam dicit Cyn.& quamvis Alex.de imol.in.d.l.marcellus.
in princip.viii.col.dixerit se pro tunc non decidere questionem
pro eo quia tunc pendebat de facto:ipse tamen addendo dicit quod
sibi magis placebat opini.Ci.quoad hoc vt testator possit dispo
nere quod filius non detraheret trebellianicam:quia vt dictum est.
d.l.iubemus.non probat dictum Di.Et hanc opinionem consu
lendo secutus est Alex.de imol.consi.lxvii.col.ii.in primo volu.
& consil.xxix.exordiente,perspectis consideratisque his omnibus
que in themate &c.col.ii.in.v.volumi.& allegat no.per Di.Rai.
Albe.Raph.& Joan.de imol.in.l.lucius.§.maritus.ff.ad treb.
& per Bald.in.l.quoniam in prioribus.C.de inoffi.testamē.& per
Nico.de neapoli in.l.si debitor.ff.ad.l.falci.Et ad.d.l.iubemus.
C.ad trebel.respondet quod illa loquitur quando solum erat lo-
cus detractioni vnius quarte,puta trebellianice,vt in ea patet,
in verbo dodrans.&c.Quia testator tunc non poterat illam im-
pedire:sed nos loquimur quando filius detrahit legitimam,et
vltra hoc vellet detrahere trebellianicam:nam pater potest hoc
prohibere,vt dicunt prefati docto.& subiungit quod plus dicit
Ci.in.d.l.iubemus.scilicet quod illa sit hodie correcta per illam aut.
sed cum testator.Dicit etiam Alex.de imo.in.d.consi.quod ista
opinio magis communiter tenetur,vt dicunt docto.in.d.aut.sed
cum testator.& in.l.marcellus.in princ.Et secundum hanc opi-
nionem etiam consuluit Philippus de cor.consi.xxii.exordien-
te,In hac consultatione principalis hesitatio est,col.viii.versic.
sed Raph.cuma.in secundo volumi.Hanc opinionem etiam di-
cit esse communem Anto.corse.in suo tracta.de potesta.& excel.
reg.questione.lxxiii.col.iiii.versicu.& ista prohibitio trebelliani-
ce habet etiam locum in liberis primi gradus,a qua propterea
non videtur in consulendo vel iudicando esse recedendum.l.i.
versic.crebrior apud veteres opinio.ff.de offi.quest.c.novimus.
& quod ibi Anto.de but.de verbo.signi.&.c.de inductis.iii.q.iii.
& quod communiter not.Ostien.Joan.and.& omnes scribentes
in.c.i.de consti.Si tamen de stylo dicte insignis curie servaretur
contrarium,difficile esset obtinere contra illum,Puto tamen quod
oporteret de illo aliter apparere,quam per relationem dicti domini
Guidonis quia non videtur illi standum:per id quod not.Bald.in.l.
3 consentaneum.in.v.oppo.ad fi.C.quomodo & quando iud.† vbi
dicit non esse standum gloss.referenti consuetudinem,quia facti est.
Et idem voluit Bal.in.l.si is qui.§.i.ff.de pign.in lectura anti-
qua,& Alex.de imol.in.l.post dotem.char.pe.col.ii.versi.& iuxta
hoc queri posset &c.ff.solu.matri.Fran.de are.consi.xxxiii.exor

diente,in causa que vertitur &c.col.iii.versi.sed tamen his non
4 obstantibus.qui allegat † quod si personis quantumcunque religio
sis si non credatur,attestantibus de iuramento.c.nuper.de testi.
quinimo nec episcopis:vt ibi not.Panor.multo minus creditur
doctoribus sine iuramento asserentibus id quod ex facti:qui for
te aliquando asserunt aliquid de auditu,vel quia sit scriptum ab
aliis invenerunt.Huic tamen rationi posset fortasse responderi,
quod dictum stylum scire poterat idem dominus Guido,vt po-
te diu versatus in practica,& postea vt consiliarius dicte insignis
curie.Allegat preterea Fran.de are.quod si crederetur doctoribus
communiter asserentibus de consuetudine,concurreret duplex
specialitas circa idē.Prima esset quod admitterentur testes nō iu
rati.Secunda quod admitteretur testis,qui testificaretur per
scripturam:quod non licet.c.testes.iii.q.ix.&.l.iii.§.idem divus.
ff.de testi.& quod not.in.c.tuis.de testi.& per Bar.in.l.theopom
5 pus.ff.de dote prele.Sed † primum etiam admitti non debet:quia
duplex specialitas non debet concurrere circa idem.l.i.& quod
ibi gloss.C.de dot.promis.& quod not.Bart.in.l.si is qui pro em
ptore.ff.de vsucap.Videtur igitur quod aliter oportet constare
de dicto pretenso stylo,quam per relationem dicti do.Guidonis.Fa
teor tamen quod Barto.in repetitione.l.de quibus.col.mihi.ix.
versicu.quarto principaliter queritur &c.ff.de legi.si tamen repe-
titio huiusmodi sit Bart.sensit contrarium.Sed quod predixi
videtur esse verius,per rationes predictas:quod etiā voluit Jo.
de imo.in.l.i.§.nuntiatio.ff.de no.ope.nuncia.quando vnus aut
duo referrent de consuetudine:secus tamen esset,secundum eum,
si doctores communiter referrent.Sed in hoc vltimo reprehen-
ditur ab Alexan.de imo.& Franc.de are.in dictis locis.Existi-
mo tamen quod in dicta insigni curia satis sit cognitum si ille
stylus inibi observetur vel non.Premitto insuper quod cum ei
dem Joannono abintestato vita functo superfuerint dicti Jo-
annes & Perreta vtrinque coniuncti,illi tamquam proximiores
abintestato sibi successerunt in dicta legitima,& etiam in trebel-
lianica:si non obstante prohibitione testatoris eam detrahere
potuisset,iuxta dictum pretensum stylum:quilibet scilicet pro se
misse seu dimidia parte,auth.defuncto & in corpore vnde sumi-
tur.C.ad tertul.Residuum vero debuit in vim fideicommissa-
rie substitutionis restitui dicte Perronete substitute,& liberis
saltem masculis:illis scilicet qui,vt predixi tempore purificate
conditionis erant nati vel concepti:dicte videlicet Perrete pro
dimidia parte,& liberis pro alia dimidia.l.interdum.in prin.ibi,
quia detracta,& quod ibi Joan.de imo.ff.de hered.institu.Nisi
forte quis mihi opponat,quod dicta Perreta & liberi videant
invitati non quidem simul,sed successive:primo scilicet Perre-
ta,& post eam,seu ea non existente tempore purificate conditiōis,
vel repudiante fideicommissum,dicti eius liberi,iuxta doctrinam
quam ponit Bart.in.l.gallus.§.quidam recte.ff.de libe.& post-
hu.Sed respondeo quod doctrina Bar.in hoc reprehenditur
per Bal.Ang.Paul.de castro,Joan.de imola,& alios in.d.§.
quidam recte.& per cano.in.d.c.raynutius.circa prin.de testamē.
Et pro hoc est ibi bonus tex.in versic.vt alteroca & soboles quam
gestabat in vtero.Ibi enim fuerunt alleroca & soboles quam ge
stabat in vtero substitute Adiecte heredi institute:& vt collligi-
tur ex ibi postea sequentibus mortua Adiecta egerunt simul
Alteroca & soboles nata:pro quibus etiam lata est sententia.&
6 ita clare apparet eas fuisse simul invitatas.† Et per hoc proba
tur quod substitutio relata ad duos dispares in gradu refertur
ad vtrunque eque principaliter,non ordine successivo:quod etiam
voluit Alexan.de imol.in.l.heredes mei.§.cum ita.col.ix.ff.ad
trebel.& Matthe.de math.singulari.clviii.exordiente,Not.si
ascendens.Dixi de liberis natis vel conceptis tempore purifica
te conditionis dicte substitutionis,seu mortis & decessus dicti
Joannoni:pro eo quia non puto quod concepti post mortem dicti Jo
annoni fuerint invitati seu substituti,secundum decisionem Jo-
an.and.in addi.Specu.tit.de testa.in rub.versic.item Lamber.
de rampo.vbi refert quod Lamber.de rampo.in sua questione inci
piente,quidam mevius,terminavit plura dubia.Primum erat,
vtrum valeret talis substitutio.Petro filio meo heredi vniver-
saliter a me instituto substituo vnum ex filiis Titii alterius filii
mei,quem ipse Petrus heres meus elegerit vel nominaverit.Se
cundum dubium erat,quid si dictus Petrus heres nullum ele-
gisset vel nominasset,an omnes equaliter succedant:& an ex te-
stamēto,vel abintestato.Tertiū & vltimū erat,an veniat filius na
tus est dicto Titio post mortem dicti Petri,cui facta erat sub-
stitutio,& istud vltimum est illud,quod in specie attingit casum
nostrum.& cui respondet Lamber.de ramp.& sequitur Joan.an.
7 vbi supra † quod ad substitutionem non veniunt filii nati post
mortem dicti Petri heredis:pro eo quia non erant in rerum
natura quando substitutio sibi locum vendicavit:quinimo ha-
bentur pro non scriptis.Pro quo allegatur.l.vnica.§.& cum

triplici.

triplici. C. de cad. tol. ⁊ l. cũ pr. §. hereditatem. el. j. l fi. ibi, viriles
aũt. ff. de leg. ij. Et ista dec. videt determinare casum predictũ.
¶ Preterea ad predicta facit: quia dicta Perreta ⁊ dicti sui
⁊c. fuerunt in vna ⁊ eadem oratione ⁊ substitutione vocati. de-
bet ergo intelligi quod pariter ⁊ vniformiter fuerint vocati. sal-
tem in casu de quo queritur: in quo dicta substitutionis disposi-
tio facta de Perreta ⁊c. fuit voluntaria absque eo quod ex dis-
positione iuris testator ad id teneretur. l. iam hoc iure. ⁊ l. luci-
us. ff. de vulga. ⁊ pupil. ⁊ l. in testamento. C. de testa. milit. Sed
si diceremus quod in substitutione facta de dicta Perreta com
prehenderentur filij nascituri post euentum conditionis, non
esset verum dicere quod pariter vocarentur: quinimo dicta Per
reta quandoq; habuisset totum fideicommissum, quandoq; par
tem vnam, secundum quod successiue vocati fuissent: vt de se pa
tet. Et hanc decisionem Lamber. de rampo. sequitur etiaz Ale
xand. de imol. consil. xiij. exordiente, Uisis ⁊ perlectis ⁊c. ⁊ alius
nescio quis, egregius tamen ⁊ solennis doctor, in sequenti consi
lio exordiente, super questione proposita que proculdubio pendet
ab articulis difficillimis ⁊c. in. iiij. volu.
¶ Quibus premissis dico ⁊ respondeo; quod dicta Perreta po
tuit disponere de dimidia parte legitime dicti quondam Joan-
noni: ⁊ que vt dixi fuit nona pars predictorum bonorum. insuper
⁊ de dimidia parte trebellianice, nisi fuisset probibita, vel si de
consuetudine, seu dicto pretenso stylo seruato illa prohiberi non
potuerit ⁊ insuper disponere ⁊ testari potuit de dimidia parte v-
niuersalis fideicommissi.
¶ Ad secundum dico ⁊ respondeo quod, si nos presupponerem⁹
non solum liberos masculos dicte Perrete fuisse substitutos,
sed etiam filios fuisse natos vel conceptos tempore mortis di-
cti quondam Joannoni: tunc non putarem quod per ea de quib⁹
in casu dicte filie censeri deberent excluse a dicto vniuersali fidei
commisso. l. de his. cum suis simili. ff. de transac. sed non videtur
8 quod dicte filie censeri debeant substitute: pro eo quia non † est ve-
risimile quod testator plus dilexerit neptes ex filia quam neptes
ex filio per euz herede vniuersali instituto, argumẽ. l. publius me
uius. ff. de condi. ⁊ demonst. ⁊ eorum que not. Bar. in. d. l. gall⁹.
§. etiam si parente. ff. de libe. ⁊ posthu. Cum igitur dictus testa-
tor noluerit propter superexistentiam filiarum dicti quondam
Joannoni heredis instituti dictos Perretam ⁊c. substitutos re
pelli quia in substitutione dictum est, sine liberis masculis ⁊c. con-
cluditur eundem testatorem debuisse ⁊ debere censeri substituis-
se Perretam ⁊ masculos.
¶ Pro responsione ad tertium quesitum in quo queritur an
donationes facte per dictam Perretam tam Petro, quam
Bertrando eius filijs, fuerint valide, voluissez videre donatiões
huiusmodi: pro eo quia multa possent subesse, propter que pos-
sent fortasse impugnari. Scio tamen quod quilibet est regula-
riter moderator ⁊ arbiter rei sue. l. in re mandata. C. mandat. l. du
dum. C. de contrahend. empti. ⁊ vendi. l. possa. C. de his quibus
vt indig. ⁊ c. de his. ad fi. de sepul. facit. l. nemo exterus. C. de iu-
de. Multa ponit Ange. consi. clxxxi. exordiente. Uisis instrumẽ
tis ⁊c. col. i. versic. his premissis ⁊c. Et est adeo quilibet modera-
tor ⁊ arbiter rei sue, vt etiam possit abuti. l. sed ⁊ si lege. §. con-
suluit. ff. de petiti. heredi. Dixi etiam superius in responsione ad
primum quesitum, quod dicta Perreta poterat disponere ⁊ te-
stari de dimidia parte legitime dicti quondam Joannoni ⁊ tre-
bellianice, si potuit detrahi: insuper ⁊ de dimidia parte vniuersa
lis fideicommissi, in quo etiaz comprehendebatur trebellianica,
si propter prohibitionem de qua supra detrahi non poterat. Si
vero vltra ⁊ preter hec disposuerit de bonis in preiudicium alio-
rum liberorum masculorum quam petri ⁊ Bertrandi, eorum scilicet
qui nati erant aut concepti tempore mortis dicti quondam Jo-
annoni: hoc non deberet illis preiudicare. l. rem alienam. ff. de cõ
trahen. empt. ⁊ vend. ⁊. l. id quod nostrũ cũ suis simili. ff. de reg. iur.
¶ Ad quartũ respondeo quod licet, vt apparet ex predicto thema
te, dictus Petrus cabaudi, alter ex heredibus institutis per di-
ctam quondam Perretam vna cum Bertrando eius fratre, re-
pudiauerit maternam hereditatem: ipse tamen postea heres vni
uersalis per dictum Bertrandum institutus, adiuit hereditatez
dicti Bertrandi ⁊ sic fuit ipse Petrus heres vniuersalis ⁊ imme
diatus dicti Bertrandi eius fratris: ⁊ per medium eiusdem Ber
trandi fuit heres vniuersalis dicte Perrete. l. fina. ⁊ quod ibi
gloss. ⁊ docto. C. de here. insti. ⁊ l. j. §. ⁊. ij. cum suis simi. ff. de pe-
ti. heredi. Et puto quod ipse Petrus potuerit disponere ⁊ testari
tam de bonis ad eum peruentis ex materna seu maternis dona-
tionibus, quam ex dispositione testamentaria dicti quondam Ber-
trandi non obstantibus substitutionibus factis per dictã Per-
retam in themate mentionato, ⁊ que eidem Petro non obstite-
runt. Et primo quidem non quoad bona que ad eum peruenerunt
ex dicto Bertrando: quia Bertrandus non fuit grauatus de re-
stituendo: ⁊ propterea poterat libere disponere de bonis per ma-
trem sibi relictis. Et quamuis illa postea peruenerint ad dictum
Petrum: hoc tamen ex materna dispositione, cum ipse repudi-
auerit maternam hereditatem. Non etiam quo ad bona dona-
9 ta. † Tum quia, vt dixi, Petrus repudiauit maternam heredi-
tatem: sic post perfectã donationem non potuit grauari idem
Petrus in rebus donatis. l. perfecta. cum suis simil. C. de dona.
10 que sub mo. † Tum ⁊ quia in fideicommisso vniuersali non veni-
unt alia bona grauati, que scilicet ad eum non peruenerunt in
vim testamenti, aut alterius vltime voluntatis grauantis, etiam
si illa ad eum peruenissent in vim tituli habiti a testatore. Pro
quo allegasse sufficiat. l. sequens questio. ff. de legatis. ij. l. si res.
in princip. l. debitor. §. fina. ⁊ quod ibi Alexand. de imo. l. a filia.
in princip. ⁊ l. si patroni. in princip. ff. ad trebelli. in quibus locis
probatur hoc dictum: quod etiam voluit Alexand. de imo. consi.
xx. exordiente, ponderatis his que in themate ⁊c. col. iiij. versicu.
istis sic presuppositis ⁊c. in quarto volumine. Et per hec patet re
sponsio ad quartum ⁊ quintum quesita: ⁊ quod per substitutionẽ
factam per dictam Perretam nihil fuit detractum portioni seu
de portione aut de bonis predicti quondam Petri.
11 ¶ † Ad sextum dico ⁊ respondeo, quod licet dictus Joannes ro
lini adiuerit hereditatem dicti Petri cum beneficio inuentarij,
quod postea legitime confecit: non tamen potest de pijs legatis
detrahere fal. aut. sz cũ testator. ⁊ in corpore vñ sumit. C. ad. l. fal.
12 ¶ † Ad septimum dico ⁊ respondeo quod licet legatarius acci-
piens propria autoritate legatum sibi relictum, seu illud occu-
pans post aditam hereditatem perdat legatum. l. non est du-
biũ. C. de lega. secus tamen si hoc faciat ante aditam heredita-
tem, vel post aditionem ⁊ ante apprehensionem possessionis, se-
cundum communem sententiam scribentium in. d. l. non est du-
biũ. Et sic non puto quod dicta Joanneta incurrerit penam per
ditionis sui legati: pro eo quia propria autoritate ⁊c. Puto ta-
men quod si immineat falcidia detrahenda per heredem, ipsa de
bet restituere, vt distrahi possit. l. j. §. rediguntur. ff. quorum lega
torum. Preterea cum vinee non fuerint sibi legate, sed earum
vsusfructus: ipsa tenebatur ⁊ tenetur idonee cauere seu satisdare
de vtendo fruendo arbitrio boni viri, ⁊ de vineis restituendis fi-
nito vsufructu, per ea que habentur in. l. iiij. ⁊ quod ibi scribẽtes
C. de vsufruc. Et si huiusmodi cautionem idoneam prestare no-
lit, cum hoc facere possit: debent vinee sibi auferri: nec ipsa facit
fructus suos, vt not. communiter omnes scribentes in. d. l. iiij.
Quinimo ⁊ si illam propter paupertatem prestare non possit, sũt
ei dicte vinee auferende: nec habere debet vsumfructum. l. vxori.
ff. de vsufru. legat. quod etiam voluit gloss. Odof. Jacob. but. ⁊
Bal. in. d. l. iiij. Glos. Jac. bu. Bal. in. l. hac edictali. §. his illud.
C. de secun. nup. ⁊ d. Jas. may. in. l. j. col. vj. vel circa, versi. nono
magis placet: ipse scilicet Petrus primo gradu seu primo loco, ⁊
sui post eum. Et quidem non simul ipsi. sui,sed successiue: Pro
eo quia inuitati per nomē collectiuum.d.l.cum ita legatur.§.in
fideicommisso.⁊.l.peto.§.fratre.ff.de lega.ij. Unde cum moriente
te dicta quondam domina Margareta non superfuerit dictus
Petrus

Petrus coniunctus, secundum primum dictum accreuerit portio huic nobili Antonio honorato primum gradum tenenti inter suos. l. vnica. §. in nouissimo. C. de cadu. tol. z quod not. Bart. in l. re coniuncti. ff. de lega. iij. vel iuxta 2m dictum, quod vt predixi
17 magis placet, propter mortem † seu decessum dicti nobilis Petri fuit idem nobilis Antonius honoratus surrogatus in locum eiusdem quondam Petri: z hoc per vulgarem substitutionem: cui propterea debuit z debet restitui dictum fideicommissum, qd quoad ipsius personam extinctum non extitit per mortem dicti nobilis Petri, sed cum suo onere remansit penes dictam dominam Margaretam. l. q̄diu. l. ultima, z quod ibi Bart. z docto. ff. de acqui. here. z. d. l. vnica. §. in nouissimo. versi. ne autem. z in. §. cum autem. versicu. simili modo. C. de caducis tollendis. Et ita queadmodum dictus quondam nobilis Petrus, vtpote expresse z nominatim inuitatus, exclusisset dictam nobilem Elizidem nō inuitatam nisi per nomen collectiuum, ita z iste nobilis Antonius honoratus, vtpote in loco eius surrogatus pro eo, quia tenet primum gradum suorum debet eam repellere. Et ex his potest colligi responsio ad ea de quibus opponebatur.

¶ Premitto insuper quod q̄uis super detractione trebellianice, an scilicet illa prohiberi valeat, fuerint z adhuc sint varie opiniones gloss. z doctores prout apparet ex his que notat Bart. z docto. in. l. marcellus. in princip. ff. ad trebel. z quod not. scribentes in auť. sed cum testator. C. ad legem falcid. glos. in. §. sed quia stipulationes. Instit. de fideicommis. liber. auť. de here. z fal. §. si vero expressim. z in. l. si vt allegas. z dicta auť. sed cum testator. tamen magis communis opinio z que communiter obseruatur est, quod illa possit prohiberi: q̄uis Bal. z Salice. limitent hanc opinionem, vt non procedat in liberis primi gradus, prout ipsi notant in. l. iubemus. vbi etiam Philip. de corne. C. ad trebel. Sequendo igitur hanc opinionem, que z in iudicando z in consulendo sequenda est, postq̄ vt predixi est communis. l. j. ibi, crebrior apud veteres opi. ff. de offi. questo. c. nouimus. z quod ibi Anto de butr. de verborum signifi. c. de inducijs. iij. q. iij. z quod notant omnes in. c. j. de constitu. dico quod detractionem trebellianice prohibere potuit dictus nobilis Honoratus testator. Sed aduertendum est quod prohibitio huiusmodi non fuit facta simpliciter z absolute: sed limitate, z in fauorem duntaxat dicti nobilis Petri: nihil enim in prohibitione huiusmodi dictū fuit de suis. Quo fit vt cum dictus nobilis Antonius honoratus succedat ex persona sui, non ex persona dicti quondam nobilis Petri: quamuis censeatur in locum ipsius surrogatus, non posset tueri propter dictam prohibitionem, ne ex persona dicte domine Margarete detrahat trebellianica: quia ipsa domina Margareta non fuit prohibita illam detrahere aduersus suos: suos inq̄ dicti nobilis Pe-
18 tri substitutos. † Posset autem dubitari an propter inuētarium per ipsam dominam Margaretā non confectum perdiderit ipsa domina Margareta trebellianicā. Super quo articulo si est, put existimo statutum, illi standum est: z eidem si est cōsuetudo: quia difficile esset contra stimulum calcitrare. Quod eriā voluit Raphael fulgosius consilio. xcvi. exordiente, pro decisione eorum de quibus queritur zc. coll. j. Pro eo quia consuetudo est legitima legum interpres. l. cum de nouo. C. de legibus. l. si de interpretatione. ff. eodem titu. z. c. cum dilectus. de consuetu. Si vero super huiuscemodi articulo neq̄ statutum neq̄ consuetudo existat: tunc respondeo quod super hoc sunt varie opiniones: z maxime due hincinde suffulte multis iurium rationibus z docto. authoritatibus: que solent recitari per scribentes in. l. marcellus. §. q̄ autem. ff. ad trebellianum. in auť. de heredi. z falcid. §. si vero non fecerit. colla. j. z in dicta authen. sed cum testator. C. ad legem falcidiam. z super quo consuluerunt doctores plurimi tam antiqui q̄ moderni: z quidem aliqui pro vna parte, alij vero pro alia: ita vt articulus iste z reputetur z sit multum dubius. Verum illa opinio que habet, quod propter non confectionem inuentarij perdat trebellianica, videtur fulciri fortioribus rationibus: quinimo assertione modernorum habere pro se bonum text. in dicta auť. de heredi. z falci. §. si vero non fecerit. qui vt voluit Bal. z post eum Pau. de Castr. Philip. de Corne. z Bartholomeus Soci. decidit hunc casum in fauorem substituti: ad quem non aduerterunt antiqui doctores tenentes partem contrariam. Et quāuis Alexander de Imol. in dicta. l. marcellus. nitatur respondere illi textui: tamen dominus Bartho. Soci. in eadem. l. ostendit illi textui non esse sufficienter responsum. Non decreui super isto articulo diutius immorari: cum vt puto vt de hoc sit statutum vel consuetudo decidens hunc articulum. Illud autem est sine dubio, q̄ fructus per dictam quondam dominam Margaretam indicio testatoris percepti debent imputari in trebellianicam: per regulam que ponitur in. l. in fideicommissariam. in princ. ff. ad trebel. a qua solum excipiūtur liberi primi gradus. l. iubemus. C. eo. tit.

¶ Quibus premissis respondeo ad primum quesitum qd cum dicta domina Margareta teneretur post mortem restituere vniuersale fideicommissum dicto nobili Antonio honorato substituto: ipsa de illo, seu bonis dicti quondam nobilis Honorati testatoris disponere non potuit: nisi vsq̄ ad id quod pro trebellianica de bonis huiusmodi detrahere poterat, facta primitus imputatione fructuum per eum perceptorum post mortem dicte nobilis Claudete, z eorum quos percepit dominus de Sciperijs post mortem dicte Claudete. Quo vero ad perceptos per dictū de Sciperijs tutorio nomine dicte Claudete durātibus sex annis. quibus ipsa vixit post mortem dicti nobilis Honorati eius quondam patris, illi seu eorum valor veniunt in restitutionem fideicommissi: quia licet illi nunq̄ fuerint predicti Honorati, vtpote excreti post mortem ipsius: cum tamen dicta domina Margareta eidem Claudete successerit in vim pupillaris substitutionis, z sic non solū in bonis testatoris: sed etiam in bonis eiusdem Claudete: ipsa domina Margareta potuit grauari nō solum in bonis testatoris, sed etiam in bonis dicte eius filie, vt hec omnia nunc venire debeant in restitutione dicti vniuersalis fideicommissi. l. si fundum per fideicommissum. §. si. cum. l. seq. ff. de lega. j. z quod scribunt doct. in. l. ita tamen. §. qui suspectam. ff. ad trebellianum. Si vero vel de statuto, vel de consuetudine omittens conficere inuentarium perdit trebellianicam: tunc certum esset quod ipsa de nihilo testari potuisset quoad substantiam predictorum bonorum. que fuerūt dictorum nobilium Antonij honorati z Claudete, aut alterius eorundem: quod dico propter fructus per eum perceptos, qui si aliqui superessent, vel bona ex illis seu pretio illorum acquisita: ipsa poterat de illis disponere. ¶ Venio ad secundum: super quo pre-
19 mitto † quod heres vniuersalis de alteri restituendo hereditatem grauatus potest ante restitutionem hereditatis seu vniuersalis fideicommissi compromittere de z super bonis z iuribus hereditarijs. l. cum hereditas. la. j. ff. ad trebellianum. vbi secūdum Angelum non reperitur pro hoc melior textus in iure, quamuis multum bene concordet text. in. l. ante restitutam. ff. de solu. vbi omnia gesta per heredem ante restitutionem firma manent. Et credit Angelus in dicta. l. cum hereditas. z sequitur Alexander de Imola q̄ heres grauatus possit compromittere nedum in arbitrum: quinimmo etiam in arbitratorem, cum sit dominus, z plenam habeat administrandi potestatem, z ideo transigere potest,
20 argum. l. preses. C. de transactionibus. † quia compromissum factum in arbitratorem vocatur transactio. auť. vt diffe. iudic. §. j. Potuit igitur prefata domina Margareta post mortem dicte quondam nobilis Claudete compromittere: nec ex hoc vt videtur commisit culpam latam, de qua solum tenebatur, non de leuissima, aut leui. l. mulier. §. sed etenim. ff. ad trebellia. Nisi forte quis dicat, quod immo cōpromittere sit lata culpa: z q̄ propterea illud de iure facere non potuerit dicta domina Margareta, aut saltem q̄ compromissum huiusmodi nocere non potuerit substituto. l. hic edictum. §. si compromisero. ff. de euictionibus. Quoniam respondeo secundum Bartolum z doctores in. d. l. cum hereditas. dictus. §. si cum promisero. loquitur in emptore z venditore: in quibus est aliud: cuius ratio est, quia ibi venit leuis culpa: aliud autem est in herede z fideicommissario: vbi fideicommissarius non tenetur heredi nisi de lata culpa. dicta. l. mulier. §. sedendum. Sed vt dixi, z probatur in dicta. l. cum hereditas, compromittere non est lata culpa: z ita non obstat. Sed nec obstare videtur si forte dicatur, q̄ immo compromittere sit lata culpa. l. si minor. xxv. annis filiofamilias. §. j. ff. de minorib᷒. vbi eo ipso q̄ aliquis compromittit, ipse decipitur: ergo cōpromittere videtur esse lata culpa. l. late. ff. de verb. signifi. z. l. fi. C. de in integ. resti. mino. Quoniam respondeo, secundum Angelum in dicta. l. cum hereditas. quod text. in dicto. §. j. loquitur in simplici administratore: in quo compromittere in arbitrum est lata culpa: cum a sententia arbitri appellari aut recurri non possit: sed dicta. l. cum hereditas. loquitur in domino: in quo non censetur lata culpa compromittere. Vel potest secundum Ioānem de Imo. z vt videtur verius responderi: quod text. in. d. §. j. loquitur in minore, qui ex iuris presumptione non ita diligenter causam prosequitur sicut maior: z ideo in maiore nō videtur esse lata culpa. Et hanc rationem in minore sensit Bartolus in. l. ambitiosa. colum. ix. versicu. quero, quid si in predictis. ff. de decre. ab ordine facien. Restat igitur in casu nostro quod dicta domina Margareta potuerit sine culpa lata compromittere: quinimmo vt videtur z sine leui, propter statutum prouincie, secundum quod compelluntur nobiles compromittere: quo casu non videtur compromittens non solum in culpa lata quinimo nec in leui, vt voluit Paulus de castr. in. d. l. cum hereditas. Sed forte videtur posse dici, quod q̄uis dicta domina Margareta potuerit committere: ipsa tamen videtur in compromittēdo excessisse: pro eo quia fecit compromissum de alto in bassum z de basso in altum, z cum hoc quod domini arbitri z arbitratores possent procedere alte z basse, z ita videtur ex-

dem dedisse licentiam ledendi eam in multo, saltem re ipsa, per id quod no. Ioã. an. in. c. humilis. in nouel. vbi etiam docto. de maio. ⁊ obe. ⁊ Bal. in. l. ⁊ in maioribus. C. de appella. Preterea hoc etiam dicitur in compromisso: ibi, necnõ de iure vnius partis alteri dandi in magna seu modica quantitate. Ibi etiam data est eisdem arbitris ⁊ arbitratoribus plenum ⁊ largum posse, plenaq; ⁊ libera ac omnimoda potestas alta ⁊ bassa de inibi contentis cognoscendi diffiniendi ⁊ sententiandi iuxta conscientias eorundẽ. Que videntur sonare in liberam voluntatẽ. ita vt potuerint equo preferre iniquũ, ⁊ auferre ea que eidẽ domine Margarete competebant, ⁊ illa dare aduersarijs. Pro quibus allegasse sufficiat. l. fideicommissa. §. quamq̃. ⁊ quod ibi no. ff. de leg. iij. glo. in. c. statutum. §. accessorem. de rescrip. in. vj. Alexan. de Imo. in. §. in bone fidei. ver. quid si committatur conscientie tue ⁊c. Institu. de actio. Addo quod dicta domi. Margareta in dicto cõpromisso etiam renunciauit recursui ad arbitrium boni viri: propter que non videt posse defendi a culpa lata, tanq̃ ea que dedit occasionem arbitrijs ⁊ arbitratoribus, in quos compromisit, sibi auferendi etiam in magna quantitate de bonis inuentario ⁊ alijs in suis petitionibus mentionatis ⁊ restitutioni subiacentib⁹. Huic tamen objectioni videtur posse responderi, quod licet verba predicta, vel eorum multa videantur importare liberam voluntatẽ: illis tamen videntur fuisse adiuncta alia verba, scilicet ad beneplacitum ⁊ prout eorum discreti ni ⁊ peritie melius videbitur, que important liberum arbitriuz. Et primo quidem verba ad beneplacitũ, per id qđ not. Bal. in. l. iij. §. sed ⁊ si quis. col. j. vbi etiã domi. Ias. max. ad fi. C. cõia de lega. ⁊ Panor. in. c. verum. colũ. ij. de fo. comp. Et idem de verbo discretioni, per id quod no. Lap. ⁊ panor. in. c. ij. de iuramen. calum. An. de But. ⁊ alij post euz in c. j. co. vlti. de constitu. vbi do. Ias. char. penul. colum. ij. versi. ⁊ si dicatur discretioni tue. Alex. de imo. consi. xxxiij. exordiente, Viso thamate. ⁊ col. j. in. j. volu. in quibus locis habentur multe remissiones. Et idem de verbo videbitur, per id quod not. Anto. de but. ⁊ Ioan. de imo. in. d. c. j. de constitu. per. d. l. fideicõmissa. §. quamq̃. ff. de lega. iij. Quod etiam voluit Lap. ⁊ Gemi. in. c.
21 ij. de iuramen. calum. in. vj. † Cum igitur verbis que credebantur importare liberam voluntatem, subiuncta extiterint verba importantia arbitrium boni viri, videntur fuisse restricta dicta prima verba importantia scilicet liberam voluntatem, vt nota. Panor. in. c. quintauallis. columna. xv. in. xxj. differen. de iureiuran. ⁊ Bartho. Soci. in. l. vtrum. §. cum quidam. colum. v. ff. de reb. dub. Ex quibus etiam videtur quod dicta domina Margareta nõ sibi abstulerit falcultatẽ recurrẽdi a laudo, si per illud enormiter lederetur, pro eo quia in renunciatione inerat tacita conditio de non petendo reductionem, nisi immoderate lederetur, argumen. l. quero. §. inter locatorem. ff. loca. ⁊. l. quidam consilium. ff. de verborum obligationi. Quod etiam voluit Barto. in. l. societatem. §. arbitrorum. columna sexta, ver. quero vtrum possit renunciari. ff. pro so. vbi etiam dicit ita debere intelligi gl. in. l. si de meis. §. recepisse. ff. de arbi. que dicit qđ arbitrator potest conferre de iure vnius, ⁊ dare alteri: vbi est subaudiẽdum, scilicet moderate: quod aliquando expedit pro bono pacis ⁊ cõcordie: vt dicit Alexan. de Imo. in. d. l. cum hereditas. colum. secũda, versi. hoc etiam potest quis confirmare per illam rationez ⁊c. Et ita videtur non solum q. d. do. Margareta potuerit compromittere sine culpa lata, s; etiam in compromittendo illã nõ commiserit, ⁊ qđ propterea nõ videatur de bonis ipsius plus posse repeti aut retineri, q̃ fuerit sibi adiudicatum per dictos dominos arbitros pro petitis in cõpromisso de bonis restitutioni subiacẽtibus: Nisi parte. d. nobilis Antonij honorati diceretur, q dicta domina Margareta fuerit enormiter ⁊ immoderate lesa quoad bona subiacentia restitutioni: ⁊ quod propterea debuerit recurrere ad arbitrium boni viri pro obtinenda reductione laudi: qđ quia non fecit, est q sibi debuerit imputari ad culpam latam: q; ⁊ si potuisset remittere ⁊ donare quoad preiudicium suũpsius. l. in re mandata. cum vulga. C. manda. nõ tamen in preiudicium substituti: qđ etiam fuit de mente Ioann. de imo. in. d. l. ante restitutã. ff. de solu. Et hoc sub correctione cuiuslibet dñi melius sentientis, putarem esse verum: sed dicto nobili Antonio honorato substituto incumberet forte probatio huius enormis lesionis: ⁊ q interuenerit lata culpa dicte Margarete. Cũ q; presumit pro dicto laudo, q iuste ⁊ ex iusta causa latum extiterit, ⁊ quod in eo interuenerunt requisita: vt voluit Dy. consi. exordiente, Tholomeus ⁊c. ⁊ sequitur Ioan. an. in addi. Specu. titu de arbitr. §. sequitur. in addi. incipiente, Dy. in regula allegat gl. in. l. ab ea parte. ff. de proba. ⁊. l. si. cum ibi notatis. C. de fi. instrumẽ. ⁊ iure hast. fisc. lib. x. ⁊. l. sciendum. vbi etiam Alexand. de imo. col. vij. ff. de verbo. oblig. Anto. de butr. ⁊ Pa. in. c. quoniã. de proba. ⁊ alij
22 in alijs locis. † Cum ⁊ quia qui culpam allegat, culpam probare tenetur. l. quoties. §. qui dolo. ⁊ quod ibi glo. post Ioan. ⁊ Azo. vbi etiam hoc voluit Sal. ff. de proba. glo. ⁊ docto. magis communiter in. l. si creditor. C. de pig. actio. Sed si omnia hec opportune cõsiderẽtur: illa forte nõ faciunt cõtra dictũ nobilẽ An. honoratũ sed poti⁹ p eo q; cũ bona mobilia descripta in inuẽtario per dñm de riperijs ad eum peruenissent: illa presumeret puenisse ad suos heredes, ⁊ apud eos existere tempore laudi. l. j. §. de eo. ff. de fideiusso. tuto. quem ad hoc allegat Paul. de castro consi. ccclxxj. exordiẽte, Ad primum quesitum. Dictus do. de riperijs etiam per sex annos perceperat fructus bonorum dictorum quõdam nobilium Honorati testatoris ⁊ Claudete eius filie: ⁊ quos ipsa domina Margareta appretiabatur pro singulis annis ad Florenos quadringentos ⁊ quinquaginta. Si igitur laudum de quo supra presumatur fuisse iuste latum ⁊ ex iusta causa, prout ⁊ presumi debet, heredes dicti do. de riperijs non ideo condemnati extiterunt duntaxat in summa decem milium florenorum, quasi non tenerentur in pluri ad causam fructuum ⁊ bonorum mobilium de quibus supra: sed pro eo q; reconuenerunt dictam dominã Margaretam super multis ⁊ per multa capitula, vt narratur in compromisso, ⁊ plenius in laudo in quo etiam domini arbitri ⁊ arbitratores ⁊c. dicunt quod calculatis calculandis ⁊ compẽsandis procedunt ⁊c. Et ita videtur .d. domina Margareta fuisse cõdemnata in minore summa pro fructibus ⁊ bonis mobilibus antedictis, q̃ condemnari debuerit: pro eo q; facta est compensatio hincinde debitorum. Et cum non constet q illa super quibus reconueniebatur, deberentur per eam tanq̃ heredem dictorũ nobiliũ Honora. ⁊ Claudete, aut alteris eorundẽ, videtur posse dici q ipsa domina Margareta tam in dictis decem mille florenis sibi adiudicatis, q̃ in compensatione eorum in quibus tenebatur prefatis heredibus, ⁊ sic in liberatione debitorum huiusmodi, habuerit valorem bonorum mobilium ⁊ fructuũ predictorũ: ⁊ q de isto valore possit opponere dict⁹ nobilis Ant. honoratus, ⁊ q vsq; ad valorez huiusmodi possit sibi consulere per viam retentionis faciende in ⁊ de bonis dicte domine Margarete, cuius est heres vniuersalis cum beneficio inuentarij: ⁊ quod debitũ potest deducere aduersus dictam do. Elexidã pretensam legatariam, nõ solum quia fecit inuẽtariũ. l. fi. §. in computatione. versi. si vero ⁊ ipse. C. de iure delibe. s; etiã hoc facere posset si nõ confecisset inuentarium. l. in imponenda. ⁊. l. irritum. C. ad leg. falcidi. Preterea facta deductione seu detractione eorum que eidez nobili Antonio honorato debebantur per dictaz quondam dominam Margaretam, insuper ⁊ eorum que per eam alijs debebantur, si que erant. d. l. in imponenda. ⁊. l. irritum. ⁊ quod ibi scribentes, poterit dictus nobilis Antonius honoratus detrahere de residuo quartam partem pro sua falcidia. d. l. fi. ver. ⁊ si prefataz. C. de iure delibe.

¶ Ad id vero quod vlterius queritur, an scilicet dictus nobilis Antonius honoratus restitui debeat aduersus sententiam seu ordinationem prolatam per spectabilem virum dominum Ludouicum de luco regium cõsiliarium ⁊ commissarium in causa, dico ⁊ respondeo quod sic. Tum quia dicta nobilis Elixidis, si ⁊ quatenus legata sibi relicta, aut aliquid de eis habere debeat, illa petere debet ab herede, ⁊ recipere per manus suas, vt colligit ex his que habẽtur in. l. j. in prin. ⁊. §. redigũtur. ff. quorũ legatorũ. ⁊ in. l. vnica. C. eo. tit. ⁊ qđ vtrobiq; per doc. ⁊ qđ not. scribẽtes in l. non est dubium. C. de lega. Tum ⁊ quia esto, citra preiudiciũ veritatis, quod vbi essemus incerti an esset locus legi falcidie, deberent fortasse dicte nobili Elixidi legata solui ⁊ expediri prius prestita per eam sufficienti satisdatione. l. ij. ⁊ quod ibi docto. C. de vsu ⁊ vsufruc. lega. ⁊. l. j. in prin. ff. si cui plus q̃ per leg. falci. Sed quia vt puto certum est quod fuerit ⁊ sit locus falcidie, non debent dicta pretensa legata eidem nobili Elixidi expediri, s; est ineunda seu facienda imputatio. d. l. j. §. marcellus. ibi, sed causa cognita. ⁊. l. nisi dolo. §. si in plures. ff. si cui plus q̃ p. l. fal. Nec puto stante certitudine huiusmodi, quod dictus nobilis Antonius honoratus teneat satisdare dicte nobili Elixidi de sibi soluendis legatis insolidum aut pro parte: quia illa cautio prestatur legatario possessori rei legate: ⁊ quãdo res huiusmodi per heredem repetitur ⁊ insolidum, vt de ea falcidiam detrahat, iuxta id quod habet in. d. l. i. §. redigantur. l. penultima. §. fin. ff. quorum leg. ⁊. l. vnica. C. eo. titu. q non est in casu nostro. Tuz q; dicta nobilis Elixidis non possidet. Tum quia vt dicit creditur esse euidens imminere falcidiam: non que solum propter onus aliorum legatorum dicta pretensa legata diminuant, ⁊ quadrantem re ferat: sed que propter es alienum ea omnino extinguat. d. l. j. §. hec verba stipulationum. ibi, etenim sciendum est. l. falcidiam. ff. si cui per leg. fal. Si vero non esset certum imminere falcidiam: videretur dicta nobilis Elixidis admittenda cum satisdatione per eam oblata. d. l. i. in princip. ff. si cui plus q̃ per leg. falcidiam. ⁊ videretur preferenda dicto nobili Antonio honorato: pro eo quia quando est incertum an. l. falcidia immineat: heres

res etiam si possideat rem legatam illam soluere cogitur cum satisdatione per legatarium praestanda. dicta. l. ij. C. de vsur. et vsufr. leg. et dicta. l. j. in principio. ff. si cui plusque per legem Falcidiam. in princip. multo ergo fortius, vel saltem non minus soluendum et tradendum est legatum cum dicta satisdatione, quando heres non possidet. ¶ Praeterea ad id quod queritur, an dictus quondam nobilis Petrus primo loco substitutus dicte nobili domine Margarete, et ipsa viuente seu superstite vita functus, transmiserit ius substitutionis ad dictam nobilem Ludouicam eius quondam filiam, aut eius nepotes, dictum scilicet nobilem Antonium honoratum et fratres, anve ius huiusmodi substitutionis accreuerit eidem domine Margarete. respondeo quod neutrum contingit in hoc casu. Et primo quidem non primum: quia cum substitutus moritur pendente conditione fideicommissi, illud quoad eum extinguitur nec ipse illud transmittit ad heredes, aut suos posteros. l. vnica. §. sinautem sub conditione. et quod ibi Bald. C. de caducis tollen. et quod not. gloss. et doctores in. l. vnica. C. de his qui ante apertas tab. Multas remissiones ponit Oldra. consil. cxxxj. Non etiam secundum: quia dicti quondam domi. Margareta et Petrus non fuerunt re aut verbis coniuncti, nec tales inter quos potuerit esse ius accrescendi, secundum regulas de eo dictas per scribentes in l. re coniuncti. ff. de legatis. iij. et quod habetur in dicta. l. vnica. §. his ita. et multis sequen. C. de caducis tollendis. Addo quod etiam vbi praefati domina Margareta et nobilis Petrus fuissent coniuncti, prout non fuerunt: quia tamen ipsi nobili Petro superfuerunt dicti nobiles Antonius honoratus, et frater, qui erant inuitati et substituti per dictum verbum, et suos: illi impediuissent dictum ius accrescendi. dicto. §. sin ve o. sub conditione. ibi, similique modo. Et quamuis premissa ita se habeant, scilicet quod nec ius substitutionis accreuerit dicte domine Margarete, nec per dictum nobilem Petrum transmissum extiterit dictis eius nepotibus: illi tamen veniunt ad fideicommissum, non ex persona dicti eorum quondam aui: sed ex propria eorum persona, vtpote expresse inuitati, propter verbum et suos, vt predixi: et propter quod contingit quod licet fideicommissum extinctum extiterit et factum caducum in persona dicti quondam nobilis Petri: non tamen quoad dictos nepotes, per superius dicta, et quod ponit Oldradus in dicto consilio cxxxj.

1 ¶ Donatio causa mortis an per heredis institutionem reuocata censeatur.
2 Testator heredem instituens in fundo sno censetur illum in vniuersum patrimonium instituere.
3 Factum posterius in dubio intelligendum et interpretandum secundum precedentem dispositionem.
4 Generalia verba an possint specialibus derogare in vltimis voluntatibus, vel in materia donationum.
5 Doctor recitans vel allegans plures opiniones censetur in dubio vltimam approbare, et illi inherere.
6 Traditio rei donate quamcunque donationem confirmat et irreuocabilem reddit.

¶ Epitome.

¶ Testator, qui post donationem causa mortis a se factam testamentum condidit sub his verbis, ne donatarius vltra in eo sibi relicta quid amplius peteret, donationem reuocasse videtur. V. F.

¶ Per euocan. donatio. Consil. clix.



Contra sententiam spectabilis domini primo scribentis, et in precedentibus iurium allegationibus subscripti, scilicet
1 † quod per testamentum de quo supra non videatur fuisse facta reuocatio donationis de qua supra, videtur facere, l. cum hic status. §. j. ibi, quasi sit testamento confirmatum quod donatum est. ff. de donatio. inter virum et vxorem. per quem textum videtur probari, quod per institutionem heredis factam in omnibus bonis non censeatur reuocata donatio facta et de iure approbata, quem. §. ad hoc allegat Franciscus de Aret. consi. lxxiiij. exordiente, diligenter et mature ponderatis etc. col. penultima. Et contra eandem sententiam etiam facere videtur. l. et si mortis. C. ad legem falcidiam. vbi probatur, quod per institutionem heredis non reuocatur donatio causa mortis: cum vt ibi dicitur, de illa si dodrantem excedat detrahatur per heredem falcidia: quod non fieret si per heredis institutionem reuocaretur. Et quis hec ratio euadi posset, vbi fuisset processum ad traditionem rei causa mortis donate, quasi tunc transiuisset dominium rei donatarium, et sic non remansisset in bonis donatoris: non tamen euinceretur quando non esset processum ad traditionem: et sic remansisset in bonis donatoris, secundum communem opinionem omnium scribentium. et hoc non habet dubium. Si igitur testator idemque donator heredem instituendo non videatur, prout non videtur, d. l. et si mortis, reuocare donationem causa mortis: ergo nec in casu nostro videtur dictus Simon Joannis reuocasse donationem de qua supra. Nisi forte quis dicere velit aliud esse quod aliquis heredem instituat: et quod eo casu procedat. dicta. l. et si mortis. et aliud quod instituat heredem in omnibus bonis suis: et quod isto casu non procedat. dicta. l. sed isto casu videatur testator idemque donator reuocare donationem. Sed istud non procedit: pro eo quia eoipso quod aliquis testatur et heredem instituit, censetur illum instituere in omnibus bonis suis. Pro quo allegasse sufficiat id quod voluit Oldradus consi. clviij. exordiente, factum
2 est tale etc. † quinimmo hoc iuris est vt si testator aliquem heredem instituat in fundo, quod institutio trahatur ad vniuersum patrimonium testatoris, si non sit alius institutus. l. j. §. si ex fundo. ff. de heredibus instituendis. quod etiam voluit Oldrad. in dicto consil. et Alexander de imo. in. l. cogi. §. et generaliter. col. penul. in fine. ff. ad trebel. et Paul. de castr. consi. ccclxvij. Etiam contra dictam sententiam videtur facere quod not. Bal. in. l. filie cuius. col. j. versi, intelligo quod videtur mutare propositum etc. ibi, argumen. contra quia species. C. famil. ercifcun. vbi Bald. post rationes inductas ad probandum, quod per verba generalia, vtputa si testator idemque donator dixerit in testamento, quod omnia bona sua essent communia inter filios, quorum forte vnus est donatarius, censeatur donatio reuocata: ipse consequenter arguit in oppositum, sed quod immo non censeatur reuocata: pro eo quia species derogat generi, vt not. idem Baldus in. l. quoties. C. famil. erciscunde. et ideo specialis prouisio, vt quia emit nomine vnius filij, in vnum filium collata, non videtur abrogari seu reuocari per verba generalia. argumen. l. coheredi. §. qui patrem. ff. de vulg. et pupill. et maxime
3 † quia factum posterius in dubio intelligitur secundum ordinationem precedentem. Sed his non obstantibus credo sententiam eiusdem domini primo scribentis in casu de quo queritur esse de iure veriorem, et signanter pro eo quia Simon non solum censetur instituisse Stephanum et Antonium Joannis eius nepotes seu felezonos in omnibus eius bonis: sed etiam cum certam pecunie summam et res alias legasset et iure institutionis reliquisset rodulpho et peroto eius filijs eisdemque donatarijs, voluit et ordinauit quod ipsi et eorum quilibet contenti essent de omnibus eius bonis: ita quod nihil plus petere aut consequi vel habere possent: que sunt verba multum ampla, et talia que salua ratione recti sermonis non videntur posse restringi, vt non comprehendant etiam domum, et alia nomine dictorum rodulphi et perroti empta: de quibus supra. Non ergo sunt restringenda. Pro quo gratia breuitatis allegasse sufficiat not. per Bar. in. l. aurelius. §. Caius. ff. de libe. lega. et doct. in l. si de certa. C. de transactionibus. et in. l. emptor. §. lucius. C. de pactis. Et quod per predicta censeatur donatio reuocata, voluit aperte Salice. in dicta. l. filie cuius. col. ij. vbi etiam hoc expresse voluit Bald. quamuis postea, vt predixi, subijciat et dicat, argu. contra quia species derogat etc. sed non propterea censendus est discessisse a primo eius dicto, in quo dixerat. intelligo quia videtur mutare propositum etiam per verba generalia etc. Et hoc non dicamus eum se incontinenti correxisse, contra. l. non ad ea. ff. de conditio. et
4 demon. † Nec opponat aliquis quod Bald. videatur adhesisse vltimo dicto: et sic sensisse quod per verba generalia non censeatur donatio reuocata, argumen. eius quod not. gloss. fi. et post eam doctores in. l. qui filium. §. fabinus. ff. ad trebellianum. Bald. in. l. j. ad fi. ff. de constitu. et quod habetur in. l. si idem. §. fi. et quod ibi do
5 cto. ff. de iurisdict. omn. iudi. † Ex quorum dictis illud colligitur, quod si per gloss. vel doct. recitentur plures opiniones, in dubio censetur recitans approbare vltimam: quod dictum, vt dicit Paul. de Castr. in. d. §. fabinus. facit pro dictis Inno. qui recitat plures opiniones, nec apparet cui adhereat: quod videatur adherere vltime. Quoniam respondeo quod istud non obstat: pro eo quia predicta procedunt in dubio: non autem vbi sumus certi, vt in casu, in quo apparet Bal. expresse dixisse, intelligo quod videtur mutare propositum etc. in quo palam premittit eius sententiam: quamuis postea subijciat argu. contra etc. quod sepissime facit et gloss. et Specu. Sed non propterea sentiunt docto. quod gloss. vel Spec. censeantur discedere a precedenti sententia. et hoc videri potest in pluribus locis. Addo quod Bal. in dicto loco non refert aliorum opiniones, sed primo scribit eius sententiam: quamuis postea subijciat, ar. contra: et sic non sumus in terminis in quibus loquitur gloss. et docto. in. d. §. fabinus. et alij in alijs locis. Puto igitur, vt predixi, dictam donationem fuisse reuocatam. Non obstat d. l. cum hic. §. j. versi. quasi sit testamento confirmatum quod donatum est. Quoniam respondeo quod illud dictum, prout etiam ibi voluit glo. intelligitur procedere et procedit, quando donatum non

fuit retractatum seu reuocatum: sed, vt dixi, hic fuit reuocatum pro eo quia noluit donatarium posse aliquid petere, consequi vel habere in bonis suis vltra ⁊ preter relicta in testamento. Preterea etiam, nec obstat.d.l. si mortuis.C.de donatio.cau.mor. Quoniam respondeo quod illa nō procederet eo casu quo testator idēque donator prohiberet donatariū ne aliquid petere, cōsequi vel habere posset in bonis suis vltra ⁊ pter id quod sibi relinqueret.
6 Nam satis ostenderet se reuocare donationem causa mortis † qđ intelligo eo casu quo non fuisset processum ad traditionem verā aut fictam, ⁊ per quam fuisset translatum dominium in donatarium. Etiam nec predictis obstat.l.ij.C.si quis alteri vel sibi.quā audio allegari pro parte aduersa, ⁊ pro ea decidere hunc casum. Quoniam respōdeo quod illa. L. loquitur eo casu quo pater emit fundum nomine filiorum in ipsius potestate existentiū. ⁊ deinde illos emancipat, ⁊ postea illis emancipatis eisdem tradit fundū emptum, vel patitur eos apprehendere possessionem illius: tunc enim per traditionem aut possessionem fundi sic apprehensam trasferentur dominium in filios emancipatos: quib⁹ pater donare potest. Sed nos sumus in casu in quo dicti Rodulph⁹ ⁊ Pertotus remanserunt in patria potestate dicti Simonis eorū patris q̄diu vixit. Et ita non potuit predicta donatio in vita ipsius confirmari: quam propterea reuocare potuit: ⁊ quod fecisse censetur, per predicta. Que dixerim sub correctione ⁊c.

1 ☞ Onerare non censetur testator eum quam non honorat.
2 Maior quatuordecim annis potest testari, ⁊ de bonis suis disponere. quod si intestatus decedat: succedunt illi proximiores.

¶ Epitome.

¶ Ut res potius valeat q̄ pereat, videt nominatus in substitutione sub verbo collectiue honorat⁹; ideo potest onerari. V. F.

¶ De insti. ⁊ substi. Consi. clx.



Onitur in facto quod
Poudum fuit in humanis honesta mulier Philippa relicta Jaco. philippi, habens multa ⁊ varia bona: que ab humanis decessit prius condito per eam eius vltimo ⁊ nuncupatiuo testamēto in quo heredem suum vniuersalem instituit ⁊ nominauit Joannem reyne eius filium naturalem ⁊ legitimum, ⁊ ipsius Joannis: filij premortui liberos naturales ⁊ legitimos: ⁊ si eundem Joannem eius filium ab humanis decedere contingeret sine liberis naturalibus ⁊ legitimis vel cum liberis vno vel pluribus, ⁊ postea ipsi liberi sine liberis naturalibus ⁊ legitimis a se procreatis decederent, eidem ⁊ eisdem sic: decedentibus substituit vulgariter ⁊ per fideicommissum honestam mulierem Joannā eius neptē, ⁊ ipsius ioāne premortue liberos nāles ⁊ legitimos. Et si contingeret ipsam Joannā eius neptem decedere siue mori quādocunq; sine liberis naturalibus ⁊ legitimis a se procreatis seu procreandis vel cum liberis ipsi quandocunq; sine liberis naturalibus ⁊ legitimis a se procreatis seu procreandis decederent: eo casu eidem ⁊ eisdem sic decedenti seu decedentibus substituit ipsa testatrix vulgariter ⁊ per fideicommissum Nicolaum bolini eius fratrem naturalem ⁊ legitimum, ⁊ ipsius Nicolai premortui liberos naturales ⁊ legitimos mares ⁊ feminas equis portionibus. Que Philippa testatrix permanens in voluntate huiusmodi vita functa est ⁊ ab humanis decessit, superstite dicto Joanne eius filio naturali ⁊ legitimo, qui ea mortua ⁊ vita functa hereditatem eiusdē adiuit ⁊ acceptauit. Deinde vero idem Joānes vita functus est ab humanis sine liberis decessit, superstite dicta Joanna nepte testatoris, in cuius personam substitutio de qua supra sibi locū vēdicauit. Successiue vero vita functa est ⁊ ab humanis decessit dicta Joāna, superstite ⁊ sibi superuiuēte vnica filia: qua Joanna seu dicta eius filia superstite seu superuiuente vita functus est, ⁊ ab humanis decessit prefatus Nicolaus frater testatoris, superstitibus multis eius liberis, scilicet Joanne, Antonio, Michaele, Janeta, Raymunda, Margareta ⁊ Placentia, eiusdem Nicolai filijs ⁊ filiabus naturalib⁹ ⁊ legitimis. Deinde vero ⁊ postremo vita functa est ⁊ ab humanis sine liberis decessit filia dicte Joan. neptis.

¶ Quesitum est an in vim substitutionis superius mentionate, ⁊ facte de dicto Nicolao ⁊ ipsius p̄mortui liberis, possunt filij ⁊ filie predicti Nicolai supra nominati aliquid petere in bonis dicte quondam Philippe. Ad quod respondeo, quod licet prima facie dicti liberi non videātur posse aliquid petere in ⁊ super bonis dicte quondam Philippe, pro eo quia cum filie prefate quōdam Joanne, nihil relictum extiterit per dictam quondā Philippam testatricem, ipsa filia non videtur potuisse per fideicom-
1 missum grauari: † quia quem non honoro non onero.l. ab eo. cū suis simi.C.de fideicommis. Contrarium tamen videtur mihi de iure verius, ea potissime ratione, quia dicta quondā Philippa non solum grauauit filiam dicte Joanne, quam Joannem dicto Joanni eius filio ⁊ suis liberis substituerat, sed etiam ipsam Joannam, dicit enim, eidem ⁊ eisdem, quod facere potuit, postq̄ eam honorauerat, secundum mentem omnium scribentium in l. centurio.ff.de vul. ⁊ pupil. de quo etiam per multos in.l. precibus.C.de impube. ⁊ al. substitu. Et supposito citra preiudicium veritatis, quod substitutio facta liberis dicte Joanne, ⁊ quam fecisse videtur dicta quondam Philippa propter verbum eisdem de iure non valuisset: illa tamen quam fecit eidem Joanne, ⁊ quā fecisse censetur per verbum idem, valuit: quia vt predixi illam facere potuit, ⁊ que interpretenda est vt facta ipsi Joanne, vt potius res valeat q̄ pereat.l. quoties.ff.de reb. dub. ⁊.l. quoties.ff. de verb. obli. Nec eisdem liberis dicti quondam Nicolai refragatur vel obstat, quod idē Nicolaus ab humanis decesserit ante dictam quondam Joannam, seu eius filiam, pro eo quia fideicommissum per dictam quondam Philippam testatricē relictū remansit penes eādem Joannam, aut dictam eius filiā cum onere substituendi liberis eiusdem Nicolai. per id quod not. Barto. in.l. quandiu.la vlti.ff.de acqui. here. Et quod ponit Frā. de are. consi. clvj. colum. v. circa fi. ⁊ colum. seq. Pro quo facit.l. vnica.§. pro secundo.C.de cadu. tollen. Et puto q̄ dicti liberi possint petere dimidiam partem predictorum bonorum. De alia vero, quam pro legitima ⁊ trebellianica detrahere potuit dictus Joannes, per id quod no. glo. Barba. ⁊ doc. in.l. Papinianus.§. meminisse.ff.de inof. testamen. Bal. in.l. filium quem.C. famil. ercis. Glos.
2 Bar. ⁊ doct. in.l. quamq̄.C. ad leg. fal. ⁊ alij in alijs locis, † potuit idem Joannes disponere ⁊ testari si decesserit maior quatuordecim annis. q̄ si non disposuerit, eisdem successerunt proximiores: cuiusmodi fuit dicta Joanna eius neptis ex fratre predefuncto. authen. vt fratrum filij, in prin. colla. ix. ⁊ authen. de here. ab intesta.§. his autem. ⁊.§. illud. col. ix. ⁊ transsumptiue in authen. post fratres ex vtroq; parēte.C. de legi. here. Que dixerim breuiter ⁊ succincte sub correctione.

1 ☞ Instrumento producto, ⁊ quod in nihilo impugnatur, fides est adhibenda.
2 Instrumentum publicum diciturveritas apparens, ⁊ probatio probata ⁊ non probanda.
3 Posteritatis appellatione, veniunt descendentes, non collaterales seu transuersales.
4 Institutio facta cuidam ⁊ eius heredibus masculis non comprehendit nepotem ex filia.
5 Emphyteosim recipiens pro se ⁊ suis descendētibus masculis nō transmittit ad nepotem ex filia: ⁊ sic est in qualibet dispositione, vbi fit mentio de aliquo ⁊ eius liberis masculis.
6 Decedens superstite nepote masculo ex filia an dici possit decedere superstitibus liberis masculis.
7 Appellatio prolis equipollet appellationi liberorum, ⁊ qui non veniunt appellatione liberorum masculorum etiam non veniunt appellatione prolis masculine.
8 Defensiones non debent prohiberi quantumcunq; etiam sint diuerse.
9 Donatio simplex ⁊ inter viuos inter patrem ⁊ filium in ipsius patria potestate existentē regulariter nō admittitur, nisi ob cām.
10 Fideicommissum vniuersale non includit ea que heres aliunde acquisiuit quam ex testamento, etiam si acquisiuisset a testatore.
11 Dos nunquam comprehenditur in fideicommisso.
12 Donata donatione causa mortis heredi non veniunt in restitutione vniuersalis fideicommissi.
13 Probatio semiplena quo casu vicē plene probationis obtineat.
14 Testator non presumitur de bonis sui heredis vel alterius disponere.
15 Filij appellatione non comprehenditur nepos.
16 Feminino vocabulo masculos contineri turpissimum esset, ⁊ numero. 21.
17 Fundamentum cuiuslibet intentionis semper probandum est siue affirmatiuum sit, siue negatiuum.
18 Liberi masculi ⁊ naturales intelligendi sunt primi gradus.
19 Uerbum quondam, importat defunctionem.
20 Probatio melius fit per instrumentum, quam per testes.
22 Substitutio non includit eos qui non sunt in rerum natura tempore quo sibi locum vendicauit.
23 Jus habens duplex in alicuius rei hereditarie apprehēsione, licitum scilicet ⁊ illicitum, si eam apprehendat, presumitur in dubio licite apprehendere.
24 Substitutio verbis debitis ⁊ claris facta, est obseruanda.

Bona

25 Bona restitutioni subiacentia non sunt pendente conditione fi-
deicommissi regulariter alienanda.
26 Casum allegans licitum, qui alias potest esse illicitus, tenetur
esse licitum probare.
27 Dos filie debet esse congrua, ⁊ correspondere legitime.
28 Es alienum debet in constitutione dotis considerari: extensio
enim eris alieni preiudicat actui dotandi.
29 Nubendum est pari, vt euitetur contemptus imparis.
30 Testes non verisimiliter non deponentes quandā falsitatis ima
ginem habere censentur.
31 Renuntiatio iuris futuri parte presente ⁊ tacente, an semper te-
neat.
32 Ratio differentie inter pactum ⁊ renunciationem seu repudia-
tionem que sit.
33 Verba de quibus in. l. tale pactum. in princ. ff. de pac. non indu-
cunt renunciationē iuris de futuro, sed iuris competentis de pre-
senti.
34 Prescriptio non currit aduersus fideicommissum conditionale.
35 Dos materna ab auo materno profecta debet nepoti regulariter
imputari in legitimam, nisi statutum vel consuetudo sit in contra
rium: vel nisi auus ipse esset stipulatus dotem reddi soli filie.
36 Fructus iudicio testatoris percepti an veniant in restitutione fi-
deicommissi.
37 Expense circa negotium hereditarium facte sunt inter heredes
conferende cum melioramento indesecuto.
38 Vsufructuarius vniuersalis tenet soluere legata annua ex ipso
vsufructu, seu ex fructibus quos percipit.

¶ Epitome.

¶ Apologeticum Consilium: in quo respōdetur ad iura, per que aliena bona alij occupabant pretextu substitutionum, quibus se occupatores vocari asserebant: cum tamen actores ipsi vocarent. Ceterum arenas maris citius collegeris, ꝙ tam variū ⁊ multiplex Responsum in summam periodi rediges. V. F.

¶ De instit. ⁊ substitu. Consi. clxj.



Irca processum ceptū
⁊ pendētem indecisum in venerabili sede ⁊ curia
senescallie Bellicardi per ⁊ inter nobilem ⁊ ge-
nerosum virum Aymarum de vero dictum ber
le dominum Archiani actorem ex vna parte, ⁊
nobilem ⁊ generosum virum Raymundum de vaesco dominum
Speluchie, ac dominam Felisiam eius vxorem, ⁊ nobilem Caro
lum de vaesco eorū communem filium reos ex alia, Queritur de
duobus. Primo an substitutio parte dicti nobilis actoris allega
ta, ⁊ in vim cuius egisse reperitur in hac causa, fuerit ⁊ sit purifica
ta: ⁊ an intentio eiusdem nobilis actoris fuerit ⁊ sit sufficiēter fun
data. Scđo an excepta ⁊ alias opposita ⁊ obiecta parte dictorum
nobilium reorum, aut alterius eorundem, eidem actori refragent
seu obstent. ¶ Venio ad primum: super quo premitto in primis
fuisse sufficienter probatū, quod nobilis quondam vir Amedeus
berlionis condidit testamentum: ⁊ qđ ipse de bonis suis disposue
rit tam instituendo quam substituendo, prout ⁊ quemadmodum
fuit parte ipsius nobilis actoris in suo libello articulatum ⁊ de-
1 ductum. † Et hoc apparet per publicum dicti testamenti instru-
mentum in dicto processu parte eiusdem actoris productum: cui
cum in nullo fuerit impugnatum, nec possit impugnari, fuit ⁊ est
plena fides adhibenda. l. cum precibus. ⁊ qđ ibi glo. super verbo
oportet. ⁊ docto. C. de probat. ⁊ l. fi. ⁊ quod ibi glossa super verbo
manifestum. C. de rebus creditis. vbi probatur iuncta glos. quod
publicum instrumentum facit rem manifestam: qđ etiam voluit
Baldus in. l. generali. C. de sacrosanct. ecclesi. Inno. in. c. ex insi-
nuatione. de appella. ⁊ in. c. ij. de confirmatio. vtili vel inutili. ⁊ di
2 cit Bal. in. l. imperator. columna. ij. ff. de statu homi. quod † in-
strumentum est veritas apparens, ⁊ probatio probata, ⁊ non pro
batio probanda. Et quod publicum instrumentū faciat rem ma-
nifestam, voluit Bartol. in. l. j. in princip. in. j. q. vbi etiam moder
ni. ff. de noui operis nuncia. Probatum est etiam quod nobilis
Carolus Gastonis frater nobilis Amedei Gastonis, de quorum
quolibet est sermo in dicto testamento, vita functus est ⁊ ab hu-
manis sine liberis decessit ante dictum Amedeum: ⁊ sic nulla po
3 steritas eidem Carolo superfuit: pro eo † quia appellatione poste
ritatis veniunt descendentes, non collaterales seu transuersales.
c. vbicunqȝ. de penis. in vi. l. i. ⁊ quod ibi Alex. de imola, ⁊ l. iiij.
ff. de iure immu. ⁊ l. neqȝ. C. de decurio. lib. x. ⁊ quod not. Bal. in
c. j. de feu. march. Andr. Barba. in repeti. l. cum acutissimi. char
ta. v. columna. ij. versic. ⁊ etiam qꝛ appellatione posteritatis. C. de
fideicom. Ex quo infertur quod substitutio facta de dicto nobili
Carolo fratre, ⁊ post eum, ⁊ eo non extante, eius posteritate ma-
sculina. in nullo refragatur dicto nobili Aymaro. Preterea etiā
constat, tam per depositiones testium parte dicti actoris in hac
causa productorum, quam per preposita ⁊ deducta parte dictorū
reorum in quarto articulo schedule exordientis, Addendo ⁊c. ꝙ
dictus nobilis Amedeus gastonis vita functus est, ⁊ ab huma-
nis decessit sine prole masculina: eo scilicet quia sibi non superfue
runt nisi due filie: prefata videlicet nobilis Felisia ⁊ nobilis Isa-
belis eius soror, insuper ⁊ dictus nobilis Carolus de vaesco ex di
cta nobili Felisia eiusdem nobilis Amedei gastonis nepos, qui
dici non potest aut de iure debet proles masculina eiusdem Ame
dei, per id quod notat Joannes Andreas in addi. Specul. titu.
de testamentis. super rub. columna penultima. versic. sub hoc tit.
generali ⁊c. vbi post Richard. malum. in quadam sua questione
4 exordiente, Titius habens duos fratres ⁊c. determinauit, ꝙ si
quis heredi per se instituto aliquem puta Sempronium vel eius
heredes masculos substituerit: ⁊ contingat post mortem testato-
ris viuente adhuc herede instituto mori Sempronium relicto ne
pote ex filia mortua, vel tunc viuente: ⁊ demum moriatur heres
rogatus: non erit locus fideicommisso in personam nepotis. Ea-
dem enim est ratio in excludenda psona dicti nepotis, que erat in
excludenda eius matre. Quemadmodum igitur admitti non de
beret eius mater si viueret, pro eo quia non est masculus: ita nec
admitti debet nepos ex ea, quāuis masculus existat: ne videatur
idem nepos esse melioris conditionis quam mater eius, que eum
precedit in gradu, contra. l. si viua matre. C. de bonis maternis.
Idem etiam voluit Paul. de Castr. in simili in. l. gallus. §. nunc
de lege. versic. secus si dixisset pro se ⁊c. ff. de liberis ⁊ posthumis.
5 vbi determinat † qđ si quis emphyteosim recipiat pro se ⁊ suis
descendentibus masculis, non comprehendatur nepos masculus
natus ex filia, vel pronepos natus ex nepte. Pro quo alleg. Spe
culatorē tit. de loca. §. nunc aliqua. versic. xlvi. Bald. in. l. j. C. de
conditionibus insertis. ⁊ Joan. Andr. in loco superius allegato.
Et idem voluit etiam Alexander de imola in. l. adoptiuum. §. li-
beros. versic. quid autem si recepisset. ff. de in ius vocando. Pro
quo facit quod not. Alexan. de imola. in. l. ex facto. §. fin. colum.
j. ff. ad trebellianum. vbi voluit quod si in aliqua dispositione fiat
mentio de liberis masculis, non comprehēditur nepos ex filia fe-
mina: pro quo multa inducit: ⁊ inter alia remittit ad notata per
Specul. titu. de loca. §. nunc aliqua. versi. xlvi. vbi concludit, qđ
si aliquis rem aliquam receperit in emphyteosim pro se ⁊ suis fi-
lijs masculis: ⁊ supersit nepos ex filia: ad illum non pertinebit res
huiusmodi. Et cum hac determinatione transeunt Bald. Ang.
Paul. de castr. ⁊ Alexander de imola: qui pro ea multa inducunt
in. l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius vocan. Et sequitur dominus
Jas. may. in. l. ij. col. xvj. versi. addo tamen quod si aliquis. C. de
iure emphyteotico. Pro hac determinatione etiam facit quod
voluit Paulus de castr. in dicta. l. sed si hac. §. liberos. versiculo,
item si aliquis. vbi dicit quod si grauatus sub conditione, si dece-
deret sine filijs masculis, decedat cum nepotibus masculis descē-
dentibus ex filia femina, non videtur decedere cum liberis mascu
lis. ⁊ sic videtur extare conditio substitutionis: quia in conditio-
ne fuit appositum verbum masculis. Pro quo allegat Paulus
de castro. Speculatorē in dicto versi. xlvi. Etiam pro predictis
bene faciunt multe rationes ⁊ motiua inducta per Baldum con
silio. cccxxxviij. exordiente, Quidam magnus nobilis habens in
suo patrimonio multa castra, in prima parte: vbi refert Baldus
quod quidam magnus nobilis habens tres filias, in certis quan
titatibus eas heredes instituit: fratrem vero heredem vniuersa-
lem instituit: cui multas filias ⁊ earum filios substituit, si contin-
geret ipsum fratrem sine liberis masculis ab humanis decedere:
qui frater postea ab humanis decessit superstite vno nepote ma-
sculo ex eius filia predefuncta. Querebatur an esset locus substi-
tutioni in persona predictarum filiarum aut filiorum earundem:
an vel super existētia dicti nepotis masculi repellere deberet filias
substitutas, vel earum nepotes. Super quo casu seu dubio consu
luit Baldus vbi supra ⁊ multis rationibus ⁊ motiuis, quas non
refero, ne prolixior existam, determinauit ⁊ conclusit locū esse sub
stitutioni: ⁊ quod prefatus nepos ex filia repellere non deberet fi-
lias substitutas. Etiam pro predictis bene facit qđ voluit Mat-
the. de materel. singu. cxxxj. exordiente, Nota vnum dictum sin-
gulare quod appellatione ⁊c. vbi dicit quod appellatione libero-
rum masculorum non comprehenduntur nepotes masculi ex filia
viuente vel mortua. Et ideo si testator instituerit fratrem suū he
redem vniuersalem: ⁊ ei si decesserit absqȝ liberis masculis substi
tuerit titiū, ⁊ deinde post fratrē heres institutus ⁊ grauatus dece
dat superstite nepote masculo ex filia sua superstite ⁊ viuente vel
mortua, vocat substitutus: non obstante superexistentia nepotis:
pro quo allegat Joan. and. in loco superius allegato. licȝ in addi.

Specu.titu.de testa.super rub.col.penult.ꝛ refert quod ita con-
suluerũt Anto.de but.Pet.de ancha,Sal.ꝛ Flo.de sancto Pe-
tro,ꝛ ipse Matthe.de mate.in causa propria. Etiam reperio q̃d
cũ testator hẽs filiũ ꝛ duos fratres,ipsos fr̃es hr̃des istituisset:ꝛ
si sine liberis masculis ab humanis decessisset: dictam eius filiã
substituisset:ꝛ deinde alter ex dictis fr̃ibus superstite nepote mas
culo ex filia ab humanis decessisset: ꝛ alter superstite nepote fi-
lio,consuluerunt Salicet⁹ ꝛ Petrus de anchar. quod filia sub-
stituta succederet in portione illius,qui decessit superstite nepote
6 masculo ex filia.† ꝛ isti omnes videntur in hoc conuenire ꝛ con-
cordare, ꝙ ille q decedit superstite nepote masculo ex filia non
propterea dici debeat decedere superstitibus liberis masculis.
Ad premissa etiam faciunt not.per docto.maxime per Baldum
Sal.ꝛ Paul.de castro in.l.maximum vitium.C.de liber.prete.
35 materno, et illam transtulit in nepotes. † Et quod maternam dotem ab auo materno profectam debeat nepos regulariter sibi imputare in legitimam, tenent docto. cõmuniter, scilicet Bartol. in consilio suo exordiente, Gilbertus dedit dotem etc. Bart. Ange. Pau. de ca. et alij in. l. in quartam. ff. ad leg. fal. Paul. de castro, Roma. Alexã. de imol. et Moder. in. l. illam. C. de colla. et alij in alijs locis, et hoc tam scribendo, q̃ consulendo. Dixi autem regulariter: qz hoc fallit quando statutum vel cõsuetudo est in cõtrarium, vel quãdo auus ipse esset stipulatus dotẽ reddi soli filie. Et idem forte si in presentia ipsius aui eiusdemq patris fuisset filia stipulata dotem sibi soli filie restitui: tunc enim in dote tanq̃ filie appropriata succedere potest sue matri tanq̃ illius heres: qz illã immediate haberet a matre, non ab auo: et sic in illis casibus non imputat. l. scimus. §. repletionem. C. de inoffic. testamen. Sed nõ apparet q aliquis ex illis casibus occurrerit in casu nostro: et ideo non est insistendum. Preterea vbi non essemus in casu, in quo dos non deberet imputari in legitimam, prout non sumus: deberent

deberent ut videtur fructus percepti, quatenus excedūt dictam quartam, imputari in dotem, hoc est in solutionem dotis, ⁊ in solutionem alterius eris alieni, si qd eidem quondam Amedeo gastonis debebatur per Amedeum berlionis. l. quod de bonis. §. quod auus. ⁊ quod ibi scribentes. ff. ad legem Falcid. ⁊ l. mulier. la. j. §. cum proponeretur. ff. ad trebel. ⁊ hoc maxime videtur procedere in casu de quo queritur, in quo dicti rei pretendunt potuisse diminuere de fideicommisso pro constitutione dotis dicte nobilis Felise. Pro quo si placet videri poterit Ange. consi. cxliij.
36 exordiente, † An in restitutione fideicommissi veniant fructus percepti testatoris iudicio: vbi clarissime ostēdit q licet fructus iudicio testatoris percepti cedant regulariter lucro heredis. l. in fideicommissariam. in princip. §. i. ff. ad trebellia. hoc tamen fallit in multis casibus: ⁊ signanter in septem, quos ipse ibi commemorat: quorum septimus non inopportune videtur huic casui ⁊ intentioni dicti nobilis actoris suffragari. Et per hec patet responsio non solum ad dictam septimam oppositionem, in qua excipiunt dicti rei de legitima prefati Amedei gastonis, sed etiam ad octauam, in qua opponunt de dote dicte quondam nobilis Francesie, ⁊ de quibusdam alijs pretēsis debitis, ⁊ in quibus pretendunt dictum quōdam Amedeum berlionis fuisse obnoxium Amedeo gastonis suo nepoti.

37 ¶ Nono opponunt dicti rei de quibusdam pretensis expensis, impensis pro necessarijs aut vtilibus reparationibus factis in rebus hereditarijs: quas pretendunt se posse repetere, ⁊ sibi consulere per viam retentionis, forte per. l. domos hereditarias. ff. de lega. j. Sed super hoc articulo est aduertendum, non esse inspiciendum quantum impensum extiterit, sed inquantum appareāt nunc esse meliora illa bona reparata. d. l. domos. ⁊ qd ibi docto. ⁊ in solutione harum expensarum debent dicti rei contribuere, hoc est minus retinere, habito respectu ad illam portionem quam de bonis restitutioni subiacētibus retinere possunt, pro eo q hoc onus concernit totum patrimonium dicti quondam amedei berlionis alteri amedeo relictum, per id qd ponit Alexand. de imol. consil. cxxiij. exordiente, Discussis hesitationibus de quibus in themate. col. penul. vel circa, in primo volu.

¶ Decimo opponunt dicti rei, quod dictus nobilis actor non portauerit cognomē ⁊ arma dicti quondam nobilis amedei berlionis, sed de huius oppositionis cōtrario apparuit ⁊ apparet tā per visitationem domorum eiusdem nobilis actoris, q etiam per depositiones testiū, ⁊ publica instrumēta diuersorū cōtractuum, ⁊ aliarum dispositionum eiusdem nobilis actoris: in quibus se cognominat aut gallice berle, aut latine berlionis: ⁊ vt videtur dicti rei cucurrerunt ⁊ currunt post fraudes, ⁊ parum curant de his que sunt bonorum virorum, enitentes vndequaq euertere ⁊ diuersis subterfugijs etiam friuolis dispositionem ⁊ voluntatē testatoris: ⁊ non aduertunt q dictus nobilis raymundus, qui se dicit esse tante nobilitatis, habuerit cognatos: ⁊ quidem bonos viros, scilicet dnm de campis, mōtisbonis, ⁊ de becona: qui licet nobiles extiterint, ⁊ sint: nō sunt tamē tales qui se dicāt esse dignos dote quam sibi vel debuisse vel potuisse constitui per dictū quondam amedeum gastonis pretendit ipse nobilis raymundus.

¶ Undecimo opposuerunt dicti rei de expensis quorundam pretensorum cantariorum pro tempore per dictum quondam amedeum gastonis solutis. Sed hec oppositio frustratoria est, cū ad expensas huiusmodi pro tempore teneretur idem gastonis, vt pote fructus percipiēs: cum ⁊ ad illa teneretur vsufructuarius: per id qd habetur in. l. hactenus. in. l. si pēdentes. §. si quid cloacarū. ⁊ quod ibi Bald. ff. de vsufruc. ⁊ in. l. quero. ff. de vsufruc. lega. facit. l. cum non solum. §. si autem es alienum. C. de bon. que libe.
38 vbi probatur † q vsufructuarius vniuersalis tenetur soluere legata annua ex ipso vsufructu, seu ex fructibus quos percipit. facit etiam. l. lucius. §. idem respondit. el. ij. ff. ad municipa. ⁊ qd scribunt docto. in. l. neq. ff. de impen. in rebus dota. fact. in quibus locis habetur de marito, qui tenetur soluere collectas pro fundo dotali ⁊c. Qd si ita est de vsufructuario, qui minus ius habet in proprietate ⁊c. q heres sub conditione grauatus: ⁊ etiam in marito, cuius dominium est resoluēdum post solutum matrimoniū. l. in rebus. C. de iure do. ⁊. l. j. C. solu. matri. non video cur ⁊ hoc esse non debeat in hoc casu.

1 ☞ Mulier vel vxor relicta domina ⁊ vsufructuaria non dicit habere vsumfructum verū si supersunt liberi testatoris heredes instituti, secus si non supersint liberi, sed extranei.
2 Uxor dicitur domina bonorum viri sui ipso viuente propter vite societatem ⁊ vinculum coniugale.
3 Uxor vsufructuaria relicta an teneatur ad solutionem vel satisfactionem eris alieni.
4 Dispositio quod vsufructuarius teneatur ad solutionem omniū legatorum, qualiter sit extendenda vel restringenda.
5 Lucrum non capere ⁊ habitum perdere differunt.
6 Usufructuarius an teneatur ad reparationem rerum hereditariarum.
7 Usufructuaria relicta omnium bonorum debet facere inuentarium omnium bonorum hereditariorum.
8 Uxor vsufructuaria omnium bonorum relicta de quibus tenebitur rationem reddere.
9 Usufructus extinguitur morte vsufructuarij.
10 Inuentarium bonorum rerum hereditariarum intra qd tempus ab adita hereditate fieri debeat.
11 Termino solutionis dotis de bonis hereditarijs fiende preterito, ad quorum bonorum venditionem sit procedendum.
12 Usufructu omnium bonorū legato, nihil non legatum censetur.
13 Rerum appellatione in materia legati veniunt etiā nomina debitorum.
14 Usufructuarius mādatum censetur habere a proprietario circa concernentia vsumfructum.

¶ Epitome.

¶ Usufructuarius cauere debet de bene vtendo fruendo, ⁊ restituendo ea que vsu non consumuntur, ⁊ estimationem eorum que vsu consumuntur: nec impedire debet confectionem inuentarij bonorum hereditariorum. U. F.

¶ De vsu ⁊ vsufruct. Consi. clxiij.



Ex themate mihi transmisse consultationis parte nobilis ⁊ honeste mulieris Gabrielis chapuisse, relicte nobilis Ioannis de martineria, ⁊ ex donationibus, dotis constitutione, testamento, ⁊ codicillis, quorum omnium fuerunt instrumenta seu eorum copie mihi transmisse, eliciuntur multa ⁊ varia, pulchra ⁊ magna dubia: quorum aliqua principaliter cōcernunt ipsam nobilem Gabrielam ⁊ vsumfructum sibi relictum per dictum quondam Ioannem: quibus propterea videtur mihi respondendum: alia vero principaliter concernunt heredem eiusdem quondam Ioannis: ⁊ sunt discutienda inter eum ⁊ alios non inter ipsum ⁊ dictam nobilem Gabrielam: quibus propterea non videtur mihi respondendum sumptu ⁊ expensa ipsius nobilis Gabriele: de cuius etiam conscientia aut voluntate non puto dubia seu quesita huiusmodi processisse. Illa igitur pro nūc omittam, paratus alias respondere super illis vel sibi si petierit: vel heredi. Omittendo igitur primum ⁊ secūdum quesita, venio ad tertiū: in quo sunt multa quesita. Primo enim queritur vtrū omnes fructus totius testamentarie hereditatis ex integro per-
1 tineant ad dictā nobilem Gabrielam vsufructuariam. † Ad qd respondeo in primis qd licet vxor relicta domina ⁊ vsufructuaria non censeatur habere vsumfructum verum, quando supersunt liberi testatoris heredes instituti, sed solum victum ⁊ vestitum, ⁊ quandam preeminentiam in domo, prout habebat tempore vite viri, iuxta consuetudinem de qua per gloss. ⁊ docto. in. l. vnica. C. si secundo nup. mul. per Barto. ⁊ docto. in. l. titia cum testamento. §. titia cum nuberet. ff. de lega. ij. ⁊ per Bald. in. l. fin. C. de indic. viduita. tollen. tamen istud non procedit quando non supersunt liberi heredes instituti, sed extranei: tunc enim mulier relicta domina ⁊ vsufructuaria omnium bonorum est vera vsufructuaria: ⁊ non solum debet habere victum ⁊ vestitum ⁊ preeminentiam in domo, sed vsumfructum, secundum Bartol. Bald. ⁊ Ioan. de imo. in dicta. l. titia cum testamento. §. titia cum nuberet. Bal. in dicta. l. fina. C. de indicta viduita. tollen. Ang. Sali. Raph. Fulgo. ⁊ docto. cōmuniter in dicta. l. vnica. C. si secunda nupse. mul. ⁊ ita etiam tenent omnes Moderni tam in scribendo quā consulēdo, sc3 quod eo casu quando sunt instituti extranei cēseatur relictus vsusfructus: ⁊ dicunt quod verbum domina, non importat qd vxor debeat habere dominium omnium bonorum, sed quandam preeminentiam in domo, prout habebat in vita
2 viri: † qz vxor dicitur quasi domina bonorum viri in vita eiusdem viri: qz societas vite eam quodammodo dominam facit. l. j. ff. rerum amota. l. j. §. si vir. ff. ad syllan. facit. l. qui marco. in princip. ff. de annu. lega. ⁊ l. fi. §. vxor. ff. de auro ⁊ argen. lega. vbi vxor appellatur domina. est enim socia diuine ⁊ humane domus. l. aduersus. C. de crimine expi. here. l. j. ff. de ritu nuptia. ⁊. l. quamuis cum sua gloss. C. de fur. Ob quod dico non esse repugnantiam in dicto legato, in quo dicitur prefatum Ioannem testatorem dictā nobilem Gabrielam reliquisse dominam ⁊ vsufructuariam: qz vt dixi non censetur voluisse quod esset domina ⁊ vsufructuaria: qz hoc fieri non potest: ⁊ sic verbum domina, non proprie assumitur, sed prout predixi importat preeminentiam. Dico insuper quod ipsa debet habere vsumfructum in omnibus bonis hereditarijs, ex quo omnium bonorum vsusfructus sibi relictus est: q: qui totum vel omne dicit: nihil incomprehensum derelinquit. c. solite.

de maiorita.⁊ obedientia.c.si romano.xix.dist.⁊.l.iulianus.ff.de legat.iij.⁊ in terminis nostris in.l.vsufru.bonorum.ad finem.ff. ad legem Falcid.dicitur,quod nulla res est que non contineatur in vsufructu bonorum,⁊ loquitur.d.l.in vsufructu bonorum indefinite relicto:fortius ergo quando relictus vsusfructus omniū bonorum vniuersaliter,vt in casu:⁊ vult gloss.in dicta.l.vsufructu legato,quod comprehendantur etiam res,in quibus non cadit proprius vsusfructus,prout sunt res que vsu consumuntur, vel etiam diminuūtur:veluti granum,vinum,oleum,sal,fructus, vestimenta,⁊ alia de quibus in titulo de vsufructu earum rerum que vsu consumuntur:⁊ quod etiam talia comprehendantur in dicto vsufructu probatur in.l.quoties.§.fina.ff.de vsufru.iuncta.l. cogi.in prin.ff.ad trebel.

3 ¶ †Queritur preterea in dicto dubio,an dicta vsufructuaria teneatur soluere aut supportare expensam funeris,ac legata ⁊ alia debita predicti testatoris. Pro eius solutione premitto,qđ funeris impensa censetur esse es alienum.l.j.§.fina.ff.ad legem falcid. quinimo videtur esse supra omne es alienum.l.impensa.ff.de reli.⁊ sump.funerum. Propter quod videtur respondendum de funeris impensa id quod de ere alieno. An autem es alienum debeat solui per legatarium,cui est relictus vsusfructus omniū bonorum,vel per heredem,aut per vtrūq;:dico ⁊ respondeo quod super hoc sunt opiniones. Barto.enim in.l.fin.ff.de vsuf.legato dicit quod vsufructuarius omnium bonorum tenetur de fructibus satisfacere creditoribus hereditarijs,⁊ sic soluere debita hereditaria. Et mouetur Barto.motiuis ⁊ rationibus de quibus ibi per eum:quas causa breuitatis non refero.

¶ Sed contra Bart.facit.d.l.vsufructu legato.⁊.l.fina.§.finautem es alienum.C.de bo.que libe.per quos text.probatur quod es alienum solum debeat detrahi de bonis hereditarijs:⁊ si in hereditate esset pecunia,de illa solui deberet:⁊ si non sit pecunia hereditaria,debēt bona hereditaria primo mobilia,deinde immobilia vendi ⁊ distrahi pro solutione eris alieni:⁊ sic non fiet solutio ex integro per dictam legatariam,nec fiet ex integro per heredem:sed ambo contribuent:heres videlicet in proprietate bonorum que venduntur,⁊ dicta nobilis gabriela in vsufructu quem habet in bonis que vendentur. Et hec est sententia cōmunis doctorum,quam tenent Bald.Pau.de ca.⁊ moderni in.d.l.fi.§.finautem es alienum.C.de bo.que libe. Alex.de imo.in.d.l.vsufructu legato. Et ita etiam egregie consuluit Paul.de castr.consi.cccclxxxviij.exordiente,In casu qui vertitur.vbi impugnat ⁊ quidem multis ⁊ bonis fundamentis doctrinam Bar.positam in.d.l.fi. ff.de vsufruc.lega. Et idem consuluit Andr.Barba.consil.lxiij. exordiente,Illud referam in medium quod preclare scripsit gloriosus apostolus ⁊c.in tertia parte,⁊ do.Bartho.soc.consi.cxxxi. exordiente,In presenti consultatione de pluribus satis confuse queritur ⁊c.col.vi.ver.demum etiam dubitatur vlterius vtrum dicta vsufructuaria omnium bonorum teneatur ad debita hereditaria,in prima parte. Quo vero ad legata per testatorem relicta dico quod Bar.in.d.l.fi.ad fi.ff.de vsufruc.lega.voluit quod illa solum debeantur per heredem,non per vsufructuarium. Et idē voluit Alex.de imo.in.d.l.vsufructu legato,⁊ plenius And. Barba.in.d.consi.lxiij.vbi etiam respondet ad.d.§.finautem es alienum.versi.finautem lega.per quem tex.voluerūt aliqui quod legata deberent solui per legatarium vsusfructus omnium bonorum,⁊ non per heredem:nisi tot essent legata soluenda quod exhaurirent vires vsusfructus:q: tunc fatentur quod de proprietate debeant solui legata,ar.l.qui concubinam.§.qui hortos.ff.de

4 lega.iij. †Et dicunt quod dictus ver.finautem legata.disponēs q vsufructuarius teneatur soluere legata,loquitur in patre vsufructuario bonorum aduentitiorum filij ex dispositione legis:cū qua,vt dicit Alex.de Imo.vbi supra,mitius agitur.l.celsus.ff. de arbi.ibi etiam non habent pater vsufructuarius ⁊ legatarij parem titulum : q: legatarijs debentur legata ex dispositione testatoris:vsusfructus vero debetur patri ex dispositione legis,⁊ preter mentem seu voluntatem testatoris. Quo fit vt non sit mirum si pater teneatur soluere legata de fructibus:⁊ sic minus discedatur a voluntate testatoris,qui bona filio reliquerat: sed in casu nostro habent alij legatarij ⁊ dicta nobilis Gabriela parem titulum:quemadmodum enim alijs debētur legata ex voluntate ⁊ dispositione testamentaria dicti quondam nobilis Joannis:ita ⁊ huic nobili Gabriele debetur vsusfructus ex voluntate ⁊ testamentaria dispositione predicti testatoris,qui eam habere voluit vsumfructum omniū bonorum:⁊ sic isto casu legatariā facere fructus suos est conforme voluntati testatoris:⁊ ideo nō tenetur soluere legata ex fructibus. Et si quis dicat,Quare secus est in ere alieno,in cuius solutione vt predixi cōtribuūt heres quo ad proprietatem,⁊ legatarius quoad vsumfructum quem habet in bonis que vendūtur pro solutione eris alieni: Rńdeo quod hoc contingit ex eo quia creditores tractant de damno euitādo:

5 legatarij vero tractant de lucro captando. †Non sunt autem paria lucra non capere ⁊ debita perdere.l.fi.C.de codicil. Et ideo q̄uis pro solutione eris alieni vendi debeant bona hereditaria ad hoc necessaria:non tamen est rationabile quod illa vendantur pro solutione legatorum:vt etiam quo ad hoc perdat omnino vsufructuaria legatum,quod habet in bonis que venderentur:quia omnes legatarij debent esse pares.l.querebatur,⁊ quod ibi Ange.⁊ Alexand.de imol.ff.ad legem Falcid.l.priuilegia.ff. de priuileg.credito.⁊ sic pro rata debet cuilibet satisfieri:⁊ si vendatur de bonis hereditarijs,vt ei satisfiat:non tantum vendētur quin conseruetur rata dicte nobili Gabriele legatarie vsusfruct' omnium bonorum,vt dicit Alexand.de Jmol.in dicta.l.vsufructu legato:quod etiam fuit de mente Bartol.in dicta.l.fina.ad fin.ff.de vsufruc.lega.vbi dicit legatarium vsusfructus concurrere cum alijs legatarijs.

¶ Quo vero ad lites dico ⁊ respondeo,quod istud quesitum est nimium generale:deberent enim exprimi ⁊ specificari ille lites, quia ille possunt esse tales,que in nullo preiudicarent nec preiudicare possent vsufructui dicte nobilis Gabriele. Si vero eidē possent preiudicare:vt verbi gratia,si quis forte pretenderet quod bona hereditaria aut aliqua ex eis non pertinerent dicto quondam Joāni tempore vite ⁊ mortis:vel si forte pretēderetur quod illa aut eorum pars subiacerēt restitutioni in vim fideicommissi seu fideicommissarie substitutionis:tūc dico quod iste cause debent principaliter defendi per dictū heredem,⁊ sumptu suo:quāuis etiam fatear quod dicta nobilis Gabriela possit interuenire,

6 ne fiat collusio in sui preiudicium:⁊ debebit contribuere in expēsis pro rata. Quo vero ad expensas reparationum,de quibus in dicto quesito dico qđ modica reparatio fieri debebit sumptu dicte vsufructuarie,sed magne reparationes fieri debebūt sumptu ⁊ expēsa dicti heredis,per id qđ habetur in.l.eū ad quem,⁊ quod ibi gloss.⁊ docto.C.de vsufru.⁊ Bartol.in.l.cotem ferro.§.fina. colla.penulti.versicu.septimo quero:ibi,secundum quod vertitur in refectione est impensa ⁊c.⁊ versicu.sequen.ff.de publicia.

7 ¶ †Ad quartum dico ⁊ respōdeo,qđ ipsa nobilis Gabriela debet facere inuentarium seu descriptionem de bonis hereditarijs, in quibus habet vsumfructum:vt voluit Benedictus de benedic.consilio.ix.in primo quesito,⁊ Alexand.de imol.consilio.lvi. exordiente,habita super narratis in themate opportuna consideratione.col.ij.vel circa.versi.posito ergo qđ legatum vsusfructus debeat habere effectum ⁊c.in tertio volu. Et videntur isti sentire qđ istud inuentarium seu descriptio non fiet per se seu seorsum ⁊ ad partem:sed fiet in instrumento cautionis seu satisdationis,quā prestare debet ipsa nobilis Gabriela de vtendo fruendo arbitrio boni viri quo ad res ⁊ bona que vsu non consumuntur,⁊ de eis restituendis finito vsufructu. Quo enim ad alia que vsu consumuntur,illa estimabūtur:⁊ deinde prestabitur cautio de restituenda estimatione seu pretio ad qđ estimabuntur finito vsufructu:⁊ sic fiet publicum instrumentū,in quo dicta nobilis Gabriela confitebitur ⁊ recognoscet se habuisse ⁊ recepisse a tali vniuersali herede talis seu eius patre vel auo legitimo administratore iure vsusfructus sibi relicti per dictum quondam nobilem Joannem in omnibus bonis suis bona sequentia. Et primo talem domū ⁊c.⁊ sic describentur omnia,veluti domus,prata ⁊ alia que vsu non consumuntur:quibus promittet vt predixi vti arbitrio boni viri,⁊ ea restituere finito vsufructu. Preterea etiam designabuntur bona que vsu consumuntur ⁊ pretia ad que appretiabuntur:occasione quorum ipsa promittet soluere pretia ⁊ estimationes finito vsufructu:⁊ si in hereditate sit pecunia,illa numerabitur,⁊ etiam designabitur in instrumento:⁊ tantam pecuniam soluere promittet dicta nobilis Gabriela:⁊ pro his omnibus dabit fideiussorem aut fideiussores sufficientes. Et isto modo fiet inuentarium de dictis bonis:non per se ⁊ seorsum,vt predixi,sed in instrumento cautionis ⁊ satisdationis. Et q: istud instrumentum fiet ad cautelam,⁊ pro conseruatione iurium heredis: videtur quod potius fieri debeat sumptu ⁊ expensa heredis,q̄ dicte legatarie,reg.quisentit.de regu.iur.in.vj. Nec eidem nobili Gabriele suffragatur releuatio a confectione inuentarij,quominus scilicet illud faciat,vt predixi:q: ipsa tenetur cauere seu satisdare:q: ab hoc onere non reperitur releuata,nec etiam potest releuari.l.j.⁊ qđ ibi omnes scribentes.C.de vsufructu.qđ etiam voluit Benedictus de benedic.⁊ Alexander de imola in multis consil.qui multa inducunt. Et in cautione satisda

8 tionis huiusmodi necessario exprimuntur bona. †Quo vero ad computum ⁊ restitutionem reliquorum dico ⁊ respondeo,q ipsa tenebitur reddere rationem quoad bona que vsu non consumuntur,vt videatur an fuerit eis vsa arbitrio boni viri,an non: vt sic videatur an ratione vsus minus liciti teneatur ad aliquid: non autem quoad fructus,prouentus ⁊ redditus:q: cum isti sint futuri sui quandiu viuet in viduitate,ipsa non tenebitur de illis

de illis reddere rationem, nec illos aut eorum partem restituere dicto heredi.

9 ¶ † Ad quintum dico & respondeo, quod quarta trebellianica detrahitur per heredem vniuersalem institutum de vniuersali fideicommisso: & hec detractio fit aduersus fideicommissarium seu substitutum: sed nõ propterea perit aut diminuitur vsusfructus: quia morte vsufructuarij extinguitur vsusfruct⁹, aut. de here. ab intesta. §. i. & quod ibi Barto. colla. ix. & qđ not. Matthe. de mat. in suo trac. de succes. ab intesta. Gloss. in. l. iij. C. de bo. que libe. & Francis. de are. consi. lxxij. col. ij. in princi. Sed si fortasse quereret de falcidia, respondeo quod ipsa detrahitur de legatis, quando scilicet testator per legata aut particularia fideicommissa exhaurit hereditatem: vt quia legat vel per particularia fideicõmissa relinquit vltra quam habeat in bonis, vel vltra dodrantem seu nouem vncias bonorum suorum: tunc enim tantum detrahit de legatis, vt habeat quartam partem bonorum: alias vero si legata non excedant dodrantem, nihil detrahit. Et quia puto heredem dicti quondam nobilis Joannis habere in proprietate predictorũ bonorum, etiam solutis omnibus legatis, non solum quartã partem, sed longe vltra: non puto quod ipse heres, vel ex persona ipsius eius pater seu auus possit pro falcidia aliquid detrahere.

¶ Ad sextum dico & respondeo qđ dictus heres, seu pro eo pater vel auus eius potest facere inuentarium de dictis bonis inuita dicta nobili gabriela, si videlicet hereditas prefati quondam Joannis fuerit adita vel adeatur cum beneficio inuentarij: & hoc ne teneatur vltra vires hereditarias: & vt sibi salua sint iura & actiones, si que sibi competebant contra dictum quondam Joannem: & etiã vt possit detrahere falcidiam, si & vbi hereditas fuisset legatis aut fideicommissis particularibus vltra dodrantem exhausta, iuxta ea que habentur in. l. fina. C. de iure delibe. Et in isto inuentario ponentur non solum alia bona: sed etiam fructus recollecti ante mortem dicti testatoris. Et idem dico de fructibus perceptis & recollectis anteq̃ cesserit dies legati vsusfruct⁹. l. fructus pendentes. ff. de vsufruc. facit. l. si vsusfructus. in princ. eo. titu. & l. cum libertatem. ff. de fideicom. liber. dies autem legati vsusfructus cedit a die adite hereditatis. l. j. in fi. ff. quan. dies vsusfr. lega. ced. & l. j. §. libertatibus. C. de cadu. tollẽ. & d. l. vsusfructus. in prin. quia isti fructus pertinent ad dictum heredem, prout & alia bona hereditaria: quia fructus recollecti in vita testatoris, vel post mortem iacente hereditate non iudicantur vt fructus, sed vt bona hereditaria. l. ita tamen. §. j. in fi. ff. ad trebel. & qđ not. Jo. de imo. in. l. in fideicommissariam. ff. e. tit. & hoc est verum nisi heres dolo deferat adire hereditatem: nã tunc quãuis fructus ipsi interim percepti efficiantur hereditarij, & pertineant ad heredẽ, & non acquirantur vsufructuario: tamen heres tenet ipsi vsufructuario ad resarciendũ dãnũ, & in cõsequentiã ad fructus interim perceptos: & hoc ratione doli. d. l. si vsusfructus. & qđ not. gloss. in d. l. si pendentes. in prin. Et quãuis dicti fructus recollecti ante aditã hereditatem pertineant ad heredem, prout cetera bona hereditaria: tamen dicta nobilis gabriela habet vsumfructum in dictis fructibus prout in ceteris bonis hereditarijs, vt superius dixi, ex quo omnium bonorum vsusfructus sibi relictus est: cauebit tamen vt superius dixi de restituẽda eorũ estimatione finito vsu-
10 fructu. † Nec debet differri confectio inuentarij quousq̃ fructus consolidentur cum proprietate: quia inuentarium fieri debet infra tres menses a tempore adite hereditatis, quando bona sunt in eadem prouincia, vel infra annum si a locis in quibus sunt res hereditarie, vel maxima earum pars posita est, heres penitus absit, iuxta id qđ habetur in. d. l. fi. §. sin autem dubius. & §. sin autem a locis. C. de iure delibe. Et fiet huiuscemodi inuentarium sumptu & expensa bonorum hereditariorum. d. l. fi. §. in computatione.

¶ Ad septimum non respondeo, pro eo quia istud principaliter concernit dictum heredem, & debet discuti sumptu suo.

11 ¶ † Ad octauum dico & respondeo qđ si termini solutionum fiendarum de dote nobilis antonete preterierint: illa debet solui domino marito illius, & de pecunia hereditaria, si que sint: si vero non sit, debet fieri venditio de bonis mobilibus, si sint: aut si non sint, de alijs. Et in hac solutione contribuunt & heres & dicta nobilis gabriela: heres scilicet in proprietate eorum que vendentur, & dicta gabriela in suo vsufructu quem habet in eisdem bonis: prout superius dixi super tertio quesito quando verbum feci de ere alieno. Si vero termini fiendarũ solutionum nondũ preterierint, non põt dictus maritus dotem huiusmodi exigere nisi iuxta assignationem terminorum: quia conuentio seruanda est. Aliter enĩ idem dominus maritus plus tempore peteret: qđ de iure nõ permittitur. c. vnico, & quod ibi scribentes, de plus petitio.

¶ Ad nonũ dico & respondeo quod dicta nobilis gabriela poterit statim petere libras septuaginta de dote sua solutas, si etiam ille non fuerint solute eodem contextu, sed diuersis terminis, & iuxta conuentionem: qđ dictum procederet etiam si fuisset conuentum inter partes quod dos adueniente casu restitutionis deberet reddi & solui illis eisdẽ terminis & solutionib⁹, quib⁹ soluta competeret suo viro: his enim non obstantibus deberet fauore matrimonij, & ne illud retardetur si contrahere vellet, dos sibi reddi & solui eodem contextu, per text. notabi. in. l. attilicinus. ff. de pact. dota. de de quo miratur ibi Bart. Sed Joan. de imol. in. l. si socio. §. lucius. ff. solu. matri. & post eum Alex. de imo. & do. Jason in. l. de fideicõmisso. C. de transact. & Bal. nouel. de Bartho. in suo tractatu iuris dotium, char. lxxvj. col. i. ver. sic. Item adde ad predicta dum dixi circa pactũ de dote soluenda. Quo vero ad tercentas libras eidem nobili Gabriele in augmentum eius dotis sibi donatas dico, quod ille sibi debent, etiam si verum sit quod tota dos soluta non extiterit: quia, vt apparet ex tenore instrumenti matrimonij dictorum nobilium Joannis & Gabriele, idem Joannes voluit eandẽ Gabrielam hoc augmentum lucrari dote soluta vel non soluta, & sic non obstañ. aut. de non eligen. secun. nuben. §. pe. & transsumptiue in aut. sed que nihil. C. de pac. conuen. Et videtur quod non solum dicte septuaginta libre, sed etiam augmentum predictũ possit eodem contextu peti: pro eo quia accessorium naturam sequi congruit principalis, reg. accessorium, & quod ibi gloss. & scribentes de regul. iur. in. vj. l. cũ principalis. & l. nihil dolo. §. cum principalis. ff. de regulis iuris. cum in isto augmento sit eadem ratio que & in principali, scilicet fauor matrimonij, & ne illud retardetur & eo maxime etiam quia in exorbitantibus fit extensio ex identitate rationis, signanter quando concernunt fauorem publicum, vt not. Joannes de imola in. l. si vero. §. de viro. ff. soluto matri. & fiet solutio de pecunia hereditaria, si sit: alias debebit vendi de bonis & rebus hereditarijs pro fienda solutione, vt superius dixi cum feci verbum de solutione eris alieni.

¶ Ad decimum dico & respondeo qđ, cum dicte nobili Gabriele fuerit legatus vsusfructus omnium bonorum, censetur fuisse legatus etiam vsusfructus nominum seu debitorum. l. vxori mee vsumfructum: ibi, itemq̃ calendarij. ff. de vsufruct. leg. l. vsufru-
12 ctu. ff. ad legem fal. vbi tex. dicit, † quod legato vsufructu bono-
13 rum nulla res est que non cadat in vsufructu legato. † Sed nulli dubium est qđ appellatione rei veniũt etiam nomina debitorum. l. rei appellatione. ff. de verbo. signifi. l. j. ff. si cer. peta. facit. l. quoties. §. fi. ff. de vsufru. iuncta. l. cogi. in princ. ff. ad treb. Et hoc firmat Bart. in. l. si quis seruum. §. fi. ff. de lega. ij. & in. d. l. vxori. & in d. l. fi. ff. de vsufruc. leg. Si ergo eidẽ nobili Gabriele relictus sit vsusfructus etiam nominum debitorum, & vsusfructus huiusmodi esset penit⁹ inanis, si noia seu debita nõ exigerent, adhuc videtur eidem Gabriele permissa facultas exigẽdi: quia qui vult vnum, videtur velle omne id sine quo ad illud non peruenitur. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procur. l. ij. ff. de iurisdic. omnium iudicum. & c. preterea. cum suis similibus. de officio delegati.
14 qđ etiam probatur, † quia vsufructuarius censetur habere mandatum a proprietario circa ea que concernunt rem ipsam in qua est constitutus vsusfructus. l. j. §. fina. cum. l. sequen. ff. de noui operis nunciatio. facit. l. hoc amplius. §. fin. cum. l. sequen. ff. de damno infecto. qđ maxime videtur procedere in hoc casu: quia in legato vsusfructus pecunie venit proprietas pecunie cum onere reddendi tantumdem finito vsufructu. l. si vini. facit. l. hoc senatus. & l. si tibi decem milia. ff. de vsufruct. ea. re. que vsu consumun. Ideo magis debet qđ ipsa pecunia detur per debitores dicte vsufructuarie, q̃ alie res, in quibus cadit proprius vsusfructus. Facit ad predicta: quia actiones iudicantur secundum qualitatem rerum ad quas competunt. l. j. cum sua gloss. C. si aduer. transact. Concludo igitur quod dicta nobilis Gabriela poterit exigere pecunias debitas.

¶ Ad vndecimum dico & respondeo quod, cum fructus per eandẽ Gabrielam percipiendi durante viduitate sint futuri sui, ipsa poterit eos alienare, & de eis disponere in morte & in vita prout de bonis suis: quia in re sua quilibet est moderator & arbiter. l. in re mandata. C. manda. & c. de his. ad fin. cum suis similibus. de sepult.

¶ Ad duodecimum dico & respondeo, quod vsusfructus bonorum de quibus ibi pertinent ad dictam Gabrielam, est tamen verum, vt predixi, quod illa que vsu consumuntur debent estimari: & ipsa tenebitur finito vsufructu reddere estimationẽ, vt superius dixi.

¶ Ad decimumtertium dico & respondeo quod bona hereditaria debẽt esse sub gubernio & dominio dicte nobilis Gabriele: & ipsa cultiuari faciet vineas & terras, vel etiam locabit seu arrendabit eas, si velit, & idẽ de domibus & alijs bonis: & recipiet pecuniam arrendamentorum & partem fructuum, prout conueniet cum renderijs, ita quod de illis in nullo se intromittere debet dictus heres: pro quo facit. l. defuncta. ff. de vsufruct. & l. si quis domum. §. i. ff. loca. & si aliqua bona fuerint per defunctum arrendata, renderij debent sibi respondere de pretio, vel de parte fructuum, prout cõuenerunt cum defuncto.

¶ Ad decimumquartum dico & respondeo quod, cum omnes fru-

etus pertineant dicte nobili Gabriele vsufructuarie, non debebit dictus heres enutriri, vestiri, seu etiam in studiis erudiri sumptibus dicte Gabriele, vel de fructibus bonorum hereditariorum: nec ea inuita habitare in domo, q̃diu erit vidua, z durabit vsusfructus.

¶ Decimumquintum concernit heredem: super quo propterea existimo dominum patrem vel auum petiisse consilium: qd si non est factum, respondeo quod si est minor infante, dominus auus, in cuius patria potestate existit, debet adire hereditatem administratorio nomine dicti eius nepotis: non do. pater, in cuius patria potestate non existit. Nisi forte fuisset emancipatus ante cōceptionem heredis: tūc vero fieret aditio per patrem administratorio nomine filii. Si vero sit maior infante, z qui iam intelligat: debet ipse adire de z cū iussu z authoritate dicti eius aui, aut patris: illius scilicet in cuius patria potestate existit. l. si quis mihi bona. §. iussum. ff. de acquirenda hereditate.

¶ Ad decimumsextum dico z respondeo, qd dicta nobilis Gabriela recipiet fructus per manus suas: non per manus heredis. l. fundi trebatiani, z qd ibi Bartol. ff. de vsufruct. lega. qd etiam voluit gloss. in. l. si quis ita. ff. de vsufruc. z Francis. de aret. consi. xl. exordiente, presupponitur in facto zc. col. ii.

¶ Ad decimumseptimum dico iam fuisse supra responsum, sc3 q dicta nobilis gabriela tenebitur cauere dicto heredi de vtendo fruendo arbitrio boni viri: z de restituendis bonis finito vsufructu, illis sc3 bonis que vsu non consumuntur: z de restituenda estimatione seu pretio eorum que consumuntur.

¶ Ad octauum non respondeo: pro eo q2 illud concernit dictum heredem: z ponitur ibi bonum z magnum dubium: cui cu3 fuero interrogatus parte ipsius heredis, vel dicte domine gabriele bene intelligentis, responde bo: alias nolo eam forte ignorātem grauare in expensis. Que omnia dixerim sub correctione zc.

1 ☞ Timens sibi violentiam, vel fraudem, vel aliud per metum in materia contractus inferri, quo remedio vti debebit,
2 Contractus metu vel dolo extortus an sit validus.
3 Cautus dicitur nō dolosus qui per dolum dolo resistit: z lex permittit dolum dolo vinci.
4 Doli particeps non debet ex suo dolo premium consequi.
6 Opinionum diuersitas nil concludit: ex diuersis enim nō infert.
7 Metus aliter in viro aliter in muliere considerandus.
8 Mulierum genus auarissimum habetur, dicente Bal. miraculum esse si mulier donat.

¶ Epitome.

¶ Metu maritorum vxores, que se adactas iri suspicantur ad obligationem bonorum suorum, clam prius protestentur coram testibus z notario: deinde intrepido quidem corde, sed simulatione cunctanter contrahant. V. F.

¶ Quod met. cau. Consilium. clxiii.



Onsiliū qd dedisse dicitur Dy. z q referunt Bar. Ang. Jo. de imol. Alex. de imo. z docto. cōiter in. l. qui in aliena. §. celsus. ff. de acquirend. here. videtur optime facere pro honesta muliere Catherina, filia quōdam naturali z legitima guyoti so: alias, alias triper, ac filia z vniuersali herede honeste quondam mulieris alayete eiusdem guyoti
1 vxoris. Dicit enim Dy. † q si aliquis timeat sibi inferri violentiam vel metum, seu se cogendū per metū ad faciendū aliquem contractum vel promissionem, remediū est q clā corā testibus z
2 notario protestet, † q si cōtingat hoc eum facere, vult haberi p non facto: q2 facit ex timore: z tunc contractus qui postea fiet erit nullus: pro quo inducebat Dy. d. §. celsus, z qd ibi glo. Ita enim fecit dicta ala yeta: que dubitans z timens ne per metum cogeretur consentire obligationi ducentorum florenorum per dictū tripet eius tunc maritum contrahende in fauorem Joannis rauelli, z obligationi bonorum eiusdem tripeti, z signanter domus de qua in processu, fuit solenniter protestata z iurauit q hoc non faceret nisi per metum compulsa: z q si eam hoc facere contingeret faceret per metum: quo casu volebat hoc haberi pro infecto. Nō igitur videtur valuisse aut valere consensus per eam postea prestitus: z promissio de non se opponendo pretextu dotis siue augmēti illius z aliorum suorum iurium. Et quāuis Bar. z quidam alii doctores reprehendant Dyn. dicentes q. d. §. celsus, procedit in actu dependente a mera voluntate protestantis: vtpote in additione hereditatis, non autē in actu procedente a voluntate duorum: q2 tunc, vt ipsi volunt, non valet protestatio clausula facta: sed opus est q perueniat ad notitiam illius cum quo protestans postea contracturus est: alioquin per actum postea subsecutum z protestationi contrarium censeretur protestans recedere a protestatione precedente, l. cum in plures, §. locator horrei. ff. loca. z c. sollicitudinem. de appel. hoc tamen non videtur eidem alayte nocuisse. Primo per. d. §. celsus, z qd ibi gloss. que expresse sentit ptestationem clam factam de iure valere: quāta autē sit glosse authoritas nemo est qui nesciat: z hinc dicit Bald. in. l. cum hereditas. C. depo. qd authoritas glo. omnes alias antecellit. l. fi. §. necessitate. C. de bo. que lib. dicit Bald. adhereas carratio veritatis, id est glossatori, z imperpetuum non errabis. Multas remissiones, quas non refero, ponit Andr. barba. consil. ix. exordiente, preclare scribitur apud psalmistā zc. colum. viii. in. ii. parte. z qd ponit. d. Fel. in. c. j. colum. penul. de constitu. z cum gloss. habeat secum famosum docto. Dy. sc3, insuper z Bald. consi. xxviii. exordiente, casus est talis zc. in prima parte: non videtur ab opinione ipsius discedendum, per theoricam quā ponit Jacob. butri. in. l. vnica. C. qui pro sua iurisdi. iudi. da. da. ve pos. quam sequit Joā. de imol. in. c. cum contingat. char. vj. z alii multi relati per Feli. in. d. c. j. colum. penul. versicu. secundo limita. Et hoc saltem deberet procedere in hoc casu: in quo sub presentia z audientia dicti Rauelli prefata Alayeta requisita z iussa per dictum Guiotum eius maritum de cōsentiendo obligationi z hypothecationi predictis, hoc facere sepissime recusauit cum lacrimis, etiam marito contra eam irascente: ita vt fuerint ibi notarius z testes longo tēpore propter resistentiam predicte Alayete plorantis z lacrimantis: ob qd etiam honorabilis vir Joannes iuliani pro teste vocatus illinc discessit, nec postea etiam requisitus redire voluit: sciēs qd non libere, sed per metum eadem Alayeta consentiret. Ob dictam etiam causam voluit recedere notarius, z recedendo processit vsq ad portam domus. Cum igitur idem Rauelli esset presens, z hoc fieri viderit, z intellexerit qd non libere eadem Alayeta predictis consentiret, sed cum lacrimis, z diu reniteretur hoc facere: non potest ipse dicere se fuisse circumuentum seu deceptū propter dictam protestationem: cum illa fuerit legitima z bona fide facta: ne scilicet per metum efficaciter cogeretur consentire predictis obligationi z hypothece, z consequenter perdere iura
3 sua: quibus pene non sufficiebant bona eiusdem Guioti: † q2 qui per dolum dolo resistit, non dicitur dolosus, sed cautus: z lex hoc permittit. l. cum pater. §. titio. ff. de leg. ii. qd etiam voluit Joan. andr. z alii in. c. cupientes, circa prin. de elec. in. vi. z Bal. in dicto cōsilio. xxviii. col. ā. Preterea, vt colligi potest ex actis cause huius, dictus Rauelli fuit particeps doli per eundem tripeti commissi in cogendo eandem Alayetam consentire z se obligare zc.
4 z quam sciuit pro posse resistere z reniti. † Certum est autē quod particeps doli non debet ex dolo suo premium seu commodum consequi. l. ait pretor. §. actio hec, z. §. si quis particeps. ff. que in frau. credi. ponit z alia multa Bald. in dicto consilio facientia p hac parte. Etiam multa ponit Joan. and. Per. anch. z Philip. de cor. in dicto. c. cupientes. circa princip. de elec. in. vi. Per que videtur posse opportune persuaderi, quinimo concludi qd protestatio predicta fuerit de iure valida: quatenus illa concernebat z concernit dictum Rauelli: quāuis illa clam facta extiterit: z ad ipsius Rauelli noticiam non peruenerit ante factas obligationem z hypotecam superius mentionatas: z qd non propterea potuit dici nec potest qd dicta Alayeta eundem deceperit: sed potius aduersus dolum eius se defendit, z illum legitime exclusit, quamuis caute. Et sibi imputet idem Rauelli qui cum dicto Guioti contraxit, z qui non propterea debuit procurare qd dicta Alayeta per indirectum perderet dotem suā: z alia iura sibi debita, ad hoc vt eidem Rauelli satisfieret de summa prementionata: contra id qd habetur. C. ne vxor pro mari. in rubro z nigro.
5 ¶ † Preterea aduertēdum est qd Bartol. z alii impugnantes gloss. in dicta. l. qui in aliena. §. celsus, loquuntur eo casu, in quo non constat de metu protestantis nisi per solam protestationē seu assertionem suppnius: z dicunt qd per talem assertionem nō probatur metus iustus. Nos autem nō sumus in illo casu, sed in multum diuerso: z in quo non solum apparet dictam quondā Alayetam fuisse protestatam, z predixisse metum sibi inferendum, z se per metum cogendam ad consentiendum obligationi zc. sed etiā apparet z per testes fide dignos qd, cum sub presentia dicti Rauelli contracturi cum prefato Guioto requireretur de consentiēdo, quinimo iuberetur vt consentiret, ipsa hoc facere recusauit, z sepius cum ploratu z lacrimis. Non igitur debet doctrina Bart.
6 z aliorum huic casui adaptari: † q2 ex diuersis non' infertur. l. inter stipulantem. §. sacram. versicu. sed hec dissimilia. ff. de verbo. obligatio. l. si maritus. la. j. C. de dona. inter virum z vxo. z vulga-
7 ra. l. papinianus exuli. cum suis simi. ff. de mino. † Est etiam attendendum qd longe minor metus sufficit in muliere ad rescindendum actum per eam factum, q̄ in viro: pro quo allegasse sufficiat id qd not. gloss. in. c. cum locum. de sponsa. z Anto. de butr. in. c. consultationi. de sponsa. Et quāuis testes non omnino clare loquantur de minis dicti Guioti, tamen verisimile est qd ille interuenerint, z quidem graues, propter ploratum z lacrimas: z pro eo q2

eo quia licet diu, vt iam dixi, restiterit & denegauerit se consensuz prestare obligationi contrahende per prefatum Guiotum: & multo fortius se obligare de non se opponendo: tamen semotus a presentia dictorum Guioti vxoris & Rauelli, & recedentibus dictis magistro Martiale boneti & Joanne iuliani, fuit consensus extortus ab eadem Alayeta: quod verisimiliter fuit factum propter verba comminatoria in dictorum Martialis & Juliani absentia dicta: que fortasse idem Guiotus nõ fuit ausus dicere sub presentia eorundem Martialis & Juliani: quod etiam ex eo per-
8 suadetur, † quia mulierum genus auarissimum est. l. sed si ego. in fin. & quod ibi glo. ff. ad velleia. l. si stipulata. §. j. ff. de dona. inter vi. & vxor. & quod not. gloss. in. l. si a sponso. super verbo raro &c. C. de dona. ante nup. vbi etiam dicit Bald. esse quoddam miraculũ quando mulier donat: pro quo etiam poterunt videri bona verba que ponit Andr. Barba. consilio. xvj. exordiente. clementissimi dei patris &c. circa cõsultationem, col. fi. cum igitur dicta Alayeta diu recusasset & recusando ploraret & fleret, non verisimiliter fere in momento temporis dixit se contentam nisi precedente acri comminatione: maxime vbi agebatur de totali perditione dotis, & aliorum iurium suorum, vel quasi, arg. c. super hoc. ibi, quod nulla ratio hoc verisimile reddit vt quisq beneficium multis forte expensis &c. de renuntia. Ex quibus omnibus concludo sententiam fore & esse pro dicta Catherina proferendam, & dictum Rauelli condemnandum in expensis. Et ita mihi videtur, sub correctione cuiuslibet domini melius sententientis.

1 ☞ Seruiens deputatus ad alicuius citationem, si dicat citatum impeditum vel infirmum, an sufficienter referat.
2 Seruiens non tenetur relationem de facto alieno facere, sed de suo, in materia citationis.
3 Citatio dicitur de per se subsistentiam habere, non obstante citati taciturnitate.
4 Seruientis relatio dicentis citatum dixisse nolle se camparere, an reddat talem citatum contumacem.
5 Infirmum seipsum asserenti an semper sit credendum.
6 Febris aut podagra an semper excuset citatum a comparitione iudiciali.
7 Generalis probatio probantem non releuat.
8 Ineuitabiliter impeditus comparere corporaliter in iudicio, an teneatur procuratorem constituere, vt pro se compareat.

¶ Epitome.

¶ Apparitori referenti de facto alieno, vel partis citate responsione, non est standum: de suo autem facto, hoc est se quempiam citasse, est standum. A. F.

¶ De apparitorib. Consilium. clxiiij.



Ultimo si tamen non desipio, qd tam p ea, que in discursu cause dudũ cepte, & deinde, aliquandiu continuate per & inter honorabilem quondam virum Trophinum Reynardi, & postea per Antoniũ eius filium naturalem & legitimum ac heredem vniuersalem ex vna parte, & Antonium mande ex alia, scripta & allegata extiterunt per nobilem & spectabilem virum dominũ Ludouicum de coreis, q per ea que per me scripta sunt, in quadam schedula exordiente, Mercedem accipit &c. fuerit plene demonstratum & ostensum, qd quedaz pretensa diffinitiua sententia dudum in fauorem dicti Mande, & cõtra dictum Trophinum, seu prefatum Antonium eius filium promulgata per reuerendum patrem & virum egregium dominum Gentilẽ arelatanum tunc vicariũ & officialem apostolice sedis, fuit inciuilis & iniusta: & propterea cassanda & reuocãda, put etiam postea factum est, & quidem iuste, per reuerendũ patrem & virum egregiũ dominum Alnazarium auctrici sancte sedis apostolice protonotarium & secũdarum appellationum iudicẽ. Que etiam sufficiunt ad impugnationem sententie nouissime late per reuerendum patrem dominum Antonium de castro, moderni arelatensem vicarium, & sententie prefati domini Gentilis confirmatorie & aliarum infirmatorie: que propterea si placet videanf. Et q̃uis tam scripta per dictum dominum de Coreis, q per me in predicta schedula opportune inspecta sufficiãt & sufficere debeant ad impugnationem sententiarum dictorum domini Gentilis & de Castro: qz tamen audio quedã fuisse inducta parte eiusdem Mandi ad defensionem sententiarum huiusmodi, & in quibus videntur facere magnum capitale: ego illis autore domino respondebo. Et primo ad id quod opponitur, scilicet quod attestationes nonnullorum testium parte dicti quondam Trophini in prima causa productorum & examinatorum fuerint & sint nulle pro eo qz sumpte extiterunt absente prefato Mande, seu egregio viro domino Petro de forliuio, & eo vel legitime vel ineuitabiliter impedito: Sed istud est friuolum, ne dixerim ridiculosum fundamentum, & tale ad quod nullus signanter in iure aliquantulũ exercitatus debet habere respectum. Et hoc nõ vna ratione, sed
1 multis rationibus. † Cum qz licet seruiens deputatus ad citandum dictum dominum de Forliuio dixerit & retulerit eũdem de Forliuio respondisse se esse infirmũ & ex gutta, & ppterea nõ posse comparere: per hoc tamen non est probata responsio eiusdem dñi de Forliuio: nec fuit vel est dicto seruienti credendum qd idez de Forliuio responderit se esse infirmũ &c. per id qd not. Joan. andr. in addi. Specu. titu. de cita. §. sequitur. versi. sed nunquid credetur. vbi videtur voluisse, qd sicut non creditur nuntio de cõmissione sibi facta, per id qd habetur in. l. sed si hac. §. ptor. ff. de in ius vocan. sed oportet aliter de ea constare. l. j. C. de manda. princip. & d. §. pretor. & qd not. Bar. in. l. j. §. plura. ff. de offi. prefec. vr. & in extrauagan. ad reprimendum. versi. per nuntiũ. & qd not. Alexã. de imo. multos referens in. l. sciendum. col. pen. ff. de verbo. obli. & qd cõmuniter not. cano. in. c. cũ parati. de appella. ita nec standum est seu credendum nuntio seu seruienti de verbis seu respon-
2 sione citati: † & ideo creditur seruienti referenti solum de citatiõe, & sic de facto suo, scz qd citauerit: non autem de facto alieno, & sic de verbis partis. Oportet igitur & verba & facta a parte aliter pbari, q per relationem seruientis seu nuntij. Non obstat qd responsio citati videtur annexa ipsi citationi: qz respondeo qd hoc non
3 † videtur verum: cũ ipsa citatio de per se subsistat, q̃uis citatus taceat vel nil dicat. Et hoc idem sequitur Jo. an. in addi. Spec. tit. de contuma. §. j. in magna addi. & ita resident Anto. de butri. & Jo. de imo. in. d. c. cum parati. & Jo. de imo. in cle. j. col. xiij. vel circa. de dolo & contuma. Et pro hac parte bene facit tex. in. c. venerabilibus. §. secus. de senten. excom. in. vj. vbi non debet credi verbis prolatis a parte, nisi sint dicta in iudicio. secus ergo si ex-
4 tra iudicium: † & ita concludit ibi gloss. singularis, dicens q si nũtius referat partem citatam dixisse, qd nolebat venire: talis non est verus contumax, quasi de his non sit nuntio credendum: qz si eidem crederetur, esset manifestus contumax: qd ille text. negat, vt not. gloss. Que si ita se habeãt, prout & se habere videnf, scdm opinionẽ Card. magis cõmunẽ, non fuit nec est credendum dicto nuntio seu seruienti referenti prefatum dñm de Forliuio eidem respondisse q erat de gutta infirmus, & qd venire nõ poterat. Cũ & qz supposito, citra preiudicium veritatis, qd eidem seruienti credi debuisset & deberet qd dictus dominus de Forliuio ita responderit, scz qd infirmus existeret & de guttis, & qd propterea venire non poterat: non tamen erat nec est credendum huic domino de Forliuio asserenti se infirmum, & qd venire non posset: sed erat infirmitas probanda ad hoc vt propter eam possent aut possint attestationes predicte cũ effectu impugnari. Et hoc manifeste colligitur ex his que no. omnes canoniste in. c. querelam. de procur. Barto. & docto. in. l. quesitum. ff. de re iudi. vbi etiam Barto. ponit quomodo quis probet se vel esse vel fuisse infirmum: non ergo erat nec est standum dicto domini de Forliuio asserentis se infir-
5 mum & pati podagrã, & propterea venire non posse: † pro quo bene facit id qd recolo me legisse in dictis Cy. vel vt magis videf in dictis Jaco. de rauen. super. ff. vete. scz qd cũ quidam ex gallia fuisset ad vrbem nescio per quem missus orator, & ille non posset sibi commissa negocia pro nutu expedire, allegauit se infirmum, petens licentiam redeundi: sed fuerunt missi medici ad eum visitandum, & referendum an verum esset illum esse infirmũ: non fuit ergo creditũ illi se infirmum asserenti, prout nec credi debuit. l. semel. ff. de re mili. vbi etiam simile ei qd dixi post Cyn. seu Jaco. de rauen. not. Jo. de pla. illam. l. esse contra eos, qui pretextu egritudinis volunt se excusare ne vadant ad exercitum vel ambasiatam: vt de eorum infirmitate iudex inquirat, & medicos mittat referentes. Non est igitur per relationem seruiẽtis: immo magis vel longe verius per assertionem dicti domini de forliuio, probata dicta eius pretensa infirmitas. Quod procedit non solum in casu nostro, in quo scz dictus seruiens non retulit eum esse infirmum: quinimo retulit eum respondisse se esse infirmũ: inter que refert: prout & inter illa per deicidas vociferata: noli, inquiunt, scribere Rex iudeorũ, sed qz ipse dicit Rex sum iudeorum. sed etiam procederet si idem seruiens retulisset eundem dñm de Forliuio esse infirmum & ex guttis: & propterea eum nõ posse venire: qz istud nõ pertinet ad seruientem, sed ad medicum seu chirurgicũ, & cũ quo debebat fieri alia inquisitio etiã si ad eum pertinuisset: vt probaf in. d. l. semel. per quã probatur scdm Ange. & Jo. de pla. qd relatio medicorũ est inualida, nisi in actis appareat diligens inquisi-
12 † q: licet verba narratiua ⁊ enuntiatiua plurium antiquorum instrumentorum per diuersos ⁊ inter diuersos confectorum regulariter probent: hoc tamen fallit ⁊ limitatur vt nō procedat in fauorē narrantiū, enuntiātiū seu affirmātiū, aut suorū successorū: q: tunc nō statur assertioni aut narrationi etiā in facto antiquo ad probandum dñium: qd procedit non solū si sit vnum instrumentū antiquum: sed etiā si sint plura, fm Spe. qui ita singulariter tradit tit. de loca. §. nunc aliqua. ver. lvij. ⁊ versi. lviij. vbi vult expresse ꝙ nedum non probat vna antiqua charta concessionis in emphyteusim: sed nec plures, ecclesiam concedentem esse dñam rei concesse in emphyteusim: ⁊ ita dicit se intelligere. c. inter dilectos. ad fi. de fid. instru. Hāc doctrinā Spec. sequitur Frā. de are. in. c. cum causam. col. v. versi. primo casu, de proba. vbi subiungit ꝙ licet Spec. non assignet rationem predictam: illam tamen pōt esse ratio, ⁊ credit ꝙ fuerit de mente Spec. Cum igitur litere predicte, ⁊ in dictis pretensis instrumentis transcripte, in quibus fit mentio de pedagio, fuerint impetrate parte cuiusdā, pretensi do. de tallardo ita asserentis seu enunciantis, non est credendum illi assertioni in fauorē dicti dñi vicecomitis. Et idē videtur dicēdū de quodam alio pretenso instrumento continēte preconizatiōes. Videtur igit᷑ tam ex his, q̄ alijs alias scriptis sententiā superius mentionatam,

mentionatam, & alias pro dictis de ventano promulgatam fuisse fore & esse confirmandam: & ipsum dnm vicecomitem in expensis condemnandum. Que dixerim sub benigna supportatiõe huius insignis regij prouincie parlamenti.

1 ☞ Substitutio compendiosa facta per verbum cõmune quos comprehendat.
2 Testamentum an possit sibi vires assumere a substitutione tacita vulgari.
3 Institutio particularis facta per verbum directum, non dato herede vniuersali, trahitur ad vniuersum: secus in particulari fideicommisso.
4 Donatio causa mortis equipollet vltime voluntati.
5 Donatio causa mortis potest hodie fieri nudo pacto & simplici consensu.
6 Donatio causa mortis facta absenti qualitercunq; an sit valida.
7 Codicillus est vltima voluntas.
8 Clausula codicillaris habet locum etiam vbi hereditas non aditur ex testamento.

¶ Epitome.

¶ In testamento verba hec, iure donationis causa mortis & alterius cuiuslibet vltime voluntatis, faciunt vt si alias nullum sit testamentum, adita ab intestato hereditate donatio causa mortis locum habeat, & debeat fideicommissum restitui. V. F.

¶ De testa. Consilium. clxviij.



Uamuis vniuersalis institutio, quã in suo vltimo & nuncupatiuo testamento fecisse legit nobilis & generosus quondam vir Lãtelonus eymardi, dñs mõtis eymardi, de nobili Francisco eymardi eius filio naturali & legitimo, facta extiterit, vt: ita dixerim, quoad eundez nobilem Franciscum in causam caduci: pro eo q: vt in facto supponit idem nobilis Frãciscus vita functus est & ab humanis decessit superstite dicto nobili Lantelono testatore. l. vnica. §. & cũ tripli. ci. &. §. pro secundo vero. C. de cad. tollen. q: tamen idem quondã nobilis Lantelonus eidem nobili Francisco eius filio, si ab intestato aut sine prole masculina ab humanis decederet, cõpendiose substituit nobiles & generosos viros Jacobũ eymardi eius fratrẽ & Hugonem de hora eius nepotem ex filia, aut eorum liberos masculos: dictũ sc; nobilẽ Jacobũ aut dictos eius liberos in castro & mandamẽto mõtis eymardi, & prefatum nobilem Hugonẽ aut dictos eius liberos masculos in castro & mandamẽto Argenterie: videtur testamentũ huiusmodi, & signãter quoad dictã sub-
1 stitutionem defendi posse: pro eo † q: substitutio cõpẽdiosa de dictis nobilibus Jacobo & Hugone, seu eorũ liberis masculis, videtur cõprehendisse non solũ fideicõmissariam seu fideicommissarias substitutiones, que locum habiture erant si post aditam paternam hereditatem idem quondã Franciscus factus pubes intestatus & sine prole masculina ab humanis decessisset, iuxta ea que scribuntur per doctores in. l. precibus. C. de impuberum & alijs substitutionibus, & in. l. centurio. ff. de vulgari & pupilla. sed etiam vulgarem seu vulgares substitutiones, per id quod nota. Barto. in dicta. l. centurio. versi. quero vtrum substitutio cõpẽdiosa facta per verbum commune contineat vulgarem &c. vbi refert Jaco. de are. hoc tenuisse, secundum Cyn. in. d. l. precibus. Et idem secũdum Bar. tenuit Ray. quod putat ipse verum vbi significatio hoc importat. Dicit enim testator: vt verbi gratia in casu nostro: si contingeret dictum nobilem Franciscum eymardi heredem suum vniuersalem ab hoc seculo decedere ab intestato, aut sine prole legitima masculina de proprio &c. quod intelligitur siue decedat in vita testatoris, siue non: siue ante testamentũ, siue post. l. ij. in prin. & l. hec conditio. §. fi. ff. de condi. & demonst. Sed dictis casibus sine dubio non potest dicta substitutio verificari nisi per vulgarẽ. Compendiosa igitur substitutio comprehendit etiam vulgarem substitutionem: & hoc videntur doctores tenere cõmuniter, sc; Guliel. de cu. & alij in. d. l. precibus. Bar. in. l. quãdiu. la vlti. ff. de acquiren. here. & in consil. exordiente, Nardus, & cano. in. c. raynutius. de testa. Et huiusmodi vulgaris substitutio cõprehensa in compendiosa cẽsetur expressa verbis generalibus, per id quod not. glo. in. d. l. precibus. vbi etiã Alex. de imol. & alij. Ab hac autem expressa vulgari potest testamẽtũ vires assumere, secundũ glo. a doctoribus cõiter approbatã in. l. si pater filium. ff. de vulga. & probatur in. l. iij. §. fi. ff. de libe. & posthu. & in. l.
2 gallus. fere per totam legem. ff. de liber. & posthu. & in. l. thais. §. splendophorus. ff. de fideicõmissaria. liber. Quinimo plus dicũt multi, quod etiam potest testamentũ vires assumere a tacita vulgari: super quo tamen non insisto, cum non oporteat. Quamuis igitur dictus nobilis Franciscus ab humanis decesserit superstite testatore: q: tamen ille mortuus est ab intestato & sine liberis masculis, & sic fuit conditio purificata: videt quod dictus nobilis Jacobus & Hugo potuerint & possint testatori predicto succedere in vim vulgaris: dictus sc; nobilis Jacobus in castro & mandamento Montis eymardi: & prefatus nobilis Hugo in castro & mandamento Argenterie. Sed his non obstantibus puto contrarium esse verius: pro eo q: licet compendiosa substitutio facta per verbum commune adiectum bonorum vniuersitati comprehendat etiam vulgarem: illam tamen non comprehẽdit quãdo facta est per verbum commune adiectum certe rei seu quantitati: q: eo casu nõ trahitur ad directam substitutionem. l. cogi. §. & generaliter. & quod ibi doc. ff. ad treb. & qd not. Bart. in. d. l. centurio. versi. quero quid si substitutio compendiosa. & versi. quero vlterius. vbi etiam alij doctores. Philip. de franc. in repe. c. si pater. in materia compendiose substitutionis. versic. quinto querit quid de substitutione compendiosa. de testa. in. vi. Joan. de imo. in. l. i. §. si ex fundo. col. vj. & seq. ff. de here. insti. Paul. de cast. cõsil. lxxviij. exordiente, Viso puncto predicto &c. col. ij. vel circa. & alij in alijs locis. Quo fit vt cum substitutio compendiosa facta per dictum quondam nobilem Lantelonum fuerit facte per verbum commune certe rei adiectum, sc; castro & mandamento montis eymardi, & castro & mandamento argenterie, illa procul dubio non comprehenderit directam seu directas substitutiones: & sic nec vulgarem: q: certũ est illam esse directam: quod etiã
3 apparet ex eo † q: licet particularis institutio facta per verbum directum non dato herede vniuersali trahatur ad vniuersum. d. l. i. §. si ex fundo. ff. de here. insti. secus tamen est in particulari fideicommisso. d. l. cogi. §. & generaliter. & qd ibi docto. ff. ad treb. Non igitur possunt castra & mandamenta predicta, vtpote per particulare seu particularia fideicommissa, peti in vim vulgaris substitutionis: alioquin dici oporteret dictum nobilem Lantelonum partim decessisse testatum partim intestatum, contra. l. ius nostrum. ff. de reg. iur. Sed nec peti possunt vt videtur in vim fideicõmissarie substitutionis: q: fideicommissum per dictam substitutionẽ relictum expirauit: pro eo quia hereditas non fuit adita nec adiri potest ex testamẽto. l. si nemo, cum suis simi. ff. de reg. iur. pro quo facit. l. si quis omissa. §. sed in fideicommissarijs. ff. si quis omissa causa testa. & l. nam quod. §. fi. cum. l. seq. & l. cogi. in princip. ff. ad treb. in quibus deciditur, heredem vniuersalem & de restituendo grauatum posse per vniuersalem fideicommissarium cogi vt hereditatem adeat: quod fit ne propter non aditionem pereat vniuersale fideicommissum. De particulari vero fideicommissario certum est, qd ille petere non potest heredem cogi vt adeat. d. l. si quis omissa. §. sed in fideicommissarijs, versic. qd beneficium, & d. l. cogi. §. & generaliter. Uerum quãuis dictus nobilis Hugo non videatur posse petere castrum & mandamentũ predicta in vim vulgaris substitutionis: potest tamen illud petere in vim donationis causa mortis: q: prout apparet ex tenore testamenti prementionati, idem nobilis Lantelonus voluit illud valere iure testamenti nũcupatiui, & iure vltime voluntatis nũcupatiue. Et subiungitur, & si his iuribus non valeat seu valere possit, voluit qd valeat iure donationis causa mortis: quod certum est eum facere potuisse: q: quilibet est regulariter moderator & arbiter rei sue. l. in re mandata. C. mã. l. dudum. C. de contrahen. emp. & vendi. l. polla. C. de his quib. vt indig. & c. de his. ad fi. de sepul. facit. l. nemo extereus. C. de iude. l. sed & si. §. consuluit. ff. de peti. here. & l. nõ vsq; adeo. in fi. ff. si quis a paren. fue. manumis. & qd ponit Ange. cõsi. lxxx. exordiente, Uisis instrumentis. col. iiij. versic. his premissis. quod maxime procedit in donatione, in qua est pro ratiõe voluntas. l. i. ff. de dona. qd etiam voluit Oldra. consil. xxx. exordiente, factum tale est quedam certe & numerate persone. colũ. i. Et idem in vltimis voluntatibus, per id quod not. Bald. in. l. i. ff. de condi. insti. Joan. de imol. in. l. ex ea. §. i. in fin. ff. de testa. & Phili. de cor. in. l. i. colum. v. C. de condi. inser. facit. c. vltima voluntas. xiij. q. ij. Nemini vero dubium quin donatio causa mor-
4 tis sit vltima † voluntas. l. fi. C. de dona. cau. mor. Potuit igitur dictus quõdam nobilis Lantelonus disponere & ordinare, quod si dictum eius testamentum non valeret iure testamenti: illud valeret iure donationis causa mortis. Et ita videtur quod iure donationis huiusmodi eidem nobili Hugoni pertinuerint, & pertineant castrum & mandamentum argenterie: Nisi forte quis opponat, quod conditio donationis huiusmodi non fuerit purificata: pro eo q: certum est testamentum predictum ab initio valuisse, vtpote factũ ab eo qui testari poterat, & sub presentia testium etiã vt audio in longe maiore numero quã oporteret: & seruatis alijs de iure obseruandis. Non igitur valet donatio predicta. l. cedere diem, cum suis simi. ff. de verb. oblig. & quod not. Bal. loquẽs in clausula codicillari in. l. fi. C. de codi. Sed istud non obstat: pro eo q: in. d. clausula dictum est non quidem si non valet, quod est presentis temporis: sed si non valeat, quod est temporis futuri, vt voluit Specu. titu. de instru. edi. §. compendiose, col. xvi. vel circa.

versi. item vide si est ibi clausula generalis &c. ibi, item aliud videtur. & hoc expressius voluit ibi Joan. and. in addi. Spec. exordiente, quod enim dictio valeat inspiciat tempus futurum: pro quo inducit multa bona iura. Addo quod in dicta clausula etiam dictum est, si his iuribus valere non possit: que verba extenduntur etiam ad futurum: quia ut dicit Joan. de imo. in l. cum in secundo. col. pe. ff. de iniusto rup. & irri. testa. perinde est dicere, si non potest valere testamentum ut testamentum, valeat iure codicillorum. ac si diceret testator. Si non valet vel valebit &c. quia conditio illa potest se extendere ad futurum, per id quod not. Bar. in l. j. ff. de iure codicil. & in l. si ita. col. j. versi. si vero profertur ab homine aut est verbum potest. ff. de auro & argen. lega. Quamuis igitur testamentum predictum ab initio valuerit: quia tamen postea factum est in casum caduci propter mortem heredis instituti, fuit conditio predicta purificata. Sed forte opponetur quod donatio predicta non valuerit: pro eo quia in ea non interuenit stipulatio: & quia facta est absenti, nullo pro eo recipiente: quorum tamen alterum requiri videbatur: scilicet quod aut fieret presenti & stipulanti. l. inter mortis. cum suis simi. ff. de dona. cau. mor. vel absenti, aliquo tamen recipiente pro eo, utpote notario, aut interueniente nuntio vel epistola.
5 Pro † eo quia hodie fieri potest nudo pacto, & simplici consensu. l. si quis argentum. §. fi. C. de dona. qui quamuis loquatur in donatione inter viuos: habet tamen locum etiam in donatione causa mortis, ut voluit gloss. in l. cum pater. §. meuio. ff. de lega. ij. Angel. & Alex. de imo. in l. cum ex causa. ff. de re iudi. & hanc dicit ibi Alex. esse communem opinionem: quamuis Joan. de imo. senserit contrarium. Non igitur videtur quod donatio predicta valuerit. Sed predicta non obstant: quia licet in donatione causa mortis proprie dicta requiratur de iure antiquo stipulatio, & sic presentia partis. d. l. inter mortis. iuncta l. j. in prin. ff. de verbo. obliga. vel de iure nouo simplex pactum & consensus, qui vel per donatarium vel per alium pro eo interuenientem exprimatur: hoc tamen non requiritur in donatione causa mortis facta in testamento ab eo scilicet qui testari poterat: que tamen non dicitur proprie valere iure dona-
6 tionis causa mortis: sed iure fideicommissi. † Et quod talis donatio facta absenti in testamento vel in codicillis valeat, tenuit Dyn. relatus per doc. in l. j. ff. de dona. cau. mor. & in l. j. C. eo. ti. Idem tenuit Bar. in d. l. j. & in l. tam is. §. filiusfamilias. ff. eo. ti. & in consil. exordiente. Uisa ultima voluntate facta per viam donationis causa mortis. & Saly. in d. l. j. C. de dona. cau. mor. & Pau. de ca. in l. senium. col. j. versi. quod autem supra dixi &c. ibi, si autem nullus recipit pro absente. C. qui testa. face. pos. & in d. l. cum pater. §. donationis. & Alex. de imo. in l. ij. col. iiij. ver. item an quoad sui efficaciam. ff. de leg. j. Et hanc opinionem fatetur esse communem Joan. de imo. in d. l. j. ff. de dona. cau. mor. a qua propterea non est in consulendo vel iudicando recedendum: per iura vulgaria, & vulgatam doctrinam positam per Hostien. Joan. and. & alios in c. j. de consti. Et quemadmodum dominium rei legate mortuo testatore transit in legatarium, si erat penes legantem: ita & dominium rei sic donate donatione causa mortis, per id quod habetur per tex. cum gl. sua in l. j. in fi. cum l. seq. ff. de publicia. no. Bal. Alexan. de imol. & docto. magis communiter in l. ij. ff. de lega. j. Alexan. de imol. in d. l. j. ff. de dona. cau. mor. & in l. qui rome. §. fi. iuius. col. penul. ff. de verbo. obliga.

¶ Preterea dictus nobilis testator in d. ver. & si his iuribus &c. non solum dixit, & si his iuribus non valeat seu valere possit valeat iure donationis causa mortis: sed etiam subiunxit, aut iure cuiuslibet
7 alterius ultime voluntatis. † Unde certum est quod codicillus est ultima voluntas. l. fi. §. fi. cum suis si. C. de codicil. Cum igitur voluerit testamentum huiusmodi post factam dinumerationem certarum ultimarum voluntatum, utpote testamenti & donationis causa mortis, valere iure cuiuslibet alterius ultime voluntatis: perinde est ac si expresse dixisset iure codicillorum. c. qui ad agendum. de procura. in vj. & per id quod not. glo. magna in l. iiij. §. quesitum. ff. si quis cau. facit quod in simili, imo profecto longe magis dubio ponit Jo. de imol. in l. q in potestate. ff. de testa. Alex. de imo. in d. l. senium. col. vj. ver. quod si filius fecit testamentum de consensu patris &c. ibi, & magis vera opinio esse videtur. C. qui testa. face. pos. qui loquentes de filiofamilias, qui sub presentia patris & de consensu illius condidit testamentum, si testamentum dici mereatur, & in pede voluit illud valere iure testamenti: & si eo iure non valeret, voluit quod valeret iure codicillorum & cuiuslibet alterius ultime voluntatis: dicunt satis esse expressum de donatione causa mortis, ad cuius validitatem requiritur expressa mentio donationis causa mortis. Pro quo sumi possunt multa argumenta ex his que scribit Signo. de homod. consi. xxx. exordiente, factum tale est quidam nomine &c. ver. in oppositum videtur. & Fulgo. consi. lxxxviij. exordiente.
8 Uisis superius allegatis &c. † Certum est autem clausulam codicillarem habere locum etiam quando hereditas non fuit adita ex testamento. l. eam quam. C. de fideicom. & l. quia autem. in prin. C. si quis omis. cau. testa. & quod no. Barto. in l. j. q. xv. ff. de iure codicil. per illam enim censentur rogati venientes ab intestato: sicut alias dici solet quando testamentum est nullum propter preteritionem filij iam nati, vel postea rumpitur agnatione posthumi, iuxta plene & communiter no. per doct. in auth. ex causa. C. de libe. prete. vel exhere. Et quamuis Bar. in d. l. j. in vj. q. ff. de iure codicil. in aliquo discrepet a communi opinione, & voluerit quod si testator ignoranter preterierit ventrem seu posthumum, clausula codicillaris nihil operetur, etiam si in illa dictum extiterit, si non valet aut valebit &c. hoc tamen dictum magis communiter reprehenditur a docto. in d. auth. ex causa. & per Joan. de imo. in l. filio preterito. ff. de iniusto rupt. & irri. test. ubi etiam dicit, quod consulere auderet contra opinionem Barto. & contra eam tenuit Bart. in l. qui filiabus. in fi. principij, inducendo eius dicta prout ibi inducit Alex. de imol. multos referens. ff. de lega. j. Preterea nos non sumus in terminis, in quibus loquitur Bart. sed in casu longe minus dubio: & in quo Bart. sentit id quod dixi, scilicet quod clausula codicillaris operetur: ut ipse not. in d. l. j. q. xij. ff. de iure codicil. Opus est tamen quod hereditas dicti quondam nobilis Lanteloni adeatur ab intestato, per id quod not. gl. reputata singularis in l. qui filio. §. j. versi. ex codicillis. ff. de here. instit. Angel. in l. titia. ff. de inoffi. testa. Alex. de imola in d. auth. ex causa. col. xi. vel circa, versic. item intellige quod ad hoc &c. C. de libe. preteritis vel exhere. ubi etiam domi. Jas. colum. penul. & Ambro. episco. in l. filiusfamilias. §. diui. char. iij. col. iij. ff. de lega. primo.

¶ Ex quibus concludo dictum nobilem Hugonem posse in vim fideicommissi seu relicti petere castrum & mandamentum Argenterie, saltem prius adita & acceptata hereditate intestati dicti quondam nobilis Lanteloni testatoris. Et ita mihi videtur, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ¶ Filia renuntians bonis paternis: nihilominus potest abintestato succedere cum alijs qui non renunciauerunt.
2 Renuntiationis causa deficiente & cessante, nulla efficitur ipsa renuntiatio.
3 Filia que renuntiauerat bonis paternis, qua actione poterit ab intestato ad illa redire.
4 Lesio enormis an sit causa sufficiens annullandi renuntiationem per filiam de bonis paternis factam.

¶ Epitome.

¶ Hereditatem, quam alius possidet, consequi volens filia, consultius facit si interdictum quorum bonorum intentauerit, quam si petitione hereditatis agat. V. F.

¶ De heredit. act. Consi. clxix.



Ex themate mihi exhibite consultationis parte nobilis & generose mulieris Joanne Eymarde, filie quondam naturalis & legitime nobilis & generosi quondam viri Lantelini Eymardi domini montis Eymardi, eliciunt multa quesita: quibus respondeo breuiter & succincte, prout infra.

¶ Et primo ad primum. Pro cuius faciliore solutione premitto, quod licet dubium non existat quin prefata nobilis Joanna & Magdalena eius soror eidem nobili Lantelino ab intestato vita functo succedere debeant, auth. de here. ab intesta. §. j. colla. ix. & translumptiue in auth. in successione. C. de suis & legi. lib. de alijs tamen, scilicet de nobilibus Anna & Antonia earum sororibus, & quondam filiabus dicti quondam Lantelini, videtur maior difficultas: propter ea que habentur in c. quamuis pactum. de pact. in vj. per quod videntur a successione dicti quondam earum patris repelli, & propter opinionem Genzeli relatam per do. de Rota. in antiquis decisionibus. decis. clxxix. hodie vero posita est fol. xxti. de pac. & incipit, Utrum filia &c. qui prout ibi refertur voluit,
1 † quod licet filia renuntiauerit bonis paternis iuxta formam predicti c. quamuis pactum, ipsa nihilominus, si pater postea moriatur ab intestato, potest eidem succedere cum alijs filijs seu filiabus qui non renuntiauerunt: pro eo quia moriendo ab intestato videtur etiam eam tacite inuitasse. l. conficiuntur. in fin. prin. ibi, quoniam creditur. C. de iure codicillo. & l. ij. ibi, vel etiam intestati successione contulerunt. C. de bo. mater. Et idem voluit Per. helie. in questione per eum disputata exordiente, questio disputata solenniter per dominum Petrum helie: qui pro hac parte multa inducit, que non refero: pro eo quia doctores tenent communiter contrarium in d. c. quamuis pactum. & in l. pactum quod dotali. C. de pact. in l. pactum. C. de colla. & in l. qui superstitis. ff. de acquir. hered. Et sic existimo, supposita validitate renuntiationis, quam fecisse dicitur dicta nobilis Antonia post mortem nobilis quondam iuuenis Francisci Ismardi, eius fratris, & quam non vidi, quod ipsa repelli debet, per id quod habetur in dicto capit. quamuis pactum. & pro hoc inducit multa & magna fundamenta Alexander de imol.

decimo. que causa breuitatis non refero: pro eo quia vbiq̧ habet̃ & videri possunt consi. xxix. exordiente, Preclare & subtiliter ac copiose. in. iij. volu. vbi etiã respondet motiuis quibus videbat̃ posse cõtrarium persuaderi. Quo vero ad dictã nobilem Annã, que eidem bonis renuntiasse pretenditur viuente tam en dicto nobili Francisco eius quondam fratre, & qui postea viuente com muni patre ab humanis decessit, puto q̃ renuntiatio huiusmo-
2 di eidem non noceat: pro eo † quia illa censetur renuntiasse contẽplatione dicti fratris qui cũ viuente patre ab humanis decesserit, cessauit causa: & sic nõ videt̃ nocere: qđ etiam voluit Bald. in d. l. pactum. q. iij. C. de colla. vbi etiam Pau. de cast. ver. itẽ queritur quid si tempore &c. Idem voluit Sali. in. d. l. pactum quod dotali. C. de pac. Semi. in. d. c. quãuis pactũ. col. fi. Joan. de imo. & Roma. in. d. l. qui superstitis. vbi etiam Fran. de areti. ff. de acquiren. here. Alexan. de imo. in. d. consi. xxix. col. iij. Et queadmodum renuntiatio huiusmodi nõ nocet dicte nobili Anne: ita nec nocere debet prefate nobili Joãne promissio, quam pro ea & de facienda renuntiatione fecisse dicitur dñs Glandagini eius maritus tempore forte matrimonij inter eos contracti, que promissio, etiam si per eandem nobilem Joannã facta extitisset, sibi non noceret: cũ, vt dixi, etiam non noceat renuntiatio ipsa facta añ mortẽ Francisci, que plus est, aut saltẽ nõ minus, q̃ promissio de renuntiãdo. Respondendo igitur ad questitum, videtur procul dubio q̃ dicte nobiles Joãna, Anna & Magdalena abintestato successerint dicto quondam nobili Lantelino earum patri, quelibet scilicet pro tertia parte, repulsa prefata Antonia, p̃ ea que vt dixi, scribit Alex. de imo. in. d. consi. Supposito tamen q̃ renuntiatio per eam facta alias valuerit: voluissem tamen videre hanc renuntiationem, propterea que ponit Bal. consi. cccl xxij. exordiente, quedã puella fuit dotata a patre &c. q. 8. in qua multa scribit, que possunt facere p̃ defensione huius Antonie: & que propterea videri poterunt vna cum renuntiatione per egregios viros dominos aduocatos: vbi aduertant an illa facta extiterit patri stipulanti pro se & heredibus, aut quomodo. Quod autem superius dixi alias tres filias debere succedere &c. intelligo quod
3 ille debebunt conferre dotes suas, prout est indubitatum. † Quo vero ad id, de quo in eodẽ dubio queritur, qua scilicet actiõe agere possint dicte heredes, dico nemini esse dubium quin agere possint petitione hereditatis. Sed quia audio nobilem petrum eymardi earum fratrem iam apprehendisse possessionem realem & corporalem bonorum dicti quondam nobilis lanteloni Eymardi: & hoc in vim pretensarum substitutionum factarum per p̃decessores: esset fortasse consultius quod pro adipiscenda possessione bonorum corporalium intentarent interdictum quorum bonorum: quod est possessionis adipiscẽde: & aduersus quod nõ admittuntur exceptiones concernentes petitorium: ille scilicet que requirunt altiorem indaginem, iuxta ea que scribunt gloss. & doc. in. l. si de vi. ff. de iu. & in multis alijs locis. Secus vero est in petitorio iudicio: cuiusmodi est petitio hereditatis. Est autẽ certũ qđ cum abintestato eidem Lantelino successerint, non ex testamento, vel ex dispositione dicti quondam Lantelini, eisdem non competit remedium. l. fin. C. de edic. di. adria. tol. quamuis Bald. aliter, & ita importune quereret an aduersus intentãtem remedium dicte. l. si t vniuersalis fideicõmissarius legitime contradictor: de quo per glo. & docto. in. d. l. fi. & per docto. in. l. filiam fratribus. ff. ad trebel. Fateor quod dictus Petrus vitiose aut saltẽ minus ciuiliter apprehendit possessionem predictam, per id quod nota. Ange. & Alexan. de Jmo. in. d. l. filiam fratribus. sed postq̃ illa apprehensa est, priusq̃ dicte heredes eandem possessionem apprehenderent: non video eas posse intentare aliud remedium q̃ alterum ex predictis: interq̧, vt iam dixi, est electio. Nec puto q̃ propter. l. non est dubium. C. de leg. idẽ Petrus perdiderit iura sua: q2 illa intelligitur quando legatarius vel alius post aditam hereditatem & apprehensam possessionem per heredem capit legatum vel relictum sua autoritate, vel possessionem illius apprehendit: quo casu etiam loquitur Barto. in consi. exordiente, Missus in possessionẽ vigore legis. & Per. de Anc. cõsi. cclxxj. & consi. cccxiij. & domi. Jas. in. l. fi. col. iij. ad fi. C. de iure delibe.

¶ Ad secundum questitum iam patet responsio, scilicet quod dicta nobilis Magdalena cõpellere aut compelli petere non possit dictum dominum de Glandagio ad fieri faciendum per dictã nobilem Joannam renuntiationem superius mentionatam: pro eo quia cum post factam promissionem dictus nobilis Franciscus ab humanis decesserit, cessauit cõtemplatio & causa propter quam facta est promissio. Preterea cum conuenta & promissa etiam cum iuramento eidem domi. Glandagij non fuerint obseruata, non tenebatur ipse nec tenetur per se promissa obseruare, etiam si illa iurata extiterint, per ea que habentur in. l. cum proponas. la. ij. & quod ibi scribentes. C. de pac. & c. peruenit. & qđ ibi docť. de iureiurando.

¶ Ad tertium dico & respondeo, quod si nullus apprehenderit possessionem bonorum de quibus ibi, prefate nobiles Joanna & Magdalene possunt illã apprehendere, & bona possidere. Consulo tamen quod si illam apprehenderint, non resistant dicte nobili Anne, quominus & ipsa apprehendat possessionẽ eorundẽ bonorum pro tertia parte, postq̃ vt predixi dicta per eam facta renuntiatio sibi non preiudicat.

¶ Ad quartum pz, responsio per ea que superius dixi, sc3 quod dictus nobilis Petrus non perdidit iura sua propter intrusionẽ de qua ibi, pro eo quia, vt audio, illa facta est ante apprehensam possessionem per heredes.

¶ Ad quintum dico & respondeo, vt iam pz ex predictis, quod si alicui ex dictis nobilibus filiabus nocere debeat renuntiatio:
4 illa solum nocere debet dicte nobili Antonie, non alijs. † Utrũ autem eadem Antonia ex capite enormissime lesionis possit & valeat petere secum de iuramento vel iuramentis per eandem prestito aut prestitis dispensari, aut se habilitari ad fines agẽdi, & allegandi forte dolum ex proposito, vel dolum re ipsa, & enormissimam lesionẽ, non possum bene respõdere, nisi prius viso instrumento renuntiationis per eã facte, & intellecta etate in qua renũtiauit. & preterea visis illis pretensis testamentis, quibus se iuuare intẽdit dict⁹ nobilis Petr⁹. quia aliter intelligi nõ potest valor bonorũ dicti quõdam nobilis Lantelini, eorũ sc3 de quib⁹ testari & disponere poterat nõ obstãtib⁹, illis p̃tẽsis substitutionib⁹ de quib⁹ in dictis testamẽtis. Et ita cõseq̃ter nõ põt intelligi aut bñ sciri in quo aut quãto fuerit hec Antonia circunuẽta, aut lesa: & sic an dispensatio seu absolutio a iuramẽto vel iuramẽtis, & deinde rescissio predicte renuntiationis obtineri debeat: q̃uis Joan. de Jmo. in repeti. c. cum contingat. fuerit rigorosus, sc3 eo casu quo minor renuntiauit &c. & iurauit non venire contra pretextu enormis vel enormissime lesionis. multi tamen etiam magne autoritatis scribendo & consulendo senserunt contrarium & signanter Anto. de But. Petr. de Anc. Panor. & alij multi. quos non refero, pro eo quia non expedit. Non puto tñ q̃ pendente causa per eandem Antoniam forte mouenda super dispensatione seu habilitatione predicta, debeãt dicte heredes impediri agere contra dictũ nobilẽ Petrum: nec poterit ipsa de hoc opponere quia sic veniret contra iuramentum per eam prestitum: & ita videretur incurrere periurium: propter qđ se excluderet a facultate obtinendi dispensationem: iuxta cõmuniter no. per Anton. de But. & alios in. c. j. de iureiuran. post Fride. de se. in cõsi. per eos inibi allegato.

1 ¶ Agens p̃ spolio actione vnde vi vel possessorio, recuperãde, que debeat probare.
2 Fructus etiam vi ex possessione exportans non dicitur spoliator possessionis, sed turbator.
3 Mandans aliquibus ne plebano soluãt, tenetur pro eis qui soluere recusauerint, non vltra.
4 Proconsul vel alius extra locum sue iurisdictionis existens potest officiarios creare vel deputare ad suum officium exercendũ casu quo ipsemet illud exercere non posset.
5 Statuti dispositio ex illius verbis effectum ortitur.
6 Accessoria naturam habet principalis queadmodũ membra caput insequuntur.
7 Uoluntas non presumitur mutata, nisi dicto vel facto appareat.
8 Possessio ciuilis potest per negligentiam vel obliuionem ciuilis possessoris admitti.
9 Possessio ciuilis naturaliter per alterum possessa põt per negligentiam, vel electionis patientiam, vel traditionẽ amitti.
10 Limites sunt officio iudicis quantum fieri potest extinguende vel diminuende.

¶ Epitome.

¶ Possessionem retinet quis, quamuis alius officiarios creet in suo castro eo absente, & nihilominus iurisdictione sua post vtẽte. Spoliatur vero qui vti sua iurisdictione prohibetur. U. F.

¶ De acquiren. possess. Consi. clxx.



X processu cãe cepte & pendentis indecise per & inter nobilem & generosum iudicem Ludouicum de mõte Albano, seu nobilem & egregiaz mulierẽ dominam Ludouicam de agonto, matrem & tutricem ac tutorio nomine eiusdem Ludouici ex vna parte, ac nobilem & ma-

gnificam mulierem dominam Jsabelem de sanguis, dominam
de Petra, tutricem & tutorio nomine nobilis Ludouice de mon-
tealbano eius neptis seu felesene, necnon nobilem & generosam
mulierem Jsabelem de monte Albano, vxorem & personam con
iunctam nobilis & potentis viri Aiziarij de brancassijs, domini
Cesariste, colligit. & apparet partes predictas hincinde intentasse
remedium primi capitis statuti Delphinalis, si quis per literas:
pretendentes hincinde se possedisse, & deinde fuisse eorum possessio-
ne spoliatos, seu de ea eiectos: prout plenius exponitur in suppli-
cationibus parte earum oblatis. Sed non videtur quod Ludo-
uicus, seu prefata nobilis Ludouica mater & tutrix super preten-
sa reintegratione possessionis per eam fieri petita possit quouis
modo obtinere, etiam si supplicata tam in prima, quam in secunda sup-
plicationibus parte eiusdem nobilis Ludouici de monte albano
seu prefate domine Ludouice eius matris & tutricis, probarentur
1 esse vera: cuius illa assignatur ratio: † quia non solum cum de spo
lio agitur interdicto vnde vi, vel alio possessorio recuperande, te-
netur & debet actor probare duo, scilicet se possedisse tempore pre-
tensi spolii: & ipsum spolium, per id quod habetur & not. per glos. &
doct. in. c. consultationibus. de offi. deleg. & quod post Inno. not.
Joan. andre. in. c. cum ecclesia sutrina. de cau. poss. & proprie. Ar-
chi. in. c. quo iure. vij. dist. & quod habetur in. c. olim causam. & quod
ibi glo. in. c. cum ad sedem. de restit. spolia. & quod voluit Inno. in c.
qualiter & quando. el. ij. de accusa. pro quo dicto est text. in. l. i. §.
interdictum autem hoc. ibi. nisi ei qui cum deijceretur possidebat.
ff. de vi & vi arma. sed etiam dicta duo extrema probare tenet in-
tentans beneficium seu remedium dicti statuti, si quis per literas.
prout apparet ex illius dispositione & tenore: que probasse non est
censendus dictus nobilis Ludouicus de monte albano, seu prefa
ta nobilis Ludouica eius mater & tutrix: cum nec reperiatur vel
appareat in dictis supplicationibus aut earum altera aliqua de-
duxisse, per que etiam si supplicata essent probata inferri posset eun
dem nobilem Ludouicum fuisse spoliatum. Et primo quidem non
per id quod parte eorum pretenditur, quod anno domini. Mcccci.
& die. xxv. mensis Junij, magnificus & nobilis vir dominus An-
tonius de Petra miles & dictus nobilis de Brancassijs venerunt
ad mandamentum sancti Andree, & ad portam castri: quam vt pre-
tendunt violenter intrare tentauerunt. Cum quod non est probatum,
prout nec probari potuit aut de iure debuit, cum non sit verum, quod
dicti do. de Petra & Cesariste violenter intrare tentauerint por-
tam seu castrum predictum: de hoc enim nullus ex testibus parte eo-
rum productis deposuit, sed solum deposuerunt quod cum nullus
ex existentibus in dicto castro se in fenestra vel porta exhiberet,
ipse seu aliquis ex existentibus cum eis percussit portam cum mar-
tello, & chordam campane traxit ad eos fines vt loqui possent di-
cti do. de Petra & Cesariste existentibus in domo, & ab eis fieri pe
terent aperturam: que non sonant in violentiam. Cum quod licet per
expulsionem, seu eiectionem possessoris a re possessa, insuper & per
repulsionem seu non admissionem possessoris ad rem per se posses-
sam accedentis: aut per vecordiam seu suspicionem quam habet ne
repellatur si ad rem per se possessam accedat, perdat possessor pos
sessionem, & ea spolietur: vt probatur in. l. j. in multis locis. ff. de vi
& vi arma. & C. vnde vi. in multis legibus. l. clausula possidere. §. fi. cum
l. seq. ff. de acquiren. posses. & quod not. glos. magna in. l. si quis in
tantam. versi. decimo si possidentem non admittit. C. vnde vi. non
tamen censeri potest dictus nobilis Ludouicus de monte albano,
etiam si tempore prementionati accessus ad portam predictam in
solidum possedisset castrum & mandamentum sancti Andree &c.
fuisse spoliatus possessione castri & mandamenti huiusmodi: cum
non fuerit probatum, vt predixi, quinimmo nec propositum quod
ipse fuerit a dicta pretensa possessione expulsus vel eiectus: aut cum
ad castrum seu mandamentum redire vellet & rediret repulsus: seu
etiam cum extra existeret suspicatus se posse repelli, & quod ob hanc
causam ad ea redire ausus non extiterit: quibus modis, & illis dun-
taxat, quis videtur posse spoliari vel eijci de possessione rei per se
possesse. Preterea nec etiam potuit idem nobilis Ludouicus, seu
dicta nobilis eius mater & tutrix pretendere eundem Ludouicum
fuisse spoliatum dicta eius pretensa possessione, pro eo quia vt di-
cit prefati domini de petra & de Brancassijs venerunt ad molen-
dina sancti Andree: & quod inibi applicati bladum ineis existens
ceperunt, & inhibuerunt molendinario molendinorum huiusmo-
di, ne amplius seu ne extunc in antea multuram solueret dictis
nobilibus Ludouice matri & tutrici & Ludouico. Et quidem non
pro eo quia pretendunt dicti domi. de Petra & de Brancassijs bla
dum cepisse. Pro quo allegasse sufficiat quod voluit Bald. in. l.
post sententiam. col. fi. vel circa, versi. porro si ego possideo & tu ex-
portes fructus. C. de sente. & interlocu. omn. iudicum. & post eum
Alexander de imola in. l. colonus. ff. de vi & vi armata. qui dicunt
2 † quod si ego possideam pone predium aliquod, & tu exportes fru
ctus etiam per vim, diceris me turbare, non priuare me possessio-
ne: quia non apparet quod hoc facias animo me priuandi possessio-
ne fundi, quod maxime procedit in casu de quo queritur: cum appa-
reat eosdem domi. de Petra & de Brancassijs illico discessisse a
dictis molendinis: nec apparet quod per eos fuerit de molendinis
deiectus dictus nobilis Ludouicus, vel ad ea veniens non admis-
sus, sed repulsus: seu etiam quod supplicatus extiterit se posse repelli.
Preterea apparet illam bladi pugnatam, de cuius ablatione ni
tuntur quidam testes deponere, fuisse ilico molendinario restitu
tam. Non potuit igitur idem nobilis Ludouicus & prefata nobi
lis eius mater & tutrix pretendere se fuisse spoliatum propter in-
gressum & ablationem predictos. Non etiam propter hoc preten
duntur dicti domini de Petra & de Brancassijs inhibuisse dicto
molendinario ne amplius vel extunc in antea solueret &c. pro eo
quia non est probatum, quinimmo nec propositum quod huic preten
se inhibitioni paruerit idem molendinarius, & quod parendo dene-
gauerit seu contradixerit soluere multuram dicto nobili Ludoui
co, aut alteri pro eo illam recipienti seu petenti: quod tamen fieri o-
portebat ad hoc vt posset veraciter ipse nobilis Ludouicus pre-
tendere se fuisse spoliatum eius pretensa possessione seu quasi per-
ceptionis dicte multure aut dictorum molendinorum, vt colligit
ex eo quod voluit Innocentius in. c. querelam. super verbo subtra-
ctam, versicu. item quid si episcopus mandet parochianis non in
iudicio, sed consulendo quod plebano decimas non soluant, teneb-
tur idem episcopus plebano interdicto vnde vi, vel condictione,
vel officio iudicis: & subiungit quod non tenebitur nisi pro illis qui
denegarunt. Et idem voluit ibi Hostien. super verbo subtractam,
versicu. potest autem agi non solum contra eum &c. ibi, sed nec ex
mandato tenetur quis nisi factum sequatur: vbi voluit Hostien.
3 † quod mandans aliquibus ne plebano soluant non tenetur nisi
pro eis qui soluere recusarunt: quia non nisi spoliato competit in-
terdictum, argu. l. j. responso primo. ff. de vi & vi arma. cuiusmodi
dici non potest dictus nobilis Ludouicus per dictam pretensam
inhibitionem: cum nullo modo probatum extiterit dictum molen-
dinarium postea recusasse soluere multuram dicto nobili Ludo-
uico, aut alteri ab eo deputato: vel alias eundem Ludouicum a
sua pretensa possessione cecidisse.

¶ Preterea nec etiam potuit idem nobilis Ludouicus, seu pro
eo prefata nobilis eius tutrix pretendere se spoliatum fuisse, pro-
pter deputationem seu constitutionem & creationem officiario-
rum: quam fuisse factam pretendunt per dictos dominos de Pe
tra & de Brancassijs. Cum quia deputatio seu creatio huiusmo-
di non est actus iurisdictionis, seu actus exercitij illius, vt colli-
gitur ex eo quod habetur in. l. obseruare. §. post hoc. ff. de offi. pro
consul. & aut. de colla. §. prohibemus autem. versic. antequam vero in
prouincias veniant. colla. ix. & quod notat Baldus in. l. aliquan-
4 do. ff. de officio proconsul. † in quibus locis apparet proconsules,
& alios officiarios existentes extra loca eorum iurisdictionis: & sic
in loco, in quo non possunt eam exercere, posse deputare & creare
officiarios qui illam exerceant in locis eorum iurisdictionis: quod
facere non possent si creatio & deputatio officiariorum sonaret in
exercitium iurisdictionis. l. finali. ff. de iurisdictione omnium iu-
dicum. Cui addo quod Baldus in dicta. l. aliquando dicit, quod ha
bens iurisdictionem quamuis non habeat exercitium potest illam
delegare. Cum & quia non possunt pretendere &c. quia non est pro-
batum, quinimmo nec opportune propositum, quod illi pretensi
officiarij deputati per dictos dominos de petra & de Brancassijs,
aut eorum alterum, post illam pretensam deputationem, factam
videlicet vt pretenditur de anno. Mccccciiij. & de mense Junij,
exercuerint aliquam iurisdictionem in dicto loco sancti Andree,
aut eius mandamento, & ita pretendere non potest idem Ludoui
cus se fuisse ab aliqua pretensa possessione seu quasi iurisdictio-
nis expulsum seu deiectum: quia expelli & eijci sonant in violen-
tam expulsionem & extractionem. dicta. l. j. in princip. & in. §. deij-
citur. & in multis alijs. §§. ff. de vi & vi armata. l. si qui a se fundus.
C. ad legem iuliam de vi. & in. l. deuotum. C. de metal. libro xj.
Cum & quia vbi reperiretur, prout profecto non reperitur, quod
dicti pretensi deputati & creati officiarij iurisdictionem exercuis
sent in dicto loco sancti Andree, vel eius mandamento: non pro-
pterea inferretur, quinimmo nec hoc proponitur, quod ipsi vel di
cti pretensi domini constituentes expulerint aut deiecerint de as-
serta possessione dictum nobilem Ludouicum: quod ad hoc vt quis
dici possit expulsus vel eiectus, videtur requiri & exigi violentiam
esse factam persone, eam per vim de possessione eijciendo. l. j. §. j.
& ij. ff. de vi & vi armata. & quod notat glossa & Bartolus in. l. fin.
in verbo vacua. C. vnde vi. Et hoc videtur opportune & satis col
ligi ex verbis & mente dicti Delphinalis statuti: ibi, expulsus aut
deiectus. & rursus ibi, expelletur violentus. & ibi, & multabitur
violentus vltra penas a iure &c. in multis alijs locis.

¶ Et quamuis parte eiusdem nobilis Ludouici fuerit in dicta
supplicatione subiunctum, eosdem do. de Petra & de Brancas-
sijs

ijs fecisse plures alios actus, per quos vt parte eiusdem preten-
ditur eundem priuauerint seu spoliauerint dicta eius pretensa
possessione: nulli tamen reuera fuerunt probati, propter quos per
eum pretendi potuerit eum fuisse spoliatum. Quo fit vt cum his
que parte eiusdem nobilis Ludouici proposita & probata extite-
runt, adaptari non possint verba dicti statuti, si quis per literas:
non habuerit: nec per consequens habeat locum dispositio illius
5 in hoc casu: † quia vbi cessant verba statuti, cessat & illius dispo-
sitio. l. hos accusare. §. omnibus. ff. de accusa. l. iiij. §. toties. ff. de
dãno infec. l. i. §. loquimur. ff. de aqua quoti. est. l. ita aũt in pn. ff.
de admini. tuto. l. si seruum quis. ff. de aqui. here. c. ad nostram. el
iiij. de iureiuran. & c. indemnitatibus. §. penul. de elec. in. vj. & qd
no. Joan. an. in. c. j. de homici. in. vj. in nouella. & post eum Bald.
in. l. si quis non dicam rapere. colum. iij. ver. & in istis omnibus. C.
de sacrosanc. eccle. Pau. de cast. consi. cccclij. exordiente, Ut de
cisionem accipiat presens consultatio, colũ. i. & consi. cccclxij. exor
diente, Quoad propositam consultationẽ. & Alexander de imol.
consi. xvij. exordiente, Requisitus in causa vertente &c. in primo
volu. & consi. j. col. viij. ver. postremo &c. in primo volu. & An. bar-
ba. consi. xxj. col. iij. in secunda parte: qui omnes communiter vo
lunt, quod vbi cessant verba dispositionis seu statuti, cessat & ipsa
dispositio. Ex quibus omnibus concluditur, sententiam fuisse &
esse proferendam contra eundem nobilem Ludouicũ, vt pote non
probantem eius intentionem.

¶ Certum quoad supplicationem oblatam parte dictarũ ma-
gnifice domine Jsabellis de saggijs auie materne & tutricis & tu-
torio nomine nobilis Ludouice de montalbano amite, & ysabe-
lis de montalbano vxoris persone coniuncte dicti dñi de Bran-
cassijs, videtur easdẽ debuisse & debere in hoc casu obtinere: pro
eo quia, vt apparet ex discursu cause huius, prefata domina ysa-
belis auia & tutrix predictorum nobiliũ ysabelis & Ludouice eius
neptium tunc impuberum, seu dictus dominus Antonius de pe
tra eiusdem ysabelis filius & procurator post decretam eidẽ. d. ysa
beli de saijs tutelam dictarum nobilium ysabelis & Ludouice: &
post concessionem tutelaris administrationis, & dicti nobilis Lu
douici, confecerunt inuentarium de bonis & rebus mobilibus ge
nerosi quondam viri Claudij de mõtealbano domini castri san-
cti andree & eius mandamenti & non solum confecerunt inuenta-
rium huiusmodi, sed etiam communiter dictus dominus de pe-
tra pro & nomine dictarum nobilium ysabelis & Ludouice, & d.
nobilis de agonto pro & nomine dicti nobilis Ludouici eius filij
deputarunt & creauerunt officiarios: qui pro & nomine predicto-
rum nobilium Ludouici & sororẽ iuricditionem communiter ex-
ercerent. Quo fit vt per ingressum dicti castri & factionem inuen-
tarij huiusmodi, de quo inuentario deposuerũt multi testes super
articulis, Addendo, aliqui scilicet de inchoatione, mediatione &
perfectione illius. alij vero de inchoatione & cõtinuatione seu me-
diatione eiusdem, quãuis non de prefectione censeatur dictus do-
minus de Petra acquisiuisse possessionem dicti castri sancti An-
dree: & qr ingressus & inuentarium huiusmodi facti videntur per
eundem dominum de petra procuratorem & procuratorio nomi-
ne dicte do. ysabelis de sagnijs, tutricis dictarũ nobilium ysabe-
lis & Ludouice, filiarum & heredũ dicti quondam nobilis Claudij
de mõte albano, censeatur idem do. de Petra, seu per eun prefate
nobiles ysabelis & Ludouica acquisiuisse possessionem pro besse,
seu duabus tertijs partibus castri predicti sancti Andree: & non
solum ipsius castri, sed etiam totius tertiorij & mandamenti & lo-
corum sibi subditorum, iuxta ea que pro primo dicto voluit Jaco.
de Bellouiso in quadam sua disputatione relata per doct. & ma-
xime per Bar. l. iij. in prin. ff. de acquiren. possess. qui pro sua deter
minatione inducebat. l. caius. §. ij. ff. de lega. ij. l. predijs. §. balne-
as. cum. §. seq. & l. patronus. ff. de leg. iij. & l. titia cũ testamento.
§. j. ff. de lega. iij. & quod no. Jnn. in. c. in literis. de restitu. spolia.
Pro secundo vero dicto, scilicet quod non solum acquisierit pos-
sessionem totius castri, sed etiam mandamenti & locorum subdi-
torum, facit quod not. Barto. & post eum moder. in. d. l. iij. & me-
lius Pet. de Bella perti. in. l. seruitutes. ff. de serui. ti. generali, &
refert & sequitur Anton. de Butr. in. c. si. fol. iij. col. iij. qui volunt
quod ingrediens possessionem ciuitatis habentis castrum sub-
iectum acquirit quasi possessionem in illo castro absq; vsu in ca-
stro faciendo.

6 ¶ † Pro quorum dicto facit: quia inferiora ad caput sequelẽ ha-
bent, eo quod capiti tanq̃ principali & digniori videntur certa men
bra subalternari, & accessoria esse. l. cum in diuersis. C. de religio.
& sump. fu. c. ex merito. vj. q. i. & c. sicut inquit. ij. q. vij. Non enim
licitum est mẽbra a capite recedere. c. cum non liceat. de prescrip.
facit. c. miramur. distinctio. lxj. Et hinc est quod ille dicitur esse
in quasi possessione totius prouincie, qui est in quasi possessione
iurisdictionis ciuitatis, que totius prouincie obtinet principatum
vt not. glo. in. l. j. ff. de off. prefec. preto. aug.

¶ Preterea prefatus dominus de Petra & nobilis Ludouica
non solum fecerunt que dixi: sed etiam nominibus predictorum
nobilium Ludouici & sororum constituerunt officiarios, qui etiã
vt deponũt testes parte earundẽ dña ysabelis & ysabele producti
iurauerunt in forma bene & legitime exercere iurisdictionem pro
& nomine &c. Jpsi etiam dominus de Petra & nobilis Ludouica
mandauerunt vocari syndicos vniuersitatis dicti loci sancti An
dree: quibus verbum fecerunt de causis pendentibus inter domi
num sancti Andree & ipsam vniuersitatem & homines dicti loci.

¶ Preterea etiam apparet quod post decretas tutelas dicto-
rum nobilium Ludouici & sororum, tutelares administatiões bo-
norum eorundem idem dominus de Petra parte dicte nobilis
Ludouice requisitus eidem nobili Ludouice diuisit, quinimo ei
commisit regimen, gubernium & administrationem predictorum
bonorum quoad quotas & partes eisdem nobilibus ysabeli & Lu-
douice spectantes: & que bona huiusmodi postea rexit & gurberna
uit. & fructus eorum percepit.

¶ Ex quibus videtur opportune concludi, ipsas nobiles ysabelẽ
& Lodouicam fuisse in possessione castri, iurisdictionis & manda-
menti predictorum: a qua propterea non debuerunt eijci & expelli:
quod tamen factum est per repulsionem seu non admissionem di-
ctorum dominorum de Petra & de Brãcassijs. l. clam possidere.
§. si. cum. l. seq. ff. de acquirenda possessione. & in dicta. l. prima. §.
siue autem. & quod ibi Barto. ff. de vi & vi arma. & quod not. glo.
magna in dicta. l. si quis in tantam. versi. decimo si possidentem
non admisit. & quod ibi Bald. collumna. iiij. C. vnde vi. Ange.
Aretin. in. §. quadrupli. in materia violentie expulsiue. ver. & ad-
uertas q non tãtuz &c. Jnstitu. de actio. iunctis his que haben-
tur in. l. ossa. §. si. ff. de religio. & sum. fune. & l. cum fundum. ff. de vi
& vi arma. & qd no. glo. in. l. colonus. co tit. Nec obstat si opponatur
qd licet p̃fate nobilis ysabelis & Ludouica, seu p eis & earũ noie
dicta dña ysabelis earũ tutrix, possiderint castrũ & mãdamẽtũ su-
perius mẽtionata pro portione easdẽ cõcernente: nõ tñ possidebãt
tempore repulsionis dictorum dominoruz de Petra & de Bran-
cassijs. Quoniam respondeo quod cum, vt probatum est, dicte
nobiles ysabelis & Ludouica fuerint aliquando in possessione me
dijs predictis: ille presumuntur possedisse, etiam tempore dicte
repulsionis, seu non admissionis, per id quod not. doctores ma-
gis communiter in. c. cum ad sedẽ. de restit. spolia. & in. l. siue pos-
sidetis. C. de probationibus. Panormitanus in. c. cum ecclesia.
ver. aduerte latius de causa possessionis & proprie. Baldus & Sa-
licetus in. l. non ignorabit. C. de exhi. Archidiaco. in. c. pontifi-
ces. vij. questione. j. Speculator & Joannes andreas, titu. de pe-
7 tito. & possessione. §. j. versi. finali. & alij in alijs locis: † cuius dicti
illa solet esse ratio, quia nõ presumitur mutatio voluntatis. l. eũ.
ff. de probationibus. l. fideicommissa. §. si rem. ff. de legatis. iij. l.
cum hic status. §. ij. ff. de dona. inter virum & vxorem & c. maio-
res, & quod ibi glossa & doctores, de baptismo. Propterea oppo-
nitur dictum nobilem Ludouicum, seu pro eo & eius nomine di-
ctam nobilem Ludouicam tenuisse & possedisse insolidum ca-
strum & mandamẽtum predicta, & officiarios locorum predicto-
strũ iurisdictionem insolidum exercuisse pro & nomine eiusdem
nobilis Ludouici: & sic nihil factum seu actum extitisse pro & no-
mine dictarum nobilium ysabelis & Ludouice. & ita non videtur
posse dici quod tempore dicte repulsionis seu non admissionis
possiderẽt. Sed istud non obstat: Tum quia, vt colligitur ex pro-
positis parte dictarum domine ysabelis de sagnijs & nobilis ysa
belis de montalbano in articulis & depositionibus testium, prefa
ti dominus de sagnijs & nobilis ysabelis in super & dictus domi-
nus de petra ignorauerunt premissa fieri: hoc est quod dicta nobi
lis Ludouica subdole & contra conuentionem rexerit & guber-
nauerit bona predicta, & eorum fructus & prouentus perceperit
solo nomine predicti Ludouici: & eodem modo ignorauerunt iu-
risdiscionem exerceri solo nomine eiusdem Ludouici. Et ita non
potuit nec potest eisdem nobilibus ysabeli & Ludouice opponi
quod vel ipse vel dicta earũ domina tutrix nõ recuperauerint vel
statim vel quam primum commode potuerint possessionem castri
& mandamenti predictorum. Quo casu loquitur Bartolus in. l.
si de eo. §. si forte. ver. quid dicemus. in princip. vbi etiã alij. ff. de
8 acquirenda possessione. † Tum & quia supposito quod per negli-
gentiam ciuilis possessoris non redeuntis ad fundum per se ciui-
liter possessum, & obliuionem possessoris eiusdem perdatur ciuilis
possessio: hoc tamen contra dictas nobiles ysabelem & Ludoui-
cam allegari non potuit, attenta remissione immo concessione
gubernij, regiminis & administrationis facte per dictum domi-
num de petra dicte nobili Ludouice: propter quam idem domi-
nus de petra seu prefata dña de sagnijs tutrix, confidens de di-
cta nobili Ludouica & credens q oia cõmuni noie fierẽt ad dicta
loca nõ accesserũt, nec ad illa miserũt nec pp̃ter hoc dz eis negli-
gẽtia vl' obliuio ascribi. Tũ & qr vbi posset, put nõ potest aliqua-

lis negligentia ascribi, illa tamen non sufficisset ad perditionem possessionis, cum ad eam requiratur decennium, ⁊ obliuio possessionis, per id qđ not. glos. in. §. quod autem. institu. de vsuc. quod etiam voluit Bart. ⁊ Francis. de Are. in. l. si de eo. §. si forte. ff. de acquiren. possess. vbi etiam hoc voluit Alex. de imol. multos inducens. ⁊ idem voluit glo. in. l. j. vbi etiam Bal. col. vlti. C. de ser. fugiti. Bal. in. l. fi. C. de his qui a non domino manumit. Pau. de Castr. in. l. si id quod, ⁊ in. l. si is qui animo. ff. de acqui. poss. ⁊ alij in alijs locis. Et q̄uis Bart. ⁊ post eum alij excipiant tres casus in. d. §. si forte. in quibus minori tēpore perditur possessio propter negligentiam: nullus tñ ex casibus huiusmodi occurrit in casu nostro. Quamuis etiam aliqui voluerint nō esse opus decennio ad hoc vt propter negligentiam perdatur possessio, sed ꝙ relinquendum sit arbitrio iudicis, vt voluit gloss. in. l. furtum. §. fundi. ff. de vsuca. ⁊ quidam alij in alijs locis: hec tamen opinio, etiam si vera esset. non suffragaretur dicto nobili Ludouico, attenta vt predixi remissione immo commissione regiminis, gubernij ⁊ administrationis predictorū bonorū, facta dicte nobili Ludouice, ⁊ q̄ etiam a tempore decretarum tutelarum ⁊ cōmissionis huiusmodi non cucurrit nisi quinquennium, vel circa: propter quod non videtur quod bonus vir debeat arbitrari dictas nobiles ysabelem ⁊ Ludouicam perdidisse dictam earum possessionem ante repulsionem seu non admissionem predictam: presertim cum pro maxima parte temporis fuerint impuberes: cum quibus nihil est agendum. Et si fortasse opponatur, quod immo ante repulsionem seu non admissionem huiusmodi perdiderint dictam earum possessionem prefate nobiles ysabela ⁊ Ludouica: pro eo quia dicta nobilis Ludouica commissa ad regimen gubernium ⁊ administrationem bonorum predictorum, quatenus scilicet illa concernebant dictas ysabelem ⁊ Ludouicam, ⁊ officiarij communiter deputati, ⁊ qui iurarunt ⁊cetera. nihil egerunt pro ⁊ nomine dictarum ysabelis ⁊ Ludouice: sed duntaxat nomine predicti nobilis Ludouici, arg, eius quod habetur in. l. iij. §. quod si seruus. l. peregre. §. quibus. ⁊. l. si de eo. ff. de acquiren. pos. ⁊ quod post Jo. vo-
2 luit gl. ⁊ aliqui doct. in. l. fi. super verbo generetur. C. eo. tit. † quatenus volūt qđ si colonus, inquilinus, seruus, pcurator, vel alius, per quem quis possidet rem aliquam naturaliter seu corporaliter deijciatur a possessione huiusmodi, vel illam sponte alteri tradat: perditur ciuilis possessio, que erat apud eum qui per colonum, inquilinum ⁊c. naturaliter possidebat: ergo ⁊ in hoc casu videntur dicte nobiles ysebelis ⁊ Ludouica possessionem perdidisse: cū dicti nobilis Ludouica ⁊ officiarij videantur naturaliter possessionem aliter tradidisse: cum solum nomine illius ⁊ insolidum actus possessorios exercuerint. Sed istud non obstat. Tum q̄ cum parte dicti nobilis Ludouici fuerint negate positiones, in quib⁹ fuit articulatum de commissione regiminis, gubernij ⁊ administrationis, ⁊ de creatione officiariorum: non videtur idem nobilis Ludouicus se posse iuuare his positionibus, per id quod not. Spec. titu. de positio. §. viij. versic. sed scđm premissa, Albe. in. l. nō erit. §. fi. ff. de iureiuran. Bart. in. l. non vtiq̄. ff. de excep. Ang. consi. cli. col. iij. Franc. de Are. in. l. possideri. in princ. in. v. col. ff. de acquir. pos. ⁊ alij in alijs locis. Tum ⁊ q̄ supposito, citra preiudiciū veritatis, qđ de hoc eidem Ludouico opponere liceret: tamē non sibi suffragaretur: q̄ quemadmodum possidēs per se ciuiliter, per colonum vero, inquilinum, seruum, procuratorem vel alium naturaliter, non perdit possessionem ciuilem, si aliqui ex istis per quē naturaliter possidet possessionem perdat, hoc est dolo se derelinquat, vt alius eam ingrediatur ⁊ possessionem apprehēdat, per id quod post Joan. voluit glo. ⁊ docto. magis communiter in. d. l. fi. C. de acquiren. posses. ⁊ in allegata. l. peregre. §. quibus. ff. eo. tit. ita nec perditur per eum qui possessionem tradit. arg. d. l. fi. cum illa eadem ratio que sibi locum vēdicat in. d. primo casu, ⁊ de qua in. d. l. fi. ibi, ne ex aliena malignitate alienum damnum emergat, sibi locum vendicet ⁊ in secundo casu, ergo idem ius. l. illud. cum suis simılib. ff. ad legem aquil. qđ etiam voluerunt Petr. Cyn. Albe. ⁊ Sali. in. d. l. fi. ⁊ hec est scđm Petr. ⁊ Albe. sentētia modernorum, eo sc3 tempore: ⁊ quam Petr. dicebat verissimā, ⁊ pro qua Sali. inducit bona fundamenta. Multa etiam facientia ad hanc sententiam scribit Salic. in. l. ij. C. de noxa. vbi voluit quod propter omnimodam rationem, vel rationis maioritatem correctio in vno casu sibi locum vendicat in alio. Quamuis igitur dicti nobiles Ludouica ⁊ officiarij dici possent quodammodo tradidisse possessionem dicto nobili Ludouico, quatenus non cōmuniter, hoc est nomine ipsius ⁊ suarum sororum non exercuerunt actus possessorios, sed dūtaxat ⁊ insolidum nomine Ludouici: non tamen dici deberet qđ propterea dicte nobiles ysabelis ⁊ Ludouica perdiderunt possessionem, ⁊ hec sententia videtur equissima: ⁊ sic eam perdiderunt per repulsionem seu non admissionē dictorum dominorum de petra ⁊ de Brancassijs. Et vbi dici possent eandem possessionem perdidisse ꝓpter factum dictorum nobilis Ludouice ⁊ officiariorum: tamen hec insignis curia cui de possessione ⁊ possessionis priuatione constat, potest de iure prouidere: cum sit curia equitatis, arg. l. emilius. ff. de mino. vbi pupilla petens se restitui in integrum ex capite ⁊ priuilegio seu beneficio minori etati concesso, fuit per imperatorem: in integrum restituta: non quidem ex capite huiusmodi, sed ex generali clausula, si qua iusta causa mihi videbitur, posita in. l. j. §. j. ff. qui. ex cau. Et quāuis Bar. in. d. l. emilius, dicat dispositionem illius locum habere in imperatore, qui hoc facere potuit ex plenitudine potestatis, vt finem litibus imponeret veritate potius inspecta, q̄ rigore: idem tamen videtur posse facere hec insignis curia, que notorie vicem obtinet prefecti pretorio: cuius est magna authoritas. l. j. ff. de of. prefec. preto. ⁊. l. j. C. de senten. prefec. preto. ⁊ signanter magna est eiusdem insignis curie: vtpote a qua nō solum non appellatur, sed etiam est suprema huius patrie Delphinalis, ⁊ que vices principis obtinet: ⁊ potest in causis procedere sola facti veritate inspecta. Quo fit vt licet pars ex vna causa egerit: si tamen videat eam non ex illa causa, sed ex alia debere obtinere: possit eadem insignis curia veritate inspecta, ⁊ vt litibus finem imponat, proferre sententiam super causa de qua constat: q̄uis alius iudex hoc facere
10 non posset, vtpote regulis iuris magis astrictus. † Ad officium enim iudicis, qui hoc sc3 facere potest, ptinet dirimere lites, aut quantum potest diminuere. l. quidam estimauerunt, ad fi. ff. si certum peta. l. litibus. in princ. C. de agrico. ⁊ censit. lib. xj. §. itē verborum. instit. de inut. stipu. c. finem litibus. de dolo ⁊ contuma. c. cordi. de appella. in vj. c. cum eterni iudicis. de sen. ⁊ re iudi. lites enim sunt execrande: pro eo q̄ propter eas multi deducti sunt ad summam egestatem, ⁊ coacti deserere propriā patriā, aut. vt iudi. sine quoquo suffra. in princ. colla. ix. Ex quibus videt̄ ꝙ non solū potest facere dicta insignis curia qđ predixi: sed etiam vbi ex neutro capite censerentur dicte nobiles Jsabela ⁊ Ludouica spoliate, posset nihilominus declarare eas fore mittendas in possessionem bonorū corporalium dicti quōdam nobilis Claudij de monte Albano, vel eisdem tanq̄ eiusdem quondam nobilis Claudij heredibus adiudicare bessem hereditatis ⁊ bonorum eiusdem quondam nobilis Claudij, attento ꝙ etiam per confessionē partis aduerse sepius repetitā apparet de morte dicti nobilis Claudij: ⁊ ꝙ ipse mortuus est intestatus, superstitib⁹ dictis nobilibus Jsabele Ludouica ex prima vxore, ⁊ Ludouico ex dicta nobili Ludouica de agonto. Apparet preterea per dictum inuētarium de bonis aut maxima parte bonorum eiusdem quondam nobilis Claudij. Que omnia dixerim sub benigna supportatione huius magnifici ⁊ insignis Delphinalis parlamenti.

1 ☞ Voluntas vltima decedentis non angustanda seu coarctanda: nam quilibet regulariter moderator ⁊ arbiter est rei sue, maxime in vltima voluntate.

2 Jgnorantia legatarij an possit effici quo minus ipse postea adueniente scientia redire possit ad legata.

¶ Epitome.

¶ Erronea recognitio rei sibi legate, cum ob pregnantia verba ⁊ directum eius dñium legatum esset, retractanda est. V. F.

¶ De iur. ⁊ facti igno. Consi. clxxj.



x themate mihi exhibite consultationis parte prouidi viri Joannis fulconis, loci de Cabanis, eliciuntur duo dubia ad que respondeo breuiter ⁊ succincte prout infra. Et primo ad primum, ꝙ cum nobilis ⁊ generosus quondam vir Joannes de ponteues, dominus cum viueret oppidi seu castri de Romanis, legauerit ⁊ reliquerit dicto Joāni fulconis omne ius ⁊ omnia iura qđ ⁊ que habebat in ⁊ super quibusdam domo, in qua habitabat idem Fulconis, ⁊ curte eiusdem Fulconis: non possunt heredes dicti quondam nobilis Joannis pretendere dominium directum dictarum domus ⁊ curtis ad se pertinere: nec pretextu huiuscemodi pretēsi dominij super domo ⁊ curte predictis petere aliquē censum. Certū est enim, nisi aliud ostenderetur, ꝙ dictus quondam nobilis Joannes potuit testari ⁊ disponere de rebus suis tam in testādo, q̄ in legando. hoc enim facere potest regulariter quilibet homo liber, pubes ⁊ sui iuris. Addo quod quilibet est regulariter moderator ⁊ arbiter rei sue. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahenda emptio. ⁊ vendi. l. polla. C. de his quib. vt indig. ⁊. c. de his. ad fi. de sepul. facit. l. nemo exterus. C. de iudeis. quod maxime procedit in vltimis voluntatibus, per id quod not. Bald. in. l. j. ff. de condi. insti. Joan. de imola in. l. ex ea. §. j. in fine. ff. de testa. ⁊ Philip. de cor. in. l. j. col. v. C. de condi. insertis. Cum autem idem quondam nobilis Joannes legauerit omne ius ⁊ omnia iura quod ⁊ que habebat ⁊ habere posset in ⁊ super domo ⁊ curte predictis, certum est eundem legasse predictum dominium: quod erat pars domus

⁊ curtis

& certis predictarum & consequenter censuz rõne illius debituz
q: qui omne dicit, nihil excludit. c. solite. de maiorita. & obe. c. si
romanorum. dist. xix. & l. iulianus. cum suis simili. ff. de lega. iij.
2 ¶ † Ad secundum dico & respondeo qd' si dictus Joannes ful-
conis, tempore facte recognitionis ignorabat dictũ legatũ fuisse
sibi relictum, vel si forte sciebat, sed fuerat per heredes dicti quõ
dam de Ponteues, vel dominam eius relictam & forte dictorũ
heredum tutricem eidem persuasum quod per predictum lega-
tum non censeretur relictum predictum dominiũ cũ cẽsu: potest
ipse fulconus ex capite erroris ĩpugnare recognitionẽ post mor-
tem dicti quondam nobilis Joannis per eum dicte nobili reli-
cte factam.

1 ☞ Debitor potest creditorem suum heredem instituere, vel ei
relinquere animo compensandi.
2 Filia a patre in certis rebus legitimam excedentibus heres insti
tuta, & ipso patre iubente eam stare tacitam & contentam, an ex-
cludatur a petitione dotis materne.
3 Appellatione bonorum suorum per patrem facta in materia in-
stitutionis an comprehendatur dos vxoris.
4 Generalis liberatio nihil excludit: sz ad oia indistincte extendit.
5 Hereditas cõprehendit omnia iura tam actiua, ꝙ passiua: & per
consequens es alienum.
6 Filia cedens omnia iura, que habet sup hereditate vel bonis pa-
tris, an censeatur cedere iura dotis materne.
7 Generalis transactio, licet non trahatur ad omnino incognita,
trahi tamen potest ad incognita specie, si in genere, sint cognita.

¶ Epitome.

¶ Donãs centum, postea ducenta eidem pro omni iure &c. in te-
stamento relinquens, priora illa centum in his ducentis cense-
tur comprehendisse. A. F.

¶ De lega. Consil. clxxij.



Etiam si verum esset ꝙ
nobilis quondã vir Girardus mazi dedisset aut
donasset nobili viro Simoni mazi eius nepoti
donatione propter nuptias, seu contẽplatione
mr̃imonij contracti p & inter eundẽ nobilẽ Si-
monẽ ex vna parte, & nobilem & honestam mulierem do. Pinge-
te ex alia, illos mille florenos: quos extorquere seu exigere nitit
idem nobilis Simon a nobili viro Thomasino mazi, dicti quõ-
dam nobilis girardi vniuersali & vnico herede: idem tamẽ nobi-
lis Simon eos exigere non posset. Cũ q: inspectis forma & teno-
re legati duorum millium florenorum eidem Simoni per dictuz
quondã girardum in suo vltimo & nũcupatiuo testamento facti,
idem girardus censetur voluisse facere compensationem p con-
currenti quãtitate. verba enim legati sic formaliter se habẽt: Itẽ
legauit dict⁹ nobilis Girardus mazi testator de eius certa scien
tia nobili viro Simoni mazi etiam mercatori huius ciuitatis a
quensis suo nepoti, filio vero legitimo & naturali sicut dicit quon
dam nobilis Bernardi Mazi mercatoris ipsi⁹ testatoris fratris
ciuis & habitatoris presentis ciuitatis pro omni & quocũqz iu-
re dicto nobili Simoni mazi quouis modo in & super bonis qui-
buscunqz ipsius testatoris presentibus & futuris competenti &
competituro, videlicet duo milia florenorum dicte monete semel
tantũ &c. q̃ verba videntur, esse satis clara & aperta, & per ea cla-
re significari voluntas p̃dicti testatoris, scilicet ꝙ pro omni & quo
cunqz iure eidem Simoni tunc cõpetenti vel postea competitu
ro in & super bonis ipsius testatoris tunc p̃sentibus & futuris sol-
ueretur eidem nobili Simoni per heredẽ testatoris summa duo-
rum millium florenoruz. Non est igitur a verbis hmõi receden-
dum. l. ille aut ille. §. cum in verbis. & l. non aliter. ff. de lega. iij.
1 † Certũ est eñi debitorẽ posse creditorẽ suũ heredẽ instituere, vel
ei relinquere animo cõpensandi. l. si nõ cõpẽsandi. & ꝙ ibi scribẽ-
tes. C. de here. instituen. l. si debitor. ff. ad leg. fal. & l. creditorem.
ff. de lega. ij. & dict⁹ testator hoc etiam satis expressit, propter il-
la verba pro omni & quocunqz iure competenti & cõpetituro: que
sunt vniuersalia & gñalia. & ideo plenius demonstrant & ostendũt
mentem & voluntatem testatoris volentis compensare, ar. l. bali
sta, & qd' ibi scribẽtes. ff. ad trebel. & qd' no. Bal. in proe. ffo. col.
iiij. vel. circa. dum loquitur de verbis habeatur & sit. Et huic est
simile quod scribunt docto. in multis locis de testatore volente
forrasse prohibere detractionem trebellianice aut falcidie: quia
aliud est precipere quod omnia restituantur substituto, & quod
omnia legata soluantur legatarijs, & aliud dicere omnia & inte-
gra, vel omnia & tota: quia hec sunt maioris expressionis. Mul-
ta similia ponit Andre. Barba. in sua Joannina. c. raynaldus.
char. xxx. col. j. de test. & huius dicti reddit ratio, q: geminatio dz
aliqd operari: & est qd simile ei qd' dr̃ Bal. C. de contrahen. empt.
& vẽdi. in rub. q. ix. ꝙ non solũ vnaqueqz clausula, sz ẽt quodcũqz
verbũ a contrahentibus vel disponente prolatum debet esse cum
potestate operandi si fieri potest: pro quo allegat. l. hac lege. ff. de
contrahen. empt. & vendi. & l. si stipulatus. in prin. ff. de vsu. Host.
in. c. ex ore. de priuile. Aug. cõsi. ccl. col. iij. & alij in alijs locis. Sic
igitur videtur eundẽ nobilem Simonem nõ posse exigere dictos
mille florenos, postꝙ ipse acceptauit dictum legatum. Forte ve-
ro opponetur de eo qd' no. Bar. in. l. vt iurisiurãdi. §. si liberi. ad fi.
ff. de oper. liber. & Sali. in. l. si qñ. §. & gñaliter. col. fi. ver. quero de
2 questione. C. de inoffi. testa. † vbi volunt qd' si pater filiam in cer-
tis rebus legitimam excedentibus heredem instituat, & eaz iube
at stare tacitam & contentam: & ꝙ plus de bonis suis petere non
possit: poterit nihilominus petere dotem maternã: pro eo q: bo-
na intelliguntur deducto ere alieno. l. bonorum. & l. subsignatũ.
§. bona. ff. de verb. signifi. filia vero petit dotem tanꝙ es alienũ,
& non tanꝙ aliquid existens de bonis paternis. Propter quod
dicunt Barto. & Sali. vbi supra, filiam hoc facere posse: & refert
Bar. se alias ita cõsuluisse. Sed istud non ob. Quoniam respon-
deo ꝙ Bar. & Sali. loquunt in casu, in quo filia ꝓhibita est plus
petere de bonis testatoris: nos aũt loquimur in casu, in quo testa
tor certum quid reliquit pro omni & quocunqz iure competenti &
competituro in & super bonis testatoris, & sic in casu in quo voluit
& prohibuit: ne pro aliquo iure competẽti &c. peteretur in & super
bonis inter que refert, vt voluit Bal. in. l. liberti liberteqz. col. ix.
vel circa, ver. scz dubitatur an si sit filia instituta. C. de ope. lib. vbi
post relatam opinionem Bar. in. d. §. si liberi. subiungit & dicit ꝙ
aut testator erat debitor speciei: & tũc nõ fit cõpensatio, aut quãti-
tatis: & tũc aut testator habuit respectũ ad bona propria, vt q: dt
relinquo filie mee ꝓ sua legitima centũ, & ꝙ nõ possit plus petere,
& tũc nõ ꝓhibet petere dotẽ maternam, aut dicit: relinquo centũ
pro omni iure qd' posset pretendere super hereditate mea: & ꝙ nõ
possit plus petere, & tunc nihil petet. Et addit Bald. ꝙ si res sit
in obscuro, cum ista ꝓhibitio sit quedam ꝓuisio facta heredi vni
uersali: ipse eam late interpretabitur, sicut prelegatũ. ar. l. in testa
mentis. ff. de reg. iur. & sic interpretabitur relictũ animo cõpẽsan-
di. Et rñdet Bal. ad. l. p̃ter. §. emãcipati. ff. de colla. bo. quẽ Bar.
3 alleg. ꝓ casu † vbi noĩe bonorũ suorũ nõ icludit dos vxoris, ꝙ illud
est scd'm significationẽ verborũ legis: sz hic sum⁹ in interpretatiõe
extensiua verborum testamenti: que latius accipiuntur. l. cogi. in
prin. ff. ad trebel. Et addit Bal. ꝙ si testator diceret: ꝙ nõ possit
plus petere de bonis meis: tunc nõ includeretur ne petat de alie-
nis. l. j. §. nunc videamus. ff. de comun. cõemã. lib. q: dictio de,
significat decisionẽ, id est ꝓut aliquid deciditur ab aliquo: vt fru-
stum a carne. sed dictio super, significat accessionem: & iõ non sunt
eiusdem significationis. Casus igitur in quo loquitur Barto. & in
quo testator ꝓhibuit filiam plus petere de bonis suis est diuer-
sus a casu nostro: in quo in consequentiã testator prohibuit pre-
fatum Simonem plus petere in & super bonis suis. Cum etiam
non põt idẽ Simõ plus petere, obstan. excep. iurate transactiõis:
per quam petere excluderetur, si nõ predicta sibi nõ obstaret. Et
hoc pro eo q: licet prima facie petitio, quã aduersus eũdem nobi
lem thomasinũ ante factam transactionem faciebant, aut se fa-
cturos cõminabantur dictus Simõ & fratres, videat esse specia
lis: quatenus scilicet pretendebant & allegabant se habere & ha
bere debere ius & partem in bonis & hereditate dicti quondam
nobilis Girardi ratione cuiusdam pretensi penultimi testamẽti
per dictum quondam girardum conditi, & in quo pretendebant
dictus Simon & Joannes fuisse heredes institutos vna cum
dicto thomasio & alium eorum fratrem relictum legatarium, tñ
quia ipsi non solum se allegarunt habere seu habere debere ius
& partem in bonis & hereditate eiusdem quõdam Girardi ex ca-
pite dicti pretensi penultimi testamenti: sz etiam ex alijs rationi
bus, causis & titulis, per eos vt dicebant loco & tempore dedu-
cendis: non fuit illa petitio omnino spãlis: sed magis indefinita:
& consequenter vniuersalis, iuxta id quod not. Cy. in. l. sub pre-
textu specierũ. C. de trãs. Quo fit vt cũ trãsactio ista fuerit gñã-
lis, & liberatoria, debuerit & debeat eidem Simoni preiudicare
etiam quoad dictos mille florenos, per ea que scribunt doct. in
d. l. sub pretextu specierum. & in. c. j. de trãsac. & in multis alijs lo-
cis. Preterea supposito, citra preiudicium veritatis, quod peti-
tio dicti Simonis posset dici specialis: tamẽ quia transactio ipsa
fuit generalis, & p verba generalia cõtracta, talia scilicet que sal-
ua ratione recti sermonis restringi non possunt ad rem seu cau-
sam specificatã in dicta pretensa speciali petitione: illa debet tra
hi ad omnia: & sic extendi etiam ad dictos mille florenos ex ad-
uerso petitos. l. pluribus. ff. de acceptila. vbi generalis libera-
tio ad omnia indistincte extenditur, & secundũ Jacob. Butri. &
Sal. in. l. age cum geminiano. C. de transac. & Salicetum in. l. si
de certa. eod. titulo illa in vim transactionis nocet & preiudicat
quoad illa de quibus erat lis: quoad alia vero nocet in vim pa-
cti: quamuis Bartolus in. d. l. si de certa. C. de transactio. & Cy.

in d.l.sub pretextu speciерũ,sentiãt ꝙ immo noceat in vim transactionis etiã quoad ea de quibus nõ erat lis,postꝗ̃ transactio est generalis. Et hoc etiam bene declarat Bart. Et quod trãsactio generalis ⁊ liberatoria extendat̃ ad omnia, ⁊ noceat in omnibus etiam eo casu quo petitio fuit specialis: si tamen facta est per verba generalia, que salua ratione recti sermonis non possunt restringi ad rem vel cãm specificatam, tenent cõiter omnes doctores: ⁊ quidẽ Petr. ⁊ Cyn. in d.l.sub pretextu speciеrũ, Bar. in d.l.si de certa. Anto. de Bu. Panor. ⁊ doc. in d.c.j. de transac. Bal. in l. pactũ qđ dotali. in. xiiij. xv. ⁊ xvj. q. C. de colla. ⁊ ideo dicit, Consulo quod caueant sibi contrahentes, ne renunciantes vtãtur verbis generalibus: ne ex effuso sermone in periculum incidant. Et hoc scđm doct. fit ne recedatur a verborũ significatione ⁊ natura que est vt verba generaliter prolata generaliter operent̃. l. regula. §. fi. ff. de iuris ⁊ fac. igno. l. j. §. cũ vrbem. ff. de offi. prefec. vrbis. l. j. §. ⁊ generaliter. ff. de leg. prestã. ⁊ d.l. pluribꝰ. ff. de accepti. Qđ autẽ transactio predicta fuerit generalis: ⁊ per talia verba cõtracta, que salua ratione recti sermonis restringi nõ possunt ad cãm specificatã, colligit̃ ⁊ clarissime apparet ex verbis dicte trãsactionis: que talia sunt. Primo namq; trãsegerũt pepigerũt ⁊ pactum accordiũ ⁊ cõuentionẽ firmã ⁊ irreuocabilẽ atq; perpetuã fecerũt dicte partes ⁊ earũ vtraq; per se ⁊ suos vt supra: ꝙ tam pro legatis predictis dictorũ trium milliũ florenorũ per dictũ quõdã Sirardum Mazi dicto Simoni mazi sic vt premittit̃ factis, ꝗ̃ pro omnibꝰ ⁊ quibuscunq; petitionibꝰ questionibꝰ ⁊ demãdis quas dictus Simon Mazi facere ⁊ mouere posset, in bonis ⁊ hereditate dicti quondã Sirardi Mazi eius patroni, tam premissorũ pretextu ꝗ̃ alia quacũq; occasione, rõne, titulo, siue cã dictꝰ thomasinus mazi heres eidẽ Simoni mazi eius fratri dare ⁊ soluere ⁊c. hec enim verba sunt generalia ⁊ amplissima: ⁊ talia que salua rõe recti sermonis restringi nõ possunt ad rẽ vel cãm specificatã, scʒ ad dictũ penultimũ testamentũ: ⁊ ad illa que fuerãt eidẽ Simoni in illo relicta. Nec obstat ꝙ, vt possum colligere ex gl. marginalibꝰ domini aduocati partis aduerse, videt̃ ipse sentire, ꝙ illa debeãt restringi vt solũ cõprehendant petitionẽ q̃ fieret de parte hereditatis, nõ de ere alieno. Quia rñdeo ꝙ ipsa restrictio fieri nõ dʒ: ꝓ eo q: dictꝰ Simõ ptẽdebat sibi deberi nõ solũ partẽ hereditatis: sʒ etiã ius, ⁊ hoc tã rõne dicti ptensi testamẽti, ꝗ̃ aliis ⁊c. Transactio aũt facta est ꝙ tã pro legatis ⁊c. que facere ⁊ mouere posset in bonis ⁊ hereditate ⁊c. Per q̃ verba satis apparet trãsactionẽ
5 hmõi debere extẽdi ẽt ad es alienũ: † q: quãuis bona alicuius intelligant̃ deducto ere alieno. d.l. bonorũ. ⁊ l. subsignatũ. §. bona. secꝰ tñ est de hereditate: q: illa cõprehẽdit iura actiua ⁊ passiua: ⁊ sic etiã es alienũ. l. hereditas. ff. de regul. iur. ⁊ l. nihil aliud. ff. de verb. sig. Et hinc dicit Ang. are. in suo tractatu testamẽtorũ, sup verbo ⁊ iussit eã fore tacitã ⁊ contentã, ad fi. ꝙ si pater ꝓhibuerit filiam ne plus petere possit de bonis ⁊ hereditate eiusdẽ: ipsa isto casu petere nõ poterit dotẽ maternã, ꝓpter illud verbũ ⁊ hereditate, in qua cõprehendunt̃ actiones actiue ⁊ passiue. l. pro hereditariis. C. de here. act. l. iulianus. ff. de verb. sig. ⁊ iuribꝰ preallegatis, ⁊ ꝙ no. Bar. ff. de acq. here. sup rub. Et hoc voluit Bar. ⁊ seqnit̃ Bal. in d.l. liberti liberteq;. col. añpenul. vel circa, ver. qđ ergo si
6 filia ⁊c. † vbi q̃rit, qđ si filia cedat oĩa iura q̃ hʒ sup hereditate vel bonis pr̃is, an videat̃ cedere iura dotis materne: ⁊ vr̃ ꝙ sic, si dr̃ super hereditate: secꝰ si dr̃ sup bonis, ꝭm Bar. deinde subdit ⁊ dr̃ Bal. tu dic hoc scđo casu, qñ dr̃ sup bonis, ꝙ si nullũ ius habebat nisi ius dotis, illud cedere vr̃, ne inutilis sit cessio. l. fundũ qui locatus. ff. de fun. instruc. In casu aũt nostro cõprehendit̃ vterq; casus: q: ponit̃ copulatiue in bonis ⁊ hereditate: ⁊ sic nõ est dubium quin debeat extendi etiam ad es alienum. Pro tertia etiam nec obstat si forte opponat̃, ꝙ transactio nõ debeat trahi ad incognita: quoniã respondeo ꝙ istud pretensum debitũ mille florenorum, si tñ re vera debitũ erat, nõ fuit eidem Simoni incognitũ: q: cum dicat ⁊ pretendat illos fuisse sibi donatos tẽpore per eum contracti matrimoniĳ, ꝙ contractũ audio anno domini. Mcccclxxxiij. ipse non potuit huiuscemodi pretensum debitum ignorare, cum dicat se fuisse stipulatũ ⁊ acceptasse: q: quis nõ censetur proprium factũ ignorare. l. ꝗ̃ꝗ̃. ff. ad velleia. not. Bartol. in l. si res obligata. in prin. ff. de leg. j. qđ maxime debuit procedere in hoc casu: quia ab anno predicto vsq; ad tempus facte transactionis, que facta est anno dñi. Mccccxcv. nõ preterierant nisi tres anni, vel circa: ⁊ sic non longum tempus. Quo fit vt sibi nõ suffragetur. l. peregre. in princip. ff. de acquirẽ. posses. ⁊ qđ not. Bart. in d.l. si res obligata.
7 † Preterea supposito, citra preiudiciũ veritatis, quod transactio etiã generalis non trahatur ad omnino incogitata: potest tamen trahi ad incognita in genere, incognita vero in specie: per id qđ not. Bart. in d.l. si de certa. versi. quero vlterius. Angel. in l. qui iure mili. C. de testamen. mili. ⁊ in l. qui rome. §. duo fratres. ff. de verbo. oblig. ⁊ canoni. in d.c.j. de transact. ⁊ probatur in d.l. sub pretextu specierum. Et hec etiam colliguntur ex eo qđ not. Bal. in l. tres fratres. in quarto notab. ⁊ in secũda oppo. ff. de pac. ⁊ in allegata. l. sub pretextu specierum, in prima oppo. ex cuius verbis hoc colligit̃, ꝙ generale pactũ sui natura ad omnia porrigit̃ etiã incognita, nisi aduersarius fuerit in dolo, p. d.l. tres fratres. ⁊ qđ sibi imputare debet generaliter transigens si nõ cogitauerit sub generalibus verbis omnia comprehẽdi etiã incognita, nisi ex inaduertentia eius apposita sunt dicta verba generalia: ꝙ non debet aduersario nocere, arg. l. quicquid astringende. ff. de verb. ob. ꝭm Bal. ibi dum respondet ad. l. cũ aquiliana. ff. de transact. qđ propter verba generalia videtur in dubio saltem in genere cogitasse de omnibus. Et ꝙ partes predicte voluerunt hanc liberatoriam transactionẽ trahi etiã ad incognita, patet ex verbis superius relatis, maxime iunctis illis verbis, aliqua occasione ratione siue cã excogitatis vel in posterũ excogitãdis ⁊c. positis in renunciationibus: per que apparet eas voluisse transactionẽ hãc extẽdi etiã ad incogitata: qđ facere potuerũt: per id qđ not. Cyn. ⁊ doct. in d.l. sub pretextu speciерũ. Bar. in l. aurelio. §. caius. col. penul. versi. Pro declaratione huius partis ⁊c. ibi, ꝑdicta vera nisi appareat ⁊c. ff. de libera. lega. Et idem voluit Bart. ⁊ doct. in d.l. si de certa. ⁊ canoñ. in d.c.j. de transact. ⁊ dicunt doct. communiter ꝙ eoipso ꝙ transactio est generalis, cõtracta scʒ per verba generalia, ⁊ talia que salua rõne recti sermonis restringi nõ possunt ad petitionẽ specialem, seu rem vel cãm specificatã: censent̃ partes in dubio cogitasse de omnibus in genere: quãuis nõ in specie: ⁊ hoc sufficit ad hoc vt ad omnia extendatur transactio liberatoria, ⁊ in omnibus noceat liberanti. Pro hoc ponit multa Alex. de imol. consi. xliij. exordien. quomo. ⁊ qñ allegans se enormiter lesum. col. vi. in primo vol. ⁊ consi. xj. exordiente, Viso ac vt oportet considerato ⁊c. in scđo volu. Ex quibus omnibus, sub benigna supportatione huius magnifici parlamenti, dico ⁊ rñdeo nobilem Simonẽ fuisse ⁊ esse repellendum, ⁊ sententiã interlocutoriam super exceptione transactionis per eñ iurate per dñm iudicem a quo ꝓmulgatam fuisse ⁊ esse bene latam, ⁊ propterea confirmandam.

1 ☞ Verbum progenies:, est verbũ collectiuum, ⁊ comprehendit omnes descendentes, qñq; etiam accipitur pro cognatione, seu consanguinitate: licet restringatur per verbum masculinum.
2 Testator an per suam dispositionem possit instituto a se liberam testandi facultatem auferre.
3 Dispositio testatoris non debet aliud operari ꝗ̃ verba sonant.
4 Testatoris nuda alienationis prohibitio an regulariter valeat.
5 Fideicommissum inducitur ex quibuscunq; verbis, siue dispositiuis, siue enuntiatiuis, ⁊ quomodocunq; probari possit de voluntate testatoris, ⁊ num. 21.
6 Causa finalis vniuscuiusq; dispositionis dicitur ea que principalem intentionem significat.
7 Verba ista, Peto a te fratre herede instituto ne domum alienes sed in familia relinquas, important fideicommissum eiusdem virtutis ac si esset testamentarium.
8 Fideicommissum repetitur ab illo, qui contra testatoris voluntatem hereditatem in extraneos transfert.
9 Proximiores semper ad fideicommissum admittuntur, siue ad implendum, siue ad repetendum.
10 Testatoris dispositio legi non repugnans est vt lex obseruanda.
11 Testator potest omne id quod non reperitur sibi expresse a lege prohibitum.
12 Testator potest feminas a suis bonis excludere, ⁊ grauare suos ne sua bona in illas transferant.
13 Mulier an quoad omnia censeatur de foro ⁊ familia viri.
14 Prohibitio de non alienãdo ⁊c. facta filio an extendatur ad nepotes.
15 Ablatiui absoluti non semper resoluuntur, sed quandoq; disponunt, quandoq; stant in vim modi, quandoq; in vim conditionis quandoq; in vim cause finalis.
16 Ratio alicuius dicti quãdoq; ipsum dictum restringit.
17 Dictio semper, perpetuitatem importat.
18 Testator an per suam prohibitionem de non alienando etiam cũ causa factam possit preiudicare creditoribus suis, quin nõ obstante prohibitione huiusmodi vendantur bona alienari prohibita, vt ipsis creditoribus satisfiat.
19 Filius, in cuius fauorem prohibita est alienatio, an pro legitima haberi debeat vt creditor.
20 Falcidia vel trebellianica an de re prohibita alienari detrahat per legatarium vel fideicommissarium.
22 Filiĳ vel liberi positi in conditione, ⁊ grauati de restituenda hereditate, an etiam censeantur substituti vel honorati.
23 Testator volens consequens videtur velle omne antecedens ad illud, ⁊ num. 25. nisi antecedens sit multomaius.
24 Testator seruum proprium heredem instituens in necessariũ antecedens videtur eidem relinquere libertatem.

Sapien-

26 Sapientioribus discordantibus difficile veritas habetur.
27 Filio grauato restituere masculis, nihilominus non debet filia priuari legitima.
28 Prohibito alienare bona hereditaria nisi in certuz genus personarum decedente abintestato succedunt proximiores etiam non existentes de familia prohibentis.
29 Uerba, in dispositione geminata latissimam & enixam disponentis intentionem indicant.
30 Prohibitus alienare an per successionem abintestato nihilominus transferat ad prohibitos.
31 In legitima attenditur tēpus mortis patris, seu illius in cuius bonis deberi, pretenditur, & nu. 35.
32 Argumentum a legitima filij ad legitimam patroni an sit bonū.
33 Ecclesiam instituens & filium exheredans sanctorum non insequitur consilium.
34 Legata ēt ad pias causas non dsit filij legitimam diminuere.
36 Legitima & fructus illos debentur a tempore mortis patris.
37 Donata filio p patrē inter viuos, an regulariter filio imputētur in legitima.
38 Donatio propter nuptias nō gaudet priuilegio dotis.
39 Donatio facta a patre filio vel filie in potestate existenti ipsius patris morte firmatur, licet alias fuerit illicita.
40 Filius an pro sua legitima vel eius supplemento possit possessionem etiam rei vacantis sua autoritate occupare.
41 Filia in certa quantitate dotata a patre debet illam quantitatē in legitimam cōputare, secus in filio, cui relinquitur iure institutionis certa quantitas.
41 Pater nō tenetur regulariter in vita dare filio legitimam: filiaz autē dotare tenetur, etiā si sine patris licētia nupserit nō indigno.
43 Alienata per heredem de restituendo grauatū debent imputari legitimā & trebellianicā illius q alias eas detrahere poterat.
44 Legitima nō debetur in dignitatibus, cū sint bona indiuisibilia, & partitionem non recipientia.
45 Mulieres nō succedunt in feudis, nisi feudū sit femininū, quod per pactum transit ad feminas, puta masculis deficiētibus, quibus demū procreatis reuertitur ad illos.
46 Repulsus a tota hereditate nullam potest petere legitimam.
47 Filie, ad quas peruenerunt bona existentia de emphyteosi ecclesiastica, & in qua nō potest extraneus succedere, an teneātur illa sibi imputare in legitimam.
48 Filius an in legitimā possit eligere de reb⁹ hereditarijs qs velit.
49 Legitie insufficiētis supplemētū pōt peti nisi obstet renūtiatio.
50 Stante statuto, quod extantibus masculis filie abintestato nō succedāt, si pater testetur masculū heredē vniuersalē instituens, & filie aliquid iure institutionis minus legitima relinquens, an ipsa filia possit agere ad supplementum.
51 Pater filio minus legitima relinquente, & illum esse contentum iubente, & ne possit vltra petere quacūq; occasione, si ipse fili⁹ simpliciter acceptauerit, an nihilomin⁹ poterit petere supplementū.
52 Testādi facultas & in vltima voluntate de bonis suis disponēdi est de genere permissorū in suo genere: nec in hoc requirit causa.
53 Testatoris voluntati in dubio fauendum est.
74 Succedens titulo particulari non tenetur conferre.

Epitome.

Proficua sane somniorum ars est iurisprudentia: in qua qui plures excogitare rationes potest excellit. Ceterum viginti aut plura capita, que respōsum istud absoluit in vnum redigit, haud possunt: sed hoc pretermissuz est in notabilib⁹, q heres nō detrahēs trebellianicā, hoc in dubio facere videtur gratia fideicōmissarij. U. F.

Commu. de succes. Consi. clxxiij.


Ex themate mihi transmisse cōsultationis pre magnifici & potentis viri dñi Ludouici de Uillanoua, dñi de Trantio eliciunt multa dubia, & qdē difficilia, & satis subtilia. Quib⁹ sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis rñdeo put infra. Et primo quidē ad primuz. Pro cuius solutione premitto q quondā magnific⁹ & potens vir dñs Girardus de villa noua dñs dum viueret oppidi seu castri de arcubus & suoruz membrorum, primus testator, legitur heredē vniuersalem instituisse nobilem & generosuz virum Wellonū de villa noua eius filium naturalē & legitimū. & deinde illi si in pupillari etate vel post quādocūq; intestatus & sine herede masculo & ex suo corpore legitime pcreato, aut dicti sui heredes masculi sine ple masculini gñis qñcūq; decederēt, substituit ei vel eis herede nobilē An. de villanoua dñz de flayfco frēm suū quoad vsumfructū & vsum, solū & dūtaxat scz quandiu viueret in hoc mūdo, & post eius mortē dicto vsufructu finito heredes instituit nobiles Arnaudum & Gulielmum de villa noua fres, dños de trancio, filios quondam dñi helioni de villanoua ipsius testatoris fris, & Antoniū de villanoua filiū naturalem & legitimū dicti nobilis Antonij. Fecit & alias substitutiones, q̄ legūtur in ei⁹ testō aver. In omnibus aūt alijs bonis &c. vsq; ad ver. si vero dictus heliunus filius & heres meus veniat ad pubertatem: super quib⁹ substitutionibus non est insistendū: pro eo q̄ nec dict⁹ helion⁹ mortuus est impubes, sz nec intestatus, aut sine herede masculo. Et ita substitutio prima sibi locum vendicare non potuit in psonis primo loco substitutis seu substitutorū: & consequēter nec scdo loco substitutorū. Solum igitur vr̄ insistendum super substitutiōe seu dispositione, quā fecisse legitur dict⁹ quondā dñs giraud⁹ in ver. si vo dict⁹ dñs helion⁹ fili⁹ & heres me⁹ veniat ad pubertatē volo & ordino q ipse possit & valeat nō obstātib⁹ dictis substitutionib⁹ p me factis q̄s solū & dūtaxat ad impubertatē extendi & intelligi volo & etiā si intestatus decederet sine prole legitima masculina de dictis bonis testari disponere & ordinare prout sibi videbitur disponendum & ordinādum dummodo in extraneum seu extraneos, sz in eos qui erunt mee progeniei & armoruz masculos dictam hereditatē meā nō trāsferat seu transmittat nec etiā in aliquā mulierē q̄uis de gñe cognomine & armis meis extiterat aut ei vel eisdē mulierib⁹ leget seu relinquat nisi i pecunia vel vsufructu aut alijs rebus mobilibus, ppzietate dicte hereditatis semp integra remanēte apud masculos mei cognominis & progeniei quācūq; mulierez seu mulieres a dicte hereditatis pprietate sine parte ipsius totalr̄ priuādo, & excludēdo. Scdo premitto q, vt colligit ex dictis verbis, dictus dñs giraudus prim⁹ testator voluit & ordinauit q dict⁹ nobilis helionus, si perueniret ad paupertatez, posset & valet testari, disponere & ordinare de dictis ei⁹ bonis put sibi videret disponendū & ordinādū, nō obstantib⁹ substitutiōibus supra primo loco recitatis: quas solū & duntaxat extendi voluit ad impubertatē, & etiā ad casuz quo contingeret eum decedere intestatū sine ple legitima masculina. & subiunxit, dūmō in extraneū seu extraneos dicit hereditatē meā nō transferat seu transmittat, nec ēt in aliquā mulierē scz in eos qui erunt mee pgeniei & armoruz masculos. Ex his igit verbis orit difficultas, an dict⁹ dñs testator censeat substituisse dicto nobili heliono suo filio masculos sue pgeniei & armoz, & si h̄ fecisse cēseat, supest alia difficultas, an cēseat eidez nobili heliono absolute substituisse masculos sue pgeniei & armorū: an vero hoc solū fecisse cēseatur in eū casuz, in quē contingeret ipm nobilē helionū dictā ipsi⁹ primi testatoris hereditatē trāsferre i extraneū vel extraneos. Inter quos cas⁹ multū refert: q̄ primo casu videret substitutio purificata p mortem eiusdem helioni, & q̄ sibi locū vēdicasset in personam filiorū masculorū primi grad⁹ ipsius helioni. l. cū ita legat. §. in fideicōmisso. & l. peto. §. fre. ff. de leg. ij. facit. l. fi. C. de ver. sig. iūcto eo qd h̄r in. l. fi. C. de emācipa. libe. p quā Bal. in c. si pr̄. de testa in. vj. vbi ēt Phil. de frā. char. penul. vl̄ circa, x. q̄rto q veniāt appellatiōe pgeniei. Pau. de ca. in. l. si qs in suo. C. de inoff. test. & And. barba. in repetitiōe. l. cū acutissimi. char. xix. col. iij. ver. qd si testator dixerit si filius meus decesserit sine pgenie. C. de fideicom. † voluit quod appellatione progeniei alicuius, veniāt omnes descēdentes illius. Est ergo progenies nomen colectiuum. Et idem videtur dicendum de masculis progeniei alicuius: quia istud nomen masculi progeniei &c. comprehendit diuersos gradus: scz masculos primi gradus progeniei illius, & masculos secundi gradus, & deinceps. Nō omitto quod etiam progenies aliquando accipitur pro cognatione, seu consanguinitate: vt illi dicantur esse de mea progenie, qui sunt de mea consanguinitate, seu cognatione. c. pgeniem. & c. ad sedem. xxxv. q. iiij. Et ita etiam videtur accepisse dictus dominus testator in substitutionibus primo loco mentionatis, ibi, qui de ipsa hereditate possint & valeant testari disponere & ordinare in personas masculi generis mee progeniei: que non poterant intelligi de liberis masculis ipsius testatoris: quia ibi supponebatur nullos liberos masculos superesse. Siue accepit igitur ipse testator nomen progeniei pro liberis descendentibus, siue pro cognatione: certum est q est nomen collectiuum etiam si propter dictionem masculos, restringatur vt non cōprehēdat feminas: q̄ vtroq; casu cōprehendit masculos diuersorū graduū: & inter quos cedet ordo charitatis: vt dicimus de verbo famlie, & verbo liberorū, de cippo, de quo mentionē facit Ange. & post eū alij doc. in. d. l. fi. C. de verbo. signi. Redeundo igitur ad casum, videtur q substitutio, vt predixi, sibi locū vendicasset in masculis primi gradus dicti quondaz Welyoni, per iura allegata. In secundo vero casu substitutio nō sibi locū vendicasset per mortem dicti Welioni: sed nec per mortem domini Arnaudi eius filij. Et hoc pro eo quia nullus ex eis transtulit aut transmisit hereditatem eiusdem primi testatoris in extraneū vel extraneos, sed in descēdentes masculos, & in eos qui erāt progeniei & armorū eiusdē primi testatoris: dict⁹ scz nobilis Welyonus in prefatū nobilē Arnaudū ei⁹ filiū natu-

valem ⁊ legitimum, ⁊ dictus nobilis Arnaudus in dictum domi
num Ludouicum de villanoua, modernum dn̄m de trancio, ⁊ pro
nepotem dicti primi testatoris. Est igitur inquirendum de istis.
Et primo, an sc3 dictus testator censeatur substituisse prefato no/
bili Delyono masculos progeniei ⁊ armorum eiusdem testato/
ris. Et redeundo ad primum quesitum, videtur prima facie dicē/
dum ꝙ nō: pro eo q: idē testator voluit ⁊ ordinauit, ꝙ dictus no/
bilis Delyonus possit testari, ordinare ⁊ disponere de bonis sui
ipsius testatoris prout sibi videretur, non obstantibus dictis per
eum factis substitutionibus supra primo loco mētionatis. Cum
igitur per verba huiusmodi manifeste declaretur eius mens seu
voluntas, non est ab ea recedendū. l. ille aut ille. §. cum in verbis.
2 ⁊ l. non aliter. ff. de leg. iij. † Et quāuis verbū videbitur, positum
in dicta dispositione, dici possit importare arbitrium boni viri. l.
continuus. §. cum ita. ff. de verbo. oblig. ⁊ l. fideicōmissaria liber
tas. ff. de fideicommissa. liber. not. Bart. in extrauagan. ad repri/
mēdum, super verbo, videbitur, ⁊ alij in aliis locis: hoc tamen nō
videtur concludere vel inferre, ꝙ propterea censeatur idem pri/
mus testator dicto Delyono filio suo substituisse: q: cum quilibet
sit moderator ⁊ arbiter rei sue, ⁊ odiosum videatur ꝙ aliquis sui
iuris ⁊ etatis legitime non possit de bonis suis ad nutum dispo/
nere etiam abutendo. l. nemo exterus. C. de iudeis. l. in re manda/
ta. C. mandati. l. dudum. C. de contrahenda emptione ⁊ vendi/
tione. l. polla. C. de his quibus vt indignis. l. non vsq3 adeo. in fi.
ff. si a parente quis fuerit manumissus. ⁊ capit. de his. ad finem. de
sepul. iuncta. l. sed ⁊ si lege. §. consuluit. ff. de peti. here. non videt
ꝙ bonus vir debeat arbitrari eūdem nobilem Delyonum fuisse
grauatum de restituendo hereditatem ⁊ bona dicti domini testa
toris masculis sue progeniei ⁊ armorū: q: sic videbatur impediri
ne plene de bonis posset pro tempore testari, disponere ⁊ ordina/
3 re: sed duntaxat de legitima ⁊ trebellianica. † Preterea dispo/
sitio ad vnum effectum non debet contrarium operari. l. legata
inutiliter. cum suis simi. ff. de adimen. leg. Sed dicta clausula, vt
posset idem Delyonus testari disponere ⁊ ordinare non obstanti
bus substitutionibus ⁊c. videtur fuisse apposita ad exoneratio/
nem grauaminis: seu vt magis apparet de voluntate ipsius testa
toris: sc3 ꝙ non intendebat eum grauare vel impedire quominus
de bonis suprascriptis testatoris disponeret: ergo non censet ipse do/
minus testator eidem nobili Delyono substituisse. Sed his non
obstantibus, que vt mihi videtur re vera non obstant, dico contra
rium, sc3 ꝙ immo idem dominus testator eidem Delyono substi/
tuerit. Et vt hoc facilius pateat: est aduertendum ꝙ idem testa/
tor prohibuit transferri aut transmitti dictam eius hereditatem
in extraneum seu extraneos: hoc est non masculum seu masculos
sue progeniei ⁊ armorum: qd̄ declaratur per verba in dicta eius
dispositione contenta: ibi, sed in eos. ⁊ in versic. Nec etiam in ali/
4 quam mulierem. † Et quamuis nudum preceptum testatoris seu
nuda alienationis prohibitio regulariter non valeat. l. filiusfami
lias. §. diui. ff. de lega. j. l. pater filium. §. iulius aggrippa. ⁊ l. lu/
cius. cum suis similib. ff. de leg. iij. dicta tamen prohibitio facta
per ipsum dn̄m testatorem valuit: pro eo q: non fuit nuda: q: ipse
censetur prohibuisse ⁊ prohibuit ne bona sua trāsferrentur in ex/
traneos: hoc est extra suos, seu in feminā, etiā3 si de suis existeret.
illa ergo valuit, prout dicunt doct. de illa per quam testator prohi
bet bona sua alienari extra familiam: quā omnes fatentur vale/
re, etiam si non esset vltra processum, nec adderetur alia causa. Vi
detur enim per hoc testator tacite velle prouidere familie: vt vo/
luit Cynus in. l. quoties. la. j. C. de fideicom. ⁊ idem voluit Sali.
dicens quod in hac prohibitione inest causa: q: scilicet vult bona
alienari prohibita remanere in familia. Et idem not. Cumanus
Paul. de Cast. ⁊ Alex. de imo. in. l. qui rome. §. coheredes. ff. de
verb. oblig. ⁊ idem scd̄m Alex. de imo. in. d. §. coheredes. col. iij.
videtur velle Bar. in. d. l. quoties. la. j. per ibi not. per gloss. dum
facit mentionem de tacita causa. Idem etiam volunt moderni
in. d. l. peto a fratre. Quibus addicio ꝙ hic nō est dubitandum de
validitate dictarum inhibitionum, sc3 ne trāsferretur hereditas
in extraneum seu extraneos, aut in feminam, etiam si esset proge
niei ⁊ armorum: q: dictus dominus testator subiecit causam cla/
ram ⁊ expressam, per quā apparet ꝙ ipse voluit hereditatem hu/
iusmodi transferri ⁊ trāsmitti ad masculos sue progeniei ⁊ armo
rum: ⁊ proprietatem illius semper integram remanere apud ma/
sculos cognominis ⁊ progeniei eiusdem. Per que verba non so/
lum fuisset validata prohibitio predicta si alias nuda extitisset: vt
pote per verba causam prohibitionis de nō alienando designan/
tia. d. l. filiusfamilias. §. diui. sed etiam facta substitutio ipsi De/
lyono de masculis progeniei, cognominis ⁊ armorū ipsius testa/
toris. d. l. peto. §. fratre. ⁊ qd̄ ibi doct. ff. de lega. ij. ⁊ qd̄ not. Bar.
5 in. d. l. qui rome. §. coheredes. † Est enim regula in materia fidei/
commissorū, qd̄ ex quibuscunq3 verbis nō solum dispositiuis, sed
etiam quēq3 enuntiatiui, ⁊ quomodocunq3 probari possit de vo/
luntate testatoris, vel de illa constet, inducitur fideicommissum.
l. cū proponebat. ff. de lega. ij. l. vnū ex familia. §. fi. ⁊ qd̄ ibi Bar.
ff. de lega. ij. vbi ex verbis mariti vxorē heredem instituentis, qui
bus ita cauerat nō dubitare se quodcunq3 vxor eius heres insti/
tuta cepisset liberis suis redditurā, inducit fideicommissum. Idē
probatur in. l. pamphilo. ff. de lega. iij. vbi ex verbis patroni liber
to suo certa bona relinquētis, quib9 cauit se scire omnia que eidē
pamphilo relinquebat ad filios suprascriptos testatoris peruentura:
cum affectionē eiusdem pamphili circa eos bene perspectam ha
beret: inducit fideicommissum. Probatur etiā in. l. etiā hoc mo/
do. ⁊ in. l. eo modo. ff. de lega. j. in quibus probatur quod per ista
verba rogo vt des, cupio, credo te restiturū, scio te daturum, ⁊
similia verba, inducitur fideicommissum. Et ide3 in. l. codicillis.
§. matre. ff. de lega. ij. vbi per illa verba habes filios sororum tua
rum, quibus relinques: perque verba inducitur fideicommissum.
Ad idem facit tex. in. l. fideicommissa. §. hec verba. ff. de lega. iij.
vbi per illa verba, te fili rogo vt predia que ad te peruenerint pro
tua diligentia diligas, ⁊ curam eorum agas, vt possint ad filios
tuos peruenire, inducitur fideicommissu3. Si igitur in predictis
casibus inducatur fideicōmissum: licet verba nō sint vsquequaq3
dispositiua, neq3 proprie apta ad importādum fideicommissum:
multomagis, aut saltem non minus censenda sunt fideicommis/
sum importare in casu nostro: in quo dictus dominus testator vo
luit ⁊ ordinauit prefatum Delyonū posse testari, disponere ⁊ ordi
nare de dicta eius hereditate: dummodo illam in extraneum seu
extraneos non transferret aut transmitteret: sed in masculos sue
progeniei ⁊ armorum. In quibus vltimis verbis sunt subaudien
da illa verba, transferat seu transmittat, per id quod habetur in. l.
seie. §. caio. ff. de fundo instructo. ⁊ l. j. in princip. iuncta. l. ait pre/
tor. C. de incen. rui. ⁊ naufra. Et faciunt verba sequentia in predi/
cta dispositione: in qua subiunxit idem testator sequentem clau/
sulam: Nec etiam in aliquam mulierem, quis de genere cognomi
ne ⁊ armis meis existeret: aut ei vel eisdem mulieribus leget seu
relinquat nisi in pecunia vel vsufructu aut aliis rebus mobilib9,
proprietate dicte hereditatis semper integra remanēte apud ma/
sculos mei cognominis ⁊ progeniei. Et videntur premissa confir
mari: pro eo q: principalis intētio dicti testatoris fuit, vt eius he/
reditas ⁊ bona transferrētur ⁊ transmitterentur ad masculos sue
progeniei ⁊ armorum, ⁊ vt salte3 bona immobilia integre semper
remanerent apud masculos suarum cognominis ⁊ progeniei. Et
ad hoc vt hec sua intentio fortiorem habeat effectum adiungit
dictas prohibitiones, sc3 dummodo dictam eius hereditatem in
extraneum vel extraneos non transferat aut transmittat: nec etiā
in aliquam mulierem: quis de genere, cognomine ⁊ armis ⁊c. Et
hec videntur inducere causam finalem: cum contineant vtilitatē
dictorum masculorum progeniei ⁊ armoru3 seu cognominis: ⁊ sic
alterius ꝙ dicti Delyoni heredis instituti. l. titia. in fin. ⁊ l. qui/
6 bus diebus. §. fin. ff. de conditionibus ⁊ demonstra. † Causa au/
tem finalis in vnaquaq3 dispositione dicit ea, que significat prin/
cipalem intentionē, iuxta not. per Bar. in. l. j. §. fi. ff. de dona. ⁊ qd̄
not. in. c. cum cessante. de appella. Cum igit principale intentum
fuerit inducere fideicōmissum inter masculos de progenie, cogno
mine ⁊ armis, illud est attendendū. l. cum virum. cū suis similib.
C. de fideicō. Multa alia scribit do. Bar. soci. consi. ccxxvij. exor
5 compulsio non imponitur parentibus: et subiungit. † quod statuta quibus cauetur, quod parentes teneantur soluere condemnationem filiorum, et ad hoc precise cogantur, sunt iuri cōmuni contraria, et odiosa, ac strictissime interpretanda. Quibus premissis videtur dicendum quod honestus iuuenis Lambertus capelli, filius naturalis et legitimus honorabilis viri Petri capelli, mercatoris Nicie ciuitatis, qui ex causa venditionis sexcentarum petiarum bordatorum sibi facte per honorabilem virum Petrum masuerii ciuem predicte ciuitatis, et pretio octingentorum et triginta duorum ducatorum largorum boni auri et iusti ponderis, et que petie fuerunt pro et nomine dicti Lamberti et ad ipsius requisitionem expedite, et consignate domino Franco Catanio mercatori Januensi pro redemptione et liberatione dicti Lamberti, et quorūdam aliorum, a captiuitate in qua detinebantur, possit et valeat in vim celebrati per eum contractus conueniri et conuentus condemnari, et deinde in bonis suis castrensibus vel quasi, si que fortasse habeat, et in aduentitiis, cōdemnatio seu sententia executioni demandari: et non solum in his, sed etiam in bonis profectitiis, si que habeat: insuper et in persona eiusdez, per illius scilicet captionem, incarcerationem et detentionem, per predicta: que non repeto. Nisi forte quis opponat, quod immo non possit: pro eo quia cum seruus existeret tempore sibi facte venditionis, et contracte obligationis, non debet post consecutionem libertatis teneri de his que gessit tempore seruitutis: per ea que habentur. l. i. et ii. et multis aliis. C. an seruus ex suo facto. Sed istud non obstat. Tum qr forte non erat seruus: quod tamen pro nunc non firmo, cum non habeam plenam facti necessariam informationem. Tum quia ipse non solum emit, et pretium soluere promisit: sed etiam super sacrosanctis dei euangeliis iurauit quod dictam summā solueret: et que, seu verius dicte sexcente petie Bordati fuerunt per dictum Mazuerii iam dicto Catanio expedite et consignate in et pro redemptione dicti Lamberti, et aliorū. Unde cum dictum iuramentum seruari possit sine dispendio salutis eterne: quinimo nō possit eius obseruatio pretermitti sine dispendio illius, illud seruandum est. capitulo, cum contingat. capitul. si vero. de iureiurando. capit. licet mulieres. eodem titulo in. vi. c. quamuis pactum. de pactis. eodem libr. et aut hen. sacramenta puberum. C. si aduersus venditionem. Et ad validitatem dicte obligationis etiam facit in ratione sui. l. promisse tibi pecunie. C. an seruus ex suo facto. Addo quod in curia parui sigilli Montispessulani, in qua sunt taxate exceptiones, non admitteretur predicta exceptio, vtpote non existens de numero admissibilium. Preterea audio quod dicti Lambertus et alii erant et eorum quilibet in solidum obligati predicto Catanio, vna cum solitis renunciationibus, ita vt eo inuito non posset idem Lambertus a captiuitate redimi. Quo fit vt si etiam sine vēditione vel obligatione dictus mazuerii dictas bordatorum petias eidem Catanio consignasset pro redemptione dicti Lamberti: posset ipse Mazuerii a predicto Lamberto repetere pretium, seu valorem dictorum bordatorum: per ea que habentur in. l. ii. et fin. C. de postliminiū reuersis. Nec posset ipse opponere vel dicere, quod sibi potius expediebat manere in captiuitate, q̄ tanta pecunia redimi: per id quod habetur in. l. stichus. et quod ibi gloss. et Bartolus. ff. de pecu. lega. vbi per
6 illam legem dicit Bartolus † quod si fuerit condemnatus aliquis in mille, et quod si non solueret amputetur sibi pes vel manus, vel quod aliud debeat fieri in persona: et aliquis amicus condemnationem soluat animo repetendi: et iste condemnatus dicat quod nolit reddere, pro eo quia melius erat sibi quod pes amputaretur, q̄ quod tanta pecunia solueretur: certe hoc dicere non potest, vt est ibi textus et glossa notabilis, secundum Barto. Etiam per illam. l. dicit Bartolus quod si aliquis fuerit condemnatus in centum, et si non solueret esset exbannitus: si aliquis soluat pro eo, non potest dicere quod non expediebat soluere, quia potius expediebat esse exbannitum. Nam vides (inquit Bartol.) quando fit transmutatio de vno dominio ad aliud, non potest dicere non debuisti pro me soluere: sic ergo et vbi fit translatio de vna ciuitate in aliam, nō potest dicere non potuisti soluere pro me: et hoc dicit generaliter notandum Bart. pro omni eo q; tangit personam vel libertatem vel vitam vel ciuitatem, q̄ ille pro quo soluitur non potest dicere non esse vtiliter gestum: vt probatur in d. l. stichus. quod mandat menti teneri. Uerum q̄uis hec sint verissima, scilicet quod de hoc non possit excipere idem Lambertus: fortasse tamen potius elligeret seruire per quinquennium, et remanere iure pignoris penes redemptorem: iuxta dispositionem dicte. l. fina. propter quod bonum fuit quod etiam conuenerit et se obligauerit: prout et factum est: quamuis etiam possit et non inepte responderi quod dicta. l. penult. loquitur in redemptore: in eo scilicet qui captiuū tenebat: hoc autem non est hic factum. Non enim idem Mazuerii dictos Lambertum et alios comparauit vt eos in seruos haberet, sed pro illorum liberatione, et vt liberos reduceret vendidit dictos bordatos et dicto Lamberto ac pro et nomine illius eosdem expendit, et consignauit et expediuit predicto Catanio creditori, aut domino: et hec postulante et suppliciter requirente dicto Lamberto: et sic iste casus est diuersus: et propterea non obstat dicta. l. penultima. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verborum obligationi. l. si maritus. la. i. C. de donatio. inter vir. et vxorem. et vulgata. l. papinianus exuli. ff. de minoribus.

¶ Ceterum mihi ostensum est quoddam memoriale factum, vt dicitur per dictū Petrū capelli patrē huius Lamberti, et traditū vel

vel directum huic mazuerij ad partes Barbarie pro granis com
parandis accedenti: et cui per eundem petrum mandatur, vt di
ctum Lambertum filium et quosdam alios a captiuitate redi-
mat. Et quia ante confectionem memorialis huiusmodi fortas-
se relatum extiterat dicto petro patri lamberti, quod rex de Tu-
nis, cuius dicti lambertus et alij dicebantur et erant captiui, cum
eis conuenerat de pretio redemptionis, expediuit seu expediri et
consignari mandauit idem petrus huic mazuerij, et pro facienda
redemptione dicti petri et concaptiuorum predictorum trecen-
tas petias bordatorum, et quedam alia. Et si idem rex, nollet ser-
uare promissa, dictus petrus lamberti eundem mazuerij charissi-
me rogat, quatenus dictum eius filium redimeret, etiam si pro eo
dare deberet petias centum, aut centum et quinquaginta, aut du-
centas, vel maius vel minus seu plures, vel pauciores, prout sibi
videretur: et quod non restet pro re quacunque, supplet, quin eum re
dimeret. Ex quibus aperte colligitur hunc petrum mandasse pre
dicto mazuerij vt dictum eius filium, et non solum eum, sed etiam
alios predictos redimeret. Propter quod tenetur ipse actione
mandati ad solutionem dicti pretij. Nec videtur obstare id quod
ipse opponit, scilicet quod ipse mandauerit dictos lamberti et co
captiuos redimi a rege de Tunis, non a rege Oranci, vel alio, vel
dicto catanio in regno oranci commoranti: cui post factam con-
uentionem de qua supra fuerant dicti lamberti et alij venditi, et ad
regnum Oranci translati. Quoniam respondeo quod cum per ven
ditionem et traditionem factam de predictis per regem de Tu-
nis idem rex se priuauit facultate seruandi conuentionem, hoc
est liberandi dictos lamberti et alios: et sic consequenter volunta-
tem eandem conuentionem obseruandi. Propter quod videtur
conditio posita in dicto memoriali, illa scilicet, si dictus rex nollet
obseruare promissa, fuisse purificata: ex cuius purificatione vide-
tur potuisse fieri non solum eo casu quo dictus rex de Tunis ex-
presse denegasset se obseruaturum promissa: et sic in forma specifi-
ca: sed etiam in equiualenti, vt in casu, in quo post promissa vendi
dit et alienauit dictos captiuos, et per alienationem ostendit se nol
le obseruare: quia non solum verbis, sed etiam factis probatur vo
luntas. l. de quibus, cum suis similibus. ff. de legi. Et pro hoc,
quod scilicet conditio predicta fuerit sufficienter purificata, etiam
si contendi posset quod non fuerit purificata in forma specifica, vi
detur esse bonus text. in. l. si peculium. §. primo versicu. quod si he
7 redi. ff. de sta. libe. † vbi probatur quod si fuerit seruo relicta liber
tas sub conditione si heredi decem daret, et ipsi seruo decem de-
beantur per heredem, seruus compensando purificat conditionem:
et sic dicitur dare decem fauore libertatis: quamuis re vel non di-
catur soluere: vt colligi potest ex his que not. gloss. et docto. ma-
gis communiter in. c. ad nostram. el. j. de iureiurando, vbi reprehen
dunt Barto. dicentem in. l. amplius. ff. rem ratam haberi. quod
ille qui iurauit soluere adimplet iuramentum compensando: quod
tamen cano. negant dicto. c. ad nostram. et multi legiste: quamuis non-
nulli fuerint secuti opinionem Barto. que omnia videri possunt:
per ea que ponit Alexand. de imo. consilio. xci. exordiente, Visis
actis. etc. col. secunda, versicu. secundo principaliter. et domi. Bar-
tho. soci. in. l. iulianus ait si heredi. ff. de conditionibus et demon-
strationibus. Ex quorum dictis colligitur quod iuramentum magis
intelligi debeat in forma specifica, quam conditio. et hoc saltem conce
dendum est fauore libertatis dicta. l. si peculium. §. primo. et sic
non obstant. l. qui heredi. in princip. et. l. meuius. ff. de conditio. et
demonstratio. Dicamus ergo per hec quod in casu nostro etiam
fauore libertatis seu liberationis a detentione fuerit purificata
predicta conditio, et quod dictus mazuerij non solum potuerit in
vim dicti mandati redimere dictos lamberti et alios a dicto rege
de Tunis, si tunc illos habuisset, et vbi idem rex noluisset promis-
sa obseruare, facere vt in memoriali predicto: sed etiam potuit eos
redimere ab alio detentore: Pro eo quia conditio videtur fuisse
sufficienter purificata. Etiam nec videtur obstare id de quo di-
ctus petrus cappelli vlterius opponit, scilicet quod non dederit
in mandatis eidem mazuerij vt tantam expensam faceret pro di-
cta redemptione. Quoniam respondeo quod vt dicitur in dicto me-
moriali idem capelli charissime rogauit in casu non obseruantie
promissorum filium suum reddimi per ipsum mazuerij, etiam si da
ret, centum et quinquaginta petias bordatorum, aut ducentas,
seu plures aut pauciores, et tantum de quanto sibi deberetur: et quod
pro nullo restaret. Et ita non solum voluit dictus Petrus expen-
di petias ducentas, sed et plures, tot quot scilicet eidem mazuerij vi-
deretur: et ita sibi committebatur vt bono viro, per id quod no. Bart.
de verbo videtur. in extrauaganti ad reprimendum, super verbo
videbitur. bonus autem vir non videtur debere arbitrari, quod filius
bene natus et de bono et diuite parente, ac illi charissimus, et pru-
dens: qui etiam vt audio est baculus sue senectutis, et negotiorum
suorum que grandia sunt solicitus et optimus director, deberet
remanere captiuus, et mori in captiuitate et miseria inestimabi

li, propter defectum solutionis illius summe quam pretendit idem
Petrus capelli fuisse expeditam in predictis bordatis vltra id
de quo senserat vel quod expresserat: ad que debet aduertere idem
capelli: ne hunc iuuenem, qui non solum quoad sua, sed etiam quo-
ad sibi commissa frugi est, depauperet et mittat in viam despera-
tionis. Preterea attendat etiam idem capelli, quod ipse non solum
dixit premissa: sed etiam subiunxit in dicto memoriali, quod pro nul-
lo restaret: per que apparet eum voluisse quod omnino redimeret
et quod pro nullo restaret quin non hoc faceret: et ita effuse locutus est,
quod sibi nocere debet, si tamen nocumentum dici debet, vt non
debet: non dicto Mazuerij mandato innitenti. l. fi. ad fi. C. de do-
te promis. per quem text. dicit ibi Angel. quod Perusini dicunt quod
nemo debet effundere verba sua vt capra suos patenostros posterio-
res. ¶ Preterea natura pater et filius eadem esse persona pene in-
telliguntur. l. fi. ad fi. C. de impube. et alijs subst. et quod vnus dicit
et alter dicere censet. §. ei qui. Instit. de inuti. stipu. et vbi est vnus
et alter esse videtur. l. cum seius. §. fi. C. de agricolis et censi. lib. xi.
Cum igitur vt predixi dictus Lambertus non videatur posse di-
cere plus esse datum pro redemptione, quod dari expediuisset: ergo
nec decens videtur quod pater hoc dicat: quem etiam audio sol-
uisse summam quingentorum ducatorum per eundem Lamber-
tum post venditionem et expeditionem dictorum bardatorum mu-
tuo receptam pro complemento solutionis pretij dari conuenti:
cur enim huic pauperi mazuerij, qui propria negotia et suorum con-
sortium omisit, vt mandatum impleret, imputat quod plus soluerit
etc. cum non imputauerit nec imputet alteri creditori, qui post pre-
dicta pecuniam mutuauit: sed illam libenter exbursauit: profecto
istud non congruit bono viro. Istud est fallere amicum, et homi-
nes inducere ad parum curandum de redemptione aut liberatio-
ne suorum conciuium aut vicinorum: quod in casu de quo supra im-
probat. d. l. vlti. ibi, ne quando enim damni consideratio in tali necessi
tate positis negari faciat emptionem. C. de postli. reuer. Etiam
nec obstat si forte opponatur, quod dictus Petrus capelli non man
dauerit in casum non obseruantie promissorum redimi nisi Lam-
bertum filium: et quod propterea solum debuit expediri et solui vel
in pecunia vel in bordatis id quod erat necessarium pro redemptio
ne seu liberatione dicti Lamberti. Quoniam respondeo, vt iam
dictum est superius, quod ipse nec redimi nec liberari poterat nisi o-
mnes liberarentur, vel nisi solueretur aut consignaretur id totum
quod pro omnibus habere volebat dominus, aut creditor: pro eo quia isti
erant conrei debendi, et singuli pro singulis obligati, prout audio
posse doceri. Et hic est quod etiam omnes et eorum quilibet insolidum
cum renuntiatione etc. se obligarunt eidem Mazuerij in dicta sum
ma octingentorum et triginta duorum ducatorum largorum auri: quia
ipsi omnes et eorum quilibet erant insolidum obligati eidem cata-
nio. Bene igitur faciet dictus Petrus capelli mercator, et eius do-
mus, que debet esse domus veritatis, bonitatis, et equitatis, vt
eleganter voluit Ange. consi. cxcviij. exordien. Arnaudus et Ri-
cius de barcelona etc. col. ij. versi. arbitror dictam litem et controuer
siam etc. et consi. cccxxj. exordiente, creditor volens sibi solui etc. ver.
secunda culpa etc. si de summa predicta eidem mazuerij prout debet satis
faciat, et non se reddat apud eum ingratum. Et hoc procedit et proce-
8 dere debet, etiam si iuris ciuilis rigor aliter somniaret: quia † boni
tas et equitas in duobus consistit, scilicet in honeste viuendo, et alium
non ledendo. l. iustitia. §. iuris precepta. vbi glo. ff. de iusti. et iure.
et in primo scilicet genere bonitatis et equitatis nonunquam, quinimo se-
pe sub authoritate scientie iuris erratur in via conscientie. l. si ser
uum. §. sequitur. ff. de verb. obli. et quod not. Bal. in aut. ad hec. col.
vij. vel circa. versic. sed quid dicemus de herede. ad fi. C. de vsur. et
Angel. in dictis consil. et locis superius allegatis: ad quod maxime
attendere debent homines: nec sibi persuadere debent quod legis au-
thoritas eos tueatur et defendat a peccato, quominus si aliquan-
do existiment illius remissionem obtinere, teneantur restituere et
satisfacere etc. Pro quo remisisse sufficiat ad id quod eleganter et in
veritate not. Petr. de ancha. in repeti. c. peccatum. in prima op-
positio. de regu. iur. in. vj. quod etiam sibi efficaciter persuadere de-
bet idem Lambertus sciens ex qua miseria fuerit medio huius
boni et misericordissimi viri liberatus. Et ita mihi videtur in cur
su: cum temporis opportunitas non supportet ad plenius inquirendum.

1 ☞ Causa commissa potestati non transit ad suum vicegerentem.
2 Mutanda non sunt que semper veram habuerunt interpretatio
nem.

¶ Epitome.

¶ Subditi vasallorum, qui contra transactionem sine domini
licentia consilium congregant, puniendi sunt: nec Baiuli locum
tenens concedendi consilij sufficientem authoritatem habet.
V. F.

¶ De subdi. vasal. Consi. clxxv.



Inter cetera olim con-
uenta ⁊ transacta per ⁊ inter nobilem ⁊ potentem
quõdam virum Ludouicum artaudi, pro tempo-
re dominum castri rupis supra buxum ex vna par-
te, ac consules seu syndicos vniuersitatis ⁊ homi-
num eiusdem loci ex alia, continetur quod idem dominus rupis
dictis syndicis concessit ⁊ donauit libertates, scilicet quod ipsi ⁊
homines inibi mentionati ⁊ eorum quilibet, ꝙdiu habitarẽt vel
habitare vellent vel aliquid haberẽt in dicto loco rupis vel eius
territorio, non possent facere aliquem alium dominum, nec se po-
nere sub gardiagio vel saluisia alicuius alterius domini, nec syn-
dicatum vel consulatum, syndicos, actores vel procuratores
aut antianos facere, nec iuramentum publicum vel priuatum,
nec adiustamentum, nec consilium inter eos sine licentia dicti do-
mini vel baiulli sui: quod si facerent, quisquis, vel quiqui, seu qui-
cunq; fuerint, amittant vel amittat libertates ⁊c. Quesitum est
an non obstante transactione huiusmodi possint syndici ⁊ homi-
nes dicti loci tenere inter se consilium de licentia Locuntenentis
baiulli per ipsum baiullum deputati ⁊ constituti. Ad quod respõ-
deo ⁊ dico ꝙ non, arg. eius quod no. Suliel. de cu. in. l. ⁊ si pretor.
ff. de offi. eius cui man. est iurisdi. quem refert ⁊ sequitur Alex. de
imo. in. l. more. col. fin. ff. de iurisdi. omni. iudi. Dicit enim Suliel.
1 in. d. l. ⁊ si pretor. arg. illius. l. † quod si causa sit cõmissa potestati,
non transibit ad suum vicegerentẽ. ⁊ idem voluit Jacob. rebuf. ⁊
Joã. de pla. in. l. ex eo. C. de agen. in reb. lib. xij. Dicunt enim ꝙ si
rex commiserit vnam causam senescallo, locũtenens ab ipso sene-
scallo cõstitutus nõ poterit de ea cognoscere. Pro hoc dicto alle-
gat Suliel. de cu. in argumẽtũ dictã. l. ⁊ si pretor. Jac. vero rebuf.
⁊ Joan. de pla. allegant. l. vnicam. §. finaurẽ. C. de cadu. tol. ⁊ alia
quedam multa inducit Alexã. de imol. vbi supra. Si ergo locũte-
nens potestatis vel senescalli, ab eis scz constitutus non posset co-
gnoscere de causis cõmissis potestati vel senescallo, causis ⁊ ratio-
nibus per doctores vbi supra allegatis: ⁊ maxime quia leue erat
adijcere in commissione de locũtenente si princeps committens
voluisset ita: non videtur locũtenens baiulli ⁊ ab eo constitutus
posse dare licentiam tenendi consilium; quia si hoc voluissent par-
tes conuenientes ⁊ transigentes, facile erat hoc addere ⁊ dicere,
de licentia baiulli vel eius locumtenentis: ⁊ cum istud factum nõ
fuerit, non puto ꝙ locumtenens possit dare hanc licentiam: cum
enim verba clara sint, non est ab eorũ significatione recedendũ. l. il-
le aut ille. §. cũ in verbis. ⁊. l. non aliter. ff. de leg. iij. Preterea au-
dio ꝙ retroactis temporibus locũtenens baiulli nunꝙ attenta-
uit dare licentiam: nec illa fuit ab illo petita: sed consueuit peti a
baiullo, ⁊ per eum dari: non ergo erat recedendũ ab hac obseruan-
2 tia: † quia minime sunt mutãda que interpretationem semper cer-
tam habuerunt. l. minime. ff. de legi. ⁊ quod no. Panor. in. c. dile-
ctus. de concess. preben. ⁊ do. Barth. soc. consi. cxlv. col. ij. ⁊ seq. in
prima parte. Et sic puto ꝙ hões delinquerint: ⁊ ꝙ ppterea pos-
sit contra eos inquiri, pro eo qr sine licentia baiulli dicti loci ru-
pis tenuerunt consilium. Que dixerim breuiter ⁊c.

1 ☞ Miles celestis militie equiparatur militi armate militie in debitum exigendo.
2 Sacerdos an possit donare concubine, aut relinquere: ⁊ si donauerit, an possit repetere.
3 Infamis habetur quilibet in peccato mortali existens, nec admitti debet in testem nisi penituerit.
4 Infamia dupliciter consideratur: ciuiliter videlicet, et canonice.
5 Infamis infamia canonica dicitur pati maximam capitis diminutionem; perdit enim ciuitatem, mutat familiam et statum ⁊c.
6 Peccatum mortale potest dici crimẽ capitale, precidit enim mẽtem ⁊ animam peccantis.
7 Infamis infamia iuris debet omnino a testimonio ferendo repelli.
8 Infamia facti diminuit fidem infamis, ita vt nequeat plene probare.
9 Testis multipliciter est considerandus ad hoc vt plene probet.
10 Deponenti esse notorium non creditur, nisi causam exprimat notorietatis.
11 Crimen quando dicatur sic notorium vt non egeat accusatione nec probatione.
12 Argumentum de militie armate milite ad militem celestis militie an in materia donationis sit validum.
13 Donatio ob causam nunꝙ est prohibita: secus de donatione simplici.
14 Donatio ob causam non proprie dicitur donatio, sed debiti recompensatio.

¶ Epitome.

¶ Concubine pretense, que tamen apud clericum vel presbyterũ manebat de licentia vicarij, per clericum vel presbyterum donari potest: nec res donate ad fiscum episcopi, qui nullus esse potest, (quamuis ecclesia possit fiscum habere) deuoluuntur. A. F.

¶ De episcop. ⁊ cleric. Consi. clxxvi.



Contra Joannẽ blãq;
si tamen ⁊ quatenus probetur sufficienter eam
fuisse concubinam venerabilis quondam viri
domini Sauffredi bonifacij, vel eam fuisse per
eum cognitam, facit id quod not. gl. in. l. miles.
in princ. ff. de re iudica. iuncto eo quod habetur in. l. ij. C. de dona-
tione inter virum ⁊ vxorem. l. miles ita. §. mulier. ff. de testa. mili.
1 ⁊. l. mulierem. ff. de his quib. vt indig. † Dicit enim gl. in. d. l. mi-
les. in princip. ff. de re iudica. quod quemadmodum miles arma-
te militie gaudet hoc priuilegio, ne videlicet exigatur vltra ꝙ fa-
cere possit: ita ⁊ miles celestis militie. Et ita ex mente glo. parifi-
cantur milites militiarũ huiusmodi: ne videlicet etiam condem-
nati exigãtur vltra ꝙ facere possint. Quo fit vt cum miles arma-
te militie donare non possit eius concubine, aut ei in testamento
relinquere quã strupiatã in contubernio retinuit, vel de qua erat
turpis suspitio. dicta. l. ij. C. de donatione inter virum ⁊ vxorem. l.
miles ita. §. mulier. ⁊. l. mulierẽ. superius allegatis, ita etiam non
possit miles celestis militie donare aut relinquere concubine vel
meretrici: quod etiam voluit Richardus malumbr. relatus per
Bart. ⁊ doct. in. l. affectionis. in princip. ff. de dona. Idem etiam
voluit Bar. sequens opinionem Richar. malumb. in. d. l. miles.
in princip. ff. de re iudic. ⁊ in allegata. l. miles ita. §. mulier. ⁊ in. l.
mulier. Joan. de imola in. l. donationes. C. de donationib. ⁊ do.
Prepo. extra de donatio. inter virum ⁊ vxo. super rub. col. ij. ver.
⁊ ex istis infertur de sacerdote donante meretrici vel concubine,
2 Cyn. Albe. ⁊ alij in. d. l. ij. ⁊ dicit domi. Preposi. † ꝙ si sacerdos
donauerit concubine aut meretrici, ⁊ tradiderit, ipse non potest
repetere: pro eo quia in pari ⁊c. Regu. in pari, de regu. iuris. in. vi.
sed putat quod fiscus ecclesie poterit illud auferre: qr ecclesia ha-
bet fiscum, secundum gloss. in. c. quia diuersitatem. de concess. pre-
bend. ⁊ in. c. cum secundum. de hereticis. in. vj. qui propterea vi-
detur illud posse auferre. argum. iurium predictorum, ⁊ quod not.
Cynus vbi supra: quia fiscus est successor turpium lucrorum.
¶ Sed pro dicta Joanna blanque, ⁊ contra dictum procuratorẽ
fiscalem facit imprimis: qr non videtur esse sufficienter probatum
quod ipsa fuerit concubina vel etiam cognita per dictum domi-
num Bonifacij. Et primo quidem ꝙuis depositio nobilis Ho-
norati torpitij videatur aliquantulum apertior, quatenus super
octauo articulo deposuit illum esse verum: ⁊ quod dicta Joanna
erat eius cameraria, ⁊ eam tradidit ei mera donatione, ⁊ sibi iu-
rauit quod nunꝙ tangeret eam ꝙdiu staret cum eo: ⁊ super. xi. ꝙ
vidit dictos dominum Bonifacij ⁊ Joannam simul stare in vna
domo: ⁊ iacentes in vno ⁊ eodem cubili, ⁊ quod secure erat eius
concubina: non tamen videtur huic testi esse multum standum,
pro eo, qr ex depositione sua facta tam super articulis predictis,
ꝙ super articulo ⁊c. vbi dicit dictam Joannam fuisse eius ancil-
lam, ⁊ qd sibi seruiebat ad omnes actus, colligit ⁊ apparet ipsum
cum ea peccasse mortaliter. Quo fit vt cum non appareat de eo
penitentiam egisse, censeatur tempore prestiti iuramẽti ⁊ lati per
eum testimonij fuisse in peccato mortali: ⁊ sic nõ fuit nec est testis
idoneus, sed repellendus, vt videtur velle glo. in. l. iij. §. lex iulia.
3 ff. de testib. ⁊ in. l. fin. C. de infamib. † quoniam existens in pecca-
to mortali dicitur esse infamis. c. constituimus. iij. q. v. ⁊ idem vi-
detur sentire Inno. in. c. testimonium. de testib. Archidiaconus
in. c. quicunq;. vj. q. j. ⁊ Speculator titu. de teste. §. j. versic. item
excipitur. dicit etiam existentes in peccato mortali esse repellen-
dos. quia tales sunt infames infamia canonica. c. illi qui. vj. q. j.
Et si opponatur contra hanc opinionem, quod secundum eam
nullus posset esse testis, cum nemo sine crimine viuat. capitu. nisi
cum pridem. de renuntia. iuncta glo. respondetur secundum Spe-
4 cul. in. d. §. j. ver. item crimen heresis. vbi videtur concludere † ꝙ
duplex est infamia. Quedam est ciuilis, ⁊ talis non tollit per pe-
nitentiam: l. athletas. ff. de his qui notan. infa. qr talis infamis
non consequitur famam nisi per restitutionem principis. l. j. §. de
qua. ff. de postul. Alia est infamia canonica, que contrahitur per
peccatum mortale. d. c. illi qui. ⁊ talis infamia remittitur per pe-
nitentiam: ⁊ per hoc potest responderi ad contrarium, quod ille
poterit admitti in testem, quem penituerit peccasse mortaliter.

Et sic

Et sic non est verum quod stante sententia predicta nullus pos-
sit admitti in testem: quia immo possunt & poterunt multi, premis-
sa tamen penitentia. Et pro hac sententia faciunt not. per Archi
diaconu3 in.c. sequuti sunt. q. vij. & fuit originaliter sentẽtia Lau.
anti. gloss. in.c. qualiter et quando. el secundo. de appellationib.
5 vbi concludit, quod † existens in peccato mortali vel infamia di
citur pati maximam capitis diminutionem: perdit enim ciuita-
tem, quia de ciuitate dei efficitur de ciuitate Diaboli mutat fa-
miliam, quia de seruo dei cui seruire regnare est efficitur de fami-
lia Diaboli: & mutat statu3, quoniam efficitur seruus peccati: nõ
ergo mirum si existens in peccato mortali dicatur passus maximã
capitis diminutionem. Pro quo etiam facit quod not. Archidi.
6 in.c. infames. vj. q. j. † ꝙ crimen capitale large dicitur quodli-
bet peccatum mortale: quia quodlibet peccatum mortale preci-
dit & deformat caput hominis, idest mentem ipsius: sicut & crimẽ
capitale. Et quamuis Albericus in dicta. l. tertia. §. lex iulia. co-
netur reprobare sententiam gloss. per rationem Specu. supra in-
ductam, scilicet quia sic nullus posset esse testis: & hanc sententiã
videantur sequi Antonius de butrio. & Panormita. in dicto. c.
testimonium. tamen prima sententia videtur verior, per rationes
superius allegatas: quam etiam sequitur Alberi. de male. in suo
tracta. de testibus. in prima parte, fo. iiij. col. tertia, versicu. conse-
quenter est videndum an existens in peccato mortali: vbi dicit
eam esse veriorem & magis communem, & concludit quod exi-
stens in peccato mortali non sequuta penitentia est repellendus
a testimonio, vel saltem ei non est tanta fides adhibenda: quia
est capite diminutus, et incidit in crimen capitale: & pro ea bene
facit dictũ. c. infames. & c. illi qui. supra allegatum. Dictus igitur
nobilis Honoratus nihil probat, vel saltem non est omni exce-
ptione maior: & ita non potest dici semiplene probare, per id quod
habetur per scribẽtes in. l. in bone fidei. C. de reb. credi. & iureiurã
do. l. admonendi. ff. eodem titulo. & c. fina. eodem titulo. Preter-
ea, vt audio dictus Corpici tempore productionis de eo facte
& lati per eum testimonij, & nunc, erat et est infamis, & pro ta-
7 li habebatur et habetur. † Quo fit vt si fuerit infamis infamia
iuris, debeat omnino repelli a testimonio dicta. l. tertia. §. lege iu-
lia. ff. de testibus. quod etiam not. Barto. & docto. in. l. cassius. ff.
de senato. Docto. in. l. prima. C. de summa trinitate & fide catho-
lica. Salice. & docto. in. l. nullam. C. ex quibus caus. infa. irro. Si
vero sit infamis infamia facti: illa eum repellit a testimonio in
causis criminalibus, vt not. gloss. Barto. & docto. in dicta. l. cas-
sius. ff. de sena. & docto. in dicta. l. prima. C. de summa trinitate et
fide chatholica. vbi Salicet. col. fina. Et idem forte posset dici
hic in casu: in quo et si non agatur criminaliter: agitur tamen ex
pretenso crimine: per id quod refert Francis. de are. in. c. veniẽs.
el primo. col. v. versicu. sed queritur nunquid vera sit glo. &c. de te
stib. Et supposito, citra preiudicium veritatis, quod illud non p-
8 cederet, vel quod hec causa esset omnino ciuilis: † adhuc tamen
certum est quod infamia facti diminuit de fide testis, vt not.
glo. Barto. & docto. in. d. l. cassius. glo. & Barto. in. l. tertia. §. due
cause. ff. de carbo. edic. Bal. in. l. fratres. C. de inoffi. testa. Salic.
in. d. l. j. col. fi. C. de summa trini. & idem voluit in. d. l. nullam. col.
finali. C. ex quibus causis infa. irro. Non est igitur dictus Cor-
pici testis omni exceptione maior: et propterea non semiplene
probat.

¶ Quod si ita est, immo quia ita est, non est probata intentio do
mini pretensi procuratoris fiscalis in hac causa actoris: pro eo
9 quia si qui sint ex testibus parte eiusdem in hac causa produ-
ctis, qui de ipsius intentione aliquid deposuisse videãtur, † aut
illi deposuerunt de auditu dici alieno: qui propterea non pro-
bant. l. testium. et quod ibi gloss. super verbo presto fuerint. C. de
testi. l. ij. §. idem labeo. ff. de aqua pluuia arcenda. aut. de here. et
fal. §. si vero absunt. colla. j. & c. licet ex quadam. de testib. quod
etiam voluit Barto. in suo trac. testi. char. ij. versi. testis dicit ali-
qua vera esse. Aut deposuerunt de pretensa fama: qui propterea
non probãt: quia non reddunt causam sue pretense sciẽtie, quam
reddere debebant etiam non interrogati ad hoc vt probarẽt, per
id quod not. Innocen. in. c. cum oporteat. de accusa. Innocen. in
c. cum causam. vbi etiam Panor. col. secunda, de testib. de quo
Bart. in. l. de minore. §. si plurimum. alias. §. tormenta. ff. de que-
stio. & Alexand. de imol. consi. lxxij. exordiente, Inspecto diligen-
ter processu. col. penul. vel circa, versi. nec etiam obstaret. & consil.
cxxxvj. exordiente, Viso & examinato processu &c. col. ix. in primo
10 volumi. † qui etiam dicit idem esse in teste deponente de notorio,
scilicet vt sibi non credatur nisi causam scientie reddat. Et idem
not. Panor. in dicto. c. cum causam. col. secunda. Ad quod facit
id quod habetur in. c. consuluit. de appel. vbi dicitur, multa dici
notoria que notoria nõ sunt: & Joã. dicit in. c. manifesta. ij. q. j. qd
de notorio loquimur. & quid sit notoriũ, ignoramus. Quod si verũ
sit etiã in viris doctis, de quibus vt existimo Jo. loquebat: mul-
to fortius hoc locũ h3 in testibus vt plurimu3 idiotis, & signanter
illis qui de pretenso notorio deposuisse dicũtur, si qui sint: qui etiã
quatenus videri possunt deposuisse de pretenso notorio, deposue-
runt vltra articulata: qr de illo non fuit articulatum: ergo nõ fuit
nec est etiam in hac causa eis credendum, vt pote deponentibus
super eo super quo iurati nõ extiterũt, nec fuerũt interrogati. l. iu-
risiurandi. C. de testi. Non igit probatũ est pretensum notorium,
nec etiã fama. Et supposito, citra preiudicium veritatis, qd dicta
asserta fama posset dici probata, prout nõ videtur: qr tñ quicquid
sit in fama antiqua, & que habet de antiquis, sc3 quoru3 vel initij
vel contrarij memoria nõ existit: illud certũ est qd illa regulariter
nõ probat: quinimo, vt dicũt multi, nec semiplene; sed solũ proba
tionem factã coadiuuat. l. iij. §. eiusdẽ. ff. de testi. Et hãc opinionẽ
multi sequunt, quos nõ refero. Et supposito qd illa nõ solũ proba
tionẽ factã coadiuuet, sed etiã probet: certũ est tñ ꝙ illa nõ probat
nisi semiplene, per id qd not. gl. fi. circa medium in. l. in bone fidei.
C. de reb. credi. & iureiuran. & qd not. glo. in. c. j. super verbo, tñ de
appel. Multas remissiones ponit do. Jas. may. in repeti. d. l. ad-
monendi. char. xxxiij. col. iiij. versi. tangit etiã hic remissiue Bar.
&c. ff. de iureiurã. vbi etiam de hoc per doct. & in. d. l. in bone fidei.
Quo fit vt supposito, citra preiudiciũ veritatis, ꝙ depositio dicti
Corpici. & pretensa probatio huius asserte fame, si probata exti-
tisset, prout non est, iungi possent ad integrandũ probationem illã
tñ non integrarent in hoc casu: pro eo qr, vt colligitur ex predictis
iste non sunt due integre semiprobationes: que tñ eo casu necessa
rie essent ad illam integrandũ. Nec opponat aliqs de hoc qd ha-
betur in. c. tua nos. & simi. de coha. cle. & mulie. Quoniã respõdeo
11 † ꝙ illa iura, quatenus dicũt nõ esse opus accusatore aut testibꝰ
contra clericos publice tenẽtes concubinas, loquunt in clericis
publice concubinas tenẽtibus: & quorũ crimẽ ita publicum est, vt
merito debeat appellari notoriũ: cũ hmõi crimẽ nulla possit tergi
uersione celari: qd nec fuit nec fuisse proponit in casu nostro. Pre
terea attendendũ est ad id qd dicũt testes parte dicti dñi procu-
ratoris examinati super vno articulo libelli, vbi proponit ꝙ dicta
Blãque reputabat mulier impudica & inhonesta: qui vel omnes
vel fere oẽs dicũt se nihil scire nisi auditu dici: qui, aut eorũ aliqui
etiã si dicerent a pluribus, non tñ probarẽt famã: qr ad eã requirit
qd ab omnibus vel maiore parte &c. vt ponit Bart. in. d. §. tormẽ
12 ta. † Preterea vbi premissa cessarent, que non cessant: non tamen
videretur intentio dicti dñi procuratoris, seu reuerendissimi dñi
Aquensis archiepiscopi sufficiẽter pbata. Si enĩ pretẽdat ꝙ ar-
gumẽto. d. l. ij. C. de do. inter vir. & vxo. & sic arguẽdo ex lege loquẽ
te de milite armate militie ad militẽ celestis militie: & qd ppterea
queadmodũ non valet donatio facta p militẽ armate militie eiꝰ
ꝯcubine: ita nec valeat donatio facta p militẽ celestis militie eiꝰ
ꝯcubine prout quidã senserunt: attendat tñ ꝙ id qd donat miles
armate militie non videtur applicari fisco, sed videtur posse p eũ
repeti. d. l. ij. ibi, ea tibi restitui debebit. & ibi, milites tñ meos a fo
carijs suis &c. Preterea, vt apparet ex depositiõibus testiũ parte
dicte Blanque in hac causa productorum, dictus quondam dñs
goffredus fuit ab annis multis & citra & diu ante testm̃, in quo ei-
dem Blanque fuit legata domus de qua in actis, impotẽs, & als
talis in quo nulla cadebat aut cadere debebat turpis suspicio tẽ-
pore facti testamenti: quinimo nec diu ante: ob quã etiã causam
erat sibi diu ante permissu3: quinimo licentia impertita per dictũ
reuerendissimum dñm Aquen. archiepiscopũ, seu dñm eius vica
rium & commissariũ, de secum tenendo mulierẽ qualem vellet pro
suo seruitio: vt apparet literis eiusdem dñi vicarij & commissarij.
Non debuit igitur eidem domino goffredo imputari ad culpam
si postea tenuit: nec infringi iudicium seu legatum dicte domus,
postꝙ cessauerat & cessare debebat suspicio. l. neq3. §. & gñaliter. ff.
de sacra. milit. & qd per illam. l. not. glo. in. l. miles ita. §. mulier. su
per verbo cadere potest. ibi, Item hoc nisi tempore mortis. ff. eo.
tit. Addo illud esse indubitatum, quod cum sufficiẽter appareat
de obsequijs eidem domino gaufrido per dictam Blanquã im-
pensis, ipse potuit eam remunerare, etiam si fuisset eius concubi-
13 na. † Quamuis enim inter personas phibitas simplex donatio
valida non existat: tamen donatio ob causam non reprobatur: qr
illa habet aliam & diuersam naturam a simplici, vt colligitur ex
his que not. glos. & docto. in authen. vnde & si parens. C. de inoffi.
testa. & in. l. si donatione. C. de colla. facit. l. attilius regulus. ff. de
14 donatio. † Etiam facit quia donatio ob causam proprie dici nõ
põtest donatio, sed cuiusdam debiti naturalis recompensatio, qr
ex collatis seruitijs ille cui conferũtur naturaliter obligatur con-
ferenti. dicta. l. aquilius. Et quod talis donatio teneat etiam in-
ter personas prohibitas, consuluit in terminis Petrus de an-
charano iurium doctor clarissimus consilio ducentesimoquadra
gesimooctauo, exordiente, dubium facit in presenti questione ꝙ
ista erat eius concubina. Et ita refert Andreas barbatias in. l.
diuortio. col. xiiij. versic. & limito etiam quod si ista confessio &c.

ibi ⁊ vidi dubitari de facto hic Bononie ⁊c. se consuluisse post Pet. de ancha, ⁊ dicit se allegasse consilium illius, de quo tamen asseruit se non habere memoriam tempore quo scripsit in. d. l. diuortio. Preterea ⁊ finaliter vbi premissa, ⁊ in quibus fuit demonstratum bonum ius dicte Blanque, eidem non sufficerent, prout sufficiunt: superest tamen vnum, quod solum videtur sufficere ad repulsionem dicti domini archiepiscopi, scilicet, quia esto quod ecclesia habeat fiscum. c. diuersitatem. ⁊ quod ibi glo. de conces. preben. ⁊ in. c. cum scdm leges. de here. in. vj. tamen archiepiscopus vel episcopi non videntur habere fiscum, per id quod no. Bal. C. de priuileg. offi. in rub. ⁊ in auth. bona damnatorum. in prin. C. de bo. dãna. ⁊ quod no. Ang. in auth. vt nulli iudi. §. vt autẽ. colla. ix. ⁊ And. barba. consi. xxj. exordiẽte, A Ioue principiũ ⁊c. col. penul. vers. ad aliud dum queritur ⁊c. ibi, Sed istis non obstantibus. Et quãuis Bal. Ang. ⁊ And. barba. in dictis locis, ⁊ aliqui in. d. c. quia diuersitatem. dicant quod ipsi seruant contrarium, hoc non nocet eidem Blã
15 que: † pro eo quia non doctori, quinimo, nec doctoribus multis allegantibus consuetudinem standum est: sed opus est illam probare. Pro quo allegasse sufficiat id quod subtiliter voluit Fran. de are. consi. cxxxiij. exordiente, In causa que vertitur, col. iij. vel circa, ver. Remanet igitur dubiũ, ⁊ versi. sed tamen his non obstantibus. Alex. de imol. in. l. post dotem. charta penul. col. ij. versic. ⁊ iuxta hoc queri solet an absque alia probatione credatur gloss. ⁊ docto. ff. solu matri. ⁊ And. barba. consi. xliij. exordiente, preclare scribitur ⁊c. col. xij. in prima parte. Et vbi appareret dictũ reuerendissimum dñm archiepiscopum habere fiscum: quia tamen reuerendus pater dominus Prepositus ecclesie aqueñ. vt audio dominus directus domus predicte: habet iurisdictionem in burgo ⁊c. ⁊ in loco in quo domus sita est, deberet eadem domus potius sibi seu eius dignitati applicari, si ⁊ quatenus alicui fisco applicari deberet, quam pretenso fisco dicti reuerendissimi domini archiepiscopi, per fundamenta plenissime allegata ⁊ inducta per Oldr. cõsilio. xvij. exordiente, Thema tale est, que non refero, ne forte mihi dicatur, quod non veritatem, sed longam scripturam desiderẽ: quorum tamen contrarium postulo. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Filia familias non potest testari, nec codicillari etiam de cõsensu patris: sed bene donare donatione causa mortis.

2 Pater an possit donationem per filiamfamilias factam autorare seu ratificare.

3 Pater prefertur matri in successione filie de bonis peruentis a linea paterna.

Epitome.

Pater filie vt sibimet patri donet autor esse potest. V. S.

De bo. que libe. Consi. clxxvij.



Testamentum ⁊ codicilli, que dudum fecisse dicitur honesta quondã mulier Catherina filia naturalis ⁊ legitima magistri Iacobi clauerie, de iure nõ valuerũt: † pro
1 eo quia ipsa Catherina erat filiafamilias, ⁊ propterea nec testari nec codicillari poterat etiam de ⁊ consensu ⁊ autoritate eiusdem magistri Iacobi eius patris. Ipsa tamen de cõsensu dicti eius patris potuit donare donatione causa mortis. l. tãis. §. filiusfamilias. cum suis simili. ff. de don. cau. mor. Et quamuis eo casu opus sit quod donatarius, vel alius pro eo sit presens, qui donationem acceptet: iuxta id quod no. glo. ⁊ doct. in. l. illud. C. de sacrosan. eccle. ⁊ Pau. de ca. in terminis in. l. ij. C. qui testa. face. pos. ⁊ alij in alijs locis: hoc tamẽ nõ obest dicto magistro Iacobo, quominus dispositio facta per dictam Catherinam, quatenus eum concernebat, valuerit in vim donationis causa mortis: pro eo quia ipse fuit presens ⁊ cõsentiens dicte dispositioni: ⁊ sic quatenus in ipsius commodum procedebat censetur eam acceptasse, per id quod habetur in. l. qui patitur. ff. manda. ⁊ quod notant Barto. ⁊ docto. in. l. que dotis. ff. solu. matri. Panor. in repeti. c. per tuas. de arbi. ⁊ Guliel. de cu. quem refert Bald. in dicta. l. iij. C. qui testa. face. pos. quod etiam voluit do. Bartho. Soci. consi. clxxij. exordiente, Multum abunde ⁊ eleganter. col. iiij. in secunda parte. Non igitur eidem magistro Iacobo obstaret, si forte opponeretur, quod ipse non acceptauerit dictam donationem: quoniam vt predixi ipse censetur eam acceptasse, et est iudicandus perinde ac si eam acceptasset. Etiam nec obstaret, si forte opponeretur, quod idem magister Iacobus non potuerit cum iuris effectu eidem Catherine sue filie consentire, vel eam autorare vt sibi ipsi autoranti donaret. l. j. in princip. et. l. si pupillus. ff.
2 de auto. tuto. ⁊ quod not. glo. ⁊ post eam Bartol. in. d. l. j. † Quoniam respondeo quod imo potuit idem magister Iacobus eidem Catherine consentire, ⁊ illam autorare quod sibi donaret: vt originaliter voluit Petr. de bellaper. in. d. l. j. Pro quo allegauit. l. j. versi. que ex diuerso. coniuncto versi. lucratiues. C. de impo. lucra. descrip. lib. x. ⁊ hanc opinionem sequitur Angel. in. l. j. §. fuit quesitum. ff. ad trebel. qui pro hoc allegant quatuor fundamẽta, que possunt ibi videri: pro qua opinione etiã consuluit idem Angel. consil. clxxviij. exordiente, Filia refutauit patri ⁊c. Hanc opinionem etiam secutus est Paul. de castro in. d. l. iij. col. ij. versic. sed an possit. C. qui testa. fa. poss. vbi etiã refert se pluries pro hac parte consuluisse, refert etiam Petr. ita tenuisse per. d. l. j. circa principium. C. de imponen. lucra. descrip. vbi dicebat esse casum. Possunt ⁊ alia multa pro hac parte induci, a quibus tamen propter temporis breuitatem supersedeo.

Preterea supposito citra preiudicium veritatis quod donatio predicta non valuisset, quatenus illa concernebat ⁊ concernit dictum magistrum Iacobum: adhuc tamen videt quod ipse habuerit ⁊ habeat ius in dote per eum constituta, ⁊ in alijs bonis ⁊ iuribus ab eo emanatis: ⁊ quod repulso patre Matrade eius neptis seu felzene, debuerit ⁊ debeat idem Iacobus in illis succedere. l. quod scitis. versic. si autem idem nepos. ⁊ quod per illum text. not. ibi Bart. C. de bo. que libe. Et huic sententie Bart. videtur inherere Angel. in. d. l. quod scitis. §. si autem. ⁊ Ioan. de
3 imola in. l. post dotem. in vltimis verbis. ff. solu. matri. † quatenus ibi dicit quod pater prefertur matri in bonis peruentis a patre vel linea paterna. Hanc sententiam etiam tenuit Bar. in auth. itaque. C. com. de suc. ⁊ hunc Bart. intellectum ponit vltimo loco ⁊ non impugnat Paul. de castro in. d. §. si autem. ⁊ ita videtur transire cum eo, arg. eius quod not. glo. in. l. qui filium. §. sabinus. ff. ad trebel. Et dicit Roma. in. d. l. post dotem. quod licet opinio Bar. non probetur per. d. l. quod scitis. §. si autem. illa tamen est sustentabilis. Uerum quia super hoc sunt opiniones, primũ fundamentum magis placet. Que dixerim breuiter ⁊ succincte, pro eo quia temporis opportunitas non se offert, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Testamentum maternum per preteritionem filij legitimi ⁊ naturalis redditur nullum, nisi in eo inseratur causa legitima.

2 Forme in aliquo actu debite omissio ipsum actum vitiat.

3 Probare volens testamentum cautus esse debet circa formam probationis requisitam.

4 Mentecaptus non habet testandi facultatem.

5 Lex fin. C. de testa. quo casu procedat.

6 In regulariter prohibitis ⁊ certo casu permissis nõ statur verbo dicentis casum permissum subesse.

7 Capit. cum esses. de testa. varios ⁊ diuersos habet intellectus.

8 Testamentum extra terras ecclesie factum necessario ad eius validitatem requirit septem testes.

Epitome.

Testamentum prius, in quo filius preteritus est, nõ valet: nec posterius, quod tãtum quinque testes habet: nisi hoc tempore pestis factum sit, quum plures testes haberi non possent. V. S.

De testamentis. Consi. clxxviij.



Primum testamẽtum, quod fecisse dicit honesta quondam mulier Ioanna turione, relicta Petri barresij, fuit ⁊ est nul-
1 lum: † pro eo quia in illo preteritus est Ioãnes barresij eiusdem Ioanne filius naturalis ⁊ legitimus tunc in humanis existens: quod fieri de iure nõ potuit, nisi cum insertione legitime cause ingratitudinis, propter quam eum preterijt: quia licet de iure antiquo ⁊ etiam nouo preterito matris haberetur pro exheredatione: tamen de iure nouo ad hoc vt valeat maternum testamentum, in quo scz mater filium preterijt, opus est vt in testamento huiusmodi inseratur aliqua legitima causa huiuscemodi preteritionis, auth. vt cum de appel. cog. colla. viij. ⁊ transsumptiue in auth. non licet. C. de libe. prete. vel exhere. que secundum communem opinionem habet locum in testamento materno, ⁊ aliorum per maternam lineam ascendentium: vrsci licet eorum testamenta non valeant si in eis pretereantur liberi primum gradum tenentes sine insertione legitime cause preteritionis. Hoc enim voluit glossa ⁊ doctores communiter in authẽ. non licet. ⁊ hoc pro eo quia non est seruata forma de qua in dicta
2 auth. non licet. † Defectus enim forme reddit actum nullum. l. cum hi. §. pretor. ff. de transactionibus. ⁊. l. nõ dubium. C. de legi. Quot autem et que sint cause ingratitudinis, colligitur ex eo quod habetur in auth. vt cum de appella. cogno. §. causas. ⁊ quod not.

not. gloss. in. c. quintauallis. de iureiurando. Dictum igitur eius
testamentum fuit nullum propter omissionem insertionis legiti-
me cause ingratitudinis: que etiam cū effectu inseri non potuit:
quia vt audio dictus quondam Joannes barresij tempore dicti
primi conditi testamenti erat infans vel infantie proximus, ⁊ p-
pterea ingratitudinem committere non potuit. l. si quis in suo. §.
legis autem. ⁊ quod ibi docto. C. de inoffi. testa. ⁊ quod not. Bar.
in. l. ij. versi. septimo dixi ⁊c. ibi, quero an id quod dicitur de exhe-
redatione sit hodie correctum. ff. de vulga. ⁊ pupil. Dictum igit
primum testamentum non valuit.
¶ Quo vero ad secundum, ⁊ quod fecisse dicitur eadem Joanna
post mortem dicti Joannis eius filij, aduertēdum est imprimis,
quod quedam pretense attestationes, que sumpte pretenduntur
anno incarnationis dominice millesimo quingentesimo secundo,
⁊ die. xxiij. mensis septembris, ⁊ de quibus instrumentum sumpsis
se dicitur honorabilis vir magister Anto. tholose, non probant
testamentum huiusmodi in preiudicium eorum qui erant abinte-
stato eidem Joanne successuri: cuiusmodi erant eius sorores, vel
altera ex eis. l. nam ita diuus. ⁊ quod ibi gloss. ⁊ docto. ff. de adop.
Facit. l. si quando. C. de testib. ⁊. c. in nomine domini. cum suis si-
milibus. eodem titu. Postꝙ enim poterant ledi per depositio-
nes illorum pretensorum testium, de quibus in dicto pretenso in-
strumento: ille erant vocande, per ea que not. gloss. in dicta. l. nam
ita diu⁹. Facit. c. primū, de causa possessionis ⁊ proprietatis. Pre-
terea supposito, citra preiudicium veritatis, quod dictum preten
sum testamentum probaretur per attestationes dictorum preten
sorum testium, seu per dictum assertum instrumentum: illud ta-
men non apparet valuisse: pro eo quia testes de et super dicto pre
tenso testamento interrogati non deponunt se fuisse adhibitos ⁊
rogatos, vt eidem testamento interessent: quod tamen fieri opor-
tuit. l. diuus. ⁊ quod ibi Barto. circa fin. ff. de testamen. milita. et
quod not. Specu. titu. de teste. §. j. versicu. quid ergo. ⁊ Ang. are.
in. §. fina. colū. fina. versicu. ex quo Bartol. in. l. diuus ⁊c. Instit.
3 de testa. † Et hinc dicunt Barto. ⁊ Angel. hoc esse menti tenen-
dum, quando habes probare testamentum per testes, vt sis cau-
tus in formando articulos, ⁊ dicas ꝙ testes fuerunt ad hoc adhi
biti ⁊ rogati. Et dicit Angel. vidisse quendam peritum aduoca-
tum Perusij eo assidēte errare, ⁊ propterea perdere causam. Pre-
terea audio ꝙ tempore facti dicti pretensi testamenti dicta Joā-
na erat mente capta, amens, seu frenetica: ⁊ propterea testari non
4 poterat. † Et quidem de mente capto, ꝙ testari non possit, proba
tur in. l. humanitatis. C. de impu. ⁊ al. substi. ad quod facit authē.
vt hi qui. §. ⁊ hoc dicemus. vbi text. equiparat prodigum, furio-
sum, ⁊ mente captum. Certum est autem furiosum testari non pos
se. l. furiosum. C. qui testamen. face. pos. l. is cui. ⁊. l. qui testamen-
to. §. nec furiosus. ff. de testamen. ⁊ idem de prodigo. §. item prodi
gus. Institu. qui testamen. facere possunt. Idem etiam patet de
frenetico: per id quod not. Bald. in. l. ij. versicu. decimo quero. ad
finē. C. de rescin. vendi. Addicio quod dictum testamentum vide-
tur esse nullum, ex eo quia in eo non interfuerunt septem testes:
sed quinꝙ duntaxat: per id quod habetur in. l. heredes palam. in
princip. C. de testa. ⁊. l. hac consultissima. §. si quis autē. Sed istud
non obstat, pro eo quia ille. §. loquitur in casu multum diuerso: et
signanter pro eo quia exigit eam personam institui, que alias erat
abintestato successura: ꝙ non fuit, factum in casu de quo loqui-
mur: cum omissis ⁊ preteritis honestis mulieribus Maria, Sy-
billa, ⁊ Joanna, ⁊ Gulielma turione, dicte Joanne turione testa-
tricis sorores, fuerint vt pretenditur heredes vniuersales institu-
ti Natalis ⁊ Antonius Barresij eiusdem Joanne pretēsi fratres
patrueles, seu consobrini. l. j. §. quarto gradu. versicu. item amiti-
ni amitineve. ⁊. l. iurisconsultus. §. quarto gradu. versicu. eodem
gradu. ff. de gradi. ⁊ qui, vt pote posteriores seu remotiores in gra
du, excludendi erant ab intestato per predictas sorores, authent.
post fratres fratrūꝙ filios. ⁊ authenti. post fratres ex vtroꝙ pa-
rente. ⁊ in corpore vnde sumuntur. C. de legi. here. Forte vero op
ponetur, quod immo valuerit: pro eo quia factum est tempore pe-
stis. Sed respondetur quod istud non obstat, per id quod not. An
gel. in. l. conficiuntur. §. codicilli. ff. de iure codicil. qui secundum
Alexand. de Imol. in. l. fina. C. de testamen. hoc bene probat: et
ita est de mente Bartol. in. l. fina. ff. de bonorum possessio. ex testa
men. mili. Idem voluit Fulgo. Pau. de Castr. ⁊ Alexan. de imo
la in dicta. l. fin. Paul. de Cast. in. l. gallus. per illum tex. C. eod. ti
tu. ⁊ Roma. in aut. similiter. in. xiij. speciali vltimarum volunta-
tum. C. ad leg. fal. Etiam nec obstat. d. l. si. quia secundum opini.
dam Pollesio non solum superfuit dictus Petrus: sed etiā An-
toneta ꝛ Alaizeta filius ꝛ filie eiusdem Pollesini: ꝛ ita non po-
tuit detrahi ex persona dicti Petri pro eius legitima ꝛ quarta
trebellianica dimidia pars bonorum eiusdem Pollesij: quia le-
gitima eius non fuit triens, sed tertia pars trientis, auth. de tri-
ente ꝛ semiss. ꝛ. §. i. colla. iij. ꝛ transsumptiue in dicta auth. nouissi-
ma. Et quamuis dicta Agneta dicat donasse dicta bona: non
videretur quod donatio huiusmodi debeat preiudicare predicte
Magdalene, per id quod habetur in. l. finali. §. si autem sub con-
ditione. ꝛ auth. res que. C. communia de lega. ꝛ quod post Dy-
num in consilio vigesimo octauo notat Ioannes andreas in ad-
ditione Speculatoris titu. de dona. super rub. Sed in contrari-
ū, scilicet quod dicta Magdalena nihil petere possit in vim di-
10 cte pretense substitutionis, multum facere videtur: † quod licet
appellatione stirpis possint venire ꝛ comprehendi etiam liberi,
vt predixi: tamen in casu de quo queritur dictus quondam Pol-
lesius testator substituendo propinquiorē stirpis, vel in stirpe di-
cti Petri eius filij, non videtur sensisse de liberis eiusdem Pe-
tri: pro eo quia sub vno verborum contextu, ꝛ sub duabus condi-
tionibus, vel sub vna conditione alternatiue concepta substitu-
it propinquiorem stirpis vel in stirpe dicti Petri. Est autem cer-
tum quod in prima parte dicte alternatiue, in qua scilicet substi-
tuit dicto Petro, si absq; herede decederet, non sensit de liberis
ipsius Petri: quia supponebatur eum decedere sine liberis, non e-
rat possibile q eo casu post mortem eiusdem succederent eius libe-
ri: ꝛ sic quoad hanc p̄mā p̄tē non esset cēsendus idē quondā Pol-
lesius substituisse Petro decedente sine liberis liberos Petri.
Et ita hoc casu non potuit assumi verbum stirps pro liberis: er-
go nec in secunda parte: quia censetur eidem Petro substituisse
eo casu, quo non ipse, sed eius liberi decederent sine liberis: pro
eo quia verbum propinquiorem stirpis, refertur ad totam alter-
natiuam, seu totam substitutionem factam sub conditione alter-
natiua. Preterea quamuis vt predixi, dicta substitutio censea-
tur facta dicto Petro, non liberis suis, qui etiam vt predixi gra-
uari non potuerunt: illa tamen censetur facta post mortem om-
niū liberorū: ꝛ sic videtur nō potuisse nec posse habere locum an-
te mortem omnium: quod etiam videtur colligi ex his que not.
Baldus in dicta. l. precibus. charta fin. versicu. extra queritur. ꝛ
Salicetus in ea. l. columna finali. versic. quero sexto. Et videtur
idem Pollesius voluisse reseruare legitimas successiones inter
liberos dicti Petri: iuxta ea que habentur in. l. penultima, cum
suis similibus. codice de impuberum ꝛ alijs substitutionibus.
Et sic noluisset grauare Petrum de restituendo hereditatem
propinquiori eius stirpis, donec omnes liberi eiusdem Petri
ab humanis sine liberis decessissent. Cum igitur predicta Ma-
gdalena fuerit et sit de eius liberis, ꝛ adhuc superstit: non est lo-
cus dicte substitutioni: et sic non videtur posse aliquid petere
in vim illius. Possunt et alia multa pro hac parte induci, pro

pter que revera subsisto: & salua pleniore deliberatione & sanio
re sententia cuiuslibet melius sentientis: ego pro nunc potius in
clinarem in hanc secundam partem, quam in primam: quamuis
prima habere videatur plurimum equitatis.

1 ☞ Princeps subditorum pater censetur.
2 Liberalitas non presumitur in necessitatibus.
3 Pater an possit liberis secundi matrimonij plus relinquere vel donare, quam liberis primi.
4 Filij debent parentes suos diligere: & parentes non debent ad iracundiam filios suos prouocare.

¶ Epitome.

¶ Consilium legis est, non preceptum, quod bigami in bonis suis relinquant partes equales liberis, quos forte ex vtroque matrimonio sustulerunt. V. F.

¶ De secun. nupt. Consi. clxxxiij.



Ponitur in facto quod anno domini millesimo quingentesimo quarto, & de mense Julij, honorabilis vir magister Giraudus villenoue chirurgicus & barberius de Manosca, habens duas filias, scilicet Alayonam ex prima eius vxore, & Briandam ex secunda, condidit eius vltimum & nuncupatiuum testamentum: in quo inter cetera per eum disposita in omnibus suis bonis mobilibus & immobilibus & per se mouentibus, rebus & iuribus presentibus & futuris quandocunque qualiacunque & quantumcunque &c. heredes suas vniuersales ac particulares & diuisim instituit & nominauit dictam scilicet Alayonam in bonis & rebus inibi specifice declaratis: & subiunxit quod ipsa Alayona nihil aliud petere posset iure legitime & illius supplementi, quarte trebellianice, aut alio quocunque iure: & prefatam Briandam in alijs bonis & rebus etiam inibi declaratis: voluitque quod ipsa Brianda solueret debita eiusdem testatoris & legata per eum relicta, & quod sibi soluerentur debita eidem testatori. Successu temporis, anno scilicet domini millesimo quingentesimo quinto, & de mense Aprilis, fuit matrimonium contractum per verba de presenti per & inter prouidum virum Georgium de lauenture ex vna parte, & prefatam Briandam ex altera: cuius matrimonij contemplatione & pro oneribus illius supportandis dictus magister Giraudus pater eiusdem Briande constituit & assignauit in dotem & pro dote dicte Briande prefato Georgio tertiam partem proprietatum pro indiuiso omnium & quorumcunque bonorum suorum mobilium & immobilium presentium & futurorum, retinendo sibi ipsi & honeste mulieri Delphine eius secunde vxori & matri dicte Briande vsumfructum dictarum proprietatum: & hoc tandiu quandiu idem Giraudus & Delphina viuerent in humanis: cum pactis & conuentionibus inibi descriptis: que pro nunc proposito non seruiunt: & ideo omittuntur. Post hec idem magister Giraudus vita functus est & ab humanis decessit non facta alia dispositione de bonis suis, superstitibus & sibi superuiuentibus prefatis Alayona & Brianda. Et quia dicta Brianda pretendit, vt audio, se debere habere non solum ea bona in quibus fuit vt predixi instituta, sed etiam tertiam partem bonorum in quibus fuerat prefata Alayona heres instituta. econtra vero eadem Alayona pretendit se debere succedere dicto quondam magistro Giraudo pro dimidia parte, aut saltem debere habere vltra & preter bessem, seu duas tertias partes eorum bonorum in quibus fuerat heres instituta, dimidiam partem, tam alterius tertie partis, quam dimidiam tertie partis eorum que relicta extiterant dicte Briande: & hoc iure collationis, quam sibi facere debet dicta Brianda si dicto Giraudo earum quondam patri cum ea succedere velit: quesitum est quid iuris.

Ad quod respondeo: premit
1 tens pro huius dubij solutione, † quod licet princeps more boni & pij patris, & qui subditorum pater censetur. l. si quis filium. C. de inofficioso testa. instruat, consulat, & suadeat, in authen. de nupt. §. penultimo. colla. iiij. parentibus, qui tam ex primo matrimonio, quam ex secundo liberos habent: si volunt boni, pij & iusti videri, quod non relinquant filijs primi matrimonij legitimam tantum quam per legem necesse habent relinquere: & filijs secundi matrimonij totum residuum: quia sic viderentur obliti prioris matrimonij, & nullam liberalitatem exercerent circa liberos ex illo
2 matrimonio procreatos: † cum in necessitatibus non dicantur fuisse liberales. l. rem legatam. ff. de adimen. lega. & sic viderentur nullum amorem vel dilectionem habere ad liberos primi matrimonij, sed totum ad liberos secundi quod est iniustum & impium: si tamen filij primi matrimonij non sint
3 ingrati. Et ob hoc consuluit † princeps parentibus quod faciant liberos primi & secundi matrimoniorum equales, imitando dispositionem legis, que ipsos vocat equaliter abintestato, auth. de here. abintesta. §. j. collatione. ix. Si tamen parentes liberos matrimoniorum huiusmodi equales non relinquant, non propterea impugnatur eorum testamentaria dispositio propter quod existimo quod licet dictus quondam magister Giraudus fecisset bene si dictas Alayonam & Briandam filias suas, & ex duabus legitimis vxoribus susceptas, equis partibus heredes instituisset, non tamen potest eius voluntas impugnari ex eo quod plus reliquit dicte Briande, quam prefate Alayone: quamuis videatur male fecisse, et spreuisse consilium legis. Premitto insuper & quod licet prefate Alayona & Brianda fuerint heredes institute, non quidem in aliqua quota hereditatis eiusdem magistri Giraudi, sed in certis rebus: ille tamen videtur fuisse heredes vniuersales, per id quod habetur in. l. prima. §. si ex fundo. & expressius in. l. ex facto. la. ij. §. j. ff. de heredibus instituend. & in. l. si certarum. in principio. ff. de testamento milit. & quod not. Salicetus in. l. filij. C. familie erciscunde. Et quod dicte Alayona & Brianda debeant censeri & dici heredes vniuersales, hoc colligitur ex verbis testatoris supra relatis: que scribuntur in dicto testamento in capitulo, & quia heredis instituto &c. vbi expresse legitur, quod idem quondam magister Giraudus heredes suas vniuersales & particulares ac diuisim instituit in omnibus &c. prout ibi. Et quia verba clara sunt, non est ab eis recedendum. l. ille aut ille. §. cum in verbis. & l. non aliter. ff. de legatis tertio. Et cum idem magister Giraudus hoc expresserit, est sibi credendum quod hoc voluerit, & quod ita senserit. l. labeo. §. idem tubero. ff. de supell. lega. Quod si ita est, videtur quod dicta Brianda debeat eidem Alayone conferre seu communicare dotem pro ea dicto eius viro constitutam, postquam collatio non apparet expresse prohibita: quod fieri oportebat, iuxta id quod habetur in aut. de triente & semisse. §. illud quoque. collatione tertia: & transsumptiue in auth. ex testamento. C. de coll. Et sic videretur quod dicta Alayona deberet habere non solum bessem, hoc est duas tertias partes eorum bonorum & iurium, in quibus heres fuit instituta: sed etiam dimidiam partem illius tertie partis, que fuit pro eadem Brianda dicto eius viro constituta: aut alias habere recompensationem huius partis.

¶ Preterea non est dubium quin dicta Alayona habere debeat legitimam in bonis dicti quondam patris: que est dimidia trientis, seu sexta pars omnium bonorum dicti quondam magistri Giraudi, eorum scilicet que supersunt deducto ere alieno & funeris impensa, auth. de triente & semisse. §. primo. collatione tertia, & transsumptiue in auth. nouissima. C. de inofficioso testamento. iuncta. l. papinianus. §. quarta autem. ff. eodem titulo. in qua non potuit per dictum quondam Giraudum eadem Alayona grauari. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus. & l. que nuper. C. de inofficioso testam. & aut. vt cum de appellatione cog. §. ceterum. collatione octaua. Et ideo si dicte due tertie partes bonorum eidem Alayone relictorum, vel etiam omnia bona sibi relicta non ascenderent ad valorem predicte sexte partis ipsa potest petere supplementum sue legitime, dicta. l. omnimodo. Nec dictus quondam magister Giraudus hoc prohibere potuit, vt predixi. Et per hec patet responsum ad dubium. Et revera bene facerent prefata Brianda, & domini qui negotia eius dirigunt, si pro euitandis controuersijs, expensis & discordijs inter sorores haberet aliquem bonum respectum ad consilium legis, de quo in dicta aut. de nuptijs. §. penultimo columna quarta: & facerent quod & si dicta Alayona non habeat tantum quantum eadem Brianda: habeat tamen aliquid honestum arbitrio amicorum & bonorum virorum taxandum vltra dictam eius legitimam: & considerent quod ille quondam magister Giraudus ductus forte persuasionibus dicte secunde vxoris, huius Alayone nouerce, ita processerit. Solent enim nouerce talia procurare: & vt plurimum non solum amare liberos suos, quos ex viro binubo genuerunt, sed etiam odio habere priuignos & priuignas, hoc est liberos procreatos per virum binubum ex alia vxore: et ita docet experientia quam com
4 muniter videmus. † Ad quod facit quod voluit beatus Ambrosius in sexto libro hexame. capitulo quarto. Dicit enim Quid nobis scriptura affert, quod dicit filij diligite parentes vestros: parentes nolite ad iracundiam prouocare filios vestros. Natura hoc bestias infundit, vt catulos proprios ament, fetus suos diligant: nolunt ille odia nouercalia nec mutato concubitu parentes a sobole prauant neque nouerunt preferre filios posterioris copule superioris aut

negligere

negligere. Norant digniora sua: nesciunt charitatis differentias
odiorum incentiua: offensionum discrimina. Simplex ferarum
natura est: nescit veritatis calumnias. Sic enim omnia tempe-
rauit deus, vt quibus minus rationis daret, plus indulgeret affe-
ctus. Hec ille. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet do
mini melius sentientis.

1 ¶ Actio pro dote restituenda prescribitur lapsu triginta an
norum.
2 Clausula ista, si que iusta causa mihi videbitur: quid in materia
prescriptionis operetur.
3 Restitutio in integrum an possit peti aduersus prescriptionē. xl.
anno. virtute probabilis ignorantie.
4 Quadragenalis prescriptio communem prorsus actionem ex-
cludit.
5 Debitum an possit prescribi per eum qui scit se esse debitorem.
6 Heres suus postquam per actum facti se immiscuit paterne here
ditati, presumitur firmiter scire omnia contenta in testamen-
to.
7 Prescriptio aduersus actionem personalem non inducitur minori
spatio. xxx. anno.
8 Scientia rei aliene impedit prescriptionem dominij.
9 Statutum iuri ciuili et canonico derogans, a minore quam summo pō-
tifice conditum, non est admittendum.
10 Statutum disponēs, quod nisi creditor intra decennium debitum
petierit cadat a iure suo, an et quo casu procedat.

¶ Epitome.

¶ Contra eum qui sibi deberi ignorabat annis. xxx. prescribi-
tur quidem sed restitutionem in integrum obtinet ex clausula ge
nerali: quadragenaria prescriptiōe ab ea penitus exclusa. A. F.

¶ De prescri. xxx. an. Consil. clxxxiiij.

Ex themate cōsultatio-
nis mihi transmisse parte nobilis et egregij viri
domini Raymundi phillippi, iurium licentiati
loci de Salone, eliciuntur multa dubia. Quib⁹
respondeo breuiter et succincte prout infra.
¶ Et primo ad primum respondeo, quod cum non solum a tem-
pore mutui trecentorum florenorum, dudum facti per venerabilē
quondam virum dominum Raymundum areti presbyterum,
prouido quondam viro Gautelino clari: sed etiam a tempore mor
tis probi quondam viri Joannis clari senioris, mariti Antone-
te boete, patris Alayete clare de quibus in dicto themate, pre-
terierint triginta anni et vltra ante inchoationem cause genera-
lis discussionis bonorum Gabrielis clari, dicti quondam Joan
1 nis senioris nepotis seu pronepotis: † non videtur esse dubium quin
fuerit prescriptum actionibus, que pro recuperatione seu exactio
ne dotis predicte Antonete et dictorum trecentorum florenorum
eidem Antonete competebant, per regulam que ponitur in. l. si
cut. et. l. omnes. et in. l. si quis emptionis. C. de prescriptione trigin
ta vel quadraginta annorum. supposito quod Joannes iunior et
prefatus Gabriel fuerint in bona fide vt quia ignorauerūt hec
debita: que bona fides in dubio presumitur, si allegetur, per id quod
not. Joannes andreas in additione Speculatoris titulo de testi
bus. §. nunc videndum. in prima magna additio. per. l. ij. §. si ter
nus. ff. de acquirenda posse. Archidiaconus in. c. primo. de pres
cript. in sexto, Antonius de butrio in. c. peruenit. de censi. Ange
lus in. l. penultima. C. quibus non obij. longo. tempo. prescrip. et
quod notant Innoc. et doctores in. c. secundo. de in integrum re-
2 stitutione †. Et quamuis aduersus prescriptionem triginta an
norum, que currit etiam cum ignorantia creditoris, possit idem
creditor ex capite iuste ignorantie petere se in integrum restitui
ex capite clausule generalis, si que iusta causa mihi videbitur, per
id quod habetur in. l. prima in fin. et in. l. sed et si per pretorem. §.
hec clausula. ff. ex quib. causis maio. et quod no. glos. in. l. si partē.
§. primo. in versi. non vtendo, iuncto textu. ff. quemadmodum ser
uitus amit. glos. in. l. prima. C. de pat. potestate. Speculator titu
lo de prescriptionibus. §. primo. versic. pone colonus, Bartolus
et Angelus in. l. prima. §. si quis autem. per illum textum cum gl.
3 ff. de itine. actuque priuato. † tamen aduersus prescriptionem qua
draginta annorum non videtur quis posse petere se in integrum
restitui etiam si fuerit iniusta seu probabili ignorantia: pro eo quod
textus in dicta. l. omnes. ad finē. C. de prescriptione triginta vel
quadraginta annorum, dicit quod talis prescriptio probet plenis
simam securitatem. Plenissima autem securitas dicitur esse quā
do peti non potest in integrum restitutio, vt not. glos. in. l. ait pre-
tor. §. permittitur. versic. imputandum. ff. de minorib. et ita in qui
busdam lecturis reperitur tenere Ang. in dicta. l. omnes. ad fin.
Et idem probari videtur in. l. fin. versic. nullam molestiam. vel in
quietudinem. C. de fundo patris. libro vndecimo. Dicitur enim
tem molestia inferri etiam quando quis iudicialiter vexatur, vt
probatur in auth. de fideiussorib⁹. in princip. in versic. molestus.
collatione prima, et in. l. prima. cum ibi no. per Baldum. C. de nū-
di. Ergo non potest per illum contra quem cucurrit talis prescri
ptio, peti restitutio in integrum ex capite ignorantie: quod etiam
voluit Alexander de imol. consi. clj. exordiente, Viso themate su
prascripto, columna fin. in secundo volumine. Et idē voluit Fran
ciscus de cur. consilio. lxxxij. exordiente, capio primum quo que-
ri videtur, colum. secunda. versi. et si forte opponatur. vbi pro hoc
multa inducit, que possunt ibi videri: et inter cetera allegat. c. ad
4 aures. in fin. de prescriptionib. † vbi inquit textus, quod quadra
genalis prescriptio omnem prorsus actionem excludit. Allegat
etiam. c. volumus. ibi, Sed quietem eorum in commissum om-
nibus modis procurate. xvj. questione quarta. vbi secundum eum
sunt ponderanda illa verba, quietem in commissum omnibus mo
dis procurate. et illa omnem prorsus actionem excludit: quia ap-
pellatione omnis actionis sic indefinite imo vniuersaliter prola-
te comprehenditur etiam officium iudicis, quod competit pro re
stitutione in integrum. l. actionis verbo. et quod ibi glo. et. l. pecu
nie verbum. in fine. ff. de regulis iuris. l. actionis verbum. ff. de a
ctionib. et obligationib. et. l. quod si minor. §. finali. ff. de minorib.
Cum igitur ante inchoationem dicte cause cucurrissent quadra
ginta anni et vltra, non solum a tempore dicti pretensi mutui, sed
etiam a morte prefati Joannis senioris, per quam saltem anno
elapso fuit locus repetitioni dicte dotis: certum est non solum es
se prescriptum actionibus ante dictis: sed etiam partem actricem
fuisse exclusam a facultate petendi restitutionem in integrum.
Et ita videtur quod honesta mulier Margareta clare, que cau-
sam habere pretenditur a dicta Antoneta, petere non possit do
tem et dictos trecentos florenos, obstante prescriptione ante di-
cta, et aduersus quam non videtur posse petere se restitui in inte-
grum.

Ad secundum questum dico
et respondeo, quod si Joannes iunior, ac filius ac heres pro semis
se dicti Joannis senioris habuerit notitiam illius legati per Jo
5 annem seniorem Alayete eius filie facti, † non videtur quod idē
Joannes iunior potuerit prescribere, postquam vtpote sciens se
debitorem censeri deberet, male fidei, per id quod habetur in. c. fi
nali, et quod ibi doctores, de prescriptiōi. et in regula, possessor ma
le fidei, de regulis iur. in sexto: que secundum communem opinio
nem procedunt non solum in prescriptione rerum corporalium,
sed etiam iurium et actionum personalium: vt volunt doctores in
dicto. c. fi. et in. l. sequitur. §. si viam. ff. de vsucapionib, quamuis
Bartolus ibi senserit contrarium, quem omnes impugnant. Pre
sumitur autem idem Joannes iunior habuisse notitiam de di-
cto legato trecentorum florenorum dicte Alayete relicto per Jo
annem seniorem eius quondam patrem, si verum sit quod testa-
mentum seu publicum instrumentum illius dicti Joannis seni
oris fuerit penes eum, per id quod habetur in authē. atqui. et quod
ibi Barto. Baldus, et Paulus de castro. C. de probationibus. et.
l. non est ferendus. et quod ibi Baldus et Paulus de castro. ff. de
transactionibus. et. c. constitutus. ad fin. et quod ibi doct. de testi.
Alexander de imo. in. l. qui rome. §. duo fratres. columna. xliij.
vbi etiam Franciscus de aretio columna nona versicu. secundo
adde etc. ibi, ego tamen sequerer. ff. de verborum obligationib.
et Alexander de imola consilio. xxiiij. collatio. penul. in tertio vo
lumine. et consilio quarto, columna. duodecima. in secundo volu-
mine. Plus dicunt Dynus et Baldus in. l. cetera. §. finali. ff. de
legatis primo. Baldus in. l. si tutor petitus. C. de pericu. tuto-
rum. quod post aditam hereditatem heres presumitur indistin
cte scire omnia contenta in testamento. Et idem voluit Baldus
in. l. quoniam sororem. C. de iure deliberandi, et expressius in. l. e-
6 ius qui in prouincia. ff. si certum petat. † vbi dicit quod heres su
us postquam per actum facti se immiscuit paterne hereditati
presumitur firmiter scire omnia contenta in testamento, et Ale-
xander de imola in dicto consilio quarto columna duodecima.
Cum igitur idem Joannes iunior se immiscuerit paterne he-
reditati, et eandem vt puto possederit cum Jacobo fratre, si de
his replicetur, non obstabit prescriptio, et idem erit si probetur
eundem Joannem soluisse aliqua legata per Joannem senio-
rem relicta: quia etiam ex hoc presumeretur scientia contento-
rum in testamento: lege prima, paragrapho primo digestis quem
admodum testamenta aperiū et. l. de his. ff. de transactionibus.

z quod notant Baraolus, Angelus, z doctores in dicta. l. qui rome. §. duo fratres. Et quamuis prefata Alayeta heredem vniuersalem instituerit dictam quondam Antonetam eius matrem ad vitam suam solum z duntaxat, z post mortem ipsius Antonete substituerit dictos Joannem z Jacobum suprius Alayete fratres: quia tamen isti fratres substituta vita functi sunt z ab humanis decesserunt ante dictam Antonetam heredē z grauatam de restituendo, prout reperio propositum in libello predicte Margarete, dicta substitutio expirauit quoad ipsos Jacobum z Joannem, ita vt nec ipsi succedere potuerint, nec ius successionis transmittere ad suos heredes seu liberos. l. vnica. §. sin autem sub conditione. z quod ibi Baldus z doctores. C. de caducis tollen. z quod notat glossa in. l. vnica, vbi etiam doctores, C. de his qui ante apertas tabulas. Multas remissiões pro hoc ponit Oldra. consi. cxxxi. exordiente, Quidam habens tres filias zc. que possunt ibi videri.

Ad tertium in quo querit

de supplemēto legitime, quod sibi deberi pretēdit predicta Margareta in bonis prefati quondam Joannis senioris, dico z respōdeo quod, secundum opinionem magis communiter approbatam, supplementum legitime petitur condictione ex. l. omnimodo.
7 C. de inofficioso testamento, que est actio personalis. † Contra autem actiones personales non prescribitur regulariter minore tempore triginta annorum. l. receptitia. C. de constit. pecu. l. prima. §. nemo. C. de anna. exceptione, dicta. l. sicut. C. de prescriptione triginta vel quadraginta annorum. z Institu. de perpet. z tempo. actio. in princip. Potuit igitur supplementum predictū peti intra. xxx. annos, connumerandos a tempore mortis dicti Joannis senioris: quamuis Bartolus in. l. si quis filium. C. de inoffici. testamento. z in quodam suo consilio senserit, quod petitioni supplementi prescribatur per quinquennium. Sed quod primo dixi est verius, z communiter tenetur. Et quidem hoc voluit Baldus z Salicetus multa pro hoc inducentes in dicta. l. si quis filium. in fine. Joannes de imola in. l. in quartam, columna finali vbi etiam Alexander de imola char. penul. columna. iiij. ff. ad legem falcidiam. Alexander de imola consi. cxxviij. exordiente, cōsideratis verbis instrumenti. col. vij. in primo volumine. Multas remissiones ponit do. Jas. maynus in dicta. l. si quis filium. quas non refero, cum possint ibi videri. Si igitur a tempore mortis dicte Joannis lapsi extiterint triginta anni ante inchoationē cause huius: tunc obstaret prescriptio eidem Margarete: nisi forte appareat quod dictus Joannes sciuisset summam dicte Alayete legatam, z valorem bonorum paternorum: z propterea agnouisset quod dicta summa nō sufficiebat ad legitimam: tunc enim non videretur prescripsisse aut prescribere seu prescriptionem
8 inchoare potuisse. † propter scientiā rei aliene seu alteri debite: z sic propter malam fidem, dicto. c. fina. de prescrip. z regulam possessor. de regu. iur. in. vj. quod etiam voluit Fulgo. consi. lxxxiij. exordiente, Bonacursus condidit testamentum.

Ad quartum dico z respondeo, quod licet honesta quondam mulier Silleta ab intestato successerit Catherine eius filie vna cum Gabriele eiusdem Catherine fratre, z dicte Sillete filio ex primo matrimonio: z hoc in bonis aliunde quesitis per dictam Catherinam quam ex patre, auth. defuncto. C. ad tertul. z auth. ex testamento. C. de secund. nup. tamen quia post mortem dicti primi viri patris dictorum Gabrielis z Catherine dicta Silleta conuolauit ad secunda vota, ipsa perdidit proprietatem eorū que ad predictam Catherinam de bonis paternis peruenerant, solo vsufructu eidem remanente: dicta auth. ex testamento, z in corpore vnde sumitur. Facit. l. femine. cum suis simi. C. de secund. nupt. Et quia dicta Silleta vitā functa est z ab humanis decessit, dictus vsusfructus seu quasi finitus est. §. finitur. Institu. de vsufru. propter quod dico liberos, quos prouidus vir Petrus raynaudi secundus vir dicte Sillete ex eadem suscepit, nihil posse petere de dictis trecentis florenis dicte quondam Catherine per dictum Joannem clari eius patrem relictis. Et ita a petitione per ipsum Raynaudi nomine dictorum liberorum facta debet curator bonorum seu heres predicti Gabrielis absolui cum expēsarum reportatione. l. properandum. §. sin autem alterutra parte. z quod ibi docto. C. de iudi.

Ad quintum, in quo queritur de prescriptione statutaria, dico z respondeo quod ego libenter intellexissem cuius autoritate fuerit statutum de quo in quesito conditum: an videlicet autoritate pontificis, vel alterius domini ecclesiastici inferioris vel principis temporalis z laici: quia certum est quod statutum illud est multum rigorosum, z derogat iuri ciuili z canonico. Et quidem si statutum istud intelligeretur etiam quoad debitores, qui scirent se esse debitores: vt quia ipsimet contraxissent, vel fecissent debita ipsi non viderentur posse se iuuare statuto huiusmodi propter malam fidem, cum qua non currit prescriptio. dicto capitu. fina.
9 de prescript. z dicta regula possessor malefidei. † Et sic isto casu non procederet statutum factum a laico, vel etiam ecclesiastico domino inferiore pontifice, per id quod notāt cano. magis communiter in dicto. c. finali. z etiam moderni legiste contra Barto.
10 in dicta. l. sequitur. §. si viam. † vbi concludunt communiter, quod opinio Bartol volentis valere statutum disponens, quod nisi creditor intra decennium debitum petierit: cadat a iure suo, non sit vera eo casu quo debitor sciret se esse debitorem. posset autem procedere opinio Bartoli z valere statutum eo casu quo debitor ignorasset se esse debitorem, quod etiam colligitur ex his que in multis locis dicit Joan. de imo. in. d. c. fi.

Ad vltimum quesitum dico z respondeo, non esse dubium quin dictus curator possit opponere de prescriptione in illis casibus, in quibus dixi eam posse opponi. Et non solum videtur posse de ea opponere, sed etiā debet pro debito officij sui, z quia iurauit aut iurare debuit bene, probe z legaliter defendere illam pupillam, filiam quondam z heredem dicti Gabrielis, z bona ipsius: alioquin si non opponeret, teneretur de suo refundere: z bonum erit quod creditores, qui habent interesse, etiam protestentur contra eum, z de collusione si non opponat. Preterea cum prescriptio, quantum ad imputandum culpam ei contra quem prescribitur, habeat effectum solutionis. l. si pupillus. z quod ibi Bartolus. ff. de administra. tuto. z quod not. Franci. de aret. in. l. pomponius. §. cum quis. col. v. vel circa. ff. de acquiren. pos. videretur quod creditores etiam possint opponere de predicta prescriptione, propter suum interesse: quia cum bona dicti quondam Gabrielis forte nō superāt ad soluendū omnia debita z maxime si de prescriptione non opponeretur: interest ipsorum creditorum vt dicta exceptio opponatur: z sic videntur alij creditores posse non solum petere id quod re vera eisdem debetur: sed etiam impugnare alios, qui debent repelli propter prescriptionem. Possunt enim in multis casibus multi actores non solum agere contra reum, vt condemnetur: sed etiam se mutuo z vicissim impugnare, vt colligitur ex his que not. Baldus in. c. j. §. si duo. colum. ij. de pace tenen. z in. l. penul. ff. de petitione heredi. z dominus Fely. in. c. cum super. colūna. iiij. de re iudi. z Innocen. in. c. veniens. el. ij. in gloss. nota sententiam. versicu. potes dicere, de testibus. Pro predictis, scilicet quod alij creditores possunt pro suo interesse opponere de prescriptione, facit id quod no. Raphael z post eum Alexan. de imola in. l. heres, cum debuerat. ff. ad trebellia. vbi dicit quod quilibet pretendens probabile interesse, potest denunciare debitori ne soluat creditori. l. fi. ff. de fideicommis. z. l. iij. C. de nouatio. Cum igitur in casu de quo queritur intersit aliorum creditorum ne soluat debita prescripta, z contra que potest opponi de prescriptione, ipsi videntur posse opponere de prescriptione propter suum interesse, z requirere dictum curatorem, vt de illa opponat, z contra eum protestari, si hoc facere pretermittat. Et ita mihi videtur zc.

1 Filiusfamilias in quibus bonis heredem hodie permittatur habere.

2 Filia non potest viuente patre donare, vel remittere, etiam fratribus, bona z iura in quibus successura erat.

3 Filia renuntians hereditati patris viuentis etiam cum iuramēto in manibus ipsius patris z fratrum: potest nihilominus patre disponente non obstante iuramento cum ceteris fratribus succedere.

4 Dos z donatio propter nuptias in pluribus equiparantur.

5 Donatio facta contemplatione matrimonij diminuit legitimā a donatario alias detrahendam.

Epitome.

Filia de consensu patris bona sua potest fratribus quittare: ita tamen vt liberum patri sit ei postea quod voluerit relinquere. V. F.

De su. z legi. libe. Consi. clxxxv.



Ponitur in casu quod dudum, anno domini. Mcccclxi. et die vigesimaseptima mensis Nouembris, fuit matrimonium contractum per verba de futuro, et successu temporis per verba de presenti per et inter probum quondam virum Pancrassium rotandi, filium Antonij rotandi ex vna parte, z honestam mulierem Elizabet fabresse filiam Arnaudi fabri ex alia: quodque anno et die predi-

ctis z tempore dicti matrimonij per verba de futuro tunc contracti, dictus Antonius rotandi habens gratum matrimonium huiusmodi, gratis scienter z libere dedit donauit cessit z remisit donatione pura mera simplici que fit z fieri dicitur inter viuos dicto Pancrassio eius filio tunc presenti, z pro se z suis heredibus z in futurum successoribus quibuscunq; stipulanti solenniter, z recipienti fauore dicti matrimonij tertiam partem omnium bonorum z iurium suorum mobilium z immobilium, presentium z futurorum vbicunq; essent: vna cum eorum honoribus z oneribus vniuersis: saluis z retentis sibi z honeste mulieri Alayzete garnerie vxori sue matri dicti Pancrassij z eorum superuiuenti vsufructu dominatione z totali administratione eorundem cum clausula constitutionis precarij, z cum iuramento de tenendo zc. prout plenius continetur in predicto instrumento. Successu vero temporis scilicet anno domini. M.cccclxiij. z die decimaquarta mensis Januarij, fuit matrimonium contractum per verba de futuro z postea per verba de presenti per z inter prouidum virum Guiotum challamelli ex vna parte, z honestam mulierem Bonnam rotande ex alia. Cuius matrimonij contemplatione, z pro oneribus illius supportandis p̄fati Antonius z Pancrassius rotandi pater z filius pretenduntur z dicuntur constituisse z assignasse in dotem z pro dote dicte Bonne eidē Guioto summam triginta librarum turonensium z vestes nuptiales. Dictis vero anno z die dicta Bonna attendens z considerans, vt pretenditur dotem de qua supra equipollere iuribus suis paternis, maternis z etiam fraternis cum licentia z autoritate dictorum Antonij rotandi z Guioti challamelli patris z sponsi dedit z donauit donatione pura mera que fit z fieri dicitur inter viuos prefato Pancrassio z Claudio rotandi fratribus suis presentibus z pro se z suis heredibus z successoribus quibuscunq; stipulantibus zc. oīa z singula bona z iura sua paterna materna pariter z fraterna: mobilia immobilia p̄sentia, futura ac legitimas, z quartas trebellianicas, z alia iura sua q̄cunq; sibi ptinētia vna cū suis honoribus z oneribus vniuersis dote predicta z alijs sibi per dictum Antonium patrem donatis contractu in constitutionis eiusdem dotis ac iuribus institutionis z substitutionis z legati, sibi dicte donatrici saluis permanentibus pariter z illesis, cū3 clausula constitutionis precarij z iuramento in forma. Deinde vita functus est z ab humanis intestatus z sine liberis decessit prefatus Pancrassius superstitibus z sibi superuiuētibus dictis Antonio patre z Claudio z Bonna fratre z sorore. Postea vero prīmo mortuo z vita functo dicto Guioto challamelli fuit matrimoniū contractum per verba de futuro zc. per z inter Andream masse filium Pontij masse ex vna parte z dictam Bonnā3 ex alia: cuius matrimonij contemplatione z pro oneribus supportandis prefatus Antonius rotandi pater eiusdem Bonne dedit constituit z assignauit in dotem z pro dote dicte Bonne, dicto Andree tūc futuro marito presenti, stipulāti zc. dotē alias sibi constitutā tempore matrimonij per eam contracti cū3 dicto Guioto challamelli z nihilominus anno z die predictis idem Antonius rotandi dedit z donauit donatione pura mera rata simplici z irreuocabili que fit z fieri dicitur zc. dicte Bonne eius filie tunc presenti stipulanti z solenniter recipienti pro se suis heredibus zc. videlicet quartam partem ex integro omnium vniuersorum z singulorum bonorum suorum quorumcunq; mobilium immobilium presentium z futurorum iurium z actionum quarumcunq; zc. z aliam quartam partem in fine dierum suorum vna cum suis iuribus zc. saluo tamen z retento sibi ip̄si Antonio quandiu viueret in humanis administratione z signoria dictorum bonorum cū fructibus z vsufructu eorundē cū clausula constitutionis precarij z iuramento zc. Deinde autem anno mense z die predictis idem Antonius rotandi dedit z donauit donatione pura zc. que fit z fieri dicitur inter viuos z ppter nuptias Perone challamelle eius neptiz dicta Bonna, presenti, stipulanti solenniter z recipiēti, z in augmentum eius dotis, quartam partem ex integro omniū, vniuersorū z singulorū bonorū suorū, iuriū z actionū mobilium et immobilium presentiū z futurorum quorūcunq;, z de presenti z aliam quartam partem post eiusdem Antonij mortem et decessum: vna cum iuribus zc. saluis eidem Antonio rotandi quandiu in humanis viueret administratione z seignoria predictorum bonorum, cum fructibus z vsufructu eorundem: cum clausula constitutionis precarij z iuramento zc. Nouissime vero vita functus est ab humanis intestatus decessit predictus Antonius, superstitibus z sibi superuiuētibus dictis Bonna z Perona filia z nepte, ac honesta muliere Alaysia rotande filia Alaysia ac vniuersali herede dicti quondā Claudij rotandi: que Alaysia pretendit omnia bona dicti quondā Antonij ad se pertinere: pertum quidem in vim donationis dudum facte per dictū Antonium eidem quondam Claudio eius patri de tertia parte bonorū eiusdem Antonij, z partim in vim quittationis, donationis z remissionis factarum per dictam Bonnā dictis quondam Pancrassio z Claudio de bonis z iuribus suis paternis z fraternis. Quesitum est de sequentibus.

Et primo ad quē3 peruenerit z peruenire debuerit illa bonorum tertia pars, quam dictus quondam Antonius donauit prefato Pancrassio eius filio naturali z legitimo z in ipsius potestate existēti, z postea vt in facto ponitur abintestato z sine liberis vita functo.

¶ Secundo ad quē3 peruenerint aut peruenire debuerint tertia pars bonorū predicti Antonij, illa scilicet que neq; prefato Pācrassio neque Claudio donata extitit, z id quod ad eum reuersum est z reuerti debuit de tertia parte dicto Pancrassio donata.

¶ Tertio z postremo quantum habeant z habere debeant in bonis dicti quondam Antonij dicte Bonna z Peyrona, z quantū predicta Alaysia.

¶ Ueniendo ad primum quesitum dico z respondeo q̄3 ego alias in casu simili reperi z vidi consilia multorum doctorum contraria

1 † Dicebant enī3 aliqui quod licet de iure nouo vel nouissimo fuerit immutatum quoad successionem in bonis castrensibus z que si castrensibus z in aduentitijs ita vt in his filiusfamilias hodie habeat heredem quamuis olim illa regulariter occuparentur patrem iure peculij: nihil tamen fuit immutatum in bonis profectitijs: z quod quemadmodū filiusfamilias in bonis huiusmodi vt pote nō suis sed patris hr̄dē habere nō poterat, s3 poterāt iure peculij per patrē occupari: ita nec hodie. Alij vero dicebāt quod licet in profectitijs quorum dominium non trāsfertur in filiumfamilias nihil fuerit innouatum: tamen secus est in illis in quibus dominium transfertur: vt videmus in dote in qua in multis casibus potest filiafamilias habere heredē3: verbi gratia quando pater vel filiusfamilias de z cum consensu patris fuerunt stipulati, dotem reddi soli filie, iuxta ea que scribunt docto. in l. post dotem. ff. solu. matri. z in multis alijs locis z multi in consilijs, que nō refero. Et omissa pro nunc pro eo q̄ tempus non patitur disputatione an dictus quondam Pancrassius potuerit habere heredē3 in bonis sibi donatis per dictum Antonium eius quondam patrē3: z supposito, citra preiudicium veritatis, z super quo nihil dico q̄d in dicta tertia parte eidem Pancrassio donata debuerit pro dimidia parte succedere predictus Antonius, z p alia dimidia parte prefatus Claudius, z eiusdem Antonij filius: saltem ex hoc restat q̄d apud eundem Antonium remansit dimidia pars bonorū suorum: dicta scilicet tertia pars non donata z dimidia pars dicte tertie partis donate predicto Pancrassio: que dimidia pars omnium, hoc est tertia pars non donata z dimidia pars tertie partis donate predicto Pancrassio, hodie spectant z pertinent prefatis Bonne z Peyrone, dicte videlicet Bonne in vim donationis eidem facte per dictum quondam Antonium z predicte Peyrone etiam in vim donationis z concessionis in augmentum sue dotis eiusdē Peyrone. Que oia facere potuit idē Antonius q̄ quilibet est moderator z arbiter rei sue. l. in re mādata. C. mādati. l. dudū. C. de cōtrahen. emptione z venditiōe. l. posta. C. de his quibus vt indig. z. c. de his. ad fin. de sepult. facit. l. nemo exterus. C. de iudeis z. l. non vsq; adeo. ad l. nem. ff. si quis a parē. fue. manumis. z quod eleganter ponit Angel. consi. clxxxj. exordiēte. Uisis instrumentis colū. iiij. Quibus non obstant quittantia donatio z remis-

2 sio, quas fecisse dicitur dicta Bonna. † Pro cuius dicti declaratione premitto, q̄ dicta Bonna non potuit efficaciter quittare donare z remittere dictis quondam Pancrassio z Claudio eius fratribus bona z iura sua paterna, hoc est ea in quibus patri tunc viuenti succedere sperabat sine consensu patris. l. fi. z quod ibi Bald. in. c. de pact. z quod not. idem Bal. in. c. ad nostram. el ij. col. iij. de iureiurā. z Francis. de are. in. l. qui superstitis. colum. v. ff. de acquiren. here. Pro quo videri potest Alexan. de imo. in l. stipulatio hoc modo concepta. colum. vj. ff. de verbo. obligatio. Bal. consi. ccclxxj. in primo quesito, in. iij. parte, Geor. natan in c. quamuis pactum. coll. xv. de pac. in. vj. z Fulgo. consil. lxxiij. exordiente, pater familias habens filium zc. ad quod facit. l. quidam in iure. §. donationem. ff. de donationibus. Sed cum cōsensu patris potuit eadem Bonna bona z iura sua paterna quittare, donare z remittere dictis Pancrassio z Claudio eius quondam fratribus: ita vt si idem Antonius nihil postea immutasset, sed in illo consensu perseuerasset, debuissent eius bona peruenire ad dictos Pancrassium z Claudium, etiā pro illa parte in qua alias erat dicta Bonna successura. Sed q̄ idem Antonius postea aliter disposuit de bonis suis z prout dixi illa donauit dictis Bonne z Peyrone eius filie z neptis en Felezene: dicte Bonne non obstant quittantia, donatio z remissio premētionate. d. l. fi. versic. nisi ipse forte de cuius hereditate factum est voluntatem suā eis accommodauerit z in ea vsque ad extremum vite spatium m-

perseuerauerit. C. de pact. Non enim, vt predixi, sufficit patrem, vel alium consensum prebuisse paciscentibus: sed opus est quod ille perseueret vsque ad vltimum vite exitum, pro quo facit quod voluit Bal.
3 in. d. c. ad nostram. el. ij. † vbi dicit quod si filia renunciauit cum iuramento hereditati patris viuentis in manibus fratrum ⁊ patris, potest pater solus disponere, quod non obstante iuramento filia simul cum fratribus equaliter succedat. Et mouetur Bald. quia inuito patre de cuius hereditate agitur non tenuit dictum pactū. ergo requiritur perseuerantia ipsius patris vsque ad mortem. Et de hoc dicit Bal. esse casum vnicum in. d. l. fi. C. de pac. Et subdit quod licet d. l. sit ibi notata: tamen per neminē est ad hoc allegata. Et quamuis d. l. fin. loquatur in hereditate dum tamen esset in aliqua re particulari quam quis speraret ad peruenturam ex paterna successione, vel alicuius alterius agnati vel cognati locum habet: quia nō licet isti speranti illam rem donare alteri: vel de ea disponere sine consensu patris aut agnati seu cognati. d. l. quidam in iure. §. donationem. Quo vero ad dictam Peyronam predicta oppositio eam non cōcernit: pro eo quia nihil reperitur quittasse aut donasse dictis Pancrassio aut Claudio eius quondam auunculis. Et quamuis dictus quondam Antonius donauerit dictis Bonne ⁊ Peyrone cuilibet scilicet quartam partem predictorum bonorum: ⁊ hoc de presenti: ⁊ aliam quartam partem post mortem supradicti Antonij: fuerunt tamen donationes huiusmodi quoad quamlibet partem donationes inter viuos: non causa mortis, quoad quartas donatas post mortem eiusdem Antonij. Cum quia idem Antonius expressit se donare quartas predictas donatione inter viuos: ergo sunt donationes inter viuos: per id quod not. Bartol. ⁊ docto. communiter in. d. l. fina. C. de pact. Quamuis enim in dubio donatio in qua fit mentio mortis censeatur donatio causa mortis. l. seia. §. fi. ff. de do. cau. mort. ⁊ l. seia. cum glo. ff. de do. prelega. ⁊ quod no. doc. vt in. d. l. fi. C. de pac. ⁊ in alijs locis: tamen secus est quando donator exprimit se donare inter viuos: quia tunc sumus in casu certo ⁊ claro, scilicet quod donator voluit donare inter viuos, vt verba dicunt. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ⁊ l. nō aliter. ff. de lega. iij. ⁊ l. labeo. §. idem tubero. ff. de supel. lega. quod etiam voluit Cyn. in. l. ij. C. de iure do. Bar. in. l. que dotis. circa primam co. ff. solu. ma. dum opponit de. l. cum maritus. in fine. ff. de pact. dota. Cum etiam censetur donatio inter viuos pro eo quia est iurata. l. vbi ita donatur. ff. de dona. cau. mor. Cum ⁊ quia donationes huiusmodi fuerunt facte dictis Bonne ⁊ Peyrone stipulañ. solēniter ⁊ recipieñ. pro se ⁊ suis heredibus: pro quo allegasse sufficiat id quod not. Bal. in. d. l. ij. C. de iure do. ⁊ Frāc. de are. consi. lxxiiij. colū. iiij. ⁊ Bald. consi. cccvj. in prima parte. Ex quibus apparet responsio ad omnia quesita, scilicet quod etiam supponendo quod in tertia parte donata predicto Pancrassio solum successissent prefati quondam Antonius ⁊ Claudius; nihilominus dimidia pars bonorum predicti Antonij hodie spectat ⁊ pertinet dictis Bonne ⁊ Peyrone in vim dictarum donationum. ⁊ quod quittatio donatio ⁊ remissio facte per dictam bonam eidem non nocent quominus habere ⁊ retinere possit predictas duas quartas sibi natas prout ⁊ facere potuisset si nunquam quitasset donasset aut remisisset bona ⁊ iura paterna: ⁊ quod dicta Alaysia non habet nec habere debet in dictis bonis nisi aliā dimidiam tertie donate dicto quondam Pancrassio; supposito vt predixi ⁊ citra preiudicium veritatis, quod in illa tertia parte donata predicto Pancrassio debuissent succedere ⁊ soli successissent dicti quondam Antonius ⁊ Claudius. Forte vero opponetur quod imo eadem Allaysia habere debeat legitimam in dicta dimidia parte donata dictis Bonne ⁊ Peyrone. Sed hoc non obstat: quoniam si supponamus quod donatio facta dicto quondam Claudio, quam nō vidi fuerit donatio propter nuptias: ipse tenebatur illam imputare in legitimam sibi debitam in bonis patris. l. quoniam nouella. C. de inoffic. testa. Illam etiam teneretur eadem Alaysia imputare in legitimā, si que sibi deberetur in bonis predicti Antonij eius quondā aui paterni, per id quod de dote materna, quam debet neptis vel nepos imputare in legitimam debitam in bonis aui materni, notant docto. in. l. in quartam. vbi Bartolus ⁊ alij. ff. ad legem fal. Bar. consi. clxxxiij. exordiente, Gilbertus dedit dotem ⁊c. et doc. magis communiter in. l. illam. C. de colla. Et videtur
4 hec argumentatio opportuna: pro eo † quia dos ⁊ donatio propter nuptias parificantur in plurimis: pro quo allegasse sufficiat no. per. d. Jas. in. d. l. quoniam nouella. in prin. vbi vero donatio predicta nō fuisset donatio propter nuptias, vel vim illius habens: tunc non dubitarem quin dictus quondam Claudius si viueret deberet illam sibi imputare in legitimā debitā in bonis patris, postquam illa tertia pars sibi donata ascendebat ad legitimam et longe vltra, per id quod not. Jo. de imo. in. l. cum quo de peculio. §. fi. ff. ad legem falcidiam. Alexander de imola in. l. illud. col. v. C. de colla. qui etiam pro hoc consuluit consi. cxlij. in. ij. volu. ⁊ idem voluit. d. Jas. in. l. si quando. in. §. ⁊ generaliter. col. j. C. de inoffi. testa. Sed an dicta Alysia teneretur eam imputare in legitimam esset maius dubium. Super quo pro nunc non respondeo: vellem
5 enim eam videre. † Quam interim postea vidi, ⁊ que videtur fuisse donatio propter nuptias: vel vt verius loquar, facta contemplatione nuptiarum: ⁊ que ideo videretur imputanda in legitimam: quod tamen pro nunc fixe non affirmo, donec habita pleniore deliberatione.

¶ Post dictatas ⁊ scriptas allegatiōes de quibus supra, fuit mihi relatum quod dicto Claudio ante dictum Antonium vita functo superfuerunt due filie naturales ⁊ legitime, scilicet prefata Alaysia ⁊ Mezeta que de iure eidem Claudio abintestato equis portionibus succedere debuerunt, aut. de here. abintest. §. i. coll. ix. ⁊ trāsumptiue in aut. in sucessione. C. de suis ⁊ legi. libe. Dictum est preterea ⁊ mihi expositum quod deinde superstite et adhuc viuente dicto quondam Antonio auo paterno vita functa est et ab humanis sine liberis ⁊ intestata decessit dicta Mezeta superstitibus dictis Antonio auo ⁊ Alaysia sorore: quibus propterea ⁊ eorū cuilibet pro dimidia parte dalata est hereditas dicte Mezete aut. defuncto. C. ad tertul. ⁊ in corpore vnde sumitur. Que omnia dixerim sub correctione cuiuislibet domini melius sentientis.

1 ☞ Verbum ⁊ suis, in substitutione adiectum an includat filias.
2 Substitutio dicitur morte substituti viuente instituto extincta.
3 Suorum appellatione nō solum veniunt liberi: sed etiam alij attinentes vsque ad certum gradum.
4 Filius an teneatur fructus perceptos ex bonis paternis imputare in quartam trebellianicam.
5 Lex iubemus. C. ad trebel. qualiter sit intelligenda.
6 Conditio in fideicommisso adiuncta dicitur ad substitutionem referri: ⁊ quid conditio in substitutionibus operetur.

¶ Epitome.

¶ In fideicommissariam restitutionem non veniunt que ex pupillari substitutione debentur, quando grauamen precessit dictam substitutionem. A. F.

¶ Ad se. trebel. Cons. clxxxvj.



Supposito casu que colligitur ex prepositis ⁊ deductis parte honeste mulieris Catherine boete in quodā eius libello parte ipsius producendo contra et aduersus honorabilem virum Gabrielem berengerij de l[?]rstria superest questio ⁊ dubium: an substitutio facta per honorabilē quōdam virum Antonium brussoni ciuem arelateñ. de Philippo ⁊ Jacobo brussoni fratribus ⁊ suis expirauerit pro eo quia viuente Gaucherio brussoni, filio ac vniuersali ⁊ insolidum herede predicti Antonij et de restituendo hereditatem dictis Philippo ⁊ Ja-
1 cobo ⁊ suis grauato decesserint dicti Philippus ⁊ Jacobus: † an vero substitutio huiusmodi propter illud verbum ⁊ suis sibi locum vendicauerit ⁊ vendicet in personam predicte Catherine filie naturalis ⁊ legitime dicti quondam Jacobi. ¶ Ad quod respondeo ⁊
2 dico non esse dubium † quin substitutio huiusmodi quo ad dictos Philippum ⁊ Jacobum, ⁊ quatenus eo concernebat expirauerit ⁊ facta fuerit caduca: postquam supponitur eos ab humanis decessisse superstite predicto Gaucherio, ⁊ sic pendente conditione vniuersalis fideicommissi. l. j. §. si autem sub conditione. ⁊ quod ibi Bal. C. de cadu. tol. Ad quod facit. l. si in personam. C. de fideicommis. l. cum pater. §. hereditatem. et. l. vnum ex familia. §. rogo. ff. de leg. ij. Multas remissiōes ponit Oldra. consi. cxxxj. exordieñ. quidam habens tres filias. Et non solum factum est caducum dictū vniuersale fideicommissum quoad dictos Philippum ⁊ Jacobū sed etiam quoad hoc vt ius substitutionis de eis facte transmittere non potuerint ad liberos suos. l. sed ⁊ si plures. in prin. ⁊ l. qui habebat. ff. de vulg. ⁊ pupil. ⁊ l. si ex pluribus. versi. alia causa. ff. de suis ⁊ legi. here. et ideo si in dicta substitutione non fuisset dictum ⁊ suos, certum est quod dicta Catherina petere non posset dictū fideicōmissum tanquam sibi trāsmissum, quod trāmissum nō fuit per dictū Jacobū eius quondam patrē, per predicta: quod etiam tenet gl. in. l. j. sup verbo, derelictis. C. de his qui ante aper. tabu. Sed quamuis substitutio predicta expirauerit quo ad dictos Philippum ⁊ Jacobum non tamen expirauit quo ad suos eorundem Philippi ⁊ Jacobi qui etiam fuerunt expresse inuitati ⁊ substituti cuiu[s] imo di fuit ⁊ est prefata Catherina: ⁊ hoc siue dicamus dictos suos fuisse substitutos ordine successiuo: vt scilicet ita demum succederent ⁊ ad substitutionem cum effectu vocarentur, si dicti Philippus et Jacobus aut eorum alter non superesset: siue dicamus eosdem substitutos vt simul cū eis succederent. Et quidē si primū dictum

sequamur

sequamur, qd voluit Bar. in. l. gallus. §. quidam recte. ff. de libe. z posthu. clarum est qd mors dictorum Philippi z Jacobi non debuit nocere pfate Catherine, quinimo eidem profuit quoad dictum fideicōmissum: pro eo qz tenendo opinionem Bar. dicti sui videbantur vulgariter substituti prefatis Philippo z Jacobo: quorū propterea remotio seu de medio sublatio fuit inclusio suorum, arg. d. l. gallus. §. quidam recte. qd etiam voluit Paul. de de cast. cōsi. cccxliij. exordien. Uisis omnibus punctis zc. vbi pro hoc multa inducit. Et idē voluit Oldra. in. d. cōsi. cxxxi. Si vero teneremus secūdum dictū scz qd dicti Philippus z Jacobus z sui fuerunt simul inuitati: qd videt verius per id qd habetur in c. raynutius. circa prin. z qd ibi Jo. de imo. de testa. z qd not. Bal. Ang. z doc. magis communiter contra Bar. in. d. l. gallus. §. quidam recte. ff. de lib. z posthu. tūc etiam eisdem non noceret mors predictorū Philippi z Jacobi: quinimo prodesset: pro eo qz cum essent re et verbis coniuncti illa portio in qua successissent dicti Philippus z Jacobus si superuixissent accreuisset dictis suis, z sic prefate Catherine, per ea que habentur in. d. l. i. §. his ita diffinitis. C. de cad. tol. z qd no. Bar. in. l. re coniuncti. ff. de leg. iij. Et
3 quamuis appellatione † suorum veniunt non soluz liberi, sed etiā alij attinentes vsqz ad certum gradum, per id qd habetur in. l. petitionem, z qd ibi Bal. C. de aduo. diuer. iudi. z qd no. glo. in. l. si femina. C. ad turpil. qd ponit Paul. de cast. in. d. consil. ccclij. z And. barba. cō. xxviij. in prima pte: tñ qz dictum verbuz suos, est collectiuū cōprehēdēs psonas diuersorū graduū: inuitati p ipsum censentur inuitati ordine successiuo. l. si ita legatur. §. in fideicommisso. z. l. peto. §. fratre. z qd ibi docto. ff. d leg. ij. z. l. fi. z qd ibi scribentes. C. de verb. signi. Dicta igitur Catherina, vt pote proximior, qz quoad patrem tz primū gradū: z quoad patruū tertium. l. i. §. primo gradu. z. §. tertio gradu. cum suis similibus. ff. de gradi. Potuit igit z pōt eadam catherina petere dictū vniuersale fideicōmissum. Est tñ verū q dictus Gabriel vniuersalis heres pfati Gaucherij poterit ex persona eiusdē gaucherij de dicto fideicōmisso, vt pote non puro sed sub cōditiōe relicto detrahere duas quartas, scz legitimā z trebellianicam, iuxta theoricam quā ponit glo. z sequuntur Bar. bal. Ang. z docto. in. l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. test. Glo. Bar. Bal. Philip. de cor. z docto. in. l. quāq. C. ad leg. fal. Bal. in. l. filiū quē. C. familie erc. Et cum dicto quōdā Antonio testatori superfuerint duo liberi: horū duorū legitima fuit triēs bonorū eiusdē Antonij: eorū scz que supfuerunt deducto ere alieno z funeris impensa: aut. de trien. z semis. §. i. colla. iij. z transsumptiue in aut. nouissima. C. de inoffi. test. iuncta. d. l. papinianus. §. quarta aūt. Et sic legitima dicti quondam Gaucherij fuit dimidia ps huius triētis que est sexta ps predictorū bonor, quā ex psona eiusdē gaucherij poterit de eisdem bonis detrahere p iure pdicte legitime dictus gabriel heres eius: z pro trebellianica poterit detrahere quartā ptem residui: iuxta doctrinā quā ponit glo. in. c. raynaldus. super verbo, lz totas. de testa. z Bal. in. l. scimus, in prin. in fi. prime col. C. de inoffi. testa. z in. l. si vero. §. qd ergo. ff. de testa. mili. Ang. consi. cxcix. col. ij. z Joā. de imo. in. l. coheredi. §. cum filie. col. ij. ff. de vulg. z pup. Et quāuis nō sit dubiū q fruct9 pcepti p dictū quōdā gaucheriū imputari nō debeant in dictā eius legitimā. d. l. scimus. §. repletionē. est tñ dubiū an illi imputari debeāt i trebellianicā: sup quo repio duas opiniōes. Quidā em volūt q nō, inducētes. l. iubemus. C. ad trebel. z hec fuit opinio Bar. z Ang. quam in multis locis secutus
4 est Alex. de imo. † Alij vero dixerūt q lz fili9 nō teneatur fruct9 pceptos imputare in quartā eo casu quo vnā solā quartam detrahit: tenetur tamen eos in trebellianicam imputare qñ detrahit duas quartas. Et illius opinionis fuit Pau. de ca. in scribendo z consulendo. Pro qua opinione etiam reperio consuluisse Alex.
5 de imo. Roma. z Fran. de cur. † Et respondet Paul. de cast. ad d. l. iubemus, q illa dz intelligi qñ filius detrahit vnam solam quartā, nō qñ detrahit duas: sup quo dubio non me extendo pro eo qz vellem intelligere qd seruari consueuerit de consuetudine. ¶ Ceterum remanet difficultas quoad illos sexcentos florenos, quos legasse z reliquisse dicitur dictus quōdam Antonius ventri dñe Marthone eius tūc vxoris, si filiā pareret, z illa ad lucē puenisset: an videlz illi seu id qd iure pupillaris substitutionis peruenit ad dictum quōdā gaucheriū, ex eo qz dicta filia eodē supstite decessit in pupillari etate, debeat venire in restitutionem fideicōmissi: an ve debeat remanere apud heredē pdicti gaucherij. Ad q rñdeo q Bar. formauit hāc questionē in. l. marcell9. §. quidā liberis. ff. ad trebel. z se remisit ad nota. p eum in. l. ita tñ. §. qui su
6 spectam. ff. eo. titu. † Ex cuius dictis z inibi notatis p alios colligitur, qd ista questio est difficilis: pro eo qz doctores variarunt in solutione illius, eo scz casu quo fideicōmissum nō est purū, sed cōditionale: z sic z ipsum fideicommissum pupillaris substō sunt cōditionalia. Et si reperiretur q dictus quondā gaucherius fuisset prio pupillariter substitutus dicte filie, z deinde rogatus seu grauatus de restituēdo pfatis Philippo z Jacobo z suis quicqd ad eū puenisset zc. non videret esse dubiū quin id qd peruenisset ad dictū gaucheriū in vim dicte pupillaris substitutionis deberet cōsequēter venire in restitutionē vlis fideicōmissi. l. qui fundū. §. q filios. ff. ad leg. fal. Et i hoc videnf mihi doctores cōmuniter cōuenire. Sz hic fuit dictus gaucherius primo grauatus de restituendo pfati Philip. z Jacob. z suis: z postea dicte filie substitutus, pptere qd nō vr pcedere prime dictū. Et pro his faciunt ea q de prelegatis habentur p scribentes in. l. cum virū. de fidei cōmis. z. d. l. marcell9. §. quidam liberis. Et ita satis sensit Paul. de cast. in. d. l. ita tñ. §. quis suspec. z tam in lectura Bononieñ. q in Paduana: vbiqz em distiguit an puiño pupilli hoc est pupillaris substō pcesserit grauamē, vel grauamen substitutionē: z isto secundo casu dicit indistincte nō venire in restitutionē fideicommissi id qd puenit ex pupillari substitutione. Sed forte pro dicta catherina posset dici q dicti Philippus z Jacobus z sui reperiuntur in duobus locis prefato gaucherio substituti: scilicet in vno ante prouisionem factam filie per pupillarem substitutionem: z in alio post legatum dicte filie relictum, z post pupillarem substōnē eidez factā de eodē Gaucherio: pp qd videret q saltē i vi dicte substitutionis facte in secundo loco deberet venire in fideicommisso id quod in vim pupillaris substitutionis ad eundem Gaucherium peruenerat. Sed huic dicto obstat quod illa secūda substitutio facta de dictis Philippo z Jacobo z suis, facta est sub conditione, si idem quondam Gaucherius ab humanis sine liberis decederet superstite filia aut superstitibus filiabus dicte Marthone que conditio non euenit pro eo quia illa filia mortua est ante dictum Gaucherium. Nisi forte dicatur quod si dicti Philippus, Jacobus z sui fuerint ibi substituti dicto quondam Gaucherio etiam eo casu quo filia aut filie superessent: multo fortius, vel saltem non minus censeri debent fuisse inuitati eo casu quo non superessent. Que omnia faciunt rem dubiam.

1 ☞ Spurio pōt fieri valida donatio a patre eius patris, z nu. 3.
2 Materia testamentaria permissoria est in suo genere.
4 Fauores ampliandi: odia restringenda.

¶ Epitome.

¶ Summatur vt in primio notabili. U. F.

¶ De natur. libe. Cons. clxxxvij.



Etiā si verū esset quod
1 † Joannes basticus seu bastardus probi viri Bandi raynbaudi esset vel dici posset filius spurius eiusdem Baudi: potuit nihilominus prouidus quondam vir Joannes raynbaudi, dictoruz Baudi z alterius Joannis quondam pater z auus legare z relinquere dicto Joanni suo nepoti etiam si spurius erat, illam summam quaz sibi legasse z reliquisse legitur in suo vltimo testamento: pro eo quia quilibet est moderator z arbiter rei sue. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahenda emptione z venditione. l. polla. C. de his quibus vt indig. z. c. de his. ad finem de sepultu. facit. l. nemo exterus. C. de iudeis. z. l. non vsqz adeo. ad finem ff. si quis a parente fue. manumis. Quod maxime procedit z procedere debet in vltima voluntate: quia scriptum est: Disponat testator z erit lex. l. prima. C. de sacrosanctis ecclesijs, aut. de nup. §. disponat collatiōe. iiij. z. c. vltima voluntas. xiij. questione secunda.
2 Materia † enim testamentaria est permissoria in suo genere. l. i. ff. ad legem falcidiam. Debet igitur testator in ea posse omne id quod non experitur sibi expresse prohibitum, argumento. l. necnō. §. sed quod eis. ff. ex quibus causis maio. Non aūt videt reperiri lege cautum † quin auus paternus legare possit nepoti spurio ex fi
3 lio legitimo, auth. quibus modis naturales efficientur sui. §. fin. que loquitur in filio spurio z sic quādo pater huius filij spurij vult legare vel alias relinquere aut donare ipsi spurio filio suo. Sz iste Joannes pretensus spurius non dicitur spurius Joannis testatoris sed dicti Baudi eius filij: z ita non sumus in terminis dicti. §. fina. z in illo casu etiam loquitur auth. ex complexu. C. de incest. nuptijs. Et quod auus possit relinquere vel donare nepoti spurio ex filio legitimo, voluit Roffred. q. xij. exordiente, nerotus quidaz ciuis aretinus zc. vbi etiā dicit quod supposito q appellatione filij veniret als nepos, hoc tamen procederet eo casu quo ageretur de fauore: non quando ageret de odio. Pro quo allegat. l. j. respōso primo. ff. de ven. in poss. mitten. z alia quedam similia, que non
4 refero. † Pro hoc facit quia fauores debēt ampliari, odia vero restringi. l. cū quidā. ff. de liberis z posthu. z regule, odia. de regulis. in sexto. Nec opponat aliqs qd cū dicto Joanni testatori z auo huius Joānis pretensi spurij, superfuerit proles legitima nō potuit idem Joannes testatore idem relinquere vel legere summā zc. ar

gumento eius quod habetur in.l.secunda,⁊.l.finali.C.de naturalibus liberis. Quoniam respondeo quod illa iura non faciunt ad casum: quia quamuis taxent modum seu quotam vsq₃ ad quam possit testator relinquere liberis minus legitimis seu illegitimis,quando superest proles legitima: ⁊ ita prohibent ne quid vltra relinquatur:non tamen simpliciter prohibent quin relinquatur. Addo quod etiam premissis cessantibus,que non cessant,poterat tamen auus huic suo nepoti pauperi ⁊ nihil habenti de eq̄tate relinquere ⁊ legare dictã summã ꝑ sua sustẽtatione,seu pro alimentis:⁊ hoc de eq̄tate canonica.c.cum haberet.⁊ ꝙ ibi doct.de eo qui dux.in matri.quam pol.per adulte.qđ etiam voluit Bar.in.d.auť.ex complexu,⁊ in multis alijs locis:qđ etiam sequuntur alij docto.⁊ quamuis idem Joannes testator voluerit ꝙ dicti centum floreni reponerentur in manibus Jacobi raynbaudi,ipsius testatoris fratris,qui eosdez nomine dicti Joannis pretensi spurij regeret ⁊ regere deberet donec ⁊ quousq₃ idem Joannes esse etatis triginta annorũ,q₂ tamẽ dictus Jacobus raynbaudi nõ curat se intromittere de dicto legato:hoc non debet nocere eidem Joanni quominus possit ⁊ valeat petere legatũ huiusmodi,⁊ pro eo agere etiam si nondum peruenerit ad predictaz etatẽ:quia dilatio huiusmodi non est data in fauorẽ heredũ dicti Joannis testatoris sed in fauorem alterius Joannis pretensi spurij. vt scilicet illi centum floreni melius ⁊ securius seruarentur in manibus dicti Jacobi raynbaudi. Non igitur debet hoc cedere in odium dicti Joannis legatarij nec in fauorem predictorum heredum seu prefati Jacobi non curantis vt predixi illos exhibere.l. qđ fauore.C.de legi.l.in fideicommissi.§.cuz pollidius.ff.de vsur.⁊.l.si ita scriptum.§.pegasius.ff.de lega.ij. Preterea dictus Joannes testator voluit ⁊ ordinauit eosdem centum florenos dari ⁊ solui dicto Joanni eius nepoti per solutiones de quibus in suo testamento,⁊ postea illos reponi in manibus dicti Jacobi raynbaudi.non igitur censetur idem Joannes nepos inhibitus quominus illos exigat. Et ita mihi videtur,sub correctiõe cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Exceptio excommunicationis an semꝑ processum impediat
2 Excommunicato fauendum est vbi anime periculum vertitur.
3 Priuilegium,lex,consuetudo, iuramentum ⁊ similia non procedunt vbi periculum anime incumbit.

¶ Epitome.

¶ Qui excommunicatus pronuntiatus est ⁊ appellauit,nõ debet in instantia appellati ob dictaz excommunicationem propulsari, quin audiatur. V. F.

¶ De episco.audien. Cons.clxxxviij.



Viso processu cause cepte ⁊ pendentis indecise per ⁊ inter honorabilem virum Jacobum galderati nunc auinioneñ.actorem ⁊ se in integrum restitui postulañ.contra ⁊ aduersus quandam pretensaz diffinitiuaz sententiã olim contra eundem promulgatã:⁊ inde ex illa seu occasione illius subsecuta appellatione.ex vna parte:⁊ venerabilem virum dominum simonez peyrardi canonicum ecclesie collegiate sancti petri
1 auinioñ.reum ex † alia dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte quod exceptio excommunicationis parte eiusdem domini Simonis eidem Jacobo opposita sibi non obstat quominus possit ⁊ debeat in hac causa procedere ⁊ audiri:⁊ hoc pro eo quia idẽ Jacobus petijt ⁊ petit se in integrum restitui aduersus predictam sententiam non quidem tanq̄ innitens mero fauori,sed beneficio clausule generalis: tali scilicet causa expressa,qua probata,prout autore domino probabitur opprimeretur ipse innocẽs,⁊ qui absolui debuit: ⁊ sic sententia que antea pro eo prolata extiterat confirmari: nisi eidem subueniretur. Debet ergo non obstante dicta pretensa excommunicatione audiri.ar.c.cum inter.§.j.versiculo vnde in talibus non excommunicati fauor attenditur,de exceptionib.⁊.c.ex literis.de restitu.in integrum.qđ etiam voluit Ostiensis in.c.significauerunt.super verbo,excommunicationis, de exceptionib. quẽ ibi sequũtur Joannes Andree in nouel. Antonius de butri. ⁊ Panor. Fateor autem quod vbi idem Jacobus fieri peteret restitutionem in integrum ex solo fauore dependeñ.⁊ alia causa non subesset,posset procedere id quod fuit allegatum parte dicti domini Peyrardi sed vt dixi nos non sumus in hoc casu:quia vt apparet ex actis cause huius idem Jacobus proposuit qđ cum ipse deberet ab impetitis parte dicti domini Peyrardi per primam sententiam absolui,⁊ propterea fuerit sancte ⁊ iuste illa prima sententia reuocata per secundam debuit consequenter hec secunda sententia per tertiam confirmari ⁊ non infirmari: ⁊ quod ideo hec tertia fuit ⁊ est iniusta. Et ita agitur de iniquitate iudicis vel de iniusta sententia:⁊ sic sibi non obstat.l.prefecti.ff.de mino.nec alia allegata per Ostien. Joannem and. Anto.de butrio ⁊ Panormitanuz in.d.c.significauerunt.eo casu quo fieri petitur restitutio ex mero fauore dependens:quia vt dixi iste non est casus noster. Preterea idem Jacobus non solum petijt ⁊ peti se restitui in integrum aduersus sententiam predictam,sed etiam aduersus inde secuta:⁊ sic aduersus censuras ecclesiasticas contra eũ
2 in exequutionem dicte pretense tertie sentẽtie ꝓmulgatas. † Nõ est ergo propter exceptionem excommunicationis repellendus: quia in sententia censure ecclesiastice vertitur animarum periculum.debet ergo eidem subueniri:hoc est ipse audiri,non obstante dicta exceptione.quod etiam voluerunt Ostiensis, Joannes andreas Antonius de butrio,⁊ Panormitanus in dicto.c.significauerunt.dicentes quod eo casu semper sit subueniendum. Tum quia tales sententie censure non transeunt in rem iudicataz.c.pastoralis.de appella. Tum quia in talibus auditur quilibet appellans,etiam si alleget propriam turpitudinem.c.lator.c.tenor.⁊.c. consanguinei.de re iudicata. Tum quia omne priuilegium,omnis lex,omnis consuetudo, omne iuramentum cessat ex quo inducitur periculum animarum: quod etiam voluit Ostiensis in capitu. extirpande.super verbo consuetudine qualibet, de preben.vbi pro hoc optima ⁊ plura iura inducit.⁊ primo quidẽ contra consuetudinem inducit dictum.c.extirpande ⁊.c.non satis c.cum in ecclesia,de simo,allegat etiam.c.fina.de prescriptio,contra iuramentum periculum animarum inducens, allegat,c.inter cetera.xxij.questione quarta.⁊ auth.scenicas non solum.collatione quinta.⁊ contra priuilegium allegat.l.j.ibi sine fori prescriptione durissimis penis afficiant.C.de raptoribus virginum. Possunt ⁊ alia pro eodem Jacobo induci:sed q₂ premissa videntur mihi sufficere supersedeo ab alijs concludens ex premissis,vt predixi, qđ eidem Jacobo non obstat dicta exceptio excommunicationis Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Disponens de aliqua re hereditaria in suo testamento habetur ac si ipsam hereditatem adiret.
2 Aditio hereditatis potest dici facta per donationem rei hereditarie in qua est donans institutus.
3 Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates ⁊ econtra valet vbi eadem ratio procedit.
4 Institutus vendens hereditatem videtur eam adire.
5 Frater renuntians hereditati, volens suo fratri ꝓdesse, an possit dici illam hereditatem adire.
6 Ratio non est in donationibus exigenda.
7 Substitutio facta per verbum commune substituit non trahitur ad directam institutionem aut substitutionem sed ad fideicommissum.
8 Substitutio facta filio impuberi per hec verba,quandocunq₃ filius meus decesserit bona mea distribuantur pauperibus. nunquam est pupillaris: quia testator se restringit ad bona suipsius, non pupilli.
9 Compendiosa substitutio facta per patrem filio impuberi in ipsius potestate existenti per verbuum commune,an valeat iure pupillaris.
10 Ignorantes aut errantes non consentiunt his que ignoranter vel erronee agunt.
11 Agens ex vna causa,⁊ illam non probans non potest ad aliam habere recursuz nec per aliam obtinere.
12 Exceptio generalis excipientem non releuat.
13 Fideicommissum post mortem filij relictum videtur relictum venientibus ab intestato.

¶ Epitome.

¶ Bona que restitutioni subiacebant,aut in quibus quia substitutus erat,potest is,post quem ad illa nullus vocatur,donare vel relinquere,presertim ad piam causam. V. F.

¶ Commu.de lega. Cons.clxxxix.



Ex pcessu cause cepte ⁊ aliquandiu ventilate per ⁊ inter venerabilem ⁊ egregium virum dominũ Petruz bonneti,canonicum ⁊ precẽtorez ecclesie vasinensis ac cessionarium seu donatariũ honeste mulieris dñe Claudie relicte Joannis fabri,⁊ auie quondam materne defũcte Jnnis Caterine matthee ex vna pte ⁊ Claudium matthei ex alia apparet ꝙ dudum fuerit in humanis probus quondã vir Antonius matthei:qđq₃ idẽ Matthei cõdidit ei⁹ vltimũ ⁊ nũcupatiuum testamentum in quo heredem vlem instituit ⁊ suo o͞re nominauit p̄fata Catherinã,ei⁹ vnicã filiã naturalẽ ⁊ legitimam,⁊ ꝑ eũ suscepram ex

ptam ex honesta quondam muliere Antoneta fabresse antea vita functa. Apparet preterea q deinde vita functus est idē Antonius testator, superstite z sibi superuiuēte pfata Catherina eius vnica filia: que se immiscuit paterne hereditati: z propterea expirauit substitutio vulgaris, si que cōprehendebat in pretensa substitutione, de qua infra. l. post aditā. z. l. precib⁹. C. de impu. z alijs substitu. Apparet insuper q deinde vita functa est z ab humanis decessit prefata Catherina, superstite z sibi superuiuēte dicta Claudia eius auia materna: z cui pptere a deuoluta est eiusdem Catherine hereditas z insolidū: pro eo q eidē nō superfuerūt aliqui fratres vel sorores vtrinq cōiuncti: cū vt predixi appareat q illa fuit vnica filia dicti quondam Antonij. Debuit ergo eidem Catherine z in eius hereditate sola succedere dicta dña Claudia auē. de here. ab intesta. §. consequens. colla. ix. z transsumptiue in auē. defuncto. C. ad tertul. Vñ cū ipsa dōna Claudia postea adiuerit hereditatē dicte Catherine: vt patet per instrumentū donationis eidē dño Petro facte in cā productū: in quo post narratū testamentū dicti quondā Antonij, ac mortē eiusdē Antonij: z deinde post narratā etiā mortē prefate Catherine, ipsius Antonij heredis, scribit dictā dōnam Claudiā dixisse, q cum esset propinquior eiusdē Catherine, intēdebat eidē succedere: z qd nō intenderet bona z iura eidez peruenētia z peruēta ex dicta successione in suis negotijs tēporalib⁹ implicare: ei z p redemptione animarū zc. illa bona donauit donatione zc. dicto dño Bonneti tūc presenti zc. per que apparet eandē dōnam Claudiā non solū donasse dicta bona, sed etiā adiuisse z acceptasse hereditatē eiusdez Catherine,
1 arg. eius qd habet in. l. si auia. C. de iure delibe. † vbi pbat qd si institutus heres in aliqua parte hereditatis, de illa parte postea disposuerit in testamēto per eū facto, illa dispō habet p aditione hereditatis: z sic idem actus operat duos effectus, sc3 vltimā voluntatē, item z aditionē hereditatis, z sic contractū. Ergo in casu nostro multo fortius, vel nō minus hoc procedit, sc3 qd dispositio facta per dictā dñam Claudiā in donādo zc. fuerit operata duos effectus, sc3 donationē z aditionē hereditatis predicte Catherine. Tum q maior est cōnexio z minor differētia inter donationē z aditionē hereditatis, z sic inter cōtractū z cōtractū, q inter testamentū, z sic vltimā voluntatē, z aditionē hereditatis, z sic contractū: ergo si per dispositionē testamentariā factā de hereditate
2 delata disponēti censeat disponēs adire illā hereditatē: † multomagis, vel saltē non minus censet ille cui delata est hereditas illā adire per donationē quā de ea facit, argu. auē. multomagis. C. de sacrosanct. eccle. c. peruenit. de consecra. dist. ij. c. si in laicis. dist. xxviij. z. c. non estimemus. versi. z si hec faciunt. xij. q. ij. Tum z q bona est argumētatio ab vltima voluntate ad cōtractū. l. pactum inter heredē. z qd ibi doct. ff. de pac. l. seruū filij. §. eū q chirographū. ff. de leg. j. l. qui chirographum. ff. de leg. iij. z dt Ang.
3 qd ista argumētatio pcedit regulariter affirmatiue. † Dicit etiā post Guliel. q vbi est eadē rō p oia: tūc pōt argui de vtroq ad alterum, sc3 z de cōtractib⁹ ad vltimas voluntates: z ecōtra de vltimis voluntatib⁹ ad cōtractus: p quo allegat Ang. iura predicta z. l. iure ciuili. ff. de regu. iur. z hoc operat idētitas rationis. l. illud. ff. ad leg. aquil. z. l. j. §. qui interdictū. ff. de fonte. In casu aūt nostro subest eadē rō: q queādmodū per dispositionē testamentariam, per quā disponit testator de hereditate sibi delata, apparet de animo ipsius disponētis: sc3 qd velit hereditatē adire: qui animus declaratiuus sufficit. l. gerit. ff. de acquiren. here. ita etiā apparet per contractum factū de hereditate delata. Et hoc etiam aperte voluit in casu magis dubio Joā. de imol. in. d. l. gerit. col.
4 penul. vbi voluit † q si institutus vendat rem hereditariā: etiam tunc videatur adire hereditatem: pro quo allegat tex. in. l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. ff. de acquiren. heredita. Hoc etiam aperte sentit, quinimmo presupponit, Francisc. de aret. consilio. xcj. exordiente, Viso themate ad me transmisso, vbi querit an renunciatio hereditatis mihi delate, z facta in manibus notarij stipulantis pro parte Petri, censeatur simplex z absoluta repudiatio: an vero q notarius illam recepit pro alio zc. hec renuntiatio habeat tacitam remunerationē, ita quod videatur tacite adiuisse hereditatem, z illam donasse: z ex psecutione eorum que ibi ponit idem Franciscus de are. satis supponit q si ego censerer donasse, satis etiam intelligerer adiuisse. Sed in casu nostro prefata domina Claudia nō solum non renuntiauit, sed expresse donauit: vt patet in dicto instrumento. Et plus dicit Paul. de castro in
5 l. pactum. C. de colla. † quod si plures erāt fratres, z vni tantum voluit soror prodesse renuntiando ei hereditatem, quāuis primo illam non adiuisset: videretur ipsa per huiuscemodi renunciationem prius adire, z successiue donare, argumento. l. illud. ff. de acquiren. here. Et ita etiam dicit ipse Paulus consil. cccviij. exordiente, viso puncto. Et supposito, citra preiudicium veritatis, q dictum Pauli esset dubium: hec tamē dubitatio cessaret in casu nostro, in quo vt iam dixi nō renuntiauit ipsi domino Petro: sed expresse donauit: z non solum donauit, sed etiā premisit, q tanq propinquior dicte quondam Catherine eidem succedere intendebat, z ita sumus in casu claro, sc3 q de animo eius apparuerit z appareat. ¶ Premissis non obstat. l. questionis. ff. de acquiren. heredi. l. licet. z. l. si pecuniam. ff. si quis omis. cau. testa. z q per dictam. l. questionis. not. Joan. andr. in additionibus Specul. tit. de testamen. §. j. in additio. que incipit, Hubertus. Quoniam respondeo q dicta iura z dictum Joannis andree loquuntur eo casu quo ille, cui delata est hereditas: eidem hereditati renūtiat ad petitionem alterius: quo casu etiam si renūtiet pro pretio recepto non videtur adire hereditatem, z transferre. Sed vt sepius dixi dicta domina Claudia non renuntiauit: sed dixit se velle succedere: z deinde donauit in redemptionem animarum. Nulli vero dubium est, quin ipsa domina Claudia de bonis huiusmodi disponere potuerit: z illa donare: q quilibet est moderator z arbiter rei sue. l. in re mandata. C. mandati. l. dudum. C. de contrahen. emp. z vendi. l. polla. C. de his quibus vt indig. z. c. de his, ad finem. de sepult. facit. l. nemo exterus. C. de iudeis. z. l. non vsq adeo. ad fi. ff. si quis a parente fuerit manumis. Multas remissiones ponit Angelus consilio clxxxj. exordiente, Visis instrumentis, colum. quarta. z est adeo quilibet moderator z arbiter rei sue, vt etiam possit dissipare. l. sed z si lege. §. consuluit. ff. de petitione heredi. z
6 hoc maxime procedit z pcedere debet in donatione, † in qua est pro ratione voluntas. l. j. ff. de donationibus. z signanter in ea que facta est in piam causam, z pro redemptione animarū. Illud autem est indubitatum, qd non solum possunt donari res singulares, sed etiam hereditas, probatur. C. z. ff. de heredita. vel actione vendi. q cum possit vendi, potest z donari. Ex quibus infert apparere de bono iure z iusta intentione dicti domini Boneti.

Premissis vero nō obstat q opponitur, scilicet quod dictus quondam Antonius in dicto suo testamento pupillariter substituerit eidem quondam Catherine eius filie impuberi dictum Claudium matthei, z Michaelē eius fratrē: quodq prefata Catherina post aditionem seu immixtionē hereditatis paterne in pupillari etate ab humanis decesserit: z q ppterea illius hereditas fuerit iure pupillaris substitutionis ad eosdem Michaelem z Claudium substitutos ex integro deuoluta, exclusa z repulsa dicta domina Claudia. l. sed z si plures. §. ad substitutos. ff. de vulg. z pupilla. c. si pater. de testamentis. in. vj. Quoniam respondeo q cum substitutio huiusmodi fuerit facta per verbum substituit, q est verbum commune, vt not. Joan. an. in. d. c. si pater. Oldradus consi. cvij. exordiente, circa ius municipale, versicu. circa secundam questionem. Glossa in. d. l. precibus. Bart. in. l. centurio. charta vltima. ff. de vulg. z pupil. z alij doctores in alijs locis: z dictum verbum substituit fuerit adiectum bonis dicti quondam Antonij testatoris: z sic fuit substitutio per eum facta per verbum commune restricta ad bona sui ipsius testatoris: illa non potuit valere iure pupillaris substitutionis: sed solum iure fideicommissarie, seu iure vniuersalis fideicommissi. Et ita videtur facta substitutio huiusmodi in re aut de re certa, per ea que post Bartolum in. l. cum filius. §. lucio. ff. de legatis secundo. z in. l. cogi. §. sed si miles. ff. ad trebellianum. ponit Franciscus de aretio consilio. clv. exordiente, periculosum est vt Hiero
7 nymus ait zc. col. x. versi. his premissis dico zc. † Et hinc factum est z contingit quod substitutio predicta, vt pote facta per verbū commune substituit, non trahatur ad directam institutionē aut substitutionem, sed ad fideicommissum, per id quod notat Bartolus in dicta. l. centurio. versic. quero quid si substitutio compendiosa fiat in re certa. vbi etiam hoc notant z sequūtur alij scribentes. z Paulus de castro consilio lxxvj. exordiente, Viso puncto, versiculo, Super secundo vero quesito, z Angelus consilio. xiij. Alexander de imola consilio. xlv. exordiēte, Habita super his de quibus dubitari contingit. columna. ix. vel circa, versicu. fortificantur predicta. in primo volumi. post Salicetum in dicta. l. precibus. collatio. antepenultima. versiculo quero nunc ab extra. ibi, sed dico quod hec ratio. vbi voluit quod si testator instituto filio
8 impubere substituat per hec verba, quandocunq filius meus decesserit, bona mea per commissarios distribuantur in pauperes christi: talis substitutio nunq erit pupillaris: quia testator se restringit ad bona sui ipsius testatoris, z nihil disposuit de bonis pupilli: z ideo videtur noluisse pupillariter substituere: quia per pupillarem substitutionem succeditur in bonis pupilli. dicta. l. sed z si plures. §. ad substitutos. z institutio. de pupillari substitutione. in principio. Sed per fideicommissum seu fideicommissariam substitutionem succeditur testatori. l. coheredi. §. cum filie. ff. de vulgari z pupillari. Quod autem idem testator disposuerit de bonis suis, z non de bonis dicte Catharine instituendo, hoc patet: quia dicti in bonis suis, que verba denotant bona proprio iure spectantia ad ipsum testatorē. l. ij. post princi. ff. de reli. z sump.

fu.l.v.§.argēto.ff.de au.ꝛ argen.lega.ꝛ not.docto.ff.de no.ope.nunciatio.in rub.Bar.in proe.C.ꝛ gl.in.c.j.in verbo,propositū,de postu.prela.

Premissis nō obstat si forte opponeretur de eo qd no.doc.in.d.l.centurio.allegata.l.pre

9 cibus.c.raynutius.de testa.ꝛ in.d.c.si pater.† quatenus volunt quod compendiosa substitutio facta per patrem filio impuberi ipsius patria potestate existenti per verbū cōe valeat iure pupillaris:etiam si mater sit in medio.Qm̄ rn̄deo ꝙ esto vt.citra preiudicium veritatis, hoc sit verum regulariter: fallit tn̄ qn̄ substitutio huiusmodi fit per verbum cōe adiectum certe rei,seu certe quantitati:q2 isto casu non valet substitutio iure pupillaris substitutionis, etiam si filius moriatur in pupillari etate: quod etiam voluit Bar.vt predixi,ꝛsequuntur alij in.d.l.centurio.Et vt predixi,nos sumus in casu:q2substitutio de qua supra facta est in certis bonis:pro eo quia facta est in bonis testatoris,non in patrimonio impuberis, nec simpliciter in bonis vel in hereditate.

¶ Etiam nec obstat si forte de eo opponatur qd no.Bar.in.l.si ita scriptu3.§.qui filio.ff.de bo.posses.secun.tabu.vbi dicit Bar. quod si testator instituto filio impubere voluerit,qd si idē fili⁹ decederet in pupillari etate,bona suꝑstitis testatoris deuenirent in talem:hec substitutio censeatur.puppillaris: ꝛ ꝙ illa verba,bona ipsius testatoris,nihil operantur:ꝛ est perinde ac si non essent adiecta: ꝛ quod succedetur pupillo in omnibus bonis testatoris ꝛ pupilli.Qm̄ respondeo ꝙ Bar.loquitur in substitutione facta per verbum cōe deueniat,expressa pupillari etate: quo casu manifesta est intentio testatoris scd̄m oēs,qd verbū cōe accipitur pro directo.scd̄m gl.ꝛ oēs scribentes in.d.l.precibus ꝛ in allegata.l. cēturio.Subito autē pupillaris facta in re certa per verbum directum valet ꝛ trahitur ad vniuersum.d.l.coheredi.§.fi.ꝛ qd no. Angel.in.l.ij.ff.de vulg.ꝛ pupil.Sed nos nō sumus in.d.casu:q2 substitutio compendiosa de qua loquimur non fuit facta cum expressione pupillaris etatis.Unde cum verba sint ambigua,d3 seruari regula de qua supra,sc3 quod ista substitutio intelligatur fideicommissum vniuersale, vt predixi: quia verba non conueniunt pupillari substitutioni.

¶ Etiā nec obstat si forte opponeretur de.d.c.si pater:vbi substitutio facta filie institute in re certa,interpretatur esse directa pupillaris.Quoniam respondeo quod verbū moriatur,ibi positū censetur esse verbum directum, quamuis non sit verbum ciuile: prout not.moder.in.d.c.si pater.ꝛ doct.in.d.l.centurio.Et sic nō mirum,si substitutio facta filio impuberi per verbum moriatur, etiam si fuerit adiectum quantitati seu rei certe,trahatur ad directam substitutionem:ꝛ sic ad vniuersum.d.l.coheredi.§.finali. Preterea quamuis filia fuerit ibi in certa quantitate instituta, tamen verbum moriatur non fuit ibi adiectum certe quantitati, seu rei: sed fuit eidem filie simpliciter facta substitutio: quo casu videtur facta in vniuerso,ꝛsicut fieri debuit, vt voluit Joannes de imola in dicto.c.raynutius.in materia compendiose, ꝛ sequi. Alexander de imola in dicta.l.cēturio columna.xlvj.versic.vel secundum eum potest dicere ꝛc. ꝛ Franciscus de aretio in dicto consilio.clv.columna.xj.versiculo,nec obstat doctrina Bartoli, in fine ꝛc. Sed in casu nostro facta est substitutio non per verbū directum,etiam non ciuile:sed per verbum commune substituit. Non fuit etiam eidem Catherine facta substitutio simpliciter, sed in bonis dicti quondam Antonij testatoris: ꝛ sic casus multum diuersus a casu nostro.

Ex premissis infertur ꝙ eidem Catherine pupillariter substituti dici non potuerunt dicti Michael ꝛ Claudius, Quo fit vt aditio seu pretensa acceptatio hereditatis dicte quondam Catherine,vt dicitur, per eos facta non valuerit: ꝛ consequenter nec valuit diuisio bonorum dictorum quondam Antonij ꝛ Catherine, vt pote facta de rebus pro tunc ad eos non pertinentibus.Dicte autem domine Claudie non obstitit,nec huic domine Boneti obstat quod post mortem ipsius Catherine fuerint dicti Michael ꝛ Claudius tracti in causam ad postulationem ꝛ instantiam dicte domine Claudie ꝛ ab eis per eandem dominam Claudiam res quedam postulate ꝛ sibi restitui petite:quas dicebat se commodasse predicte antonete eius quondam filie.Quoniam respondeo quod cū post mortem eiusdem Catherine dicti Michael ꝛ Claudius illicite se intruserint in domo ꝛ alijs bonis eiusdem Catherine, se iactantes palam ꝛ vbiqꝫ se esse heredes vniuersales ipsius Catherine, ꝛ in vim paterni testamenti: hec bona mulier domina Claudia iuris ac literarū prorsus ꝛ omnino ignara,ꝛ que nec per se nec alium legi audiuerat testamentum:ꝛ que si illud vel per alium legisset,nō forte intellexisset, credidit eos esse heredes sicut ipsi asserebant: sed vt dixi dicta substitutio valere non potuit iure pupillaris substitutionis:ꝛ ita in vim illius non potuerunt esse heredes eiusdē Catherine: ꝛ sic apparet eam non solum ignorasse hereditatem sibi delatam: sed etiam errasse, quatenus eos in iudicium traxit,ꝛ conuenit tanquam heredes.Quo fit vt non propterea cēseatur repudiasse hereditatem dicte Catherine:quinimo potius

10 censeatur non repudiasse:† quia ignorans non donat.l.nec ignorans.C.de donationibus.ꝛ qui errat nō consentit: quia nihil est tam contrarium consensui quam error.l.si per errorem.ff.de iurisdi.omnium iudic. ꝛ error maxime.facti non nocet.l.error facti. C.de iur.ꝛ fact.ignoran.l.plurimum interest,ꝛ.l.regula.cum similibus.ff.eodem titu.Mulieres etiam magis reperiuntur priuilegiate in errore:vt scilicet eisdem non noceat in multis casibus,in quibus alias nocet viris.l.ne passim.cum ibi notatis.C. de iuris. ꝛ facti. ignoran. Non obstante igitur dicto pretenso processu,seu citatione ꝛ petitione,de quibus supra,ad postulationem dicte domine Claudie ꝛ per eam factis,potuit ipsa Claudia postea de veritate informata adire hereditatem predicte Catherine,prout ꝛ fecit.

Forte vero opponetur ꝙ licet substitutio predicta non valuerit iure pupillaris substitutionis, valuit tamen iure fideicommissarie: ꝛ qd propterea in vim substitutionis huiusmodi debuerunt bona dicti quondam Antonij eisdē Michaeli ꝛ Claudio restitui.Cui respōdeo,ꝛ fateor quod substitutio predicta valuerit in vim fideicommissarie,ꝛ qd propterea bona predicta debebāt restitui eisdē Michaeli ꝛ Claudio: sed quia dictum vniuersalem fideicommissum nō fuit purū, sed conditionale: de illo erant detrahenda due quarte,scilicet legitima, ꝛ trebellianica. ꝛ iuxta theoricam quam ponit glossa ꝛ sequuntur Bartolus,Baldus,Angelus,ꝛ doctores in.l.papinianus.§.meminisse.ff.de inofficioso testamento.gloss.Barto. Bald.Paulus de castro Philippus de corneo in.l.quanquā.C. ad legem falcidiam.Bald.in.l.filium quem.C.famil.erciscun. Multas remissiones ponit dominus Ja.magnus,in authen.res que.columna tertia.C.commu.de lega.vbi etiam dicit quod ex generali consuetudine totius mundi obseruatur etiam in foro ciuili:ꝛ sunt pro hoc boni tex.in.d.c.raynutius,ꝛ raynald⁹.de testamentis.ꝛ iste due quarte ascendebant vel ascendunt ad dimidiam partem bonorum dicti quondam Antonij: q2 cum ei nō superfuerit nisi dicta Catherina,legitima ei⁹ fuit, trēs hoc est tertia pars predictorum bonorum: ꝛ sic quatuor vncie, bonorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno ꝛ funeris impensa. auth de trien.ꝛ semisse.§.primo.collatiōe tertia.ꝛ transsumptiue in authen.nouissima.C.de inoffi.testa.iuncta dicta.l.papinianus.§. quarta autem.ꝛ trebellianica est quarta pars residui: ꝛ sic due vncie,iuxta doctrinam quam ponit glossa in.d.c.raynaldus.super verbo,licet totas.Bal.in.l.scimus.in princ.in fi.prime colū. C.de inoff.testa.ꝛ plenius in.l.si vero.§.quid ergo.ff.de test.mili. Ange.consi.cxcix.exordiente,Magnificus miles dominus Guliel.colla.ij.vers.quarto premitto.Joan.de imo.in dicta.l.coheredi.§.cum filie.ff.de vulga.ꝛ pupilla.ꝛ Fran.de cur.cōsi.lxxv. exordiente,Dominus ludouicus rotarius habens filios sex.ꝛc. columna.iiij.Et iste sex vncie erant detrahende per dictam dominam Claudiam: quia ipsa tanꝙ proximior eiusdem Catherine in illis ꝛ in bonis maternis ꝛ alijs si que erant successit:dicta authen.defuncto.C.ad tertul.Et debebant prefecti Michael ꝛ Claudius expectare quod ipsa adiuisset hereditatē predicte catherine, ꝛ postea potuissent petere sibi restitui dictum fideicōmissum: ꝛ ita per restitutionem illius fuisset eis ius quesitum.l. restituta.l.facta.ff.ad trebellia.

¶ Et quamuis vt dixi potuerit forte dicti Michael ꝛ Claudius prius adita hereditate per dictam dominam claudiam petere ꝛ obtinere illam sibi restitui, detractis dictis duabus quartis ascendentibus ad dimidiam partem bonorum dicte hereditatis dicti quondam Antonij testatoris nisi tamen aliud fuerit parte dicti Claudij deductum,ꝙ hucusqꝫ factum extiterit, nō videtur habendus respectus ad dictū fideicōmissum,seu fideicōmissariā substitutionem: ꝛ hoc eo quia idem Claudius de illa non opposuit, nec opponit, sed de pretensa pupillari, de qua non apparet. Esto igitur vt de dicta fideicōmissaria appareat quia tamē pars sup illa nō se fūdat nō est ad eā habēd⁹ respectus,Ar.ei⁹ qd not. Inno.in.c.cū cōtingat.de offi.dele.ꝛ in.c.ceterū.de iudi.vbi vo

11 luit,ꝙ si quis agat ex vna cā,ꝛ illā nō pbet obtinere nō d3 quis pbet aliam causam ex qua alias erat obtēturus si illam deduxisset.Et idem voluit Barto.in.l.j.in princi.ver.venio ad causam. ff.de eden.ꝛ Alexander de imo.in.l.si ita stipulatus.§.chrisogonus.colū.viij.vel circa.ff.de verborum obligationibus.Pro quo dicto solet allegari.l.habebat.in princip.ff.de institoria actione, quemadmodum enim, vt predixi procedit in actore: ita etiam videtur procedere in reo,vt scilicet si non probat exceptionem per

nem per eum propositam & deductam, non sibi prosit si probet exceptionem per quã alias erat iuuandus si illam deduxisset. Pro quo induco not. per Bar. in. l. j. §. labeo. ff. de flumini. vbi dicit q sicut ex inepta actione proposita quis succumbit: ita si proponit exceptionẽ ineptã: & ita dicit secundum eum. d. §. labeo. Pro quo facit qd not. Specul. tit. de excep. §. viso. circa princip. & quod habetur in. l. plane. ff. de peti. here. & qd not. idem Bart. in. l. j. col. ij. versicu. quero video quod ista conclusio. ff. de exceptionibus. vbi dicit quod licet in exceptione non sit necessaria conclusio: tamen factum debet notari, & proponi ita & taliter quod ex eo talis exceptio resultet: q: sic aperte & clare debet proponi prout actio: alias
12 succumberet. dicta. l. j. §. labeo. † Et ideo exceptio generalis nihil releuat, secundum eum. Ad premissa facit quod ponit Angelus consilio. xxv. exordiente, Pro decisione questionis & dubiorum, in secundo quesito. Et ita videtur quod dictus Claudius deberet condemnari ad restitutionem omnium bonorum dicti quondam Antonij, eorum scilicet que confessus est tenere respondendo interrogatorijs cõtra eum oblatis, & articulis libelli parte dicti domini Boneti oblati, propositionibus in causa reproductis: & illud videretur equum propter dotem maternam: ad cuius restitutionem tenebatur dictus quondam Antonius & cuius actio fuit confusa propter immixtionem paterne hereditatis: que tamen posset deduci & detrahi si vniuersale fideicommissum esset in manibus dicti domini Petri, etiam si predicta Catherina non fecerit inuentarium, per id quod notat Baldus in. l. debitori. versiculo extra oppono. C. de pactis. & Paul. de castro in. l. ab omnibus. §. finali. ff. de legatis primo. Alexander de imola in. l. ita tamen. §. fi. ex trebelliano. & l. debitor. ff. ad trebellianum. Angelus consilio lxiij. exordiente, Quoniam nihil est quod magis &c. col. ij. versic. super secundo dico, & alij in alijs locis. Illud saltem certum est, quod siue de dicta fideicommissaria substitutione postea opposuerit, siue non: debet condemnari ad restitutionem bonorũ dictorum pro ea parte que detrahi potuisset per dictam dominã Claudiam: & sic pro dimidia parte ad quam ascendunt predicte due quarte. Et ob hanc causam, ne in aliquem euentum dici posset eundem dominum Petrum plus repetisse, dictum est in conclusione dicti libelli, detractis detrahendis si que fortasse existãt. Nisi forte quis opponat, q nihil peti possit pro dicta legitima: pro eo q quamuis filius impubes non possit in ea grauari. l. ex trib⁹. C. de inoffi. testa. tamen venientes ab intestato, hoc est illi qui ab intestato sunt ei successuri, possunt in ea grauari. l. si fundum per fideicommissum. §. finali. cum. l. sequenti. ff. de legatis primo. qd etiam notant doctores communiter in dicta. l. coheredi. §. cum
13 filie. † vbi etiam multi notant, quod in dubio fideicommissum post mortem filij relictum videatur relinqui non quidem ab ipso filio, sed a venientibus ab intestato. Cum igitur fideicommissum de quo supra fuerit relictum post mortem predicte Catherine, videtur quod non ipsa, sed dicta domina Claudia fuerit onerata & grauata tanq̃ proximior: & cum illa grauari potuerit etiam in legitima, videtur quod non potuerit peti nisi quarta trebellianica: que isto casu ascenderet ad quatuor vncias. Sed istud non obstat: quoniam respondeo quod licet aliqui tenuerint & teneant, q fideicommissum relictum post mortem filij impuberis censetur relictum a venientibus ab intestato: hoc tamen non est indistincte verum: nec ipsi ita loquuntur, sed dicunt hoc procedere in dubio, hoc est quando non apparet cui grauamen iniunctum extiterit, an scilicet filio impuberi, vel venienti ab intestato. Sed quando apparet cui grauamen iniunctum extiterit, tunc standum est certo. In casu vero nostro de hoc manifeste apparet, scilicet quod dictus Antonius grauare voluerit Catherinam: q: dictum est, substituit eidem Catherine: & sic grauamen importatum per verbum substituit, iniungebatur Catherine. Pro quo causa breuitatis remisisse sufficiat ad id quod notat dominus Iason maynus in dicta. l. precibus. columna. xiij. versic. item retento eo in quo omnes concordant &c. ibi. breuiter aduerte quod si substitutio. C. de impuberum & alijs substitutionibus. & quia hoc non habet dubium, ego vlterius non insisto. Concludo igitur vt predixi sententiam esse ferendam pro dicto domino Bonneti, & dictum Claudium esse condemnandum ad reddendum & restituendum bona predicta, ea scilicet que idem Claudius confessus fuit se tenere & possidere: & saltem, & quoad hoc nulla videtur esse difficultas, seu etiam color, debet condemnari ad restituendum bona huiusmodi pro dimidia parte, ad quam ascendunt dicte quarte vna cum fructibus male perceptis: quos certum est venire in petitione hereditatis saltem a tempore litis contestate: & in expensis: quia victum victori. l. properãdum. §. sin autem alterutra. C. de iudicijs. Et quod isto casu, quando scilicet testator substituens filio impuberi per verbum commune se restringit ad bona suipsius testatoris, non valeat substitutio iure pupillaris substitutionis, si contingat ipsum filium postea decedere in pupillari etate, eo scilicet casu quo non fuit facta dinumeratio etatum, vel non fuit facta in substitutione mentio pupillaris etatis: vt in casu consuluit Philippus de corneo consilio centesimoquinquagesimosecundo exordiente, In hac consultatione imminet &c. columna sexta, versiculo sexto principaliter moueor, in secundo volumine. & consilio trecentesimovigesimosecundo exordiente, ardua plurimum, columna quinta, versi. contrariam autem partem, & colum. nona, versic. nec obstat contra primam dictam rationem, in tertio volumine: qui pro hoc multa bona fundamenta inducit: que causa breuitatis non refero. Et vtrobiq refert q ita tenet Bal. in dicta. l. precibus. charta penul. & quod ipse ita consuluit in quodam suo consilio exordiente, proponitur quod pater filio impuberi &c. & quod illi consilio se subscripsit Angelus eius frater, & nonnulli alij. Dicit etiam quod ipse pro hac parte alias consuluit in ciuitate, vt puto, Perusina: quia erat perusinus: & quod suo consilio se subscripsit famosissimus & preclarissimus doctor dominus Franciscus aretinus. Dicit etiam in dicto cõsilio cccxxij. colum. quinta, quod illic & vt puto in dicta ciuitate fuit consultum, quod propter dicta verba in bonis meis, vel similia, substitutio semper sit fideicommissaria, etiam cessante fauore matris: & dicit quod cum hoc etiam transiuit in dicta. l. precibus. Quod si procedat etiam cessante fauore matris: multo fortius procedit & procedere debet si fauor nõ cesset, sed supersit: vt in casu, in quo superest predicta domina Claudia, que gaudet eo fauore quo & dicta quondam Antoneta mater si viueret: pro quo allegasse sufficiat id qd notat Bartolus in dicta. l. centurio. in secunda questione principali, versicu. quando q aliquod illorum verborum non apponitur &c. iuncto versic. quod de matre dixi intelligo etiam &c. ff. de vulgari & pupillari. & l. ij. versiculo vlterius quero quid de pupillari partim tacita partim expressa vtrum matrem excludat, iuncto versiculo, vlterius quero an tacita pupillaris excludat auiam. ff. de vulgari & pupillari.

¶ Non omitto quod Vxineñ. ciuitas & eius territorium sunt vel in comitatu prouincie, vel comitatu Falquaquerij, aut de terris adiacentibus. Quo fit vt etiam propter constitutionem dominicalem seu comitalem alias factam super substitutione compendiosa facta filio impuberi per verbum commune matre existente in medio, dicta substitutio debeat cẽseri fideicommissaria: & sic omni tempore valere iure fideicommissi: & incipit dicta constitutio, Preterea equidẽ. Etiam inter iuristas precipue legum in iudicijs est magna opinionum varietas: in qua declaratur, substitutionem compendiosam factam a pagano sine specificatione temporis per verbum commune substituo, cum verbo quandocunq, esse fideicommissariam omni tempore, tam in pupillari etate, quam post, fauore matris. Et quamuis hec constitutio seu declaratio loquatur in matre: illa tamen procedit etiam in auia: & ad eam debet extendi: per ea que notat Bartolus in dictis quatuor versiculis vltimate allegatis, aut duobus eorum, vt videri potest.

1 ¶ Relatio an possit aliquam probationem in iudicijs inducere.
2 Donatio vxori putatiue facta an morte donatoris firmetur.
3 Adoptatio seu arrogatio debet authoritate principis fieri.
4 Donatio causa mortis potest viuente donatore reuocari.
5 Alienans rem etiam in testamento suo legatam videtur ipsum legatum reuocare.
6 Donatio causa mortis an superueniente inimicitia inter donatorem & donatarium censeatur reuocata.
7 Constitutio precarij tanq̃ accessoria regulatur secundum principale cui accedit.
8 Pactum inter donatorem & donatarium initum potest impedire alienationem rei donate.
9 Donatio ius tertij concernens presumitur ficta.
10 Ratificatio donationis ob causam superuenientem facienda an requirat notarij interpositionem.
11 Donatio excedens summam debitam an possit ex capite omisse insinuationis impugnari.
12 Donatio inter viuos per patrẽ filio in eius patria potestate existenti facta cum iuramento tenet.

¶ Epitome.

¶ Iactantiarum agi potest contra eũ, qui falso asserit alium sibi obligatum, aut alias aliquid debere vt cogat eum iudex vel intra certũ tempus de debito fidem facere, vel desistere ab his iactantijs, que alterius famam ledere possunt. V. F.



Circa ea pparte honorabilis viri Pauli morissimi a me quesita extiterunt, ꝛ pro eorum clariore ꝛ faciliore declaratione premitto esse aduertendum, quod licet in donatione inter viuos, que nouissime facta legitur honorabili viro Paulo morissimi per honorabilem virum Antonium gauteilini, referatur quod alias de suis bonis donationē
1 fecerit idem Anto. dicto Paulo. † huic tamen relationi, quatenus illa concernit aut concernere posset preiudicium quorundā pretensorum nepotum eiusdem Antonij, non creditur, auth. ē. vt sponsa. lar. §. ꝛ hoc insuper. colla. ix. ꝛ transsumptiue in authen. si quis in aliquo. ꝛ quod ibi omnes doctores. C. de eden. Bene tamen fateor: quod illi assertioni seu relationi staretur in preiudicium eiusdem Antonij, ꝛ suorum heredum. l. optimam. C. de contrahen. ꝛ committenda stipula. Hoc ideo dixi ꝛ dico, quia predicta vltima donatio est in multis relatiua ad primam: ꝛ propterea remaneret incerta, nisi de illa prima fieret tempore ꝛ loco plena vel opportuna fides. Preterea etiam premitto quod, cū tempore dicte vltime donationis ꝛ ante cā esset ꝛ fuerit dict⁹ Paulus filius adoptiuus predicti Antonij, ꝛ per eum autoritate illustris domini Sabaudie ducis arrogatus censendus est ipse Antonius eidem Paulo donasse ratione filiationis. Propter quod etiam aduertendum est, an dicta adoptio valuerit, quia si non valuisset, etiam valere non diceretur eadem donatio. l. eam quam. C. de fideicom. ꝛ l. nec apud. C. de heredibus institue. que licet loquatur in vltima voluntate, procedunt tamen vel extenduntur etiam ad contractus. l. cum hic status. §. si quis spon. in
2 fi. ff. de dona. inter vi. ꝛ vxor. † vbi donatio facta vxori putatiue non confirmatur morte: quinimo ꝛ per errorem in persona donatarij redditur ipso iure nulla. Et illum text. reputat singularem Bald. in dicta. l. eam quam. columna. vij. ꝛ per dictam. l. cum hic status. §. si quis sponsam. dicit domi. Jas. ma y. in d. l. eam quam. columna. ix. quod si pater adoptaret filium, credens adoptionem valere, cum sit inualida: ꝛ deinde talem filium adoptionem de facto emanciparet, ꝛ aliquid sibi donaret in premium emancipationis, donatio esset ipso iure nulla, propter errorem, per quem remouetur voluntas. l. si per errorem. ff. de iurisdi. omnium iudi. Est igitur vt predixi inquirendū an dicta adoptio seu arroga-
3 tio valuerit. Super quo respondeo ꝛ dico, † quod arrogatio fieri debet de ꝛ cū autoritate principis: hoc est imperatoris, seu illius qui in terris suis nō recognoscit superiorem. l. ij. versi. arrogatio. l. arrogationes. ꝛ l. adoptatum. C. de adop. ꝛ l. ij. cum suis simi. ff. eo. tit. Si igit dictus illustris dominus Sabaudie Dux nullum superiorem recognoscat in terris illis, in quibus facta extitit dicta arrogatio: respondeo ꝛ dico quod illa corruere non potest ex defectu autoritatis: pro eo quia sic posset idem illustris dominus dux in terris predictis quicquid posset imperator in imperio, per id quod not. Barto. in. l. infamen. col. fi. versi. quero vtrū ciuitas. ff. de publi. iudi. ꝛ in. l. hostes. ff. de capti. ꝛ postli. reuer. Alexand. de imo. consi. xv. columna. ij. in quinto volu. ꝛ consi. ij. in primo volu. dominus Feli. in. c. que in ecclesiarum. columna ij. de constitu. ꝛ alij in alijs locis. Et idem putarem si idem illustris dominus Dux haberet ibi iura imperij, pͭ de domino comite prouincie refert Oldra. quod in comitatu prouincie comes habeat iura imperij. ꝛ idem putarem si ipse hoc iura prescripsisset per tempus scilicet de cuius initio seu contrario memoria hominum non extiteret: quia illa possunt sic prescribi, pro quo remisisse sufficiat ad ea que in diuersis locis not. doct. Preposi. in. c. vnico, que sint regalia. ꝛ quod ponit Alexander de imol. consil. vj. columna fina. in primo volu. Si vero hec cessarent consulerē quod de nouo, ꝛ citra preiudicium precedentium donationum ꝛ earum quamlibet ac iurium per eas ꝛ earum quamlibet eidem Paulo acquisitorum, fieret donatio eidem Pau. de bonis mobilibus ꝛ immobilibus, ꝛ alijs que placeret eidem Antonio donare dicto Paulo, ꝛ quod in illa exprimeretur quod ipse Antonius vult ꝛ intendit donationem huiusmodi valere ꝛ suum plenum sortiri effectum, etiam si arrogatio facta de dicto Paulo morissini de iure non valuisset, ex qua causa processisset. aut procederet inualiditas donationis huiusmodi.

¶ His premissis venio ad quesita: ad que ꝛ primo ad primum respondeo in primis, quod si dicti nepotes pretendant quod eis facta extiterit donatio aliqua per ipsum Antonium de bonis predictis, ꝛ antequam donatio fieret dicto Paulo, opus est ꝙ ipsi
4 probent. l. actor. C. de probatio. † Et si dicta donatio fuerit vera donatio causa mortis, non est dubium quin dictus Antonius potuerit ꝛ possit illam reuocare. l. non omnis. ff. si certū peta. ꝛ Institu. de dona. in prin. cum suis simi. Et puto quod non solū potuerit aut possit ipse Antonius donationem huiusmodi expresse reuocare: sed etiam quod illam reuocauerit, eo ipso qd ipse post illam donationē predictam donauit donatione inter viuos sponte ꝛ libere dicta bona: quia queadmodum per voluntariam alienationem factam de re legata censetur alienans idemꝗ testator, seu ille qui legauit reuocare legatum. l. fideicommissa. §. si rez. ff.
5 de lega. ij. † ita etiam per voluntariam alienationem factam de re donata donatione causa mortis censetur ipse donator alienās reuocare donationem causa mortis: quod etiam voluit Bald. ꝛ post eum mod. in. l. stichum qui meus erit. ff. de lega. j. Alexan.
6 de imo. ꝛ dominus Jason in. d. l. non omnis. † vbi etiam addunt quod queadmodum legatum censetur fuisse reuocatum propter superuenientes inimicitias inter testatorē ꝛ legatarium. l. quarta. §. fina. ꝛ l. sequen. ff. de adimen. lega. ita etiam censetur donatio cā mortis eē reuocata ꝑpter superueniētes inimicitias inter donatorē ꝛ donatariū. Dixi autē ꝛ nō fine cā, si dicta donatio fuerit vera donatio cā mortis: qꝛ lȝ donator se dixerit donare cā mortis: si tñ in donatione huiusmodi fuisset factum pactum de non contraueniendo, sed eam tenendo ꝛ obseruando, vel etiam si in ea interuenisset iuramentum de eam non reuocando, vel si illa facta extitisset eisdem nepotibus stipulantibus ꝛ recipientibus pro se ꝛ heredibus suis: illa re vera censeret fuisse ꝛ esse donatio inter viuos, non causa mortis, per id quod habetur in. l. vbi autē ita donatur, ꝛ quod ibi doct. ff. de dona. causa mortis, ꝛ quod no. Alexan. de imo. ꝛ dominus Jason in. d. l. non omnis. ꝛ Alexan. de imo. cōsi. xiij. vbi videri poterit ꝛ in multis alijs locis. Et vbi donatio predicta, facta scȝ dictis nepotibus aut alteri eorū esset donatio inter viuos: tunc aduertendum esset, an illa esset simplex ꝛ pura: vel forte post mortem predicti Antonij effectum sortitura: quia si illa esset pura: ꝛ in ea essent posite clausule domini ꝛ possessionis saltem ciuilis translatiue, aut earum aliqua: cuiusmodi sunt retentio vsusfructus, constitutum, ꝛ constitutio precarij, de quibus habetur per scribentes in. l. traditionibus. C. de pact. l. licet. C. de acquiren. posses. l. possideri. in prin. ff. eo tit. l. quisquis. C. de donatio. ꝛ in. c. ij. de consue. tunc videretur quod eisdem nepotibus fuisset ius acquisitum in bonis donatis tempore eis facte donationis: si tamen eo tempore idem Antonius dominus erat ꝛ possidebat bona predicta: quod dico propter id quod not. Ange. in. l. quamuis. §. si conditor. ff. de acquirenda possessione. ꝛ in. l. j. C. eodem titu. Et ita non potuisset postea in preiudicium eorundem nepotum fieri alia donatio dicto Paulo. l. rem alienā. iuncta glo. ff. de contrahen. empt. ꝛ vendi. l. si filio. §. j. ff. solu. matri. ꝛ regula, id quod nostrum. ff. de regulis iuris. si vero donatio huiusmodi non fuisset pura, sed in diem, vt puta post mortem suū effectum sortitura: tunc videretur quod clausule translatiue, vt puta clausula retentionis vsusfructus, constituti, aut cōstitutionis precarij, deberent censeri ꝛ regulari secundum naturam donationis: ꝛ ita censeretur dictus Antonius retinuisse vsumfructū, aut se cōstituisse tenere ꝛ possidere simpliciter aut precario nomine predictorum nepotum bona ꝛ res donatas: non vt extunc citra deberet dici vsufructuarius, vel tenere ꝛ possidere res ꝛ bona huiusmodi non sibi, sed dictis nepotibus: sed censeretur conferri effectus clausularum huiusmodi post mortem eiusdem Antonij, quemadmodum ꝛ post mortem illius conferebatur in hoc casu donationis effectus, per id quod voluit Bald. in. l. ex testa-
7 mento. C. de fideicom. ꝛ in. c. ij. de feu. da. in vim fideicō. † vbi voluit quod constitutio precarij tanꝗ accessoria reguletur secundum principale cui accedit. Et idem voluit Alexander de imo. consi. lxxxi. exordien. perspectis his. colum. ij. in secundo volu. ꝛ quod nor. Francis. de are. in. l. si diuortio. col. iij. versi. oportet ergo dicere. ff. de verbo. obligatio. ꝛ in. l. hoc iure. colum. iij. eo. tit. And. barba. consi. xxviij. col. vij. in prima parte, ꝛ dominus Jas. in. l. sub pretextu. la. j. col. finali. C. de transactioni. ꝛ ſm hoc non esset translatum dominium aut possessio predictorum bonorum in dictos nepotes. Propter quod nō obstante illa pretensa prima donatione facta eisdem nepotibus, si que esset, fuisset postea translatum dominium ꝛ possessio bonorum huiusmodi in dictū Paulum; cui dicuntur bona fuisse tradita non solum ficte ꝛ per clausulam precarij, de qua in instrumēto donationis, sed etiā per realem traditionem vel patientiam eiusdem Antonij, per quam hoc fieri potuit titu. capaci precedente, per ea que habentur in d. l. ij. C. de acqui. posses. ꝛ quod not. scriben. in. l. si ex stipulatione. ff. eo. titu. Et sic cum traditio fuisset primo facta eidem Paulo: ille cēseretur in iure potior, per id quod habetur in. l. quoties.
8 ꝛ quod ibi doct. C. de rei vendi. † Et hec procedunt, nisi forte idē Antonius cōuenisset, ꝛ pactum fecisset predictis nepotibus: qd dicta bona alteri non donaret, vel in alterum non alienaret: ꝛ pro obseruatione pacti huiusmodi hypothecasset vel obligasset bona donata: tunc enim illa postea donare non potuisset, vel cū effectu in alium transferre, per id quod habetur in. l. si creditor. §. fin. ff. de

ff. de distractione pignorum. z quod per illa m. l. notat Bartolus
z doctores in. l. ea lege. C. de condi. ob causam. Bartolus Paul.
de castro, Joannes de imola, Alexander de imola, z Francisc. de
aretio in. l. si ita quis promiserit. §. ea lege. ff. de verborum oblig.
z moderniores in. l. qui absenti. ff. de acquirenda possessione. Si
vero in dicta donatione non esset apposita clausula translatiua,
nec factum pactum de quo supra: tunc vt predixi esset idem Pau
lus in iure potior. Possent tñ dicti nepotes agere actione perso-
nali contra dictum Paulum, si ipse adiret hereditatem eiusdem
Antonij, vel alium eius heredez, z petere bona sibi expediri. Et
si idem Antonius nullum haberet heredem: possent ipsi agere
actione hypothecaria ad interesse contra predictum Paulum
tanq̃ possessorem vel detẽtorem predictorum bonorum. si tamen
illa essent eis hypothecata, vel si nõ essent hypothecata: possent
fortasse agere actiõe reuocatoria, per ea que habent in. l. omnes.
§. lucius. ff. de his que in fraudem creditorum. Quo vero ad id
de quo querit, an posset idem Antonius bona predicta vendere
filijs dicti Pauli, z hoc de cõsensu eiusdem Pauli: dico z respon
deo quod etiam si ipse facere posset, non prodesset: quinimo vide
tur magis obesse z impugnare donationem factam eidem Pau
lo, quasi illa non valuerit, nec bona fuerint per eam eidem Pau-
lo acquisita: quia vt dixi, aut donatio quam pretendunt dicti ne-
potes, eidem Paulo si de ea appareat nocet z preiudicat: quod
potest colligi ex predictis, ea prius visa, aut non nocet. si noceat
non video quomodo ipse Antonius bona predicta donare possit
seu etiam vendere filijs dicti Pauli, dicta. l. id quod nostrum. z
l. rem alienam. superius alleg. si non nocet, non est opus ea.

¶ Quo vero ad id quod queritur, an sit opus quod donatarius
9 statim accipiat possessionem rei donate, dico z respondeo † quod
vbi donatio tenderet in preiudicium alterius tempore illius ha-
bentis interesse, vt quia esset creditor donatoris, vel alterius ha-
bentis interesse: tunc propter retentionem possessionis presumere
tur donatio fictitia z simulata, quatenus concerneret ius tertij. l.
sicut. §. superuacuum. z quod ibi Bartolus z doctores. ff. quibus
modis pignus vel hypothecata soluitur. Bartolus z doctores
in. l. post cõtractum. ff. de donationibus. z Bartolus consilio suo
lxxx. exordiente, Martinus de eugubio. col. finali. z alij in alijs lo
cis: z presertim Vitali de caba. in suis clausulis, sub rubr. ex qui-
bus causis possit simulatio presumi. Vbi vero non subesset ter-
tius qui posset pretendere hoc interesse: tunc non videret abesse
retentio possessionis: prout forte in casu de quo queritur: vbi pro-
baretur quod idem Antonius prius donauerit dictis eius nepo
tibus, q̃ huic Paulo. Preterea, vt iam tetigi, forte in dicta do-
natione facta predictis nepotibus scripta est retẽtio vsusfructus:
vel quod illa deberet post mortem dicti Antonij suum sortiri ef-
fectum. Sed vt clauderetur via malignandi istis nepotibus, mi
hi videtur quod postq̃ ipsi se iactarunt de dicta donatione, scili-
cet quod illa eis facta extiterit, esset bonum contra eos offerre li-
bellum iactantiarum, in quo peterentur cogi z compelli ad agen
dum: z ad id terminum eis prefigi, z quod nisi hoc facerent, eis
imponeretur silentium perpetuum, iuxta ea que habentur in. l.
diffamari. C. de inge. manumissis. z quod notat Albericus in. l. si
fundum. C. de rei vendicatio. z Angelus areti. instituta, de exce-
ptionib. super rub. char. ix. col. iij. versi. secundo dicta regula fal-
lit, z in. §. si minus. instituta, de actionibus. ¶ Ad id quod dici-
tur, quod idem Antonius condidit testamentum, z quod ipse in
eo heredem vniuersalem instituit dictũ Paulum, z pro suijpsius
10 Antonij anima certa legata reliquit: † z quod etiam in eo ratifi
cauit donationes predictas: z queritur an sit opus quod in ista ra
tificatione fuerint expressa nomina notariorũ qui receperunt do-
nationes predictas: dico z respondeo quod ad euitandum scrupu
lum, esset bonum quod dictus Antonius si adhuc viuat reficiat,
imo de nouo faciat dictum testamentum, z q ipse in eo ratificet
z confirmet donationes predictas cũ debita expressione proprio-
rum nominum z cognominum dictorum notariorum, z addat
quod vult z intendit vltimam donationem valere z habere ple-
nam efficaciam, etiam si arrogatio de eodem Paulo per eum fa-
cta posset vel defectu potestatis aut forme, vel alias quauis ra-
tione siue causa impugnari. Si tamen crederetur quod in verita-
te z secundum conscientiam dictus Antonius nunq̃ donauerit
predictis nepotibus: esset melius quod hec fierent per nouam do
nationem: quia minus poterit dictus Paulus fatigari aut vexa
ri per dictos nepotes si non fuerit heres eiusdem Antonij, quam
si heres extiterit, propter submissiones ad ipsas curias falso forte
scriptas: in vim quarum conuenietur. Item z quia poterit conue
niri actione personali ad tradendum z expediendum bona dona-
ta: nisi essent scripte clausule, per quas appareret eundem Anto-
nium fuisse liberatum a traditione, vt dici solet de venditore qui
se constituit tenere z possidere rem venditam nomine emptoris,
in. l. ab emptione. C. de pactis, z per Angelum are. in. §. actionũ.
in materia emptionis z venditionis, institutio. de actionibus.

¶ Volui inuestigare an si in veritate precesserit predicta dona-
tio facta ipsis nepotibus illa censeatur reuocata propter arroga
tionem postea factam de dicto Paulo: quasi fuerit eidem Anto
nio natus filius post donationem predictam, per. l. si vnq̃. C. de
reuocãda donatione. Et reperio quod Alexander de imola con-
suluit quod non, consilio xl. exordiente, super primo dubio, colum.
vj. vel. vij. vel circa quartum dubium: ibi, nec puto etiam quod
habeat locum in filijs post donationem adoptatis, in. iiij. volumi
ne. vbi pro hoc multa inducit: que quia possunt ibi videri causa
breuitatis, non refero.

Postremo fui de nouo inter-
rogatus, an dicta prima donatio, cuius copia fuisse asseritur illa
de qua supra proxime facta est mentio, possit impugnari ex capi-
te omisse insinuationis, quatenus bona donata tempore donatio
nis excessissent in valore summam quingentorum solidorum, hoc
11 est quingentorum aureorum. Ad quod respondeo † quod quam-
uis sint opiniones an donatio excedens dictam summam possit
impugnari ex capite omisse insinuationis, si illa iurata extiterit:
vel cum iuramento fuerit renunciatum legi zc. illa tamen opinio
que habet vt tunc non possit impugnari est communior, z vide-
tur esse fundata maioribus z fortioribus rationibus: z pro qua so
lent allegari. c. cum contingat. de iureiur. c. ij. eodem titu. in. vj. z
c. quamuis pactum. de pactis. eodem libro. per que iura hoc te-
nuit Joannes andreas in additione Speculatoris titu. de instru
mento editione. §. porro. in magna additione, circa finẽ. Et idem
tenet per eadem iura Fride. de senis consilio ducentesimooctua-
gesimoprimo, exordiente, Casus talis est statuto cauetur zc. Jo
annes de imola in sua solenni repetitione dicti capit. cum con-
tingat. in decimo membro, versicu. Sed dubium est quid iuris si
interueniat iuramentum: vbi etiam pro hac parte multa alia in-
ducit, z respondet motiuis Bald. qui visus est tenere contrarium
in. l. illud. C. de sacrosanctis ecclesijs. z Salicetus qui in. l. sanci-
mus. C. de donationibus, visus est dubitare. Et hanc opinionem
Joannis andree etiam secutus est Angel. in dicta. l. sancimus.
§. fina. Baldus in dicto capit. cum contingat. z in. §. z cum retro
principum, instituta de donationibus. Alexander de imola in. l.
nemo, vbi multos commemorat tenentes hanc partem. ff. de le-
gatis primo. z pro qua parte dicit se sepissime consuluisse: quod z
verum est, vt videri potest consi. iiij. columna xij. z consilio. xij. in
primo volumine. consi. xx. in tertio volumine. consi. lxxxij. colum.
penulti. z finali. in secundo volumine. Francisc. de aretio consi. j.
z alijs quibusdam, z in dictis locis possunt videri multi z qui-
dem magne authoritatis z doctrine sequentes hanc opinionem,
z que vt dixi est communior, z fundata est melioribus fundamen
tis: a qua propterea non videtur in consulendo aut iudicando fo
re recedendum. l. j. versicu. crebrior apud veteres opiniones. ff. de
officio quest. capit. nouimus. z quod ibi Antonius de butrio, de
verborum significatione. z cap. de inducijs. tertia questione ter-
tia. z quod notat Hostiensis Joannes andreas Antonius de bu
trio Panormitanus z alij in capitu. j. de constitutionibus. vbi
coll. penultima. multas remissiones ponit dominus Felinus, z
idem volunt legiste in. l. finali. C. de pena iudicis. qui male iudic.
Cum igitur dicta prima donatio fuerit iurata, z renuntiatum iu
ri dicere donationem excedentem summam quingentorum au-
reorum posse reuocari: palam infertur quod illa ex capite omisse
insinuationis non possit impugnari. Nec puto vim faciendam in
eo, quia dictum est dictum Antoniũ renuntiasse iuri dicenti do-
nationem excedentem summam quingentorum aureorum posse
reuocari, z non est dictum non valere: quia illud verbum reuoca-
ri, potest intelligi quatenus de facto procederet, z ita sepissime di
cuntur in iure z in multis passibus multa reuocari z cassari, que
tamen sunt de iure nulla. Et sic reuocatio z cassatio refertur ad
factum, vt scilicet illa reuocentur quatenus de facto processerunt
quamuis de iure essent nulla. Preterea ad confirmationem di-
cte donationis suffecisset iuramentum, vt colligitur ex his que
superius dixi, z fundamentis inductis pro dicta opinione.

¶ Quo vero ad secundam donationem non est de hoc questio:
quia illa facta fuit in presentia nobilis z egregij viri domini Au
gustini de grimaldis iurium professoris, ac iudicis curie duca-
lis zc. Cui etiam non obstat si forte opponatur, quod illa non
valuerit tanq̃ facta filio arrogato, z propterea existenti in patria
potestate eiusdem Antonij z q ideo rõne patrie potestatis impe
dientis efficatiam huiusmodi donationis, illa non valuerit pro-
ut dici solet de donatione inter viuos facta per patrem eius filio
naturali z legitimo z in ipsius patria potestate existenti. l. ij. C.
de inoff. do. z. l. donationes quas parentes. C. de dona. inter vir. z
12 vxor. Quoniam respondeo † quod licet donatio inter viuos fa-
cta per patrem filio in ipsius potestate existenti regulariter non

valeat: hoc tamen fallit quando esset iurata: quia huiusmodi donatio confirmatur iuramento, vt voluit Bal. qui pro hoc multa inducit in. l. fi. q. vlti. C. de vsucap. pro dona. & in repeti. l. ij. char. xvj. vers. & idem credo qñdo pater donat &c. ff. de iureiurã. & cõsi. ccclxv. exordiente, premittendum est ad euidentiam &c. in secũda parte, Alexander de imo. in. l. si donatione. colũ. v. vel circa, versi. vtrum autem dona. C. de col. & consi. viij. exordiente, Visis & cõsideratis. col. j. & cõsi. clvij. exordiẽte, Viso instrumẽto donationis. col. fi. in. ij. volu. & in alijs multis. Franciscus de are. in. l. placet. ff. de acquiren. here. Roma. in repeti. rub. de iureiurando in. iij. questione. & in. d. l. si donatione. col. j. C. de col. & Francis. de are. consi. lxxvij. exordien. Et ratio scriben. colum. pe. ver. Circa tertium. & dominum Iasonem maxnuz in repetitione. l. frater a fratre. colum. fina ver. septimo limita singulariter. de condic. indebi. & plenius in lectura. col. pe. ver. decimo predicta regula fallit. Et quia rationes & motiua huius opinionis plene scribũtur per Alex. de imo. in. d. cõsi. viij. & cõsi. clvij. & p do. Ias. vbi supra,
5 ego vlterius sup hoc nõ insisto: cõcludens quod ex hoc capite nõ possit impugnari donatio predicta. Et ita mihi videtur, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Procurator litem domini agens, si aliquid consequatur in vim sententie iniuste pro domino late per errorem aut iniuriam iudicis, tenetur receptum domino expedire.
2 Procurator tenetur domino pro vsuris suo & procuratorio noĩe ab eo de bonis domini receptis.

¶ Epitome.

¶ Procurator quod nomine domini accepit eidem tenetur tradere: quamuis domino non erat debitum. V. F.

¶ De procuratori. Consi. cxcj.



Quia honorabilis vir Andreas Blanquerie, ciuis Carpeñ. procurator & procuratorio nomine Ioannis & Bartholomei Blanquerie senioris eius fratrum, habuit & realiter recepit, ac etiam habuisse & recepisse cõfessus fuit tam suo ipsius, ꝙ dictorum Ioannis & Bartholomei senioris nominibus, summam sexaginta florenorum monete currentis, & hoc ab heredibus prouidi quondam viri Syffredi blancherie castri de iocis & operarijs ecclesie dicti loci, tenetur idem Andreas summam, quam procuratorio nomine eiusdem Bartholomei, hoc est florenos viginti, ab heredibus & operarijs huiusmodi exegit, recuperauit, & recepit, eidem Bartholomeo cuius procurator existebat dare & soluere, per id quod habetur in. l. procurator qui proprio. §. vt in ceteris. & quod ibi Paulus de Castr. ff. de procu. l. idemq́. §. si procurator. & §. si mandauero. ff. manda. Et procedit hoc etiam si verum esset quod dicti floreni viginti non deberentur dicto Bartholomeo. Sufficit enim quod idem Andreas fuerit procurator dicti Bartholomei, & quod ipse vt procurator eiusdẽ eos receperit, vt bene probatur in. d. l. qui p
1 prio. §. procurator, vt in ceteris. † vbi dicitur ꝙ si procurator meus litem pro me agens fuerit aliquid consecutus in vim sententie iniuste pro me late per errorem aut iniuriam iudicis, ipse tenetur illud per euz receptum nomine meo, mihi expedire probatur
2 etiam in. d. l. idemq́. §. si procurator. & §. si mandauero †. vbi si procurator meus, qui poterat pecuniam meam mutuo dare sine vsuris, illam mutuauerit cum vsuris quas post recepit, tenetur ipse procurator mihi expedire et dare pecuniam per vsuram receptam. Non ergo sufficit dicto Andree allegare vel forte dicere, quod dicti, viginti floreni vel nullo modo, vel non insolidum deberentur eidem Bartolomeo, pro eo forte quia est alius Bartholomeus: & sic huic Bartholomeo obstat lex. sunt duo titij. ff. de testa. tu. Quoniam respondeo quod de hoc opponere non potest idem Andreas, sed debet dare & soluere dicto Bartholomeo id quod procuratorio nomine eiusdem Bartolomei recepit, & recepisse confessus est. Et ita mihi videtur.

1 ☞ Domini vtiles rei feudalis & empyteoticarie & superficiei possunt rei huiusmodi imponere seruitutem.
2 Iure datoris seu concessoris resoluto censetur & ius acceptoris resolutum.
3 Vltima voluntas plenissime est interpretenda, quemadmodum & verba contractus.
4 Laudimia secundũ varias consuetudines soluuntur.
5 Emphyteota potest sine domini consensu obligare predium emphyteoticum.
6 Res potest indifferenter vendi ipsius conditionem non ignoranti.

¶ Epitome.

¶ Directus dominus, cuius consensu emphyteotico fundo pensio imposita est, inique petit pretiũ oneris pensionis detrahi: sed vel laudare debet emptorem, vel rem soluendo pretium iure prelationis retinere. V. F.

¶ De iure emphy. Consi. cxcij.



Pro faciliori solutiõe eorum, de quibus queritur parte vniuersitatis oppidi seu castri de Salone, premitto † ꝙ & vasallus & emphyteota & superficiarius, vtpote dñi vtiles rei feudalis & emphyteoticarie & superficiei possunt rei seu rebus huiusmodi imponere seruitutem etiam sine consensu domini feudi, rei ẽphyteoticarie & superficiei. De vasallo probatur in. c. j. §. quid ergo. & ꝙ ibi doct. de inuesti. de re aliena fac. De emphyteota probatur ar. d. §. quid ergo. & eius quod habetur in. l. & in prouinciali. C. de serui. & aqua & in. l. iij. ff. de seruitu. & l. j. §. fina. ff. de superficie. quod etiam voluit Bald. Alua. & dominus prepositus in dicto. §. quid ergo. Baldus Pau. de cast. & Salicet. in dicta. l. & in pñinciali. De superficiario vero probatur in dicta. l. j. §. finali. & quod ibi Bartolus. ff. de superficie. quod etiam voluit Nico. de neapo. & post eum Aluar. & dominus Preposi. in. dicto. §. quid ergo. Idem etiam quoad emphyteotam voluit Petrus Iacobi in suis libel. sub Rubric. de actione in rez pro re emphyteoticaria que cecidit in commissum, ver. item est notanduz quod emphyteota &c. Si igitur aliud non obstaret: possent ciues & incole dicti loci Salonis & emphyteote pro rebus quas sub dominio directo alterius tenent & possident, super rebus huiusmodi imponere seruitutem vel etiam assignare seu imponere annuam pensionem, etiam sine consensu domini directi rerum huiusmodi: que pensio aut seruitus durarent aut durare possent quandiu duraret emphyteosis. Sed si emphyteosis finiretur forte propter canonem non solutum: vel si alias res caderet in commissum: vel etiam si dominus rem huiusmodi iure prelationis retineret: & sic res reuerteretur ad dominum directum iure dominij, seu ex prerogatiua dominij directi: tunc etiam extingueretur & finiretur seruitus seu pensio hu-
2 iusmodi: † quia resoluto iure datoris seu cõcessoris resoluitur ius acceptoris. l. lex vectigali. ff. de pign. & quod per illum text. not. docto. in dicto. §. quid ergo. vbi hoc probatur, & quod not. doct. in. d. l. & in prouinciali. Et hinc est forte, quod in dicto loco Salonis consueuerũt pensiones imponi & assignari sup rebus emphyteoticarijs de consensu domini: & ita fit in Delphinatu, vt non pereant pensiones sed remaneant firme etiam eo casu quo res emphyteoticarie retinentur per dominos iure prelationis, vel ad eos redeunt & reuertuntur iure commissi. Si tamen in dicto castro de Solone fuerit obseruatum, & signanter per tempus de cuius initio vel contrario hominum memoria non existit, quod emphyteote nõ posuerãt pensiones super rebus emphiteotecarijs si ne cõsensu dominorum qui fuerunt pro tempore: vel si forte aliquando fuisset inhibitum ne dicte pẽsiones imponerẽtur sine cõsensu, & postea fuisset huic inhibitioni paritum per decem aut viginti annos tunc non videretur licere dictis ciuibus vel incolis imponere dictas pensiones. Et quidem non in primo casu, per id quod habetur per glo. Hostien. & Ioannẽ andreã in. c. super quibusdã. §. preterea. de Xo. sign. in. l. si arbiter. ff. de probati. c. mos antiquꝰ. dist. lxv. l. hoc iure. §. ductꝰ aque. ff. de aqua quoti. & esti. & l. j. §. fina. ff. de aqua pluuia arcenda. & quod not. gl. & doct. in. c. j. de prescrip. in. vj. & in alijs diuersis locis. Non etiam in secundo per id quod de prohibito alibi molere ꝙ in tali molendino, ponetitij, aut panem coquere ꝙ in tali furno, not. docto. in. c. significate. vbi Ostien. Ioannes andreas & moder. de appel. Barto. verbo. in suo tractatu de seruitu. sub. rub. de furno. Petrus Iacobus in suis libellis, sub rubrica, libellis de furno. & Baldus & doctores in. l. j. C. de seruitutibus & aqua. & Baldus in. §. predictorum. institu. eo. titu. Et sic videret isto casu, seu his casibus, ꝙ ciues & incole dicti loci de Salone, idemq́ emphyteote, non possent imponere annuam pensionem super rebꝰ emphyteoticarijs sine consensu domini rerum huiusmodi. Et quia dominus nõ solet consentire simpliciter vel absolute, sed cum limitatione, scilicet ꝙ emphyteota pensionem imponens illam redimat infra octo nouem annos sub pena iterum soluendi trezenũ adueniẽte dicto vel termino, & pensione non redẽpta, vel fundo emphyteoticario non exonerato: puto ꝙ emphyteota pensionẽ imponẽs cum consensu domini, sic limitato debet parere assignationi termini

mini, postq̃ illi acquieuit: dominus enim videtur contemplatione huiuscemodi reseruationis consensisse impositioni pensionis: & ita videntur partes conuenisse: & verisimiliter dominus nõ erat forte aliter consensurus, nisi pensionem imponens & eam non redimens, seu predium emphyteoticum non exonerans infra quinquennium solueret iterum laudimium pensionis. Puto tamen quod solutio istius laudimij postea & vlterius fieri non debeat: hoc est, quod si post lapsum primum quinquennium iterum laberetur aliud quinquennium, infra quod imponens pensionem, vel suus heres pensionem non redimeret, vel predium non exoneraret, non teneretur ipse imponens vel heres ad solutionẽ alterius laudimij, per id quod habetur in. l. fideicommissa. §. si quis decẽ. & qd ibi Bar. & doct. ff. de lega. iij. Et q̃uis. §. ille loquatur in vltima voluntate, idem tamen videtur esse in contractu: pro eo qȝ bona est argumentatio de vltima voluntate ad contractũ, & econtra. l. que de legato. & l. seruum filij. §. eum qui chirographum. & quod ibi Dyn. & alij. ff. de lega. j. Bal. l. j. C. de leg. fu. ca. Gul. de cug. Ange. & alij in. l. pactum inter heredem. ff. de pact. quod vel maxime, vel saltem, secundum Guliel. & Ange. in. d. l. pactum inter heredem, procedit quando vtrobiq; est eadem ratio: vt in ca-
3 su. † Si enim in vltima voluntate, in qua fit plenior interpretatio l. in testamẽtis. ff. de regu. iur. l. iij. ff. de vi. tri. & oleo leg. & c. cum dilecti. ad fi. & quod ibi glos. & docto. de dona. verbum rursus vel iterum restringantur ad vnam vicem, ne quis grauetur: multo fortius hoc fieri debet in contractibus, in quibus non plenior sed plena fit interpretatio. l. vlti. C. que res pig. ob. poss. & in. d. c. cum dilecti. & quod ibi gl. Quod igitur dicitur, quod lapso quinquennio & pensione non redempta debeat laudimium iterum solui, dȝ intelligi de vna vice. Et hoc nisi de consuetudine aliter vel aliud obseruatum extitisset: qȝ minime sunt mutanda que interpretationem semper certam habuerunt. l. minime. ff. de legib. & qd not. Panor. in. c. dilectus. de conces. prebẽ. Ad qd facit. c. cũ dilecti. de consue. ¶ Ad secundum quesitũ dico & respondeo, q̃ vel ante venditionẽ, quam facere intendit emphyteota de predio emphyteotico, seu de suis emponematibus aut melioramentis, dȝ idem emphyteota domino predicere quantum re vera de huiuscemodi emponematibus seu de predio emphyteotico & iuribus suis reperiat, vel saltem post factam venditionem, & ante quancunq; traditionem rei emphyteotice debet domino denuntiari quantum pretium datum fuerit aut dari promissum: & tunc dominus habet deliberare an prediũ huiusmodi seu emponemata emere vel retinere velit pro illo pretio, vel recipere vel inuestire emptorem, & laudimiuȝ recipere, iuxta ea que habentur in. c. potuit. de loca.
4 & in. l. fi. C. de iure emphyteotico. † Fateor tamen quod secundũ varias cõsuetudines laudimia soluuntur vario modo. In aliquibus enim locis soluitur tertia pars: in alijs sexta: in alijs duodecima: & in alijs alia: quamuis de iure cõmuni solum debeatur quinquagesima. d. l. fi. §. & ne auaritia. Cum igitur venduntur predia predicta in loco vel territorio Salonis: dominus directus potest & debet facere alterum duorum: scilicet aut retinere iure prelationis: & pro illo pretio pro quo res fuit vendita: aut laudare venditionem: inuestire emptorem, & recipere laudimium. Et ideo in casu de quo queritur non debet vel iure potest ipse dominus petere, quod prediuȝ appretietur detracto honere pẽsionis: maxime cum ipse impositioni illius oneris consenserit, & pro impositione & consensu pecuniam receperit.
5 ¶ † Addo ad premissa nulli esse dubium, † quin emphyteota possit etiam domino inconsulto, vel sine ipsius consensu hypothecare vel obligare prediũ emphyteoticũ. l. tutor. §. fi. & q̃ ibi Bal. ff. de pig. act. & l. lex vectigali. & q̃ ibi Bal. ff. de pign. Quod etiã voluit Bart. in. l. si constante. in princ. in. iij. q. tertie partis principalis. & quod ibi Alex. de Imol. char. penul. col. iij. versic. Item inquantũ Bar. hic. in. iij. q. ff. sol. matri. Glo. & docto. in. l. fi. super verbo vendere. C. de iure emphy. & Spec. de loca. §. nunc autem
6 aliqua. versi. xxxij. † Preterea certũ est q̃ res tantũ valet quantũ communiter vendi potest homini scilicet scienti ipsius rei conditionem cũ suis super ossibus & spinellis, vt not. glo. que reputatur singularis, Joan. de Imo. & docto. in. l. mortis causa capimus. §. fi. ff. de dona. cau. mor. Angel. & post eum Joan. de Imo. & Alex. de imol. in. l. pretia rerũ. ff. ad leg. fal. Ange. Jo. de imol. & Alex. de imo. in. l. j. §. si heres. ff. ad trebel. & quod not. Salice. in. l. fi. q. vij. versi. quid ergo dicendum &c. ibi, aut est arbitrator rei que requirit informationem. C. de contrahenda emptio. & vendi. Et vt dicit Angel. in. d. §. si heres. & per illum text. & post eum Alex. de Imo. res estimatur minus valere pro eo quia est alteri obligata, vt etiam voluit Bart. in. l. cum stipulatus sim mihi a Proculo. §. fi. ff. de verb. obliga. & quatenus res vendi potest facilius & cum minore grauamine venditoris, tanto dicitur plus valere, q̃ si venderetur cum grauamine: vt verbi gratia, si potest vendi sine cautione venditoris, aut prestatione fideiussoris, vt not. Angelus, & post eum Alexander de Imol. in dicta. l. pretia rerum. Pro quo allegant notat. in. l. iiij. §. melior. ff. de in diẽ addic. Quibus suppositis pone titium pauperem, & multis creditoribus obnoxium, & cum suis bonis pro magnis summis obligatum: & quod ipse habeat fundum emphyteoticarium: iste Titius non reperiat vel cũ grandi difficultate qui illum emere velit: tum propter obligationes & hypothecas, tum propter defectum valide cautionis, seu fideiussoris: & tandem si illum reperiat vendat illum pro longe minore pretio q̃ faceret diues emphyteota nulli fortasse obligatus. Si igitur hoc fieri contingat quero an dominus directus huius fundi petere possit quod iste fundus appretietur eo iusto valore quem secundum se valet, vel quo posset vendi ab emphyteota diuite: vt sic habeat idem dñs pinguius seu maius laudimium: q̃ forte ascendit ad maiorẽ summam, q̃ sit pretiũ fundi emphyteotici. Ad quod respondeo & dico q̃ non: quia (vt dixi) dictus dominus directus potest si vult retinere iure prelationis eo pretio quo fundus venditus est & retinendo extinguũtur & resoluuntur obligationes & hypothece sine suo consensu cõtracte. d. l. lex vectigali. ff. de pig. & c. j. §. quid ergo. & quod ibi doct. de inuesti. de re alie. fac. & quod no. Pet. Ja. in suis libellis, sub rub. de actio. in rem pro re emphy. que cecidit in commis. versi. item est notandum quod emphyteota, & Joan. ray. in suo comprehenso. l. imperialem. §. j. ver. quero an vasallus possit imponere seruitutem. de prohi. feu. alie. per Frider. Ex quibus omnibus concludo, vt predixi, quod dominus directus volens quod fundus emphyteoticus, & super quo fuit de & cum suo consensu annua pensio imposita, appretietur seu estimetur detracto onere pensionis, nõ iustuȝ petit: sed debet idem dominus vel laudare emptorem, & redimere laudimia debita sm̃ pretij quantitatem: vel retinere iure prelationis, & soluere pretium Quinimo etiam plus dico, vt ex premissis colligi potest, quod ipse dominus directus non posset hoc petere, scilicet quod fundus estimetur detracto onere pensionis, etiam si forte non posset retinere iure prelatiõis, forte propter priuilegium olim concessum hominibus dicti loci, vel propter consuetudinem legitime prescriptam, postq̃ ipse consensit impositioni pensionis, & de illa, & pro consensu impositionis huiusmodi pecuniam recepit.

¶ Et ita mihi videtur, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Paci creator Christus & contentionum.
2 Feminam posse dare marito omnia sua bona nulla lege prohibitum inuenitur.
3 Creditor defuncti non potest via executiua procedere cõtra successorem singularem.
4 Es alienum defuncti non deducitur super rebus singulariter relictis vel legatis.
5 Conditio essendi seu simul standi cum aliquo includit victum.
6 Alimentorum prestatio debita duplici respectu est considerandа.
7 Confessio facta, etiaȝ vbi tractatur de publica vtilitate, nõ egreditur personam eius qui habetur pro confesso.
8 Contumacia citati vel negligentia non debet alteri nocere.
9 Confessio facta nihil probat.

¶ Epitome.

¶ Exequutio rei iudicate, si contra tertium possessorem legitime se opponentẽ fiat, reuocari debet: melius enim fuit supersedere donec oppositionis causa terminetur. A. F.

¶ De exequu. rei iudica. Consi. cxciij.


Idi pcessum cause cepte & aliquandiu agitate per & inter nobilẽ & magnificum virum dñm Joannem arbaudi iurium professorem eximiũ, ac nobilem & egregiam dominam Oliuã buissane eius cõsortem, actores ex vna parte: ac nobilem & egregiam mulierẽ dñam Joannã bussane socrũ & matrem dictorũ dominorũ coniugũ reã ex alia: & in quo pro suo interesse & defensione sui iuris interuenit nobilis & egregius vir dominus Spiritus de mostinis iurium professor eximimius, & dicte domine Joanne maritus: qui vere displicuit & displicet. Est enim iste processus agitatus non solum per & inter ciues, sed plusquã ciues: quia inter dominum generum & socerum, inter filiam & matrem: inter priuignam & vitricum: inter maritum priuigne & maritum illius: inter quos si non deficio debuerat & deberet causa mitius agi, & extra tribunalia tractari: & eo maxime, quia magnificus dominus Arbaudi & de Mostinis sunt viri doctissimi, & qui satis sufficiunt ad decisionem cause hu-

1 se suis.† Verum faciet hoc Christus, si quando placuerit: qui est
pacis creator, ⁊ cui non placent huiusmodi contentiones, vel ali
qui boni viri eorundem do. Arbaudi ⁊ de Mostinis contogati.
Interim vero mihi videtur, sub correctione ⁊ opportuna reuerē-
tia magnifici domini presidentis curie camere rationū Aqueñ.
quod sententia siue ordinatio per eum promulgata in fauorem
dictorum dominorum actorum ⁊ contra ipsum dominū de Mo
stinis in causa interuenient, fuerit inciuilis ⁊ iniusta. ⁊ hoc non
solum multis ⁊ magis fundamentis inductis per dominum de
Mostinis in discursu dicte cause: ⁊ in duabus schedulis exordi-
ente vna scilicet, Male iudicauit ⁊c. ⁊ alia Sentētia siue ordi-
natio ⁊c. sed etiā, fundamentis ⁊ rationibus infrascriptis. Pro
quorum faciliore ⁊ pleniore prosecutione premitto esse notorium
quod titulus dotis non solum est iustus ⁊ licitus: sed etiam one-
rosus ex parte mariti. l. ex promissione. ff. de actio. ⁊ obliga. l. fin.
§. j. ff. que in frau. cre. ⁊. l. j. C. d impo. lucra. de rescrip. lib. x. quod
etiam voluit Oldra. consi. cli. exordiente, Si quis verba dona-
tionis ⁊c. ⁊ consi. ccxv. exordiente. Quidam paterfamilias ⁊c.
versi. secunda ratio. Hoc idem probat Salicetus in. l. finali. cir-
ca princip. C. de iure do. ⁊ alij in alijs locis. Preterea ⁊ secun-
2 do premitto: † nulla lege prohibitum esse vniuersa bona in dotē
marito feminam dare. l. nulla. cum suis simili. ⁊ quod ibi not. gl.
⁊ doc. C. de iure dotium. Ex quibus infertur quod non solum
potuit dicta domina Joanna bussine constituere ⁊ assignare do
tem dicto domino de Mostinis: sed etiam potuit omnia vniuer
sa ⁊ singula bona in dotem constituere ⁊ assignare: quod ⁊ fecit,
prout etiam fuit parte dicti domini de Mostinis in hac cau-
sa interueniente propositum ⁊ deductum: ⁊ non soluz hoc, sed eti-
am quod ipsa domina Joanna tempore cōtracti matrimonij in
ter eos ⁊ ante tenebat ⁊ possidebat certa bona: ⁊ inter cetera
bastitaz, ⁊ alia, in quibus facte sunt executiones, aduersus quas
se opposuit, ⁊ illas reuocari petiuit ipse dominus de Mostinis.
Quo fit vt cum eadem domina Joanna constituerit se tenere
⁊ possidere precario nomine eiusdem domini de Mostinis bona
per eam constituta, fuerit dicto domino. de mostinis illorum pos
sessio acquisita. l. certe. §. j. ver. proprie possidere videor. ff. de pre-
ca. ⁊ quod notat Bartolus in. l. interdum. ff. de acquirenda pos-
sessione. in. l. ab emptione. ff. de pac. ⁊ in. l. ij. C. de pigno. Mul-
tas remissiones ponit domin' Jason. max. in repetitione. l. quo
ties. colum. v. vel circa, ver. quinto principaliter limita. C. de rei
vendica. Intererat ergo ipsius do. de mostinis ne in bonis huius
modi per eum, vt predixi possessis, fieret executio, aut facta q̄-
uis de facto continuaretur: ⁊ probata huiusmodi possessione, quā
allegauit, ⁊ se ad probandum admitti petijt, ⁊ nihilominus pro-
duxit instrumētum matrimonij de quo supra, debebat supersede
ri ab vlteriore executione: ad quod sufficit sola possessionis pro-
batio, per id quod habetur in. l. a diuo pio. §. si post aditam. ⁊ qd
ibi glossa, Barto. ⁊ docto. ff. de re iudica. ⁊. l. ob maritorū. C.
3 ne vxor pro marito. † Non enim potest creditor via executiua pro
cedere contra singularem successorem: quia res iudicata, vel etiā
instrumentum guarentigiatum, quod ex forma statuti habet pa-
ratam executionem sicut res iudicata, non mandatur executioni
contra tertium possessorem, q̄uis singularem successorem: quia
res inter alios acta ⁊c. C. res inter, alios acta, in rubro ⁊ nigro, ⁊
c. inter dilectos. §. porro. cum suis con. cor. de re iudi. quod proce-
deret etiaz si tertius possessor possideret res hypothecatas: quia
in illis non est fienda executio contra ipsum tertium possessorem
eundē q singularem, successorem. l. j. C. si vnus ex pluribus ⁊. qd
ibi Ange. ⁊. l. si bine. ⁊ quod ibi Bald. ⁊ Joannes de Jmola. ff.
de iniusto. rup. ⁊ irri. testa. ⁊ quod not. Bald. in. l. j. columna. j. in
fine. vel in princip. colum. seq. C. com de lega. ⁊ in. l. executore. C.
de exec. rei iudi. ⁊. l. sit pro te. C. de dot. promis. Et vt dicunt An
ge. ⁊ Joannes de Jmo. ⁊ post eos Alexander de Jmo. in. d. l. a
diuo pio. §. si super rebus. in iiij. addictione, ex glo. illius. §. colli-
gitur pratica. quod quando tertius possidens suspicatur quod
alius petat exequi sententiam in rebus a se possessis, protestari
debet victori, quod in talibus rebus non procedatur ad executio
nem: nec aliqua nouitas fiat, eo'q; sunt sue, vel a possesse: ⁊ quate
nus executio sit facta, petat illam contrario imperio reuocari; vt
reuocetur quatenus de facto processit: ⁊ hec iusta petitio. Et ad
dit Alexander de imo. vbi. s. quod Bald. in. d. l. ob maritorum.
C. ne vxor. pro marito. dicit idez: ⁊ subdit, quod si executio fieret
pendente dicta protestatione esset nulla: pro quo allegat authen.
vt nulli iudicum. §. super hoc. colla. ix. Et dicit plus Bartol. in
d. §. si super rebus. ⁊ sequitur Alexan. de Jmo. vbi. l. quod etiaz
si tertius impedire volens executionem sententie probat se pos-
sidere, ⁊ victor probat quod antea debitor ei' dolo desijt posside
re: ad huc non poterit sententia lata contra debitorem demanda
re executioni contra hunc tertium, nisi prius agatur contra eūdē
tertium actione reuocatoria, §. item si quis in fraudem, Justi. de

action. ⁊ in. l. j. §. si necessario ff. si mulier ven. no. Et hoc dictum
etiam alibi tenet Bartolus ⁊ sequūtur Angelus ⁊ Antonius de
Butri. in locis per Alexand. de Jmo. allegatis. cum igitur pro
obtinenda reuocatiōe executionis facte in bonis dotalibus, ⁊ ad
impediendum ne executiones vlteriores fierent in bonis huius-
modi, proposuerit idem dominus de Mostinis bona hec esse do
talia, ⁊ ad se iure dotis spectasse ⁊ pertinuisse ac etiam spectare ⁊
pertinere ⁊ illa se possedisse ⁊ possidere, ⁊ hec probare obtulerit:
quinimo eorū partē maximā valuerit, scilicet dotis constitutionē
⁊ precarij constitutionem: palam infertur quod debuerit ipse do.
de mostinis audiri ad fines obtinendi, ⁊ impediendi predicta,
singula singulis ⁊c. Fuit igitur grauatus per dictum magnificuz
dn̄m presidentem camere ⁊ dictam eius sententiaz seu ordinatio
nē p: eo quia eum nō audiuit, sed repulit dictos articulos, ⁊ ordi
nauit sententiam antea per eum latam contra dictam dominam
Joannam executioni demandari, non solum in bastita superius
mentionata seu parte illius ⁊ certis animalibus, sed etiā in alijs
bonis dotalibus dicte domine Joānone, ⁊ in dotē constitutis
dicto domino de mostinis. Cui non obstat fundamentum per ip-
sum dominum presidentem assumptum, scilicet quod dicta do-
mina Joanna bussane constituerit bona sua in dotem. ⁊ q pro-
pterea censeatur solum constituisse ⁊ in dotem assignasse id quod
supererat de dictis bonis detracto ere alieno: per id quod habet
in. l. mulier bona. ff. de iure doctium. ⁊. l. subsignatuz. §. bona. cuz
suis simi. ff. de verbo. signi. ⁊ quod propterea ipsa domina Joan-
na censetur de eius bonis, seu vt forte ciuilius loquar de eius re-
bus apud se reseruasse tantum quantum ascendebat es alienum
seu, vsq; ad valorem illius: ⁊ quod ideo non obstante dicta con-
stitutione possit pro ere alieno fieri executio, quasi illa non fiat in
bonis dicti domini de mostinis: sed in bonis eiusdem domi. Joā
ne in causam tracte, ⁊ deinde in pretensam illius contumaciam
condemnate ad petita in libello parte dictorum dominorum Ar
baudi ⁊ Oliue producto. Sz hoc non obstat, tum rationibus ⁊
motiuis parte eiusdem do. de mostinis in hac causa allegatis:
tum ⁊ quia in constitutione dicte dotis non solum fuit dictum,
quod dicta domina Joanna constituebat ⁊ assignabat in dotez
⁊c. oīa ⁊ vniuersa bona sua quo casu, posset fortasse pretendi illa
censeri esse bona que supersunt deducto ere alieno: sed fuit etiaz
dictū ⁊ singula: ⁊ sic positum fuit nomē distributiuū singula. pro
pter quod videtur idem esse ac si ipsa domina Joanna constitu-
4 isset ⁊ in dotem assignasset res seu vnamquanq; rem † quo casu
non deducitur es alienum: quia illud non sequitur res singulares
l. j. §. si heres. ff. ad trebel. ⁊. l. cogi. §. inde queritur. eo. titu. ⁊. l. fi.
ff. de vsufruc. lega. quod etiam voluit Sali. in. l. eris alieni. C. de
dona. Tum ⁊ quia supposito citra preiudicium veritatis quod
fundamentum proxime dictum non procedere ⁊ quod nos
essemus in casu. dicta. l. mulier bona. prout non sumus: illa ta-
men non refragaretur eidem domino de mostinis, nec per illam
mutaretur sententia siue ordinatio dicti domini presidentis: eo
maxime quia non constitit nec constat de dicto pretenso ere alie-
no. Quamuis enim forte pretendi possit, quando matrimonium
contractum fuit per ⁊ inter prefatos dominos Arbaudum et
Oliuam fuerit actum ⁊ conuentum per ⁊ inter nobilem Joannē
nepotis ⁊ dictam dominam Joannam ex vna parte: ⁊ prefatos
dominum Arbaudum ⁊ Oliuam, quod ipse nobilis Joannes ⁊
domina Joanna tenerentur ⁊ deberent eorum sumptius alimen
tare ipsos dominum Arbaudum ⁊ Oliuam, nec tamen conuen-
tio non fuit simplex ⁊ absoluta, sed fuit modificata, scilicet in do-
mo eorum ⁊ quandiu voluissent dicti futuri coniuges stare cum
eisdē nobilibus Joanne ⁊ Joanna propter quod apparet quod
ipsi debebant stare in domo, ⁊ recipere ista alimenta comeden-
5 do cum eisdem nobili Joanne ⁊ domina Joanna: † quia condi
tio essendi seu simul standi cum aliquo intelligitur vt cum eo de
beat viuere ⁊ comedere. l. si quis ita legauerit. in fin. ⁊ quod ibi
Bar. Joā. de imo. ⁊ dominus Barto. ⁊ Socinus. ff. de condi-
tionibus ⁊ demonstrationibus. Cum igitur non solum non fue-
rit deductum parte dictorum dominum Arbaudi ⁊ Oliue quod
durātibus nouem annis preteritis, ⁊ pro quibus petiuit preten-
sa alimenta, ipsi vixerint ⁊ comederint cum eisdem domi. donato
ribus: ⁊ q̄uis. d. l. loquatur in alimentis debitis ex vltima volū
tate: idē tñ est qñ debent ex pctu: q; regulariter opportune arguit
de vltima voluntate ad contractum, ⁊ ecōtra: pro quo allegasse
sufficiat. l. seruum filij. §. eum qui chirographum. ⁊ quod ibi do-
cto. de lega. i. ⁊ quod post Guliel. no. Ange. in. l. pactum inter
heredem. ff. de pac. sed etiam parte eiusdem do. de Mostinis. cu
ius etiam interest de hoc opponere, fuit deductum quod ipsi an-
te multos annos voluntarie se separarunt a communi vita vi-
xerunt ad partem, n̄ cū eisdē donatoribus: palam infertur pri-
mo quidez quod libellus non concludit ex narratis. secundo. qd
6 alimenta annorum huiusmodi non debentur. † Preterea in pre-
statione

6 station: alimentorum non solum debet haberi respectus ad dignitatem persone cui alimenta prestanda sunt, sed etiam debent attendi facultates illius qui alimenta prestare debet. l. imperator. ad fin. ff. ad trebellia. vbi probatur quod alimẽta prestari debent ex accessionibus ⁊ redditibus bonorum: quod facit secundũ Iacob. de aret. Barto. Alexand. de imol. ⁊ alios in dicta. l. imperator. quod quando debet moderari vel taxari alimenta, debeat id fieri secundum quantitatem redditnum: non autem secundũ valorem rerum. Ad quod facit. l. ius alimentorum. circa principium. ff. vbi pupil. educa. deb. l. penul. in princip. ⁊ quod ibi Bartol. ff. de alimen. ⁊ ciba. lega. l. j. §. mulier. ff. de ven. in possess. mit. Et propterea dicit Ange. in dicta. l. imperator. q̃ si essent possessiones magni valoris, vt turres ⁊ palatia modicos fructus afferentia, ita quod non sufficiant ad alimenta, non poterit ad illa poni manus, vt sic vendantur, ⁊ de redditu pretij alimenta prestentur: ⁊ dicit se ita consuluisse cum Bald. suo germano apud Ariminum per. l. qui bonis. ff. de cessio. bono. quam in multis locis Bald. ⁊ Ange. reputant ad hoc singularem. Et predicta etiam sequitur Angel. in. l. j. C. de leg. in. l. diuus. ff. de petitio. heredi. ⁊ vtrobiq; refert se ita consuluisse apud Ariminum cum domino Baldo fratre. Hoc etiam voluit Angel. ⁊ post eum Ioannes de imola in. l. nesennius. §. finali. ff. de re iudicata. ⁊ Angelus Aret. in suo tracta. testamentorum seu vltimarum voluntatum. folio. xxx. vel circa. super verbo, item reliquit mulieri concubine sue alimenta. ⁊ alij in alijs locis. Apparet igitur quod dicti domini actores in taxatione dictorũ pretensorum alimentorum etiã si illa possent pretendi deberi, non habuerunt opportunam considerationem.

¶ Sed forte opponetur mihi, quod de his disputetur in vanũ: pro eo quia de premissis constitit ⁊ constat propter contumaciã dicte domi. Ioanne, ⁊ fortasse fictam cõcessionem ex pretensa cõtumacia: propter quam disponit ⁊ vult dominicalis constitutio, quod si in termino assignato reus non compareat, vel compareat, ⁊ non curauerit seu recusauerit respondere: vel non clare responderit per verbum debeo vel non debeo, vel nego vel confiteor: incontinenti in eius non comparentis vel non respondentis contumaciam fiat pignoratio vel executio contra eum: quam cõtumaciam purgare non possit, nisi per quinq; dies: ⁊ alias vt in ea. Sed hoc non obstat: tum quia vt predixi, ⁊ plenius colligitur ex deductis in libello parte dictorum do. actorum in causa producto, conclusio non sequitur ex narratis. Tum ⁊ quia per dictã pretensam contumaciam non probantur contenta in dicto libello in preiudiciũ dicte do. de Mostinis. Pro quo induco id quod voluit Bartol. in quadam sua disputatione exordien. Perusine ciuitatis statuto cauetur ⁊c. ⁊ in. l. cum filius. in princi. vbi etiam alij docto. ff. de verbo. oblig. Querit enim Bart. in dictis locis, ⁊ alij post eum in. d. l. cum filius. de isto casu Cauetur statuto, quod si filiusfamilias commiserit maleficium, pater teneatur pro eo soluere condemnationem filio assignãdo dimidiam eius quod esset habiturus ab intestato si pater tunc decederet: quo supposito cõtigit quod filiusfamilias de maleficio accusatus passus est se poni in banno: ⁊ elapso tempore banni habetur pro confesso, ⁊ condemnatur in certa quantitate pecunie: aliter non constito de eius maleficio: querit Bart. ⁊ alij post eum an pater teneatur soluere condemnationem: ⁊ omissis alijs membris que proposito non seruiunt dicit Barto. quod si filius est contumax, ⁊ ex forma statutorum habetur pro confesso, ⁊ condemnatur, vt in casu proposite questionis: talis ficta confessio ⁊ sententia contra filium lata patri non preiudicat: sed est necesse quod contra eum probetur ma-
7 leficium. † Pro quo allegat quod ficta confessio etiam vbi tractatur de publica vtilitate non egreditur personam eius qui habetur pro confesso. l. eius qui delatorem. ff. de iu. fisc. Dicit etiam quod illa est regula, q̃d quoties sententia, lata contra vnum preiudicat alteri, vt illud intelligatur esse verum si est lata cõtra presentem: secus si contra contumaciam. l. qui repudiantis, in fi. ⁊ l. papinianus. §. meminisse. ff. de inoffi. testa. l. si ideo. in princ. ff. de euic. ⁊ l. j. in fi. ff. de pericu. ⁊ commo. rei ven. Inducit etiam pro hoc glo. que est in. l. duobus. §. j. ver. solutionis. ff. de iureiuran. ⁊ hoc sic: sicut in casu de quo queritur ex forma statuti peruenitur ad patrem sub conditione si filius commiserit maleficium: ita de iure cõmuni fideiussor agit contra principalẽ si soluerit. l. lucius. ff. manda. An ergo sufficiat ad dandam actionem contra principalem quedam ficta solutio, scilicet iuramentum: certe non, vt ibi in. d. gloss. Et pro hoc optime facit glo. insti. de noxal. in fin. ⁊ per alias rationes pro hac parte allegatas hoc tenet Cyn. in fini. in l. si quando. C. vnde vi. Et cum vt predixi ista sit regula, hoc sufficit eidem do. de mostinis, per id quod not. Barto. in. l. ij. col. j. in fi. ff. si quis in ius vo. non ie. facit. l. suus quoq;. ver. puto. ff. de here. insti. ⁊ c. venerabilibus. ver. puto quoq;. de sen. excom. lib. vj. ⁊ que regula debet tenaciter obseruari, nisi in contrarium appareat, prout non apparet, exceptio vel dispositio specialis, per id q̃d not. Bald. l. si tutor. in fi. C. de ser. pig. da. manumis. de quo ponit dominus Iason may. in. l. si. col. iiij. C. de testamẽ. ⁊ in aut. si qua mulier. col. xi. vel circa. C. de sacrosanct. eccle. Bartho. soci. consilio. cij. exordien. In presenti consultatione videtur prima facie dicendum ⁊c. col. iiij. ⁊ Franc. de Cur. consi. lxxvj. exordiente, super motiuis redditis in fauorem ⁊c. col. ij. versi. ⁊ ideo ab ista regula ⁊c. Et hanc sententiam Barto. scilicet quod ficta probatio maleficij. inducta scilicet per contumaciam filij, non noceat patri: ⁊ sic quod non probet maleficium quoad patrem, sequuntur doctores communiter in dicta. l. cum filius. ⁊ ante Bar. hoc voluit Dyn. per. l. j. ff. quando ex facto tuto. Et hanc sententiam etiam sequitur Salic. in. l. si filiusfamilias. versi. tertio quero pone quod ex forma statuti. C. ne filius pro patre. † Ergo a simili dicamus in casu nostro, quod supposito quod cõtumacia citati ⁊ non comparentis, vel comparentis ⁊ non curantis seu recusantis respondere, vel non clare respõdentis, sufficeret ad obtinendum condemnationem, seu pignorationem ⁊ reliqua contra citatum non cõparentem, vel comparentem sed non respõdentem, quasi propter suam contumaciam habitum pro confesso, contenta in petitione contra se oblata: hec tamen contumacia seu ficta confessio non nocet tertio, nec probat contenta in petitione: quatenus illa preiudicant tertio. Non apparet igitur quoad preiudicium dicti do. de Mostinis: quod ex pretensa conuentione de alimentis soluendis ipsa domina Ioanna teneatur ad summam predictam, sed opus est quod hoc probetur contra dictum dominum de mostinis, de cuius preiudicio agitur; quia scilicet de executione quam fieri instant prefati domi. actores in bonis dotalibus. Et ob hoc apparet eum fuisse grauatum, ⁊ quidem non modicum, sed plurimum: q2 si fuisset admissus, prout admitti debuit ⁊ debet, postq̃ de suo interesse agebatur, ⁊ ipse hoc fieri petijt: fuisset cum eo disputatum: an pro eo quod dicti domini actores non vixerũt cum dictis quondam nobili Ioanne ⁊ do. Ioanna: sed voluntarie ab eorum mensa se separarunt, possint nunc petere alimenta que petierunt. Ad quod iam dixi quod non, vt volunt Bart. Ioan. de Imo. ⁊ Bartho. soci. in. l. si quis ita legauerit. ff. de conditioni. ⁊ demon. ⁊ Angel. in. l. j. C. de legat. Et iam fuisset disputatum, ⁊ ⁊ pro tempore disputabitur, an ille qui tenetur ad alimenta alterius ⁊ familie teneatur ad solutionem stipendiorum seruitorum illius. Item ⁊ de dignitate domi. acto. ac etiam facultate bonorum non quoad valorem illorum: sed quoad accessiones, seu quoad fructus ⁊ redditus, ⁊ super alimentis eiusdem do. Ioanne ⁊ aliorum nutriendorum: quibus plene examinatis ⁊ cognatis, apparebit quod si etiam essemus in casu in quo debuit deduci es alienum: ⁊ sic in casu dicte. l. mulier bona, quam puto eundẽ magnificum do. presidentem sanctionem sanctam appellasse in dicta sua ordinatione: ex hoc tamen non inferretur quod in bonis dotalibus fieri debeat executio pro summa petita, ascendente scilicet ad summam trium millium ⁊ sexcentorum floreñ. pro pretensis alimentis preteritis: ⁊ in futurum ad rationem quadringentorum floreñ. pro singulis annis. Ad quam non solum non sufficiunt dicte accessiones: sed nec omnia bona dotalia: que tamen, vt dixi, tangi nõ debent, nec pro alimẽtis alienari. Et dico quod hoc fieri nõ debet: q2 non apparet de hoc pretenso ere alieno, quatenus illud concernit do. de mostinis.

¶ Addo promissis quod non solum ficta confessio non probat contra cessionarium, vel causam maxime onerosam habentem a confitente, sed nec expresse. Pro quo allegasse sufficiat ea que scribit Ioan. andr. in addi. Specu. titu. de cessio. ac. §. i. ver. sed numquid sola confessio. Bartol. ⁊ docto. in. l. si facta. §. si heres. ff. ad trebel. ⁊ Paul. de cast. consi. lxxxiij. exordien. ad id de quo queritur, ⁊ alij in alijs locis. Et quod in neutro casu ex predictis nocere debeat cessionario, vel causam habenti ficta aut expressa confessio cedentis, vel illius a quo causam habet, ostendit ⁊ demonstrat inconueniens seu absurdum quod de facili sequi posset. Verbigratia. Ponamus in casu qui occurrit quod dicti domi. actores petierint triginta millia, que sibi deberi pretendebant ex causa habili seu idonea: ⁊ hec ante matrimonium ⁊c. ⁊ quod eadem domina Ioanna, que reuera in nullo tenebatur, forte colludens fuerit in contumaciam condemnata: nunquid videtur absurdũ quod propter illam fictam confessionem censeri debeat in preiudicium dicti do. de Mostinis, quod tempore matrimonij erant in ere alieno eiusdem do. Ioan. triginta millia: vt sic isto medio posset sibi auferri quicquid habebat in dote. Vere hoc esset absurdum: ⁊ idem etiam fieri posset in cõfessione expressa. Propterque mihi videtur, cessante omni dubio, quod sententia seu ordinatio predicta fuerit ⁊ sit inciuilis ⁊ iniusta: ⁊ propterea cassanda ⁊ reuocanda.

1 ☞ Rescriptum de alicui prouidendo de aliquo beneficio in aliqua ecclesia, an sit intelligendum de vnico, si vnicum sit.
2 Prepositio in differt in rescriptis prouisorijs, a prepositione de: puta si scribatur prouideri in ecclesia, vel de ecclesia.
3 Beneficiorum ecclesiasticorum impetratio diuersimode est considerada.
4 Collationes, que sunt vniuersitatis, capituli, vel collegij, nō sunt singulorum.

¶ Epitome.

¶ Mandatum Pape de prouidēdo de beneficio in ecclesia certa, non intelligitur comprehendere vnicum quod sub se tantum habet illa ecclesia beneficium. V. F.

¶ De manda. princi. Consilium. cxciiij.



Concessum est mandatum de prouidendo per serenissimum. d. nostrum Julium papam secundum venerabili viro domino Moneto augerij clerico grassen. p quod proprio motu mandatur reuerendo patri domino preposito ac venerabili capitulo & singulis dominis canonicis & personis ecclesie Vencien. quatenus si eis communiter vel diuisim pro alio non scripserit, qui simile mandatum aut similem gratiam prosequeretur, beneficium ecclesiasticum cum cura vel sine cura etiam si decanatus &c. vt ibi in eorum Vencien. aut alia collegiata ecclesia ad eorum collationem prouisionem presentationem nominationem seu quamuis aliam dispositionem communiter vel diuisim pertinens, si quod post literere mandati huiusmodi eisdem presentate fuissent vacare contingeret, & idem dominus Monetus illud per se vel per procuratorem suum duxisset legitime requirendum, cum omnibus iuribus & pertinentijs suis eidem do. moneto conferrent & assignarent, ac de illo etiam prouiderent, inducentes &c. Post cuius mandati concessionem vacauit in diocesi Vencien. ecclesia parochialis seu perpetua vicaria, cui imminet cura animarum: que ratione sue canonie spectat ad presentationem alterius ex dominis canonicis dicte vencien. ecclesie: qui nullam aliam presentationem inibi diuisim habet quamuis sint alia duo beneficia quorum presentatio spectat capitulo predicto. Quesitum est an dicta vicaria veniat sub mandato de prouidendo: ita quod de vicaria huiusmodi possit eidem do. Moneto prouideri. Ad quod videtur respondendum breuiter & succincte, & sub correctione cuiuslibet domini melius sentiētis, quod dicta vicaria non veniat sub mandato: & quod de illa prouideri non possit dicto do. moneto, etiam si idem dominus noster p alio non scripserit qui simile mandatum aut gratiam similem prosequatur. Pro quo induco illud quod voluit Joan. monachi in regula in generali. de regu. iur. in. vj. Archidia. in. c. si pro clericis. super verbo, prouideas. de preben. eo. lib. & gloss. in clemen. j. super verbo incerta. eodem titu. † qui volunt quod cū scribitur de aliquo beneficio in aliqua ecclesia alteri prouideri, si non sit ibi nisi vnicum: de illo sibi prouideri non poterit. Pro quo allegant duas rationes. Prima sumitur ex eo quod habetur. ij. reg. xij. et per id quod habetur in. l. illicitas. §. nesennius. ff. de offici. presi. quia scilicet non est verisimile papam velle priuare ordinarium collatione vnice dignitatis, & sic vnico, vt ita dixerim lumine, quā
2 & quod habet in ecclesia. † Alia ratio est, quia tunc non esset prouidere de beneficio in ecclesia: sed de ecclesia: que differūt: quia differentia est inter prepositionem in, et de, vt ipsi plenius prosequuntur. Et vt dicit Rota decisione. cccvj. exordiente, Voluerunt & ordinauerunt domini &c. istud dictum etiam locum habet quando scribitur seu mandatur prouideri alicui de beneficio spectante ad collationem, prouisionem, presentationem, seu quāuis aliam dispositionem episcopi, decani, & cap. singulorumque canonicorum & personarum certe ecclesie, si quod vacat, vel cum vacauerit communiter vel diuisim: quod impertranti non potest prouideri vigore gratie de beneficio huiusmodi vnice spectante ad collationem alicuius pdictorū, propter identitatem rationū p dictos doctores allegatarū presertim cū isto casu gratia impetrātis totaliter non pereat: sed in alijs poterit conseruari, vt pote in casu nostro in duobus alijs pertinentijs ad presentationem capituli. c. si eo tempore. de rescrip. in. vj. & idem voluit Jo. de imol. in d. cle. j. & Philip. de fran. in allegato. c. si pro clericis. Cum igitur dicta perpetua vicaria dūtaxat & sola diuisim spectet & pertineat ad presentationē dicti do. canonici, nō vr̄ q illa comprehendi debeat sub mandato: q: nō est verisimile qd do. noster hanc vnicam presentationem eidem auferre voluerit: & etiam vt dixi sunt alia beneficia, in quibus poterit gratia cōcessa dicto do. Moneto conseruari. ¶ Sed forte opponetur, quod premissa non procedant: p eo quia (vt iam dixi) sunt alia duo beneficia, que pertinēt ad presentationē pdicti capituli: & ad que poterit cum vacabunt dictus dominus canonicus cū alijs canonicis presentare: quod etiam in simili videtur sensisse Rot. deci. cclxj. exordiente, Nota quod vbi
3 aliquis est impetrans &c. in antiquis. † Dicit enim q vbi aliquis est impetrans ad collationem prepositi & capituli communiter vel diuisim, si prepositus habet vnicum beneficium conferre per se: sed cum capitulo habet plura conferre: impetrans potest acceptare illud vnicum beneficium qd est ad collationem prepositi. Ubi autem solus per se Prepositus haberet vnicum beneficiū, & nihil haberet cum capitulo: tunc non veniret vnicum beneficium. Sed istud non videtur obstare: quia licet cum dicta beneficia vacant, possit do. Canonicus cum capitulo seu cum alijs do. Canonicis ad illa presentare: non tamen videtur aliquis canonicorum huiusmodi facere hanc presentationem: sed illam facit ca-
4 pitulum ad quod pertinet presentatio. † Certum est enim q ea que sunt vniuersitatis, capituli, aut collegij non sunt singulorum. l. in tātum. §. vniuersitatis. ff. de rer. diui. & l. sed si hac lege. §. qui manumittitur. ff. de in ius voc. canoniste in. c. qui manumittitur. xij. q. ij. Nec posset cum vacant beneficia huiusmodi cōtradictio huius do. canonici impedire maiorem partem, quominus presentet eum de quo sibi videbitur, alias idoneum: per id qd scribunt doct. in. c. cum omnes. de constitu. Bar. in. l. qd maior. ff. ad municip. & alij in alijs locis. Et sic non videtur in hoc casu cessare illa ratio quam allegant Jo. mona. Archi. & alij predicti in locis superius allegatis, scilicet q papa non censeatur voluisse sibi auferre dictam presentationem, postq est vnica. Et ita videtur eorum decisio habere locum in hoc casu. l. illud. cum suis similib. ff. ad leg. aquil. Et tenuit do. Egid. bellemere in. d. regu. In generali. qui pro hoc multa inducit. Nec videtur q in hoc casu sit considerandum vel attendendum, q mandatum ante dictum concessum extiterit proprio motu pontificis: q: quamuis per hoc excludatur surreptio: non tamen alij defectus: & presertim vel preter vel contra mētem pontificis. Pro quo causa breuitatis, quia tempus non superest, allegasse sufficiat id qd not. glo. in clemen. si romanus. de prebend. Joan. andr. in. c. si motu proprio. eodem titu. in. vj. Panormi. in. c. ad aures. vbi etiam alij. de rescript. & in. c. causam. el. ij. de testi. & alij in alijs locis. Cum ergo, vt predixi, papa verisimiliter noluerit preiudicare dicto domino canonico: nec illi auferre vnicam presentationem: nō debet clausula proprij motus aliquid operari contra seu preter hanc mentem pontificis. Et ita pro nunc mihi videtur, salua semper pleniore deliberatione, cum autore domino dabitur maior opportunitas, & pars petierit.

1 ☞ Tutela feminis non datur ab intestato successuris.
2 Preferendi in successione preferuntur & in tutela: hodie tamen cessat & sepe fallit hec regula.
3 Conditionaliter substituti non censentur ad tutelam inuitati.
4 Tutelam acceptans que agere debeat ipsius tutele ratione.

¶ Epitome.

¶ Non tutum est tutorem dari eum, qui cum pupillo rationes bonave communia habet. V. F.

¶ De administra. tut. Consilium. cxcv.



Ex themate mihi tradite seu misse consultationis sunt extracta multa dubia. Ad que respondeo breuiter & succincte prout infra. Et primo ad primum dico quod ex tenore facte relationis de testamēto prouidi quondam viri Michaelis textoris loci de Arboribus apparet quod ipsi Joanni textoris eius nepoti impuberi, seu in pupillari etate constituto, & procreato ex Mondono textoris eiusdem Michaelis quondam filio, fuit per eundem Michaelem prouisum de tutrice de honesta quondam muliere Alasia eiusdem Michaelis vxore, & auia paterna dicti Joannis: non de Petro & Dalmatio textoris dicti Michaelis quondam filijs, & patruis ipsius Joan-
1 nis. † Quo fit vt cum eadem Alaysia ab humanis decesserit superstite & sibi superuiuente dicto Michaele testatore, non fuerit nec esse potuerit eadem Alaysia tutrix dicti Joannis eius nepotis. Et sic postea moriente eodem Michaele testatore, non habuerit nec habeat idem Joannes tutorem testamentarium. Est igitur decurrendum ad tutorem legitimum. Et quia huic Michaeli testatori superfuerunt & supersunt duo filij, scilicet Petrus & Dalmatius, patrui dicti Joannis, & duo filij dicti magistri Adulphi eiusdem Joannis auunculi: qui omnes preter dictum auum ipsi Joanni attinent in tertio gradu, isti omnes videntur vocari ad tutelam: dictus scilicet magister adulphi auus maternus tanq proximior in successione intestati, aut. defuncto. C. ad tertul. & que eo se excusante videtur spectare eisdem patruis & auun

& auunculis: apud quos deficiente eodem auo & matre esset pro-
2 ximior spes successionis ab intestato: † quia licet olim agnati pre ferrentur cognatis in successione: & consequenter etiam in tutela: hec tamen differentia hodie sublata est. authenti. de heredi. que ab intesta. §. nullam vero, colla. ix. Et sic hodie si agnati & cognati sint paris gradus, illi simul succedunt. Et idem in tutela. Pro quo allegasse sufficiat not. per docto. & signanter per Ange. Are. institu. de legi. agna. tutel. Et sic videtur quod recusante tutelam dicti Joannis dicto magistro adulphi, ad illam inuitentur & vocentur dicti patrui & auunculi eiusdem Joannis: & hoc nisi prefati petrus & dalmatius haberent cum dicto Joanne eorum nepote, & ipse nepos cum eis, vel omnes vel fere omnes eorum facultates adinuicem communes: propter quod repelli debent a tutela dicti petrus & dalmatius, per id quod not. gloss. Bartol. Salyce. & docto. auth. minoris debitor. C. qui da. tuto. pos. Et sic videtur quod soli auunculi tutores esse possint dicti Joannis eorum nepotis.

3 ¶ Ad secundum dico & respondeo, quod † etiam supposito quod dicti Petrus & Dalmatius essent vel esse possent tutores dicti Joannis, prout non videntur esse nec esse posse: quia tamen ipsi reperiuntur eidem Joanni substituti, eo scilicet casu quo idem Joannes sine libero vel liberis legitimis & de legitimo matrimonio procreatis ab humanis decederet, nō deberet, nec debet ipse Joannes moram facere apud ipsos Petrum & Dalmatium, nec penes eos alimentari vel nutriri propter metum: ne scilicet detur causa delinquendi contra eundem Joannem. l. ij. C. vbi pupilla. educa. deb. & quod not. Ange. Are. in. §. actionum. in materia tutele. char. vlti. vel circa. ver. vnum tamen tene cordi quod nunquam pupillum morari facias &c. insti. de actio.

4 ¶ Ad tertiū dico & respondeo, quod † quicunque tutor extiterit dicti Joannis, debet de bonis illius inuentarium conficere, & facere alia multa, de quibus per Bartol. in. l. legitimos. ff. de legi. tuto. per Angel. Aret. in dicto. §. actionum. in materia tutele. versic. octauo quid incumbat. & insti. de legi. agna. tut. in princi. in. ij. colum. versicu. in ea gloss. ibi. l. legi. & alij in alijs locis. Et poterunt dicti auunculi futuri tutores post sibi decretam tutelam impetrare generale monitorium contra aliquid detinentes & occultantes de bonis dicti Joannis.

¶ Ad alia vero contenta in dicto quesito respondere non oportet. Et idem dico de contentis in quarto quesito: quia responsio patet ex predictis. Et idem dico de contentis in quinto, excepto eo de quo queritur in versiculo, ac etiam de tertia parte omniū fructuum, & in sequenti dubio. Super quibus respōdeo, quod vt colligitur ex narratione casus seu thematis superius mentionati, dictus michael testator videtur eisdem petro & dalmatio eius filijs reliquisse vsumfructum bonorum eiusdem Joannis. Sed hoc non obstante potest & debet idem Joannes habere tertiam partem, hoc est eius legitimam, & vsumfructum tertie partis, per ea que habentur in aut. nouissima. C. de inofficio. testa. & quod ibi docto. vbi videri potest do. Jas. May. col. xij. in fine. ver. conclu dit ergo. Et ideo videant dicti auunculi quid sit vtilius dicto Joanni vel habere vsumfructum huius tertie partis, vel alimēta. Preterea vt dixi dictus michael testator videtur eisdem petro & dalmatio reliquisse vsumfructum bonorum dicti Joannis nepotis, & voluisse quod ipsi eum alimentarent & nutrirent: propter quod videtur quod ipsi antequam possint vel debeant gaudere vsufructu huiusmodi, debeant cauere idonee, hoc est cum fideiussore, de vtendo fruendo arbitrio boni viri: & de restituendo bona: veluti domos, prata, vineas, terras, & alia huiusmodi que vsu nō consumuntur post finitum vsumfructum. quo vero ad alia que vsu consumuntur, vtpote vinum, oleum, grana, & alia reperta in hereditate, si que erant tempore mortis eiusdem michaelis, & que sunt peruentura ad ipsos petrum & dalmatium, illa debent estimari: & pro illorum & pecunie hereditarie restitutione debent se obligare dicti petrus & dalmatius de restituendo estimationem & pecuniam huiusmodi finito vsufructu: debent preterea ipsi petrus & dalmatius recipere ista bona per manus auunculorum & tutorum cum debita descriptione: per ea que habentur in. l. iij. C. de vsufruct. & quod ponit Alexand. de imol. consilio. lvj. exordiēte, habita super narratis in themate. in. iij. volumi. & Benedi. de Bene. consil. ix. in primo quesito. Et ita mihi videtur breuiter & succincte, pro eo quia tempus aliter non patitur, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ¶ Testamentum non redditur imperfectum ratione solennitatis vel publicationis omissionis, dummodo voluntatis perfectio interueniat.
2 Testatoris voluntas quando perfecta dicatur.

¶ Epitome.

¶ Testamentorum antique solēnitates hodie non requiruntur, quando testamenta fiunt inter liberos. V. S.

¶ De testamentis. Consi. cxcvj.


Ex themate mihi transmisse consultationis parte nobilis & generosi viri Hugonis de Moria, filij naturalis & legitimi nobilis & potētis viri Georgij de Moria dñi de Glandagio, elicitur dubium & questio: an testamentum quod fecisse dicitur nobilis & generosa quōdam mulier domina Bonna alamande, vxor nobilis & potentis quondam viri Lancelini eynardi domini montis eynardi: & in quo inter cetera per eum disposita heredem vniuersalem instituit & suo proprio nomine nominauit dictum nobilem Hugonem eius filium felezenum seu nepotem ex filia naturali & legitima sua ipsius domine Bonne, fuerit aut sit nullum, pro eo quia licet fuerit ex integro scriptum: non tamen fuit per testes, qui scripture eius interfuerunt, & dictam do. Bonnam audiuerunt narrantem & scribi facientem per publicum notarium eius voluntatem, tam in legatis, quam etiam in heredis institutione, & qui eam audiuerunt dicentem & nominantem eius heredem dictū nobilem Hugonem, & eum vniuer-
1 salem heredem scribi facientem, auditum publicari. † Ad quod respondeo breuiter & succincte, pro eo quia temporis opportunitas non se offert plenius inquirendi, quod dictum testamentum valuit & valet, non obstante omissione dicte publicationis: quia licet testamentum huiusmodi fuerit imperfectum ratione omisse solennitatis, hoc est recitationis & publicationis in presentia testium: non fuit tamē imperfectum imperfectione voluntatis: sed perfectione voluntatis huiusmodi fuit & est perfectum: & hoc sufficit ad ipsius validitatem, per id quod not. Bartol. in. l. si is qui. col. ij. ver. quero quid si testator scripsit. ff. de testa. vbi etiam hoc voluit Joan. de Imo. col. j. ver. tu potes concludere &c. Et Bar. in. l. fideicommissa. §. j. & quod ibi Alex. de imo. in addi. ff. de leg. iij. Joan. de imol. in. c. ij. col. iij. versi. sed hic queritur incidenter quid si testator incepit testari &c. ibi, vnde potes concludere quod interdum voluntas est imperfecta, de testa. Alexan. de imo. in. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. col. ij. vel circa. versi. extra gl. querit hic Bart. an iste text. habeat locum in testamento imper-
2 fecto. &c. C. de testa. qui omnes videntur in hoc concordare, † quod si voluntas testatoris sit imperfecta, pro eo quia non fuit publicata coram testibus, prout testator facere intendebat & volebat: fuit tamen scripta, quod talis voluntas valeat inter liberos, & etiam ad pias causas. Et quamuis aliqui doctores subiungant hoc procedere, dum tamen constet huiuscemodi voluntatem fuisse scriptam manu ipsius testatoris: quamuis non publicatā, pro eo forte quia fuit morte preuētus antequam veniret tabellio seu notarius vel testes. idē tū esse debet in casu nostro, in quo vltima & testamentaria voluntas fuit per publicum notarium descripta, & sub presentia quinque testium: cui propterea fuit & est magis credēdum, vel saltem nō minus, quam scripture dicte quondam do. Bone, si ea dictum eius testamentū & vltimā voluntatem scripsisset: quod saltem & sine dubio procedit & procedere debet, si de voluntate hmōi deponant duo: & multomagis si tres aut quatuor testes vltra & preter scripturā publici notarij, per id quod no. Alex. de imo. in. d. §. ex imperfecto. Nec potest ad inualidationem hmōi testamentarie dispositionis opponi, quod in ea non interfuerint septem testes: seu etiam quod illi quinque, qui eidem interfuisse dicuntur, nō fuerint rogati: quia dicte solennitates & alie multe alias & regulariter requisite ad validitatē testamēti inter liberos cōditi, sunt sublate. l. fi. & quod ibi scribētes. C. fa. ercis. & d. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. iūctis ibi no. per doct. & maxime per do. Jas. de may. possent & alia multa pro hac parte induci: sed quia opportunitas tēporis non se offert, supersedeo ab illis. Consulens eidē nobili Hugoni, quod ipse porrigat supplicationem magnifico delphinali parlamento, in qua exponat & narret testamentum de quo supra & alia opportuna, & obtineat citari proximiores ab intestato dicte quondā domine Bone: & signanter eos qui bona eius occupant & detinent: quia si testes examinarentur eisdem non vocatis, attestationes non facerent fidem. l. si quando. C. de testi. & c. ij. eo. titu.

1 ¶ Legatus non potest exercere ea que dominus eius sibi specialiter reseruauit, licet communiter possit ea que posset ille qui eum legauit.
2 Solennitas seu forma iudiciaria in facti veritate inquirenda nō semper est necessaria.
3 Judicans sola facti veritate inspecta dicitur vt deus iudicare, qui semper veritati innititur.
4 Clausula ista, saluo iure impertinentium, potest in cuiuslibet articuli admissione apponi.

¶Epitome.

¶Reuerendissimi Auenionenses vicelegati de consuetudine committere causas possunt cum hac clausula, vt in eis summarie, simpliciter & de plano procedatur. A. S.

¶De diuersis rescript. Consilium.cxcvij.



Emini puto esse dubium quin articuli exordientes, Etiam si verum esset quod post venditionem &c. parte honorabilium virorum Emorgoni & Gabrielis droyni, cōtra & aduersus venerabiles & honorabiles viros dominum Nicolaum de fabrica, canonicum collegiate ecclesie sancti Petri auenioñ. ac Dominicū & Franciscū de fabrica eius fratres, in prima instantia oblati & producti fuerint & sint quoad materiam in eis contentam, & tanquam ad intentionem dictorum droyni plurimum facientes admittendi, causis & rationibus plenius allegatis & deductis in schedula exordien. Etiam si verum esset, parte eorūdem droyni in prima instātia producta, quas repetere nō oportet. Etiam nec alicui dubium esse debet quin articuli huiusmodi fuerint secundum formam opportunā & alias admissibilem bene & competenter dictati: ita vt nec propter eorum materiam: nec propter minus opportunam eorum compositionē debuerint aut de iure potuerint articuli predicti rejici aut repelli: de quibus etiam prefati de fabrica nō opposuerunt: sed solum de duobus, scilicet quod post publicationem testium in ipsa prima instantia productorum & post didicita testificata fuissent articuli huiusmodi parte dictorū droyni in hac causa producti. Idē & post conclusionem in causa. Sed de primo non apparet, scilicet quod post publicationem testium & testificata didicita: & ita super hoc vtpote super non ente non est faciendum fundamentum. Quo vero ad secundum dico & respondeo ꝙ illud etiam non obstitit neque obstat eisdem droynis: pro eo quia reuerendissimus dñs Galeotus de riuerie pro tempore gubernator auenioñ. & cōitatis vieñ. & locūtenens reuerendissimi domini do. legati sufficienter informatus de dicta pretensa cōclusione in causa facta, mandauit articulos pdictos admitti & recipi: quod facere potuit: † quia licet legatus nihil vsurpare debeat de his que summus pontifex sibi specialiter in signum vniuersalis dominij reseruauerit ipse tamen vtpote vices gerens eiusdem summi pontificis, videtur posse exercere ea omnia que exercere posset ille qui eū legatū misit, secundū Gaufri. in summa, ti. de offi. dele. ver. ingressus &c. Multas remissiones ponit Spec. & Joan. and. ti. de leg. §. nunc ostēdēdum. ver. legatus igitur. qd si procedat in legato de latere eoipso ꝙ legatus est: multo fortius procedere debet in eo qui nō solū est legatus deputatus aut creatus: sed etiā expresse constitutus vicarius summi pontificis: qui propterea videtur saltē in non spāliter reseruatis sedi apostolice posse facere id qd faceret ille cuius est vicarius, per id qd no. Bar. in. l. j. §. a prefecto. ff. de leg. ij. & in l. ij. post glo. C. de officio eius qui vicem alte. ger. & do. Jas. may. in. l. conuentionū. col. ij. ff. de pac. Huiuscemodi autem erat tēpore sue legationis sanctissimus do. noster papa: cuius locūtenens opportune creatus extitit & fuit dictus reuerendissimus dñs galeotus, tā quoad officiū legatiōis, ꝙ ēt quoad officiū vicariatus. Nemini ergo venire debet in dubium quin etiā post cōclusionem factam in causa poterit admittere aut admitti mādare articulos predictos: quos certum est posse produci & debere admitti in secūda instantia: pro quo optime facit: quia videmus ꝙ licet legatus ex solo & mero officio legationis non possit causam cōmittere cum facultate procedēdi in ea summarie simpliciter & de plano sine strepitu & figura iudicij, vt voluit glo. in. c. fi. de here. in. vj. Bal. in. l. fi. C. sente. rescin. nō pos. Panor. in. c. dilecti. col. ij. de iudi. Ang. are. in. §. in bone fidei. col. fi. ver. aduertas tamē. institu. de actio. Multas quinimo plurimas remissiōes ponit do. Fely. in. c. j. col. j. & seq. de rescrip. nos tamē videmus singulis diebus ꝙ reuerendissimi dñi gubernatores auenioñ. & vicelegati cōmittūt & cōmittere cōsueuerūt, dū tū hoc postulet, quascunque causas cum facultate procedēdi in eis summarie simpliciter & de plano ac sine stre/
2 pitu & figura iudicij: † & quod plus est sola facti veritate inspecta: quo casu sufficit quod iudex & commissarius veritatem habeant, & informationem veritatis sine aliqua solennitate vel forma iudiciaria recipiat: quia sic sunt partes redacte ad merū ius naturale & gentium, quo sola veritas attēditur. Ad quod facit quod no. Bal. in. l. solum. in fi. C. de proba. & in. l. fi. C. de fideicō. glo. & Flor. in. l. voluit. ff. de interro. actio. & Ange. aret. in. d. §. in bone fidei. col. fi. vbi etiā do. Jas. may. col. vij. ver. quid autem si cōmittatur causa sola facti veritate &c. de quo aliquid per Roma. consil. xx. Facit qd not. Bald. in. c. j. §. inuestitura. de noua. fidelita. for. & in l. fi. iuxta prin. C. de iure deli. vbi voluit quod per dictam clausu/
3 lam videtur remotus ordo iuris positiui: † quia qui sic iudicat, scilicet sola facti veritate inspecta, dicitur iudicare vt deus: qui semper veritati innitur: & ideo nō est opus iudiciali solennitate.

¶Preterea ꝙuis per lapsum statutum tempus censeatur appellatio deserta: & sic prima sententia transeat in rem iudicatam. c. cum sit. & c. sepe. de appel. & cle. si appellationem. cum suis simi. eo. titu. in cle. tamen domini gubernatores Auinioñ. seu vicelegati & locumtenens reuerendissimi do. legati solent & consueuerunt releuare appellantes a lapsu temporis, & sic a desertione, saltem ante oblatum libellum super desertione appellationis. Que si ita se habeant, immo quia sic se habent, & que fieri non possunt sine derogatione plurium iurium: palam infertur quod dictus reuerendissimus do. legatus potuit mandare domino commissario per eum deputato, vt non obstante conclusione facta in causa, dictos articulos admitteret: & eo maxime quia non interest dictorum de fabrica illos nō admitti, cum admitti possint passim & indistincte in secunda instantia. l. per hanc. C. de tempo. appel. & c. paternitatis. eo. titu. Et facit pro premissis, quia propter dilationem productionis dictorum articulorum nullū ius deperijt nec deperijsse proponitur eisdem de fabrica: & non superest propter quod debuerint aut debeant resistere admissioni dictorum articulorum, saltem attenta signatura predicta. Ad qd facit. l. mancipiorum. ff. de optio. leg. per quam Jaco. de are. & Cy. in. l. si ea. C. qui accu. non possunt, vbi etiam Bal. Bar. in. l. fina. ff. de fe. & alij in alijs locis dixerunt, quod post lapsum terminum datū ad probandum possunt produci testes vel instrumenta: quando scilicet res est integra, vel nihil dixerunt parti contra quam.

4 ¶Preterea aduertendum est quod † dicti articuli non fuerunt simpliciter admissi, sed cum clausula, Saluo iure impertinentiū &c. que sola ratio videtur sufficere ad impugnationem dicte pretense appellationis. Fuit enim idē dominus commissarius & iudex in sic admittendo vsus prudentia & cautela: qua vti consueuerunt iudices quando occurrit difficultas & dubitatio, an articuli vel positiones admittende sint vel rejiciende, & de qua ponit glo. Joan. and. & Panor. in. c. cum contingat. de offic. delega. Hemi. in. c. ij. col. v. vel circa. ver. Ibi vel impertinens. de confes. in. vj. Joan. de imo. in. l. ille a quo. §. si de testamento. §. si. ff. ad trebel. Multas remissiones ponit do. Prepositus mediolaneñ. in. c. solicitudinem. char. viij. col. iij. ver. & ideo per predicta infertur ad id quod sit, quotidie. de appel. Ex quibus omnibus concludo dictos de Fabrica male & sine causa legitima ab admissione dictorum articulorum appellasse. Et ita mihi videtur, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ¶Substitutionis effectus non viget viuente substituente.
2 Excommunicationis publicatio presupponit citationem publicandi.
3 Tutor pupillo coniunctus non debet leuiter a tutela remoueri: sed potius ei dari coadiutor, cuius cura impediatur indebita bonorum pupilli administratio.
4 Mulier ad secunda vota conuolans an & quo casu perdat tutelā sibi delatam.
5 Mulier emens viuente viro presumitur ex pecunijs viri emere.

¶Epitome.

¶Tutor contra pupillū alterius cām suscipere nō debet. A. S.

¶De administra. tuto. Consilium. cxcviij.



Elius fuisset quod generale monitorium in forma malefactorum, dudum impetratum & obtentum parte honorabilium virorum Petri & Joannis garde habitatorum Castrinoui Dalmaceni, fuisset impetratū nō quidem eorū proprijs nominibus & pro eorū interesse priuato, sed etiam substitutorio nomine ymberti garde eorum nepotis sz coniunctorio nomine eiusdem ymberti, ac pro iure & interesse ipsius.
1 † Pro eo quia licet dicti Petrus & Joannes substituti extiterint dicto ymberto eorum nepoti: non possunt tamen eo viuo agere vel experiri suis ipsorum proprijs nominibus, vel nomine substitutorio eiusdem ymberti pro bonis suis. Uerum quamuis premissa sic se habeant: puto quod Alisia de Olla, mater & olim tutrix dicti ymberti ac relicta prouidi quondam viri gulielmi garde patris quondam dicti ymberti, male fecerit in non inuentorizando bona, de quibus habetur in secretis informationibus sumptis post dictum monitorium: & qd in non reuelando ipsa inciderit in sententiam excōmunicationis. † Antequam tamen publicari
2 debeat excōmunicata, & in censuras incidisse, erit opus ꝙ ipsa citetur visura & auditura se declarari incidisse in sententiam predictam: & erit opus quod fiant articuli, & ꝙ testes alias examinati pro secreta informatione denuo examinentur: quia prime informationes non faciunt fidem: vt pote sumpte parte non vocata. l. si quando. C. de testi. & c. ij. eo. titu. possunt etiam examinari alij, si qui essent. Et per hoc respondetur ad primum quesitum.

Ad secun/

¶ Ad secūdum respōdeo quoad petrū de Olla, ꝙ cū tēpore suscepte tutele dicti ymberti ipse inter cetera iurauerit aut iurare debuerit procurare ⁊ facere vtilia dicti ymberti, ⁊ inutilia euitare, ac ipsum indefensum non relinquere, iuxta no. per Ang. are. in. §. actionū. in materia tutele. ver. octauo qd incūbat. insti. de actio. non debuit idem de Olla contra propriū iuramentū ⁊ debitū sui officij assumere onus defensionis cause pro dicta alisia contra dictū pupillū, ⁊ impedire quominus predicta alisia olim tutrix cōputum ⁊ rationē sue tutelaris administrationis reddat, ⁊ reliqua consignet ⁊ restituat. Propter qd puto qd ipse tanꝙ malus ⁊ dolosus administrator possit accusari de suspecto, supposito qd illa causa in qua interuenit pro dicta alisia sorore sua tractaretur contra eam ꝓ ⁊ nomine dicti ymberti ipsius petri pupilli. Est tamē difficultas an idem petrus, qui est auūculus ⁊ sic psona coniuncta dicti ymberti, debeat probato dolo vel aliās mala administratione remoueri a tutela: pro eo qꝛ super hoc sunt opiniones. S. off. enim videtur dicere qd sic in. l. j. §. ostendimus. ff. de suspe. tuto. quāuis gl. hoc male firmet: sed potius videatur vacillare. in l. si tutor aliquo. ff. de suspec. tuto. Bar. vero in. l. qd si forte. §. j. ff.
3 de solu. voluit † qd tutor pupillo coniunctus remoueri nō debeat a tutela, sed sibi debeat dari coadiutor, cuius cura erit impedire malam administrationē, ⁊ facere ꝙ bona pupilli bene administrētur. Idē vero Bar. aliter loquit in. d. l. si tutor aliquo. vbi distinguit: qꝛ aut tutor pupillo coniūctus accusatur de suspecto: ⁊ petit remoueri a tutela ꝑpter dolū aut ꝑpter culpā. si propter culpam: dicit ꝙ illa probata debet remoueri, pro eo qꝛ non infamatur. si si propter dolū: dicit Bar. tūc esse in arbitrio iudicis an eū debeat remouere vel nō: qꝛ si dolus ꝓbetur cōmissus in re magna: debet eum remouere. si vero esset modicus dolus, vel circa modicā rem: tunc debet iudex ei curatorē adiūgere. Et hāc opinionē videntur sequi Christopho. por. ⁊ Ang. are. institu. de suspec. tuto. in princ. Quibus oībus attentis, forte esset melius petere eidē petro adiungi curatorē, ꝙ eū remoueri a tutela. Quo vero ad petrum gar de alium tutorē, nō puto ꝙ ipse vel etiā dictus de Olla debeant remoueri: ꝑ eo qꝛ nō arrendauerūt bona pupilli: qꝛ ex hoc nō apparet qd ipsi male administrauerint vel administrent. forte enim tantos fructus percipiunt tenendo bona ad manus suas, ꝙtum repererūt ex arrendamēto. Et si ipsi cōmittāt negligentiam propter quā bona pupilli deteriorarent, vel pauciores fructus recipiantur, ⁊ sic in his vel aliās dānificent pupillū: ipsi tenebuntur ⁊ condēnabunt tēpore reddēdarū rōnum. Quo vero ad alisiam, de qua petitur ibi, an ipsa teneatur reddere rōnem de sua administratione tutelari: ego respondi qd sic in alia schedula: vbi pōt videri.

4 ¶ † Ad tertium quesitum dico ⁊ respōdeo qd per connolationē ad secunda vota factā per dictā alisiā sine licentia iudicis, ⁊ prius nō petito ⁊ obtento prouideri de tutore eidē ymberto pupillo, ⁊ ratione administratiōis pri⁹ nō reddita, ⁊ reliqs nō consignatis: ipsa perdidit tutelā, ꝑ id qd no. Bar. in auē. sacramentū. C. quando mulier tute. off. fun. po. ⁊ in. l. si quis sub cōditiōe. ff. de test. tutel. ⁊ incidit in penas iuris, de quibus in auē. de nupt. §. si autem tutelam. colla. iiij. ⁊ in auē. ijsdē penis. C. de secun. nup. ⁊ non potuit dicto ymberto filio preiudicare. Et hoc est certum.

5 ¶ Ad quartū dico ⁊ rñdeo, ꝙ si vinea de qua † ibi empta extitisset per dictā alisiā viuēte dicto gulielmo eius quōdā primo viro: ⁊ non appareret vnde aliunde pecuniā habuisset, presumeret causa euitande suspicionis turpis questus illā pecuniā quā vēditori soluit pro pretio dicte vinee fuisse de bonis eiusdē quōdā gulielmi. l. etiā. C. de dona. inter vi. ⁊ vxo. ⁊. l. quintus mutius. ff. eo. tit. Quo casu nō posset peti vinea ꝑ dictū ymbertū filiū, vel tutores: qꝛ per venditionē ⁊ traditionē factā ipsi alisie fuit vinea sibi acqsita. l. traditionibus. C. de pac. l. ⁊ si de tua. ⁊. l. si filij. cū suis simi. C. de do. inter vir. ⁊ vxo. sed deberet peti pretiū seu pecunia ꝓ dicta vinea soluta. Verū vt audio dicta vinea non fuit empta viuente dicto Gulielmo: sed nec dicta francesia existente vidua aut tutrice dicti ymberti eius filij: sed post matrimoniū cōtractū cū quodā philippo eius scdo viro. Propter qd est maius dubiū, videret tñ ꝙ si ipsa cū eo cōtraxerit, ⁊ deinde vineā emerit intra annū luctus a morte dicti gulielmi primi viri, qui habebat cōpetēs patrimoniū: ⁊ qd postea fuit in manibus ipsi⁹ alisie, ⁊ per eā tanꝙ tutricē dicti ymberti administratum: ⁊ dictus philippus erat pauper, ⁊ vt audio nihil habebat, debet presumi ꝙ pecunia predicta fuerit de bonis dicti gulielmi primi viri: qd etiam voluit Ange. consil. cxxxvj. exordien. Dissoluto matrimonio morte viri ⁊c. col. fi. vers. iij. casu. Si vero post annū luctus dictā vineā emisset, ⁊ eo tēpore quo iā matrimoniū ɔ̄xerat cū dicto philippo: tūc nō mihi videret ꝙ presumi deberet pecuniā illam fuisse de bonis dicti Gulielmi.

¶ Ad quintū dico ⁊ respōdeo, ꝙ illa recognitio ꝑ dictā alisiā facta de cetū florenis monete. etiā nō pōt preiudicare dicto ymberto filio. vellē tñ intelligere ꝑpter aliud, an ipsa alisia in suo testamēto nibi mētionato heredē vniuersalē insolidū ⁊ vnicū instituerit dictum Ymbertum eius filium: an vero cum eo etiam heredem instituerit dictū Philippum. Vellem preterea intelligere quanta sit dos dicte Alisie: ⁊ si habet Alia bona: ⁊ quantum valeant, ⁊ an ipsa aliquid donauerit dicto Philippo scdo viro tempore matrimonij inter eos contracti.

1 ¶ Ultima voluntas decedētis legitime ordinata seruāda est
2 Pena in fraudem vsurarum in dispositionibus apposita non est petenda.
3 Pena in vltimis voluntatibus adiecta an possit presumi adiecta in fraudem vsurarum.

¶ Epitome.

¶ Legatum huiusmodi, vt donec heredi mille soluant, ipse fructus cuiusdam predij percipiat, valet: ⁊ quum mille soluuntur, nō imputantur in eis fructus percepti. A. F.

¶ De legatis. Consi. cxcix.



Jso publico instrumēto codicillorum, quos fecisse legitur nobilis ⁊ generosa quondam mulier dña Margareta cossa, vxor ⁊ pro tempore persona coniuncta magnifici viri dñi Georgij de bol o, dñi eiusdem loci: ⁊ in quib⁹ inter cetera legauit ⁊ reliquit honesto iuueni Jacobo Borriacij eius seruitori, vltra ⁊ preter eidem Jacobo per eam legata ⁊ relicta in suo ipsius domine Margarete vltimo ⁊ nuncupatiuo testamento, mille florenos de rege cursum in prouincia habentes, inclusis in legato huiusmodi florenis tricentis sibi per eandem domi. Margaretam in dicto suo testamento legatis, semel tantum soluendos intra tres menses a die obitus eiusdem domine Margarete in antea computandos: ⁊ in quo legato mille florenorum fuit clausula sequens ⁊ sub verbis sequentibus subiuncta. Et casu quo lapsis ipsis tribus mensibus ⁊ facta requisitione per dictum Jacobum borriacij dicto heredi meo de sibi soluendo dictos mille florenos: ipse heres meus ipsos florenos mille eidem non solueret, aut soluere recusaret aut differret: eo casu contingente de nouo lego ego dicta Margareta codicillans dicto Jacobo borriacij seruitori meo pro supportatione alimentorum ⁊ indumentorum ac calciamentorum suorum videlicet vsusfructus prouentus ⁊ gausitas cuiusdam mei viridarij siti in territorio ⁊c. donec ⁊ quousqꝫ de dictis mille florenis sit eidem Jacobo seruitori meo integre ⁊ plenarie satisfactum, sine tamen ipsorum florenorum diminutione, nec in illorum sortem receptione: ⁊ al's vt ibi. Audito preterea quod post mortem dicte domine codicillantis fuerit heres eius vniuersalis de soluendo dictos mille florenos parte dicti Jacobi opportune requisitus: ⁊ qd idem heres hoc facere omiserit: ⁊ quesito seu dubio subiūcto an idem Jacobus, qui post requisitionem opportunam ⁊ lapsum trium mensium authoritate magistratus apprehendit possessionem predicti viridarij iure vsusfructus, ⁊ fructus isto anno in eodem excretos percepit, possit his nō obstantibus petere ab herede dictos mille florenos.

¶ Ad quod respōdeo breuiter ⁊ succincte quod sic: cū vt apparet ex dictis codicillis dicta domina Margareta eosdem mille florenos eidem Jacobo solui voluerit, nec voluerit eos diminui ꝓpter receptionem fructuum ⁊ prouentuum: ⁊ ita non fuit mens sua legare alternatiue vsumfructum predicti viridarij, aut mille florenos: sed precise legauit ⁊ reliquit dictos mille florenos: ⁊ subiungit, quod nisi heres requisitus illos solueret intra tres mēses, haberet legatarius vsumfructum predicti viridarij, ac fructus ⁊ prouentus eiusdem viridarij sine diminutione dicti legati perci-
1 peret. † Et quia ista fuit mens dicte Margarete codicillantis, ⁊ ex verbis clare expressa, illa proculdubio quoad huiusmodi legatum mille florenorū seruāda est. Hec probantur in. l. j. C. de sacro san. eccle. auē. de nup. §. disponat. colla. iiij. ⁊ in. c. vltima voluntas. xiij. q. ij. iuncta. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de legat. iij.

¶ Sed in hoc stat difficultas vtrum dictus Jacobus legatarius possit petere ⁊ habere vtrunqꝫ: hoc est ⁊ legatum mille florenorum, ⁊ vsumfructum predicti viridarij. Dubium facit: pro eo quia legatum cōsistit in quātitate, hoc est in pecunia: ⁊ pena subiecta consistit in vsufructu, ⁊ facultate percipiendi fructus ⁊ prouentus predicti viridarij quādiu heres cessabit in solutione dictorū
2 mille floren. † Et quidē si ista pena consisteret in prestatione seu datione quātitatis cū dinumeratiōe tēporū, vtpote annorū aut mēsiū: nō esset dubium quin dicendū ⁊ respondendum esset quod legatarius nō posset petere vtrunqꝫ: pro eo quia pena videretur apposita in fraudem vsurarum, per id quod habetur in. l. iulia-

nus.§.idem papinianus. iunctis his que ibi scribunt docto. ff. de actio.empt.ꝛ vendi.in.l.si rogasti.§.si tibi.ff.si cert.peta.in.l. cum allegas.C.de vsur. Bar.in.l.cum stipulari.ff.de verb.obli.ꝛ Alex.de imo.in.l.stipulatio ista habere licere.§.alteri.col.vj.vel vij.ff.de verb.obli.que decisio non solum procedit in contractibus,sed etiam in vltimis voluntatibus,per id quod voluit Bar. in.l.si legatum.§.fin.ff.de an.lega.ꝛ in.l.ij.ad fi.ff.de his que pe. no.Petrus de ancha.consi.xcij.exordien.Uerba testamenti ita se habent.Quāuis Pau.de cast.in.l.j.C.de summa trini.ꝛ in.l. apud Julianum.§.fructus.in lectura Bononiensi.ff. de lega.j. dixerit se mirari de hac decisione,que fuit Bartol.in.d.l.ij.ff.de his que pene no.pro eo quia testator poterat precipere in testamēto quod darentur mille titio infra tantum tempus,ꝛ casu quo nō darentur mille titio infra tantū tempus,precipere quod aliud vltra illud eidem titio erogaretur etiam consistens in quantitate: quia secundum eum non est vsura,sed relictū nomine pene:quod valet,d.l.j.C.de his que pe.nomi.Cui respondet domi.Jason in d.l.j.colum.iij.Sed nos non sumus in illis terminis:quia legato quantitatis non est adiecta pena,vel aliud onus in quantitate:sꝫ in vsufructu,seu facultate leuandi ꝛ percipiendi fructus predicti viridarij.Propter quod decisio predicta non videtur prima facie habere locum in hoc casu:qđ etiā voluit Pau.de cast.in.d.l. Julianus.§.idem papinianus.ꝛ per illum tex.in fi.ꝛ Ange.in.d. l.j.C.de his que pe.no.vbi relata opinione Bartol.dicit se credere eam veram si pena adiecta est dationi quantitatis:ꝛ ipsa pena similiter constat in quantitate:alias secus.l.j.§.itē si ita.ff. ad legem fal.l.si pretium.ff.quando dies lega.ce.ꝛ.l.si penum.ff. de penu legā.Sed huic opinioni Pau.de cast.obstat id qđ not. glo.Barto.ꝛ docto.in.d.l.rogasti.§.si tibi.vbi volunt idem esse etiam si promittatur aliquod factum tendens ad augmentum quantitatis ꝛ pecunie:quod etiam voluit Alex.de imo.in.d.l.stipulatio ista habere licere.§.alteri.col.v.ver.secundo modo hoc signanter limitant Pau.ꝛc.Et respondet Alexan.ad.d.§.idem papinianus.prout ibi videri potest.Fateor quod Barto.in.d.l.cū stipulati.ad fi.Alexan.de imo.in.d.§.alteri.ꝛ alij in alijs locis videntur velle,quod ad hoc vt censeatur esse vsurarium id qđ pro pena vel alias adijcitur quantitati ꝛ capitali,opus sit quod fiat dinumeratio temporum:vtpote annorum,vel mensium:vt verbi gratia,lego tali mille,ꝛ volo ꝙ heres meus si non soluat infra tale tempus dicta mille soluat tot annis singulis vel singulis mensibus.vel lego mille,ꝛ volo quod donec heres soluerit det legatario mensibus vel annis singulis talem summam: quod non fuit factū in casu:sed fuit legatus ꝛ relictus vsusfructus eo casu quo dicta mille non soluerentur infra tres menses:ꝛ ita nulla fuit facta temporum dinumeratio,que vt dixi videtur attendenda.Et in hoc casu videtur loqui Bart.in.d.l.ij.ff.de his que pe.no.qui pro sua decisione allegat.d.l.si legatum.§.fina.ff.de adim.lega. que loquitur in pena seu vsura adiecta quantitati principaliter legate,ꝛ hoc per dinumerationem temporum.Dictum enim doctoris est intelligendum secundum legem quā allegat,vt voluit idem Bar.in.l.non solum.la.ij.§.si liberationis.ff.de libe.lega.

7 verbis dicti statuti.col.iij.vel circa.in primo volu.† Que tamen benemerita,vt audio,non possent probari:& si aliqua probarẽtur:non tamen censerentur fuisse digna tanta remuneratione:q̃ tamen videtur oportuisse:qr non debet pro modico seruitio aut benemerito donari magnum,vt voluit glo.ad hoc multum singularis in.c.si quos.xij.q.ij.Rursus etiã forte opponetur dicte impugnationi,q̃ licet donatio simplex & inter viuos facta inter cõiuges regulariter non valeat,per iura predicta:hoc tamen fallit quando in ea interuenit iuramentum:qr tũc videtur firmari iuramento,per id qd voluit Bar.in.l.si quis pro eo.in fi.princ.ff.de fideiusso.Nico.de neapo.Barto.Alex.de imo.in.l.seius & augerius.ff.ad leg.fal.Sed huic dicto videtur posse responderi,qd illud non obstat,per id qd habetur in.d.l.i.ff.de dona.inter vir.& vxo.vbi dicitur,Moribus receptum est ne inter virum & vxorem valerent donationes:sed iuramentum prestitum contra bonos mores non obligat.c.non est obligatorium.de regu.iur.in.vi.Et hoc tenet Bar.in.d.l.j.& idem voluit ibi Bald.dicens qd si moribus introducta est eius prohibitio:ergo non firmatur iuramento.d.c.non est obligatorium.Et idem firmauit ibi Salx.dicens Barto.tenuisse contrarium in.d.l.si quis pro eo.scilicet talem donationem firmari iuramento:sed ipse dicit se putare q̃ non firmetur,qr est contra bonos mores,vt ibi:ergo non firmatur.d.c.non est obligatoriũ.Addo qr eodem amore corrupto inducitur donator ad iurandum quo inducitur ad donandum:& sic amoris fer-

8 uore & rabie:† quo fit vt videatur iuramentum indiscretum,& sic non seruandum,aut.q̃ eis.C.de nup.saltem obtenta ab episcopo ad cautelam renuntiatione iuramenti.Et hanc partem sequitur pro eo multa inducens Fran.de cur.cõsi.lxvj.exordiente,Sapienter optimus predixit psalmista &c.ver.Et si dicat quispiam q̃ cõfirmatur iuramento.Sed qr opinio Bart.contrarium tenentis in duobus locis superius allegatis multum inualuit:& quã magis cõmuniter sequuntur doctores tam in scribendo in.d.c.cum contingat.de iureiuran.& in.c.fi.de dona.inter vir.& vxo.& in allegata.l.si quis pro eo.& l.seius & Augerius.& in alijs diuersis locis in quibus etiam non esset tutum discedere ab opinione Bartol.in consulendo.illa sequenda est.

9 ¶ Quinto videnẽ donatiões hmõi posse impugnari ex eo,† qr ille facte extiterunt de bonis,vt audio in multo excedentibus valorẽ quingentorũ solidorũ seu aureorũ:& ppterea pro illo pluri nõ valuisse:cũ ille nõ appareant fuisse intimate.l.pe.C.de dona.Nec huic dicto obstare videẽ,si forte opponatur fuisse renuntiatũ insinuationi.Qm̃ videtur q̃ illi non possit renuntiari etiam cũ iuramẽto,per id qd no.Bal.in.d.l.illud.ver.quinto quero.C.de sacrosan.eccle.Bald.in.l.data.C.de dona.multos refert Alexã.de imo.hãc partẽ tenẽtes in.l.nemo.ff.de lega.j.& consi.iij.in primo volu.Istã partem sequiẽ & pro ea multa scribit Frã.de curt.in.d.consi.lxvj.col.penul.& in additione illius,quã ponit in fi.Sed qr Io.and.in addi.Specu.titu.de instru.edi.§.porro.ad fi.tenet cõtrariũ,scz q̃ imo firmentur iuramẽto:pro qua opinione etiam cõsuluit Frider.de señ.consi.cclxxxj.exordiente,Casus talis est statuto cauetur &c.Ang.in.l.sancimus.§.fin.C.de dona.Panor.in c.cum contingat.de iureiuran.idem voluit ibi Ioan.de imol.in sua solenni repe.in.x.membro:vbi relatis tam motiuis Ioã.and.tenẽtis ut supra,q̃ motiuis Bal.& sequaciũ tenentiũ opinionẽ contrariã,sequitur opinionẽ Io.an.& respondet motiuis Bald.Sali.& aliorum tenentium opinionem contrariam,& idem consuluit Alex.de imo.in multis consilijs:quãuis igitur prima opinio seu impugnatio predicta habeat multos & magnos defensores etiam vltra eos quos.s.retuli:qr tamen Io.an.fuit & est magne authoritatis:& qr etiam habet multos & quidem famosissimos defensores,esset fortasse difficile alio nõ subsistente obtinere contra eius opinionem.¶ Sexto videtur posse opponi parte dicte

10 Catherine,† q̃ cum post donationem & donationes de quibus supra concepit & peperit liberos,donationes huiusmodi fuerunt reuocate:postq̃ non apparet q̃ tempore donationis huiusmodi fuerit de liberis cogitatum.l.si vnq̃.& q̃ ibi doct.C.de reuocan.dona.Bart.& doct.in.l.titia.§.imperator.ff.de lega.ij.Bal.in.l.j.C.de inoffi.dona.& canoniste in.c.fin.de dona.Procedit enim dicta.l.si vnq̃.non solum eo casu quo quis donauit omnia bona sua,& postea eidem sunt nati liberi naturales & legitimi:sed etiam eo casu quo non omnia donauit,sed maiorez partem,per id quod habetur in.d.l.si vnq̃.ibi,vel partem aliarum facultatum fuerit donatione largitus.Ad quod facit id qd habetur in.l.omnes.§.lucius.ff.de his que in frau.credi.quod procedit etiam nõ solum si fuerit donata dimidia pars bonorum,sed etiam si minor pars

11 q̃ dimidia:† pro eo quia in.d.l.si vnq̃.non simpliciter dicitur de parte:sed dicitur quando pars aliqua donata esset:& sic videtur comprehendi etiam minor pars q̃ dimidia,per id qd not.glos.in clemen.vnica,de foro competẽ.Procedit etiaz qñ non donatur pars bonorum sub nomine partis seu quote:sed certa res,scdm Bart.qui hoc voluit in.d.l.titia.§.imperator.qr eadem ratio videtur fm eum vtrobiqz sibi locum vendicare:que est,q̃ si donator sperasset se liberos habiturum,non donasset saltem extraneo:ergo idem ius videtur vtrobiqz statuendum.l.illud.cum suis similib.ff.ad leg.aquil.Et hoc videtur satis rationabile,si res erat non parui valoris,fm Ioan.de imol.in d.c.fin.col.v.versic.circa predicta &c.de dona.Et ita sepe consuluit Alex.de imo.cuius tamen consilia non refero:pro eo quia non habeo hic.Unde cum vt audio prefata catherina non solum donauerit rem non parui valoris,sed maximam partem & longe vltra dimidiam partem bonorum suorum:non est dubium quin propter natiuitatem liberorum postea subsecutam fuerint donationes predicte reuocate,postq̃ non appareat eandem catherinã de liberis cogitasse.Quin imo senserunt multi q̃ donator non posset renuntiare dicte legi.Hoc enim consuluit Oldrad.consi.clxxiij.exordiente,Quidam habens vnicum filium &c.Io.an.in addi.Specu.titu.de instru.edi.§.porro.in addi.que incipit,hoc autem certum est,Sali.in.d.l.si vnq̃.Ioan.pet.ferra.in sua practica,tit.forma libelli quando agitur ex donatione.& Roma.consilio.cclxxix.exordiente,Non est dubium q̃ donatio:vbi etiam subdit sequendam esse opinionem Ioan.and.abiectis falsitatibus aliorum.Super quo tamẽ non insisto.Puto tamen q̃ in facto de quo queritur dicte donationes fuerunt reuocate propter natiuitatem dictorum liberorũ.Addo q̃ vbi non essent reuocate,prout fuerunt:posset nihilominus dicta catherina obtinere rescissionem dictarum donationũ ex capite enormissime lesionis:qr cum esset minor.xxv.an.& propterea presumeretur ignorare valorem bonorum per eam donatorum.l.quisquis.C.de rescinden.vendi.& vt audio ipsa reuera illum ignoraret,ipsa cẽsetur fuisse circũuenta & decepta:& vt decepta plus donasse,q̃ se donare existimaret,per id qd not.Ioan.de imol.in.c.quamuis pactum.de pactis.in.vj.& post eum Franciss.de aret.in.l.qui superstitis.colum.v.versicu.Adde etiam ad predictam limitationem q̃ Bald.&c.ff.de acquiren.heredi.vbi allegat consilium Bartol.in quo satis declaratur:sed qr proxime dictum sufficit ad victoriam obtinendam:ego super hoc nõ insisto,consulens dicte Catherine q̃ ipsa incumbat possessioni bonorum suorum,& fructus illorum percipiat,& patiatur se in causam trahi:vt sit prius rea,q̃ actrix.Si autem super bonis predictis contigerit eandem molestari:ipsa respondebit molestantibus,& se tuebitur reuocatione de qua supra,cuz qua etiam poterũt alia cumulari.Et hec scripta sint quoad donationem seu donationes supra mentionatas,& factas dicto eius marito,de quibus queritur:qr est & alia donatio facta primo libero masculo ex matrimonio nascituro:super qua nihil scribo:qr de ea nihil queritur:& qr vellem videre instrumentum matrimonij.Que omnia dixerim &c.

1 ☞ Dispositio conditionalis non sortitur effectum ante conditionis euentum.

2 Casus voluntatis includit in se casum impotentie.

3 Dictio &,posita in substitutione potest resolui in disiunctiuam,vel econtra.

4 Filius de restituendo grauatus an possit grauari in trebellianica.

Epitome.

¶ Epitome.

¶ Cum extent liberi, substitutus sub hac conditione si sine libe
ris penitus exclusus est. V. F.

¶ De insti. ⁊ substi. Consi. ccv.

Ex consultatiōis thema
te mihi exhibito parte nobilis ⁊ honorabilis vi
ri Anto. lamberti, domini de Miōs, filij quondā
naturalis ⁊ legitimi nobilis Gabrielis lamber
ti eliciuntur duo vel tria dubia. Primum, an at
tentis testamētaria dispōne, nobilis quondam viri Stephani
lamberti testatoris: ⁊ his que postea euenerunt, de quibus in ca
su exordiente. Pridem videlicet anno domini. M. cccclxxx. ⁊c.
censeri debeat idem nobilis Antonius fuisse inuitatus. Secun
dum dubium est, an supposito ꝙ ipse nobilis Antonius inuita
tus aut substitutus extiterit, queritur quantum eisdem restitui
debeat de bonis dicti quondam nobilis Stephani testatoris.
Et veniendo ad primum ⁊ ad substitutionem eundem Antoniū
concernentem dico, qȯ dubium facit tenor dicte testamentarie
dispositionis: qꝛ post factas heredis vlis institutiones de nobi
li ludouico lāberti dicti stephani filio naturali ⁊ legitimo, ⁊ sub
stitutiones de liberis masculis eiusdem ludouici, idem testator
subiunxit clausulam huiusmodi: Item ⁊ si dictus ludouicus ⁊
Cladius ⁊ alij quicunq; liberi masculi dicti ludouici ⁊ liberi libe
rorum decederent quādocunq; sine liberis vno vel plurib⁹ ma
sculo vel masculis ex legitimo matrimonio procreato vel pcrea
tis eo casu sine detractione predicta ipsi ludouice dictoq; clau
dio nepoti ⁊ alijs liberorum liberis masculis substituit in dictis
suis bonis ⁊ hereditate nobilem Joannem regis filium nobili
um amedei regis ⁊ anne eiusdem testatoris filie ⁊ eius liberos
masculos ex legitimo matrimonio procreandos ⁊ liberos libero
rum. Videtur enim si tenor huiuscemodi substitutionis oppor
tune attendatur ꝙ illa nūq̄ potuerit purificari: nec casus illius
euenire: pro eo qꝛ non fuit possibile ꝙ dictus ludouicus ⁊ quicū
q; eius liberi masculi ⁊ liberorum, liberi decesserint sine liberis
masculis: qꝛ eidem ludouico superfuerunt liberi masculi, prout ⁊
superfuisse supponitur in themate cōsultationis huiusmodi scili
cet claudius ⁊ guiotus ⁊ successiue eidē claudio Antonius, ipse
ludouicus non decessit sine liberis masculis. Et ita non vide
tur euenisse casus, sub quo dictus Joannes regis ⁊ eius liberi
1 masculi substituti extiterant: † qꝛ conditionalis dispō per euen
tum conditionis sumit effectum. l. cedere diem. ff. de verbo. sig. l.
pecuniam. ff. si cer. peta. ⁊ l. qui heredi. §. fi. cum suis simi. ff. de
condi. ⁊ demon. Quod etiam, si menti commendo, voluit Bar.
in quadā sua disputatione exordiente, Lucane ciuitatis ⁊c. Vi
detur igitur ꝙ dictus nobilis Joannes regis, etiam si vixisset tē
pore dicti quondam nobilis Antonij nouissime defuncti, nō po
tuisset succedere prefato stephano testōri in vim substitutionis ꝑ
eum facte: ⁊ hoc propter defectū conditionis. Ergo nec illi pōt
succedere prefatus Antonius lamberti, cuius pater ⁊ ipse censen
tur fuisse substitui post dictum Joannez regis eius liberos ma
sculos, ar. l. publius meuius. ⁊ qȯ ibi doc. ff. de condi. ⁊ demon. ⁊
quod ponit Bar. in. l. gallus. §. etiam si parente. ff. de libe. ⁊ post
hu. Preterea etiam dubium facit: quia si inspiciat tenor facte
substitutionis de dicto nobili gabriele ⁊ eius liberis masculis, il
la solum videtur esse facta eo casu quo prefati Joannes regis ⁊
eius liberi masculi nollent portare cognomen ⁊ arma dicti quō
dam nobilis stephani testatoris. Quo fit vt cum idem Joannes
regis ab humanis ⁊ sine liberis masculis decesserit, viuente pre
dicto ludouico aut eius liberis ⁊ super assumptiōe vel nō assum
tione cognominis ⁊ armorum huiusmodi nihil expresserit, non
2 censeatur substitutio predicta fuisse purificata. † Quod si ita est
nec dictus quondā nobilis gabriel si viueret, nec prefatus nobi
lis Antonius ⁊ frater videntur posse admitti ad substitutionē:
Nisi forte quis dicat ꝙ casus noluntatis comprehendat casum
impotentie. Sed istud fortasse posset procedere, si in stōne non de
scendisset idem testator ad casuz indiuiduū, sc; si dicti Joannes ⁊
liberi masculi nollēt portare cognomē ⁊ arma, s; remāsisset i gene
re, ⁊ dixisset, si nollēt succedere. Quod dico propter hoc ponit An
ge. si menti commendo, in. l. fi. in prin. ff. de vulg. ⁊ pup. ⁊ alij post
eum in multis locis.

¶ Sed his non obstantibus salua tamen pleniore deliberatiōe
⁊ liberorum reuolutione cum dabitur opportunitas, dico ⁊ respō
deo dictos nobiles Antonium ⁊ fratrem censendos esse substitu
tos ⁊ inuitatos per vniuersale fideicommissum ad successionem
dicti quondam nobilis stephani testatoris per iura ⁊ rationes
plene allegatas per egregios viros dominos primo scribentes;
qꝛ referre nec oportet nec expedit. ¶ Ad id ꝓo quod opponit̄ vr̄
3 posse rn̄deri † ꝙ dictio ⁊, posita i substōe facta ð dictis nobili Jo
anne, ⁊ eius liberis masculis, debet resolui in dictionē disiūctiuā
vel, prout ⁊ econtra vt menti testatoris deseruiamus, dictio di
siuncta resoluitur in coniunctam, per ea que habentur in. l. gn̄a
liter. in prin. C. de institu. ⁊ substitu. sub condi. fac. ⁊. l. lucius. la
ij. ff. de here. insti. ⁊ qȯ no. doc. i. d. l. gallus. §. quedā recte. ð libe. ⁊
posthu. Exigit̄ ꝑinde ac si dict⁹ quōdā nobilis Stephan⁹ in di
cta per euz facta substitutione dixisset: Et dictus ludouicus vel
claudius aut alij ⁊c. Quo casu non exigeretur ꝙ dictus ludoui
cus ⁊ eius liberi masculi decederent sine liberis masculis: ꝙ nec
fieri poterat: sed sufficeret ꝙ idem ludouicus decederet sine li
beris masculis, prout contingit per mortē dictorum quondam
nobilium quondam guioti ⁊ antonij nepotis ⁊ ꝓnepotis eiusdē
quondam nobilis stephani testatoris. Et ita nō obstat dicta pri
ma oppositio.

¶ Ad secundam dico ⁊ respondeo, ꝙ si attendatur ad tenorem
⁊ verba substitutionis facte de dictis nobilibus Gabriele Lam
berti ⁊ eius liberis masculis: illi non solum extiterunt substituti
eo casu quo Joannes regis ⁊ eius liberi masculi portare nollent
cognomē ⁊ arma ꝑdicti testōris, s; etiā vno casu quo idē Joan
nes regis decederet sine liberis masculis vno vel plurib⁹ ex legi
timo matrimonio procreatis. Quo fit vt q̄uis fortasse pretendi
posset non esse verum, ꝙ dictus Joannes regis vel eius liberi
masculi noluerit portare cognomen ⁊ arma ipsius testatoris: est
tamen verum qȯ idem nobilis Joannes decessit liberis mascu
lis, ⁊ hoc viuente ⁊ superstite dicto quondā nobili Antonio lam
berti pronepote prefati quondam Stephani testatoris: ob qȯ
vniuersale fideicommissum remansit penes eundem Antonium
cum onere illud restituendi si sine liberis masculis ab humanis
decederet dicto nobili Gabrieli lamberti ⁊ suis liberis masculis.
Pro quo fuit opportune allegata. l. vnica. §. ꝑ scdo. C. de cadu.
tol. ⁊ quod not. Bart. in. l. quandiu. la. vlti. ff. de acquiren. here.
Et quamuis substitutio proxime dicta fuerit facta caduca, qua
tenus concernabat dictum nobilem Gabrielem, qui vt in facto
supponitur ab humanis decessit superstite dicto nobili An
tonio, ita vt nec ius substitutionis de eo facte ad dictum nobilez
Antonium eius filium transmiserit. d. l. vnica. §. sin autē sub con
ditione. ⁊ quod ibi Bal. C. de cadu. tol. ⁊ quod not. gl. ⁊ doc. in. l.
vnica. C. de his qui ante aper. tab. ⁊ plenius Oldra. consi. cxxx.
vel seq. exordiente, si memoria non me fallat, Quidam habēs ⁊c.
vbi ponit multas remissiones, non tamen expirauit, aut facta est
caduca substitutio huiusmodi quoad dictos nobiles Antoni
um ⁊ fratrem dicti nobilis Gabrielis quondam filios masculos
naturales ⁊ legitimos: quia non solum ipse Gabrieli, s; etiā eius
liberi masculi fuerunt inuitati: ⁊ qui propterea erant vel post ip
sum Gabrielez eorum quondam patrem ordine charitatis suc
cessuri, secundum Bar. in. d. l. gallus. §. quidam recte. vel cum eo
tanq̄ coniuncti per copulam cōiunctiuam: ⁊ hoc secundum opi
nionem doctorum magis communem in d. §. quidam recte. que
probatur in. c. raynutius: ibi adijciens vt Alteroca ⁊ soboles, ⁊
quod ibi docto. de testa. ⁊ quod no. Alex. de imo. in. l. heredes
mei. §. cum ita. col. iij. ver. circa. ff. ad trebel. Et cum dictus
Gabriel non superfuerit, pars ⁊ portio que fuerat sibi restituen
da si superuixisset accreuit prefatis Antonio ⁊ fratri. d. l. vni
ca. §. hic ita. C. de cadu. tol. ⁊ quod not. Bar. in. l. re coniuncti.
ff. de lega. iij.

4 ¶ † Ad secundum dico ⁊ respondeo ꝙ si dicamus prefatum
nobilem Ludouicum filium primi gradus testatoris fuisse gra
uatum de restituendo ⁊c. sunt opiniones an ille potuerit grauari
in trebellianica. Certum est ꝙ trebellianica seu detractio illius
potest prohiberi prout magis communiter concludunt ⁊ tenent
doc. in authen. sed cum testator. C. ad leg. fal. ⁊ in. l. marcellus.
in princip. C. ad trebel. q̄uis aliqui tenuerunt contrarium. ⁊ qui
dem glo. in. l. si vt allegas. C. ad leg. falci. est tamen verum ꝙ di
ctam communem opinionem videntur limitasse Bald. ⁊ Sali.
vt non procedat in liberis primi gradus prout ipsi not. in. l. iube
mus. C. ad trebel. Et hanc limitationem sequitur ⁊ obseruat
de stylo insignis curia parlamenti Delphinalis, prout refert do.
Guido pape decisi. lj. exordiente, si secundum stylum dicte curie:
⁊c. Et ita fuit difficile huic stylo contra ire: maxime innitenti
opinioni glo. ⁊ multorū doctorū virorū: q̄uis sciā ꝙ multi ⁊ qui
dem magne autoritatis ⁊ doctrine tenent cōtra Barto. ⁊ Salj.
scilicet Alex. de imo. multos referens cōsi. xxix. in. v. volu. ⁊ An
to. cor. etiā multos referens in suo tracta. de regia potestate, cō.
lxxiij. pro qua opinione etiā consuluit Philip. de cor. Sed super
isto articulo nō insisto., attento stylo de quo supra. Verū aduer
tendum est ꝙ dictus testator non solū vocauit dictū quondā no
bilem Ludouicum filiū primi gradus, s; etiam liberos suos ma
sculos: qꝛ in dicta substitutione dictum est, sibi ⁊ dictis suis libe

ris: ⁊ quod facere potuit, postq̄ fuerunt per eum honorati.l.ab
eo.⁊ quod ibi scribentes.C.de fideicom.⁊ quod not. Bart. in.l.
centurio.versi.quero vlterius.⁊ ꝙ ibi alij scribentes.ff.de vulga.
⁊ pupil.⁊ in alijs varijs locis. Et non solum potuit eos grauare
de restituēdo ⁊c.sed etiam prohibere detractionem trebelliani-
ce:etiam secundum mentem Bal.⁊ Sali. qui non limitant com-
munem oppinionem,nisi quoad liberos primi gradus. Et secun-
dum hoc videtur ꝙ dicti nobiles Antonius ⁊ frater substituti
possint petere bessem,seu duas tertias partes bonorum ⁊ heredi-
tatis dicti quondam nobilis Stephani, retenta tertia parte: in
quā imputabuntur alienata,si que fuerint, per ea que ponit Bar.
in.l.in quartam.ff.ad leg. fal. Que omnia dixerim sub correctio-
ne cuiuslibet domini melius sentiētis,⁊ salua reuolutione libro-
rum quibus modo careo.

1 ☞ Fratres predicatores an sint mendicantes.
2 Fratres predicatores in quo differant a fratribus minoribus.
3 Constitutiones a sede apostolica confirmate de facili possunt im-
mutari:secus de regula confirmata.
4 Fratres minores sunt omnino successionis incapaces, nec in eos
transferuntur bona eorum regulam profitentium:secus in predi-
catoribus.
5 Religiosus nihil potest singulariter possidere:sed potest esse cau
sa possessionis per suum conuentum acquirende.
6 Monachi seruis equiparantur in quibusdam.
7 Possessionem detinens dicitur possidere, nisi cōtrarium probet.
8 Accusationes,inquisitiones,⁊ libelli in actione ciuili debēt con
tinere tempus,annum,⁊ mensem ⁊c.
9 Minor,qui non habet.xiiij. annos, disponere non potest: minor
autem.xxv.ann.potest disponere.
10 Generalis probatio an releuet probantem.
11 Amasia an possit efficaciter ⁊ irreuocabiliter donare suo amasio
aut eum instituere.
12 Argumentum negatiuum de contractu ad vltimam volunta-
tem, vel econtra,non valet.
13 Mulier bacchata amore alicuius an possit ebria vel furiosa ha-
beri.
14 Argumentum a communiter accidentibus procedit.
15 Furiosus quilibet an sit intestabilis.
16 Monachus in hoc differt a seruo:ꝙ seruus potest vendi,mona-
chus autem non:item in multis alijs differunt.

¶ Epitome.

¶ Sexagenaria mulier religiosum virum ex ordine Jacobitarū heredem instituit: testamentum arguebatur inualidum, ꝙ ipsa salacis huius viri amore debacchata (vt solent effera ligna facilius flammam concipere) tale testamentum condidisset. Responsum est testamentum valere:cui cōdendo turpis gratia non probaretur causam dedisse. A. F.

¶ De episcopa.audien. Consi.ccvj.

PRO declaratione bo-
ni iuris ⁊ iuste cause,quod ⁊ quā habet venerabi
lis vir frater Rostagnus baptiste ordinis predi
catorum: seu verius venerabilis conuentus fra-
trum predicatorū Carpeñ.in cā mota ⁊ penden-
te indecisa per ⁊ inter dictum fratrem rostagni, seu prefatum ve-
nerabilem conuentum ex vna parte, ⁊ quandam Margaretam
1 bunete ex alia, † premitto ꝙ q̄uis aliqui doctores scripserint, ꝙ
fratres predicatores sunt mendicantes ex ordine, seu regula, seu
prima institutione: multi tamen tenuerunt contrarium, sc3 ꝙ nō
ex ordine seu regula,sed ex constitutionibus sint mēdicantes. Et
quidem hoc tenuit Jo.an.in.c.sane.de regula. Frider.de se.cōsi.
xij.exordiente, Fratres predicatores ⁊c. ⁊ consi.cclxv. exordiente,
Quando remittetis hoc sero librum declaretis istum passum ⁊c.
vbi etiam Anto.de butr.in.c.in presentia.col.vij.versi. Idem fre
dericus ⁊c.ibi, In predicatoribus.de proba.⁊ idem tenent ibi do
ctores cōmuniter,⁊ Bal.in.l. cum acutissimi.C. de fideicom.⁊ in
multis alijs locis ibi relatis per Alex.de imol.in addi. Anto.de
butr.in.c.minus praua.de excel.prela. Petrus de anch.consi.lv.
exordiente, Joan.andr.in cle.dudum ⁊c.versic.sed aduertendum
2 ⁊c. † vbi dicit ꝙ fratres predicatores licet in multis casibus equi
parentur fratribus minoribus.cle.dudum. de sepul.tñ in hoc dif
ferunt: qr predicatores sunt incapaces immobilium ex suis con-
stitutionibus, non ex regula originali:⁊ sunt canonici regulares
beati Augustini:⁊ sic possunt habere proprium in communi.d.c.
3 sane.in nouel. † Sed consuetudines ⁊ cōstitutiones etiam a sede
apostolica ꝯfirmate pñt de facili imutari,quasi veniāt ex accidēti
s3 nō sic in regula,q̄ inest naturaliter ab origine: vñ nō pōt muta-
ri: sicut nec ea que ab origine insunt naturaliter.§. sed naturalia.
Insti.de iure natura.gen.⁊ ciui.⁊ subiungit idem docto.quod si
consuetudo predicta habet ꝙ predicatores teneant ⁊ possideant
bona eis obuenientia per talem consuetudinem detrahitur eo-
rum constitutionibus etiam apostolica confirmatione vallatis:
quia sicut constitutiones consensu expresso firmantur:ita per ꝯ-
suetudinem infirmantur.l.de quibus.ff. de legiti.⁊ concludit ꝙ
respectu acquisitionis ⁊ retētionis bonorum vel vēditionis quo
ad eos standum est consuetudini qui derogat eorum constōnibꝰ
et maxime qr per talem consuetudinē in hoc redeunt ad naturā
suam:quod fit de facili.l.si vnus.§.pactus ne peteret.ff. de pact.
Idem etiam scilicet ꝙ dicti fratres non sunt mendicantes ex re
gula sed ex constitutionibus tenuit Jo.de imo.l.j.col.ix.ver,aut
iste est ingressus ordinem predicatorum ⁊c.ff.de testa. Alexā.de
imo.consi.lxxviij.exordiente, Eximie domine vicarie ⁊c.in secū-
do volu. Et hec opinio videtur mihi esse communior: quod ideo
premisi: quia multum refert an ex regula vel ex constitutionibꝰ
sint incapaces prout colligitur ex eo quod dicit Petr.de anc. in
d.consi.lv.⁊ qđ no. Paul.de leaz.in clemen. vt professores super
verbo ordinis,de regula.vbi dicit quod omnis constitutio de sui
natura est retractabilis ⁊ mutabilis secundum temporis ⁊ condi
tionum mutationem,quibus debet conformari.c.non debet.de
consangui.⁊ affi.cle.j.§.hec sancta.de sum.trinit.⁊ fid.catho.c.si
peccauerit.xxij.q.iiij.⁊.c.erit autem.iiij.dist.⁊.c.necesse.cum su
is simili.dist.xxix. Non sic autem dicendum est de regula:quia il-
la secundum omnes non sic immutatur. Si igitur supponimus,
prout communius scribunt doct. ꝙ fratres predicatores nō sint
mendicantes ex regula:ipsi per generalem consuetudinem, quas
etia3 videmus vbiq3 notorie obseruari,potuerunt discedere a di
ctis constitutionibus: ⁊ quoad acquisitiones etiam bonorū im-
mobilium ⁊ eorum retentiones, quinimo ⁊ quoad vniuersales
successiones redire ad naturam, ⁊ sic ad regulam: vt quo ad hoc
possint id quod possunt: alꝭ canonici regulares beati Augusti-
ni:quia origini ⁊ nature fauendum est.dicta.l.vnus.§.pactus ne
peteret ⁊.c.ab exordio distinctio.xxxv. Preterea existimo quod
ipsi fratres non solum iuuentur generali consuetudine: sed etiam
priuilegijs apostolicis:quia vt dicit.d.Car.floren.consi.cij.exor-
diente, Ut super facto testamenti quondam peregrini ⁊c. in quo
fratres predicatores erant heredes instituti,ipsi fratres sunt ca-
paces hereditarie successionis saltē quoad hoc vt vendant ⁊ cō-
uertant in suos vsus,⁊ allegat glos.in.c.j. in verbo domum.de re
lig.do.in.vi.⁊ Bar.in.l.apud iulianum.§.fina.ff.de leg.j. Dicit
etiam qđ cle. exiui.§.cupientes. que loquitur de minoribus,non
procedit in mendicantibus. Et subdit idem doc. fuisse assertū de
quodam priuilegio Nicolai pape:per qđ predicatores sunt effecti
capaces. Dicit etiam idem domi.Card.in.d.cle.exiui.§.proinde.
4 col.penul.⁊ vlti. † ꝙ minores sunt omnino incapaces cuiuscunq3
hereditatis:⁊ ꝙ ad eos non transferuntur bona ingredientiū:nec
etiam iure legati capere possunt tantam quantitatem, ꝙ videa-
tur fieri fraus.d.cle.exiui.§.porro.⁊.§.cum aute3, vt ibi per eum.
Et subdit idem doc.qđ in fratribus predicatoribus ista non pro-
cedunt: qr scđm eum dicuntur habere priuilegium apostolicum,
ꝙ sint capaces successionum:qđ ego etiam puto verum:⁊ ꝙ illud
confirmatum extiterit per recolende memorie domi.nostrū Six-
tum pap.iiij.prout hec me vidisse existimo, si memoria nō me fal
lat,in suo mari magno:qđ propterea poterit videri:ne forsasse pre
grauetur idem venerabilis conuentus, si forte pretenderetur eos
incapaces,⁊ sic incapaces,aut heredes institui nō possent:saltem
quoad hoc vt capiant,⁊ deinde vendant: vel vt capiant, ⁊ retine-
ant. Et hoc maxime fieri debet,cum de istorum dominorum fra-
trum incapacitatem non opponat ex aduerso: prout nec cum effe
ctu attenta materia cause ⁊ alijs opponi posset. ¶ Premitto in-
5 super quod † licet fratres singulares proprium habere non pos-
sint,vt dici solet de monachis ⁊ alijs religiosis, in aut.ingressi.C.
de sacrosanctis ecclesijs.⁊ in.cap.non dicatis.xij.q.j.vbi ponitur
textus beati Augustini scriptus in sermone de cōmuni vita cle-
ricorum.⁊ propterea non videatur dictus frater Rostagnus po-
tuisse heres vniuersalis institui per honestam quondam mulie-
rem Benastragiam relictam Andree de Venterlo, quoad hoc
vt sibi querere posset hereditatem vel bona eiusdem Benastra-
gie:pro eo quia ipse est illorum incapax: potuit tamen ipse heres
vniuersalis institui vt per medium ipsius quererentur hereditas
⁊ bona huiusmodi dicto venerabili cōuentui:vt videmus in mo-
nachis,⁊ in alijs regularibus, ⁊ in seruis. Quamuis enim tales
nullum propriū habere possint:per eos tñ acquirunt hereditates
⁊ bona monasterijs ⁊ ꝯuentibꝰ,insup ⁊ dñis,singula singulis op-
portune referēdo. Potuit igit̃ p̄dicta hereditas acquiri iamdi-
cto

cto venerabili cōuentui per mediū institutionis facte de dicto fratre rostagno, q̄uis verum sit q̄ sine iussu vel volūtate dicti cō uentes illam adire nō potuerit: sed hoc fieri oportuit vel per eū iubentem, vel volente dicto conuentu, vel per ipsum cōuentum etiam sine consensu illius s̄m varietatem opinionū, quas docto. recitāt in. d. c. in presentia. de pba. Jo. de imo. in. l. si pater fami/ lias, col. vj. vel circa. ff. de here. insti. ⁊ quam idē conuentus adhuc ⁊ adōsse pbatur p ratificatione gestorū p dictū fratrē rostagnū ⁊ procuratoris cōstitutionē ad prosequendū ⁊c. quā seu illius in/ strumentum puto fuisse productū in actis, per id quod habetur in. l. paulus respondit. ff. de acqui. here. Potuit aūt idem frater rostanus acquirere possessionem domus de qua in actis predi/ cto cōuentui etiā ignoranti, per id qd̄ de seruo dicitur in. l. qd̄ ser/ uus. ff. de acquir. pos. ⁊ in. §. item nobilis. Insti. per quas perso. nob. acqui. In quibus locis probatur q̄ per seruū queratur dn̄o etiā ignoranti iuxta possessio. Quod etiam voluit glo. in. l. j. §. item acquirimus. super verbo peculiariter. vbi etiam Alexan.

6 ⁊ de imo. ⁊ doc. ff. de acqui. poss. † Et q̄ monachi ⁊ alij religiosi videantur quoad hoc equiparari seruis id quod no. Inno. in. c. cum olim. el. ij. de priuileg. vbi videtur dicere qd̄ iura loquentia in seruis trahēda sunt ad monachos. Et idē voluit Bar. in. l. j. ff. de stip. seruo. Ad qd̄ facit qd̄ no. gl. in. l. cū heredes. ff. de acq. pos. Et idem esset, si eum diceremus comparari filiofamilias. d. §. item acquirimus. Insti. per quas perso. no. acqui. Quod ideo commemoro ne quoad materiā possessori restituendo possessionis fortasse opponat̄, q̄ ratificatio de qua supra facta extiterit post spolium, ⁊ qd̄ propterea fieri non potuerit quoad hoc vt idem conuentus agere potuerit pro spolio, iuxta ea que no. doct. in. c. cum venissent. de institu. ⁊ Alex. de imo. in. l. quod meo. in prin. de restitu spo. vbi etiam allegat decisionem Rote. Quoniā rn̄/ deo ⁊ dico q̄ Alex. ⁊ alij loquunt̄ in eo casu, in quo aū factā rati/ ficationem ⁊ acquisitam possessionem fuit expulsus ille: vt pote amicus, qui nomine illius qui postea ratificauit rem, fuit ingres sus. Sed in casu isto fuit ab initio possessio acquisita ipsi cōuē/ tui: qui propterea ppter eiectionē seu expulsionem aut nō admis sionem eiusdem fratris rostani, per quem tenebat dictū domum fuit expulsus, aut non admissus: ⁊ sic spoliatus. l. peregre. §. qui bus explicitis. ⁊ quod ibi scribentes. ff. de acquiren. pos. ⁊ quod habet̄ in not. doc. in. l. si. C. eo. tit. iuncto eo qd̄ no. gl. in. l. si quis in tantā. super verbo earundē rerū. ver. si possidentē. C. vn̄ vi. Ex quibus infero q̄ cum non solum cōstet de institutiōe dicti fr̄is rostagni, ⁊ possessione dicte domus, ſ; etiā de spolio, propter il/ lius expulsionem vel non admissionem: de quibus apparet non solum per testes hincinde examinatos super articulis: sed etiā per examinatos super prima expositione in qua fuit imploratū beneficium statuti presentis comitatus, vt mihi videtur qua/ dragesimi sexti debuerit ⁊ debeat dictus venerabilis cōuentus reintegrari in possessionē dicte domus, ⁊ dicta Margareta con/ demnari in expensis, ⁊ alijs de iure debitis. Quibus non obstat proposita ⁊ deducta parte eiusdem margarete in quibusdā eius pretensis articulis exordientibus, Ut vobis egregio viro ⁊c. Et primo quidem non quatenus inibi proposita concernūt ma/ teriā petitorij: pro eo q; illi fuerunt admissi inuito ⁊ prius recla/ mante procuratore dicti venerabilis conuentus: ⁊ pro quo iam fuerāt testes examinati sup dicta expositione ⁊ imploratiōe dicti statuti: ⁊ q fuerūt admissi nō q̄dē simpliciter ⁊ absolute, ſ; cū gra no salis: illa sc; clausula, Saluo iure impertinentiū ⁊ nō admittē dorū ⁊c. Quo fit vt cū reuera nō essent admittēdi ppter priuile/ gium spoliati, de quo habetur sub titulo de restit. spol. in multis c. vt sc; ante omnia reintegretur in possessionē cum plena restitu tione ⁊ satisfactione fructuū dānorum ⁊ interesse: censeatur ad/ missio predicta conditionalis: ⁊ facta sub hanc conditione, si ad mittendi sint, ⁊ sic illi etiā si probati extitissent, postq̄ nō erāt ad/ mittendi, nocere nō debent predicto conuentui, per id quod no. Bart. in. l. si duo patroni. §. idē iulianus circa fi. quem ibi sequun tur alij. ff. de iureiu. Bar. in. l. ambitiosa. q. penul. ff. de decre. ab or. fa. Bal. in. l. momētanee. circa fi. C. qui legi. perso. ⁊ Joannes de imo. in. l. nemo. ff. de leg. j. Qui aūt sint articuli concernentes materiam petitorij ⁊ quorū pretensa probatio propterea nocere non debeat vt pote deficiente conditione admissionis, consi/ derabit spectabilis dn̄s presidēs de quorum numero sunt qd̄ di/ cta margareta fuerit soror, q̄uis fortasse sufficienter hoc nō pro/ betur. Quod dicta quondam Banastragia intestata decesserit: cuius contrarium apparet per testamentum exhibitum. Qd̄ di/ cta Margareta adiuerit hereditatem eiusdē quondā Benastra/ gie tanq̄ pretensa proximior, quod nec fecisse probatur, nec facere potuit. Quod testamentum superius mentionatum fuerit vel nullum vel suspectum, seu etiam inofficiosum, quorum omnium contrariū est veritas. Qd̄ dicta quōdā Benastragia fuerit ama sia dicti fratris rostani, ⁊ quedā alia satis ac satis ⁊ impertinen/ ter deducta parte eiusdem Lunele, ab articulo vicesimoquinto inclusiue vsq; ad finem: de quorū numero etiā pro supplemēto horū maledictorū fuerunt alia parte dicte Lunele deducta in viij. articulo alterius schedule exordientis, Addendo suis po/ sitionib⁹ ⁊c. ⁊ alijs sequentib⁹ articulis vsq; ad fi. Insuper ⁊ de his est id q̄ parte eiusdem Lunelle opponitur in dicta schedu/ la, Addendo, contra ⁊ aduersus instrumētum testamenti dicte quondā lunele: que propterea omnia erant reijciēda: ⁊ que iō nō nocent. De quibus tn̄ seu de eorū aliquibus aliquid infra dice/ tur. Ceterū nec etiam obstat id de quo opponit eadē margareta in. xj. xij. ⁊ xiij. articulis dicte prime schedule exordientis: Ut, vo bis egregio ⁊c. pro eo quia testes, si eorum depositiones opportu ne videantur, nihil probāt ex quo inferri possit eādem margare tam possedisse dictam domū post mortem dicte benastragie, ⁊ aū spolium, de quo supra. Solū enim sunt aliqui qui dixerunt se eam vidisse per vnam horam vel per duas post mortē benastra/ gie in ipsa domo, ⁊ deinde vt scribit notarius eam noluisse por/ tare lugubrū seu dulbium, excepto forte Gulielmo bernardi: qui deposuit de maiore tpe qui tn̄ est vnic⁹ ⁊ singularis: ⁊ vt certū est nō multū firm⁹ ppter quorū depositiōes aduertādū est q̄ ipsi nō dicūt eā possedisse, aut possessionē domus apprehēdisse: seu ēt do/ mū tenuisse: ⁊ q dē nō magis de ea, q̄ de seipsis, q vt puto erāt in domo cū eā ibi viderūt. Inn. eū. cui⁹ dcō se forte iuuare pretēdit dicta Lunele, in. c. cū olim. el. ij. i gl. ⁊ male. circa fi. nō dt q̄ q ē i

7 re vl̄ fundo presumat̄ in dubio possidere, † ſ; dt q̄ q detinet pre/ sumitur possidere nisi contrariū pbetur. Et Old. qui eum refert consi. ccix. exordiente, in cā hospitalis sancti eligij ⁊c. col. ij. vel circa, dicit q̄ in dubio quicūq; rē aliquā detinet, ⁊ in possessione eius est, intelligitur possidere. Et idem dicit Old. cōsi. xcix. exor diente, pro fundamento attendendū est ⁊c. ver. s̄m vero. ⁊c. ibi, ⁊ idem dico d possessione. vbi dt q̄ probata detentione rei presu/ mitur pos. ⁊ eisdem verbis vtitur Alex. d imo. in. l. rem alienam. col. ij. ff. d pig. ac. ex quorū verbis aperte colligitur mens, q̄ non sufficiat aliquem videri in predio ad hoc vt presumat̄ possidet: ſ; opus est q̄ predium detineat. Probatur aūt q̄ ⁊ aū mortem ⁊ tempore mortis eiusdem benastragie dcūs frater rostagnus fuit in domo, insuper ⁊ q̄ eam tenuit post mortem. Super quo vlteri us non insisto: cum etiam vt mihi videtur domini aduocati eius dem Lunele de conficto possessorio non multum confidunt, ⁊ me rito. S; q; ipsi facer̄ vident̄ maxime capitale ex eo q̄ opponitur ⁊ vt pretendunt q̄uis verum non existat q̄ amor turpis extite/ rit inter eosdem fratrē rostagnū ⁊ dictam benastragiā, ⁊ q̄ ipse eam carnaliter cognouerit, ⁊ q̄ ppter ea nō potuerit ab ea heres institui, nisi relicta saltē legitima dicte Lunele: dico ⁊ respōdeo hoc eē aduertendū ad multa. Primo q̄ vt videtur articuli con cernentes hāc materiam, vltra ⁊ preter ea de quibus superius di

8 xi, videntur impertinentes ⁊ inepti: † pro eo q; cum in eis dedu/ cantur pretensa crimina ⁊ excessus, debuit designari nō solū tp̄s, ſ; etiā annus ⁊ mēsis: qd̄ fit ⁊ fieri solet non solū in accusationib⁹ vel inquisitionibus seu etiam in libellis in quibus agūt actores actione ciuili descendente tū ex delicto: sed etiam hoc facere de/ bent rei in exceptionibus, ⁊ dē crimine vel delicto opponentes ergo multofortius vel nō minus debebat hec Lunela deducere annos ⁊ menses huiuscemodi pretensorū excessuum. Preterea hereditas dicte asturgie non est quesita nec querēda eidē fratri rostagno, ſ; dicto conuentui: propter quod nō est attendēda pre/ dicta obiectio. Preterea, ⁊ hoc solum vnicū sufficeret, certū est quemlibet teneri probare fundamētū sue intentionis: ⁊ hoc sine agat, siue excipiat. l. actor. C. de pba. l. in exceptionibus. in prin. ff. eo. tit. ⁊ l. si quis. cū multis simi. C. de fabricē. ⁊ pbatio dz esse cōcludēs. l. neq; natales. l. ad pbationē. C. de proba. ⁊. c. cū cōtin gat. de offi. dele. Et hinc dici solet q̄ probatio gn̄alis vel incer/ ta pbantē nō releuat. d. c. in p̄sentia. de pba. ⁊ qd̄ no. Bar. Ale. de imo. ⁊ docto. in. l. inter stipulantē. §. si stichū. ff. de ver. obliga. Qd̄ si ita est, imo, q; sine dubio est ita: nō suffecisset eidē lunele p bare q̄ dicta quondā asturgia fuerit noiata vel habita seu etiā reputata eius soror: quinimo quod nec fuerit soror, ad hoc vt pos/ set ⁊ deberet ad ipsius instantiā impugnari vel reincidi pdictum testm̄: sed opus erāt pbare q̄ ipsa fuerit eius soror vtrinq; cōiū/ cta, vel saltē ꝯsanguinea, q; sorori vterine tm̄ hoc nō est cōcessū: imo denegatū. l. frēs. in. §. vlt. vbi est de hoc tex. C. de inoff. test. Quod igit̄ nō oī sorori dat̄, nō sufficit pbasse, si tn̄ pbasset, put nō q̄ fuerit soror: ergo vtrinq; cōiuncta vel cōsanguinea: quem/ admodū non sequit̄ aial currit: ergo homo: q; hoc esset arguere affirmatiue a positiōe generis ad positionē speciei: qd̄ fieri non pōt. Et hoc bn̄ pbat̄ in. d. c. in p̄sentia. in quo nō sufficit ad im/ pugnationē dispōnis illius de quo ibi, pbare q̄ fuerit minor tem

9 pore dispositiōis. † Qz minor dī ille qui nōdū hz quatuordecim annos ⁊ iste disponere non poterat. Etiā dī minor qui nō hz vi/ gintiquinq; annos: ⁊ iste poterat disponere. Ad hoc igitur vt

concludatur eum potuisse disponere, non sufficit probare ꝙ esset
minor: sed opus erat probare ꝙ erat minor quatuordecim annis.
Pro quibus etiam videri poterit id qđ not. doct. in. d. c. in presen
tia. de opponente generaliter exceptionē excommunicationis, ⁊
probante in genere: que non releuat: nisi concluderet in qualibet
10 eius specie. De hac materia generalis probationis, † ⁊ ꝙ illa nō
releuet vbi q̄libet species ⁊c. ponit Panor. in. c. solicite. col. j. de
restitu. spol. Ueruntñ qꝛ ad legis peritū est mihi sermo, vlterius
super hoc non insisto. Addo tñ ex abundanti, qꝛ non est necessa-
rium, ꝙ vbi nos essemus in casu in quo omnia cessarent, ⁊ in quo
intētio dicte lunele quoad hūc articulū esset plene probata: qꝛ tñ
in dicto testamento fuit posita clausula codicillaris, si non vꝫ ⁊c.
non rescinderet idem testamentum, quominus valeret vt codicil
lus: ⁊ ita virtute illius haberet heres institutus dodrantem he-
reditatis ⁊ bonorū dicte bonasturgi: ⁊ dicta lunele solam quartā,
seu quadrantē: per id qđ eleganter not. Alex. de imo. in. l. si patro
ni. §. fi. col. penul. ff. ad trebel. vbi subtiliter prosequitur hunc arti-
culum: ⁊ si non desipio opportune respondit Pau. de cast. qui vi-
sus est consulere contrariū consi. lxi. exordieñ. Ad primū videtur
dictas sorores, versic. Ad scdm videtur prima facie dicēdum. Et
hoc dictum Alex. de imol. non fuit ausus impugnare do. Jas. in
d. l. fratres. col. iij. circa medium. Et q̄uis iste articulus sit pul-
cherrimus, ⁊ vt puto procedat qđ dixi super eo tñ vt pote nō ne-
cessario, nō est insistendū. Que omnia dixerim sub correctione ⁊c.
¶ Ceterum qꝛ post precedentia scripta mihi occurrerunt iurium
allegationes alterius ex egregijs viris dicte lunele: ⁊ in quibus
pretendit testamētum predictū fuisse nullum, vt pote factum per
eam que suo pretenso amasio donare non potuit, ⁊ consequenter
nec testari eum heredem instituendo: dico ꝙ hec non obstant, vt
pote carentia fundamento: hoc est vt presupponentia pro veris
que sunt falsissima: scꝫ ꝙ iste bonus religiosus fuerit amasius. Et
si hoc esset verum, prout non est, non procederent inibi allegata.
11 † Et primo quidem non qđ pretenditur, mulierem amasiam non
posse donare suo amasio, ⁊ tradendo transferre dominium rei do-
nate in donatariū amasium. Nec cōtrarium probat. l. fi. §. fi. ff. de
act. ⁊ oblig. nec ibi vel alibi traditur ꝙ amasia donatrix possit ab
amasio donatario recuperare rem donatā. Ille enim. §. fi. in quo
fit fundamentū, loquitur de actione non danda amasio: qua age-
re possit aduersus amasiam, vt tradat rem promissam. vbi aduer-
tendum est Bar. ibi sensisse ideo actionem non dari amasio, quia
non interuenerat stipulatio: sentiens ꝙ si illa interuenisset, daret
sibi actio. Et q̄uis Bar. aliter loquatur in. l. affectionis. ff. de do
natio. ipse tñ non ibi dicit non dari retentionem seu exceptionem
donatario: sed nec dicit qđ denegetur amasio actio, pro eo qꝛ fa-
cta per furentem, vel ebriam, vel alās mentis non compotem: sed
ex alia causa, vt ibi potest videri, ⁊ plenius per modernos in. l. idē
⁊ ii. §. sed qđ meretrici. ff. de condi. ob turp. cau. Addo ꝙ vt dicit
Joan. de imol. in d. l. affectionis. ⁊ multi doctores in. d. §. sed qđ
meretrici. speciale est in milite ⁊ adolescente, ꝙ rem donatā ⁊ tra
ditam amasie repetant. l. ij. C. de dona. inter virum ⁊ vxorem. ⁊. l.
si vero non remunerandi. §. si adolescens. ff. mandati. Ex quibus
infertur ꝙ antecedens per dictum domi. aduocatum assumptuꝫ,
scꝫ ꝙ amasia amasio suo donare non possit: ⁊ ꝙ donatum ⁊ tradi-
tum condicere valeat, non est verum. Et ideo non est mirū si con-
sequens etiam sit falsum, scꝫ ꝙ amasium heredem instituere non
12 valeat. Quod etiam aliunde fallit: † qꝛ licet argui possit de vlti-
ma voluntate ad contractum, ⁊ econtra: hoc tñ non semper pro-
cedit: ⁊ signanter qñ arguere volumus negatiue de contractu ad
vltimam voluntatem. Multa enim denegant contrahere volen
tibus que non denegant volentibus testari: vt verbi gratia, serui
manumissio: inter viuos donatio: vel alias alienatio bonorū im-
mobilium, que regulariter denegantur minoribus: qui tamē hec
omnia possunt per testamentū. sunt ⁊ alia multa circa quorū insti
gationem potius vertitur labor, q̄ subtilitas. Fateor autē ꝙ eo
casu quo vtrobiq; est eadē ratio, opportune arguit de vltima vo-
luntate ad contractū, ⁊ econtra: vt dicit Guil. de cugn. ⁊ post eum
doct. in. l. inter heredem. ff. de pact. Nec. l. seruum filij. §. qui chiro
graphum. ff. de leg. j. ⁊. l. qui chirographum, probant intentionē
dicti do. aduocati. Nō em̄ ibi arguit iuriscōsultus ex cōtractu ad
13 vltimā voluntatē negatiue, sed affirmatiue. † Preterea nec etiā
obstat ꝙ vlterius allegat, scꝫ ꝙ mulier bacchata amore alicuius
equiparatur ebrio vel furioso. Et quidem primo: pro eo qꝛ ibi sup
ponitur falsum pro vero, scilicet ꝙ ista fuerit bacchata amore ⁊c.
Preterea aut. quib. mod. natu. effi. legi. §. illud quoq;. nō solum
loquitur in muliere amasia: sed etiam in amasio. Ergo quemad-
modum pretēditur amasiam debere comparari ⁊ furiose mulieri
⁊ ebrie: ita dicere deberemus de viro amasio: scꝫ ꝙ ille comparet
⁊ furioso ⁊ ebrio: ⁊ tamē reperimus ꝙ amasius potest donare sue
amasie, ⁊ promittendo se obligare: ⁊ obligatus compelli ad tra-
dendum vel soluendū. d. l. affectionis. ⁊ ꝙ ibi not. doc. cōtra gl. ⁊

l. donatione. de dona. ⁊ do. multi in. d. §. sed qđ meretrici, qđ et
probatur per id quod habetur in. d. l. ij. C. de donatio. inter vir. ⁊
vxo. scꝫ ꝙ hoc specialiter prohibet militi armate militie, scꝫ vt
donare non possit. Sed ista prohibitio non fit quasi furioso vel
ebrio. Illa igitur pretensa cōparatio non facit amasium ⁊ ama-
siam per omnia similes furioso vel ebrio: nisi forte loq̄remur dū
sunt in actu venereo, ꝙ etiā videtur sensisse ille qui ait. nō frater
fratri cum furor ille venit. Et ita etiam loquuntur theologi, sci-
licet ꝙ homo non habeat tunc vsum rationis. Sed miror ꝙ ip-
se dominus aduocatus intantum debecchatam dixerit hanc do
minam Bonasturgiam tēpore testiū sexagenariam ⁊ vltra, pro-
ut puto esse probatum, vt eam comparauerit furiose mulieri ⁊ e-
14 brie, maxime cum etas huiusmodi talia non patiatur, † ⁊ a com
muniter accidentibus est bonum argumentum, vt sunt iura vul
15 garia. Adeo † ꝙ non omnis furiosus est intestabilis, sed qui con
tinue furit, cui non puto amasium vel amasiam comparari. Et
quidem non amasium: quia vt dixi ille donat ⁊ efficaciter se obli
gat amasie, Non etiam amasiam: quia ille plurimum solent suis
persuasionibus spoliare amasios bonis suis, ⁊ eos deducere ad
paupertatem, ꝙ non est furiosorum furorem continue patientiū
non econtra. Primum probatur in. d. l. C. de don. inter vir. ⁊ vx.
vbi dicitur. Milites tamen meos a focarijs suis hac ratione fi-
ctisq; adulationibus spoliari dolo. Id vero ꝙ opponitur de. §.
j. insti. de here. insti. in quo dicitur, ꝙ si mulieri amica serui pro-
prij, que cum eo adulterata est, eundē seruum manumittat ⁊ he-
redem instituat, nō valet huiusmodi institutio, ⁊ nullius est mo
menti, in nullo obstat, pro eo quia illud ibi statuitur in odium pro
prij serui, qui licꝫ debeat seruire ⁊ operari domino, non tamen de-
bet operas carnales prestare domine sue, alias acriter punitur,
vt dicit glo. in. d. §. j. qui etiam loquitur in seruo adulterio macu-
lato: hoc est fm gl. accusato de adulterio commisso cum domina:
hic autem loquimur in religioso, qui non comparatur huic seruo.
Alioquin dicturi essemus, si tamen vera essent que q̄uis falsissi-
ma existant pro veris supponunt, illam incidisse in crimen ꝙ pu-
niri solet pena capitali: ⁊ hunc religiosum, si ita esset, debere igni
tradi. l. vnica. C. de mulie. que ser. pro. qđ est ridiculosum. Fateor
autem ꝙ Imol. ⁊ Bart. dicunt monachum comparari seruo: sed
16 istud non est per omnia, sed fallit in multis. † Seruus enim po-
test per dominum vendi: ⁊ quidem nō tantum propter famen, sed
pro nutu voluntatis. Abbas vero vel conuentus non potest ven-
dere monachum vel religiosum etiam propter famen. Abbas ⁊
conuentus tenētur nutrire monachum ⁊ religiosum, nec possunt
eum nisi subesset causa legitima a monasterio vel conuentu expel
lere: dominus vero serui non cogitur eum mutare, sed potest eum
habere pro derelicto: monachus ⁊ religiosus sunt homines libe-
ri, si tamen liberi erant tempore professionis ⁊c. secus est in seruis
monachi ⁊ religiosi possunt esse testes: quinimmo ⁊ aliquando iu
dices: secus est in seruis: serui possunt a dominis manumitti ⁊ a
seruitute liberari ⁊ sic desinere esse serui: ⁊ hoc regulariter: mona-
chi vero vel religiosi non possunt regulariter fieri nō monachi vel
non religiosi. Quedam sunt crimina propter que serui dātur be-
stijs, viui excoriantur, decapitantur, damnantur in metallum, ad
opus metalli, verberantur, ⁊ alijs diuersis ⁊ varijs penis affligun
tur: que non procedunt in monachis aut religiosis. intelligo etiā
si illi non essent clerici, cuiuscemodi erant monachi primitiue ec-
clesie. Sunt ergo temperanda dicta Innocen. ⁊ Bart. vt ea scili-
cet intelligamus: quod vt plurimum monachus vel religiosus
comparatur monasterio seu abbati vel conuentui, vt seruus do-
mino: ⁊ maxime in acquirēdis monasterio vel conuentui per mo-
nachum vel religiosum: vt in acquirendis domino per eius seruū
Q̄uis aliqui dixerint, ⁊ quidem non contemnende authoritatis,
ꝙ monachus vel religiosus potius comparetur filiofamilias, q̄
seruo. Sed comparere hunc religiosum cuilibet seruo, ⁊ signan-
ter seruo adultero eius domine, nullam habet apparentiam ve-
ritatis. Sed vellem vt diceret mihi dictus domi. aduocatus an
mulier adulterata nō per seruum suum, sed per meum, possit eum
heredem instituere, vt sic mihi per seruum queratur hereditas.
Hoc enim non deciditur in dicto casu: nec etiam hunc casum de-
cidit imperator in. l. j. C. de senatusconsul. clau. Tollit enim impe
rator illud senatusconsult. claudianum: quatenus eo cauebatur
quod mulier libera debachata amore seruili post denuntiatio-
nem sibi factam vt desisteret fieret serua domini sui si non desi-
stebat: ⁊ omnia bona perdebat, ⁊ acquirebātur ipsi domino serui
⁊ ita fiebat conserua, ⁊ disponit quod dominus seruum castiget
per se vel presidem prouincie. Sed non prohibet illa. l. quin mu-
lier hec possit hunc seruum heredem instituere, quod non ced t
commodo suo, sed meo. Non enim propterea efficitur liber: nec
sibi acquirit hereditatē: sꝫ ego mihi per eū, vel alius, si interim eū
alienauero. Que idō dixi qꝛ, vt superi⁹ fuit tactū, hr̄ditas de qua est
qōnō est quesita vel querēda dicto fratri rostagno, sꝫ cōuētui: qui
posset

possit, si iam eam nō adiuisset, eā adire eo etiā renitente vt scribunt docto. communiter in. d. c. in presentia. Et quia multa alia dici possent facientia ad demonstrationē bone cause dicti conuētus & minus debite seu inciuilissime oppositionis dicte Bunele ab his tamē supersedeo; pro eo quia scienti legem loquor. Que omnia vt supra dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ¶ Contractus & alie dispositiones an regulariter ad eorū validitatem requirant instrumentum vel scripturam.
2 Instrumentum validum debet esse subscriptum per notarium qui illud confecit.
3 Donatio ob causam & iurata censetur ab initio valida.
4 Testator non presumitur in dubio excludere vnum masculum potius quam alium.

¶ Epitome.

¶ Instrumētū per duos notarios sumptū vtriusque subscriptionem habere debet: nec eis mortuis per alium degrossari nota poterit, nisi etiam in vtriusque protocolis sit ab vtroque sumente subscripta. V. F.

¶ De fide instru. Consi. ccvij.



Prouidus & honorabilis vir Martin⁹ Alberti ex themate mihi pro eū transmisse consultationis extraxit duo dubia. Primum an contractus seu instrumentū donationis inibi mentionate valeat. Scdm dubium est quid habere debeant eius neptes ex prouido quondā viro Syffredo Alberti, eiusdem martini, quondā fratre, in bonis & hereditate honorabilis quondam viri Rodoni Alberti eorundem Martini & Syffredi quondam patris. Ad qd respondeo breuiter & succincte prout infra. Et primo ad primum: qd aliud est querere an instrumentum per notarios sumptū & nō scriptū valeat: quia donatio, si tñ verum est illam factam extitisse, valere potuit & potest: etiam si de ea instrumentum confectum non ex-
quit in testamento tutores vel curatores filijs suis: ⁊ mandat ꝙ
finita tutela vel cura non possit ab eis exigi aliqua ratio admini
strationis: et si contingeret quod ab eis exigeretur ratio: ⁊ quod
ppterea cōdemnarētur, ex nunc testator ipse tantum legat de suis
bonis proprijs tutoribus seu curatoribus huiusmodi, quantum
erit illud in quo fuerint condemnati ratione tutele vel cure ad-
ministrate, vel occasione reliquorum. Isto enim modo, secundum
eos, veniet etiam illud quod exigi poterat ratione doli de futuro.
Et hanc opinionem secutus est Angel. in dicto consil. Et si ista
opinio esset vera, nō videretur quod dictus nobilis alziarius pos-
set cogi ad consignandum aut prestandum reliqua: nec etiam ad
satisfaciēdū de his in quibus dictū gaspardū vel per dolū vel per
culpā latā damnificasset, si ita factum extitisset: cuius contrariū
credo. Sed contra. opinio, scilicet quod immo teneatur ⁊ cogi pos
sit, videtur verior. dicta. l. quidam decedens. in prin. ⁊. l. si seruus
vetitus. superius allegatis, ⁊ quod habetur in dicta. l. si vnus. §.
illud nulla. ff. de pact. Per que iura probatur quod dolus futu-
rus remitti non possit: ⁊ consequenter quod non possit remitti re-
liquorum prestatio: quia eo ipso quod quis reliqua non restituit si
ue prestat: saltem tunc dicitur esse in dolo, seu dolum committe-
re. l. si procuratorem. §. fina. ⁊ quod ibi gloss. C. manda. Joan. de
Imol. in dicta. l. si seruus vetitus. Angel. are. in. d. §. actionum. ⁊
loco superius allegato, ⁊ alij in alijs locis. Et pro hac opinione cō
suluit Signor. de homod. consilio. cix. ⁊ consilio. cx. quam opinio
nem sequitur referens se pro ea consuluisse Salicet. in dicta. l. cū
necessitatem. pro qua etiam consuluerunt Petr. de anch. Pau.
de castr. Joan. de ana. Rapha. Fulgo. ⁊ Andr. barba. in dictis
consilijs, ⁊ sequitur Joānes Ferra. vbi supra, ⁊ domi. Iason may.
in dicta. l. actione. col. fina. ⁊ Franci. de crema in quodam suo con
silio exordiente serenissimus ⁊ christianissimus imperator noster.
quod est inter consilia Alexand. de Imol. lxij. in quarto volumi.
Quinqȝ rationes seu motiua pro hac opinione ponit Salicet. in
dicta. l. cum necessitatem. quas non refero: et quia vt dixi hec opi
nio est communis, non esset tutum in consulendo ab ea recedere.
¶ Ad nonum dico ⁊ respondeo, quod dictus nobilis Alziarius
nō sibi preiudicauit propter acceptationem oneris tutelaris, quo
minus possit petere summas sibi debitas, prout supra dixi in di-
uersis capitulis, nec quominus bona superius mentionata ⁊ per
eum acquisita in vita dicti nobilis Giraudi eius quondam pa-
tris ad eum pertineant et spectent, prout spectassent et pertinuis-
sent si tutor non extitisset. Et eo maxime quia quamuis vt predi-
xi non teneretur facere inuentarium de bonis dicti Gaspardi:
ipse tamen more boni et fidelis fratris se obtulit iudici illud fa-
cturum: ⁊ postea illud fecit, ⁊ scripsit propria eius manu: prout mi
hi refertur. Ipse etiam tempore sibi decrete administrationis fuit
solenniter protestatus, ꝙ non intendebat sibi preiudicare in pe-
cunijs debitis, vel alijs bonis: nec etiam quouis modo posset vti
releuatione ab inuentarij confectione, rationum redditione, ⁊ re-
liquorum consignatione: que saltem in hoc sibi profuit ⁊ prodest,
vt non teneatur de leuissima aut leui culpa. Et ad id de quo in di
cto quesito vlterius queritur, qualiter sint detrahenda siue recu-
peranda ea de quibus ibi: ⁊ que sunt que detrahi debent: vel non
debent: dico ⁊ respondeo me superius respondisse in suis capitu-
lis: ⁊ prout fuit in illis quesitum.
¶ Uenio ad decimū: pro cuius intellectu ⁊ opportuna solutio-
ne vellem, vt superius super aliquo capitulo iam dixi, intelligere
quomodo isti fratres vixerint post mortem dicti eorum quondā
patris: ⁊ postquam idem Gaspardus factus est maior quatuor-
decim annis: vt sic possem intelligere an ipsi contraxerint aliquā
17 societatem, ⁊ quam: † quia illud certum est ꝙ societas potest con
trahi non solum verbis, ⁊ sic expresse. l. societatem coire. cum mul
tis simili. ff. pro so. sed etiam tacite: vt verbi gratia: exercendo a-
ctus sociales, ⁊ sibi inuicem communicando lucra per eos facta:
vt habetur per Jacob. de are. Oldra. Ricar. malum. ⁊ Barto. in
dicta. l. titium ⁊ meuium. §. altero. ff. de administra. tut. per Bar.
in. l. j. §. si quis hoc interdicto. de itinere actuqȝ priua. per Cyn.
Bald. Salicet. ⁊ alios in. l. si patruus. C. com. vtri. iudi. per domi.
Jasonē in. l. j. C. qui testamen. facere pos. ⁊ per alios in alijs locis.
Ut igitur possit intelligi an inter eos fuerit contracta alia socie-
tas preter eā que dici potest societas cōmunis victus, esset plene
intelligēdum quomodo vixerint: quomodo se rexerint: in quibus
se execuerint: que lucra fecerint: ⁊ an illa sibi communicauerint: si
emerint ⁊ vēdiderint mercantias nomine communi: etiam si pre-
dia emerint nomine communi: ⁊ ita communiter consueuerint se
exercere. scio enim ꝙ ex solo eo quod ipsi remanserunt in commu
nione: hoc est ꝙ ipsi tenuerunt ⁊ possederunt simul ⁊ pro indiuiso
bona paterna, non fuit inter eos contracta societas, secundum
communem sententiam, quā ponunt docto. in dicta. l. si patruus.
⁊ in multis alijs locis: ⁊ ideo non obstante illa cōmunione posset
ipse nobilis alziarius de fructibus bonorum suorum seu de pecu-
nijs ex eisdem redactis ⁊ de alijs pecunijs suis ⁊ de lucris sibi cō-
parare seu emere predia ⁊ alia bona prout vellet. Et si ita acquisi
uisset: non posset ipse nobilis Gaspardus super illis aliquid pete-
18 re: dum tamen illa nō fuerint nomine communi acquisita. † Sed
si de pecunia communi vel de fructibus aut bonis communibus
idem nobilis alziarius aliqua bona acquisiuisset nomine suo dun
taxat, saltem durante tutela, ⁊ etiam cura, si fuerit curator dicti
Gaspardi, posset ipse Gaspardus petere partem in dictis bonis:
quia essent facta communia. l. ij. C. quā. ex fac. tuto. ⁊. l. curator. C.
arbi. tute. quod etiam voluit Bal. ⁊ doc. in. d. l. si patruus. Super
contentis in isto articulo seu capitulo plenius respondebit auto-
re domino habita pleniore informatione de predictis.
¶ Ad vndecimum dico ⁊ respondeo in primis, ꝙ nisi aliud ob-
stet, dictus Gaspardus, qui est minor. xxv. an. non potest petere fie
ri diuisionem de bonis communibus inter eum ⁊ dictum nobilem
alziarium. l. si. ff. de predi. mino. cum suis simili. cuius illa assigna
19 tur ratio: † quia diuisio est quedam alienatio, que non est permis-
sa, sed solenniter prohibita minoribus saltem quoad bona immo
bilia ⁊ mobilia pretiosa: per ea que habentur. ff. de reb. eo qui sub
tute. per totum. ⁊. C. de predijs mino. Si tamē hoc nō obstante sit
contentus ipse nobilis alziarius, forte pro discordijs ⁊ melēcolijs
euitandis, consulo ꝙ ipse procuret ꝙ eidem Gaspardo prouidea
tur de curatore, de ⁊ cum eius autoritate diuidat ipse Gaspardus
bona communia inter eum ⁊ dictū nobilem alziariū. Quomodo
vero debeant fieri partes horū bonorū, dico ꝙ super hoc sunt opi-
niones inter doc. ⁊ scribētes. Quidā enī voluerunt ⁊ volūt ꝙ ma
ior non dico natu, seu tempore antiquior: sed qui maiore tempore
gubernauit. c. j. de parochi. ⁊ qȝ no. d. Iason may. in. l. j. col. viij.
in princi. ff. si certum peta. debeat diuidere seu facere partes, ⁊ mi
nor eligere. d. c. j. Et hanc opinionem firmant quasi omnes cano-
niste, vt Hostien. Anto. de but. Per. de anch. ⁊ alij in. d. c. j. Pa
nor. ⁊ Joan. de ana. in. c. qualiter ⁊ quando. el. ij. de accusa. Pro
hac opinione solent multa induci, ⁊ signanter. d. c. j. de parochi. ⁊
quod not. Bart. in. l. dicitur. §. senatus. ad fin. ff. de iure fis. vbi ex
20 illo text. colligit † quod quando fiscus habet rem communem cū
aliquo priuato, quā vult cum eo diuidere fiscus debet facere par-
tes, ⁊ priuatus eligere. Pro hac opinione etiam multum facit
autoritas veteris testamenti: scilicet quod Abraham frater seu
patruus maior fecit partes, ⁊ Loth minor elegit: vt dicit Augu-
sti. in lib. de ciuitate dei. relatus a Bald. in. l. si maior. C. com. di-
ui. ⁊ in secundo sermone de vita ⁊ moribus clericorum. col. iij. ver.
quid enim. vbi dicit, Quid enim ad quem pertinet adhuc igno-
rat: ad ipsum iane quia maior est pertinet diuisio, et ad fratrem
eius electio. Sunt ⁊ alia que pro hac opiniōe induci possunt, que
nō refero. Contrariā vero opinionē, scilicet ꝙ maior nō teneatur
diuidere, sed ꝙ diuisio ⁊ partiū adiudicatio fieri debeat officio iu-
dicis, vel ꝙ factis diuisionibus fieri debeat electio iudicio sortis,
tenent legiste magis communiter: ita quod inter fratres volētes
diuidere nulla est prelatio seu prerogatiua. Hanc opinionem se-
cutus est Bart. Bal. Jo. de pla. in. l. fi. C. de his qui se defe. lib. x.
Barto. in. l. ij. in prin. C. quādo ⁊ quib. quarta pars. lib. x. Bal. in
d. l. si maior. in primo not. C. com. diui. vbi per illū tex. notat equa
litatē esse per omnia seruandā in diuisione, licet fratres sint sexu
21 ⁊ etate dispares, Bald. in. l. j. col. j. C. de pact. † vbi dicit ꝙ qū fra
tres diuidunt paternam hereditatē, nō prelatione, sed sortis felici
tate contingit optio portionis. d. l. ij. C. quan. ⁊ quib. quar. pars.
Bald. in. l. iubemus. la. ij. in prin. C. de sacrosan. eccle. Ange. in. l.
fin. ad fi. C. com. de lega. Jo. de imol. in. l. suus quoqȝ. in princi. in
vltima col. ff. de here. institu. Flo. in. l. arbitrium. ff. famil. ercis.
⁊ Ange. aretin. §. quedam. versi. quero de questione contingenti
apud mechanicos. Institu. de actio. ⁊ in tracta. de maleficijs, in
verbo dandis et soluendis camerario. Et pro hac opinione etiam
possunt multa induci. Et propter hunc cōflictum opinionum ha-
bentium hincinde fortissimos defensores redditur iste articulus
dubius ⁊ difficilis. Putarem tamen esse recurrendum ad cōsue
tudinem prescriptam: que, si de illa appareat, seruanda est. l. mini-
me. ff. de legi. et quod habetur in. c. cum dilectus. de consuetu. et
quod no. Panor. in. c. cum dilectus. de concess. prebē. Si vero nō
appareat de cōsuetudine: tunc respōderem ⁊ dicerem ꝙ quia nos
sumus

sumus in terra ecclesie, esset multum difficile obtinere contra cōmunem opinionem canonī. qui habent text. testamenti veteris, et habent dictum beatorum Aug. & Ambro. & sic duorum sanctorum: quorum dictum autoritate sacra firmatum prefertur etiam decisioni pontificis, per id quod nor. glo. in. c. de libellis. disti. xx. Habent preterea canonī. bonum text. in. d. c. j. de paro. Et sic videretur quod dictus nobilis alziarius deberet facere partes: quod si fiat, consulo vt illas faciat quanto melius poterit equales in valore: ne vel ipse damnificeretur, vel etiam dictus gaspardus eius frater: & quod factis diuisionibus, & sub presentia iudicis, ipsi alziarius & gaspardus se mutuo & inuicem quittent, ac promittant & iurent quod diuisionem tenebūt & obseruabunt & contra non venient. Et consulo ad tollendum dubitationem quod in quittantia fiēda, vel alias in diuisione dicant, & protestētur, quod nō intendunt preiudicare substitutioni dudum facte per dictum Giraudum eorum quondam patrem: & per quam primo decedenti seu morienti superstitem substituit: sed illam & fideicommissum per illam vel in ea relictum voluit in suis viribus remanere. Quo vero ad id quod queritur, an dictus nobilis alziarius possit dictum Gaspardum compellere ad dandum cautiones idoneas de bonis ad ipsum alziarium peruenturis, si contingeret eundem gaspardum sine liberis premori: ne scilicet bona ipsa perdantur in preiudicium eiusdē alziarij: respondeo quod non. l. iubemus. vbi de hoc est casus. C. ad trebel. Posset tamen de illis fieri inuentarium sumptu & expensis dicti alziarij vocato dicto gaspardo: vt sic in posterum, si videlicet eueniret casus substitutionis, sciretur que bona ex paterna successione ad eundem alziarium peruenerint: & que fuerint restitutioni subiecta. Hoc enim inuentarium seu descriptio posset in posterum prodesse eidem nobili alziario: & que dicto Gaspardo non noceret: ideo fieri potest, per ea que nor. Jacob. rebuf. & Joā. de pla. in. l. defensionis facultas. C. de iure fis. lib. x. docto. in. l. vnica. C. de probi. sequestra. Preterea posset etiam adhiberi cautela, quod in diuisione fienda exprimerentur bona paterna: & erit bonum quod in diuisione fiant sic partes, quod vbi vna pars erit de bonis paternis, alia etiam fiat de bonis paternis: & quod non immisceantur alia bona: forte post mortem matris acquisita, vel alia: ne in posterum si esset locus substitutioni sumant partes grandem occasionem litigandi: prout alias vidi contigisse. Quo vero ad quittantiam, expedit quod illa detur eidem nobili alziario per dictum gaspardum de & cum autoritate curatoris: & quod dominus iudex Ualriaci in diuisionibus & quittantia huiusmodi & alijs gerendis interponat autoritatem & decretum. Consulo autem quod dicti fratres conuocent suos agnatos, cognatos & amicos, vt intersint istis diuisionibus: quia talium presentia multum operatur: & facit presumi in dubio quod non interuenerit deceptio.

22 ¶ Ad duodecimum dico & respōdeo, † quod quoad pecunias eidē nobili alziario per ipsum pro quota sua debitas non potest idem alziarius petere aliquod lucrum: quia illud esset vsurarium. Pro quo allegasse sufficiat id quod solent magis communiter dicere docto. in. c. salubriter. de vsur. qui loquentes de vidua, & cui dos consistens in pecunia nō fuit post annum luctus per heredes mariti restituta, dicunt quod ipsa non potest petere vsuras, nec aliud cōmodum pretextu non facte solutionis post annum: pro eo quia debet sibi imputare quod dotem non petierit: cum dilatio a lege data esset finita. Qd etiam voluit Jo. de imo. in. l. diuortio. in prin. col. iij. ver. circa tertium. vbi etiam Alex. de imo. col. x. ver. postremo circa predicta dubitabatur. ff. solu. matri. & Bart. in quodam suo consi. exordiēte, Franciscus habuit vxorem &c. Ang. are. & alij in §. fuerat. Instit. de actio. Et idem voluit Lauren. de rodul. in sua solenni repetitione. c. cōsuluit. in scda parte. q. lij. de vsur. Qd procedit eo casu quo vidua habebat vnde aliūde se aleret: & nisi per eam fuissent heredes interpellati, & ipsa fecisset quod in se erat vt dotem recuperaret, & ipsi heredes soluere noluissent: tunc em̄ tenerentur ad interesse damni emergentis, & etiā lucri cessantis, si tamē illa solita erat negotiari. Cum igitur mulier & vidua, que tamē gaudet multis priuilegijs quoad dotē repetendam, non possit in casu de quo supra, quādo. s. potuit repetere dotem, petere aliquid vltra sortem dotis: ergo multominus vel nō magis hoc facere pōt idem nobilis alziarius, in cuius facultate fuit agere cōtra dictū Gaspardū eius fratrē, & petere pecuniarias summas supra mentionatas pro quotis eundē Gaspardū concernentibus, prouiso eidem Gaspardo de curatore, de cuius autoritate litigasset: si litigandū fuisset. Pro premissis facit quod post alios sic magis communiter opinantes voluit Lauren. de Rodul. in sua solenni repeti. d.

23 c. cōsuluit. in secūda parte. q. xix. † vbi voluit quod dans pecuniā mercatori ad mercandum pacto adiecto, quod capitale sit sibi saluum, & partem lucri recipiat, hoc facere non possit: quia ille cōtractus non est licitus, ex quo periculum spectat ad recipientem: pro quo multa inducit, que referre non curo. Quod si ita est in casu illo, & hoc pro eo quia periculum spectat ad recipientem: ergo et in hoc, in quo ad dictum Gaspardū vt pote debitorem generis spectat periculū. Preterea cum dictus nobilis alziarius fuerit tutor dicti Gaspardi eius fratris, & illius bona tutela durante administrauerit & ceperit, & non solum durāte tutela huiusmodi, sed etiā postea: ipse potuit & debuit sibi ipsi soluere, postquam legitima causa non suberat quominus hoc faceret. l. debitor. ff. de nego. gestis. l. quoties. §. sicut autē. ff. de admini. tuto. & quod nor. gl. in. l. ita tamen. §. si ex trebelliano. super verbo debitor. ff. ad trebel. quod si non fecerit: est sibi imputandum: & hoc multum ponderant doctores in locis superius allegatis. Quo vero ad mercantias, de quibus in dicto duodecimo quesito, nihil possum certitudinaliter respondere, nisi prius fuerim ad plenum informatus: & intellexim an aliquam societatem & quam cōtraxerint dicti nobiles Alziarius & Gaspardus post completam etatem quatuordecim annorum dicti nobilis Gaspardi.

¶ Ad decimūtertiū & vltimum quesitū dico & respondeo, quod quāuis bona, de quibus ibi, fuerint empta per dictum alziarium nomine eius vxoris: in illis tamē nihil petere potest dictus Gaspardus: pro eo quia, vt in facto supponitur, satisfacio & solutio bonorum huiusmodi facta est non de pecunia communi inter eosdem Alziarium & Gaspardum (& ita obstare non possunt. l. ij. C. quando ex fac. tut. nec. l. curator. C. arbi. tute.) sed de propria pecunia dicti nobilis alziarij. Quo casu licuit sibi vel proprio suijpsius nomine, vel dicte domine eius vxoris aut alterius acquirere, & dicta bona emere, iuxta ea que habentur in. d. l. si patruus. et quod ibi scribentes. Et hoc nisi fuissent ipsi alziarius & Gaspardus socij omnium bonorum: quod tamen fuisse non censentur, vt supra dixi, ex eo solo quod post mortem dicti quondam eorum patris remanserunt in communione: & bona paterna, ea scilicet in quibus communiter successerunt, communiter & pro indiuiso possederūt: sed oportuisse quod vel expresse & per conuentionem & pactum cōtraxissent societatem omnium bonorum: vel per actus sociales: quod non audio esse factum. Multi enim actus sociales, vt mihi refertur per dictum nobilem alziarium, fuerunt inter eos gesti: dicit tamen vt predixi quod cum post mortem dicti eorum quondam patris venderet mercantias per eum eis relictas, ipse intendebat quod & in illis & in lucro haberet partem dictus nobilis Gaspardus: sed pauco tempore in illis se exercuit aut negotiatus est: & ita pauca lucra ex eis processerunt, si que processerint.

1 ¶ Prolis appellatione veniunt & hi qui liberorum appellatione continentur.
2 Uerba dispositionis non sunt inepte interpretanda.
3 Cor dicitur lingue imperator: ex abundantia enim cordis os loquitur.
4 Interpretatio in sensu claro dicitur calumniosa.
5 Testatoris voluntas est verbis preferenda.
6 Differentia est inter natiuitatem & conceptionem.
7 Appellatione filij an veniat nepos.
8 Usus derogat cōstitutioni & regule in exaudiendis sermonibus.
9 Fructus percepti an sint in trebellianicam computandi.
10 Trebellianica an perdi possit per omissionem inuentarij.

¶ Epitome.

¶ Filiorum appellatione interdum nepotes non comprehendūtur. A. F.

¶ De verbor. signifi. Consi. ccix.



Resupposito tenore mihi tradite consultationis parte nobilis & honorabilis viri Joannis contier iunioris, premitto ad euidentiam dicendorū, quod nobilis vir Joānes cōtier senior, dicti alterius Joanis quōdā frater, & heres vniuersalis nobilis & egregij quondā viri dñi Petri contier in medicina professoris & regij physici, potuit ab humanis decedere altero de quatuor modis. Primo modo superstitibus liberis masculis & feminis. Scdo modo superstibus liberis masculis & sine feminis: & neutro istorum modorum locū habere poterat substitutio in themate predicte consultationis primo loco recitata: pro eo quia in illa grauabatur idem Joannes senior sub conditione, si sine prole legitima ex suo corpore legitime procreata ab humanis decederet: quod perinde fuit ac si in illa dictū

1 non extitisset, si sine liberis &c. † pro eo quia appellatione prolis, veniunt illi qui veniūt appellatione liberorum. l. officiales. in verbo prolem. C. de episco. & cleri. l. diui. in verbo prolem. C. de natur. liber. quod etiam voluit Bald. in. c. si pater. de testa. in. vj. per. l. ne diutius. C. de agrico. & censi. Cum ergo in quolibet predictorū duorum casuum superfuissent liberi, in primo scilicet masculi & femine, in secundo masculi: in neutro eorum poterat esse locus dicte substitutioni facte, scilicet sub conditione si idem quondam

Joannes senior ab humanis decederet sine prole legitima ex suo
proprio corpore ⁊c. Tertio modo decedere poterat ipse Joannes
superstitibus filiabus seu feminis, ⁊ sine masculis: ⁊ isto casu locū
habere poterat substitutio in themate consultationis antedicte
secūdo loco recitata: quia sic euenisset casus de quo ibi: non autē
locum habere poterat prima substitutio: q2 ibi dicitur si sine pro-
le: hoc est si sine liberis: quod sic non contigisset. cum tunc super-
fuisset proles feminina. Quarto modo poterat idem Joannes se-
nior ab humanis decedere sine prole, ⁊ sic sine liberis: ⁊ iste casus
contigit, ⁊ in quo clare legitur ⁊ apparet idem quōdam dominus
Petrus testator eidem Joanni substituisse dictum Joannē mi-
norem ⁊ nobilem helionum cōmuniter fratres, ⁊ alios ex eodem
dn̄o petro testatore natos masculos, aut posthumos nascituros.
Aut igitur dicta prima substitutio fuit superuacua, q̄d dicendū
non est: pro eo quia nedum vnaqueq3 clausula, sed vnumquodq3 ver
bum a disponentibus prolatum debet esse cum virtute operandi
si fieri potest, vt no. gl. in. l. j. ff. quod met. cau. in. c. si romanorum.
xix. dist. ⁊. c. solite. de maio. ⁊ obediē. ⁊ Bal. C. de cōtrahen. empt.
⁊ vendi. in rub. q. ix. pro quo allegat. l. hac lege. ff. de contrahend.
emptio. ⁊. l. si stipulatus. in princip. ff. de vsur. Ange. consilio. ccl.
exordiēte, seigneur simon de regio ⁊c. col. iij. Alex. de Imo. cōsi.
cxvij. exordiente, Uisis supra narratis ⁊c. col. penul. in primo vo-
lumi. ⁊ alij in locis infinitis. Aut dicta prima substitutio non
fuit superuacua, nec sine potestate operandi: quod dicendum est:
ergo illa debuit ⁊ debet operari eo casu in quo expresse disposuit
dictus quondam dominus testator: qui fuit, si dictus Joannes
senior sine prole decederet: et iste casus euenit: et illa substitutio
2 fuit ⁊ est clara ⁊ verbis claris ⁊ apertis expressa. † Quo fit vt ab
ea ⁊ dictis eius verbis non sit recedendum: quia nunq̄ ad volun
tatem ⁊ mentem testatoris seruandam ⁊ verbis preferendam recur
rimus, nisi quando secundum propriam vel saltem secundum im-
propriam significationem possunt conuenire menti testatoris: als
enim secus: quia vbi verba clara sunt, non oportet a verbis recede
re. l. ille aut ille. §. cum in verbis. l. non aliter. ff. de lega. iij. l. pedi-
culis. §. argento. cum glo. ff. de auro ⁊ argen. lega. ⁊ quod not. gl.
in. l. voluntatis. C. de fideicom. Dy. ⁊ Bar. in. l. j. in. j. oppo. ff. de
iure codicil. Et hoc etiam voluit Bar. in. l. in ambiguo. ff. de reb.
dub. qui respondendo ad dictam. l. non aliter. vbi receditur a ver
bis propter voluntatem testatoris, dicit ꝙ in dicta. l. non aliter.
vocabulum habebat plures significationes: et ideo accipitur illa
que congruit voluntati defuncti. secus vero est vbi vocabulum
habet tantum vnam significationem: et sic significatio clara est.
Cum igitur ex discursu dictarum duarum substitutionum, ⁊ his
que premisi, appareat dicta prima substitutio clara et aperta, ⁊ in
qua clare ⁊ aperte fuit dicto Joanni seniori facta substitutio si si-
ne prole ab humanis decederet: non video quid nos cogat dece-
dere ab hac substitutione, et prouisione de qua in ea. Pro cuius
dicti confirmatione induco, ꝙ cum mens, seu volūtas hominis
videri nō possit, nulluz maius est illius testimonium q̄ qualitas
inspecta verborum: vt alicubi voluit Cassio. prout refert ⁊ sequi-
tur Bald. extra de testib. in rub. Et idem voluit Bald. in. l. cum
quidam. col. penult. versicu. sed quomodo possumus esse certi de
mente testatoris. C. de impube. ⁊ al. substit. ⁊ ibi respondet quod
illa constat per illius declarationem. l. proponebatur. ff. de leg. ij.
Et dicit Bald. in. c. super literis. colū. iij. vel circa, versicu. mens
hominis. de rescrip. quod mens hominis non potest videri: tamē
potest cognosci per coniecturas. c. honorandus. distin. xl. ⁊ subiūn-
git ꝙ subordinatio actuum mentem ostendit agentis. l. si ven-
tri. §. fina. ff. de priuileg. credi. l. apud celsum. in princip. ff. de doli
excep. sunt enim voces signa earum que sunt in anima passionuz
note, vt voluit Aristo. in. j. periherm. ⁊ dicit Bal. in. c. mandatum.
3 de rescrip. † ꝙ imperator lingue est cor, et in tracta. schismatis,
quem posuit in rubri. C. si quis ali. testa. prohi. dicit, quod lingua
est cordis preco. Cum ergo vt dixi, dictus quondam domi. Pe-
trus verbis claris et apertis loquutus extiterit in dicta prima
substitutione: ⁊ dicto Joanni seniori si sine prole decederet clare
substituerit, ⁊ verbis apertis expresserit ad quem vel ad quos vel
let eo casu sua bona peruenire: non possumus nec debemus alle-
gare voluntatem ipsius testatoris ad hunc finem vt verbis illius
detrahamus. l. si alij. ff. de vsufruc. lega. ⁊ quod not. Bald. in. l. cū
virum. C. de fideicommis. Et cauendum nobis est ne pretextu ni-
mie subtilitatis in coniecturando mentem defuncti erremus: cuz
animum testatoris non videamus, vt dicit Bald. in. l. precibus.
col. ix. vel circa. C. de impub. ⁊ al. substitu. Et bene dicit Bald. in
auth. nisi rogati. C. ad trebel. ꝙ quando testator seipsum glossat,
⁊ mentem suam declarat: nunq̄ itur ad interpretationem gloss.
vel legis: sed tunc eius voluntas omnibus modis seruenda est, au
4 then. de nupt. §. disponit. colla. iij. Nec est mirandum de hoc: † q2
in casu claro omnis interpretatio dicitur calumniosa, vt no. glos.
⁊ q̄d ibi doct. in. l. quicquid astringende. ff. de verborum obligat.

Et bene facit quia non sufficit ꝙ testator pretendatur voluisse,
nisi disposuerit. l. quidam cum filium. ⁊ quod ibi Bald. ff. de here
dibus instituendis. Et ita voluit declarando istum passum Ale-
xand. de Imol. in. l. tertia. C. de liber. prete. vel exhere. vbi legem
5 illam ⁊ regulam in ea appositam, volentem † quod voluntas te-
statoris semper seruanda est et preferenda verbis, restringit ⁊ li-
mitat vt scilicet procedat si verba secundum propriam vel saltem
impropriam significationem possint conuenire menti: alias secus
dicta. l. in ambiguo. ⁊ quod ibi Barto. ff. de reb. dub. Secundo li
mitat vt procedat si voluntas testatoris transiuerit ad dispositio
nem: quia nō sufficit quod testator velit, sed opus est quod dispo
nat dicta. l. quidam cum filium. Cum igitur verba dicti testato-
ris in dicta prima substitutione fuerint ⁊ sint adeo clara, vt nec se
cundum propriam nec secundum impropriam significationem
possint adaptari: ⁊ eo casu quo dictus Joannes senior sine prole
seu sine liberis decederet peruenient domus et alia de quibus in
dicta secunda substitutione ad helionum vel suos liberos mascu
los excluso Joanne iuniore: quem etiam sub dicta conditione in
prima substitutione substituerat, non est hic affirmandum quod
pretensa cōiecturata volūtas p̄ferri debeat verbis claris ⁊ aptis:
⁊ quod reiecta prima substitutiōe clarissima quoad casuz q eueniт
dici debeat, ꝙ nobilis Bertrādus fili9 dicti quōdā nobilis helio-
ni debeat in vim dicte secūde substitutionis succedere in domo ⁊
alijs pleni9 mētionatis in dicta scda substitutiōe. Et vt hoc ma-
nifestius appareat fingam9, quod fieri potuit dictū Joānē senio-
rē sine liberis decessisse, supstitib9 heliono ⁊ masculis liberis eius
dem helioni. Isti enim omnes inuitabantur in secunda substi-
tutione: ⁊ quidem simul, non successiue. per id quod habetur in. c.
raynutius. circa prin. ⁊ quod ibi Joan. de Imol. col. v. vel circa,
versicu. no. quod institutio vel substitutio ⁊c. ⁊ doct. de testamē.
Bald. Angel. Paul. de castr. Joan. de imol. Alexand. de imol.
⁊ doct. in. l. gallus. §. quidam recte. ff. de liberis ⁊ posthumi. Ale-
xand. de imol. in. l. heredes mei. §. cum ita. col. ix. ff. ad trebel. et
Mat. de mate. singulari. clviij. exordiente, Not. si ascendens ⁊c.
quamuis Barto. aliter senserit in dicto. §. quidam recte. sed cuz
sua reuerētia doctores in hoc communiter eum reprehendūt. Di
ceremus igitur si ita euenisset, ꝙ iuxta secundam substitutionem
deberent in domo ⁊ alijs prementionatis in illa succedere ipsi he
lionus ⁊ liberi: ⁊ ꝙ nihilominus helionus faceret partem eidem
Joanni, ⁊ cum eo succederet in vim dicte prime substitutionis: et
ꝙ propterea licet casus illius euenisset, auferremus eidem Joan
ni Juniori portionem seu quotam, quam habere debebat in vim
illius etiam in domo ⁊ alijs predictis. Non puto ꝙ aliquis hoc
sit responsurus: aut si quis est dicat quare cōtra expressam ⁊ clarā
voluntatem testatoris eosdem Joannem ⁊ helionum indistincte
in omnibus bonis suis substituentis vel diminuere portionem di
cti Joannis quoad domum ⁊ alia. Si quis enim responderet ꝙ
si ille casus quez premisi euenisset, staremus dispōni de qua in illa
prima substitutione, ⁊ non contenderemus de scda: nec cōtende-
remus ꝙ in vim illius deberent ipsi helionus ⁊ liberi masculi suc
cedere in domo ⁊ alijs predictis. Sed pro deo dicatur mihi cur tā
varie: quia siue loquamur de casu qui contigit, siue de eo quo supe
rius supposui fuisset per euentum eiusdē conditionis dicta prima
substitutio purificata, ⁊ illis eisdem fundamentis vel veris vel ap
parentibus ⁊ non existentibus argui ⁊ contendi, ꝙ filiarum defe-
ctus non deberet eosdem helionum ⁊ liberos masculos impedi-
re, quominus debeant succedere in domo ⁊ alijs predictis: cum di
ctus ioannes senior sine p̄le decessisset. Ex quibus infero, sub cor
rectione cuiuslibet domini melius sentientis, ꝙ dictus bertran-
dus non videtur posse cum iuris veritate contendere se fuisse in-
uitatum ad domum ⁊ alia predicta in vim dicte scde substitutio-
nis. Huic etiā conclusioni non obstant multa que videntur posse
allegari in fauorem dicti bertrandi de coniecturata mente testa-
toris: ⁊ quod illa debeat preferri verbis. Quoniam respondeo ꝙ
huic fundamento satis fuit superius responsum, scilicet quod il-
lud procedat eo casu quo expresse ⁊ clare non apparet de mente te
statoris, contra quem innititur coniectura: quia eo casu quo de il
la constat cessat vt predixi coniectura. Hic autem non solum non
apparet quod mens dicti testatoris in casu de quo queritur fue-
rit inuitare ad domum ⁊ alia predicta dictum Bertrandum: sed
apparet de mente contraria: scilicet quod immo illo casu inuita-
re voluerit dictum Joannem iuniorem, ⁊ alios de quibus in di-
cta prima substitutione. Et discurrendo posset de facili ad singu-
la respondere: sed quia in hoc faciendo esset potius labor q̄ subti-
litas, non insisto: excepto quod licet dictum Pau. de castr. consil.
clxxxiij. exordiente, considerandum est ⁊c. videatur in simili con-
suluisse contra id quod predixi: ⁊ propterea videatur eius deter-
minatio multum predictis obstare: si tamen opportune attendan
tur termini in quibus Paulus consuluit, illi sunt multum diuer-
si. In illo enim casu filij testatoris heredes instituti fuerant gra-
uati

uati de restituendo totam hereditatem si decederent sine liberis masculis relictis feminis: dimidiam scilicet dictis feminis, ⁊ aliã dimidiam iusserat testator inter pauperes distribui: decesserunt filij sine masculis ⁊ feminis: ⁊ sic non euenit casus in quo testator pronuntiat: resultabat dubiũ, an dimidia pars deberet inter pauperes distribui: vbi concludit Pau. de cast. quod sic, per iura ⁊ rationes per eũ allegatas. Apparet igitur ex relatione casus in quo consuluit Paul. quod testator solum expresse prouiderat eo casu quo decederet heres superstitibus filiabus ⁊ sine liberis masculis. Quo casu forte potest tolerari decisio Pau. vt scilicet ꝓuisio extendatur ad casum omissum, qui tunc contigit: quia ille heres decessit sine liberis, ⁊ sic sine masculis ⁊ feminis. Sed in casu nostro dictus quondam dominus Petrus in dicta prima substitutione substituit Joãni ⁊ decederet sine prole, ⁊ sic sine liberis masculis ⁊ feminis: ⁊ ita non potest dici qd̓ iste casus fuerit omissus: ⁊ velle quod isto casu presumi debeat ex coniectura ta mẽte ipsius do. Petri: non esset ex mente extendere dispositionem ad casum omisum: sed contra mentem ad casum in quem expresse prouiderat in dicta prima substitutione. Et eodẽ modo posset fere respõderi ad omnia argumenta facta in fauorem dicti Bertrandi contier.

¶ Sed superest difficultas, an idem Bertrandus pretendere valeat se fuisse inuitatum in vim dicte prime substitutionis: in qua vt predixi, dictus testator substituit prefatos helionum eius quõdam patrem Joannem iuniorem, ⁊ alios ex dicto testatore natos masculos aut posthumos nascituros. Ad quod respondeo imprimis quod ex persona dicti quondam helioni censeri non potest fuisse inuitatus, nec se aliquod ius habere in vim huiuscemodi substitutionis in bonis dicti quondam Joannis senioris: illis scilicet que ad eum peruenerãt ex bonis dicti domini testatoris: pro eo quia pendente conditione vniuersalis fideicommissi, seu dicte prime substitutionis, idem helionus decesserat ab humanis: ⁊ ita caducata est predicta substitutio: ⁊ fideicommissum quoad eum expirauit, ita vt etiam illud ad suos posteros transmittere non potuerit. l. sed ⁊ si plures. in prin. ⁊ l. qui habebat. ff. de vulga. ⁊ pupil. l. si ex pluribus. ff. de suis ⁊ legi. here. l. vnica. §. sin autẽ. sub cõditione. ⁊ quod ibi Bald. C. de cadu. tol. ⁊ quod no. glo. ⁊ docto. in l. vnic. C. de his qui ante aper. tab. Multa bona iura allegat Oldrad. consil. cxxxj. exordiente, Quidam habens tres filias ⁊ duos filios. Solum ergo restat videre, an idem Bertrandus censeri debeat ex sua persona inuitatus: pro eo quia in illa prima substitutione nõ solum fuerunt inuitati predicti helionus ⁊ Joãnes, sed etiam alij ex ipso testatore tempore eius mortis nati masculi, aut posthumi nascituri. Et videtur quod sic: pro eo quia non solum filius dicitur nasci ex tempore, sed etiam nepos ex auo: vt voluit Bald. ⁊ post eum alij in. l. j. C. de condi. inser. And. barba. in sua Joannina. c. raynaldus. char. xv. colum. ij. versicu. expedita sunt textualia ⁊c. de testamen. ⁊ alij in locis infinitis, quos non refero. Nec solum dicti helionus ⁊ Joãnes iunior: sed etiam eorum filij masculi censentur fuisse inuitati: ⁊ sic dictus Bertrãdus filius helioni. Et re vera ista ratio, que etiam potest rationibus confirmari, videtur vigere. Sed his non obstantibus existimo, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, contrariam sententiam esse veriorem, ⁊ consentaneam voluntati dicti quondam domini petri testatoris. Pro cuius dicti declaratione videtur mihi recurrendum ad primum gradum dispositionis: hoc est ad gradũ institutionis heredis seu heredum vniuersalium per dictum domi. Petrum facte: in qua heredem vniuersalẽ sibi instituit ⁊ nominauit dictum nobilem Joãnem seniorem, si eum tempore mortis ipsius testatoris masculum solum eundem testatorem habere contigerit, exceptis dictis heliono ⁊ Joãne iuniore: hoc est vltra seu preter illos. Deinde subiunxit hunc versi. si vero contingeret me alios masculos liberos iam natos tempore mortis mee vel post morem meam ex vxore presenti vel alia fortasse ex me conceptos posthumum aut posthumos et postea nascituros habere, eos cum dicto Joanne heredes meos vniuersales instituo equis portionibus inter eos. Et post pauca subiunxit, quod ad inuicem omnes filios meos masculos, si plures me contingat habere, substituo hoc modo: videlicet quod si contingat dictum Joannem seniorem mihi iam natum sine prole legitima ex suo corpore legitime procreata vel eius liberos etiam absq; prole legitima migrare ab hoc seculo, ꝙ deus auertat in pupillari etate, vel alias quandocunq;, eo casu contingente dictũ helionum ⁊ Joãnem iuniorẽ ⁊ alios ex me natos masculos aut posthumos nascituros eidem Joanni seniori sic decedenti substituo pleno iure equis portionibus: ⁊ in his scribitur illa prima substitutio, de cuius viribus nũc queritur. Dico igitur quod si predicta opportune attẽdantur, videtur quod dictus dominus testator in institutione vniuersali facta de alijs masculis liberis iam natis tempore mortis ipsius, vel post mortem ex vxore tunc pregnanti, vel alia, fortasse ex eodem testatore cõceptis posthumo aut posthumis, ⁊ postea nasciturisenserit dũtaxat de liberis masculis primi gradus. Et sic non videtur sensisse etiam de nepotibus masculis ex dictis heliono et Joanne iuniore. Tum quia cum dicti Helionus ⁊ Joannes iunior essent filij masculi primi gradus, ⁊ iam nati: censetur idem dominus Petrus habuisse ad illos maiorem affectionem, ꝙ̃ ad nepotes masculos ex eisdem. l. qui filiabus. in prin. ff. de leg. j. Unde cum ipse heredes vniuersales non instituerit dictos helionum ⁊ Joannem iuniorem, nec instituisse videtur nepotes ex dictis heliono ⁊ Joanne: sed potius cẽsetur sensisse de liberis masculis primi gradus. Tum quia idem testator in dicta institutione loquitur de liberis ex sua tunc vel forte postea alia vxore ⁊ eo cõceptis, ⁊ sic de liberis masculis primi gradus. Quia licet non solum liberi primi gradus, sed etiam liberi vlterioris aut vlteriorum graduũ possint dici nati ex alio, vt pote filij ex patre, nepotes ex auo: non tamen videtur quod nepotes dici debeant concepti ex auo.
6 † Et sic videtur esse differentia inter natum ⁊ conceptũ: saltem quoad hoc quod quis dicatur conceptus ab eo, vel eis a quibus immediate producitur, vt pote a patre ⁊ matre. Natus vero dicitur quis non solum ex patre ⁊ matre, sed etiam ex auo ⁊ auia, proauo vel proauia, ⁊ alijs ascendentibus etiam remotioribus. Pro quo induco tex. in. c. dominus noster. dist. lvj. vbi dicit text. dominus noster Jesus christus voluit non solum de alienigenis commixtionibus, sed etiã de adulterinis nasci. Et hec sunt verba beati Hieronymi. Horrendum autem ⁊ execrandum videretur dicere dominum nostrum Jesum christum voluisse non solum de alienigenis commixtionibus, sed etiam de adulterinis voluisse concipi: quem dicimus ⁊ credimus conceptum de spiritusancto. Pro quo etiam videri potest beatus Augustinus psalmo. l. ver. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: ⁊ in peccatis concepit me mater mea.

¶ Preterea cum ex dicto testatore ⁊ sua tunc vxore vel fortasse alia potuerint nasci alij masculi primi gradus: ⁊ rursum etiam potuerint nasci nepotes ⁊ quidem plures ex prefatis heliono ⁊ Joãne iuniore, non est verisimile quod ipse voluerit habere tot heredes vniuersales, ⁊ dare tot consortes Joanni seniori eos omnes ⁊ eorum quemlibet in equali portione, excepto prelegato. Et per verba predicta declaratur dicta prima substitutio facta per dictũ testatorem: in qua dicit se substituere Joanni seniori filios scilicet per eum institutos, ⁊ eo modo de quo ibi: vt sic capiatur ⁊ capi debeat verbum filios masculos, pro liberis masculis primi gradus: quia precedentia declarant sequentia, ⁊ econtra. d. l. qui filiabus. in prin. ⁊ l. si seruus plurimum. §. fin. ⁊ quod ibi docto. ff. de leg. j.
7 Preterea sunt multi, ⁊ quidem magne autoritatis viri, † volentes quod appellatione filij non veniat nepos. Hoc enim tenuit And. de pi. quando profertur ab homine, ⁊ non sequitur aliquid durum: vt pote separatio filiorum a parẽtibus. l. quod si nepotes. ff. de testa. tute. §. fina. Institu. qui da. tuto. pos. ⁊ l. gallus. §. instituens. ⁊ fere per totam illam. l. ff. de libe. ⁊ posthu. Idem videtur voluisse Jaco. de ra. quando superuiuerer solus filius ⁊ nõ nepos, vel ambo superuiuerent tunc, vel si nullus superuiueret: quamuis secus sit quando viueret solus nepos. Et hanc opinionem etiam tenuit Cy. in. d. §. instituens. ⁊ sequuntur ibi Bald. Ang. ⁊ Joã. de imol. vbi dicit qd̓ nisi hoc diceremus, superflua videretur prouisio. d. l. gallus. scilicet qd̓ instituatur filius ⁊ nepos, ex quo prouisione simpliciter facta de filio comprehenderetur etiam nepos: quia secundum contrariam opinionem non videretur fuisse necessaria institutio nepotis: sed satis esset instituere filium. Pro hoc etiam facit qd̓ not. glo. in. l. lege iulia. §. hoc capite. ff. de ri. nup. vbi senator non potest ducere filiam illius qui artem ludicrã exercuit, ⁊ tamen ducit neptem. Faciunt etiam not. per glo. in cle. j. in verbo liberi. de homi. que vult ꝙ appellatione liberorum veniãt nepotes. secus est de appellatione filiorum: q2 tũc nõ videntur venire nepotes. Et hanc opinionem videtur sequi Alexan. de imol. consi. j. col. xj. in primo volu. Et vt dicit Fran. de are. consi. cxlvj. exordiente, Respondendo summatim cõsultationi ⁊c. omnia per eum inibi allegata contra Bartolum tenentem contrarium possent procedere, ⁊ forte essent magis iuridica, vbi nulla esset coniectura in contrarium mentis testatoris: sed aliqua esset coniectura in oppositum: tunc equior videretur opinio Bart. ⁊ ita iste doctor illustris videtur in hoc residere, quod appellatiõe filij si profertur ab homine, non venit nepos, nisi aliqua subsit coniectura in contrarium mentis testatoris. Quod si ita est, videtur proculdubio ꝙ in casu de quo queritur appellatione filij non veniat nepos: in quo non solum non est coniectura, que hoc persuadeat: sed quẽ cõtrarium persuadeat, vt predixi. Et ꝙ appellatione filij nõ veniat nepos, etiam voluit Bartho. soc. consi. clij. exordiente, casus iste non est nouus ⁊c. in prima parte: cui se subscripserunt multi: ⁊ quidem vt opinor viri doctissimi. Preterea vt opinor aduertendum est ad vsum loquendi, an scilicet s̃m illum ⁊ in partibus conditi

testamenti homines appellarent seu vocarēt nepotes seu felezenos nomine filiorum, & quos pretenderent esse conceptos ex alio, an scilicet solos liberos primi gradus, vel etiam nepotes, & sic liberos secundi gradus, seu ulterioris: per id quod habetur in .l. liberorum. §. quod tamen cassius. ff. de lega. iij. l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fun. instru. per que & alia iura voluit Oldra. consi. clxviij. exordiente, ad primam questionem qua queritur &c. & Pa nor. in .c. j. char. ult. versi. unum tamen aduertas &c. de iudi. & alijs

8 in alijs locis. † quod in exaudiendis sermonibus usus omni regule omniquod constitutioni derogat solus. Et quod huic cōmuni usui, si de illo constaret standum sit, cōueniūt communiter omnes scribentes. Ex quibus & alijs multis. que pro hac parte possent induci, videtur sine preiudicio potioris & verioris sententie, quod per dictam primam substitutionē non fuerint inuitati nisi liberi masculi primi gradus: quamuis fatear hoc non omnino transiri sine difficultate. Uerum supposito quod ita sit, scilicet quod soli liberi masculi primi gradus censeantur in dicta prima substitutione inuitati: & quod propterea in toto fideicommisso succedere debent Joannes minor, postquam supponimus dictus quondā helionus vita functus est & ab humanis decessit pendente cōditione fideicommissi: dico quod vel testamentarij heredes dicti quondam Joannis senioris, si qui sint, vel dicti Joannes & Bertrandus proximiores ab intestato: & propterea illius heredes, si velint, authē. defuncto. C. ad trebel. & in corpore unde sumitur, poterunt detrahere duas quar-

9 tas: scilicet legitimam & trebellianicam. † An autem in trebellianicam sint fructus percepti imputāde, dico quod super hoc sunt opiniones. Barto. enim in .l. quod de bonis. §. quod auus. versi. oppo. post glo. ff. ad leg. falcid. & in .l. in fideicommissariam. in princ. ff. ad trebel. tenuit quod non, & quod commune est dictum quod illi filij primi gradus lucrantur fructus, & illos non computant in quartam. Idem voluit Ang. consi. cxx. exordiente, Jolus domini dal uiani &c. Et hanc opinionem sequuntur multi: & pro ea solet allegari .l. iubemus. C. ad trebel. & dicit Alexand. de imo. in dicto. §. quod auus. col. ij. quod propter autoritatem Barto. & Ange. esset durū in practica obtinere contrarium. Sed contrarium tenuit Paul. de castr. in dicta .l. quod de bonis. §. fructus. & in .l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad trebel. volens quod dicta .l. iubemus. decidens quod liberi primi gradus non imputant fructus in quartam, loquitus eo casu quo non detrahitur nisi una quarta, ut probatur ibi in versicu. dodrans restituatur. Et dicit idem Paul. de castr. in dicto. §. cum proponeretur. in lectura Bononiensi, quod istud est nouum dictum. Et ita etiam consuluit ipse Paul. consil. xcij. exordiente, Quia dubia supra formata &c. col. fina. Pro quo allegat regulam generalem positam in dicta .l. in fideicommissariam. in principio. Cui secundum eum non obstat dicta .l. iubemus. quia illa loquitur eo casu quo filius tantum detrahebat unam quartam. Et dicit Alexand. de imol. in dicto. §. cum proponeretur. col. ij. quod hoc dictum Pau. de cast. nunquā est obliuioni tradendū: pro eo quia peregrina limitatio ad dictā .l. iubemus. & hoc dictū magis sibi placuit quam dictum Ange. in dicto. §. Et hanc opinionem etiā sunt secuti alij, quos plenius refert Ant. Cor. in suo tractatu de regia potestate. q. lxxiij. col. ix. versicu. capio tertium dubium. Ex quibus apparet quod in ista materia sunt hincinde magni defensores. Puto tamen, sub correctione cuiuslibet melius sentientis, quod in primis esset recurrendum ad consuetudinem, et illi standum si de ea constaret: quia minime &c. l. minime. ff. de legi. & quod not. Panor. in .c. cum dilectus. de concess. preben. Si vero de consuetudine non constaret, de qua tamen existimo constare: cum iste casus sepissime occurrat: tūc dicerem cū gl. & Bar. qui tenet primam opinionem. Horum quanta fuerit & sit autoritas & in scholis & in iudicijs nemo est qui nesciat. Et quia etiam hanc opinionem sequuntur multi, esset fortasse durum cōtra hunc

10 stimulum calcitrare. Superest autem alia difficultas. † an propter omissionem inuentarij, si fortasse illud omissum extiterit, perdiderit dictus quondam nobilis Joannes senior quartam trebellianicam. Super qua sunt opiniones de quibus per Bart. Alex. de imol. & alios in .l. marcellus. in prin. ff. ad trebel. & per docto. in aut. sed cum testator. C. ad leg. fal. & in multis alijs locis tam scribendo quam consulendo. Sed quia audio hunc articulum esse decisum in prouincia per dominicalem constitutionem, vel per cōsuetudinem legitime prescriptam, cui standum est: super ea non insisto. Preterea ad premissa facit: quia cum dictus quondam dominus testator instituerit ut predixi, dictum Joannē seniorem alios suos liberos masculos natos tēpore mortis eiusdem, vel post mortem ex sua tunc presenti uxore vel alia fortasse ex eo conceptos posthumū aut posthumos, & postea nascituros: & sic filios primi gradus, ut predixi, & nominatim, seu certos: qd etiam voluit Raphael cuma. consi. cxviij. exordiente, Testator instituit. N. D. F. &c. col. j. versi. instituti autem fuerāt nominatim. ad qd facit .l. placet. ff. de lib. & post hu. que quamuis decidat, quod institutio posthumi extendatur ad omnem posthumum nasciturum ex uxore iam ducta vel postea ducenda: non tamen dicit illam extendi ad posthumum nepotem: non potest dici quod appellatione filiorum comprehendatur dictus nepos, per id quod no. glo. in .l. si quis ita. §. j. ff. de test. tut. & quod habetur in dicta .l. gallus. §. instituens. & qd ibi Bart. ff. de libe. & posth. & Rapha. cuma. in dicto consil. col. j. Nisi forte quis opponat, quod dictus dominus testator in dictis verbis non fuerit loquutus de filijs, sed de liberis masculis. Sed istud nō obstat. Tum rationibus superius allegatis, & sumptis ex verbo conceptos, & ex verbo filios. Tum & pro eo quia si censeatur nominatim instituti, & fuisse certi, pro eo quia dictum est sto natis vel conceptis tempore mortis ex uxore &c. nōn videtur referre an dixerit testator de filijs masculis, aut de liberis masculis, arg. l. certum. ff. si cer. peta. Ostenso enim petro, nihil refert an dicatur hoc ens, vel hec substantia, vel hic homo: eadem enim res, & quidem indiuiduum, scilicet petrus ostenditur. Et cum in substitutione predicta subiungatur, quos adinuicem omnes filios meos masculos, si plures me contingat habere, substituo hoc modo &c. palam infertur eundem dominum testatorem sensisse de filijs primi gradus, quos cum Joanne heredes vniuersales instituerat. Tum propter ratiōes superius allegatas Tum & propter illud relatiuum quos: quod restringit .l. ea tamen adiectio. ff. de lega. iij. & qd no. Barto. & docto. in .l. cunctos populos. C. de summa trinita. & fide cath o. & in .l. omnes populi. ff. de iusti. & iu.

1 ¶ Bannitus non potest extra territorium banni impune capi.

2 Capientes bannitum in alieno territorio tenentur bannito capto actione iniuriarum.

¶ Epitome.

¶ Qui ab apparitore bannitum extra territorium banni captum eripuit, iure id fecisse dicitur. V. F.

¶ De apparitorib. Consi. ccx.



Si est verum prout audio, quod probus vir Petrus de prato, pastor honorabilis viri Stephani hugonis, se contulisset priusquam caperetur apud territorium & districtum loci Garde: & quod deinde per dominos officiarios tricastrine ciuitatis & balliuatus tricastrinensis captus extiterit in dictis territorio & districtu garde, existentibus extra dictum balliuatum & in baronijs, ipse fuit male & iniuriter captus: & qui non potuit extra territorium et districtum huiusmodi abduci. l. quis sit fugitiuus. §. idem celius scribit. iuncta gloss. super verbo abduci. ff. de edil. edic. Quod etiam voluit Oldrad. in questione per eum disputata, quam commemorat Joan. andr. in addi. Specul. titulo de accusatio. §. fina. in addi. exordiente, Quod hic dicitur videmus de facto seruari &c. col. x. vel circa, versicu. elegans. Oldrad. questio se offert &c. cuius questionis termini erant tales. Duo sunt statuta paduana, quorum unum premiat capientem bannitum & presentantem ad mortem. aliud punit euntem seu accedentem in alterius territorium vel districtum ad aliquem capiendum. Titius sic de padua bannitus habitabat in finibus districtus paduani: ad quem capiendū ibat Seius: quo viso titius arripuit fugam, quem seius insequutus est primo in districtu paduano: & demum in Veronensi illi contiguo: & ibi illum cepit, & presentauit potestati Padue. Querebat Oldradus an huic seio capienti & presentanti titium bannitum debeatur pena vel premium: pena scilicet pro eo quia accessit ad alterius territorium ad capiendum: vel premium pro eo quia cepit bannitum & eum presentauit ad mortem. Hanc questionem elegantissime disputauit Oldra. & soluendo seu determinando respondit, quod seius non debebat premiari sed puniri: pro eo quia ingressus est alterius territorium, & ibi cepit titiū in quo nec capi, nec ex illo abduci poterat. Et pro hoc allegat. d. l. quis sit fugitiuus. §. idem celius scribit. & qd ibi glo. Inducit & alia multa, & quidem elegantia & subtilia: que commemorat Joan. and. sequens etiam hanc partem in. d. additione, quod hic dicitur, versi. elegans Oldrad. questio &c. Pro quo facit .l. si cui. §. aristo. ff. si seruit. vendi. ubi etiam per illum tex. no.

1 Bal. & Flora. † quod non est licitum capere bannitum in alieno territorio, etiam si fugatus ab intra territorium peruenerit ad extra territorium, & huius dicti ratio redditur, quia extra territorium illi capientes sunt priuati: hoc est non habent iurisdictionem: & quia etiam non licet immittere pedem in territorium alienum. dicto. §. Aristo. & iste captus esset ante omnia relaxādus: quia captura non tenuit seu non valuit, & idem voluit Alexand. de imol. consil.


consilio.xxliij.exordiente, Animaduersis his que tam per testes &c.colum.iiij.in secundo volu.vbi etiam ad hoc allegat.l.si filiusfamilias.§.si a filio.ff.ad macedo.& quod in simili tenet Joan.and. in regu.in obscuris.in mercur.et.c.j.de priuileg.in.vj.in nouell.& Bald.in.l.prima.C.vbi de possess.agi opor.& in.c.primo.§.iniuria.de pace iura.fir. Concludo ergo quod dictus pastor fuit male captus: et quod a dicto territorio Sarde abduci non poterat, nec duci apud sanctum Paulum, vel ad alium locum extra territorium garde. Ex quo infero quod supposito citra preiudicium veritatis, quod dictus Stephanus Hugonis eundem pastorem exemisset seu abstulisset etiam per vim, prout tamen audio eum non fecisse, ipse non incidisset in aliquam penam: nec deberet propterea in aliquo puniri: quia ipse Stephanus tanquam priuatus hoc impune facere potuisset, per casum apertum & notabilem ad propositum in.l.prima.§.officilius. cum.l.sequen. & seq. vsque ad.§.fina.ff.ne qui in ius voca.vi exi.vbi est expressum quemlibet etiam priuatum posse captum non rite iudicis autoritate, prout fuit in casu, violenter eximere de manu iudicis seu familie: & sic de facto: & hoc vt libertatis faueamus: qua quis non debet sine causa spoliari. Quod etiam voluit Romanus consilio.cccxx.exordiente, hec istorum quinque captura facta ad postulationem Joannis &c. Si enim delinquit qui capit, non delinquit qui eximit dicto.§.officilius, vbi etiam hanc determinationem sequitur dominus Ja
2 son may. † Et vt dicunt Bald.& Flor.dicti capientes in territorio alieno tenentur capto actione iniuriarum. Iniuste igitur et minus ciuiliter, honore saluo dixerim, captus est & detinetur predictus Stephanus pretextu & occasione dicte pretense exemptionis seu ablationis dicti pastoris, etiam si illum exemisset seu abstulisset a manibus dictorum pretensorum officiariorum tricastrinensium, vel Balliuatus tricastrinensis, prout audio eum non fecisse. Et ita venit & est a carceribus relaxandus: & maxime cum cautione: cum alia que sibi imponuntur, etiam si vera essent (que tamen dicuntur esse falsa) non exigant penam corporalem: sed nec pecuniariam: nisi forte vel vilem vel modicam. Que dixerim &c.

1 ☞ Casus quibus quis excusatur a tutela tam deferenda, quam delata.
2 Munus & onus publicum iniungitur etiam inuito.

¶Epitome.

¶Qui se commentariensem seu clauarium fieri procurauit, sufficientem non habet excusationem a iam delata vel deferenda tutela. V. F.

¶Arbi.tut. Consi.ccxj.



Quamuis certi sunt casus, in quibus aliqui excusantur a tutela: non solum a tutela deferenda, sed etiam a iam delata:
1 cuiusmodi sunt isti. † Et primus quidem in eo qui reipublice causa abest, & trans mare.l.verum. §.ex facto.ff.de mino. Secundus in silentiario vel consiliario principis dicta.l.verum.§.ex facto.l.iurisperitos.ff.de excu.tuto.l.fina.C.eodem titu.&.l.fina.C.de silen.lib.xij. Tertius in senatore ratione senatorie dignitatis.l.spadonem.§.scire.ff.de excusa.tut. Quartus in eo qui transtulit domicilium iussu principis, vt not. gloss.in.l.verum.§.ex facto.ff.de minorib.xxv.an. Quintus in eo qui factus est cecus vtroque lumine, vel furiosus, vel similis conditionis.l.post susceptam.ff.de excusa.tut.&.l.frater tuus.cum suis simili.C.eodem titulo. quos casus not.gloss.& sequuntur docto.in dicto.§.ex facto. Regulariter tamen non reperitur lege cautum quod aliquis excusetur a tutela iam recepta.& illam prorsus deponat dicto.§.ex facto.& quod ibi gloss.& quod not. Joan.fab. Angel. are.& domi.Jason may.in additione ad christo.por.in.§.item diuus marcus. Institu.de excus.tuto.& gloss.in.l.idem vlpianus. §.sunt & alij casus.eodem titu.& quod qui res fisci post susceptam tutelam administrare cepit non excusetur a tutela, videtur probari in.l.administrantes.in princip.ff.de excusa.tuto.vbi text. videtur loqui de tutela & cura delatis tempore administrationis rerum principum: & hos dicit excusari a tutela que ante eius delationem reperit iunctum onus administrationis: & sic secus esse videtur a contrario sensu in tutela delata & suscepta ante iunctum onus administrationis rerum principum: quod est in iure validum.l.prima.circa principium.ff.de offi.eius cui man.est iurisdi.c. qualis. distin.xxv.&.c.cum apostolica.circa fin.cum vulga.de his que fi. a prela.sine consen.capitu. Nisi forte dicamus quod illi etiam excusantur a tutela suscepta ante iniunctum onus administrationis rerum principum, & hoc quandiu durat ipsa administratio rerum principum: non in toto, seu prorsus vel omnino: vt videtur voluisse gl. in dicta.l.verum.§.ex facto.super verbo deponere: pro quo allegat.l.geometri.ff.de excu.tuto. Cum igitur casus, propter quem se excusari seu omnino liberari petiuit et obtinere tentauit nobilis vir Bernardinus de damianis a tutela testamentaria nobilis francisce de freno & suorum fratrum tunc in pupillari etate existentium: non sit alter ex casibus in quibus potest quis prorsus & omnino tutelam antea delatam & susceptam deponere, & perpetuo ab ea liberari: videtur quod sententia super depositione seu liberatione a tutela huiusmodi pro eo promulgata, vt pote perperam lata, non valuerit, per id quod habetur in dicta.l.veru. §.ex facto.vbi videtur esse de hoc casus, iunctis his que ibi notantur per Bartol.& Bald. Et ita videtur quod non obstante sententia huiusmodi, et quittantia seu liberatione eius cotutoris postea subsecuta, possit idem nobilis Bernardinus conueniri iuxta formam obligationis contracte tempore sibi decrete tutelaris ad
2 ministrationis. † Et hoc videtur maxime procedere in hoc casu: quia supposito quod officium clauarie curie temporalis ciuitatis Auenionensis possit alias dici munus & onus publicum: & quod propterea concedi possit etiam inuito: si tamen inspiciantur breuia per eundem nobilem Bernardinum in discursu cause petite liberationis producta, idem Bernardinus videtur et ensendus est affectasse predictum officium: et propterea non potuisse propter illud se excusare a tutela antea suscepta: nec illam omnino deponere: quinimo nec a tutela deferenda, per id quod habetur in dicta.l.spadonem.§.fina.ff.de excusa.tuto.vbi probatur quod licet tres onerose tutele excusationem prestent.l.tria onera.ff.de excusa.tuto.et.§.item tria.cum suis similib. Institu.eodem titulo hoc tamen non procedit quando tutele huiusmodi fuerunt affectate. Fateor tamen quod quia dictus nobilis Dominicus contutor rexit & administrauit negotia & bona dictorum nobilium francisci & fratrum, ipse erat primo conueniendus pro administratione huiusmodi, et cogendus ad reliquorum prestationem: quia quando tutela non fuit diuisa, & vnus tutor administrauit: alius vero non administrauit: si agatur contra ipsos tutores ex facto eius qui administrauit, vel de sibi connexis: tutor qui non administrauit habet exceptionem vt prius conueniatur tutor qui administrauit seu gessit, si tamen est soluendo.l.prima, & per totum C.si tutor non gesse.l.prima.§.nunc tractemus.ff.de tute.& ra.distra.& quod not.gloss.& omnes docto.communiter in.l.prima.C. de transac. Uerum quia dictus nobilis Bernardinus agit contra eundem Franciscum, & petit eidem terminum assignari intra quem agere & experiri habeat, est sibi mos gerendus: sed non est ipse Franciscus compellendus ad agendum cotra eundem Bernardinum coram reuerendo patre & viro egregio domino officiali Auenionensi: quia cum se multis & varijs curijs tempore contracte obligationis submiserit, electio iudicis & curie spectat ad ipsum Franciscum, non ad dictum Bernardinum.l.cum clericis. & quod ibi Bald. Salicet. et docto.C.de episcopi.et cleri.& quod etiam not.gloss.in.l.fina.C.vbi in rem actio.&.c.dilecti.de foro competenti.& in.c.statutum.§.cum vero.de rescriptis.in sexto, et Petr.de ancharano consilio.xx.exordiente, pro solutione &c.col. fina.versicu.venio ad sextum dubium &c.ibi, & licet opinio Innocen.esset vera &c.pro quo allegat.l.primam & secundam.ff.de eo quod certo loco. Non igitur potuit iuridice parte dicti Bernardi postulari aut peti eidem Francisco terminum assignari, intra quem ageret contra dictum de Damianis coram dicto domino officiali, vel in curia officialatus. Et ita mihi videtur &c.

1 ☞ Pluralitas in substitutionibus descripta qualiter sit resoluenda.
2 Filiarum superexistentia an excludat nepotes a successione earum patris.
3 Miles testans, & sciens se filium habere, & eum non instituens, videtur ipsum excludere & exheredare.
4 Clausula codicillaris non operatur rupto testamento preteritione posthumi.
5 Lex cum auus.ff.de condi.& demon.&.l.cum acutissimi.C.de fideicom.&.l.generaliter.§.cum autem.C.de institu.& substitu.quibus procedant casibus, & nu.2.

¶Epitome.

¶Quemadmodum quis filium grauatum predilexit substituto ita etiam censetur filij liberos substituto predilexisse. V. F.



Punctus questionis talis est.

Dudum, scilicet anno domini millesimo quadringentesimo octogesimoquinto, ⁊ die sexta mensis Januarii, fuit matrimonium contractum per verba de futuro, ⁊ postea per verba de presenti, per ⁊ inter Syffredum alberti: filium prouidi ⁊ honorabilis viri Rodoni alberti parochie sancti Mauritii ex vna parte, ⁊ nobilem Mariam filiã nobilis Antonii iuuenis parochie de Roysonis ex alia: cuius matrimonii contemplatione idem Rodonus pater pretenditur donasse tertiam partem omnium bonorum suorum dicto syffredo eius filio et de quo matrimonio licet dicta pretensa donatione receperunt, vt pretenditur ex aduerso duo notarii instrumentum seu notam: qui postea priusquam instrumẽtum vel notam huiusmodi subscriberent ab humanis decesserũt. Successiue, scilicet anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimosexto, ⁊ die vltima mensis Augusti, prouidus et honorabilis quondam vir rodonus alberti tunc in humanis agens fecit ⁊ cõdidit eius vltimum ⁊ nuncupatiuum testamentum: in quo inter cetera heredes suos vniuersales instituit ⁊ suo ore nominauit probos viros martinum ⁊ syffredum alberti fratres, eiusdem testatoris filios naturales ⁊ legitimos equaliter ⁊ equis portionibus: et substituendo subiunxit hanc clausulam: Item quia dicti sui heredes aliqui habent filios masculos, ⁊ aliqui femellas: ob id ad omnes fines masculos natos ⁊ nascituros voluit vocari in dicta suã hereditate in casum premorientium: scilicet masculos primogenitos cuilibet eorundem ad hereditatem dictis suis filiis martino ⁊ syffredo seu suffrono relictam, et alios masculos ⁊ femellas proportionari pertinenter in denariis. Deinde, scilicet anno domini millesimoquingentesimotertio, ⁊ die secunda mensis Martii, idem rodonus fecit ⁊ condidit codicillos: in quibus inter cetera idem rodonus dedit et legauit Francisie, Guyote, Margarete, Anastasie, ⁊ Claudie filiabus dicti Syffredi, ⁊ earum cuilibet sex florenos monete debilis, et hoc in recompensationem nõnullorum seruitiorum. Et post hec in eisdem codicillis subiuncta est clausula sequens, Et cum idem rodonus codicillans constituerit in dicto suo testamento heredes suos vniuersales scilicet dictos martinum ⁊ syffronum alberti eius filiosque equis portionibus, vult codicillando quod de vno veniat ad alium ⁊ suis ⁊ propinquiori in genere substituendo omnia sua bona. Post hec vita functus est ⁊ ab humanis in dicta voluntate decessit dictus rodonus alberti, superstitibus et sibi superuiuẽtibus prefatis martino et syffredo eius filiis: qui bonis et hereditati eiusdem se immiscuerunt, ⁊ pro vniuersalibus heredibus se gesserunt. Postremo vita functus est ⁊ ab humanis sine liberis masculis decessit dictus syffredus alberti: sibi tamen superstitibus tribus ex filiabus superius nominatis. Quesitum est primo parte dicti Martini superstitis, an dictus contractus seu instrumentum donationis dicte tertie partis valeat. Secundo quesitum est, an in vim testamenti superius mẽtionati dictus Martinus, vel primus eius masculus censeatur fuisse substitutus dicto Martino fratri. Tertio an in vim substitutionis facte in dictis codicillis fuerit et sit efficaciter inuitatus ⁊ substitutus dictus martinus alberti in quota ⁊ portione dicto quondam syffredo relicta ita quod iure vniuersalis fideicommissi possit in ea succedere, non obstante superexistentia dictarum filiarum eiusdem syffredi natarum, vt ponitur in facto, tempore dictorum codicillorum.

Ad primum et secundum

dico ⁊ respondeo, quod ex verbis predicti testamenti non apparet quod dictus martinus fuerit substitutus dicto et quondam syffredo: quamuis eisdem syffredo ⁊ martino fuerint eorum masculi nati ⁊ nascituri scilicet primogeniti substituti: ⁊ vt videtur primogenitus masculus dicti martini fuit eidem martino substitutus: ⁊ primogenitus masculus dicti syffredi etiam fuit idem syffredo substitutus. Sed non opportune apparet nec plene colligitur ex verbis testamenti dicti quondã rodoni: quod idem rodonus substituerit natum masculum, scilicet primogenitum dicti martini Jacobo eius patruo. Et vt manifestius ostedatur quod illa non videatur esse mens rodoni testatoris, supponamus dictũ syffredum ab humanis decessisse superstitibus multis masculis, et sic primogenito masculo, ac etiam aliis masculis post illum procreatis, et etiam filiabus. Quero an dicendum esset quod duo masculi primogeniti dictorum martini et syffredi deberent succedere in vim dicte substitutionis, repulsis aliis masculis dicti syffredi. Et videtur quod nullus hoc diceret: ⁊ quod ista non fuerit mens testatoris: sed fuerit mens quod primogenitus masculus dicti syffredi succederet syffredo: ⁊ primus masculus martini
1 succederet martino: † vt sic illa pluralitas descripta in substitutione facta per dictum Rodonum testatorem, de qua supra, resoluatur in duas singularitates supra narratas. l. falsa. §. fina. ff. de conditionib. ⁊ demonstrationibus. l. lucius. §. caio. C. ad trebel. ⁊ l. qui concubinam. §. si sciens. ff. de legatis tertio. Cum ergo tempore mortis dicti quondam syffredi nullus masculus eidẽ superfuerit, videtur nisi codicilli aliud operetur, quod nec dictus martinus nec eius masculus primogenitus possint aliquid petere in bonis ad dictum quondam syffredum peruentis ex testamẽtaria dispositione dicti quõdam rodoni. Sed quod in bonis illis et aliis successerint et succedere debuerint dicte eius filie, authẽtica, de here. ab intest. §. primo colla. ix. ⁊ transsumptiue in authẽ. in successione. C. de suis ⁊ legi. here. Cõtra predicta, scilicet quod immo saltem masculus primogenitus dicti martini alberti videatur fuisse substitutus eidem quondam syffredo, videtur facere verba dicte substitutionis, iuncta illis verbis, Cupiens suam hereditatem in vnum conseruari deo auxiliante. Dicitur enim in verbis dicte substitutionis, prout supra retuli, quod dictus rodonus testator ad omnes fines masculos natos et nascituros voluit vocari in dicta sua hereditate in casum premorientium, scilicet masculos primogenitos. Cum igitur dicto syffredo premoriente superfit vnicus masculus primogenitus, filius scilicet dicti martini: pro eo quia syffredus sine liberis masculis decessit, et sic sine masculo primogenito: videtur quod dictus masculus primogenitus martini censeatur inuitatus: ⁊ quod in ipsius commodum fuerit purificata substitutio antedicta. Et ad hoc possent plura adduci: sed quia supersunt alia fundamenta et meliora in fauorem dicti martini, de quibus infra dicam: et quia etiam substitutio predicta videtur male dictata: et vt puto defectu notarii, qui quod fiebat non intellexit: ego pro nunc supersedeo ab vlteriore prosecutione huiusmodi articuli.

2 ¶ Venio ad tertium: super quo dico † quod cum dicto syffredo superfuerint filie de quibus supra: earum superexistentia videtur exclusisse dictum martinum substitutum: et quod propterea non possit in vim dicte substitutionis succedere aut petere vniuersale fideicommissum. l. cum anus. ff. de conditionibus et demonstrationibus. l. cum accutissimi. C. de fideicommis. ⁊ l. generaliter. §. cum autem. C. de institutionibus ⁊ substitutionibus. que iura nõ solum sibi locum vendicant, quando filio vel nepoti heredi instituto substituitur extraneus: sed etiam si eidem substituatur alius descendens, vt voluit Bald. Salicet. ⁊ alii in dicta. l. cum accutissimi. ⁊ Alexand. de imol. consilio. clxvii. exordiente, Videretur prima consideratione dicendum, col. tertia, versicu. nec presumitur. et col. quarta versicu. secundum autem argumentum, in quinto volumi. ⁊ quod not. Joan. de imo. ⁊ Romanus in. l. si cui. ff. de dona. causa mortis. post gloss. quam dicunt notabilem ⁊ singularem in. l. prima. C. eodem titulo. Sed contrariam sententiã, scilicet quod superexistentia dictarum filiarum non fecerit deficere cõditionem dicte substitutionis, puto de iure veriorem: ⁊ quod propterea dictus martinus in vim substitutionis de eo facte possit petere bona que ad dictum syffredum peruenerant in vim testamentarie dispositionis dicti quondam rodoni. Et hoc pro eo quia tempore dictorum codicillorum, ⁊ ante tempus huiusmodi, erant ⁊ fuerãt nate dicte filie. Pro quo inducitur dicta. l. generaliter. §. cum autem. dum ibi dicitur, Nulla liberorum ex his procreandorum. ⁊ dum dicitur, intelligendum est patrem si de nepotibus cogitasset. Ex quibus verbis videtur illud colligi, quod conditio de qua ibi subintelligitur fauore liberorum postea natorum de quibus testator non cogitauit: nõ respectu antea natorum: de quibus tanquam natis verisimiliter cogitauit: ⁊ quos in conditione posuisset si voluisset, argumẽ. l. prime. §. fin. autem ad deficientis. C. de caducis tollẽdis. Secundo pro hoc facit tex. in. l. si vt certi. ⁊ in. l. si cum vel in vtero. C. de testamen. mili. vbi si miles testans sciat se filium habere, ⁊ eum non instituat, videtur ipsum excludere ⁊ exheredare. Et ideo per illa iura dicunt docto. in authenti. ex causa. C. de libe. preter. quod in terminis illius authen. conseruantur legata respectu filiorum iam natorum et preteritorum, quos testator se habere sciebat: non respectu nasciturorum, quos ignorabat. Tertio facit text. in. l. fina. cum ibi not. ff. de heredibus instituendis. vbi secundum Bart. legata non conseruantur quando sunt ita magna, quod tanta vel tot non fecisset testator si sciuisset heredem viuere. Quarto facit text. in. l. si vnquam. C. de reuocan. donatio. iunctis not. per Barto. in. l. titia. §. imperator. ff. de lega. ii. vbi quamuis superuenientia liberorum excludat donatarium, per rationem dicte. l. cum accutissimi. vt ibi patet in gloss. tamen liberi non solum nati tempore donationis, sed etiam postea, de quibus tamen testator cogitauit, non operantur hoc. Quinto adducitur consilium Ange. xiiii. exordiens, Ista questio presens ha-
4 bet duo puncta. † vbi vult quod clausula codicillaris nõ operatur iure pro testamento preteritione posthumi, argu. dicte. l. generaliter. §. cum

§. cum autem. ⁊ l. cum accutissimi. ⁊ dicit quod illa iura intelligũtur quando testator non cogitauit de nepotibus: alias secus. Sexto inducitur regula. l. cum pretor. ff. de iudi. ⁊ l. maritus. C. de procu. per quas. ll. dicit Paul. de castr. in dicta. l. cum accutissimi. quod si testator ex pluribus nepotibus iam natis vnum patri substituat: aliȷ, quos se habere sciebat, censentur exclusi. Septimo inducitur quod dicte. ll. generaliter. §. cum autem. l. cum acutissimi. ⁊ l. cum auus. sunt fundate in presumptione, vt probatur in dicta. l. cum auus. in verbo cõiectura, ⁊ in dicto. §. cum autem. ibi non est verisimile ⁊c. Sed non est eadem ratio liberorum nascituroꝝ ⁊ natoꝝ q: respectu natoꝝ eos nõ ponẽdo in cõditiõe, de quibus cogitauit cũ se habere sciret, videt excludere voluisse. ar. d. l. si vt certi. ⁊ l. si cũ vel in vtero: que ratio non militat in nascituris, de quibus non cogitauit.

5 ¶ † Preterea ad maiorem ostensionem veritatis eorum que predixi: ⁊ vt appareat ꝙ supra allegate. ll. cum auus. l. cum acutissimi. ⁊ l. generaliter. §. cum autem. non suffragentur predictis filiabus, adduco ꝙ imprimis habemus responsum Papiniani in d. l. cum auus. de quo mentionem facit imperator in. d. l. generaliter. §. cum autem. ⁊ in. l. cũ acutissimi. qui non aperit an loquatur de filio grauato qui postea liberos suscepit: vel de eo qui etiã habebat liberos tempore testamenti vel codicilloꝝ: sed tantũ dicit ꝙ filius seu verus nepos, de quo ibi, loquitur liberos reliquit: nec declarat quando fuerint nati. Decidit tñ fideicõmissi conditionẽ defecisse humanitatis intuitu: q: quemadmodum filium grauatum predilexit substituto: ita etiam censetur eius liberos predilexisse eidem substituto. l. lucius. la. ij. in fi. ff. de heredi. institu. vbi dicitur, prudens cõsilium testatoris animaduertitur: fratrẽ enim non solum pretulit substitutis, sed ⁊ eius liberos. Et hãc rationẽ ponunt glo. ⁊ Bart. in. d. l. cum auus. que videtur se pariter habere ad liberos iam natos tempore testamenti, sicut ad nascituros: ⁊ sic videtur humanior interpretatio: quam tñ possumus dicere procedere in postea natis: quasi eos protulisset si cogitasset: secus in natis tunc, de quibus cogitauit et non protulit: et ideo censetur voluisse preferre substitutum, prout dicere haberemus in. d. l. lucius. si conditio ibi non fuisset expressa. Et ista interpretatio facit ꝙ potius intelligatur. d. l. cum auus. de nascituris: de quibus testator verisimiliter non cogitauit, ⁊ nihil disposuit: ⁊ sic fingitur dictum, licet non fuerit scriptum. Et hoc videtur velle Rayne. in. d. l. cum auus. vbi vult ꝙ lex interpretatur hoc fuisse dictum ex eo quia pretulit filium, quasi censeatur etiam eius liberos pretulisse, licet de eis nihil dixerit. Subdit etiam Papinianus ꝙ minus scriptum ꝙ̃ dictum inueniretur: que ratio ꝙ censeatur minus scriptum quã dictum, si dicamus illum procedere per viam fictionis, prout ibi tenuit Cuma. arguit ꝙ dictum non fuerit: sed dictum fingatur: quia fictio est contra veritatem, vt patet ex notatis. in. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap. Si vero dicamus ꝙ procedat per viam presumptionis, habemus dicere quod lex presumit ꝙ fuerit dictum de libera: sed ꝙ nõ fuerit scriptum: ⁊ quod sit iuris presumptio, tenet Dynus ⁊ Paulus de castro in dicta. l. cum auus. Baldus ⁊ multi aliȷ in dicta. l. cum acutissimi. Et si ita intelligamus, dicta ratio videtur magis militare in iam natis, de quibus presumitur dictum, quam in nascituris. argumentum. l. qui filiabus. in princip. ff. de legatis. j. Et sic videtur quod dictum Papiniani est valde obscurum: nec bene aperit an loquatur de liberis natis tempore testamenti vel codicillorum, vel post: nec vt videtur doctores hoc ibi opportune declarant. Nam licet Barto. ibi velit in versicu. quero aliquis rogatus est restituere si decesserit sine liberis ⁊c. ꝙ illa lex intelligatur etiam de conceptis et natis post mortem testatoris, argumen. l. paulus. §. paulus. ff. de bo. liber. et sic implicet casum pro minus dubitabili, quando essent concepti et nati viuente testatore: tamen non implicat de natis tempore testamenti. Ideo enim dicit Bartolus etiam de conceptis post mortem, quia in eis erat maius dubium: pro eo quia nõ admittuntur ad legitimam hereditatem. §. cum autem. Institu. de hered. que ab intesta. defe. vnde fortius valuit in conceptis viuente testatore, in quibus illa dubitatio non militat non tamen dicit Bartol. de natis tempore testamenti: quia tunc alia ratio pactum reformat, ex quo censetur de eis cogitasse: et sic videtur quod illi male allegant. Bartolus qui dicunt eum in dicta. l. cum auus. sensisse etiam de liberis natis tempore testamenti vel alterius dispositionis. Videtur igitur dubia ⁊ obscura dicta interpretatio Papiniani. Sed profecto, nisi velimus verum inficiari, cõcludi debet ꝙ Papinianus loquitur quando liberi non erant nati tempore testamenti: sed filius grauatus post testamentum seu grauamem iniunctum suscepit liberos. Ista interpretatio probatur non magistrali et voluntaria interpretatione, sed legali ⁊ necessaria: quia hoc apertissime dicit imperator in d. l. generaliter. §. cum autem. vbi dicit imperator, Cum autem inuenimus excelsi ingenij Papinianum in huiusmodi casu, in quo filio suo substituit nulla liberorum ex his procreandorum adiectione addita, ex optimo intellectu disposuisse euanescere substitutionem, si is qui substitutione pregrauatus est pater efficiatur ⁊ liberos sustulerit: ⁊ intelligentem non esse verisimile patrem si de nepotibus cogitauerit talem fecisse substitutionem ⁊c. hucusq; posuit imperator responsum Papiniani: quod postea extendit. Ex quibus verbis primo apparet ꝙ Imperator refert responsum Papiniani, de quo in dicta. l. cum auus. ꝙ omnes scribentes fatentur ⁊ admittunt. Scdo ꝙ imperator declarat ꝙ papinianus loquitur in casu, quando scilicet filius grauatus nõ habebat liberos: sꝫ postea suscepit. Dicit enim Inuenimus papinianum in huiusmodi casu: que verba demonstrant casum quem postea narrat ad oculum. l. j. in principio, cum ibi notat. ff. de noui operis nuntiatione. sed postea immediate imperator exprimit casum, quando scilicet filius grauatus post testamentum liberos suscepit, de quibus testator non cogitauit ⁊ mentionem non fecit: vt patet primo ex illis verbis, nulla liberorum ex his procreandorum adiectione habita: ⁊ sic loquitur de liberis procreandis, ⁊ nõ de natis: quia dicit procreandorum. Secundo ex illis verbis, Si is qui substitutione pregrauatus est pater efficiatur ⁊ liberos sustulerit: ⁊ sic loquitur in filio grauato qui tunc non erat pater, ⁊ sic liberos non habebat: sed post testamentum illos sustulit seu suscepit. Tertio ex illis verbis, Non esse verisimile patrem si de nepotibus cogitauerit talem fecisse substitutionem. Per que datur intelligi ꝙ non loquitur quando liberi nati erant tempore testamenti, quos testator se habere sciebat: q: de illis cogitasse presumitur: prout est casus in dicta. l. sicut certi. ⁊ in. l. si cum vel in vtero. C. de testamento militari. ⁊ quod notat Bartolus in dicta authenti. ex causa. allegando dictas leges. C. de liberis preteritis. vel exheredatis. Per que Romanus consilio ccclxx. exordiente, In proposita consultatione ⁊c. concludit ꝙ predicta iura non habent locum quando liberi erant nati tempore testamenti ⁊c. Et idem tenet Andreas Barbatias in dicta l. cum acutissimi. qui pro hac parte colum. ij. ⁊ multis sequentibus multas alias rationes inducit. Et idem voluit in sua Joannina. c. Raynaldus. char. iij. columna. iij. de testamentis. Istam etiam partem secutus est Bartholomeus socinus in dicta. l. cum auus. colum. xxxj. versicu. Ego als ⁊c. vbi etiam dicit ꝙ ista opinio semper sibi placuit per textum. d. §. cum autem. ⁊ ita etiam consuluit consilio. xcj. exordiente, Licet difficultates discutiende ⁊c. vbi etiam respondet motiuis ⁊ argumentis inductis parte tenentium opinionem contrariam. Et procedit predicta opinio ⁊ procedere videtur in casu de quo queritur: pro eo quia apparet ꝙ non solum censendus sit dictus quondam rodonus cogitasse de dictis filiabus syffredi eius filiȷ: sed etiam ꝙ ipse de illis cogitauit: cum non solum sciuerit se illas neptes habere ex dicto syffredo: sed etiam illas honorauerit: ⁊ tam in dicto eius testamento, quam etiam in codicillis eisdem legata reliquit: quo casu cessat omnis dubitatio an testator de illis cogitauerit vel non. Quo fit vt fortius in isto casu militent ea que superius adducta extiterunt: ⁊ que pro hac opinione adducunt Romanus Andr. Barbatias ⁊ Bartholomeus socinus in dictis locis: quia in incertis non in certis locus est coniecturis. l. continuus actus. §. cum ita. ff. de verborum obligatione. Etiam audio quod dictus quõdam Rhodonus sepissime respondit ⁊ dixit dicto syffredo conquerenti de dicta substitutione propter dictas filias, ꝙ dicte filie vel alie mulieres nunꝙ̃ succederent in sua hereditate ⁊ bonis: sed semper remanerẽt in manibus Albertorum. Tenentur igitur dicte filie in vim predicte substitutionis restituere hereditatem ⁊ bona dicti quondam Rodoni prefato Martino substituto. Et si non appareat de donatione superius mentionata, dico quod illa medietas bonorum, que ad dictum quondam syffredum peruenit in vim testamentarie dispositionis, debet eidem Martino restitui, detractis duabus quartis, scilicet legitima: que (cum eidem rodono superfuerint tres filiȷ, scilicet egregius vir dominus Carolus Alberti iurium licentiatus, ⁊ dictus Martinus ⁊ Syffredus) est tertia pars trientis, hoc est nona pars omnium bonorum dicti quondam Rodoni, eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno ⁊ funeris impensa, authentica, de triente ⁊ semisse. §. j. collatione. iij. ⁊ transsumptiue in authẽtica nouissima. C. de inofficioso testamento. iuncta. l. papinianus. §. quarta autem. ff. eodem titulo. ⁊ hec primo detrahetur, iuxta theoricam quam ponit glossa in dicto capit. Raynaldus. super verbo licet totas. ⁊ Baldus in. l. scimus. in princip. in fine prime columne. C. de inofficioso testamento. ⁊ plenius in. l. si vero. §. quid ergo. ff. de testamento militari, Angelus consilio centesimo nonagesimo nono, exordiente, Magnificus miles dominus Gulielmus ⁊c. colum. iij. ⁊ Joannes de imola in. l. coheredi. §. cum filie. col. ij. ff.

de vulg. ⁊ pupi. ⁊ deinde detrahetur quarta trebellianica que est quarta pars residui, iuxta ea que no. glo. ⁊ doct. predicti in dictis locis, ⁊ scribētes in multis aliis locis. Totum vero residuum medietatis bonorum dicti quondam rodoni debet in vim substitutionis restitui dicto martino. Si vero appareret de dicta pretēsa donatione tertie partis bonorum: tūc minor portio deberet eidē martino restitui: pro eo quia licet dictus quondam syffredus debuerit illam tertiam partem in suam legitimam imputare, per id quod not. Joan. de imo. in. l. cum quo de peculio. §. fina. ff. ad leg. fal. ⁊ sequitur Alex. de imol. in. l. illud. col. v. vel circa. C. de colla. ⁊ consi. cxlii. in secundo volu. ⁊ do. Jas. may. in. l. si quando. §. ⁊ generaliter. col. j. C. de inoffi. testa. illa tamen tertia pars non videretur venire in restitutionem fideicommissi. l. sequens questio. ff. de lega. ii. per quam probatur, quod in fideicommisso vniuersali restituendo nō veniunt ea que heres aliunde acquisiuit q ex testamēto, etiam si illa a testatore acquisiuisset: qd etiam voluit Alexā. de imo. consi. xx. exordiente, Pōderatis his que in themate ⁊c. col. iii. ⁊ multis sequentibus, in tertio volu. Que omnia dixerim ⁊c.

Quia post scripta precedētia fui informatus, quod dicto quondam Rodono superfuerunt dicti domini Carolus, Martinus ⁊ Syffredus ac etiam Joanna ac Joanna eiusdem rodoni filie, necnon etiam decem nepotes ex Galhardo eiusdem rodoni quondam filio naturali ⁊ legitimo, octo nepotes ex Maria, octo nepotes ex Magdalena, et nouem nepotes ex Catherina, ipsius rodoni quondam filiabus naturalibus ⁊ legitimis, quorum legitima fuit semis, seu dimidia pars bonorum dicti quondam rodoni, eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno ⁊ funeris impensa. d. auth. de trien. ⁊ semis. §. j. ⁊ transsumptiue in. d. aut. nouissima. iūcta allegata. l. papinianus. §. quarta autem. ⁊ iste semis seu dimidia pars debuit diuidi in nouem partes: quarum quinq spectauerunt prefatis domino Carolo, Martino Syffredo, Joanne ⁊ Joanne: alie vero quatuor spectauerunt, vna scilicet liberis dicti Galhardi, alia liberis prefate quondam Marie, alia liberis Magdalene, et alia liberis dicte quondam catherine: ⁊ sic prefate tres filie dicti quondam syffredi non debent habere nonam partem, vt superius dixeram: sed decimamoctauam partem: supposito vt predixi, quod de donatione predicta non appareat, seu quod illa facta non extiterit.

1 ☞ Ludus alearum vel taxillorum ⁊c. an sit licitus, ⁊ an quando id quod in eo perditum est debeat perdenti restitui, aut pauperibus christi erogari: ⁊ an possit per vincentem retineri, vel a victo peti.
2 Pecunia aliena in ludo perdita potest repeti.
3 Pecunia per filiumfamilias in ludo perdita debet patri restitui.
4 Filii familias, serui, monachi, ⁊ institores, non possunt ludis dānosis pecuniā patris, domini abbatis ⁊c. alienare quo minus repetatur.

¶ Epitome.

¶ Alearum ludus adeo prohibitus est, vt possit per patrem repeti id quod per filiumfamilias in eo decoctum est. V. F.

¶ De religio. ⁊ sumptib. funer. Consi. ccxiii.

Missa illa longa ⁊ ampla inquisitione, que per doctores in multis locis fieri solet de ⁊ super illo dubio, quo queri so-
1 let † an ludus alearum seu taxillorū vel simplex vel mixtus cū tabulis licitus existat, ⁊ an ⁊ quādo id quod in eo perditum est debeat perdenti restitui, aut pauperibus christi erogari, vel possit per vincentem in ludo retineri, et an super facultate retinendi per vincentem aliquid operetur pretensa generalis consuetudo. Dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte, ad id de quo queritur parte prouidi viri Constantii gastaudi, patris naturalis ⁊ legitimi honesti iuuenis Jacometi gastaudi, quod ipse Constantius pater potest pecunias repetere, quas quidam Adam pauhon sub pretextu victorie in ludo alearum seu taxillorum a dicto Jacometo extorserat, per text. l. fina. ff. de aleato. quod etiam voluit Hostien. in summa, titu. de peniten. ⁊ remissio. §. fina. sub. §. quid de lusoribus. versicu. sed ⁊ sunt persone quibus est indistincte restituendum. gloss. in. c. penulti. super verbo ad aleas. versicu. alii dicunt quod possit repeti, ⁊ melius de vita ⁊ honesta. clerico. Joan. calde. Joan. de imol. ⁊ docto. communiter in. d. c. penul. Sali. in. l. alearum vsus. col. j. ver. quero an huic legi. ubi, si vero pdit. C. de relig. ⁊ sump. fu. ⁊ alee lu. ⁊ al. Steph. costa in suo tractatu de ludo, in tertio principali articulo, col. iii. versicu. verum q hec doctrina est generalis, ⁊ domi. Par. de puteo in suo tractatu de materia ludi, col. v. ad fi. qui omnes sentiūt in-
2 distincte, † q si ille qui lusit ⁊ in ludo perdidit non habebat pecunie perdite administrationem, illa potest repeti. Exemplum ponit Hostien. in furioso, prodigo, ⁊ minore vigintiquinq annis, in mentecapto, surdo, ceco, ⁊ morbo perpetuo laborante, in monacho claustrali, in vxore ludente res mariti, in filiofamilias ludente res paternas, ⁊ in administratore ecclesie ludente res ecclesie. Gloss. vero in dicto c. penulti. exemplum ponit in filiofamilias ⁊ seruo: ⁊ de eisdem ⁊ aliis multis ponunt etiam exemplum doctores in dicto capit. penul. Stephanus costa. etiā ponit exemplum in filiofamilias pupillo, vxore, prodigo, mentecapto, seruo, ⁊ monacho. Paris de puteo ponit etiā exemplū in filiofa. seruo, mo-
3 nacho, ⁊ institore alterius. † Volunt ergo omnes isti doctores ⁊ alii de hoc loquentes, quod pecunia per filiumfamilias perdita in ludo alee seu taxillorum debeat per vincentē restitui: non quidem ipsi filiofamilias, sz patri. Et hoc satis voluit Beatus Thomas secunda secunde. q. xxxii. articul. vii. in responsione ad secundum argumentum: vbi formaliter ita dicit, Circa illa vero que per aleas acquiruntur videtur esse aliquid illicitum ex diuino iure, scilicet quod aliquis lucretur ab his qui rem suam alienare nō possunt: sicut sunt minores ⁊ furiosi ⁊ huiusmodi: ⁊ quod aliquis trahat alium ex cupiditate lucrandi ad ludum: ⁊ quod fraudulenter ab eo lucretur: ⁊ in his casibus tenetur ad restitutionem ⁊ sic de eo non potest eleemosynam facere. Ubi aduertendum est quod dicit beatus Thomas q aliquis lucretur ab his qui rem suam alienare non possunt: quod ideo dico, quia licet in exemplis non ponat nominatim de filiofamilias: hoc tamen satis expressit: quia post quedam exempla subiunxit hec verba, ⁊ huiusmodi: per quod verbum plane expressit idem intelligendum de aliis personis non habentibus administrationem ⁊c. cuiusmodi est filiusfamilias: qui non solum non habet administrationem bonorum paternorum, nisi forte esset per patrem concessa: in qua concessione, etiam si esset cum libera, non veniret facultas donandi, vel ludendi, seu alias dissipandi, l. contra iuris ciuilis regulas. §. finali. ⁊ l. sequenti. ff. de pactis. ⁊ l. filiusfamilias. in princip. ff. de donationibus. sed nec est administrator rerum suāpsius filii familias, earum scilicet que consistunt in peculio aduentitio: sed pater ratione vsusfructus: ⁊ ideo illas alienare non possunt. l. finali. §. filius autem. cum suis similibus. C. de bonis que liberis. Ideo autem dixi de peculio aduentitio: quia secus est in castrensi, ⁊ quasi ca-
4 strensi. Addo predictis quod exempla posita per beatum Thomam regulam non restringunt. l. damni infecti stipulatio pertinet. in fi. ff. de damno infecto. l. j. §. quod vulgo. ff. de vi ⁊ vi arma. ⁊ l. regula. §. ⁊ licet. ff. de iuris ⁊ facti ignorantia. Et quod superius dixi de repetitione pecunie predicte faciēda, in nostro etiam casu voluit Innocentius Joannes andreas ⁊ doctores in capit. quia plerique. de immunitate ecclesie. vt dicit Panormitanus de put. in loco predicto, perditū per filiumfamilias, seruum, vel monachum, aut institorem alicuius potest repeti per dominum, patrem, vel abbatem. dicta. l. finali. ff. de aleato. Et ratio est, quia illi non habuerunt dominium pecunie perdite, vt tenet glossa in dicto capit. penultimo. Et subiungit idez Panormitanus quod ludens cum talibus scienter committit furtum tanq accipiens pecuniam alienam, argumentum. l. seruus cuiusdam. ff. de conditionibus indebiti. vbi est textus notabilis secundum Baldum in rubrica, de conditionibus ob turpem causam. Ex quibus apparet responsio ad allegata per egregium virum dominum aduocatum dicti Ade compatrem ⁊ mihi amicissimum, scilicet quod illa non obstent: quia si opportune attendantur verba doctorum per eum allegatorum, ⁊ qui dicuntur sentire quod per generalem consuetudinem possit induci vel inductum extiterit, quod lucrās in ludo alearum seu taxillorum, aut coniunctim in ludo alearum ⁊ tabularum, non teneatur ad restitutionem, saltem eo casu quo non attraxisset victum ad ludum, ⁊ eo in quo fraudem non commisisset: vt quia non per falsos taxillos: ⁊ quando non lusisset ex cupiditate ⁊ auaritia, sed causa recreationis: ipsi non extendunt hoc dictum ad eum qui lucratur ab eo qui non habet rei perdite administrationem, vt est vt predixi filiusfamilias, ⁊ alii multi: sed semper faciunt particularem notam de lucrante ab his personis, ⁊ merito. Propter que non debet idem Adam, ne forte aliquid deterius sibi contigat, diutius retinere predictam pecuniā, quam a dicto Jacometo vt premisi extorsit. Et ita mihi videt, sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Mulier, cui dos insufficiens est relicta, potest ad legitime supplementum agere.
2 Actioni siue iuri petendi supplementum legitime nō prescribitur

quinquennio

quinquennio: immo semper competit ius habenti.
3 Frater presumitur scire iura sanguinis ⁊ processum nature: licet facta non.
4 Error iuris probabilis potest prodesse in prescriptione saltem lõgissimi temporis.

¶Epitome.

¶Restitutio in integrum regulariter conceditur etiam maioribus vbicunqꝫ equitas dictat illam fore concedendam. A. F.

¶De in integr. resti. Consi. ccxiiij.



Ex themate mihi date consultationis parte nobilis ⁊ generosi viri Joannis de mota ⁊ eius fratrum eliciuntur multa que sita, ad que respondeo breuiter ⁊ succincte prout infra. Et primo ad primū: pro cuius ampliore determinatione vel declaratione, ⁊ ad euidentiam infra dicendorū premitto, quod cum nobili ac generoso ac potenti quondam viro Raymundo de Glandenis, domino de Gredolis, superfuerint quinqꝫ liberi masculi, scilicet nobiles ⁊ egregij Honoratus ⁊ dominus Jacobus de Glandenis, prepositus Cistariceñ. ac nobiles ac generose mulieres Brianda de venterono, Margareta domina de romolis, Antoneta vxor quondam nobilis Saluatoris de mota domini pro parte eiusdem loci, ⁊ Catherina vxor nobilis Gabrielis chabaudi de cauallione: quorum omniū legitima fuit semis, seu dimidia pars omnium bonorum dicti nobilis Raymūdi, eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno ⁊ funeris impensa, aut. de triē. ⁊ se. §. j. colla. iij. ⁊ transsumptiue in aut. nouissima. C. de inoff. testa. iuncta. l. papinianus. §. quarta autem. ff. eo. tit. ⁊ sic legitima dicte nobilis Antonete fuit sexta pars dicti semissis, ⁊ pars duodecima seu vna vncia predictorū bonorum: in qua eadem nobilis Antoneta grauari non potuit. l. omnimodo. l. quoniam in prioribus, ⁊ multis alijs. C. de inoffi. test. ⁊ quod ha-
1 betur in aut. vt cum de appel. cogn. §. ceterum. colla. viij. † Si igitur dos, quam pro eadem nobili Antoneta constituisse dicitur dictus nobilis Raymundus eius quondam pater, non ascendebat ad valorem dicte sexte partis semissis seu vnius vncie predictorū bonorū: ne ipse quōdam nobilis Raymundus Aliquid vltra eidem nobili Antonete dederit vel reliquerit: ipsa potuit agere ad supplementum predicte legitime, iuxta id quod habetur in l. omnimodo. C. de inoffi. testa. Et quia anteq̄ hoc fecerit ipsa ab humanis decessit, superstitibus dictis nobilibus Joanne ⁊ fratribus: ipsi possunt agere ⁊ petere predictum supplementum: hoc est id quod eis deest de dicta legitima, dote predicta florenorū octingētorum in eam prius imputata. l. quoniam nouella. C. de inoffi. testa. ⁊ possunt petere supplementum predictum sibi tradi ⁊ expediri in et de bonis ⁊ substantia dicti quondam nobilis Raymūdi eorum aui materni. l. scimus. §. repletionem. ⁊ quod ibi docto. C. de inoffi. testa. Quod etiā post Gulielmum de cu. voluit Bar. in. l. suus quoqꝫ. in fin. principij, vbi etiam Joan. de imol. col. vij. vel. viij. ff. de here. insti. Alex. de imo. in. l. non amplius. §. cum autem. ff. de lega. j.

¶Nec videntur dicti nobiles Petrus et fratres, filij quondam et heredes dicte nobilis Antonete, posse repelli pretextu pretense prescriptionis. Et quidem non prescriptionis quinquen-
2 nij: † quia actioni siue iuri petendi supplementum legitime non prescribitur per lapsum quinquennij: quicquid scripserit Bartol. in. l. si quis filium. in fin. C. de inofficioso testamento. ⁊ in quodaꝫ suo consilio exordiente, Utrum iuri agendi ad supplementum ⁊c. contra quem est communis opinio, quam firmat Bald. in dicta. l. si quis filium, vbi etiam loquitur non solum in petitione suppleměti, sed etiam in ipsa legitima. Idem etiam tenet ibi Salicet. ⁊ Paul. de cast. ⁊ Angel. in. l. papinianus. §. si conditio. ff. de inofficioso testamēto. in. l. si a patre. col. j. ff. de peti. here. ⁊ in. l. certi condi. in prin. ff. si certum peta. ⁊ Bald. in aut. presbyteros. C. de episco. ⁊ cle. ⁊ in. l. pater filium. in repeti. q. j. ff. de inoffi. test. ⁊ Alex. de imo. in. l. in quartam. col. fina. ff. ad leg. fal. ⁊ Alex. de imo. consi. cxxviij. exordiente, Consideratis verbis instrumēti ⁊c. col. ix. vel circa, vbi etiam dicit hanc opinionem esse communem, in primo volumi. Et procedit hoc non solum quando agit filius vel alius descendens, cui immediate debetur legitima in bonis patris vel alterius ascendentis: sed etiā quādo agit heres huius filij vel alterius descendentis. Et hoc aperte colligitur ex dictis doctorū in locis superius allegatis: qui indistincte loquūtur, ⁊ dicunt opinionē Bar. non esse veram. Quod etiam voluit do. Jas. in. d. l. si quis filium: col. ij. vel. iij. quamuis Angel. visus fuerit in hoc casu aliud sentire in. d. l. papinianus. §. si conditioni. ponēs nouum intellectum ad. d. l. si quis filium. §. fi. dicens qd loquitur in herede eius cui competebat ius petēdi supplementum. ⁊ quod verum est q̄ respectu huius heredis non durat actio nisi quinquennio. Sed si ipse filius viuat, competit secundum eum ius petendi supplementum perpetuo. Cuius diuersitatis rationem assignat Angel. quia si filius tacuit per quinquennium, ⁊ mortuus est: intelligit renuntiasse. secus si viuat. Sed iste intellectus non procedit: quia si verum est quod dictum ius petendi supplementum legitime duret filio triginta annis, vt etiam voluit Angel. quomodo intelligitur tacite renuntiasse per lapsum quinquēnij: profecto non videtur, secundum dominum Jasonem vbi supra. Preterea nec eisdem etiam nobilibus Joanni ⁊ fratribus obstat exceptio prescriptionis. xxx. ann. pro eo quia dictus nobilis Honoratus nouissime defunctus, ac filius ⁊ heres vniuersalis dicti quondam nobilis Raymundi de Glaudenis, patris communis eorundem nobilium Honorati, domini Jac. ⁊ aliorum, sciuit ⁊ sciuisse presumitur eundem dominum Jacobum ⁊ alios superius nominatos esse eius fratrem ⁊ sorores ac filium ⁊ filias dicti quondam nobilis Raymundi: per id quod habetur in. l. optari. ad fi. ff. vnde cog. ⁊ l. de tutela. ff. de in integr. restitu. mi. per que iura not. Bald. Ange. ⁊ multi moderni in. l. quoniam sororem. C.
3 de iure delibe. † quod licet frater non presumatur scire factum fratris: presumitur tamen scire iura sanguinis, ⁊ processum nature. Sciuit etiam ⁊ notitiam habuit idem nobilis Honoratus de testamento dicti quondam nobilis Raymundi: pro eo quia eo mortuo illico se gessit pro vniuersali ac insolidum ⁊ vnico herede dicti nobilis Raymundi: ⁊ vt puto legata per eum relicta persoluit, ⁊ creditoribus respondit: qd verisimiliter non fecisset, nisi de illo notitiam habuisset, pro eo quia non solum eidem nobili Raymundo superfuit ipse nobilis Honoratus: sed etiam alius masculus, scilicet dictus dominus Jacobus. Pro quo allegasse sufficiat not. per Bartolum ⁊ doctores in. l. qui rome. §. duo fratres. ff. de verborum obliga. Ad quod facit. l. j. §. j. ff. quemadmodum testamenta aperiantur. ⁊ l. de his. ff. de transactioni. Et vt dicit Baldus in. l. si tutor petitus. C. de pericu. tuto. heres post aditam hereditatem indistincte presumitur scire omnia contenta in testamento. Et idem voluit Baldus ⁊ doctores in dicta. l. quoniā sororem. ⁊ expressius voluit idem Baldus in. l. eius qui in prouincia. ff. si cert. petatur. vbi dicit quod heres suus, postq̄ in hereditate per actum facti se immiscuit. presumitur scire omnia contenta in testamento, per not. in. l. cū heres. ff. de libe. lega. ⁊ idem voluit Alex. de imol. consi. iiij. colum. xij. in. ij. volu. ⁊ sic sciuit ⁊ se vniuersalem heredem per dictum nobilem Raymundum eius quondam patrem institutum: ⁊ vel nihil vel non nisi quid vilissimum fuisse dicte nobili Antonete per dictum quondam Raymundum legatum aut relictum. Preterea habuit notitiam de summa dotali pro ⁊ nomine eiusdem nobilis Antonete nobili quondam viro Saluatori de mota constitutam, vt pote qui procuratorio nomine dicti nobilis Raymundi eius quodam patris eandem constituit. Insuper cum ipse nobilis Honoratus diu tenuerit ⁊ possederit castrum de credolis ⁊ alia bona ⁊ iura dicti quondam nobilis Raymundi, ipse sciuit ⁊ sciuisse presumitur valorem bonorum eiusdem quondam Raymundi, per id quod habetur in. l. quisquis. C. de rescindenda venditione. ⁊ quod notat gloss. in. l. secunda. C. quando fiscus vel priua. Ex quibus palam infertur eundem quondam Honoratum sciuisse quod dos predicta, ⁊ vilissimum relictum, si quod fuerit, non sufficiebant ad legitimam eidem nobili Antonete debitam: ⁊ que erat duodecima pars seu vncia predictorum bonorum: cum dicto quondam nobili Raymundo superfuerint sex liberi quorum legitima est semis: deducto ere alieno ⁊ funeris impensa, authentica, de triente ⁊ semisse. §. j. collatione. iij. ⁊ transsumptiue in authentica, nouissima. C. de inofficioso testamento. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eodem titulo. Nisi dicamus quod ipse forsasse nesciuerit quanta esset dictorum sex liberorum legitima: ⁊ sic nec quanta esset legitima dicte nobilis Antonete: an videlicet dimidia, aut tertia, vel alia pars seu quota eorum que fuerat eadem Antone-
4 ta abintestato habitura: ⁊ quod sic errauerit in iure: † error autem iuris probabilis videtur prodesse in prescriptione saltem longissimi temporis, vt voluit glossa quam ibi approbat Antonius de Butrio, in capitulo, cum dilectus, de consuetudine. Panormitanus in capitulo, de quarta. columna tertia, vel circa. ⁊ capitulo, si diligenti. collatio. quinta, de prescriptio. Tum quia forte non probabitur iste error, qui tamen probandus esset: cum quilibet presumatur regulariter scire iura, per ea que habentur in capitulo primo, de constitutionibus. ⁊ in. l. leges. C. de legitimis. facit regula ignorantia, de regulis iuris. in. vj. ⁊ l. regula. ff.

de iuris et fac. ignoran. Quo fit vt cum non presumatur idē quondam nobilis Honoratus ignorasse id quod habetur in. d. authē. nouissima. sed potius presumatur sciuisse: per consequens etiam presumatur fuisse in mala fide. Pro quo facit quod not. glos. in l. quemadmodum. C. de agrico. et censi. lib. xj. et in regula, qui contra. de reg. iur. in. vi. Tum et quia supposito, citra preiudicium veritatis, quod probaretur dictum quondam nobilem Honoratum nesciuisse depositionem dicti iuris: vel in eo errasse: huiusce modi tamen error eidem prodesse non potuit quoad hoc vt propterea potuerit prescribere legitimam, seu supplementum legitime eidem nobili Antonete debitum. l. nunquam. ff. de vsucap. Nisi forte quis dicat, quod illud procedit in vsucaptione triennali, et in prescriptione longi temporis decem aut viginti annorum: non autem in prescriptione longissimi temporis: que vt not. glos. in. l. non solum, alias incipit Julianus. ff. ex quib. cau. maio. et in. l. qui occidit. ff. ad leg. aquil. inuenta non extitit de tempore digestorum. Sed istud non videtur obstare, per id quod not. gloss. in. c. apostolice. de dona. vbi videtur velle quod si agatur de prescriptione rei ecclesiastice, in qua requiritur possessio quadraginta annorum. d. c. de quarta. de prescriptio. et aut. quas actiones. C. de sacrosanctis ecclesie. cum suis similibus. et sic longissimi temporis, non prodest error iuris. Et idem videtur velle Archidia. in. c. quia cognouimus. x. questione. iij. Pau. de lea. et Joan. de lig. in clementina prima de reb. eccle. non alie. Preterea gloss. et Ant. de but. in dicto. c. cum dilectus. et Panormitanus in alleg. c. de quarta. et. c. si diligenti. non dicunt indistincte quod error iuris prosit: sed loquuntur de probabili iuris errore: vt quia ius est dubium: cuiusmodi non est. d. auth. nouissima. sed clarissima: ita vt etiam vulgares et sciant et dicant quanta sit legitima quatuor et infra, et quanta debeatur quinque et supra: et ita dictum gloss. et aliorum non facit contra id quod dixi. Ex quibus infertur dictum quondam nobilem Honoratum, vt potescientem se possidere supplementum legitime dicte quondam nobilis Antonete, et sic rem alienam, aut saltem alij debitam: non potuisse prescribere ius petendi predictum supplementum, etiam si a tempore mortis dicti quondam nobilis raymundi vsque ad tempus mortis et decessus eiusdem nobilis Honorati cucurrerint. xxx. anni. Et hoc pro eo quia habuit scientiam rei aliene vel alteri debite.

¶ Pretera vbi condendi posset, prout non videtur, quod etiam cum scientia predicta, vel alias, potuerit quoad dictam legitimā ipsius quondam nobilis Antonete, seu supplementum illius, per dictum nobilem Honoratum heredem prescriptio inchoari, et deinde compleri, quod non credo, propter predicta: esset tamen aduersus prescriptionem huiusmodi danda et concedenda restitutio in integrum: cum vt verisimiliter credendum est, nobilis Antoneta ignorauerit valorem facultatum et bonorum dicti quondam nobilis Raymundi eius patris. Certum est enim quod, restitutio huiusmodi regulariter cōceditur etiam maioribus, vbicunque equitas dictat illam fore concedendam.

1 ☞ Testamentum an et quando vires accipiat a vulgari substitutione. 4. 7. et sequentibus vsque ad finem.
2 Coniunctio copulatiua et posita inter personas inter quas cadit affectio seu charitas ordinata quid importet.
Et quid de coniunctione disiunctiua vel, et similibus inter easdē personas collocatis. 3.
5 Testatoris dispositio quo ordine vocet personas inter quas cadit affectio seu charitas ordinata.
8 An nati vel saltem concepti post mortem testatoris censeantur inuitati ordine cum prius natis.
9 Liberorum nomē collectiuum est.
11 Determinatio debet in omnibus et per omnia equalis esse.
12 Substitutio facta per verbum directum et ciuile, an et quando possit obliquari.

¶ Epitome.

¶ Institutionis primus gradus si vitietur, vt qz nemo ex illo heres sit: testamentum potest incipere a vulgari substitutione. U. S.

¶ De insti. et substi. Consi. ccxv.



Hema proposite consultationis tale est. Dudum, anno scilicet domini millesimo quadringentesimo decimo nono, et die nona mensis Augusti nobilis et potens quōdam vir Guli. de ponteues, domi. de lambisco fecit et condidit eius vltimum et nuncupatiuum testamentum in quo inter cetera heredem suum vniuersalem instituit et suo proprio ore nominauit nobilem Alziarium de ponteues eius auunculum dom. Requete anterionis: et si ipse nobilis alziarius aut sui liberi masculi ex suo corpore et de legitimo matrimonio procreati heredes non essent aut heredes essent, et quandocunque morerentur sine heredib⁹ masculis ex suo corpore et de legitimo matrimonio procreatis substituit nobilem Gui. de baucio auunculum suum et eius liberos masculos de suo corpore et de legitimo matrimonio procreatos ad quos voluit omnia bona sua, iura et actiones sine quacunque diminutione peruenire et obuenire in dicto casu. Et nihilominus in casu huiusmodi tanquam bene certus de facultatibus suis dictis heredibus prohibuit augmentationem quarte trebellianice et falcidie. Successus vero temporis vita functus est et ab humanis sine liberis masculis decessit dict⁹ nobilis alziarius primo loco inuitatus superstitibus et sibi supuiuentibus prefatis nobilibus Gulielmo de ponteues testatore et Guil. de baucie secū do loco inuitato. Deinde vita functus est et ab humanis sine liberis decessit dictus Guilelmus testator et superstite et sibi superuiuente dicto Guilelmo de baucio: cuius vt creditur nulli erant adhuc liberi masculi qui mortuo et vita functo prefato Gulielmo testatore adiuit et accepauit bona et hereditatem eiusdem et pro vniuersali eius heredē se gessit et reputauit. Post mortem autem et decessum dicti Gulielmi testatoris prefatus Gulielmus de baucio ex legitima eius vxore suscepit et genuit nobilem Joā. de baucio qui viuēte et superstite eodē guilielmo patre vita funct⁹ est et ab humanis decessit superstitib⁹ et sibi superuiuētib⁹ nobilib⁹ Pet. Joā. et Gulielmo de baucio eius filijs naturalib⁹ et dictis Gulielmi de baucie nepotibus. Finaliter vero vita functus est et ab humanis decessit dictus Guili. de baucio superstitibus dictis tribus eius nepotibus ex prefato Joanne filio predefuncto. Quesitum est de sequentibus. Primo an dictum testamentum potuerit a vulgari substitutione facta de dicto Guiliel. de baucio et eius liberis masculis vires assumere. Secundo an supposito citra preiudicium veritatis quod tempore mortis et decessus dicti Guiliel. testatoris esset natus aut cōceptus dictus Joannes de baucio, censeri debeant ipsi Gul. de baucio et Jo. filius fuisse simul inuitati vel successiue primo scilicet dictus Guil. pater et post ipsum idem Joan. et quid de liberis masculis eiusdem Joannis. Tertio an prefati Joan. d. baucio pater, Petrus Joan. et Guil. eius filij censeri debeāt aut dici possint fuisse dicto Guiliel. de baucio aliquo genere substitutionis et quo substituti ita quod post mortem et decessum eiusdē Guilielmi potuerint in vim huiuscemodi pretēse substitutionis et tanquam substituti aliquid sibi vendicare aut petere in bonis et hereditate dicti quondam Guilielmi de ponteues testatoris.

¶ Ad que respondeo sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, prout infra. et primo ad primum quod testamentum predictum potuit vires assumere a dicta vulgari substitutione facta de prefatis Gulielmo de baucio et eius liberis masculis, eo scilicet casu et sub conditione quo dicti quondam nobilis Alziarius aut sui liberi masculi heredes esse non possent. istud probatur in lege tertia. §. finali. ff. de liberis et postumis. lege vnica. §. ij. C. de caducis tollendis. in lege thais. §. splendophoris. ff. de fideicommissis libertatibus. et in lege, gallus. fere per totam legem. ff. de liberis et posthumis. hoc etiam voluit glossa a docto communiter approbata in lege, si pater filium. super verbo, extitit. ff. de vulgari et pupillari. ex cuius gloss. intellectu, et mente eliciunt docto. quod si vitietur primus gradus institutionis: vt quia nemo ex illo est heres, testamētum potest incipere a vulgari substitutione. Cum igit dictus quondā nobilis Alziarius sine liberis masculis ab humanis decesserit superstite prefato Gulielmo testatore, potuit postea eo mortuo dictus Guilielmus de baucio eiusdem Alziario expresse vulgariter substitutus succedere prefato testatori in vim vulgaris substitutionis.

2 ¶ Ad secundum videtur prima facie dicendum, quod † quia coniuncta seu dictio copulatiua et, posita fuit inter personas honoratas inter quas cadit ordinata affectio seu charitas: quia scilicet inter auunculū et eius liberos masculos debuerit et debeat dicta cōiuncta seu copulatiua et, resolui in disiūctā, et quod psone huiusmodi quāuis videantur coniuncte et simul inuitate: nihilominus censeri debeant inuitate ordine successiuo, per id quod habet in. l. generaliter. in prin. C. de insti. et substi. et in. l. lucius. ff. de hered. insti. et qd perinde fuerit qd dictus nobilis Gulielmus testator substituerit dictos Gulilemum de bautio et eius liberos masculos ac si eundem Gulielmū vel eius liberos masculos substituisset et sic non copulatiue seu coniuncte, sed alternatiue quo casu certum esset quod dicti Gulielmus de baucio et eius liberi masculi censerentur inuitati seu substituti: non quidem simul sed ordine successiuo, l. cum pater. §. penultimo. ff. de legat. ij. vbi probatur

3 batur † quod disiuncta posita inter personas honoratas, inter quas cadit affectio ordinata, non resoluitur in coniunctam. Et quod in casu de quo queritur censeantur dicti Gulielmus de baucio & eius liberi masculi inuitati ordine successiuo, sensit & voluit Barto. in. l. gallus. §. quidam recte. ver. ego dicerem quod etiam vbi testator non haberet. ff. de libe. & posthu. Sed his non obstantibus existimo sententiam contrariam esse de iure veriorem, scilicet quod non ordine successiuo sed simul censeantur & fuerint inuitati dicti Gulielmus de baucio & eius liberi masculi: quia hoc exigit natura copule seu coniunctionis. l. duobus. ff. de lega. j. l. vnica. §. his ita. C. de cadu. tollen. pro quo videtur bonus text. in. c.
4 Raynutius. de testa. vbi pater substituerat filiam suam et ex ea nascituram prolem: & vt ibi apparet ambo simul vocantur ad relictum, vt colligitur ex fine illius text. vbi reus conuentus condemnatur occasione dicti relicti restituendi matri et filio substitutis: pro hoc etiam videtur esse bonus text. in. c. Raynaldus. eod. tit.
5 vbi similiter probatur, † quod si testator leget patruo suo & filijs eius: omnes vocantur simul ad legatum: quos text. solent moderni allegare in dicta. l. gallus. §. quidam recte. ad probandum quod si fiat dispositio inter personas, inter quas cadit ordo affectionis et charitatis, abstractus tamen ab omni necessitate debiti naturalis: vt quia fit inter personas que erant abintestato testanti successure, licet non simul, sed ex ordine: quamquam de necessitate non deberent institui, vel aliquid eis relinqui: tunc videantur tales persone fuisse simul inuitate, et quod simul admitti debeant. l. si mulieri cum liberis. et. l. si quis titio. ff. de vsufruc. accrescen. et hec est communis opinio quam in dicta. l. gallus. §. quidam recte. firmant Bald. Ange. Ioan. de imo. Rapha. cuma. Paul. de cast. Alexan. de imol. & moder. Bal. in. l. si quis heres institutus. §. fin. ff. de acqui. here. & in. d. l. si mulieri. in prin. & in. l. fin. ad fin. C. de institutio. & substi. & hanc opinionem etiam tenuerunt Hosti.
6 & Anto. de butri. in dicto. c. Raynutius. qui per illum tex. no. † quod institutio seu substitutio relata ad duas personas dispares in gradu, ad vtranque eque principaliter refertur, & non ordine successiuo: & idem tenet ibi Panor. & domi. Cardi. qui allegat tex. & glos. in d. c. Raynaldus, & idem etiam voluit ibi Ioan. de imo. col. v. vel circa, ver. no. quod institutio vel substitutio relata ad duas dispares: & istam opinionem etiam sequitur Petrus de ancha. in. d. c. Raynu-
7 tius. q. xix. dicens † quod testator aliquando vtitur coniunctione copulatiua, vt quia dicit fratrem & filios: & tunc dicit quod solus ordo charitatis abstractus ab omni necessitate debiti naturalis non facit quod in relicto habeat locum ordo successionis, sed substituti equaliter succedunt. hanc eandem opinionem etiam tenet do. Cardi. in. d. c. Raynaldus. in quarta oppositione, & in. c. requisisti. in. iiij. notabili. de testa. pro qua comperiuntur multi & quidem doctissimi consuluisse: & vt dixi ista est opinio communis, per quam communiter damnatur dictum Bar. in. d. §. quidam recte. per me supra commemoratum. Non igitur esset tutum contra eam recalcitrare, vel ab ea in iudicando aut consulendo recedere. l. j. ver. crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. c. nouimus. & quod ibi Ant. de butr. de verb. sig. & quod scribit Hosti. Ioan. and. in nouel. & alij in. c. j. de constitutio. Bar. & alij in. l. fi. C. de pe. iudi. qui ma. iudi. Si igitur tempore mortis & decessus dicti quondam Guil. testatoris superfuisset non solum ipse guilliermus de baucio, sed etiam iam natus extitisset dictus Ioannes de baucio eius filius: ipsis ambobus fuisset simul delata hereditas dicti guil. testatoris. & idem dicerem si iam conceptus extitisset in vtero matris, quis nondum fuisset natus: pro eo quia qui in vtero sunt, intelliguntur in rerum natura esse quoad eorum commodum. l. qui in vtero. ff. de sta. homi.
8 † Sed nunquid debeat idem dici etiam si dictus Ioannes neque natus neque conceptus erat tempore mortis dicti quondam testatoris, & non solum de eo, sed etiam de dictis eius filijs masculis: vt scilicet quod primum postea fuerunt concepti vel nati, debuerint succedere cum dicto guillermo de baucio patre & auo paterno? Et videtur quod sic, postquam dictus guillermus & ipsi fuerunt vocati copulatiue, & sic simul. Sed istud non obstat. Quoniam respondeo quod id quod dictum est dictos guillelmum de baucio & eius liberos masculos censeri simul inuitatos, & debuisse simul admitti ad successionem dicti guillielmi testatoris, intelligendum est de illis liberis masculis qui essent nati vel saltem concepti tempore mortis eiusdem testatoris, & sic tempore delate hereditatis: non de postea natis aut conceptis, per id quod post Lamber. de Rampo. in sua questione exordien. quidam meuius &c. decidit Io. an. in addi. Specu. titu. de testa. in rubrica. col. v. vel circa, ver. item Lamber. de Rampo. &c. vbi dicit quod Lamber. de rampo. in dicta sua questione terminauit plura dubia. Primum erat vtrum valeret talis substitutio, Petro filio meo heredi vniuersaliter a me instituto substituo vnum ex filijs titij alterius filij mei, quem ipse petrus heres meus elegerit vel nominauerit. Secundum dubium erat, quid si dictus petrus nullum elegisset vel nominasset, an omnes equaliter succedant, & an ex testamento vel ab intestato. Ultimum dubium erat, an ad dictam substitutionem veniret filius natus ex dicto titio post mortem dicti petri, cui substitutio facta extiterat, & istud vltimum est illud quod in specie attingit casum nostrum, super quo dicebat Lambertus de rampo. & sequitur Io. an. quod ad dictam substitutionem non veniunt filij nati post mortem dicti Petri heredis: pro eo quia non erant in rerum natura quando substitutio sibi locum vendicauit, quinimo habentur pro non scriptis: pro quo allegant dictam. l. vnicam §. & cum triplici. C. de cadu. tollen. & l. cum pater. §. hereditatem. el. j. in fi. ibi, viriles autem. ff. de lega. ij. hanc decisionem commemorat & sequitur Alexan. de imol. consi. xxij. exordiente, Visis ac perlectis verbis testamenti dicti Bal. &c. col. ij. versi. Sed premissis non obstantibus &c. ibi, hoc decidit not. Io. an. in tertio volu. Bartho. Soci. consi. cxiij. exordien. suprascripti insignes iurisconsulti qui ambo preceptores mei fuerunt, col. iij. versi. arbitror ergo fundamentum solidum esse &c. in. j. parte, & idem voluit Paulus de castr. consi. lxxvij. exordiente, Viso dicto puncto & dubijs elicitis ex eo. col. iij. versi. super quarto videtur mihi dicendum. & hec determinatio videtur hunc casum decidere, scilicet quod in vim dicte substitutionis facte de dictis Gulielmo & eius liberis masculis, quatenus vocati erant copulatiue, non potuerint succedere liberi masculi dicti Gulielmi de baucio, qui non erant nati aut saltem concepti tempore mortis testatoris. Et fortificatur hec decisio, quia cum dicti Gulielmus de baucio & eius liberi masculi fuerint in vna & eadem oratione & substitutione vocati, debet intelligi quod pariter & vniformiter videntur vocati, & signanter in casu nostro, in quo scilicet dispositio substitutionis antedicte, facta de eisdem Gulielmo & eius liberis masculis, fuit voluntaria, & absque eo quod ex dispositione iuris dictus Gulielmus testator ad id teneretur. l. iam hoc iure. & l. lucius. ff. de vulg. & pupil. & l. in testamento. C. de testa. mili. Et si diceremus quod in dicta substitutione comprehenderentur masculi nascituri post euentum conditionis, non esset verum dicere quod pariter vocati essent & pariter admitterentur Gulielmus & eius liberi masculi: quinimmo cum ipse Gulielmus fuerit solus in rerum natura tempore mortis testatoris, ipse tunc habuisset totam eius hereditatem: postea vero nato prefato Ioanne fuisset eidem pro parte dimidia delata dicta hereditas: & deinde cum postea nati fuerunt tres liberi dicti Ioannis, etiam fuisset variata vel diminuta portio dicti Gulielmi, seu verius Ioannis. l. interdum. in princip. ff. de heredi. instit. Non igitur pariter & vniformiter censerentur inuitati, contra dictam. l. iam hoc iure & alia superius allegata. Et pro predictis inducit multa & bona fundamenta consultor: nescio quis, doctissimus tamen, & quem puto fuisse alterum de preceptoribus Bartholo. soci. per eum commemoratis in d. consi. suo. cxiij. in princ. cuius consilium inseritur inter consilia Alex. de imol. in. iiij. volu. & est consilium. xiij. exordiens, super questione proposita que proculdubio pendet: que fundamenta videri possunt, col. iij. versi. quarto eadem conclusione &c. iuncto eo quod ipse ponit col. v. circa principium: ibi, & puto illud posse firmari quod concepti post mortem testatoris non videantur successiuo ordine predicto vocati cum alijs prius natis.

¶ Venio ad tertium quesitum: pro cuius pleniore declaratione reassumo materiam precedentis quesiti: in quo dixi quod dicti Gulielmus & eius liberi masculi censeantur inuitati simul, & non
9 ordine successiuo. † Sed istud non videtur de iure procedere: pro eo quia cum non solum nomen liberorum masculorum sit nomen collectiuum. l. liberorum. ff. de verborum significatione. sed etiam nomen filiorum, secundum Bartolum in. l. re. coniuncti. vers. ij. loco principaliter quero. & versic. iiij. principaliter quero. ff. de lega. iij. dicti liberi masculi videntur fuisse inuitati sub nomine collectiuo comprehendente plures personas non solum vnius gradus, sed plurium: comprehendit enim filios, nepotes, pronepotes, & alios descendentes masculos, qui sunt graduum diuersorum: ergo dicti liberi masculi fuerunt inuitati ordine successiuo. primo scilicet filij, secundo nepotes, & sic consequenter. l. pero. §. fratre. l. cum ita legatur. §. in fideicommisso. ff. de legatis. ij. & l. finali. C. de verborum significa. Et si forte opponatur quod istud procedit quoad liberos, scilicet quod inter eos censeantur primo inuitati filij masculi, deinde nepotes, & sic consequenter: sed ipsi omnes censentur simul inuitati cum
10 Gulielmo, qui eis per dictionem copulatiuam, † & fuit coniunctus: cuius natura exigit vt non ordine successiuo, sed simul censeantur inuitati, dicta. l. duobus. ff. de legatis primo. & l. prima. §. his ita. C. de caducis tollendis. Videtur posse replicari quod quemadmodum in hoc casu filij masculi erant preferendi nepotibus, & nepotes pronepotibus: ita & Gulielmus debuerit preferri filijs suis masculis: vt equalis sit in omnibus determina-
11 tio, vt esse debet. l. iam hoc iure. ff. de vulgari & pupillari substitutione. quod etiam voluit Cumanus in dicta. l. Gallus. §. quidam recte: pro quo facit, quia nisi ita diceremus, primo scilicet fuisse inuitatum dictum Gulielmi, & post eum filios masculos: sequeretur vnum absurdum, quod si mortuo Gulielmo testato-

re superfuissent Gulielmus de baucio ꝛ ex eo filij masculi ꝛ nepotes, simul successissent non solum Gulielmus ꝛ filius masculus, sꝫ etiam nepotes: ꝛ tamen si eidem testatori non superfuissent nisi filius Gulielmi ꝛ nepos: isti duo non simul successissent, cum fuissent inuitati sub nomine collectiuo liberorum masculorum. Videtur igitur ꝙ non fuerint dicti Gulielmus ꝛ eius liberi masculi simul inuitati, sed ordine successiuo, primo scꝫ Gulielmus, ꝛ postea eius liberi masculi ſm gradus suos. ꝛ ita videt voluisse Bartho. Soci. in. d. consi. cxiij. ꝛ in hoc voluisse impugnare consilium dicti cōsultoris. Sed istud non obstat intentioni dicti nobilis Claudij. Cum q2 licet inuitati per nomen collectiuum, vt puta familie, liberorum, cognatorum vel aliorum huiusmodi, censeātur inuitati ordine successiuo. hoc tamen fallit quando isti sic inuitati essent extranei inuitatori seu testatori, ꝛ sic alterius familie vel cognationis: tunc enim censentur inuitati simul, vt voluit Bartol. sub dubio tamen forte, in. l. si cognatis. in verbis finalibus. ff. de rebus dubijs. ꝛ sequitur Cuma. ꝛ Alex. de imola, ꝛ do. Jas. may. in. d. l. Gallus. §. quidam recte. Petr. de ancha. ꝛ Jo. de imol. in c. iudicante. de testa. ꝛ Bartho. socin. in. d. l. si cognatis. charta vlti. col. j. versi. circa ista dicta. pro quo allegat. l. is qui cum plures. ꝛ qđ ibi glo. Rayne. ꝛ Bar. ff. de leg. ij. ꝛ bene facit secūdum eum text. in. l. si quis titio. §. fi. l. cum quidam. ꝛ. l. cum pater. §. libertis. ff. de leg. ij. Cum igitur dicti liberi masculi non essent nec futuri essent liberi dicti Guli. testatoris, sed prefati Gulielmi de baucio eius auunculi: illi non censentur inuitati ordine successiuo, sed simul. Quo fit vt nihil sit quod nos cogat dicere, quod dicti Gulielmus ꝛ eius liberi masculi fuerint inuitati ordine successiuo: primo scꝫ gradu dictus Gulielmus, ꝛ post eum filij masculi, ꝛ sic deinceps: de hac tn̄ difficultate plenius dixi in alia schedula antea per annum facta in. §. sed forte dicetur. in fi. ad que me refero, ꝛ dico vt ibi. Cū ꝛ q2 supposito ꝙ dicti Gulielmus ꝛ eius liberi masculi censerentur ordine successiuo inuitati, primo scꝫ dictus Gulielmus, ꝛ postea filij masculi, ꝛ deinde alij in suo gradu: ꝛ sic vbi dici posset ꝙ dicti liberi masculi censerētur fuisse eidem Gulielmo substituti: illa substitutio censeretur esse vulgaris: ꝛ sic per eam fuissent liberi masculi inuitati eo casu quo tempore mortis prefati Guliemi testatoris non superfuisset Gulielmus de baucio, vel superstes extitisset ꝛ repudiasset hereditatem eiusdeꝫ testatoris: non autem censerentur fuisse substituti in vim fideicōmissarie substitutionis. Quo fit vt cū dictus Gulielmus de baucio superfuerit testatori, ꝛ eius hereditatem adierit, ꝛ propterea expirauerit vulgaris substitutio. l. post aditam. ꝛ. l. precibus. in fi. C. de impu. ꝛ alijs substitu. non potuerint dicti eius liberi masculi in vim dicte pretense substitutionis aliquid petere in dictis bonis. Et ꝙ dicti liberi masculi censeantur substituti vulgariter ꝛ non per fideicommissum, fuit de mente Bart. in. d. l. gallus. §. quidam recte. vbi etiam hoc voluit Alexan. de imo. col. v. versic. sed iuxta hoc dubitat hic Paul. de castr. Quod etiam patet pro eo q2 non sunt in dicta substitutione adiecte dictiones denotantes tractum temporis, non enim fuit dictum quandocunqꝫ decesserit Guliel. vel post mortem Guliel. veniant eius liberi masculi: sed dictus quōdam Guliel. testator simpliciter substituit dictos Guliel. ꝛ eius liberos masculos. Si qua igiꝛ pretendi possit substitutio, per quam videantur liberi masculi dicti Guliel. de baucio fuisse eidem Guliel. substituti, illa fuit tantum vulgaris: non autem compendiosa vel fideicommissaria: sicut videmus quādo testator dicit filium instituo, ꝛ ei titium substituo: nā q2 talis substitutio facta est simpliciter, ꝛ sine dictione importante aut denotante tractum temporis: illa continet tantum vulgarem. l. iam hoc iure. in princ. versic. in vulgarem tantum. ff. de vulg. ꝛ pupil. ꝛ probatur ex notatis per glo. magnam in. d. §. quidam recte. ibi, dum dicit, vel sic filium ꝛc. ꝛ quod ibi Bart. ꝛ quod not. Bart. in l. centurio. post medium. versi. ij. oppono ad predicta ꝛc. dum tractat an compēdiosa contineat vulgarem, ꝛ in. l. lucius. questione vlti. ff. de vulgari ꝛ pupilla. ꝛ in. l. si arrogator. ad fi. ff. de adoptio. ꝛ sequuntur docto. communiter in predictis locis. Et ꝙ in hoc proposito nostro ꝑ dicta verba, substituo Guliel. de baucio ꝛ eius liberos masculos, intelligantur vocati dicti liberi duntaxat in casum quo dictus Guliel. auunculus testatoris heres nō esset, non autem eo casu quo heres esset, ꝛ postea decederet superstitibus liberis masculis, tenuit expresse Rapha. Cuma. in. d. §. quidam recte. circa fi. ꝛ probatur per proxime dicta: pro quo dicto etiā facit id quod notat Bartolus in. l. liberorum. colum. penul. versic. quero quid si in aliqua dispositione. ff. de verborum significatio. hoc etiam voluit Alexander de imola in dicto consilio. xiij. vbi plene prosequitur ꝛ refert, quod ꝛ verum est, ita tenuisse legendo dictum. §. quidam recte. ꝛ idem voluit Alexander de imola consilio. cv. exordiente, Perspectis verbis testamenti dicti domini Francisci. columna. iij. ꝛ. iiij. in. j. volumine. vbi loquens de substitutione facta de quodā Uiuiano gratia dei ꝛ heredibus eius primo dicit quod testator substituens illum Uiuianum et heredes eius censebatur substituisse Uiuianum et liberos eiusdem Uiuiani: et sic verbum heredes, debere restringi ad liberos seu descendentes eiusdem Uiuiani. l. ex facto. §. fina. cum ibi no. ff. ad trebel. et quod not. Bartol. et alij in dicta. l. Gallus. §. etiaꝫ si parente. ff. de liberis ꝛ posthumis. pro quo facit. l. publius. §. fina. ff. de conditionibus ꝛ demonstrationibus. ꝛ alia per eum allegata. Dicit preterea Alexand. in dicto consilio col. iiij. versicu. ꝛ dicti heredes quod dicti heredes Uiuiani, hoc est eius liberi secundum eum vt predixi, intelligebantur substituti eo casu quo Uiuianus non potuisset succedere ex substitutione, prout euenerat: pro quo allegat no. in dicta. l. Gallus. §. quidam recte. ꝛ quod in specie ponit Paul. de Castr. in. l. eadem. §. etiam si parentes. circa fin. vbi aduertendum est quod ille Uiuianus non erat de liberis testatoris, vt colligitur ex positione casus: quamuis videtur esse de agnatiōe illius: ꝛ iste est casus noster, et sic postꝙ substitutio predicta locum sibi vendicauit in dicto Guliel. de baucio, ꝛ sic expirauit substitutio vulgaris: nihil post mortem dicti Guliel. petere potuerunt liberi dicti Joānis in vim scilicet dicte pretense substitutionis. ꝛ idem voluit dictus quondam cōsultor, qui eleganter prosequitur hunc articulum in dicto consilio. xiiij. col. v. versicu. sed forsitan aliquis dicet ꝛc. ꝛ pro hoc multa allegat, referens etiam quod Cuma. et moder. Senenses hoc tenēt in dicto. §. quidam recte. Et facit pro predictis quod cum verbum substituo, positum in dicta substitutione facta de dictis Guliel. de baucio et eius liberis masculis, potuerit intelligi et assumi in directa significatione, quinimo re vera in illa assumptum extiterit, pro eo quia in casu qui euenit dicti Guliel. et liberi masculi inuitabantur vulgariter, eo scilicet casu quo neqꝫ dictus Alziarius de ponteues, neqꝫ eius liberi masculi heredes essent testatoris: illud post aditionem hereditatis factam, scilicet per dictum Gulielmum, non potuit obliquari, argumentum eorum que notat gloss. in dicto. §. quidam recte. et in. l. verbis ciuilibus. ff. de vulgari et pupillari. cum similibus. pro quo bene facit. l. fina. C. de heredibus instituendis. quod etiam voluit reuerendus consultor in dicto consilio. xiiij. col. vj. et Franciscus de aretio, solennis et subtilis doctor in dicta. l. Gallus. §. quidam recte. vbi impugnat dictum Paul. de castro, dicens qđ cum Paul. loquatur quandoquis instituit fratrem et liberos seu filios, non videtur Paul. posse dicere verum: † substitutio facta per verbum directum et ciuile, prout 12
est verbum instituo, quod a principio potuit valere iure directo, videtur posse in substitutione obliquari dicta. l. verbis ciuilibus, quod etiam voluit Bartholomeus sozinus in dicto consilio. cxiij. col. tertia. versicu. sed posito quod iudici placeret. et istud non solum videtur procedere in verbo instituo, sed etiam in verbo substituo: quia illud non importat fideicommissariā substitutionem, sed solum vulgarem, dicta. l. Gallus. §. quidam recte. et quod not. Bartol. in dicta. l. centurio. in loco superius allegato: quod saltem procedit in casu nostro, et in casu qui euenit: quia non nisi per vulgarem substitutionem poterat dicto testatori succedere dictus Gulielmus de Baucio: cum dictus Alziarius primo gradu institutus ab humanis sine liberis masculis decesserit viuente testatore, ꝛ sic neqꝫ ipse neqꝫ eius liberi masculi heredes extiterunt aut esse potuerunt. Certum est autem quod vulgaris substitutio est directa. dictum igitur verbum substituo, in dicta vulgari substitutione assumptum, est in directa significatione illud igitur non potuit obliquari in alia pretensa substitutione, que dicto Gulielmo de baucio facta pretenditur de dictis eius liberis masculis, vt sic dicti liberi masculi censeantur fuisse ipsi Gulielmo substituti in vim fideicommissi: solum in vim vulgaris. Quo fit vt cum idem Gulielmus hereditatem testatoris adiuerit, censeantur fuisse perpetuo repulsi dicti eius liberi masculi.

1 ☞ Testis deponens de auditu dici an ꝛ quando probet.
2 Testis dubia vel incerta depositio non releuat probare debentē, ꝛ nume. 3.
4 Testis vnicus ꝛ singularis an et quando probet, ꝛ nu. 7.
5 Testis deponēs parte contraria absente, vel presente, sed non acceptante, an probet.
6 Testis inimicus, vel saltem de inimicitie suspectione conuictus, repelli debet a testimonio contra partem aduersam.
8 Testium contrarium deponentium dictum an veniat admittendum.
Et si veniat admittendum: vtrum ipsorum admittetur, numero. 9.
10 Protocoli defectus an infirmet instrumentum.
11 Protocola vt fiant ex generali consuetudine adeo obtentum est, vt si de fide instrumenti dubitetur, ad protocolum tanꝙ ad matricem

tricem scripturam recurratur.
12 Iudex ordinarius et notarius alteri partium suspecti an et quando debeant ab officio remoueri.
13 Notarij habent instar iudicis delegati.
14 Factum notabile, licet antiquum, non verisimiliter a mente discessisse censendum est.
15 Falsi suspitio falsitatem presupponit: nisi pars producens veritatem probet.
16 Contractus fictus seu imaginarius vel simulatus quis dicatur.
17 Contractus an sit simulatus probari potest per vrgentes et verisimiles coniecturas.
18 Turpitudinem propriam allegans an et in quibus casibus veniat audiendus.

¶ Epitome.

¶ Uerum id est quod dici solet: testium processus demonum accessus. Neque enim illi Bertrando nostro satis probant cum instrumento, quod in protocolo notarij nunquam fuerat, illustrem quandam do. Blanchiam de turnone dotem integram numerasse illustri Raymundo de agonto do. Saltus. Frustra igitur hoc mortuo illa repetit quod non numerauit. A. F.

¶ De testib. Consi. ccxvj.


Ex productis et pretensis probatis parte spectabilis et generose mulieris do. Blanchie de turnone, relicte magnifici et potentis quondam viri domi. Raymundi de agonto dominus Saltus, in causa quam dudum in curia camere rationum ciuitatis Aquensis, et coram domi. presidente illius, mouit et aliquandiu prosequuta est, et nunc prosequitur contra magnificam mulierem domi. Ludouicam de agonto dominus Saltus, dicti quondam domi. Raymundi de agonto heredem vniuersalem, et suos coheredes, non apparet fuisse vel esse sufficienter probatum quod idem quondam dominus Raymundus de agonto realiter habuerit summam sex millium librarum turonen. in processu cause huiusmodi, et signanter in petitione eiusdem do. Blanchie et titulis illius declaratorijs, latius mentionatam. Et sic consequenter nec apparet fuisse satisfactum premissioni eiusdem do. Blanchie, per eam facte anno domini millesimo quingentesimoquarto, et die duodecima mensis Julij, incontinenti post transactionem factam per et inter easdem partes, et vt creditur in eodem loco, et sub presentia eorundem notarij et testium: per quam dicta domi. Blanchia eisdem heredibus conuenit, promisit, et ad sancta dei euangelia iurauit, quod intra sex menses tunc proxime venturos, et a die predicta in antea computandos, eisdem heredibus exhiberet realiter et cum effectu seu id fieri faceret et procuraret quittantiam seu quittantias dictarum sex millium librarum turonen. dicto quondam domino Raymundo in augmentum dotis dicte do. Blanchie per serenissimam do. nostram Reginam Auenion. constitutarum et assignatarum. Et primo quidem hoc non apparet ex dispositionibus testium parte eiusdem do. Blanchie in causa productorum et examinatorum super articulis exordientibus, De albis quo supra noie etc. insertorum, fo. clxxxv. Cum quia nullus ex testibus hmoi de quittantia aut quittantijs deposuit aut aliquid testificatus extitit. Cum quia non probauit numerationem dicte summe.
1 † Et primo quidem non quidam magister Antonius garnerij, alias de baucio, lator: qui licet deponere nitatur quod dictus quondam do. Raymundus procuratorem constituerit nobilem Erigium de petrafoco, ad recipiendum et exigendum primam solutionem seu pagam dictarum sex millium librarum, et quod idem de Petrafoco primam pagam portauerit: ipse tamen testis pecuniam non vidit: sed vt deponit audiuit a dicto de Petrafoco quod ipse portauerat multam pecuniam, et circa ducentas aut tricentas libras: et ita quoad hoc deponit de auditu dici: cuius propterea depositio non probat. l. testium. C. de testi. l. ij. §. idem labeo. ff. de aqua plu. arcen. et c. licet ex quadam. et c. series. cum suis simili. de testi. Etiam nec probat idem testis realem numerationem dicte summe ex eo quod deponit, quod sequenti anno dictus quondam do. Raymundus procuratorem deputauit nobilem Sebastianum autrici do. de Balmetis ad recipiendum pecuniam etc. et quod ipse et Claudius Bermici apportauerunt pecuniam vltime solutionis in scutis et testonis mediolani et sabaudie, prout ipse vidit pecunias numerari per dictos domi. Saltus de Balmetis et Bermici: et quod pecunie huiusmodi ascendebat ad summam duarum aut trium millium librarum turonen. Sed ex hoc et precedenti eius dicto non probatur numeratio totius summe dictarum sex millium librarum. Primo quidem quoad ducentas aut tricentas libras per dictum de Petrafoco vt de-
2 ponit portatas, dicit quod illas non vidit. † Quo vero ad summam reliquam dicit, quod dictus do. de Balmetis portauit summam trium aut duarum millium librarum turonen. et sic alternatiue, et propterea non certum dicit, sed incertum. l. pretor edixit. §. quod aute pretor ait. ibi. neque sub alternatione, et quod ibi gl. super verbo alternatione. ff. de iniur. Non ergo iuuat eandem do. Blanchiam, quia dubia vel incerta probatio non releuat probare debentem. c. in presentia. et quod ibi docto. de probatio. et quod not. Bart. Joan. de imo. et Alex. de imol. in. l. inter stipulantem. §. si stichum. ff. de verb. obli. Et quamuis idem testis dicat dictos de Balmetis et Bermici apportasse vltimam solutionem: non tamen apparet quod idem do. Raymundus summam predictam dictarum trium aut duarum millium librarum pro resta dicte summe sex millium librarum receperit: nec ex depositione huius testis colligi potest quod ipse sciuerit summam huiusmodi fuisse pro resta dicte summe exolutam, nisi forte auditu dici: et sic vt predixi non probaret. dicta. l. testium, quamuis enim dixerit quod dictus do. Raymundus constituerit procuratorem ad recipiendum vltimam solutionem: non tamen dicit de summa: quamuis enim visus fuerit idem testis deponere, quod dictus quondam do. Saltus procuratorem constituerit dictum do. de Balmetis ad recuperandum et exigendum vltimam solutionem: non tamen deponit ad quam seu quantam pecuniariam summam huiuscemodi vltima solutio ascenderet: et ita comprehendi non potest, an illa summa trium aut duarum millium librarum, quam dicit fuisse expeditam ipsi quondam do. Saltus fuerit data et soluta pro resta: et sic esto quod alias verum esset quod vbi aliquis soluit suo creditori summam aliquam pro resta seu resto, presumeretur reliquam summam solutam extitisse: hoc tamen in hoc casu non
3 noceret, vt predixi. † Preterea nec etiam per depositionem nobilis Fulqueti de agonto, alias Vincentij, probatur quod dictus quondam domi. Saltus realiter habuerit summam predictam sex millium librarum. Cum quia idem Fulquetus non deponit de aliqua certa summa, et sic depositio est incerta. Cum quia deponit de auditu dicti a do. de Balmetis, et Claudio Bermici. Cum et quatenus deponit de confessione dicti quondam domi. Saltus super recepto,
4 etiam non probat. † Cum quia quoad hoc est vnicus et singularis.
5 l. iurisiurandi. C. de testib. † Cum quia illa pretensa confessio, vbi de ea appareret, vtpote facta parte absente, non prodesset. l. certum. §. si quis absente. ff. de confess. Et non solum non preiudicat confessio facta parte absente, sed nec etiam valet si fiat parte presente, nisi per eam expresse acceptetur. fm Cyn. in. l. vnica. q. vj. et ibi Sali. in. xv. oppositione. C. de confes. Sali. in. l. generaliter. q. vj. C. de non numera. pecu. et in. l. iubemus. C. de libera. cau. Cum et quia idem nobilis Fulquetus fuit obiectatus, pro eo quia habet causam grandem et magni ponderis contra dictos heredes huic insigni curie non incognitam, et in qua fuit etiam parte dictorum heredum oppositum de defectu natalium, et quod ipse conceptus et
6 procreatus extiterit ex damnato coitu: † propter quod tempore per eum facte depositionis et ante ipse nobilis Fulquetus erat capitalis vel grauis inimicus predictorum heredum, et talis fuisse presumendus est non solum pro eo quia contra eum fuit oppositum de defectu antedicto: sed etiam quia questio est de longe maiore valore bonorum, quam sint bona sua: ergo etc. argumento. c. frequens. de restitutio. spol. in sexto. Debet igitur a testimonio contra eos repelli. c. cum oporteat. et quod ibi glo. et docto. de accus. et non solum debet a testimonio repelli, pro eo quia probatur inimicus: sed etiam si solum probaretur de inimicitia suspectus. c. suspectos. iij. q. v. et quod not. Inno. in. c. cum P. manconela. de accusa. Bald. in auth. si dicatur. C. de testibus. et Franciscus de aretio in dicto. c. cum oporteat. column. vj. Preterea etiam nec probatur per depositionem domini Jacobi Ferandi presbyteri, quod dictus quondam dominus Saltus realiter habuerit summam predictam: quia ipse nihil de hoc deposuit, sed potius contrarium, quatenus super nono articulo dicte schedule, de albis etc. deposuit quod fuerat dictum communiter in domo domini Saltus scilicet in turre Aiguesij et in reditu ex francia, quod ipse volebat recognoscere dominam Blanchie omnia aueria, ne possent capi de pignore etc. Insuper nec etiam probatur per dictum nobilem Sebastianum autrici domini de balmetis. Cum quia ipse non deponit nisi de summa trium millium librarum: interrogatus enim, an dictus nobilis Erigius de petra foco antea recepisset alias tres mille libras, dicit nescire. Cum etiam non est ei credendum de dicta summa trium millium, quam dicit se portasse et dedisse dicto quondam domino Saltus, per id quod notat Bartolus in. l. deferre. versiculo, idem decreuerunt. ff. de iure fisci. Salicetus in. l. nullus. C. de testibus. et Joannes de platea in. l.
7 comperimus. C. de nauicula. lib. xj. † Nec etiam sibi credendum est quatenus deponit, quod in pretensis literis missiorijs per eum portatis spectabili domini generali erat sermo de resta summe

me predicte sex millium &c. quia quoad hoc fuit & est singularis & unicus: ergo &c. dicta. l. iurisiurandi. Etiam nec probatur per depositionem dicti nobilis Erigii de petrafoco: quamuis enim deponat mandatum fuisse sibi datum de eundo et recipiendo a dicto domi. Generali libras tricentas, et deinde se habuisse et recepisse unam bonam summam argenti: non tamen exprimit illius quantitatem: & quicquid sit, illa summa non ascendebat ad tricentas libras, sed quantum in ea esset, aut quantum de summa predicta deesset dicit non recordari. Ipse etiam non videtur multum certus, cum in fine sue depositionis protestetur de infirmitate qua detinebatur &c. Quo vero ad depositionem nobilis Langerii instactii patet quod ipse non probat: quia non deponit nisi quod sepe dici audiuerit, quod domi. saltus miserat prefatos de Petra foco & de Balmetis pro pecunia recipienda nomine suo: & sic deponit de auditu dici, & non de receptione alicuius summe. Insuper etiam non probatur per depositionem Vincentii Bernardi, alias le lacays: quia non deponit de aliqua summa certa. Et quatenus deponit dictum de Petrafoco fuisse missum pro receptione trium millium librarum, est contrarius eidem de Petrafoco, qui deponit habuisse mandatum de tricentis libris pro prima solutione: & sic si isti deponant de eodem mandato, nemini videtur credendum, per ea que scribit Ioan. and. & docto. magis communiter in. c. in nostra. de testi. & Joan. and. in addi. Specu. titu. de teste. §. iam de interrogatoriis. in addi. incip. incaute &c. & Fride. de se. consi. clxii. exordiente, Domine Griffolle rogo vos &c. & idem

9 voluit Griffo. in sequenti consi. † Et si alicui ex dictis duobus testibus esset credendum: potius credi deberet dicto de Petrafoco, a quo idem Bernardi dicit se audiuisse quod haberet mandatum ad recipiendum &c. argumen. eius quod habetur in. c. vt veterum librarum, distinc. ix. Quo vero ad magistrum Petrum Payani vltimum testem patet, quod ipse non probat numerationem dicte summe: cum de nulla summa deponat.

¶ Porro nec etiam probetur numeratio dicte summe per quoddam assertum instrumentum sumptum, vt dicitur, per magistrum Joannem sanctoti, anno domini millesimo quingentesimoprimo, et die nona mensis Augusti, et in quo pretenditur dictum quondam domi. Saltus fuisse confessum se habuisse per manus dicti domi. Generalis lingue occitane summam sex millium librarum turonen. in augmentum dotis dicte domi. Blanchie, donatarum per serenissimam do. &c. pro eo quia aliud est dotem esse datam, & aliud dotem esse confessatam: in. l. assiduis. et quod ibi gloss. et docto. C. qui potio. in pigno. habean. l. si quis posthac. C. de bon. damna. et quod not. Bartol. in. l. a diuo pio. §. sed si emptor. ff. de re iudi. vbi aliud est recipere, et aliud est confiteri recepisse, vt plenius not. idem Bartol. in. l. si debitorem. ff. de nouatio. allegat text. cum gloss. in. l. prima, §. si mutuam. ff. si quid in fraud. pat. et idem voluit Bartol. in l. ii. §. fina. ff. si certum patatur. et Petr. de ancha. consil. cccxxxi. exordiente, Visa facti narratione copiosa &c. col. ii. Joan. andr. in addi. Specu. titu. de testi. §. primo, versicu. sed pone egi contra te. in addi. incipien. huic versicu. conuenit questio. circa fin. additionis: ibi, hec que dicit autor & que predixi faciunt ad questionem. Et vbi iste esset casus, in quo alias si legitime constaret de confessione dici posset quod confessio preiudicasset confitenti, & quod per eam probaretur numeratio contra eum & heredes multa tamen sunt que detrahunt fidei dicti pretensi instrumen

10 ti, vt scilicet non probet confessionem fuisse factam. † Et primo quidem quod nullum reperitur illius protocolum: nec factum fuit, vt confessus est dictus Sanctoti: quod tamen de generali cosuetudine hodie vbique per notarios fieri solet, vt not. gloss. in authenti. de tabellio. §. finali. colla. iiii. per quod videtur gloss. sentire, quod hodie non valet instrumentum cuius protocolum non reperitur: quemadmodum enim olim non valebant talia instrumenta in vrbe Constantinopolitana, in qua erat solum statutum quod protocola fierent: ita nec hodie valere debent etiam

11 alibi, † cum per generalem consuetudinem videatur hodie vbique ordinatum quod protocola fiant: & sic videtur quod instrumentum, cuius non reperitur, aut factum non fuit protocolum, presumatur falsum, tanquam factum contra generalem cosuetudinem: quod etiam voluit Nico. mil. in suo dictio. sub verbo instrumentum. col. iii. versi. instrumentum valet & probat. pro quo facit quod si est dubitatio de fide instrumenti parti per notarium expediti, recurri solet ad protocolum tanquam ad matricem scripturam, per id quod habetur in dicto authen. de tabellio. §. penul. & quod ibi gl. & quod no. Bar. Bal. Joan. de imo. & Raph. cuma. in. l. sempronius pculo. ff. de lega. ii. facit. l. veluti. in verbo minus plene. ff. de eden. & gloss. in l. chirographum. in glo. magna. ff. de administra. tuto. & Bart. in l. si librarius. col. ii. vel circa, versi. si vero scripserit. ff. de regu. iur. Detrahit etiam fidei dicti pretensi instrumenti, quod ille broliardus, ex quo pretenditur sumpsisse originem, non est mundus: sed sunt in eo multe cancellationes seu inductiones: sunt etiam multe additiones interlineares, & multi noui characteres inibi descripti alio & diuerso attramento ab attramento scripture originalis: sunt etiam in illo multa apposita ex longo interuallo dicte scripture originalis, & signanter subscriptio notarii, & illa verba, licet absente me notario &c. & vt puto illud verbum librarum, positum in primo folio dicti pretensi broliardi: que omnia videntur facere scripturam illius multum suspectam. Etiam detrahit fidei dicti pretensi instrumenti depositio dicti domini Jacobi ferandi presbyteri, parte dicte domine Blanchie in causa producti, & examinati super dicta schedula, de albis quo supra nomine &c. vbi super nono articulo deponit & dicit, se nescire an dictus quondam domi. de Saltus recognouerit aut confessus extiterit se dictum augmentum recepisse: & tamen idem domi. Ferandi reperitur pro teste descriptus in dicto pretenso instrumento. Et supposito citra preiudicium veritatis quod istud non sufficeret ad impugnationem eiusdem assertii instrumenti: non videtur tamen posse negari quin aliquid de fide diminuat. Tum quia presbyter. Tum quia non cucurrerat longum tempus a tempore date dicti pretensi instrumenti vsque ad tempus testificationis eiusdem do. Ferandi. Preterea etiam detrahit fidei eiusdem pretensi instrumenti, quod dictus magister Sanctoti fuerit & sit solicitator negotiorum & causarum dicte do. Blanchie, & non solum aliarum causarum: sed etiam huius. Quo fit vt ex hoc debeat dictum assertum instrumentum reddi suspectum: sicut dicimus de solicitatore cause per partem deputato, qui propterea in causa illa testis esse non potest. c. romana. de testib. in. vi. quod etiam voluerunt do. de Rot. decisio. cliiii. exordiente, solicitator in causa. pro quo facit quod not. Joan. de pla. in. l. nulli. col. fi. versi. item ibi omnia &c. C. de

12 numera. & actua. lib. xii. † vbi dicit quod dicta. l. nulli. versi. omnia. facit, quod notarius in causa alicui partium suspectus non debeat remoueri: sed alius sibi adiungi: sicut fit de iudice ordinario. l. apertissimi. C. de iudi. & subiungit quod quamuis hoc seruetur de consuetudine

13 in aliquibus partibus: tamen contrarium dicunt docto. scilicet vt notarii suspecti remoueantur in totum, habentes instar iudicis delegati pro quo allegatur glo. in aut. de trien. & semis. §. & quod sepe. in verbo artificis. colla. iii. Nec est bona comparatio notarii ad iudices ordinarium, quia notarius per se nullam habet iurisdictionem. l. adoptio non tabulis. ff. de adopt. sed ordinarius sic in toto territorio. l. pupillus. §. territorium. ff. de verb. signifi. Et quod ratione persone notarii suspecte reddatur eius scriptura suspecta, aperte sentit Bartol. in. d. l. si librarius. col. ii. vel iii. versicu. sed posses dicere &c. ibi, predicta vera nisi persona notarii &c. ff. de regu. iur. pro quo allegat. l. si quis ex argentariis. §. i. ibi, quid enim si humilis & deploratus. ff. de eden. Etiam fidei eiusdem pretensi instrumenti videtur multum detrahere, quod etiam ipse magister Sanctoti post permissionem factam per dictam do. Blanchiam de probando quod prefatus quondam do. Saltus dictum augmentum realiter habuisset, fecerit pro eadem do. Blanchia multas diligentias, nihil dicens de dicta pretensa recognitione, de qua vt pretenditur notam receperat: quod verisimiliter non tacuisset si illam re vera recepisset. Nisi forte quis dicat quod non recordaretur idem magister Sanctoti de receptione dicte note. Sed istud non est verisimile, quod factum proprium, si tamen re vera factum erat, ignorasset, aut de illo non fuisset recordatus. capit. ab excommunicato. de rescriptis. cum

14 non preteriissent anni multi nec esset factum intricatum: † & facit pro hoc quia dicta pretensa recognitio fuerat facta (si facta fuisset) de grandi & notabili summa, vndecim scilicet millium librarum, & inter magnas personas: propter quod non est verisimile quod a memoria dicti Sanctoti in tam modico tempore excidisset pretensa receptio instrumenti, argum. eius quod habetur in. c. tanta. in princ. de exces. prela. & in. c. cum illorum. in fi. de sen. excom. per que iura dicit domi. Prepo. Mediola. in. c. ponderet. col. ii. dist. v. quod quando factum est notabile, quamuis sit antiquum: non tamen est verisimile quod a memoria discesserit: & hec omnia faciunt mentiri dictum pretensum instrumentum. Et vbi pretendi non posset quod singula predicta prosint, non videtur posse negari quin multa iuuent ad impugnationem eiusdem pretensi instrumenti. capit. cum causam. & c. preterea. de testamentis. & ita non videtur dictum assertum instrumentum, vt pote suspectum, probare dictam assertam recognitionem seu confessionem. l. penultima. C. de probationibus. per quam dicit Archidiaconus in. c.

15 in memoriam. col. fi. distinc. xix. † quod suspicio falsi pro falsitate habetur, nisi a parte producente probetur veritas. Ex quibus omnibus infertur quod dicte sex mille libre peti non possint per dictam domi. Blanchiam. Et quidem non in vim instrumenti transactionis superius mentionate, & facte anno predicto millesimo quingentesimoquarto, & die duodecima mensis Julii: quia cum anno, mense & die huiusmodi & incontinenti post dictam transactionem facta fuerit promissio per dictam dominam Blanchiam, quod intra sex menses dictis dominis heredibus exhiberet realiter & cum effectu

effectu, seu idem fieri faceret quittantiam rc. promissio huiusmodi censetur fuisse z fuit pars dicte transactionis. l. fundi partem. ff. de contrahenda emptione z venditione. z quod nor. Panor. mi. z doct. in. c. cum Joannes eremita. de fide instru. z Panor. c. in aliquib⁹. de deci. Quo fit vt cum quittantia aut quittantie exhibite non extiterint, ille sc3 per quas probatum fuerit φ dictus quondam domi. Saltus seu alius eius nomine habuerit realiter z receperit summam predictam: nō possit dicta do. Blanchia petere dictam summam in vim dicte transactionis. l. cum proponas. la. ij. z qd ibi Bald. z doct. C. de pact. z. l. qui fidem. cū suis similib. ff. de transact. Non etiam illam petere potest tanq̃ solutam aut confessatam: q2 nec de solutione, nec pretensa confessione sufficienter apparuit. Et q̃uis de solutione dictarū sex mille librarum dicatur deposuisse specialiter do. generalis finantiarum: eius tamē depositioni videtur refragari z obstare, φ ex sua huiusmodi depositione posset reportare commodum, vel qd ipse deposuerit in causa propria: cum in depositione huiusmodi dicat φ de dicta summa suum proprium debitum fecerit, z de ea apocham dederit dicto quōdam do. Saltus: z ita etiam al's fuit testatus, anno sc3 domi. millesimo quadringentesimo nonagesimo quinto, z de mēse Decembris. Obstat igitur depositioni huiusmodi. l. nullus. ff. de testib. z. l. omnibus. z qd ibi doct. z maxime Salice. C. eo. tit. z qd scribit Bart. in. l. deferre. §. decreuerunt. ff. de iure fisci. z Joan. de plat. in. l. comperimus. C. de nauicula. lib. rj. Preterea in dicta depositione dicitur contineri, qd ipse de dicta summa solutionem fecerat nulla recepta vel habita quittantia a prefato do. Saltus: z tamen in quadam certificatoria per eū facta z in causa producta dicit, φ de summa huiusmodi sibi quittantiam dederit dictus domi. Saltus, quam postea reddidit seu tradidit in camera computorum. Parisius super computis thesaurarie serenissime. do. Regine. ¶ Preterea presupposito citra preiudiciū veritatis, qd dictum pretensum instrumētum probaret confessionem de qua in eo: illa adhuc non videretur obstare dictis dominis heredibus: pro eo quia illa videtur fuisse simulata, z ea quidem simulatione que dicitur simulatio nihil agentium.

16 † quod fit z fieri solet quando apparenter z non existenter fit contractus, z tamen de mente agitur inter partes qd nihil fit, z talis contractus seu actus dicitur fictus z imaginarius, de quo in. l. nuda. ff. de contrahen. empt. z vendi. in. l. imaginaria. ff. de regu. iur. l. simulate. ff. de ritu nupt. z in. l. emptor. ff. de aqua plu. arcen. z de eo scribit Bart. in suo famosissimo consilio exordiente, factū tale est Petrus nicole donauit, al's incipit, Petrus nicole. z est lxxxviij. fm modernam collectionem. De hac simulatione etiam scribit Bald. in. l. j. col. ij. versic. quandoq3 instrumentum continet mendacium. C. plus vale. quod agitur. z Angel. aret. institu. de except. in princip. in charta. xxviij. colum. iiij. versic. veniamus ad tertiam speciem rc. Alexan. de imol. consil. cxxiij. exordiente, Uiso superiore themate z instrumentis z titulis diuisionum. in princip. in. iij. volu. z tam Bald. q̃ alij in multis alijs locis: z dicit Bal. in. l. multum interest. col. j. versi. sed quomodo probatur ista simulatio. C. si quis alteri vel sibi. quod simulatio potest probari ab anteriore z a posteriore z ab vtroq3. Et quod dicta confessio, si z quatenus de ea appareat, fuerit imaginaria satis colligitur ex depositione Francisci venissandi lapicide super articulis exordientibus, Procurator magnificorum dominorum heredum, insertis fol. xxviij. ex cuius depositione colligitur, quod licet dictus domi. Saltus cōfiteretur se habuisse dictas sex mille libras ab vna parte, z ab alia parte quinq3 mille z ducentas de z pro do. te prefate do. Blanchie: illam tamen non habuerat, vt dicebat, z φ hoc faciebat ad hoc ne exequutio arresti inibi mentionati, z contra eum z do. de Transio promulgati, fieret in suo aueragio: super quo summas huiusmodi saluas z securas esse voluisse scribitur idem do. Saltus in dicto pretenso broliardo. Et hec depositio videtur multum coadiuuari per depositiones quas in simili simulatione fecerūt nobiles Alziarius de pōteues z Antonius pascalis. Etiam coadiuuatur per depositiones plurium aliorum testium, deponentium de verbis auditis a dicto quondam domino Saltus, cum loqueretur de remedio adhibito vel adhibendo contra z aduersus executionem fiendam aut iam fieri attentatā per commissarium, z in executionem arresti superius mentionati que z si singula non probent: multa tamen plurimum adminiculantur. Cum enim simulatio de sui natura non possit liquido probari, pro eo quia non solent adhiberi testes, ne in lucem veniat z detegatur: quia sic non prodesset aduersus eum cōtra quem committitur: prout in simili notatur in. l. si cum exceptione. §. in hac. in glos. super verbo, ignorantiam. ff. qd metus cau. sequitur qd ad ipsam probandam admitti z sufficere debeant vrgentes z verisimiles coniecture. l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re milita. z qd nor. Cyn. in. l. j. in fi. C. de sica. z in. l. si non conuitij. in prima oppositione. C. de iniurijs. z gloss. in. l. qui ex liberis. in princip. ff. de bono. pos. fm tabu. in. l. j. in fi. C. de proba. z in. c. preterea. de testibus. probationes enim fieri debent z requiruntur fm subiectam materiam. l. consensu. §. seruus. ibi, quoniam nō facile. C. de repu. z quod scribit Paul. de Cast. in dicto consi. lxxxiij. col. fin. Addo etiam quod cum dicta pretensa cōfessio facta extiterit de summa vndecim millium z ducētarum librarum, non est verisimile quod si illa summa recepta z habita extitisset, z sic fuisset confessio vera, hoc est non ficta seu simulata vel imaginaria, qd pro illa assecuranda solum fuissent expresse obligata predicta aueria z bona mobilia, prout factum scribitur: z sic nihil cautum extitit de bonis immobilib⁹: que tamen solent frequentissime in talibus z pro talibus obligari: z ex hoc insurgit vehemētissimum indicium: de quo etiam loquunt̄ dicti testes: quod dictus domi. Saltus parapendens fiendas executiones in bonis immobilibus dictā confessionem simulate fecerit, vt sub colore obligationis simulate facte de aueragio z alijs bonis mobilibus impediret fieri executionem in eisdem: z ita illa omnia facta extiterunt simulate, quāuis in fraudem spectabilium dominorum pro tempore locum tenentium illustris domi. magni senescalli prouincie z de luco. Et si opponatur quod quemadmodum de huiuscemodi fraude opponere non posset dictos quondam domi. Saltus, vt pote de propria suipsius turpitudine. l. si creditoribus. C. de ser. pign. dat. manu. z. l. cum profitearis. C. de reuocan. donatio. ita nec de ea opponere possint dicti domi. eius heredes, cum fingantur eadē persona

18 rc. authen. de iureiuran. a morien. presti. colla. v. † Dico z respondeo verum esse quod opponens de fraude per se commissa, aut de propria turpitudine non audiatur regulariter: hoc tamen fallit in casibus, quorum vnus est quando principaliter opponit de simulatione contractus, z coadiuuando, vel per modum cause etiam opponit de fraude: tunc enim auditur sic opponens, per id qd scribit Bart. in. l. iusiurandum quod ex conuentione. §. fi. col. penul. versi. quidam vendidit possessionem in fraudem fisci. ff. de iureiuran. vbi dicit Bart. φ si ago rei vēdicatione, dicens rem esse meā z tu opponas φ fuit tibi vēdita, z ego replico φ illa venditio fuit simulata z imaginaria z facta in fraudem fisci: ego audior, q̃uis allegem turpitudinem meam: q2 eam allego ad coadiuuandam actionem. item z contra te qui eam participasti. itē certo de damno euitādo, z tu de lucro captādo. Nec Bar. vbi supra: vbi etiā idem volunt doct. communiter, z ibi col. penul. prosequitur dominus Jason multos casus in quibus quis potest allegare proprias turpitudinem, idem etiā voluit Paul. de castr. consi. lxxxv. exordiente, Uisis his que superius allegantur. z Ange. Areti. instit. de exceptio. in princip. nigri. charta. xxx. col. j. versi. vnum tamen nunq̃ exeat mentem tuam, z idem voluit Alex. de Jmola in. d. consi. cxxiij. col. j. q̃uis illud sit incorrectū. Ex quibus omnibus concludo, vt predixi, non esse probatam solutionem summe predicte sex millium librarum: z φ propterea debeant dicti magnifici do. heredes ab impetitis parte prefate domi. Blanchie cum expensarum reportatione absolui. Que dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, z maxime huius insignis z eminentissime curie.

1 ¶ Matrimonium inter patrueles z consobrinos licet de iure canonico sit prohibitum, non tamen de iure diuino z ciuili.
2 Jus ciuile si aliquid prohibeat, an censeatur prohibitum a iure canonico, z econuerso.
3 Extensio in penis fieri non debet.
4 Matrimoniū siue nuptias incestas a iure ciuili prohibitas contrahentes quibus penis afficiantur. Et ibi, an eisdem vel quibus penis veniunt mulctandi contrahentes nuptias incestas a iure canonico vetitas.
5 Minores. 25. annis an z in quibus casibus incurrant penas a iure ciuili statutas contra nuptias incestas contrahentes.
6 Concessio rei a iure prohibite vel fisco damnose non valet. Et quarum penarum remissio dicatur esse fisco damnosa, z numero. 13.
7 Pene an censeantur remisse absoluto excessu per quem incursum erat in dictas penas, z sequen.
8 Contrahentium verba debent si fieri potest proferri cum virtute operandi.
9 Noxa z noxia quid significent.
10 Pene dispositio an intelligatur delicti dispositio.
11 Principis beneficium plenissimam exigit interpretationem.
14 Pena quando intelligatur ipso iure vel facto imponi.
15 Nuptias incestas contrahentes coram quo iudice veniant trahendi.
16 Concubinatus punitio ad quem iudicem spectet, secularem scs vel ecclesiasticum.
17 Judex laicus an cognoscere possit de causa matrimoniali.

¶ Epitome.

¶ Incestas qui cum consobrina clã, feci nuptias super quibus postea pontifex dispensauit, non est per seculares iudicis ex his vexãdus, asserẽtes dãnosa fisco esse a partibus exorata. V. F.

¶ De incest. nup. Consi. ccxvij.



Unctus questiõis talis est: nobilis Iacobus labia ⁊ Helionora labia ex duobus fratribus procreati, ⁊ sic fratres patruales, ⁊ sibi in secundo gradu cõsanguinitatis attinentes, adinuicem de facto inter se per verba de presenti matrimonium contraxerunt, ⁊ copula carnali cõsummauerũt. Postea vero facta expressione ⁊ opportuna narratione de matrimonio huiusmodi, breue apostolicum obtinuerũt, in quo ab huiusmodi excessu ⁊ sentẽtia excõicatiõis, quã ꝑpterea incurrerant, fuerunt autoritate appostolica absoluti: ⁊ nihilominus si ita erat, ⁊ ꝙ dicta Helionora ꝑpter hoc rapta nõ extitisset prout reuera non fuerat, extitit cum eis ⁊ prole inde nascitura eadem authoritate dispensatum: cum ipsis scilicet Iacobo ⁊ Helionora, vt possent in dicto matrimonio licite remanere: ⁊ cũ ple exindẽ nascitura vt legitima existeret, ⁊ quã S. do. noster Papa legitimam decreuit, premissis ac cõstitutionibus ⁊ ordinationibus apostolicis ceterisq; contrariis non obstantibus quibuscunq;. Premissis vero peruentis ad notitiam ꝑcuratoris fiscalis curie Archiepiscopalis Auenio. ac domi. vicarii ⁊ officialis eiusdem curie, fuerunt ad instantiam dicti do. procuratoris prefati Iacob⁹ ⁊ Helionora coram eodem vicario ⁊ officiali in causaꝫ tracti, ⁊ ibidẽ ꝑ ⁊ inter partes ꝑdictas causa vẽtilata de ⁊ super pretensis penis, quas idem procurator asserebat ipsos Iacobũ ⁊ Helionoram ad cãm matrimonii sic cõtracti incurrisse, ⁊ alias eosdem impetiit ideꝫ procurator prout in titulis cõtra eos formatis ⁊ in dicta causa productis continetur, ⁊ in dicta cã fuit vsq; ad diffinitiuam sententiam exclusiue processum. Est tamen verum qđ idem do. vicarius ⁊ officialis sustulit ⁊ reuocauit inhibitiones eisdem Iacobo ⁊ Helionore factas de non simul cõuersando. Quibus non obstantibus fuerunt postea ipsi Iaco. ⁊ Helion. ad instantiam. d. procuratoris fiscalis curie temporalis sancti Petri Auenionen. etiam in cãm tracti coram spectabilibus viris domi. iudici curie sancti Petri Auenionen. pretextu ⁊ ad cãm pretẽsi excessus cõmissi ⁊ perpetratiꝫ in cõtrahendo matrimonium superius mentionatum: coram quibus petiit idẽ do. procurator declarari eodem incidisse in penas perditiõis seu confiscationis bonorum: ⁊ alias prout in titulis parte eiusdẽ procuratoris contra eos formatis. Et quãuis fuerit coram eis parte dictorum Iac. ⁊ Heli. oppositum tam de incapacitate eorundem do. iudicum, ꝙ etiam de preuentione dicte cause, propterea sepe petitum extiterit partes predictas ⁊ cãm huiusmodi ipsi domi. vicario ⁊ officiali remitti: hoc tamen adhuc obtineri non potuit. Quesitum est de sequentibus. Primo, an dicti nobilis Iac. ⁊ Helio. incurrerint penas de iure ciuili statutas cõtra eos qui incestas nuptias contrahunt ⁊ quas contra ipsos dictus dominus procurator declarari petiit. Secundo, an supposito, citra preiudicium veritatis, ꝙ dicti Iac. ⁊ Helio. penas huiusmodi incurrissent, censeãtur ipsi fuisse ab illis absoluti in vim breuis superius mentionati. Tertio an causa huiusmodi debuerit ⁊ debeat remitti dicto domi. vicario ⁊ officiali: ⁊ propterea fuerit ipsi Iac. ⁊ Helio no. grauati. ¶ Pro solutione primi quesiti premitto, ꝙ de iure diuino nuptie non sunt prohibite inter fratres patrueles, aut consobrinos, prout optime colligitur ex his que habetur in. c. gaudemus. in prin. ⁊ quod ibi glo. ⁊ docto. de diuor. ⁊ quod scribunt multi in. c. literas. de rest. spo. ⁊ ideꝫ dico de iure ciuili. s. ꝙ de iure huiusmodi non sunt nuptie prohibite inter tales in secundo. s. consanguinitatis gradu sibi attinentes seu coniũctos. l. iii. l. non solum. §. j. ff. de nup. §. duorum. Insti. e. ti. ⁊ l. celebrãdis. C. eo. ti. Et sic nuptie inter dictos Iac. ⁊ Helio. non fuerunt de iure diuino aut de iure ciuili inceste aut reprobate. Fateor tamen quod ille fuerunt prohibite ex constitutione ecclesiastica, ⁊ sic de iure canonico. c. non debet. de consan. ⁊ affi. d. c. literas. de rest. spolia. c. cu igitur. xxxv. q. j. ⁊. c. quedam lex. xxxv. q. iii. Quo premisso stat difficultas, an dicti Iacob⁹ ⁊ Helio, qui matrimonium de iure diuino aut de iure ciuili nõ ꝓhibitum cõtraxerunt,
8 incurrerint nihilominus penas a iure ciuili inductas. † Super quo dico ⁊ respondeo fuisse ⁊ esse inter doct. opiniones. ⁊ quideꝫ do. Card. flo. in. c. ⁊ si necesse. ver. quero an pena, de dona. inter vir. ⁊ vxor. dicit quosdam arguere qđ pena legũ inductarum contra nuptias incestas contrahentes habeat locũ contra eos, qui nuptias contrahunt in gradibus de iure ciuili ꝓhibitis: non autẽ cõtra eos qui contrahunt in gradibus ꝓhibitis de iure canonico, ⁊ non de iure ciuili: pro eo qr leges ille cũ loquuntur in casibus ꝓhibitis, cõcernunt ꝓhibitionem iuris ciuilis: qr taliter contrahentes solũ contrahunt contra leges. Sed idem do. Cardi. dicit se in contingentia facti ꝯtrariũ respondisse, ꝑ hanc rationem: qr omnis prohibitio iuris canonici est etiam iuris ciuilis, ⁊ econuerso: nisi expresse dicatur contrarium in altero iure, ⁊ huius dicti ratio est: quia vnum ius supplet aliud. x. dist. c. lege. c. super specula. de priuile. c. j. de no. ope. nũ. ⁊. c. ii. de cau. pos. ⁊ proprie. ⁊ quod no. Spe. titu. de disputa. ⁊ allegatio. §. porro. ad fi. inducit etiaꝫ do. Card. aliam rationem, scilicet quod si nouus gradus prohiberetur de iure ciuili ad illum extendentur pene: ergo etiam extendi debent ad casum prohibitum de iure canonico, ⁊ hoc etiã tenuit idẽ do. Cardi. in. d. c. et si necesse. ⁊ idẽ voluit ibi Panor. col. fi. circa fi. v. extra gl. ⁊ do. Prepos. col. fi. vsi. vltimo qro an pena legis. ⁊ ꝓ hac parte cõsuluit Signo. de homod. consi. xxv. exordiente, factum sic proponitur. Sed contrarium consulit Petr. de ancha. consi. cccxcii. exordiente, Videtur prima facie dicendum. vbi voluit ꝙ lꝫ canonica constitutio superueniens prohibeat matrimonium contrahi in casu in quo non erat prohibitũ de iure ciuili: non tamen videtur quod antiqua pena iuris ciuilis, vel noua, que de tali prohibitione canonica nõ cogitauit, ad hoc extendatur: quia extensio fieri prohibetur in penis. c. pene. de pe. dist. j. regula, in penis. de re. iur. in. vi. ⁊ quod no. Cy. in dicta authen. incestas. C. de incest. nupt. nec etiaꝫ ius canonicum videtur in prohibitionibus matrimoniorum nouiter introductis cogitasse de penis iuris ciuilis: que quandoq; sunt corporales, de quibus nihil ad ecclesiã. c. in archiepiscopatu de rapto. Etiam contrarium consuluit Ioan. cald. extra de consan. ⁊ affini. cõsil. ii. q pro hoc multa inducit. ⁊ primo quia lex solũ penam imponit contrahenti contra eam, vt est expressum Insti. de nup. §. si aduersus ea. ⁊ generaliter probatur hec conclusio in l. non dubium. C. de legi. v. q. j. ⁊. ii. questio. per totum. ⁊. c. ii. de rest. in fi. Et isto casu pena legis non habet locum, pro eo quia in eo cessat culpa aduersus legem commissa. c. ii. de constitu. ⁊ respõdet Io. calde. ad. l. si quis incesti. C. de incest. nup. ꝙ illa loquitur de incestuosis de iure ciuili, vt ibi patet in princip. Et si dicatur ꝙ dicte nuptie contracte inter dictum Iacobum ⁊ Helio. fuerunt inceste seu incestuose, respondeo ⁊ fateor hoc esse verum de iure canonico, dicto. c. non debet. ⁊ aliis supra allegatis. sed si dicis ꝙ pena a legibus imponitur incestuosis, respondeo hoc esse verum ꝙ pena huiusmodi imponitur incestuosis: sed non simpliciter, sed incestuosis de iure ciuili: cuiusmodi non fuerũt nuptie de quibus agimus, vt est dictum. ergo cessat obiectio: quia leges imponunt penam incestuosis certo modo, ad quem modi pena restringitur. Unde sicut ad illũ pertinẽtes includit: sic alios excludit: quia hec est natura restrictionis clemen. exiui. versi. cũ autem. de verbo. signi. alia multa ⁊ quidem elegãtia inducit do. Card. in dicto consilio: ad ostendẽdũ id quod predixi, ⁊ respondet qbusdã, pretensis contrariis, ⁊ hec etiã videtur fuisse opinio Hostiẽsis in. d. c. ⁊ si necesse. super verbo restitui volum⁹. qui relata opinione Placẽti, volentis ꝙ etiam si sponsa sciat impedimentũ: nihilominus ipsa repetit id quod ratione matrimonii dedit. l. anniculo. ff. de cõdictio. si. cau. l. ꝑfectus. ff. de rit. nup. ⁊. l. j. C. de condictio. ob cau. ⁊ quorundã aliorum aliter dicẽtium, tandem in versi. dicas ergo, subiungit ꝙ papa ex certa sciẽtia ibi approbat sententiam Placen. quia equior est: ⁊ in dissentientibus est opinioni Pape credendum, vt no. Ostien. in. c. per venerabilem. §. rationibus. versicu. cuius sententiam. qui filii sint legitimi. hoc dictum sequitur Henric Boyc. in dicto. c. ⁊ si necesse. ⁊ vt dicit domi. Ias. May. in. d. l. anniculo. colum. iii. ver. sed tu aduerte ⁊c. tex. d. c. ⁊ si necesse. loquitur in fortioribus terminis ꝙ Placentinus: quia Placen. loquitur in scienter contrahente sponsalia illicita. dictus vero tex. loquitur non in sponsalibus, sed in matrimonio illicite contracto, ⁊ ꝑ carnalẽ copulã consummato: vt clare dicit tex. in verbo, copule dissoluende. ⁊ tamen tex. ibi concedit repetitionem eius quod datuꝫ est. Et subdit ad propositum nostrum Ostien. ⁊ Hen. boyc. vbi. s. hoc quod predixerat esse intelligendum quoad gradus per legem canonicam prohibitos: sed quoad gradus iuris gentium, siue naturali siue diuina lege prohibitos, potest habere locum sententia Azo. contrariũ tenentis. Et hec videt etiã fuisse opinio Ioã. Fabri in. d. §. si aduersus. versi. sed quoad hoc vt locum habeat ⁊c. Pro hoc facit: quia certum est de iure canonico olim fuisse prohibitum matrimonium inter consanguinitate coniunctos vsq; ad septi-
4 mum gradũ inclusiue: † mirum esset quod sic remotos ⁊ multum distantes a gradu diuine ⁊ legalis prohibitionis, si matrimonium contraherent, puniri senserit penis legalibus: scilicet priuationis dignitatis si qua potirentur ac exilii, ⁊ pena confiscationis omnium bonorum de quibus habetur in authẽ. de incest. nupt. §. j. colla. iii. ⁊ transumptiue in aut. incestas nuptias. ⁊ in. l. si quis

l. si quis incesti. C. de incestis nupt. z eo maxime qr ius canoni-
cum sic contrahentes punit pena infamie. c. consanguineorum.
iij. q. iiij. Hodie vero punit eos etiam pena excommunicationis,
clemen. j. de consang. z affinit. Et profecto non videtur verisimile
ꝙ ius canonicum in casibus per ipsum prohibitis, non autem de
iure ciuili, sed de illo permissis, senserit quod ad suas prohibitio-
nes deberent pene legales extendi. Pro hac opinione facit quia
pene sunt odiose, z ideo sunt restringende, non laxande. l. cum qui
dam. ff. de lib. z posthu. l. arrianus. ff. de actio. z obligationibus.
z regula odia. de regul. iur. in. vj. Etiam pro hac parte videtur fa
cere regula iuris volens, qd in penis benignior interpretatio fa-
cienda sit. l. factum cuiqz. §. in penalibus. ff. de regul. iuris. z regu
la in penis. eo. titu. in. vj. Ex quibus omnibus patet istum articu
lum esse dubitabilem, propter cõflictum opinionum: habet enim
quelibet opinionum huiusmodi solennes defensores: z vt dicit
Aristoteles in primo de anima: vbi sapientes discordant, diffici-
5 le est inuenire veritatez. † Verum quia audio dictos Jacobum
z Helionoram non solum tempore dicti sic contracti matrimonij
fuisse, sed etiam hodie esse minores vigintiquinqz annis: ipsi non
possunt dici penas predictas incurrisse: qr in illis parcitur mino-
ribus. dicta. l. qui cõtra. §. exceptis. versi. aut etatis lubrico lapsi:
quod etiam ibi not. Odoffr. z Salice. C. de incest. nup. z idem scri
pserunt Azo z Jacob. Bald. relati per Hostien. Joan. Andr. z
Henricus Boyc. in dicto. c. etsi necesse. vbi referunt Azo. z Jac.
Bald. dixisse, quod quando aliqui scienter contrahunt matrimo
nium prohibitum, nec sunt minores: quicquid alteri datum est,
debet ei auferri, z dari fisco. Et quicquid senserint Hostiẽ. Joan.
andr. z Henric. boyc in alijs personis matrimonium prohibitum
scienter contrahentibus: ipsi tamen quoad minores. xxv. annis
non contradicunt sententie Azo. z Jacob. Bal. quinimmo hoc
expresse vult Hostien. in. d. c. etsi necesse. super verbo restitui vo-
lumus. Et ꝙuis. d. l. qui contra. precesserit dictam authen. de in-
cest. nuptijs. §. j. illud tamen recipit declarationem ab ipsa lege.
l. nam z posteriores. ff. de legi. Et per hec patet responsio ad pri-
mum quesitum: scilicet quod dicti Jacobus z Helionora penas
predictas non incurrerint.

¶ Ad scdm respõdeo imprimis non esse dubium quin dicti Ja-
cobus z Helionora absoluti extiterint a sententia excommunica
tionis: qr hoc expresse cauetur in dicto breui: sed de alijs non est
ibi sermo: propter quod prima facie videretur ꝙ ille non fuerint
remisse. Si enim dominus noster illas remisisse voluisset, leue
erat z facillimum hoc exprimere: qd cum non fecerit, ille non vi-
dentur remisse, argum. c. ad audientiam. versi. nam si intelligere-
mus. z quod ibi doctores de decimis. Preterea absoluendo pre
dictos contrahentes a pena excõmunicationis videtur alias pe-
nas reseruasse: z signanter penam confiscationis bonorum, quam
videtur ipsos iure incurrisse si fuissent maiores. xxv. annis. z ipsaz
6 incurrissent, dicto authen. de incest. nupt. §. j. † pro eo qr illa esset
damnosa fisco, propter remissionem iuris iam quesiti: z pro cuius
remissione non videntur potuisse supplicare. l. nec damnosa. C. de
precib. impera. offerend. vbi dicit text. nec damnosa fisco nec iuri
contraria postulari oportet: z quia prohibitum est hoc impetrari,
non videtur valere illius concessio. l. i. C. de peti. bono. subla. lib.
x. Quo fit vt cum huiuscemodi pene remissio seu indulgentie con
cessio non valeat, vbi de illa apparet, z sic non censeatur princeps
dictam penam cũ iuris effectu remisisse: multominus in casu isto
illam cum effectu remisisse videtur per dictum breue, in quo de ea
7 nihil dicitur. † Sed contrariam sententiam existimo de iure ve-
riorem, scilicet ꝙ immo fuerint non solum dicta pena excommu-
nicationis, sed etiam alie si illas incurrissent, eisdẽ Jacobo z He-
lionore remisse: pro eo quia Pontifex nõ solum eos absoluit a pe-
na excommunicationis: sed etiam ab excessu, quem dicti Jaco-
cobus z Helionora commiserunt in contrahendo de facto matri
monium predictum: per illam enim absolutionem ab excessu hu-
iusmodi videtur eosdem contrahentes absoluisse a pena propter
excessum incursa, vel que propter illum poterat eis infligi: z hoc
videntur importare verba dicte absolutionis: z ideo quemadmo
dum si homicida, facta principi supplicatione z opportuna ho-
micidij narratione, ab ipso principe obtineret absolutionem ab
excessu homicidij, videretur princeps sibi remittere penam homi
cidij: z sic penam capitis: z idem in alijs: ita videtur qd per absolu
tionem ab excessu censeantur fuisse remisse pene ipsis contrahen
tibus, quas propter excessum incurrissent, vel in quibus condẽna
ri poterant: alr̃s illud verbum ab excessu in dicto breui descriptum
8 nihil videretur operari: qd non est dicendum: † quia non solum
vnaqueqz clausula, sed etiam vnumquodqz verbum a contrahen
tibus prolatum debet esse cum virtute operandi, si fieri potest. l.
hac lege. ff. de contrahen. empt. z vendi. l. si stipulatus. in princip.
ff. de vsur. verba sunt Bal. C. de contrahen. empt. z vendi. in rub.
in. ix. questione: quod etiam voluit Roma. consilio lxxxij. in fi. z
Alex. de imol. consi. cxvij. col. iiij. vel circa, versic. sed vbi est perfe
cta zc. ibi, probatur quia nedum zc. in primo volu. Et si hoc est in
contractibus vel alijs dispositionibus priuatorum hominum:
multofortius hoc est z esse presumitur in dispositione seu literis
a principe emanatis, z signanter a summo pontifice: qui omnia iu
ra in scrinio pectoris sui habere censetur. c. j. de constitutioni. Et
pro hoc, qd scilicet per absolutionem ab excessu videatur remisisse
penas, videtur esse bonus tex. in. c. disciplina. paulo ante mediũ,
distinctio. xlv. vbi refertur diuina vox dixisse Moysi. Descende
peccauit populus tuus: z paulo post, dimitte me vt irascatur fu-
ror meus contra eos, z deleam eos: faciamqz te in gentez magnã
zc. Ubi etiam commemoratur, quod ille Moyses scilicet semel z
iterum pro populo cui preerat obicem se ob impetum dei irascen-
tis opponens ait: aut dimitte eis hanc noxam, aut si nõ facis de-
9 le me de libro tuo quez scripsisti. † Et licet noxa communiter ac-
cipiatur pro delinquente, noxia vero pro delicto, institu. de noxa.
in princip. iuxta versum, Noxia delictum delinquens noxa voca-
tur: existimo tamen qd in. d. c. disciplina. assumatur noxa pro no-
xia, z ꝙ Moyses postulauerit populo remitti delictum per eos
commissum, hoc est penam quam diuina vox comminabatur se
populo inflicturum: dixerat enim, z deleam eos. Preterea quo-
tiescunqz disponitur super delicto, videtur ex quadam consequen
tia disponi de pena: quamuis de ea non caueatur expresse in dis-
positione, per id qd not. glos. in. l. j. §. i. super verbo facti questio.
versic. item pro hoc quia pronuntiato de principali. ff. ad turpil-
lianum. z ratio huius potest esse, quia cum pena sit sequela deli-
cti. l. sancimus. C. de penis. Ex quo disponitur super vno, hoc est
super delicto: ex consequentia disponitur super alio tanqz sequela
l. alumne. §. legaui. ff. de adimen. lega. z in. §. illud. instit. de socie.
z in. l. quicunqz. §. fi. ff. de instito. actio. Et si dicta glos. procedat
in pronuntiatione seu sententia facta contra accusatum, vel als
inculpatum: multo fortius debet procedere quod predixi de abso
lutione ab excessu: quia rei sunt fauorabiliores, dicta. l. arrianus.
Summus igitur pontifex absoluendo ab excessu videtur dictos
Jacobuz z Helionorã absoluisse a pena, que est sequela excessus.

Premissis vero non ob-
staret, si forte opponeretur, qd dictum verbum ab excessu opere-
tur quoad absolutionem ab excommunicatione. ¶ Quoniam
rñdeo ꝙ cũ in dicto Breui fiat expressa z specifica mentio de ab-
solutione ab excõicatione, dictum verbum ab excessu non dz eam
referri, argumen. l. doli clausulam. ff. de verborum obligatione.
etiam nec dicendum est qd dictum verbum ab excessu, debeat in
telligi quoad alias penas: vt verbi gratia quoad penam exilij aut
priuationis dignitatis, si qua potiebantur dicti contrahentes.
Quoniam respondeo qd non videtur maior ratio in his, quam in
absolutione a pena confiscationis bonorum: ergo si possit intelli-
gi de his, debet etiam intelligi de pena confiscationis, argu. l. li-
bertum. §. senatus. ff. de ritu nupt. c. ij. de transla. prela. z. l. illud.
11 ff. ad. l. aquil. † Preterea dicta absolutio censetur esse z est que-
dam indulgentia seu beneficium principis: ergo debet plenissime
interpretari. l. si. ff. de consti. princip. facit. c. cum dilecti. de dona.
vbi etiam donatio priuati latissime interpretatur. Uidetur igi-
tur qd dicta absolutio ab excessu, de quo in dicto Breui, debeat
operari: cum hoc facere potuerit: z quod si intelligi possit quoad
penam exilij aut priuationis dignitatis, pari ratione intelligi de
beat etiam quoad penam confiscationis. Non obstat id de quo
supra opponebatur, scilicet qd pro dicta pena supplicari nõ potue
rit, z quod illius remissio non valuerit, dicta. l. nec damnosa. C. de
precib. impera. offeren. z. l. j. C. de petitio. bonorum sublatorum.
12 † Quoniam respondeo qd in penis legalibus habet fiscus titu-
lum lucratiuum. l. vnica. z quod ibi Joan. de platea. C. pe. fiscal.
credi. preferun. libro. x. z. l. apud celsum. §. de autoris. ff. de excep.
13 doli. † Et ideo talium penarum remissio non reputatur esse fisco
damnosa: quia damnum dicitur patrimonij diminutio. l. tertia.
ff. de damno infecto. quod diminui non videtur per remissionem
penarum fiscalium anteqꝫ fisco incorporentur. Ubi vero fieret re-
missio post factam incorporationem: tunc videretur fieri diminu-
tio, z fiscus damnuz pati. l. liberto. §. octoginta. ff. de bonis liber.
z qd not. gl. in. l. j. §. si quis autẽ propter inundationẽ, super verbo
per in integrũ restitutionẽ. ff. de iti. actuqz priua. Uñ cũ remissio
seu absolutio superius mẽtionata z facta per dñm nostrum p. pã
eisdem Jacobo z Helionore preuenerit non solum bonorum in-
corporationem: sed etiam omnem processum non videtur remis-
sio huiusmodi fuisse fisco damnosa, aut impetrari prohibita. Pre
terea supposito, citra preiudicium veritatis, quod pene de qui-
bus in dicto authen. de incestis nup. §. i. incurrerentur ipso iure
per contrahentes nuptias incestas: non tamen haberentur nec
haberi possent pro incursis, donec parte vocata z audita esset la-
ta sententia declaratoria, per id quod notant Archid. Joan. an

14 ꝛ alijs post eos in.c.j.de homicid.in.vj.vbi volunt † quod omnia
iura ciuilia, que dicũt penã imponi ipso iure vł ipso facto, debẽt in
telligi dũmodo sequuta sit sententia declaratoria, per quam decla
ratum sit fuisse commissum id propter quod veniebat illa pena
imponenda: ꝛ idem voluit Alex. de imo. in.l. si quis maior.colũ.
vij.versi.in ea ibi, ipso iure.C.de transactio. ꝛ Gemi.c.ij.colum.
fi.de confess.in.vj. Ad quod faciunt noto. per Barto.in.l.eius
qui delatorem. ff. de iur.fisc. alias vero pena effectum aut exe
quutionem non sortitur: pro quo multa inducũt, ꝛ presertim tex.
optimum in.c.cũ secũdũ leges.vbi etiã idẽ voluit Archid. Joã.
and.ꝛ doc. de here.in vj. ꝛ idem no. Bal.in.c.j.de feu. sine culpa
nõ amitten.in authen.qui semel.colum.penul.C.quomo. ꝛ quã.
iud. ꝛ authen.hoc amplius.colum.j.C.de fideicommiss.ꝛ domi.
Jason maynn.in.l.si quis iniquum.§.quod autem ait. colum.j.
versi.in contrarium moueo difficultatem.ff.quod quisq; iur. Cuꝫ
igitur vt predixi tempore obstãte absolutionis ab excessu predi
cto non solum non esset lata declaratoria sententia: sed nec etiam
dicti Jacobus ꝛ Helionora aut eorum aliquis in iudicium vo
cati: dici nõ potest quod dicte pene pro tunc haberentur aut ha
beri deberẽt pro incursis, aut quod ille fuissent fisco incorporate.
15 ¶ † Ad tertium dico ꝛ respondeo, quod cause ꝛ partes predicte
debuerunt remitti dicto domino vicario ꝛ officiali. Tum quia
cum vt superius dixi non fuerit de iure ciuili originaliter prohi
bitum matrimonium contrahi inter fratres patrueles, seu fra
trem ꝛ sororem: sed fuerit ꝛ sit de iure huiusmodi permissum, di
cta.l.celebrandis.C.de nupt.cum suis simili. supra allegatis: sed
a iure canonico positiuo, scilicet ex constitutione ecclesiastica,
non possunt dicti domi. Judices cognoscere de dictis penis: an
scilicet ille fuerint incurse vel non, ꝛ an possunt exigi vel non sed
pertinet cognitio huiusmodi iudici eccleleſiastico, per id quod
alicubi voluit Goffre. relatans per doct.in.c.cum sit generale.
16 de foro compe.ꝛ Fride.de se.consilio.clxvij.exordiente, Mulier
accusata coram iudice seculari † volentes quod quia concubina
tus de iure ciuili permissus est, ꝛ non prohibitus, non possit iu
dex segularis punire concubinarium: sed pertineat punitio ad iu
dicem ecclesiasticum, a quo cõcubinatus prohibitio sumpsit ori
ginem: ꝛ isto argumento vtuntur multi, volentes ꝛ scribẽtes qđ
crimẽ vsurarum sit crimẽ ecclesiasticuꝫ ꝛ quod de eo punieri nõ
possit iudex laicus pro eo quia vsurarum prohibitio secunduꝫ eos
sumpsit originem a iure diuino ꝛ canonico: ꝛ quia non putãt vsu
ras de iure ciuili esse prohibitas: a simili igit̃ cognitio dicte cau
17 se pertinet ad iudicem ecclesiasticũ, ꝛ non ad secularem. † Pre
terea certum est ꝙ iudex laicus est incapax spiritualium.c.sacro
sancta.c.massana, de electi. ꝛ.c. causam que, de prescript. matri
monium vero est quid spirituale ꝛ ideo non solum principaliter:
sed nec etiaꝫ incidẽter potest laicus iudex cognoscere de questio
ne matrimonij, vt videri potest in his que habentur in.c. tuam.
de ordi.cogni.in.c.causam.ꝛ in.c. lator presentium.qui fil.sint le
gi.ꝛ quod scribunt doc.ꝛ maxime Bal.ꝛ mod.in.l. quoties.C.de
iud.ꝛ doct.in.l.titia.ff.solu.matri.ꝛ Joan.de imo.in.cle.dispen
diosam.super verbo matrimonijs.de iud. Unde si Petro filio ti
tij agenti petitione hereditatis pro paterna hereditate oppo
natur, ꝙ inter titium ꝛ bertam ex quibus fuit actor procreatus
non fuerit legitimum matrimoniuꝫ de ista exceptione non potest
cognoscere iudex laicus: sed est remittẽda iudici ecclesiastico, vt
probatur in.d.c.tuam.ꝛ alijs iuribus.s.alleg. Si etiam accusare
tur titius coram laico iudice de adulterio commisso cum berta
vxore sempronij: ꝛ titius diceret ꝙ inter illos nõ fuerit matrimo
nium legitimum, de hac exceptione non cognoscet iudex laicus,
scilicet deberet remitti iudici ecclesiastico: vt etiam probatur in
predictis iuribus: ꝛ ita scribunt doc.in multis locis. Quod si ita
est: quomodo possunt dicti do.iudices cognoscere de predicta cã:
q: si vt iam dixi pena est sequela delicti.d.l.sancimus.C.de pe. ꝛ
dicti contrahentes pretendãtur deliquisse, pro eo quia contraxe
runt matrimonium in casu de iure canonico prohibito, opus est
ꝙ ipsi do.iudices de hoc cognoscant, an.s. contractum extiterit
dictum matrimonium in casu prohibito, alias non possent de
clarare eos incidisse in penas predictas, propter matrimoniuꝫ il
licitum: sed de hoc cognoscere nõ possunt predixi sed pertinet ad
iudicem ecclesiasticum. Preterea ista cã fuit preuenta per iu
dicem ecclesiasticum, ꝛ coram eo adhuc pendet indecisa. Unde
cum de preuentione huiusmodi oppositum extiterit coraꝫ dictis
dominis iudicibus, debuerunt ipsam exceptionem huiusmodi
tanꝙ legitimam admittere: ꝛ sic eis duo obstabant .s. incapaci
tas spiritualium, per iura predicta: ꝛ quia competens iudex eos
preuenerat. Et si opponatur ꝙ illa causa fuerit decisa per dictũ
dominum vicarium ꝛ officialem. ꝛ ꝙ propterea potuerit ꝛ possit
procedi coram dictis dominis iudicibus ꝛ ꝙ dictus dominus
vicarius de causa predicta se amplius intromittere non debeat.

c.lator presentium, qui fil.sint leg.ex quo Anto.de butrio, Pan.
ꝛ doct. Prepo. colligunt, ꝙ vbi questio principalis fuit inten
tata coram iudice seculari, nõ potest iudex ecclesiasticus, qui co
gnouit de incidenti, postmodum cognoscere de principali sed de
bet partes remittere ad iudicem secularem. Respondeo ꝙ hoc
non obstat, tum quia dicta causa non fuit per.d. dominuꝫ vicari
um ꝛ officialem decisã.nec super titulis contra eosdem cõtrahen
tes corã ipso oblatis ꝛ productis lata sententia ꝫ solum fuerunt
reuocate ꝛ sublate quedam pretense inhibitiones eis facte: tum
ꝛ quia dictum.c. lator presentium. ꝛ ea que inibi scribunt Anto.
de but. Pan. ꝛ do. Prepo. procedũt quãdo causa principalis pri
mo fuit inchoata corã iudice laico ꝛ corã quo pendẽte causa hu
iusmodi incidit questio spiritualis, cuius cognitio fuit remissa
iudici ecclesiastico: qua pendente suspenditur ꝛ dormit questio
principalis. Sed illa terminata ꝛ decisa per iudiceꝫ ecclesiasticũ
debent partes ꝛ causa remitti iudici seculari, vt causam reassu
mat ꝛ procedat: vt verbi gratia, cum agerẽ coram iudice seculari
petitione hereditatis ꝛ peterem paternam hereditatem mihi re
stitui a titio illius detentore: opposuit idem titius quod non fue
ram natus de legitimo matrimonio, hec autem incidens questio
examinari non potuit per iudicem secularem sed debuit remitti
iudici ecclesiastico: qui causa audita, ꝛ forte pronuntiato me fu
isse legitimum filiuꝫ ꝛc. debet remittere causam primo iudici, qui
iuxta retroacta procedat, ꝛ coram quo non poterit vlterius per
detentorem opponi ꝙ nõ fuerim ex legitimo matrimonio procrea
tus. Jstud autem non fuit in casu nostro: quia nulla causa reperi
tur principaliter intẽtata coram iudice seculari de ꝛ super dictis
pretensis penis ante processum de quo supra, factum scilicet corã
dicto domino vicario ꝛ officiali. Quo fit vt debeat ipse de dicta
causa cognoscere: ꝛ sic non solũ de legitimitate vel illegitimitate
dicti matrimonij: sed etiam de pretensis penis.c.de prudentia.de
dona.inter vir.ꝛ vxo. pro quo facit.c.j. qui fil. sint legi. Hoc vo
luit Panor.in dicto.c.lator.versi.no. ꝙ vbi questio principalis
ꝛc. ibi, secus si nulla ꝛc. ꝛ dominus Preposi. col. ij.ver. itẽ nota
ꝙ vbi questio principalis ꝛc. ibi, secus est vbi nulla questione
mota ꝛc. Dico igitur ꝙ dicti domini iudices salua eorum reuerẽ
tia male processerunt quinimo vt videtur nulliter saltem ratione
incapacitatis. Quo fit vt etiam post decem dies possint dicti cõ
trahentes petere reuocari ordinationẽ per eos latam super com
petentia iudicis pro eo quia illa non transiuit in rem iudicatam.
Et vbi essemus in casu in quo, posset dici illã transiuisse in rẽ iudi
catã quoad partem possent nihilominus ipsi eam reuocare quia
quoad eos non transiuisset in rem iudicatam, iuxta doctrinam
quam ponit Barto.ꝛ docto.in .l. quod iussit.ff. de re iud. ꝛ non
solum possent sed etiam deberent, nec deberet eis esse graue hoc
facere.c.qualiter ꝛ quando el.j.de accu. Que omnia dixerim sub
correctione ꝛc.

¶ Consi.ccxviij. hinc fuit sublatum, vt nimis repetitum in ma
teria substitutionum.

1 ☞ Homagium ligium quod dicatur: quibus sit prestandum: ꝛ
qualiter differat ab alijs homagijs, que proprie ligia non dicun
tur, ꝛ nu.2,
3 Homagium faciens subdito regis vel imperatoris, aut alius cu
iuspiam dominum non recognoscentis, quale iuramentum pre
stare debeat.
4 Fidelitatem recipiens ratione iurisdictionis quale iuramentum
exigere debet a suo subdito, ꝛ nu.6.
5 Notarium suspectum an ꝛ quando altera partium cui suspectus
est remouere possit a recipiendis contractibus, Et quid de iudi
ce delegato vt.s. suspecto.

¶ Epitome.

¶ Subditi vasallorum homagium eis prestare nõ tenentur: nisi
homines ligij sint ꝺ cõsuetudine vł alias ad hoc adstricti. V. 5.

¶ De subdi.vasal. Consi.ccxix.



On potest nobilis ꝛ
generosa mulier Ludouica Raymunde, condo
mina seu altera ex dominis loci Trigaucie, pe
tere quod vniuersitas vel particulares homines
eiusdem loci sibi faciant aut prestent homagiuꝫ
1 ligium: pro eo quia † homagium huiusmodi est illud in quo iu
ratur fidelitas contra omneꝫ hominem de mundo, nullius alteri
us fideli. excepta: quod feudum proprie non conceditur nec susci
pitur nisi ab eo qui superiorem nõ recognoscit, illud vero quod sit
alijs non

aliis non proprie dicitur homagium ligium: pro eo quia fit seu iu
ratur salua imperatoris in imperio, vel regis authoritate in re⸗
gno, vel aliis terris in quibus superiorem non recognoscit. c. im⸗
perialem. §. fi. ⁊ quod ibi scribentes. de prohibita feudi alienatio
ne per Frideric. ⁊ quod not. gloss. in clemen. pastoralis. §. rursus
semper vero homoque ligius, de re iudicata. Specul. titu. de feu.
§. quoniam. col. j. versic. ⁊ nota. quod est homagium ligium, Bal
dus consi. clix. exordien. ad euidentiam premittendum est. in pri⸗
ma parte, ⁊ in proemio feudo. col. xiiij. versi. alia diuisio feudorum
quia quoddam est ligium ⁊c. vbi etiam Aluarotus col. ix. versi.
treisdecima est diuisio quia aliud feudum appellatur ligium, Jo.
Raymun. in suo comprehenso feudo. dicti. c. imperialem. §. fi. q.
xix. versic. quero quotuplex est homagium, ⁊ dominus Jas. may.
in prelud. feudo. charta. ix. colum. iij. versicu. septima diuisio: qui
etiam multos commemorat hoc dicentes. Unde cum dictus no
bilis Raymundi sit subditus ⁊ vasallus serenissimi domini no⸗
stri Francorum Regis, Prouincie ⁊ Forcalquerij comitis, ⁊ qui
etiam in dictis comitatibus habet iura imperialia, ⁊ sic superio⸗
rem non recognoscit: non potest nec debet eadem nobilis Ray⸗
munde petere vel proprie recipere ab vniuersitate vel predictis
2 hominibus homagium ligium. † Uerum quia sunt qui dicunt
quod homagium ligium dicitur esse illud, in quo nullus excipit
seu reseruatur quantum ad verba: quantum tamen ad mentem, exci⸗
piuntur illi qui summam seu supremam ⁊ generalem habent iu⸗
risdictionem, vt puta serenissimus dominus noster Francorum
Rex in regno suo, vel in aliis suis terris in quibus nullum reco⸗
gnoscit superiorem. ⁊ idem de imperatore in imperio, qui etiam
si non exprimantur in homagiis que fiunt subditis, intelliguntur
3 excepti. c. venientes. de iureiuran. † contra quos non tenetur quis
dominium suum iuuare, per id quod eleganter scribit Specul. titu.
de feu. §. quoniam. versic. decimoquinto queritur quid si aliquis
baro Regis Francie ⁊c. Tale homagium, in quo nullus preter⸗
quam summus dominus intelligitur exceptus, non potest fieri
duobus, dicto. §. quoniam. versic. decimo queritur. Homagium
vero non ligium secundum eos dicitur, quando videlicet aliquis in eo
expresse excipitur: vt verbi gratia, facio tibi homagium excepta
fidelitate qua tali domino meo ligio pone titio teneor ⁊ sum astri
ctus, vel saluo quod possim illum quem voluerim dominum ligi
um mihi constituere, vt nota. Specula. dicto. §. quoniam. versic.
duodecimo queritur. vel saluo quod te nolo contra talem, pone
titium adiuuare. Et quamuis illud quod primo dictum est de homagio
ligio. s. quod illud sit in quo iuratur fidelitas contra omnem ho⸗
minem ⁊c. verius sit: tamen id quod vltimo dixi approbat com⸗
munis vsus loquendi, vt not. Specul. in dicto. §. quoniam. col. j.
versi. ⁊ not. ibi, alij dicunt. ⁊ Bald. in consi. superius allega. ⁊ isto
modo non prohibetur vassallus principis habere homines ligios,
⁊ qui faciant sibi homagium ligium: quia quamuis in tali homa
gio nihil exprimatur de principe: princeps tamen intelligitur esse
exceptus, ⁊ sic prestans vel faciens tale homagium non censetur
iurare quod dominum suum adiuuabit contra principem. Lau⸗
darem igitur quod domini syndici vel homines dicti loci Tri⸗
gaucie, si requirantur de faciendo homagium ligium dico nobi⸗
li Raymunde postulent sibi exhiberi antiqua homagia, si que ha
ctenus facta extiterint, ⁊ se offerant illis visis ⁊ consultis face⸗
re quicquid boni homines vel subditi facere debent suo domino
vel superiori: puto enim quod dicta nobilis Raymunda hoc facere
non recusabit, prout nec recusare debebit: cum homagia existimen⸗
tur esse penes eam, non penes vniuersitatem vel homines predi⸗
ctos: qui dicunt se nunquam prestitisse nec de prestando fuisse hacte⸗
4 nus requisitos. ¶ † Est verum quod si dicta nobilis Raymun⸗
da peteret sibi fieri homagium per vniuersitatem vel homines
dicti loci Trigaucie ratione habitationis: quam faciunt in loco
seu territorio sue iurisdictionis: ipsi tenentur illud facere. c. j. §. fi.
tit. qualiter vasal. de iuramento fidelita. vbi dicitur, quod si quis
iuret fidelitatem alicui domino, non eo quod feudum ab illo ha⸗
beat, sed quia sub iurisdictione ipsius existat: debet iurare nomi⸗
natim vitam, membrum, mentem, alij habent mortem, ⁊ illius re⸗
ctum honorem. Et dicunt Andreas de Iser. ⁊ Aluaro. quod istud
iuramentum fidelitatis quod prestatur ratione iurisdictionis, reci⸗
pit supplementum, per id quod habetur in. c. tibi domino. lxiij.
distinct. dicit etiam Andreas de yser. quod dictum iuramentum
recipit supplementum, per text. c. j. in tit. de noua for. fidelita. pro
eo quia nulla fit ibi mentio de feudo. Sed Aluarot. quoad hoc
tenet contrarium: quia de mente text. dicti. c. j. in fi. titu. qualiter
vasallus debeat iurare fidelita. fuit facere apertam differentiam
inter iuramentum fidelitatis quod prestatur ratione iurisdictio
nis, veluti quia quis habitat in iurisdictione seu territorio alicu
ius domini: et iuramentum fidelitatis quod tenetur prestare va⸗
sallus ratione feudi, iuxta. c. j. tit. de forma fidelita. ⁊ dictum. c.
j. titu. de no. for. fidelita. Tandem tamen dicit ⁊ se in hoc resol⸗
uit quod debeat stari consuetudini. ⁊ sic de illa esset inquirendum
vt sic in omnibus posset procedi securius.
5 ¶ † Quoad notarium dicti nobilis Raymundi ⁊c. dico ⁊ respon
deo quod si notarius ille sit suspectus vniuersitati vel hominibus
predictis, ipsa vniuersitas ⁊ homines possunt petere quod nota⸗
rius non suspectus recipiat homagia ⁊ de illis notas seu instru⸗
menta conficiat, per id quod not. gloss. in aut. de trien. ⁊ semisse.
§. ⁊ quod sepe. in verbo, artificis. collatio. iij. ⁊ Joan. de Pla. in. l.
nulli. colum. fi. C. de numera. ⁊ actua. lib. xij. vbi scribit quod no⸗
tarius alicui partium suspectus non debet scribere in causa sed de⸗
bet secundum doctores in totum remoueri ad instar iudicis delegati. Cui
dicto non obstat. l. apertissimi. C. de iudiciis. Quoniam respon⸗
deo quod illa loquitur in iudice ordinario cuius non est bona
comparatio ad notarium: quia notarius per se nullam habet iuris⸗
dictionem. l. adopt. non tabulis. ff. de adopt. sed ordinarius ha⸗
bet iurisdictionem in toto territorio. l. pupillus. §. territorium. ff.
de verb. significatione. Preterea notarius non potest instrumen⸗
tum vel notam recipere seu scribere nisi ex voluntate partium,
argum. l. iubemus. C. de defensor. ciuita. ⁊ authen. de tabellio. §.
j. collatio. iiij. sed ordinarius exercet iurisdictionem suam etiam
in inuitos. l. inter stipulantem. §. j. ff. de verb. ob. cum suis similib.
¶ Quoad aliud in quo queritur an dictus nobilis Raymun⸗
dus possit auferre vniuersitati seu hominibus terram eis conces
sam, si non facerent sibi homagium: respondeo ⁊ dico quod dicta
concessio facta est per nobilem quondam Joannem Raymun⸗
di suis hominibus ligiis qui tunc erant ⁊ futuris: quod intelligo
etiam quoad illos qui essent homines ligij suorum successorum
presertim heredum. Nunc ergo ad propositum dico quod aut homi⸗
nes dicti loci negant se homines ligios dicti nobilis Raymun
di, quod intelligo prout secundo modo accipitur homo ligius de quo
supra dixi: ⁊ tunc posset ipse dicere quod terra non est eis concessa: quia
concessio loquitur de hominibus ligiis. Si vero fateantur se esse
homines ligios: ipsi tenentur recognoscere ⁊ facere homagium:
sed vt dixi expedit videre homagia hactenus prestita seu facta
per predecessores. ¶ Quo vero ad hoc quod vltimo queritur quid
debeant syndici seu homines dicti loci respondere domino vo⸗
lenti scire, an intendant defendere vnum de incolis ⁊ habitato⸗
ribus dicti loci intitulatum, pro eo quia occupauit seu cepit de
terra gasta, dico quod bonum est quod ipsi petant dilationem ad deli⸗
berandum, ⁊ quod interim faciant videri processum factum contra
illum intitulatum vt sic possint securius respondere: quia forte di
ctus dominus querit occasionem inquietandi aut molestandi vni
uersitatem ⁊ homines: que occasio fugienda est ⁊ est caute ⁊ pru⸗
denter procedendum tam pro debito iustitie ⁊ honestatis vt sci⸗
licet nihil fiat contra ipsum dominum quod fieri non debeat per
subditos contra dominum suum quam pro conseruatione boni
iuris eorundem vniuersitatis ⁊ hominum. que omnia dixerim
sub correctione.
6 ¶ † Post predicta autem intelligi, quod dicta nobilis Ludoui
ca pretendit, quod vel vniuersitas, vel homines debeant sibi fa⸗
cere homagium cum onere ⁊ promissione de contribuendo in sex
casibus, quos commemorat Speculator titulo, de feudo. §. quo⸗
niam. versic. ⁊ nota quod vasalli post Roffredum alibi. Sed re⸗
spondeo quod immo non tenentur prefati vniuersitas ⁊ homi⸗
nes de iure communi vt etiam voluit Joannes andreas in addi
tione Speculatoris in dicto versicu. ⁊ nota quod vasalli in addi⸗
tioni. exordiente, hucusque Rofred. ⁊ idem tenet Petrus Jaco⸗
bus in suis libellis sub rubrica, de cau. ex quibus vasal. versi. au⸗
diui a quibusdam. vbi etiam inter cetera dicit quod quia Rofre
dus ⁊ Joannes de blana. dixerunt vasallos in illis casibus teneri
suo domino male fecerunt, ⁊ deterius: quia illa in scriptis redege⸗
runt inde enim vt ait turbantur ⁊ errant multi domini terrarum
nostri temporis, qui tota die satagunt subditorum sanguinem su⸗
gere, ⁊ gaudent dictis eorum que simpliciter loquendo de iure ci
uili falsa existunt: pro quo dicto multa inducit que non refero: ⁊
hanc partem etiam sequitur Bertrandus de den. per multas ra⸗
tiones prout refert Petrus antibo. in suo diuersorio numerum. §.
sed quero nunquid baro vel comes ⁊c. possunt ⁊ alia multa pro
hoc induci que non refero. Nisi igitur vniuersitas vel homines
comperiantur alias se efficaciter obligasse ad contribuendum in di
ctis casibus ipsi non tenentur hoc facere. ⁊ ita mihi videtur ⁊c.

1 ☞ Libelli narratione deprehendi solet qua actione agi conue⸗
niat.
2 Testamentum nullibi impugnatum censetur verum, solenne, ⁊
receptum mandato ⁊ precibus testatoris.
Idem dicendum de quocunque alio contractu, num. 3. ⁊ seq.
4 Instrumentum quomodo dissimulatur: ⁊ de eius viribus ⁊ effe⸗
ctu.
5 Testati via ⁊ intestati, vt pote contraria ⁊ sibi inuicem repugnan⸗

tes, non se cōpatiuntur: immo quandiu vie testati est locus: cessat intestati via.

6 Argumentum a contrario sensu valet.

7 Lingua dicitur affectum ⁊ cogitationum interpres.

8 Renuntiare an ⁊ quando possit. l. si vnq̄. C. de reuo. donatione. Et ibi in fauorem cuius dicta lex sit edita, ⁊ num. sequen. vsq̄ ad finem. Et an dispositio dicte legis habeat locum in donatione propter nuptias.

9 Donatio liberos non habentis censetur esse conditionalis.

11 Filia dum viro traditur renuntians successioni paterne in manibus sui patris, an excludat viam filiis ab ea nascituris huiusmodi renuntiationem expugnandi.

Epitome.

Ex iusta renuntiatione per filium dum nubit in manibus patris facta ⁊ longissimi temporis prescriptione possent renuntiantis liberi excludit ab omni iuris materni petitione. V. F.

De su. ⁊ legi. libe. Consi. ccxx



Ex actis cause dudum cepte per ⁊ inter nobilem ⁊ honestam mulierem Magdalenam de Forliuio vxorem nobilis viri domini Joannis actricem ex vna parte: ⁊ nobiles viros Petrum Joannem ⁊ Antonium magistri fratres, ac nobiles ⁊ honestas mulieres Honoratam magistre relictam egregii quondam viri domi. Joannis bastoni iurium professoris, ⁊ Guimetamā magistre vxorē domini Christophori grassii sorores ex alia. Et signanter ex libello parte dicte Magdalene in dicta causa ⁊ coram nobili ⁊ egregio viro domi. primarum: exhibito ⁊ producto colligitur ⁊ apparet, eādē Magdalenam pro tertia parte hereditatis ⁊ bonorum nobilis quondam viri Martini magistri eiusdē Magdalene presenti aui materni egisse petitiōe hereditatis prout iā opportune p alios scribētes in hac causa fuit demonstratum ⁊ ex dicto libello collectum, ex libelli enim narratione deprehendit solet que actio intentata exstiterit, p ea que scribit Cyn. in. l. edicta actio. in. v. qōne principali. C. de eden. ⁊ quod not. Barto. in. l. certi condictio, in princi. ff. si cer. peta. in. l. j. in prin. de eden. ⁊. l. si prius. in quinta oppositione secunde partis. ff. de ope. noui nuntia. de quo etiam Bar. Jo. de imo. ⁊ Alex. de imo. in. l. gallus. §. quidam recte. colū. j. ff. de libe. ⁊ posthu. ⁊ Alexan. de imo. consi. cxvii. exordiente, viso processu in causa ⁊ lite. circa principiū. in secundo volu. Sed in hac actione obtinere non potuit pro eo quia vt apparet ex publico instrumento vltimi ⁊ nuncupatiui testamenti dicti quondā Martini magistri in hac causa parte dictorum reorum exhibito ⁊ producto ⁊ inserto folio. lxviii. dictus quondam Martinus dudum anno scilicet incarnationis dominice millesimo quadringentesimo quinquagesimo. ⁊ die. xiiii. mensis Nouembris, fecit ⁊ condidit eius vltimum ⁊ nuncupatiuum testamentum sufficienti testium numero ⁊ aliis iuris solennitatibus fulcitum ⁊ roboratum, in quo heredem vniuersalem instituit ⁊ suo proprio ore nominauit nobilem virum Antoniū magistre suum fratrē, ⁊ dicte nobili mulieri Sauxiete magistre eius filie naturali ⁊ legitime legauit ⁊ iure institutionis reliquit quingentos florenos monete in dicto testamento latius mentionate, quibus voluit eam esse contētam ⁊ ꝙ nihil aliud petere posset in bonis suis. Unde cum mortuo dicto quondā Martino prefatus Antonius frater ⁊ heres institutus bona ⁊ hereditatem eiusdem quondam Martini adiuerit, ⁊ pro ipsius vniuersali herede se gesserit, ⁊ dicta Sauxieta dictum relictum quingentorū florenorum acceptauerit, vt patet ex publico instrumento matrimonii per verba de futuro dudum anno incarnationis dominice. M. cccclix. ⁊ die xxix. mensis Decembris, ⁊ postea per verba de presenti contracti inter dictā Sauxietam ex vna parte, ⁊ honorabilem virum Hugoninum de domino ex alia parte dictorum reorum in hac causa producta in serto. fo. lxxxvii. non potuit nec potest ipsa nobilis Magdalena pretendere dictam quondam Sauxietam ipsi Martino eius quondam pretenso patri insolidum successisse ⁊ quidem non abintestato tanq̄ pretensam proximiorē pro eo quia de testamento illius apparet per publicum instrumentum in nullo impugnatum ex quo propterea oriuntur tres presumptiones scilicet ꝙ sit verum quod sit solenne, ⁊ ꝙ sit conscriptum de mādato dicti testatoris. Primum probatur in. l. cum precibus. C. de probatio. secundum in. l. sciendum. cum sua materia. ff. de verborum obligatione. Et tertium per ea que notantur in authen. de tabellio. §. nos vero. alias incipit, non autem. collatio. iiii. quod etiam voluit Bald. consi. xlii. exordiente, ad euidentiam est premittendum ⁊c. ⁊ cōsi. ccxxxvii. exordiente, proponitur ꝙ celebratus fuit quidam contractus ⁊c. in prima parte, ⁊ in quodam alio suo cōsilio exordien-

te, A. vendidit ⁊ tradidit certas possessiones. ⁊ vt scribit Barto.
in. l. j. in prin. in. j. questiōe. ⁊ post eum alii doc. ff. de ope. no. nun-
3 tia. † Tria sunt que reddunt quid certum ⁊ notorium: scilicet sen-
tentia, instrumentum, ⁊ euidentia facti, per tex. in. c. olim. de ver.
signi. ⁊ in. c. fina. de cohabita. cleri. ⁊ mulie. ⁊ facit tex. in. l. fina. in
verbo manifestum. ⁊ quod ibi glo. C. de reb. cre. Bald. in. l. gene-
rali. C. de sac. sanc. eccle. ⁊ Inno. in. c. ex insinuatione. de appel. ⁊
in. c. ii. de confirma. vtil. vel inuti. ⁊ dicit Bal. in. l. imperator. col.
4 ii. ff. de stat. ho. † ꝙ instrumentū est veritas apparens, ⁊ probatio
probata, ⁊ non probatio probanda: ⁊ ideo non indiget discepta-
ne fori. Et vt colligitur ex. c. licet causam. in ver. ex premissis illud
dicitur euidentissime constare, quod constat per publicū instru-
mentum. Unde cum appareat dictum quondam Martinum te-
statum extitisse, ⁊ vt dixi dictum Antonium per eum heredem
institutum adiuisse ⁊ acceptasse eius hereditatem pretendi non
potest dictum Martinum decessisse intestato nec prefatā Sau-
6 xietam abintestato eidem successisse: quia via testati ⁊ via intesta-
ti vt pote sibi inuicem contrarie ⁊ repugnantes se non compati-
untur pro quo remisisse, sufficiat ad id quod plene scribit Alexā.
de imo. consi. cxxj. exordiente, viso processu cause vertentis inter
Morasium ⁊c. in. j. volu. ⁊ non solum non se compatiuntur, sed
etiā q̄diu est loc⁹ via testati cessat via intestati. l. q̄diu. ff. de ac-
qui. here. non etiā potuit aut potest eadem nobilis Magdalena
pretendere quod dicto quondam Martino ex testamēto vniuer-
saliter ⁊ insolidum successerit prefata Sauxieta, cum ex dicto pu-
blico instrumento cui, vt dixi standum est, appareat ꝙ ipsi Mar-
tinus non dictam Sauxietam sed prefatum Antonium eius fra-
trem heredem vniuersalem ⁊ vnicum instituit, ⁊ de ipsa Sauxieta
quo ad institutionem heredis vniuersalis nullam mentionem
facit, quo fit vt dici possit predicte Magdalene ꝙ dictum instru-
mentum pro ea non loquatur. l. ad probationem. ⁊ quod ibi Bal.
C. de probatio. Et sic prefata Magdalena pretendere non potu-
it ꝙ dicta Sauxieta heres vniuersalis insolidum ⁊ vnica extite-
rit dicti quōdā Martini, ꝑpter quod male cōclusit in dicto eius
libello super tertia parte bonorum ⁊ hereditatis eiusdem quon-
dam Martini quasi in illa successerit per medium dicte quondā
Sauxiete cum pro tertia parte vna Honorato ⁊ Gaufrido de do-
mino eius fratribus vterinis se successisse pretendit.

Forte vero opponetur ꝙ dicta Sauxieta fuerit vnica filia dicti quondam Martini. ⁊ ꝙ propterea triens seu tertia pars bonorum eiusdem eorū scilicet que superfuerunt deducto ere alieno ⁊ funeris impensa eidē spectauerint pro sua legitima, authē. de trien. ⁊ se. §. j. collatio. iii. transumptiue. in authen. nouissima. C. de inoffic. testa. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eo. tit. Et ꝙ in isto triente per dictum quondam Martinum patrem grauari non potuerit. l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. testa. cum multis similibus. Sed istud nō obstat dictis reis, nec suffragatur conclusioni libelli dicte nobilis Magdalene, Tum quia cū ex deductis ⁊ propositis parte dicte Magdalene in pretenso eius libello appareat quod dicta Sauxieta ab humanis decessit superstitibus dictis Honorato ⁊ Gaufrido de domino ex primo matrimonio ⁊ ipsa Magdalena ex secundo eiusdē Sauxiete filiis ⁊ filia naturalibus ⁊ legitimis non competiisset nec insolidum competeret dictus triens eidem Magdalene, etiam si dicta Sauxieta intestata decessisset, sed solum tertia pars huius trientis: ⁊ hoc de iure communi, authen. de heredi. ab intesta. §. j. collatio. ix. ⁊ transumptiue in authentica. in successione. C. de suis ⁊ legit. libe. Secundo vero ius municipale seu statutum prouincie non eidem competiisset nec competeret, nisi tertia pars trientis dicti primi trientis que est legitima sibi debita in bonis maternis. Addo quod dicta Sauxieta non decessit intestata sed testata, ⁊ quod ipsa in suo testamento heredes vniuersales instituit dictos Honoratum ⁊ Gaufridum de domino ⁊ prefatum dominum Petrum de Forliuio patrem huius Magdalene. eidem vero Magdalene legauit ⁊ iure institutionis reliquit florenos ducentos, prout apparet ex publico instrumento testamenti eiusdem quondam Sauxiete incerto folio. 40. Fateor q̄d dicta Sauxieta ipsi Forliuio, casu quo sine aliis liberis ab humanis decederet, ipsam Magdalenam filiam suam substituit, ⁊ sic quod ratione huiuscemodi substitutionis si casus contingeret eidem Magdalene spectaret triens bonorum, nō dico dicti quōdam Martini sed bonorū dicte quondam Sauxiete. Sed istū trientem debuit petere non ab intestato sed vim substitutionis per dictam quondam Sauxietam facte dicto de Forliuio. Uerum post libellum oblatum prefata Magdalena conata est cumulare aliam actionem ⁊ petere legitimam tam in bonis dicti quondam Martini q̄ etiam in bonis prefate Sauxiete. sed hoc non sibi suffragatur ⁊ quidem quo ad legitimam quam pretendit posse petere in ⁊ de bonis dicti quondam Martini eius pretensi aui materni multa sibi obstant. ⁊ primo quidem quietatio

cessio

cessio, remissio & desamparatio quas anno p̄dicto millesimo quadringentesimo quinquagesimonono & die vicesimanona mensis Decembris & tempore matrimonij per verba de futuro contracti per & inter dictos Hugoninum de domino & dictam sauxietam fecisse dicitur eadem Sauxieta dicto nobili Antonio magistri de omnibus iuribus actionibus & rationibus que & quas habebat & habere visa erat & que sibi competebant ac competere & spectare poterant in futurum in & super bonis dicti Martini eius quondam patris ad causam bonorū que fuerant eiusdem Martini tam iure legitime sibi debite, quā quarte trebellianice & alias quocunq; alio iure eidem pertinerent. vnde cum quietatio, cessio & alia predicta fuerint iuramento vallata & sic iuramento confirmata etiā si dicta Sauxieta fuisset minor. xxv. annis de quo bene apparet per ea que scribunt doctores, sc3 Archid. Ioā. andr. & alij in. c. q̄uis pactum. de pact. in vj. & doct. in aut. sacramenta puberum. C. si aduersus venditionem. & Alexander de imola in consi. ccxxiiij. exordien. in. ij. vol. non potuit eadem Sauxieta contrauenire, per ea que scribuntur in. c. cum contingat. & c. si vero. de iureiuran. c. q̄uis pactum. de pact. in sexto. & l. si quando. §. &

6 † generaliter. arguendo a contrario sensu. C. de inofficioso testa. Et q̄uis sint qui dubitent an sub generali renuntiatione hereditatis vel bonorum alicuius etiam facta cum iuramento intelligatur renuntiatum legitime vel iuri petendi eius supplemētum nisi de ea fiat specialis mentio vt colligi potest ex his que scribit domi. Ias. de may. ad quem solum sufficiat remisisse in dicta. l. si quando. §. & generaliter. col. ij. versic. tertio per istum text. & duobus sequentibus. hec tamen dubitatio cessat in casu nostro: quia vt apparet ex instrumēto quietationis, cessionis &c. in his facta fuit expressa mentio de legitima. & sic sumus in certo non in incerto. & ita non est ad coniecturas decurrendum. l. continuus actus. §. cum ita. ff. de verborum oblig. Et per hoc respondetur ad illud quod scribit Frācis cus de Aretio in. l. j. §. si quis ita. collatio. vj. ff. de verborum obligatio. qui loquitur eo casu quo nō esset facta specialis mentio de legitima: quo casu etiam loquitur Francisc. de curt. consi. lxxv. col. v. & vj. ¶ Et si opponatur quod quietatio cessio, remissio, &c. censeantur & censeri debeant reuocate pro eo q2 post illas nati sunt dicti Honoratus Saufredus & Magdalena per id quod habetur in. l. si vnq̄. C. de reuocand. donationibus. & quod scribit Bartolus & doctores in. l. titia seio. §. imperator. ff. de lega. ij. & cano. in. c. fi. de donatio. dico & respondeo q̄ hoc non obstat. Tum quia vt apparet ex instrumento dicti matrimonij in versic. item plus fuit de pacto &c. ibi quod si dicta Sauxieta ab intestato quandocunq; decederet sine liberis &c. dicta Sauxieta in specie cogitauit de liberis: cum de eis in sic paciscendo mentio

7 nem expressam fecerit: † q2 vt dicit beatus Augustinus in. xiiij. libr. de trinita. c. vij. post medium cogitamus omne qd̄ dicimus etiam illo interiore verbo quod ad nullius gentis pertinet linguā. & in psalmo. xxxiiij. versi. tentauerunt me. in fi. dicit idem sanctus q̄ ex eo quod lingua promit intelligitur quod gestet in corde. & Lactan. in lib. de ira dei. c. xiij. circa princip. loquens de homine, inquit: ideo sermonem solus accepit ac linguam cogitationis interpretem vt enarrare maiestatem domini sui possit. hoc etiam probatur in. l. labeo. §. idem tubero. & §. sequenti. ff. de supellecti. lega. & ad hoc etiam facit quod voluit Aristo. in primo perihermenias. vbi dicit quod voces sunt earum que sunt in anima passionum note. Et si dicta Sauxieta cogitauerit de liberis prout eam de illis cogitasse apparet: non ergo propter eorum sequutam natiuitatem debuit donatio reuocari, per id quod scribit Bartol. in dicta. l. titia seio. §. imperator. versic. quero quid si in dubio. & Ioan. de imo. in dicto. c. fi. colum. vj. in fi. versic. item

8 attende circa intellectum dicte. l. si vnq̄. † Nisi forte quis pretendat quod dicte. l. si vnq̄. renuntiari non possit quasi facta extiterit in fauorem liberorum vt voluit Oldradus consil. clxiij. exordiente, quidam habens vnicum filium. & Ioannes andr. in addi. Speculatoris tit. de instrumen. editio. §. porro. in additionib. que incipit, hoc autem certum est &c. Sed hoc non obstat quoniam respondeo quod quicquid senserint Oldradus & Ioannes andr. communis tamen opinio est in contrarium, scilicet q̄ immo possit eidem. l. renuntiari per donantem, per regulam. l. si quis in conscribendo. C. de pactis. pro quo facit q2 remedium dicte. l. si vnq̄. non fuit inductum fauore filiorū sed ex presumpta voluntate do-

9 nantis † quia lex presumit quod ille qui non habet liberos ideo donat quia non credit se liberos habiturum: & si crederet, non donaret. & propter hoc statuit illa. l. si vnq̄. quod si nascantur liberi reuocetur donatio. Ita enim dicunt Dynus Bartolus & Bald. in dicta. l. titia seio. §. imperator. Baldus & Angelus in. l. j. C. de inoffi. donatione. Bartolus in. l. j. ff. de iure codicillorum. & in authen. ex causa. C. de liberis preteritis & exheredatis. & Ioannes de imol. in dicto. c. fi. Ergo si expresse renuntiet donans dicte. l. si vnq̄. cessat presumptio dicte. l. allegata. l. continuus. §. cum quis. in fine. ff. de verborum obligatione. & hoc tenet Bartolus in dicta. l. titia. §. imperator. columna penultima. Baldus in dicta. l. j. circa finem. C. de inofficiosa donatione. & in additioni. Speculato. titu. de instrumen. editione. colum. vltima in versicu. si quis donat. & alij multi quos commemorat dominus Iason de may. in dicta. l. si quis in conscribendo. columna tertia. nec solum sufficit ad impediendum reuocationem donationis que fit per dictā l. si vnq̄. quod donans illi legi expresse renuntiet. sed sufficit quod donans tempore donationis cogitauerit de liberis, pro eo quia omnes doctores communiter dicunt dictam. l. si vnq̄. esse fundatam in verisimili mente donantis quia si tempore donationis cogitasset de filijs verisimiliter donationem non fecisset & secūdum doctores habetur respectus ad verisimilem mentem tempore donationis quia doctores dicunt quod si tunc scilicet tempore donationis cogitasset de filijs non fecisset dictam donationem: & sic se referunt ad tempus contractus, non ad tempus superuenientium liberorum, nec ad aliud tempus futurum: & ideo cum simus in casu in quo cogitauit de filijs & nihilomin⁹ fecit predicta Sauxieta quietationem, cessionem, &c. cessare debet dispositio dicte. l. si vnq̄. q2 cessat fundamētum illius. & propterea vt prediximus Bar. in dicta. l. titia seio. §. imperator. concludit a ratione cessante q̄ si de filijs cogitauerit donans, cessat dispositio dicte. l. si vnq̄. & idē voluit Bartolus consilio centesimo vndecimo, secundum ordinem Perusinum, non in formis, incipientibus Philipponus scambioni relatum per Philippum de perus. consilio ccvj. exordiente, viso suprascripto themate. columna octaua, versic. sed circa portionem dicte domine Margarite. in tertio volumi. Tum etiam non obstaret dicta. l. si vnq̄. etiam si in dicto matrimonio facta non fuisset expressa mentio de liberis, pro eo quia cum quietatio, cessio, & alia predicta facta fuerint tempore contracti matrimonij per verba de futuro per & inter dictos de Domino & Sauxietā, presumitur eadem Sauxieta cogitasse de liberis. & ita alias consuluit dominus Yuo. de copu. & quidam alij doctores Perusini prout referunt Moderniores, & signanter Bartholomeus

10 socinus in. l. ij. in princip. ff. soluto matrimonio. † volentes quod dispositio dicte. l. si vnq̄. non habeat locum quando fit donatio in contractu matrimonij cuius dicti ratio est: quia cum matrimonia potissime contrahantur ad sobolem procreandam. l. j. ff. soluto matrimonio. apparet mulierem de liberis cogitasse, & etiam maritum, quo casu vt superius dixi non habet locum dispositio dicte. l. si vnq̄. vt voluit Bartol. in dicta. l. titia. §. imperator. & alij quos allegaui. Confirmatur hoc dictum per notata in. l. vnica C. si dos constante matrimonio. in qua non potuit esse alia ratio quare pactum de lucrando dotem appositum in contractu matrimonij non reuocetur postea susceptis liberis, nisi quia ex quo fuit pactum sub consideratione matrimonij dicitur mulier de liberis cogitasse. subiungit tamen Bartholomeus socinus vbi supra, se alias vidisse consultum contrarium per eius preceptorem Alexandrū scilicet de imol. quia ad hoc vt non fiat reuocatio per dictam l. si vnq̄. debet expresse constare quod de liberis cogitauerit: quia in dubio nō presumitur cogitasse secundum Bartolum communiter approbatum in dicto. §. imperator. Et q̄uis secundum eundem Bartholomeum socinum Alexander de imola duobus modis responderit ad nota. in dicta. l. vnica. C. si constante matrimonio. primo scilicet quod lucrum mariti de quo ibi non erat in consideratione respectu preiudicij liberorum pro eo quia filij paruo preiudicio afficiebantur, cum maritus lucrum omni casu reseruare teneretur ipsis liberis. authentica, neq; vir quod ex dot. §. preterea. collatione octaua. Secundo quod lucrum virtute pacti de quo ibi non erat pura & simplex donatio sed donatio ob causam: quia videtur concedi propter onera matrimonij, vt traditur in. l. si donaturus. ff. de condictio. ob causam. in qua non habet locum dicta. l. si vnq̄. vt ibi concludunt Baldus & Angelus, & hec est communis opinio a qua propterea non est in iudicando aut consulendo recedendum. l. j. versiculo, crebrior apud veteres opiniones. ff. de officio questoris. & quod notant doctores communiter in capit. primo. de constitutionibus. Sed quamuis prima responsio aliquando placuerit Bartholomeo socino. non tamen sibi placuit tempore commenti dicte legis secunde. ff. soluto matrimonio. pro eo quia non est vera quia tempore dicte legis vnice. C. si dos constante matrimonio. & authentica. de nuptijs. §. dotes. collatione quarta. maritus non tenebatur liberis lucrum reseruare: nisi transeūdo ad secūdas nuptias, & cū illa iura absolute velint q̄ tale pactū lucrum habeat existētibus liberis, & sic possit esse eis preiudiciale si pater nō transiret ad secūdas nuptias. non non videt procedere r̄nsio Alex. de imol. q2 q̄ eo non transeunte teneatur lucrū liberis reseruare hoc fuit de nouo inductū dicto authentico, neq; vir quod ex dote. §. preterea. idē Soci. vbi supra

etiam dicit quod secunda responsio Alexandri de imola habet
difficultatem pro eo quia tale lucrum non videtur concedi pro-
pter onera sed propter feudus matrimonij prout videt probare
text. notabilis in.l.cum quis.§.j.ad finem.ff. de dote prelegata.
Pro quo etiam alia allegat vt ibi: est tamen verum quod licet
responsiones Alexand. de imo. non videantur sibi placere: ipse ta
men nitũtur aliter respondere adnota. in dicta.l. vnica. C. si dos
constan. matri. per quod videtur adherere opinioni Alexan. de
imo. in dicto consi. Sed Alexan. de imo. videtur aliter sensisse in
consi. xxix. exordiente, preclare, subtiliter ac copiose. colũ. penulti.
versi. postremo non obstat quod dicta renuntiatio ⁊c. in tertio
11 volu. † vbi voluit quod dicta.l. si vnĩ. non habeat locum in re-
nuntiatione facta per filiam in manibus patris pro dote cum iu-
ramento secundum formã dicti.c. quĩs. ⁊ hoc dicit probari eui-
denter per id quod ibi not. gloss. fin. iuncto text. ibi dum dicitur,
dum nuptui dabatur. vbi habetur quod si filia tempore quo nu-
ptui datur renuntiet paterne successioni in manibus patris do-
te contenta, non poterunt filij dicte mulieris postea procreati
venire contra dictam renuntiationem: ⁊ sic non fuit reuocata per
eorum natiuitatem. hoc etiam in terminis consuluit Philippus
de peruss. in dicto consilio. ccvj. exordiente, Uiso suprascripto the-
mate, colum. viij. versicu. Sed circa portionem domine Marga
rete, in tertio volu. Preterea certum est quod quingenti floreni
per dictum quondam Martinum dicte Sauxiete sue filie in suo
testamento legati, ⁊ iure institutionis relicti, ⁊ quos vt patet ex
instrumento dicti matrimonij ipsa acceptauit, ⁊ eis mediãtibus
se tacitam ⁊ contentam asseruit debebant eidẽ imputari in legi-
timam: quia relicta in illam imputantur.l. etiam.§. si debita.ff.
de bo. liber.l. siue excluditur.ff. de iu. patro. quod etiã voluit Bar-
tolus ⁊ post eum alij docto. communiter in.l. in quartam.ff. ad
legem falcidiam. ⁊ Baldus in repetitione.c. si pater. charta vlti.
de testamen. in. vj. non potuit igitur nec de iure debuit dicta no-
bilis Magdalena ex persona dicte quondam nobilis Sauxiete
petere legitimam in bonis dicti quondam Martini sed debebat
si tamen poterat vt non potuit premissis obstantibus petere sup-
plementum legitime. Quo fit vt proponere ⁊ probare debuerit
quod illi quingenti floreni non suffecerunt eidem quondam Sau
xiete pro sua legitima: quia hoc erat fundamentum intentionis
eiusdem Magdalene. quilibet autem tenetur probare id quod
est fundamentum sue intentionis, siue illud sit factum affirmati-
uum, siue negatiuum.l. actor.C. de probatio.l. in exceptionibus.
in princip.ff. eod. titu.l. si quis.C. de fabricen. libro. xj. ⁊.l. in illa.
cum.l. sequenti, ⁊ quod ibi Bartolus Joannes de imo. Alexan.
de imo. ⁊ alij.ff. de verborum obliga. ⁊ Innocẽ. in.c. super his. de
accusatio. quod cum non probauerit, quinimo nec pposuerit pre
fata Magdalena, debuerunt profecto dicti rei ab impetitis ab
solui. Preterea q̃uis opinio Barto. volentis in.l. si quis filium.
C. de inoffic testamen. quod iuri petendi supplementum legiti-
me prescribatur per lapsum quinquennij communiter damnetur
ab alijs doctoribus: tamen ipse scilicet Raynut. ⁊ multi alij in
l. omnimodo.C. de inoffic. testa. Bal. in.l. si quis in suo. ⁊ Salic.
in.l. scimus. in princip.C. eodem titulo. ⁊ alij in alijs locis scriben
tes, quod supplementum huiusmodi petitur condictione ex di-
cta.l. omnimodo, sentiũt quod illi iuri sicut ⁊ alijs actiõibus per
sonalibus prescribitur spatio triginta annorum.l. secunda.C. de
constitu. pecu.§.j. institu. de perpe. ⁊ tempo. actio.l. sicut in rem.l.
omnes. ⁊.l. cum notissimi.C. de prescrip. triginta vel quadragin
ta annorum. Unde cum non solum triginta anni, sed longe plu-
res preterierint a tempore mortis ⁊ adite hereditatis dicti quõ-
dam Martini vsq ad tempus mote litis obstetisset ⁊ obstat ei-
dem Magdalene exceptio prescriptionis. Et per hec patet quod
nec tertiam partem hereditatis dicti quondam Martini nec le
gitimam aut supplemẽtum legitime opportune petierit prefata
Magdalena in bonis aut de bonis eiusdẽ quondam Martini.
¶ Quo vero ad tertiam partem hereditatis dicte quondã Sau
xiete, vel legitimam de bonis eiusdem Sauxiete, si eas se debe-
re habere pretendat eadẽ Magdalena, nihil ad dictos reos, cũ ex
propositis ⁊ deductis non appareat quod dicte quondam Sau-
xiete quingenti scilicet floreni constituti per Sauxietam primo
viro, nec alij quingenti quos pro ea constituit Antonius magi-
stri si tamen illi soluti probentur.

1 ☞ Testamentum ad hoc vt valeat requiruntur solennita-
tes de quibus in.l. hac consultissima. C. qui testamenta facere
possunt.
Et an ⁊ in quibus omissio solennitatis dicte legis vitiet testamẽ
tum. nu. 3.
2 Cecus in confectione sui testamenti, in quibus adstrigit solenni-
tatibus.

¶ Epitome.

¶ Testari inter liberos etiam ceco permittitur omissis solenni-
tatibus. U. F.

¶ De testa. Consi. ccxxj.

X mihi tradita consul-
tatione parte prouidi viri Perrini maurelli eli-
ciuntur multa dubia, ad que respondeo breui-
ter ⁊ sufficiente prout infra. Et primo ad primũ:
quod licet prima facie testamentum prouidi quõ
dam viri Joannis maurelli eiusdem Perrini quondam patris
1 videatur esse nullum pro eo † quia in ipso non fuit obseruata so-
lennitas de qua in.l. hac consultissima.C. qui testa. face. poss. q̃d
etiam vbi Rapha. fulgo. communis tamen opinio hoc habet
2 † quod quando pater cecus testatur inter liberos suos non est
opus ad validitatem eius testamenti quod ipse obseruet solenni-
tatem dicte.l. hac consultissima. Sed sufficit pro solennitate. q̃d
ipse testetur inter liberos in presentia non solum septem testium
sed etiam duorum.l. hac consultissima.§. ex imperfecto.C. de te-
stamen. ⁊ hec fuit opinio Baldi in dicta.l. hac consultissima.
C. qui testamẽta facere possunt. qui p multa inducit que nõ re-
fero. ⁊ hanc opinionem sequuntur ibi Angelus Salice. Pau-
lus de castro, Alexander de imol. ⁊ dominus Jason de May.
⁊ hanc opinionem etiam sequitur Philippus de peruss. in dicta.l.
hac consultissima. Et licet romanus ibi dicat opinionem, quam
ibi tenuit Raphael fulgos. esse de iuris rigore veriorem: fatetur
tamen q opinio Baldi ⁊ sequacium est equior, ⁊ quod illa est in
dubio sequenda. Tum propter autoritatẽ Bal. qui non habebat
contradicentem. tum ⁊ quia in dubio sequẽda est opinio que ma-
gis fauet vltime voluntati.l. si pars.ff. de inofficio. testamento. ⁊
c. finali de regulis iuris. fatetur etiam Raphael quod fortasse
ista opinio seruaretur in practica. Sequendo igitur predictam
communem opinionem dico quod testamentum predictum fuit
validum, ⁊ quod non potuit vel possit de nullitate impugnari pro
pter omissionem solennitatis dicte.l. hac consultissima. C. qui
testamenta facere possunt.
¶ Ad secundum dico quod licet dictus testator qui in dicto suo
testamento heredes vniuersales instituit dictum Perrinum ac
Nicolaum ⁊ Stephanum maurelli suos filios naturales ⁊ legiti-
mos vnum alteri substituendo: tamen quia mortuo eodem te
statore dicti eius filij ⁊ heredes instituti bonis ⁊ hereditati eius-
dem se immiscuerunt, ⁊ pro suis vniuersalibus heredibus se ges
serunt, expirauerunt vulgares substitutiones.l. post aditam. ⁊.l.
precibus, circa finẽ.C. de impu. ⁊ alijs substitutio. Non etiam
fuit locus pupillari substitutioni, p eo quia vt opinor dicti quõ-
dam Nicolaus ⁊ Stephanus mortui sunt facti maiores quatuor-
decim annis, vel, quia forte tempore predicti testamenti non om
nes dicti tres filij erãt impuberes seu minores. xiiij. annis: ⁊ sic
breuiloqua seu reciproca substitutio eisdem facta non compre-
hendebat pupillares substitutiones.l. iam hoc iure. in princip.ff.
de vulg. ⁊ pupil. cum suis simi. Et sic nec in vim vulgaris nec in
vim pupillaris substitutionis aliquid peruenire potuit ad dictum
Perrinum de portionibus seu partibus dictorum quondam Ni
colai ⁊ Stephani. Insuper nec etiam aliquid ad eum peruenit in
vim fideicommissarie substitutionis, p eo q̃ dicta reciproca sub-
stitutio factam per dictum quondam Joannem illam non con-
prehendebat, cum nõ fuerit admixta compendiose substitutioni,
per id quod scribit Dinus ⁊ post eum Bartolus in.l. qui plu-
res. ⁊ plenius Bartolus in.l. lucius. collatione penultima. versi-
cu. quero vtrum substitutio breuiloca facta per hec verba ⁊c. vbi
etiam Alexander de imola, ⁊ alij.ff. de vulgari ⁊ pupillari. ⁊
idem voluit Bartolus, Alexander, de imo. ⁊ doctores in.l. ij.C.
de inpuberum ⁊ alijs substitutionibus. Respõdẽdo igitur ad di-
ctum secundum quesitum, dico quod virtute institutionis facte
de dicto Perrino sibi competit tertia pars hereditatis dicti
quondam Joannis maurelli testatoris. alie autem due partes in
quibus successernut dicti quondam Nicolaus ⁊ Stephanus e-
quis portionibus peruenerunt ad ipsum Perrinum ⁊ Claudiam
eius sororem, si tamen ipsi ⁊ dicti quondam Nicolaus ⁊ Stepha-
nus erant vtrinq coniuncti, pro eo quia dicto Stephano primo
sine liberis ⁊ abintestato vita functo equis portionibus succes-
serunt prefati Perrinus Nicolaus Claudia ⁊ Isabella eorum
mater. authentica. defuncto. C. ad tertullianum ⁊ in corpo-
re vnde sumitur. Et deinde postea intestato ⁊ sine liberis vi-
ta functo dicto quõdã Nicolao equis portionib⁹ successerũt di-
cti Per. Clau. ⁊ Isabella mater. d. authẽ. defũcto. Prefate ve-
ro Isabel

ro Isabelle que etiā postea ab humanis decessit intestata equis portionibus successerunt dicti Perrinus & Claudia authent. de heredi. ab intesta. §. j. colla. ix. & transumptiue. in auth. in successione. C. de suis & legiti. libe. Dicta igitur Claudia ex successione dictorum quondam Isabelle matris Nicolai & Stephani fratrū, habet tertiam partem bonorum dicti quondam Joannis testatoris, & medietatem bonorum dictorum eiusdem Claudie quondam matris & fratrum defunctorum aliorum scilicet a bonis que ad dictos quondam Nicolaum & Stephanum & paterna successione peruenerunt. Et per hec patet responsio ad tertium quesitū scilicet quod testamentum predictum valuerit, & quantum possit dicta claudia petere.

¶ Ad quartum dico & respondeo quod nisi prefati Perrinus & fratres vel Claudia tacite vel expresse contraxerint societatē adinuicem, bona acquisita per ipsum Perrinum non sunt diuidenda inter eum & Claudiam sed sunt precipua eiusdē Perrini per ea que habentur & scribuntur in. l. si patruus. C. commu. vtriusque iudi. & quod scribit Bartol. in. l. titium & meuium. §. altero. ff. de administra. tuto. Et idē dico de debitis hoc est de creditis. Est tamen verum quod si ex pretijs redactis ex bonis vel ex fructibus communibus idem Perrinus bona predicta acquisiuisset, aut credita fecisset, ipse teneretur satisfacere de parte fructuū huiusmodi dicte sue sorori. Sed quia ponitur in casu quod ex industria premissa bona acquisiuit & credita fecit: non potest in eis aliquid petere ipsa Claudia.

1 ☞ Vidua an ex offensa mortuo marito illata, puta stupro, vel similibus, dotes suas, vel a viuēte marito eidem propter nuptias donata perdidisse dicatur.
2 Offensa defunctis illata censetur heredes etiam afficere.

¶ Epitome.

¶ Vidua sui copiam amatoribus faciens, aut veneri indulgens non solum augmentum dotis: verumetiam dotem ipsum perdere debet. V. F.

¶ Solu. matrimo. Consilium. ccxxij.



Punctus questiōis talis est. Dudum anno scilicet domini M. cccc. xcviij. & die. xxij. mensis Julij fuit matrimoniū contractum per verba de futuro & successu temporis per verba de presenti, & deinde carnali copula consummatum per & inter nobilem quondam virum Guillielmum Riuerie filium naturalem & legitimum nobilis Antonij Riuerie ex vna parte: & nobilem Catherinam Sylue filiā nobilis Raymundi Sylui ex alia parte: cuius matrimonij contemplatione prefati nobiles Anto. & Guil. & ipsorum quilibet insolidum tam coniunctim q̄ diuisim prout quemlibet tangebat aut tangere poterit in futurum, ipse scilicet Guil. de & cum licentia & authoritate & beneplacito eiusdem Anto. sui patris per se & suos & cuiuslibet ipsorum heredes & quoscunque extunc in antea successores, dederunt & donauerunt prefate Catherine tunc presenti, stipulanti, solenniter & recipienti pro se & heredibus suis donatione propter nuptias & alias, in augmentum dotis subsprius nobilis Catherine summam quadringentorum seu quatercentum flore. monete debilis cum pacto & cōditione expressis, q̄ de eisdē quadringentis florenis posset eadem Catherina disponere in vita pariter & in morte, & alias facere pro libito sue voluntatis. Successu vero temporis & post matrimonium consummatum prefatus Guillielmus vita functus est, & ab humanis sine liberis decessit, superstitibus & sibi superuiuentibus dictis nobilibus Antonio & Joāne patre & fratre vtrinque cōiuncto, & abintestato proximioribus, & dicta nobili Catherina: que permanēs & viuēs in viduitate dicitur & ponitur matrimonium prementionatum stupro maculasse, & per stuprum defunctū virum & heredes eius offendisse. Deinde vero vita functus est, & ab humanis decessit dictus Antonius pater, superstite & sibi suruiuente prefato Joāne eius filio naturali & legitimo ac herede vniuersali: a quo prefata Catherina nititur exigere dictos quadringentos florenos. Quesitum est an possit.

1 ¶ † Et videtur quod sic: quia iura loquentia de priuatione seu perditione dotis loquuntur de adulterio: & sic de delicto commisso viuente marito. l. consensu. C. de repud. & c. plerunque. de donatio. inter virum & vxorem. vnde non debent ad alium casum extendi, cum sint penalia. l. fin. C. de interdic. matri. facit. l. cum quidam. ff. de libe. & posthu. & regula in penis, & quod ibi gloss. & docto. de regu. iur. in. vi. & quod not. gloss. in. c. j. in verbo. Italie. de tēpor. ordinatio. in. vj. Talis etiam offensa, illata scilicet marito mortuo propter stuprū, non dicitur vera offensa marito illata: vt probat Bal. in. l. sororem. in fi. C. de his quib. vt indig. & sic nō videt esse omnino eadem ratio que est in adulterio commisso viuente marito. Et quod per stuprum commissum per relictam viduam ipsa non perdat dotem tenuit Alexan. de imol. in dicta. l. sororē. Sed contrarium sensit ibi Paulus de castr. dicens quod glos. fi. illius. l. optime facit pro hoc, scilicet quod si vidua stuprum committat durante viduitate debeat perdere dotem, sicut si viuente marito hoc fecisset: cum videatur adhuc esse in priore matrimonio, vt colligitur in. l. fi. dum ibi dicit in priori matrimonio. C. de bonis maternis. Et idem Paul. in. l. fideicommissum. C. de fidei commissis. & ex glo. illius. l. colligit quod eque offenditur defunctus stupro vxoris facto durāte viduitate, sicut ex adulterio commisso ipso viuente: quod secundum eum facit vt debeat vidua stuprum committens perdere dotem, sicuti perdidisset per adulterium commissum in vita viri: & vtrobique refert idem Paulus de castr. se ita al's allegasse in contingentia facti. & hoc verum est in suo scilicet eleganti consilio cxxj. exordiente, reuocatur in dubium si mulier existens in viduitate &c. vbi primo, vt superius dixi post Alexandrum de imola in dicta. l. sororem. arguit pro vidua, scilicet quod propter stuprum non debeat perdere dotem: & dicit quod iura loquentia de hac materia loquuntur in adulterio quod committitur a nupta, vt propter ipsum debeat dotem perdere, quia per ipsum violatur matrimonium. dicta. l. consensu. post medi. versicu. virum etiam, & dicto. c. plerunque. Sed in vidua committitur stuprum, non adulterium. l. inter liberas. §. j. ff. de adulterijs. nec per ipsum stuprum videtur violari matrimonium, quod non est, vt pote per mortem que omnia soluit dissolutum, authen. de nuptijs. §. deinceps. collatione. iiij. ergo &c. Sed hoc non obstat: quia vt dicit Paulus de castr. huic argumento potest respōderi, quod non solum propter adulterium per quod violatur verum matrimonium mulier perdit dotem: sed etiam propter stuprum per quod violatur matrimonium putatiuum, vt patet cum putatur matrimonium tenere, & tamen non tenet, vt notat glossa & doctores in dicto capit. plerunque. & glossa magna in dicta. l. consensu. super verbo, animum. in fine. que etiam hoc tenet per dictum authen. de nuptijs. §. si vero ab initio. Unde videtur quod eodem modo vidua perdat dotem propter stuprum per eam commissum, per quod violatur matrimonium fictum, quod est durante viduitate, quo tempore censetur & fingitur precedens matrimonium durare, dicto authen. de nuptijs. §. soluto. l. finali. C. de bonis maternis. l. filij. §. vidua. ff. ad municipalem. & l. femine. in fi. ff. de senato. & quod notat glossa in capit. ex parte. in fine magne gloss. de foro competenti. Sicut enim durante viduitate gaudet vidua priuilegio primi matrimonij, vt patet in dictis iuribus & qd̄ in eis notatur: ita debet viduitatem inuiolatam conseruare, alias debet puniri sicut violās matrimonium putatiuū. Alia tria argumenta inducit Paul. de castr. in dicto consil. pro vidua, quibus tamen eleganter respondet & eisdem non obstanti-
2 bus concludit, † qd̄ vidua propter stuprum per eam commissum tempore viduitatis debeat perdere dotem, & q̄ si illam petat sibi exsolui, possit per heredem quondam viri exceptione repelli, & q̄ debet penes eum remanere tanq̄ principaliter offensum: & quia offensa facta defuncto intelligitur facta heredi suo. per tex. cum gloss. & quod ibi Bartol. in. l. penultima. C. de adulte. vbi patet quod vidua non debet viduitatem stupro maculare: et si contrarium faciat, maritus si viuit vt quia matrimonium fuit solutum diuortio principaliter offenditur, & prefert in accusatione omnibus alijs, sicut si commisisset adulterium durante matrimonio: & eodem modo si solutum est matrimonium per mortem viri, tam ipse vir defunctus, quam heredes eius consanguinei similiter principaliter offenduntur, vt ibi signanter scribit Barto. Et hāc conclusionem & opinionem Paul. de castr. sequitur do. Prepo. Mediola. in dicto. c. plerunque. colum. ij. versic. sed opere pretium iudicaui hic inserere pulchrum consilium Pau. de castr. vbi consilium huiusmodi de verbo ad verbum inseruit. hanc sententiam etiam sequitur dominus Jason de May. in. l. ij. colum. ij. versiculo, amplia & teneas perpetuo cordi &c. ff. soluto matrimonio. & dicit ibi domi. Jas. quod Alex. de imol. tenens sententiam contrariam in. d. l. sororem. C. de his quib. vt indig. nō viderat dictū consilium Pau. de ca. sentiens quod si illud vidisset secutus extitisset sententiam & opinionem eiusdē Pau. Videtur igitur quod dicta Catherina propter stuprum per eam commissum tempore viduitatis perdiderit dictos quadringentos florenos sibi donatos in augmētum dotis sue. Pro quo facit: quia si, vt predixi, mulier vidua propter stuprum in viduitate perpetratum perdat dotem propriam per se forte aut per parentes constitutem, fortius perdidit eadem Catherina dictos quadringentos florenos non per parentes vel per se ipsam constitutos: sed per virū in augmētum sue dotis donatos, facilius enim perdit mulier lucra per

virum donata vel relicta, quam propria bona suo[s]p[ri]us, vt patet ex his que habentur in l. femine. z in multis alijs. ll. eiusdem tituli. C. de secun. nup. Que omnia dixerim sub correctione zc.

1 ¶ Exceptio, tua non interest, an z in quibus casibus opponi possit.
2 Promissio non omnis est stipulatio.
3 Stipulatio conditionalis an z quando sortiatur effectum. 4.
5 Statutum quod instrumenta pura habeant executionem paratam, an habeat locum in instrumentis habentibus cõditionem purificatam.
6 Verba exnunc prout extunc, cuius sint significationis.
7 Exceptio dolo facis, quibus z contra quos competat.

¶ Epitome.

¶ Exceptio ꝙ actoris agere non interfit semper opponi potest. V. 5.

¶ De exceptionibus. Consilium. ccxxiij.



Tiam si donatio quã fecisse dicitur nobilis z potens quondam vir Jacobus de ponteues domi. Cotiniaci, nobili viro Bertrando de ponteues do. de Sillanis, fuisset donatio, non quidem causa mortis sed inter viuos, pro cuius tamen contrario multa z quidem elegantia fundamenta inducit solennis doctor do. Jas. de may. non tamen videretur nobilis vir Antonius de ponteues dicti quondam Bertrãdi filius z heres aut eiusdem Antonij vniuersalis heres in hac causa, dudum scilicet mota z diutius ventilata per z inter dictũ Antonium ex vna parte, ac nobilem z potentem quondam virũ Durandum de ponteues do. pro tempore Cotiniaci, z post illius mortem z decessum contra nobilem z generosum virum Joannem de ponteues Modernum do. Cotiniaci cum effectu obtinere, pro eo quia vt colligitur ex actis cause huius, z signanter ex quadã publica apocha facta anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo septimo z die vicesima sexta mensis Mar. inserta folio. cxiij. secundum vltimam quotationem dicti processus, z ex publico instrumento vltimi z nuncupatiui testamenti nobilis z generose quõdam mulieris Magdalene de ponteues, facti anno domini Millesimo quingentesimo quinto, z die. v. mensis Aprilis, inserto secundum eandem quotationem fol. xlvj. z ex alijs productis z probationibus parte dicti nobilis Joannis de ponteues in ipsa causa factis, apparuit z apparet de
1 non iure dictorum nobilium Antonij z eius heredis. † Quo fit vt de hac exceptione tua nõ interest, opponere potuerit, z de qua opposuit dictus quondam nobilis Durandus in schedula exordiente, Procurator nobilis z generosi Durandi. inserta secundum predictam quotationem fo. xlvj. l. si patroni. §. qui fideicommissariam. ibi, s[ecundu]m quam zc. z quod ibi Ang. ff. ad trebellianum. l. z ideo. z l. sed nec legatarius. ff. de condictio. furti. l. si vnus. §. ante omnia. cum ibi notatis per Barto. ff. de pact. z l. ille a quo. §. si de testamento. z quod ibi Alexand. de imo. colum. j. ff. ad trebel. z idem Alex. in. d. l. si patroni. §. qui fideicommissariam. col. iij. versi. tertio nota in versi. ij. secundum Ang. vbi dicit hanc exceptionem repellere agentem. Et licet Innocẽ. in. c. super his. de accusatio. quem aliqui tam ibi q̃ alibi secuti extiterunt, senserit q̃d exceptio huiusmodi opponi possit tantum vsq̃ ad litem contestatam, vtpote iudicij declinatoriam. Antonius tamen de but. in d. c. super his. distinguendo dicit quod aut exceptio fundatur super interesse publico: z tunc procedit opinio Innocẽ. pro eo quia per litis cõtestationem persona actoris habilitatur. aut super interesse priuato: z tunc deficiẽte interesse in actore deficit z actio: z ideo tunc talis exceptio velut peremptoria debet posse opponi quandocunq̃ ante sententiam. l. peremptorias. C. sentẽ. rescind. non posse, z contra Inno. etiam tenent Bal. z Ange. in. l. si posthumus. §. si quis ex his. ff. de inoffic. testa. z pro hoc ꝙ illa posset opponi quandocunq̃ allegat ibi Angel. l. j. ff. de inoffic. testa. z l. siue. §. tandiu. z dictam. l. z ideo. ff. de cõdictio. furti. z l. loci corpus. §. competit. ff. si serui. vendice. z hec opinio quod possit huiuscemodi exceptio opponi quandocunq̃ placuit Alex. de imol. in dicta. l. ille a quo. §. si ex testamento. quia si deficit interesse, deficit actio. Supposito igitur quod dicti nobilis Antonij non interesset, z quod hodie non interfit, dicti eius heredis, prout infra dicetur, sequitur quod predicta exceptio potuit contra eos opponi non solum ante litem contestatam: sed etiam post illam. z vbi subesset aliqua difficultas. illud tamen certum est ꝙ cum restitutio castri de Tabernis, de quo agitur, eidem nobili Joanni fieri deberet: obstitit dictis Antonio z heredi z hodie obstat ipsi heredi exceptio, dolo facis qui petis id q̃d restiturus es: que est longe pinguior z magis subuenit reo excipienti, q̃ faciat exceptio tua non interest. est enim maioris equitatis ꝙ reus conuentus opponens actori q̃d dolo faciat qui petit q̃d restiturus est zc. audiatur, q̃ ille qui opponit z dicit actori tua non interest, pro eo quia primus duo effectualiter dicit. Primum ꝙ tua non intersit. secundum ꝙ sis sibi restiturus id q̃d petis. secundus vero solum opponit de vno, scꝫ ꝙ tua non interest: non tamen contendens quod id quod petis sis sibi restiturus.

¶ Quod autem dictorũ Antonij z heredis non interfuerit, nec interfit dicti heredis agere z experiri pro vel pretensa restitutione vel traditione dicti castri de Tabernis, z ꝙ propterea eisdem obstiterit z hodie obstat dicto heredi dicta exceptio tua non interest: z non solum exceptio huiusmodi, sed etiam exceptio predicta dolo facis qui petis zc. apparet ex his que prediri. Et primo quidem ex dicta apocha colligitur quod dictus quondam nobilis Bertrandus pretensus primus donatarius Anno mẽse z die superius mentionatis non solum promiserit nobili z egregio quõdam viro domino Guillielmo chaussegrosse iurium doctori eius genero quod toties quoties castrum predictum de tabernis fuisset per iustitiam eidem Bertrando aut suis adiudicatum, vel alias in pacifica possessione illius existeret, ipse castrum huiusmodi cum suis pertinentijs z iuribus dicto domi. Guillielmo constitueret z assignaret in dotem z pro dote dicte nobilis Magdalene eiusdem Bertrandi filie naturalis z legitime: sed etiam extũc eidem domino Guillielmo constituit z assignauit in dotem z pro dote eiusdem Magdalene sub tenore z serie verborum sequentium aut p̃fecto in effectu similium. Et aras per adone la dicha plasse en ses fruictz constitue z assigne en dote z per dote sive verguiere de la dicta Magdalena filha sienne: vt opinor translata in linguam latinam idem sonant quod verba hec, z exnunc prout extunc dictam plateam cum suis fructibus constituit z assignat in dotem z pro dote predicte Magdalene eius filie. Ex quibus verbis proxime relatis apparet quod extunc fuerit dictum castrum de tabernis in dotem z pro dote predicte Magdalene constitutum z nata actio, q̃uis executio differenda esset in diem faciende adiudicationis de dicto castro vel habende possessionis pacifice. l. eum qui Kalendis. §. quoties. z quod ibi gloss. ff. de verborum obligationibus. z l. cedere diem. ff. de verborum signific.
2 † Et sic non obstat forte opponeretur quod promissio de constituendo in dotem non sit constitutio dotis, prout nec promissio de vendendo est venditio. l. in bone fidei. z quod ibi Paulus de castro. ff. de eo q̃d certo loco. z quod not gloss. fina. in. l. titius. ff. de pigno. actio. Bartol. in. l. si pupillus. ff. ad legem Falcidiam. z in. l. finali. §. emptor. C. communia de lega. Quoniam respondeo quod vt apparet ex predictis z ex apocha prementionata dictus quondam nobilis Bertrandus non solum promisit constituere dictum castrum in dotem zc. sed etiam extunc constituit z assignauit. Et supposito citra preiudicium veritatis quod constitutio huiusmodi non fuisset pura q̃uis eius effectus collatus extiterit in tempus ferende sententie aut pacifice possessionis, neq̃ etiam fuisset in diem sed cõditionalis, z quod illius effectus fuisset collatus in euentum dicte conditionis, pro eo quia dictio exnunc, videtur fortasse denotare disponentis actum, non dispositionis purificande effectum: tamen purificata in casu nostro dicta conditionali dotis constitutione, reuocata est constitutio huiusmodi ad tempus constitutionis, non solum quo ad obligationem quod regulariter fieri solet in contractibus cõditionalibus. l. potior. in principio. ff. qui potior. in pigno. habeantur z l. necessario. §. quod si pendente. ff. de periculo z commodo rei vendite sed etiam quo ad hoc vt conditione eueniente debeat ex tempore facte constitutionis dici dictum castrum fuisse dotale, aut in dotem constitutum. l. huiusmodi. la secunda. z quod ibi Angelus, Joannes de Jmola, z alij z l. si ita stipulatus fuero si titius. in principio. z quod ibi Barto. ff. de verborum obligatio.
3 † vbi probatur quod si Sempronio stipulanti promiserint ex hac die in annos singulos decem dare, si Titius consul factus, z contingat post triennium Titium consulem fieri: ego tenebor dare Sempronio dena non solum in singulos annos decursuros post purificatam cõditionem: sed etiam dabo triginta pro tribus annis preteritis ante purificationem conditionalis stipulationis. ecce ergo q̃d licet effectus stipulationis conferatur in euentum conditionis quo ad hoc vt antea nihil peti possit: tamen purificata dispositione petit stipulator etiam pro annis preteritis vt et a sentiunt z volunt docto. in dicta. l. huiusmodi. z multi cano. in. c. preterea. el secundo de appellatio. z Joannes de imol. in clemen. prima, columna secunda, versicu. adueniente autem conditione bene trahunt effectum dispositionis retro. de concessio. preben. z

Allegan.

Alexand. de imol. consil. lxxxij. exordiente, visa facti narratione ex copia statuti &c. colum. iij. vel circa. versic. & quod illa conditio eueniens fingat illas res dudum extitisse de bonis per predicta. in secundo volumine. Pro quo facit quia quod operatur ab initio purum hoc operatur ex post facto per existentiam conditionis purificatum. l. si te solum. in fin. ff. de heredi. instituen. quod etiam voluit Oldra. consilio. cxxxix. exordiente, Ad habendam aliqualem notitiam. colum. ij. in. vij. quesito. ibi, preterea dato quod nulla esset fictio. & idem voluit gloss. in clemen. vnica. super verbo, & li-
4 bere. delrenuntiato. † que scribit quod dispositio que ab initio fuit conditionalis censeatur post euentum conditionis esse pura. dicta. l. potior. secundo responso. ff. qui potio. in pigno. habeantur. & c. si pro te. & quod ibi notatur. de rescrip. in sexto. & idem voluit Bald. in. l. cum testamento. in fin. C. de testa. manumissi. vbi dicit quod instrumenta guarentigie si habent conditionem re vera purificatam, dicuntur pura & non conditionalia. Quis ad executionem deueniri non possit donec liqueat iudici de purificatione. l. hoc iure. ff. de verborum obligatio. quam dicit esse valde notabilem pro quo facit. l. ij. cum ibi nota. per Barto. C. de senten. que si. cer. quanti. facit etiam pro hoc quod dicit Ange. in. l. fina.
5 §. primo. ff. de vulga. & pupilla. † quod si ex forma statuti instrumenta pura habeant executionem paratam, instrumentum habens conditionem purificatam mandabitur executioni tanquam purum dicta. l. fina. §. i. cum gloss. in verbo, due pure. Esto igitur quod dicta dotis constitutio fuisset conditionalis vt non videtur: si tamen contingeret eam purificari per conditionis euentum, vt quia ferretur sententia pro herede dicti nobilis Antonij que pro eo ferenda non videtur, ipsa conditionalis constitutio & dotis assignatio purificaretur: & sic perinde haberetur ac si ab initio dictum castrum de tabernis fuisset pure in dotem constitutum: & sic quod per mortem dicti quondam nobilis Bertrandi ante solutum matrimonium & per consequens superstite prefata Magdalena vita functi fuerit dos consolidata in personam eiusdem Magdalene eius filie. l. vnica. §. videamus. & quod ibi scribentes. C. de rei vxo. actio. arctio.

Forte vero opponetur contra predicta de eo quod scribit Bald. in capitulo vnico. columna quinta versicu. sed pone clericus confessus est titu. de mili. vassal. qui contu. est. in vsib. feudo. vbi scribit quod si episcopus clerico confesso debitum mandet quod infra decem dies soluat, & adiciat quod si non soluerit ex nunc prout ex tunc ipsum excommunicat:
6 valet excommunicatio, † quia hec verba, ex nunc prout ex tunc excommunicat, ipsum non significant presentem verbi actum sed futurum effectum. l. lecta. circa fina. ff. si certum petatur. & dicit Alexand. de imol. in dicta. l. huiusmodi. la secunda. columna prima. quod perinde est dicere si non satisfeceris tali die excommunico te ex nunc prout ex tunc: ac si dixisset ex nunc declaro quod si non satisfeceris in termino sis tunc excommunicatus. & idem notant Archidia. & Joannes andreas in capitulo. dudum. de preben. in sexto. & ideo videtur quod licet postea clericus infra decem dies non soluat: non tamen retro trahitur excommunicatio, vt sic dici debeat fuisse excommunicatus durante decendio quod etiam volunt canoniste in dicto capitulo, preterea. el secundo. de appellationi. & idem voluit Baldus in authentica contra rogatus. colum. j. versicu. quandoque decimus. C. ad trebellia. sed hec non obstant. Quoniam respondeo quod illa procedunt in sententia censure, que non potest ligare ante diem, vel conditionem, nec conditione adueniente retrotrahitur ipsa dispositio conditionalis, pro eo quia non potest quis esse excommunicatus ante quam sit contumax & negligens. hoc voluit Bal. sequens dictum Innocen. in sententijs censure in dicto. c. preterea. el secundo. vbi etiam Philippus de franc. colum. iiij. versicu. Tertio queritur quid si iudex. In alijs vero aliter sentit Bald. in dicta authenti. contra rogatus. scilicet quod conditio purificata retrotrahatur ratione pacti, vt quia dictum est ex nunc &c. & cum eo transit Philippus de franc. in dicto. c. preterea, columna quinta. & ita sentiunt docto. in dicta. l. huiusmodi. la. ij. & multi in. l. j. C. de codicil. & Alexander de imola. in dicto consilio. lxxxij. colum. iiij. versiculo, & quod illa conditio. in secundo volumi. Ex quibus omnibus concludo quod supposito citra preiudicium veritatis, quod dicta dotis constitutio neque pura neque in diem extitisset, sed conditionalis: illa tamen per euentum conditionis si contingere posset purificaretur & retro traheretur ad diem facte constitutionis, & ex tunc censeretur dictum castrum de Tabernis fuisse in dotem constitutum, & cum dicta nobilis Magdalena ab humanis decesserit superstite & sibi superuiuente nobili Alziario de ponteues suo fratre herede vniuersali insolidum & vnico: cuius omnia vniuersa & singula iura eidem pertinentia in & super dicto castro de tabernis peruenerunt ad dictum nobilem Joannem de ponteues Modernum dominum Cotimaci, palam infertur heredem dicti nobilis Antonij fuisse & esse repellendum non solum ex eo
7 † quia sibi obstat exceptio, tua nō interest: sed etiam quia obstat exceptio dolo facis, quod petis quod restiturus es. Et quidem nō alteri, sed ipsi dño Cotimaci. & ita non obstat. l. si socer. §. lucius. ff. sol. matri. Forte vero opponetur quod ex remissione & cessione iurium quas fecisse dicitur dictus Alziarius de ponteues vniuersalis & vnicus heres dicte quondam nobilis Magdalene, & ex constitutione dotis facta de dicto castro non fuerit orta nec oriri possit nisi sola actio personalis, ex quo dicta constitutio non legitur suffulta aliqua traditione vera vel ficta, qua actione personali non videtur posse insolidum conueniri heres dicti nobilis Antonij, & per medium ipsius dicti quondam nobilis Bertrandi constituentis, & quod propterea videatur dicendum quod virtute cessionis eidem domino Cotimaci facte de predictis iuribus non potuerit nec possit heres dicti Antonij repelli exceptiōe dolo petis &c. Sed hoc non obstat. Quoniam respondeo quod imo si castrum, predictum esset penes dictum heredem, & per ipsum possideretur insolidum, ipse posset insolidum conueniri per dictum dominum Cotimaci cessionarium, per ea que habentur in. l. iij. §. heres. ff. commodati. & in. l. si duo. ff. depositi. & quod not. gloss. in. l. ij. C. de heredita. actione. colum. ij. vbi eleganter scribit etiam Baldus quod aliquid potest dici indiuiduum seu indiuisibile multis & diuersis modis, & inter eos in versicu. duodecimo ratione possessionis. dicit quod aliquid dicitur indiuisibile ratione possessionis: & quod ratione possessionis apud vnum insolidum constitute tenetur ille insolidum: quia tota obligatio discurrit in ipsum ac si esset vnus solus heres, & velut debitor indiuiduus tenetur ex asse. dicta. l. tertia. §. heres. ff. commodati. & est secundum eum subtilis ratio. Nam licet in commodato primitiua obligatio diuidatur inter heredes: tamen illi qui non possident cum non sint in dolo vel culpa, non tenetur: quia dolus & culpa debent purgari per naturam actus. ille autem qui possidet in non restituendo committit culpam, que respicit totam rem. l. dolus. ff. mandati. ergo nimirum si secundario obligatio ipsum insolidum teneat, quia insolidum peccat. & hec ratio doli vel culpe respicientis totam rem assignatur in dicta. l. si duo. ff. depositi. hec Bald. vbi supra hoc etiam voluit Rapha. in. l. eadem. §. cato. ff. de verborum obligationi. Cum igitur totum castrum esset restituendum dicto domi. Cotimaci per heredem dicti nobilis Antonij si ipse illud possideret per predicta: obstat sibi & obstare debet dicta exceptio dola petis &c. & non solum quo ad pretensam partem hereditariam sed insolidum.

1 Donans aut vendens bona sua retento sibi vsufructu, an censeatur vendere bona post contractum acquisita vel acquirenda.
2 Et an acquisita ex fructibus quos sibi viuenti reseruauit, sint & intelligantur esse donata vel vendita. nu. 2. vsque ad finem.

Epitome.

Donatio omnium bonorum non impedit, quominus donator de post huiusmodi donationem acquisitis bonis aliter disponere non possit: hoc est acquirenda bona non cōprehendit. A. F.

De dona. Consilium. ccxxvi.



Punctus questiōis talis est. Dudum anno scz domini M. cccc. xcvij. & die vicesima septima mensis Februarij, venerabilis vir do. Claudius romani contemplatione matrimonij per verba de futuro tunc contracti per & inter Petrum burnerij eius nepotē ex sorore ex vna parte, & Catherinam filiam Joannis Perroti ex alia, insuper & propter seruitia sibi per ipsum Petrum impensa, vt dicebat, dedit & donauit eidem Petro tunc presenti & stipulanti omnia vniuersa & singula bona sua prius do. Claudij, que habebat seu visurus erat habere infra locum & territorium Mote, in quibuscunque rebus consisterent: sibi saluo & retento in & super bonis huiusmodi vsufructu tantum quantum viueret in humanis. Deinde vero post donationem huiusmodi idem domi. Claudius certa bona tam mobilia quam immobilia acquisiuit, & authore domino imposterum acquirere intendit.

Quesitum est an dicta bona scz per. d. do. Claudium acquisita, & que imposterum acquirentur, pertineant aut pertinebunt dicto Petro donatario.

Ad quod breuiter & succincte respondeo quod non: † quia appellatione bonorum donatorum vel venditorum non veniunt nec comprehenduntur nisi

tunc presentis, hoc est ea que tempore donationis vel venditio-
nis habet donator vel venditor. l. si ita. & l. plautius. ff. de aur. &
argen. lega. l. si mandauero. §. is cuius. ff. manda. & l. nam & ser-
uius. §. si memo. ff. de nego. gest. & quod not. gloss. & docto. in. l. fi.
C. que res pigno. oblig. possunt. Barto. in. l. fin. columna penulti
ma vel fin. versicu. si vero esset donatio &c. & ibi etiam Bald. co-
lum. vj. vel circa. versicu. iuxta hoc queritur: & est questio notabi-
lis. C. de pactis. & idem sensit Barto. & docto. in. l. stipulatio hoc
2 modo concepta. ff. de verborum obligatio. † Et hoc quod dixi
est verum, etiam si illa bona fuissent acquisita vel acquireretur
in posterum ex fructibus perceptis vel percipiendis ex bonis do
natis: quia cũ dictus dominus Claudius sibi reseruauerit vsum-
fructum bonorum donatorum, dicti fructus non veniunt appel-
latione bonorum donatorum, nec etiam appellatione eorum ve-
nirent vel comprehenderentur si fuissent donata omnia bona pre
sentia & futura vt eleganter voluit Alexand. de imol. in dicta. l.
stipulatio hoc modo concepta. colum. xj. versiculo. quid si in casu
predicto. & domi. Jason may. col. viij. vbi scribunt quod si quis do-
net omnia bona sua presentia & futura sibi retento & reseruato
vsufructu: fructus qui per donatorem percipiantur non veniunt
appellatione bonorum presentium aut futurorum & ideo poterit
donator de illis testari & facere quod voluerit, vt verbi gratia eme
re sibi alia bona vel illos donare. quod si verum est, imo quia ve-
rum est, multo fortius procedit in casu nostro in quo nihil dictum
est de bonis futuris. Et quia istud non habet dubium ego vlte-
rius non prosequor.

1 ☞ Vasallus in quot & quibus obedire tenetur domino suo
propter feuda que ab eo recepit. & nu. 3. & 5.
Et quam iniq & insolenter de huiusmodi homagijs disseruerint
Rofredus & Jo. blan. ibidem, & per totum consilium.
2 Filius an teneatur debita patris soluere sicuti tenetur ad alimen
ta ipsi porrigenda.
4 Dominus aliquid innouans aut molestiam inferẽs colonis seu
suis subditis quomodo multandus veniat.
6 Juramento an & quando licitum sit contrauenire.
7 Homagia, que hac tempestate longe aliter quam antiquitus a sub-
ditis extorquent eorum domini, quomodo prestanda & iuranda
veniant, per totum consilium.
8 Subditi dominis suis indebita seruitia prestantes presumun-
tur per metum & vim ad id compelli.
9 Stipulatio sine causa an & quando noceat stipulanti & successo-
ribus & nu. seq.
11 Judex nemo esse potest in causa propria.

¶ Epitome.

¶ Vasallus domino iurare debet fidelitatem, & homagium pre
stare, quod multorũ obsequiorum necessitatem secum trahit. V. E.

¶ De feud. Consilium. ccxxv.



Pro faciliore solutiõe eorum de quibus queritur parte vniuersitatis &
hominum Baliue Arnaudorum, premitto quod
quamuis Rofred. in tracta. suo de libel. sub rubrica,
sacramentum cuiusque vasalli & que conti. sacra.
1 fidelita. † dixerit & scripserit, quod vasalli propter feuda, que a do
minis recipiunt, tenentur eisdem obedire in sex casibus. Primo
scilicet pro exercitu imperiali. Secundo pro corredo imperiali.
Tertio pro filia domini maritanda. Quarto pro domino vel filio
milite faciendo. Quinto pro domino ab inimicis capto redimen
do. Et sexto pro terra per dñm emẽda: quem visus est sequi Spec.
tit. de feu. §. quoniam. ver. & nota quod vasalli comitum vel baro
num. & Jo. blanch. in sua summa tit. quib. mod. feu. amitta. tamẽ
Joan. and. in addi. Specu. in dicto versi. & not. quod vasalli, di-
cit quod quidam resistunt Rof. dicentes hoc ipsius dictum legi
bus, vel feudorum consuetudinibus non probari: & potissime re-
sistunt tertio casui, qui est de filia maritanda, & quarto qui est pro
se vel filio milite faciẽdo, & sexto qui est quod vasallus iuuare de-
beat dominũ pro terra emenda. Non enim vt dicũt vident quare
dixerit Rofred. quod vasalli teneantur iuuare dominum pro filia
maritanda: cum mater non teneatur dotare filiam, nec filius ma-
trem, nec frater sororem, nec tutor pupilli talibus personis mune
ra nuptialia cõferre. De sexto casu, scilicet quod vasallus teneat
iuuare dominũ pro terra emenda, dicunt se non videre vnde Ro
fred. hoc traxerit: nam etiam filius causa ciuilium munerum vel
causa sui debiti a patre conueniri non potest. l. patris. C. ne fil. pro
2 patre. † licet enim filius patrem alere teneatur: non tamen tene-
tur eius debita soluere. l. si quis a liberis. §. si vel parens. ff. de
agnosc. libe. pro quo facit. c. licet. in fin. titu. si de feu. controuer.
3 fuerit. † vbi etiam pro euitando periurio domini qui iurauerat
soluere certa die, vasallus habens pecuniam etiã paratam illam
pro eodem domino soluere vel sibi credere non tenetur, & in hoc
residet Jo. and. vbi. s. hanc partem etiam tenuit Petr. Jacob.
in suis libellis. Sub rubrica, de cau. ex quib. vasal. quant. est de
iur. script. debet amitte. feu. ver. audiui a quibusdam. vbi etiã in-
ter cetera dicit quod quia Rofr. & Jo. blanch. premissa dixerũt ma
le fecerunt & deterius, quia illa in scriptis redegerunt. inde enim vt
ait turbantur & errant multi domini terrarum nostri temporis
qui tota die satagunt subditorum sanguinem sugere, & gaudent
dictis eorundem Rofr. & Jo. blanch. que simpliciter loquendo
de iure ciuili falsa existunt, quod probat. Primo quia hec non re-
periuntur iure cauta: ergo hec dicere non debemus: quia erubesci-
mus cum sine lege loquimur. l. illam. C. de collatio. & aut. de triẽ.
4 & se. §. consyderemus. colla. iij. † Secundo probat quia iure cauet
quod dominus non debet aliqua innouare aut molestiam inferre co
lonis seu hominibus suis. & si contrarium facit, moderator pro-
uincie lesionem resarciri facit & veterem consuetudinem in reddi
tibus prestandis obseruari. l. cum satis. §. caueant. C. de agric. et
5 censi. lib. xj. † Et quod vasallus cogi non possit ad contribuendum
in dote filie domini sui tenet Jacob. rebuf. in. l. j. C. de exacto. tri
buto. libro. x. pro quo allegat dictam. l. j. & l. placet. C. de excusa.
mune. eo. li. & l. ij. in fi. C. in quib. cau. colo. censi. lib. xj. & l. fi. C. de
statu. & imag. & pro hoc inducit Pau. de cast. in argumen. l. iij. C.
eo. tit. dicens illam facere ad hoc quod si imperator vel aliquis
dominus maritat filiam vel vult aliquid facere pro honore suo
non debeat talhiare suos subditos: sed facere de bursa sua fiscali.
& hanc partem etiam secutus est Bertrand. de deñ. per multas
rationes prout refert Petrus antibo. in suo diuerso. mune. versi.
sed quero nunquid Baro vel comes. Ex quibus infero quod si
nobilis vir Petrus perdricis pretensus condominus aut pro par-
te dominus loci baliue Arnaudorum pretendat homines eius-
dem loci debere contribuere in solutione dotis pro nobili Joan-
na eius pretensa filia nobili Ludouico de lercio domine, Albe-
nassoni constitute, ipse debet deducere & probare media per que
hoc facere teneantur alia a iure communi: vt verbi gratia cõsue-
tudinem antiquam, vel transactionem, aut aliquem contractum
per quem homines dicti loci pretendantur se ad hoc alias astrin
xisse. sed vt videtur nulla potest efficax consuetudo allegari per
quam dici aut pretendi possit eundem nobilem Perdricis aut
suos predecessores ius predictum acquisiuisse: cum vt audio nec
moderni homines nec alij loci predicti qui pro tempore extite-
runt in predictis contribuerint a tempore de quo memoria exi-
stat. quo fit vt supposito citra preiudicium veritatis quod aliquan-
do homines qui pro tempore extiterunt compelli potuissent ad
contribuendum in dote &c. Ad hoc tamen non viderentur posse
compelli moderni homines eiusdem loci. l. hoc iure. §. ductus
aque. ff. de aqua quoti. & esti. l. j. §. vltimo. ff. de aqua plu. arcen. &
quod not. glo. & Hostien. in. c. super quibusdam. de verborum signi-
ficationibus. & gloss. in. c. vnico. in fi. de prescriptio. in sexto. & eo-
dem modo videtur eidem nobili Perdricis obstare prescriptio
si pretẽdat quod vel sibi vel predecessoribus suis fuerit facultas seu
ius huiusmodi acquisitum per transactionem vel contractũ: quia
cum nec ipse nec sui predecessores vsi extiterint predicto iure a tẽ
pore prementionato quamuis vt opinor casus sepe occurrerit: ob-
stat sibi prescriptio per iura predicta. & non solum videretur ob-
stare prescriptio temporis de quo supra: sed etiam prescriptio. xxx.
annorum, per id quod habetur in. l. ij. C. de constit. pecunia. l. si-
cut in rem. l. omnes. & l. cum notissimi. C. de prescriptio tri. vel
quadraginta annorum. Preterea etiam alia ratione non obstat
modernis hominibus dicti loci quedam pretense recognitiones
seu homagia facte, aut facta anno domini Millesimo tricente-
simo octogesimo secundo & die tertia mensis May. Tum quia in
dictis pretensis recognitionibus seu homagijs nulla sit expressio
de dictis sex casibus superius mentionatis: sed solum de quibus-
dam septem casibus Realibus a iure statutis cuiusmodi non
sunt casus superius mentionati vt predixi. non enim reperitur
iure cautum quod vasalli vel homines alicuius domini in casibus
de quibus superius verbum feci teneantur: & ita dici non debent
a iure statuti. Preterea casus de quibus superius verbum feci
non sunt nisi sex: in dictis vero assertis homagijs est sermo de se-
ptem. preterea dicti sex casus non solent dici Reales, sed aliquã-
do imperiales. confessio etiam seu recognitio fuit: si tamen facta
fuisse probetur indiscreta vtpote facta sine causa: & sic non valuit.
l. generaliter. C. de nõ nume. pecu. l. cũ de indebito. §. fin. & quod ibi
Bar. & Floria. ff. de pba. & l. nuda. ff. de dona. & quod not. doct. in. l.
vnica. C. de cõfes. de quo per multos cano. l. c. si cautio. de fid. instr.
Et quamuis

Et Quis Bar. videatur limitare dictum. §. fi. vbi procedat eo casu in quo cautio de se non est obligatoria, sed solum fit ad probationem. l. publia. in fin. ff. deposit. huiuscemodi tamen limitatio non suffragatur dicto nobili Perdricis, nec nocet predictis hominibus. Et primo quidem quia dicta pretensa recognitio attenta eius forma non fuit nec est obligatoria seu obligationis inductiua. Cum & quia vbi huiuscemodi confessio censeri posset habere clausulam promissionis aut fuisse obligatoriam prout non apparet: obstaret tamen agenti exceptio, quod scilicet confessio seu recognitio illa fuerit sine causa, & per illos tunc pretensos dominos extorta: per id quod habetur in. l. ij. §. circa. & quod ibi glos. & docto. ff. de dol. exceptio. & quod not. Joan. andr. in additio. Specu. titu. de confess. §. nunc videndum. versicu. sed que est ratio in additio. exordien. distinctionem quam Marti. de fa. Et si opponatur quod illi recognoscentes seu confitentes hoc fecerunt ex eorum liberalitate vt pretenditur narrari in instrumento dicte asserte recognitionis seu prestationis homagij: potest responderi quod ipsi fuerint circumuenti & decepti & signanter quo ad illos pretensos certos casus qui ibi pretenduntur a iure statuti. quod tamen non est verum vt predixi quo ad dictos sex casus & ita videtur dolus causam dedisse dicte confessioni, & propterea non valuisse per id quod not. Joan. de imo. in repetitio. c. cum contingat. versic. item aduerte quia dicit dominus Antonius &c. de iureiurand. vbi post Anto. de butr. in quarto casu principali dicit quod si quis velit venire cotra contractu a se gestu, vel eu redarguere propter do-
6 lum: ipse potest hoc facere non obstante iuramento: † quia iura confirmantia iuramentum illud confirmant quando non fuit dolo vel metu prestitum: dicto. c. cum contingat. & in. c. Quis pactu. de pact. in sexto. & in authentica. sacramenta puberum. C. si aduer. venditio. & in corpo. vnde. sumitur. & ponit exemplum Joa. de imol. quod dolus dicatur tunc excludere consensum quando fallacijs seu mendacijs inducitur aliquis ad aliquid agendum dolo dante causam contractui pro quo facit quod scribit frederi. de se. consilio. cxcix. exordiente, queritur an domina Margarita. & quod not. gloss. in. l. dotis. C. de rescinden. vendi. & Ange. in l. non enim. ff. de inoffic. testa.

¶ Preterea certum est quod illa pretensa homagia seu antique recognitiones nocere non possunt alijs, & signanter his qui nec probantur nec sunt heredes vniuersales aut bonorum possessores, non dico possessores bonorum, sed bonorum possessores, hoc est vniuersales iuris successores de iure pretorio eorum qui homagia & recognitiones huiusmodi antiquitus fecerunt: quia quo ad eos hec omnia censentur & censeri debent res inter alios acta: ergo non preiudicant predictis hominibus. C. res int. alios acta. in rubro & nigro & c. inter dilectos. §. porro. de fide instrumen. cu3 suis simili. & quo ad istos certum est quod dictus nobilis Perdricis etiam si alias esset talis qui posset habere in dalphinatu homines ligios, prout non videtur posse habere saltem proprie dictos nec ab eis recipere homagium ligium, pro eo quia illud est in quo non recognoscentis superiorem, iuratur fidelitas contra omnem hominem nullius alterius fidelitate excepta. l. imperialem. §. fin. & quod ibi scribentes de prohibi. feu. aliena. per Fede. & quod no. glo. in clemen. pastoralis. §. rursus. super verbo, homoque ligius. de re iudica. & Specula. titu. de feu. §. quoniam. colum. i. versicu. & nota quod est homagium ligium &c. Bald. consi. clix. exordiente, ad euidentiam premittendum est in prima parte. & in proemio feudor. col. xij. versicu. alia diuisio feudorum. quia quoddam est ligium &c. vbi etiam Aluarot. colum. ix. ver. tredecima est diuisio. quia aliud feudum appellatur ligium &c. Joan. Rey. in suo comprehenso. feudo. d. l. imperialem. §. fi. questione. xix. versi. quero quotuplex est homagiu. & do. Jas. de may. in prelud. feud. charta. ix. colum. tertia. ver. septima diuisio. qui etiam multos co memorat hoc dicentes, quauis in quantum possit idem nobilis Perdricis habere in dalphinatu homines ligios: non tamen essent nec sunt alio non apparente homines ligij eiusdem Perdricis, licet sint eius subditi & iustitiabiles. & propterea bene fateor quod ipsi tenentur sibi prestare sacramentum ratione huiusmodi habitationis quam faciunt in loco seu territorio iurisdictionem eiusdem nobilis Perdricis. c. j. §. finali. titulo. quali. vasal. de iura. fideli. vbi dicit text. quod si quis iuret fidelitatem alicui non eo quod feudum ab illo habeat, sed quia sub iurisdictione ipsius existit: debet nominatim iurare vitam, membrum, mentem, & illius rectum honorem. & hec verba intelliguntur & exponuntur hoc modo, quod subditus iurans non erit in aliquo loco vel consilio: vbi tractetur quod dominus perdat vitam, vel membrum, vel aliquem honorem quem habeat: sed pro posse. euitabit, & quod non reuelabit secretum domini sui in damnum & perniciem eiusdem domini. ita exponit verba hec domi. Jacob. de sanc. geor. in suo tracta. de homag. colum. vij. in fin. hec enim sunt rationabilia quod homines subditi & habitantes intra locum & territorium alicuius iurent predicta, & illa obseruent. est verum quod Andreas de yser. & Aluarot. in dicto cap. j. qualiter vasallus iurare debeat fidelita. dicunt quod istud iuramentum quod prestatur ratione iurisdictionis recipit supplementum: per id quod habetur in. c. tibi domino. lxiij. distinctione, dicit etiam Andreas de yser. quod dictum iuramentum recipit supplementum per text. c. j. in titu. de no. for. fideli. pro eo quia nulla fit ibi mentio de feudo. Sed Aluarot. quoad hoc tenet contrarium: quia de mente text. dicti. c. j. in fi. titu. quali. vasal. de iura. fidelita. fuit facere apertam differentiam inter iuramentum fidelitatis quod prestatur ratione iurisdictionis pro eo scilicet quia quis habitat in iurisdictione seu territorio alicuius domini, & iuramentum fidelitatis quod tenet prestare vasallus ratione feudi, iuxta. c. j. de forma fidelitatis, & dictum. c. j. titu. de noua forma fidelitatis. tandem tamen dicit & se in hoc resoluit Aluarotus quod debeat stari consuetudini, & sic deberet inquiri de consuetudine illius patrie quomodo scilicet prestetur iuramentum fidelitatis ratione habitationis non dico ab hominibus ligijs: sed ab illis qui solum iuramentum propter habitationem quam faciunt in loco vel in territorio. Addo quod vt superius dixi ab isti3 non debet requiri quod ipsi prestent iuramentum de iuuando ipsum nobilem Perdricis vel successores in sex casibus quos superius commemoraui: quia ipsi non tenentur in illis. Et supposito citra preiudicium veritatis quod aliqui de modernis hominibus dicti loci essent heredes aliquorum ex illis qui dicuntur antiquitus homagium prestitisse, & qui scribuntur in copia eiusdem pretensi instrumenti confecti anno domini millesi-
7 mo trecetesimo octogesimosecundo & die tertia † mesis Maij: ipsi tamen non tenerentur nec tenentur prestare homagium in ea forma in qua audio homagium fuisse per eundem Perdricis a quibusdam de nouo extortum genibus scilicet flexis, osculo pollicis, deposita zona, & sub quibusdam alijs promissionibus in quibus multum discessum est ab illo pretenso antiquo homagio, quod profecto fieri non debuit: & quidem non quoad eos, qui non sunt illorum antiquorum heredes vt postea dicetur, nec etiam quoad heredes si qui essent, quia in talibus non debent domini quando exigunt iuramentum ab hominibus suis inducere aliquam nouitatem: vt voluit Speculator titu. de feu. §. quoniam super homagijs. columna penulti. versicu. & nota quod nulla nouitas. Idem etiam tenet Bal. in commento de pac. constan. in verbo, pactiones. & dicit Bal. in dicto. c. vnico. vbi etiam Alua. col. iij. qualiter vasallus iurare debeat fidelitate quod noua iurameta cotra antiquam cosuetudine extorta presumunt oppressiua hoc est per oppressionem obtenta. & hoc dicit Bal. se rndisse cuidam magnifico viro eum consulenti in facto valde arduo. dicit etiam idem Bald. in
8 dicto verbo, pactiones, † quod indebita seruitia presumuntur per vim & metum a subditis extorta. l. si per impressionem. C. quod met. caus. & c. sane. de excessi. prelato. & ad hec est bonus text. in. l. cum satis. §. caueant. C. de agrico. & censi. lib. xj. & ide voluit Fracis. de areti. consil. xiiij. exordiente, viso & diligenter considerato, col. xv. versi. sicut enim prestatio seruitiorum insolidorum. & consilio. xxiiij. exordiente, quatuor dubia potissime distinguenda veniunt &c. versi. videamus modo &c. ibi si vasallus superiori suo nouum iura. &c. Joan. andr. in. c. j. de prescript. in sexto. in nouel. & Alexand. de imol. in. l. j. §. que onerande. ff. quar. rer. acti. no dat. & quando subditi vident se male tractari per dominos alicuius loci, possunt habere recursum ad superiorem per viam querele. argu. l. j. §. cum patronus. ff. de offic. prefec. vr. & l. ij. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & dicit eleganter Bald. in. c. j. §. publici latrones. titu. de pace tenen. & eius violato. in vsib. feudor. quod quando dominus male tractat subditos suos, superior potest eum admonere vt modo debito eos tractet, alioquin curia domini poterit sibi auferre castrum: quia qui abutitur dominio, facit se indignu dominari, vt dicit Bald. in. c. j. titu. quali. do. proprie. priue. pro quo est optimus text. in dicta. l. ij. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. que omnia etiam scribit Jacob. de sanc. geor. in suo tracta. de homa. colum. viij.

His premissis respodeo breuiter ad quesita, & primo ad id quod queritur an vigore dictaru recognitionu possint homines dicti loci cogi ad conclusa in libello parte dicti nobilis Perdricis contra quosdam particulares producto, respondeo quod non: & quidem non in vim antiquaru recognitionu, vt colligitur ex predictis, no etiam in vim nouaru. & primo quidem non illi qui non nouiter recognouerunt: quia quo ad eos recognitiões aliorum sunt res inter alios acte: & propterea non preiudicant dicto. c. inter dilectos. §. porro. de fide instrumento. non etiam illi qui nouiter recognouisse pretendun-
9 tum † quia recognitio & promissio de quibus in recognitionibus facte sunt sine causa, ergo non obstant etiam recognoscentibus. Et primo quidem non recognitio seu confessio dicta. l. cum de

indebito.§.fi.ff.de probatio.& qd superius dixi, non etiam promissio de faciendo soluendo aut prestando ea. de quibus in pretensis instrumentis recognitionum & promissionum huiusmodi. quia licet promissio facta sine causa & per eum qui sciebat se non teneri ad id quod promittebat videatur valere, pro eo qz isto casu videtur facta promissio ex causa donationis. per id qd not. gloss. in l.iij.§.j.ff. de constitu. pecu. & in l. qui cum alio & l. cuius per errorem. ff. de regulis iuris. & in l. Campanus. ff. de ope. liber. Tamen quando promittens putat causam promissionis subesse que non subest non valet stipulatio aut promissio quo ad iuris effectum pro eo qz obstat doli exceptio. l.ij.§. circa. & qd ibi doct. ff. de dol. exceptio. Non etiam valet stipulatio aut promissio quando sumus in dubio an scilicet promittens sciuerit causam non subesse vel ignorauerit: qz isto casu non presumitur promissio fuisse facta ex causa donationis: sed presumitur erronea dicto.§. circa. & per l. qui sine causa. ff. de condictio. si. cau. pro quo facit quia in dubio nemo presumitur donare dicta. l. cum de indebito. & hec est communis opinio, quam sequuntur Joan. de imo. Fran. de are. & Alexan. de imol. in l. a titio. ff. de verbo. obliga. vbi pro hoc multa inducunt, que non refero, & idem voluit Ange. areti. in.§. in personam charta prima. versi. & aduertas secundum Bal. hic ista distinctio &c. insti. de actio. Saly. in l. generaliter versicu. quero quinto an stipulatio valeat sine causa. C. de non numera. pecu. & alij in alijs locis. Et hoc maxime procedit & procedere debet in hoc casu pro eo quia dicti recognoscentes sunt rustici & simplices homines qui sicut presumptione iuris in solutione seu soluti repetitione iuuantur, ita iuuari debent in promissione, & tanto facilius quanto quis facilius promittit, quam soluat. dicta. l. cum de indebito. quod etiam voluit Specula. titu. de feu.§. quoniam. versicu. quarto queritur ibi, idem etiam est si persona promittens sit miles &c. pro quo facit quod scribit Bald. in l.ij. versi. quarto quero. ibi, vnde in muliere & minore. C. de rescinden. vendi. & Jo. de imo. in c. cum contingat. in tertio membro. charta ante penul. seu penulti. col.j. de iureiuran. quatenus volunt quod licet regulariter maior re ipsa deceptus in venditione rei sue vltra dimidiam iusti pretij & iurans non venire contra, excludatur propter iuramentum a remedio dicte. l.ij. hoc tamen fallit in milite, minore, femina, & rustico, in quibus presumitur maior ignorantia & ideo non immerito eisdem succurritur. Procedit etiam maxime hoc quod dixi in hoc casu quoad illos pretensos sex casus de quibus in recognitionibus & homagijs nouiter factis: vbi aduertendum est quod in antiquis recognitionibus nulla alia facta specifica mentione erat sermo de septem casibus a iure statutis in istis vero recognitionibus nouiter factis est sermo non de septem casibus: sed de sex non etiam de statutis a iure: sed de permissis, quod an dolose sic dictum extiterit ipsi viderint qui hoc fecerint non dico ipsi homines simplices sed dico de dicto nobili qui talem promissionem extorsit & a viris rusticanis, montanis, & simplicibus, & qui fortasse imo sine forte nihil nouerant de dictis casibus, quinimo forte nec notarius. propter quod si volebat bene operari idem Perdricis debebat procurare apud dictos homines quod in promittendo dixissent si tamen hoc facere voluissent. quod ipsi scientes se non teneri debere contribuere vel dominum adiuuare in solutione dotium filiarum suarum & suorum successorum, ipsi nihilominus ex liberalitate vel ex causa donationis promittebant contribuere, & ipsum & suos successores adiuuare in solutione dotium huiusmodi &c. & idem de alijs quinque casibus, qui debebant eis declarari, vt bene intelligerent & sic deliberarent an vellent promittere vel non verum ipse cautius agere voluit: & nihil de dictis casibus dicere in specie, ne forte dicti homines intelligentes onus & grauamen predictorum casuum hoc facere recusarent sed astutia huiusmodi non debuit nec debet eidem perdricis suffragari nec dictis hominibus obesse & signanter cum sciat aut scire debeat idem perdricis homines prefatos alias recusasse contribuere in solutione dotis pro quadam sua sorore constitute.

¶ Ad id vero de quo queritur parte dictorum hominum, an si poneretur in puncto iuris, vel in arbitrio, & illi qui recognouerunt cogerentur soluere & contribuere in solutione dotium &c. deberent propterea cogi illi qui non recognouerunt. dico qd nec ipsi sunt cogendi contribuere, nec si cogerentur deberent propterea alij cogi hoc facere. pro eo quia non potuerunt illis preiudicare vt apparet ex predictis.

¶ Ad aliud de quo queritur, an possint cogi syndici dicti loci ad defendendum eos qui nouiter recognouerunt, dico & respondeo quod non: qz damnum quod quis sua culpa sentit sibi debet, non alteri imputare. Regula. damnum quod quis. de regu. iur. in vj. & l. quod quis ex sua culpa. ff. eo. tit. Quis vt dixi isti recognoscentes non teneantur ad solutionem seu contributionem faciendam in solutione dicte dotis.

¶ Ad aliud in quo queritur, an causa pendens coram do. iudice loci predicti Balme Armandorum inter dictum nobilem Petrum perdricis actorem ex vna parte, & Joannem blaxmi & quosdam alios in libello predicto latius mentionatos ex alia possit a manu eiusdem do. iudicis tanquam suspecti auferri. dico & respondeo qd sic, etiam si verum esset qd dicti particulares conuenti de-

11 berent † contribuere in solutione dicte dotis. qz dictus nobilis Perdricis non debet esse iudex, nec sibi ius dicere in causa propria. l. vnica. C. ne quis in sua cau. per quam dicit Bald. in c.j. in fi. commenti tit. de capita. qui cur. vendi. in vsib. feudo. quod super impositione talliarum & taxatione, dominus terre seu loci iudex esse non potest, & quemadmodum non potest ipse, ita nec videtur posse iudex eius. pro eo qz nemo dat qd non habet, nec plus iuris quam habeat. l. traditio. ff. de acqui. rer. domi. c. gratia.j. qone.j. & c. Daybertum.j. q. vij. iuncto. c. nuper de donatio. inter vir. & vxor.

1 ¶ Judicis decretum alicui contractui interpositum, an & quando operetur vt solemnitates ad contractum requisite presumantur in eo concurrisse.
2 Et quid si iudex decretum interposuerit sine cause cognitione. numero.3.
4 Ecclesia an & in quibus equiparetur minori.
5 Dispensatio a iuramento an fieri possit parte non vocata.
6 Possessor male fidei quis dicatur.
Et an & quibus casibus mala fides noceat vniuersali successori.
7 Prescriptio triginta vel quadraginta annorum quid operetur.

¶ Epitome.

¶ Minor qui in venditione enormissime lesus est non impeditur prescriptione venditionem rescindere: quamuis non vocata parte dispensationem obtinuerit a iuramento. A. F.

¶ De rescin. vendi. Consilium. ccxxvj.



Thema questionis tale est. Dudum fuit in humanis nobilis & honesta quondam mulier domina Antoneta Ricarde condomina seu pro parte domina castrorum Pauludis & Castrinoui, Baiulie, Monasteriarum Regen. dioce. & que castra tam ipsa quondam nobilis Antoneta, quam ante eam cum in humanis ageret nobilis & honorabilis quondam mulier domina Beatrix eiusdem nobilis Antonete quondam mater, veluti eorum condomine tenuerunt & possederunt pacifice & quiete, & pro condominabus seu in parte dominabus eorundem se gesserunt reputarunt & nominarunt & pro talibus fuerunt ab alijs habite tente & reputate. ¶ Post mortem vero dicte nobilis Beatricis, & cui dicta domina Antoneta successerat, vita functa est, & ab humanis abintestato decessit eadem nobilis Antoneta superstitibus & superuiuentibus quatuor filijs. scilicet nobilibus Ludouico maiore viginti quinque annis, spectabili nunc viro do. Bertrando Rostagni iurium professore eximio, Lazaro & Petro Rostagni tunc in pupillari etate constitutis, & quorum omnium tutor extitit & tutelam gessit & administrauit dictus nobilis Ludouicus. Post cuius do. Antonete mortem & decessum prefatus nobilis Ludouicus tam suo, quam dictorum nobilium suorum fratrum pro tempore impuberum nominibus, homagium & fidelitatis iuramentum pro dictis condominis & iurisdictionibus predictorum castrorum fecit & prestitit recolende memo. illustrissimo do. Regi Renato comiti Prouincie & Forcalquerij: et quamuis non habeatur certitudo quod dicti fratres fuerunt in possessione condominiorum & iurium castrorum predictorum: creditur tamen quod in huiuscemodi possessione seu quasi extiterint. Successu temporis prefatus nobilis Ludouicus tutor exposuit domini. Judici Monasterium quod ipse & predicti sui fratres habebant certa iura in dictis condominijs, & quod illa erant pro parte maiore occupata, insuper & quod illorum difficilis esset recuperatio, & propterea petijt licentiam illa vendendi & distrahendi per dictum domi. iudicem sibi impartiri: idem vero iudex vt asseruit veridice informatus quod iura huiuscemodi per certos erant diuersimode occupata, & quorum non erat facilis recuperatio, & cum sibi constaret per informationes receptas vt asseruit, qd creditores hereditarij instabant, & quod propterea expediebat hec iura intricata magis quam alia distrahere, licentiam prepeditam ipsi tutori concessit: de informationibus vero vel occupatione predictorum iurium non apparuit, insuper nec etiam apparuit quod immineret alienum es hereditarium.

¶ Successiue prefatus Ludouicus suo, & dicti domini Bertrandi nominibus, ac etiam tutorio nomine dictorum Lazari & Petri excambiauit & permutauit iura, iurisdictiones, & condominia dictorum castrorum, & ex causa permutationis illa cessit nobili Jacobo gerente do. Montiselari pro quodam prato eiusdem Gerente & quinquaginta Florenis pro maiore valentia iurium iurisdictionum & condominiorum huiusmodi ipsi nobili Ludouico

douico traditis: ⁊ hec permutatio facta est anno dñi Millesimo
quadringentesimo sexagesimo quinto ⁊ die decima nona mensis
nouembris ⁊ vt fertur dictus dominus Bertrandus lapsis pau-
cis diebus ratificauit, ⁊ cum iuramento approbauit dictam per-
mutationem seu excambium, ⁊ vt creditur hoc fecit tempore pu
pillaris etatis, aut si pubes erat, nō excesserat pupillarem etatem
de tribus diebus, ⁊ qui nihil vnq̄ habuit de predictis iuribus,
iurisdictionibus, ⁊ condominijs, nihil etiam de predictis pecu-
nijs, aut de prato prementionato, quinimo fuit pratum huiusmo
di retentum ⁊ postea possessum per dictum Gerente, ⁊ deinde per
eius vniuersalem heredem qui his annis ipsum alienasse ⁊ in
alium transtulisse dicitur. Post dictam vero permutationem ⁊
statim illa facta, dictus Gerente adeptus est ⁊ apprehendit pos-
sessionem condominij ⁊ iurisdictionis castrinoui ⁊ aliorum bo-
norum immobilium inibi consistentium: nescitur autem si Pa-
ludis ⁊ que omnia eius filius ⁊ vniuersalis heres tenet ⁊ possi-
det. Idem autem Iacobus gerente vita functus est ⁊ ab huma-
nis decessit sunt anni viginti quinq̄.

¶ Prefatus vero Lazarus post factam dictam permutationē
professus est religionem ⁊ ordinem gloriosissimi confessoris san-
cti Francisci. in quo ordine ab humanis decessit superstitibus di
ctis domino Bertrando ⁊ petro fratribus ac claudio filio dicti
quondam Ludouici antea vita functi. deinde etiam decessit ab
humanis dictus nobilis petrus superstite ⁊ sibi superuiuente di-
cto domino Bertrādo eius fratre ⁊ herede vniuersali insolidum
⁊ vnico cum beneficio inuentarij. Est verum ꝙ anno mense ⁊ die
dicte facte permutationis prefatus nobilis Ludo. tam suo ⁊ di-
cti domini Bertrandi eius fratris nominibus, q̄ tutorio nomi-
ne dictorum lazari ⁊ petri fecit eodem contextu dicto nobili Ia-
cobo gerente de diuersis eorum bonis ⁊ iuribus in dicta permu-
tatione non comprehensis duas donationes sub colore seruitio-
rum seu pretensorum benemeritorum eisdem fratribus impen-
sarum de quibus tamen non apparet. Unde cum idem dominus
Bertrandus videret se deceptum ⁊ enormissime lesum ex cōtra-
ctu dicte permutationis: tum q: ipse nihil vnq̄ habuit de predi-
ctis: tum q: iura permutata dictorum fratrum excedebant ⁊ ex-
cedunt decuplum valoris dictorū prati ⁊ .l. florenos obtinuit idē
dominus Bertrandus per reue. d. Vicelegatum Auenion̄. secū
super iura. ratificationis prementionate dispensari ⁊ se habilita-
ri ad fines agendi ⁊ detegendi enormem lesionem ac fraudes ⁊
deceptiones, ⁊ absente tamen ⁊ non vocato dicto nobili Iacobo
seu eius vniuersali herede, ⁊ nunc vellet idem dominus Bertran
dus tam suo, q̄ hereditario nominibus dicti petri sui quondam
fratris agere ad recuperationem iurium huiusmodi: quesitum
est an possit, ⁊ si eidem obstabit prescriptionis exceptio.

¶ Pro quorum quesitorum faciliore declaratione premitto hic
1 esse videndum an decretum seu licentia data ⁊ concessa dicto no
bili Ludouico de scilicet vendendo alienando ⁊ distrahendo pre
tio quo posset meliore iura, iurisdictiones, condominia, ⁊ bona la
tius expressa in instrumento concessionis dicte pretense licentie
de iure valuerit, ⁊ an credi debeat verbis eiusdem instrumenti,
quatenus ex his pretendi posset notarium asseruisse dictum iu-
dicem fuisse veridice informatum quod bona ⁊ iura predicta fuis
sent per certos diuersimode occupata, ⁊ quod illorum recupera-
tio non esset facilis. ⁊ videtur quod sic, per id qd̄ scribit Specula.
titulo, de emptione ⁊ venditio. §. nunc dicendum restat. el primo
2 versicu. ⁊ breuiter scias. vbi dicit idem Specu. † quod vbi decre
tum iudicis interpositum inuenitur presumuntur omnes solen-
nitates fuisse adhibite intantum quod statur venditioni, nisi pu-
pillus ostendat iudicem falsis allegationibus circunuentum
fuisse. l. ⁊ si preses ⁊ .l. si quidem. §. j. C. de predijs minor. ⁊ alijs iu-
ribus per eum ibi allegatis. hanc doctrinam commemorat ⁊ se-
quitur Alexander de imola in. l. sciendum. columna octaua. ver-
siculo, item fallit dicta regula. nisi in actu appositum esset iudicis
decretum. ff. de verborum obligationibus. ⁊ in consilio centesi-
movigesimoquinto exordiente, Visis ⁊ consideratis statutis. co-
lumna septima, versiculo tertio autem posset etiā respōderi in pri
mo volumine. ⁊ consilio octuagesimo exordiente, Visis thema-
te suprascripto ac instrumento ⁊c. columna prima, in fin. versicu.
igitur presumendum est ⁊c. in quinto volumine, ⁊ vtrobiq̄ com-
memorat doctrinam Speculato. ⁊ alios multos doctores quos
3 non commemoro cum pro doctissimo loquar. † Sed quod di-
ctum pretensum decretum non obstiterit dictis nobilibus tunc
impuberibus, videtur probari per id qd̄ notat Speculator in di
cto. §. nunc dicendum versiculo, sed quid si iudex: vbi querit quid
si iudex interposuerit decretum sine cause cognitione ⁊c. ⁊ remit-
tit ad not. per eundem titu. de procurato. §. primo versiculo, sed
quid si solum ⁊c. ⁊ sic innuit quod ea que in precedentibus dixe-
rat habeant locum quando apparet de cause cognitione vt quia
perquisiuit ⁊ postea decretum interposuit vt tunc ex iusta causa
videatur interposuisse: secus si nullo modo perquisiuit, sed fidem
adhibuit minori vel tutori asserentibus causam iustam subesse
vt in casu nostro quo nihil videtur notarius in dicto pretenso in-
strumento enuntiasse quod iudicem inducere debuerit ad impar
tiendam predictam licentiam, ⁊ quidem non quod bona ⁊ iura
predicta pretenderentur fuisse per certos diuersimode occupata,
⁊ quod illorum recuperatio non esset facilis. esto enim vt ita, fue-
rit: non propterea suberat causa sufficiens illa vendendi alienan-
di aut distrahendi, sed erat melius ⁊ dictis impuberibus vtilius,
vel saltem non minus damnosum illa sic remanere donec dicti
impuberes adoleuissent. Preterea illa verba, veridice informa-
tus, sunt prolata enuntiatiue ⁊ eo contextu quo facta fuit dicta
expositio, quo fit vt illa non probent pretensam informationem
de ⁊ super illa asserta occupatione per certos facta diuersimode.
⁊ quod nō esset facilis recuperatio bonorum ⁊ iurium predicto-
rum, per ea que scribit Ioannes andreas in additione Specula-
toris. titu. de testibus. §. sequitur. versiculo ⁊ nota quod testis de-
bet iurare in additionibus exordiente. iij. questione. ix. ⁊c. ibi,
quid si in actis scriptum est circa finem additionis. versiculo. si
vero de iuramento testis non apparet. ⁊ Baldus in. l. vt iurisiu-
randi. C. de testamentis. quod maxime videtur procedere in hoc
casu in quo non videtur ibidem iudex verisimiliter potuisse veri-
dice informari, quod bona ⁊ iura predicta fuissent per certos di-
uersimode occupata, ⁊ quod illorum occupatio non esset facilis
oportebat enim inquirere quomodo erant occupata ⁊ si via fa-
cti vel sub vmbra aliquorum pretensorum iurium aut titulorum:
⁊ an illi occupantes essent homines litigiosi aut rixosi, ⁊ si erant
potentes qui verisimiliter potuissent multum resistere, ⁊ de fa-
cultatibus dictorum pupillorum quante scilicet ⁊ quales essent,
⁊ si habebant cognatos vel amicos qui verisimiliter eis subue-
nirent. ⁊ sic non est credendum enuntiatiuis verbis notarij cum
diligens inquisitio ⁊ inuestigatio quam fieri oportuit secun-
dum ea que habentur in. l. magis puto. §. ne passim. cum se-
quentibus. ff. de rebus eorum qui sub tutela fieri non potuerit
tempore facti instrumenti dicte pretense licentie quinimmo re-
quirebatur temporis interuallum ad faciendum dictam inqui-
sitionem. ⁊ se de premissis informandum, per id quod notat glos. ⁊
Bartolus in. l. j. C. de fide instrumentorum ⁊ iure haste fiscalis.
libro decimo. ⁊ Bartolus in. l. sciendum. ff. de verborum obliga-
tioni. nec etiam crederetur iudici si illa essent verba iudicis, cum
non esset in sua potestate omittere dictam cause cognitionē, iux-
ta notata per Bartolum in. l. si forte. ff. de castrensi peculio. ⁊ in
authentica, si quis in aliquo. circa finem. C. de edendo. ⁊ ita con-
suluit Paulus de castro consilio nonagesimoprimo exordiente,
super eo quod queritur. qui pro hoc multa inducit ⁊ in consilio
ducentesimodecimoquinto exordiente, si non intercessisset iura-
mentum. in princip. ⁊ idem voluit Rapha. cuma. consilio cente-
simooctuagesimo, exordiente, videtur prima fronte dicendum.
columna secunda versiculo, nec huic obstat decretum iudicis. ⁊
Andreas Barba: qui istum articulum amplissime prosequitur
in dicta. l. sciendum. charta. xij. colum. ij. versicu. ⁊ infert Roma.
hic ad pulchram questionem appositum est decretum in aliena-
tione rerum minoris ⁊c. ⁊ duabus colum. sequētibus. vbi ad im-
pugnationem doctrine Speculato. in dicto vers. ⁊ breuiter scias
multa inducit, ⁊ tandem concludit contra ipsum, ⁊ hoc maxime
debet procedere in hoc casu, in quo apparet de dicto pretenso de-
creto seu licentia concessa statim ⁊ illico post factam expositionē
⁊ sic qd̄ non fuit facta inquisitio quo casu non presumitur pro de-
creto per id quod scribit Paul. de cast. consil. l. exordiente, in cau
sa que vertitur. colum. iij. vel circa. versic. ⁊ si dicatur propter an-
tiquitatem ⁊c. Alexan. de imol. consil. x. exordiente, ponderatis
his que in themate. in. iij. volu. do. Fely. in. c. sicut. colum. xvij.
versi. septimo ⁊ vltimo declara. ⁊ colum. sequenti, vbi multa scri-
bit, que possunt huic casui adaptari de re iudica. Francis. de aret.
in. c. quoniam contra falsam. colum. fina. versicu. ⁊ quia superius
dictum est. de proba. ⁊ domi. Claud. de aquis. quem nolo omitte
re in dicta. l. sciendum. colum. vlti. versi. ⁊ predicta intellige dum
dicitur quod presumitur ⁊c. ff. de verbo. obliga. pro quo multa in-
ducit que possunt ibi videri. Preterea doctrina que habet ꝙ pro
decreto iudicis presumi debeāt, limitatur vt procedat in decreto
maiorum iudicum. secus autem in decreto inferiorum ⁊ ita limi-
tat Bartol. in. l. tutores. ff. de confir. tutor. allegans Azo. in sum
ma tituli de tuto. ⁊ cura. qui sa. non deder. quos refert ⁊ sequitur
Cuma, in dicta. l. sciendum. ad fi. ⁊ idem tenet Bald. in. c. cum pa
rati. de appella. quem ibi sequitur do. Prepo. colum. iij. ad quod
faciunt nōta. per Bart. in. l. actor. ff. rem ratā habe. ⁊ clarius per
Francis. de aret. consil. lxix. circa medium dum volunt quod pro
facto vniuersitatis nō ita presumitur, sicut pro facto iudicis. istā
limitationem etiā ponit, ⁊ sequitur do. Clau. de aquis vbi supra.
Quod autem in instrumento concessionis licentie prementio

parte reperitur subiunctum quod dicto domi. iudici constiterit per informationes receptas quod plures hereditarij creditores instarent: et quibus satisfieri non poterat absque distractione rerum mobilium hereditatis &c. nihil facit ad iustificationem dicti decreti seu concessionis licentie prementionate: tum quia de hoc nihil fuerat eidem do. iudici parte dicti nobilis Ludouici et suorum pupillorum expositum: sed idem do. iudex volens prebere auxilium et iuuamen non quidem pro defensione bonorum dictorum impuberum, sed magis vt possent valide, apparenter tamen spoliari bonis et iuribus predictis addidit de pretenso ere alieno, in quo non sic debuit supplere ex officio, sed longe magis contra vt scribitur in dicta. l. magis puto. que profecto est lex elegans: tum et quia non apparet quod eidem iudici constiterit de inibi mentionatis scilicet de illo pretenso ere alieno, nec ad quam summam ascendebat, non etiam apparet eidem constitisse de bonis mobilibus que presumptione iuris debebant potius alienari quam bona et iura predicta. l. lex que tutores. C. de administra. tuto. Preterea si bona mobilia non sufficiebant erant vendenda bona immobilia, et considerandum an minus inutile esset vendere talia vel talia, quam ea pro quibus vendendis et distrahendis concessa fuit licentia, per ea que scribit Frede. de se. consil. cxlij. exordien. domino Joanni Fredericus de petrucys et post eum Laurentius de rodul. in repeti. c. sine exceptione. charta. v. versic. sed quero decimo qualis debet esse huiusmodi cause cognitio. xij. questio. ij. que omnia cum vno contextu interuenire non potuerint non fuit nec est verbis narratiuis seu enuntiatiuis notarij fides super illis adhibenda et quis Fede. de se. et Laurentius de rodul. loquantur in aliena. rer. ecc. idem tamen videtur esse in aliena. bonorum minorum et signanter impuberis. quod quoad hoc videntur equipa-
ny. ait. col. xj. versi. sed relinquitur pulchra dubitatio. Philip. de
Franch. in repeti. c. si pater. in materia compendiose substitutio
nis in versic. septimo queritur de questione sepius in facto contin
gente, quid si testator instituit filium ⁊ si filius decesserit sine filijs
vel filij eius sine filijs ⁊c. de testa. in. vj. ⁊ Alexan. de imol. consil.
cv. exordiente prospectis verbis testamenti. d. Francisci in primo
volu. ⁊ nullus hoc negat. Unde cum liberi dicti Iusteti non cen
seantur fuisse grauati, sed ipse Iustetus non procedit quo ad eos
dicta opinio que vt dixi duo exigit. primum quod liberi sint posi-
ti in conditione. Secundum quod fuerint grauati. sed istud secū
dum non fuit in casu nostro vt apparet ex predictis ⁊ ex tenore di
cte substitutionis. ¶ Nec etiā censeri possunt prefate Francesia,
Maria, ⁊ Margarita fuisse substitute suo quōdā fratri heredi scz
vniuersali per dictum Iustetum instituto: hoc enim non colligi-
tur nec apparet ex verbis substitutionum factarum per dictum
quondam Alziarium quod liberi alterius ex dictis heredibus cē
seantur inuicem ⁊ reciproce vnus scilicet alteri ⁊ econtra substi-
tuti. Si enim in substitutione prementionata factā scilicet de fi-
lijs superstitibus aut eorum liberis dictum extitisset, ⁊ si aliquis
dictorum filiorum suorum heredum vniuersalium quandocunque
decesserit sine liberis legitimis ⁊ naturalibus, aut cum liberis ⁊
illi liberi sine alijs liberis: substituit vltimo morienti seu deceden
ti in omnibus bonis illi filio relictis, forsasse videretur quod idē
quondam magister Alziarius censeri deberet fecisse tacitam sub
2 stitutionem, per † quam si qui ex liberis illius filij grauati deces-
sissent sine liberis, fuissent superstites liberi inuitati ad portionē
illius sic decedentis, ita quod huiusmodi superstites donec deuē-
tum extitisset ad vltimum repulissent vel exclusissent alios filios
testatoris vel illorum liberos, per id quod habetur in. l. titia seio.
§. seia libertis. ff. de leg. ij. ⁊ ꝙ post Din. nō. Bart. ⁊ doct. in. l. vel
singulis. ff. de vulga. ⁊ pupil, Paulus de castro Alexan. de imol.
do. Ias. de may. ⁊ alij in. l. si pater impuberes. ff. eo. titu. Paulus
de ca. Ioan. de imol. ⁊ Alexand. de Imol. in. l. pater filiam. §. fi.
ff. ad leg. falcid. volunt enim quod si institutis duobus vel multis
filijs pater in tota hereditate aliquē substituat pone ecclesiam
vel alium vltimo morienti censeatur pater reciproce filios institu
tos adinuicem substituisse. ⁊ hoc operātur duo copulatiue scilicet
substitutio facta vltimo decedenti ⁊ in tota hereditate. per hec
enim duo censetur testator voluisse quod omnia bona peruenirēt
ad ipsum vltimum decedentem. l. denique §. interdum. ff. de pecu-
lio legato. quod non fieret nisi vltimo decedens censeretur ⁊ esset
primo decedentibus substitutus. Sed in casu nostro non fuit vs-
quequaque vel omnino sic dictum. ⁊ quidem non reperitur scriptū
quod dictus magister Alziarius substituerit vltimo morēti: sed
est scriptum quod post mortem omnium liberorum inibi mentio
natorum substituit eis non dicit vltimo, sed eis, hoc est liberis
dicti filij decedentis prout supra substituit superstites filios aut
eorum liberos in stirpes. ⁊c. Non igitur videntur in hoc casu co-
pulatiue concurrere illa duo de quibus in. d. l. titia seio. §. seia li-
bertis, que sunt vt predixi quod fiat substitutio vltimo decedenti
⁊ quod fiat in tota hereditate vel in omnibus bonis. ⁊ sic dictus.
§. seia libertis. non videtur facere ad hunc casum. ¶ Preterea nō
apparet quod liberi dicti Iusteti fuerint inuitati aut substituti
per dictum quondam magistrum Alziarium vt iam dixi. ⁊ sic
non videtur posse dici quod illi censeantur ⁊ fuerint inuicem re-
ciproce substituti. dicta. l. ab eo. C. de fideicommissis. ⁊ quod scri
bunt doct. in dicta. l. centurio. post contra Barto. in dicto versi-
culo quero vlterius quid si testator dixerit si filius meus ⁊c. qua-
tenus ibi volunt quod quem non honoro non onero ⁊ respondēt
ad dictam. l. denique. §. interdum. ff. de pecu. lega. Et per hec pa-
tet responsio ad primum quesitum scilicet quod dicte Francesia,
Maria, ⁊ Margarita non censeantur substitute dicto Iuste-
to earum quondam patri aut dicto eius filio fratri quondam
earundem.

Ad secundū dico ⁊ respō-

3 deo † quod prima facie videtur dictos Hugonem ⁊ liberos pre-
fatorum

fatorum Joannis ⁊ Pantaleonis debere repelli ⁊ excludi a sub-
stitutione prementionata ⁊ vniuersali fideicommisso per illam
eis relicto, ⁊ hoc propter superexistentiam dictarum Francesie,
Marie, ⁊ Marguarite filiarum dicti quōdam Justeti. nō enim
verum est quod Justetus decesserit sine liberis, aut ꝙ omnes ei⁹
liberi sine liberis decesserint: cum adhuc ex liberis ⁊ filiabus eius
dem quondam Justeti supersint dicte Frācesia, Maria ⁊ Mar-
garita. ⁊ sic non videtur fuisse purificata conditio sub qua per pri-
mam substitutionem factam a dicto quondam magistro Alsia-
rio fuerunt substituti superstes filij. aut eorum liberi. Quo fit vt
dicta conditionalis substitutio non fuerit suum sortita effectum.
l. cedere diem. ff. de verb, significat. l. qui heredi. §. finali. ff. de con
ditio. ⁊ demonstratio. ⁊ l. iubemus. circa finem. C. ad trebellia-
4 num. † Sed contrarium videtur verius per id quod singulariter
voluit Nicolaus de ma. in. l. penultima. C. de impu. ⁊ alijs substi.
vbi dicit quod quamuis substitutus duobus filijs testatoris sub
conditione si vterq; sine liberis decesserit, non admittatur regu-
lariter nisi prius vterque ex filijs huiusmodi ab humanis ⁊ sine li
beris decesserit, hoc tamen fallit eo casu quo primo decedens te-
staretur ⁊ extraneum sibi heredem institueret. quia isto casu non
expectata morte filij superstitis debet admitti substitutus ad
partem defuncti: ⁊ hoc pro eo quia testator censebatur cogitasse
quod primo ex filijs decedente superstes in eius portionem suc-
cederet dicta. l. penultima. C. de impube. ⁊ alijs substi. l. qui duos
ff. de vulgar. ⁊ pupil. ⁊ l. qui duos. ff. de reb. dubijs. Sed quia pro
pter testamentum factum per primum decedentem impeditur
successio per testatorem cogitata, debet illico admitti substitu-
tus ad portionem dicti primo decedentis non obstante superexi-
stentia superstitis. Et hanc determinationem Nicolaus de ma.
sequitur Bald⁹ in dicta lege penultima, colūna finali, vbi etiam
Paulus de cast. Ful. Alexand. de Jmo. ⁊ d. Jas. de may. ⁊ ita
etiam consuluit Alexan. de imo. consi. xxxviij. exordiēte, viso the
mate de quo supra. col. si. versic. accedit etiam ad confirmationē
predictorum. in primo volumine. ⁊ consil. xcj. exordiente, super eo
de quo queritur in superiori themate. col. iiij. versicu. nec obstat
dum quarto dicebatur. ibi, ⁊ singulariter decidit Nico. de mata.
in. iij. volumi. ¶ Pro dicta parte etiam facit quod si pater duo-
bus suis filijs impuberibus ⁊ ex duabus vxoribus susceptis here
dibus institutis, substituat sub conditione si vterq; in pupillari
etate decesserit, ⁊ contingat iuniorem ab humanis decedere su-
perstitibus fratre consanguineo ⁊ matre defuncti: quia mater in
successione ab intestato huius defuncti impuberis repelleret fra-
trem consanguineum tantum authentica. defuncto. C. ad tertul.
⁊ in corpo. vnde sumitur. Et sic nō eueniret id de quo testator co-
gitauit, hoc est ꝙ frater superstes fratri primo decedenti succede
ret: admittitur pupillaris et substitutus, non obstante superexistē
tia fratris: ⁊ tamen non est verum vtrunq; decessisse in pupillari
etate: cum adhuc supersit alter ex fratribus. ⁊ hec voluit Alexā.
de imol. in. d. consilio. x j. col. iiij. post Fulg. in. d. l. penultima. v-
bi etiam idem voluit Pau. de castro columna. ij. versi. sed quero
hic singulariter. ⁊ in. d. l. qui duos. ver. sed oppono quod imo. ⁊c.
ff. de vulg. ⁊ pup. ⁊ sequitur do. Jas. de may. in. l. penultima. col.
iij. versi. cogita tamen in isto vltimo casu. ¶ Ex quibus omnib⁹
videtur ꝙ cum dicte Francesia, Maria, ⁊ Margarita non suc-
cesserint dicto eorum fratri consanguineo, sed fuerint repulse ⁊ re
pellantur per matrem eiusdem quondam fratris dictarum Frā-
cesie, Marie, ⁊ Margarite nouerca, dicta authētica, defuncto
C. ad tertullianum. ⁊ in corpo. vnd. sumit. superexistentia earūdē
Frācesie, Marie, ⁊ Margarite non impediat dictos Hugonem
⁊ liberos dictorum quondam Joannis ⁊ Pantaleonis per pre-
dicta. ⁊ sic in personis istorum sibi vendicauit locum substitutio
fideicommissaria comprehensa in reciproca admissa compendio-
se. Et sic debet pars ⁊ portio in qua fuit heres institutus dictus
quondam Justetus restitui prefatis Hugoni ⁊ liberis dictorum
Joannis ⁊ Pantaleonis.

1 Poterit tamē mater ex p-
sona dicti quondam eius filij detrahere duas quartas, scilicet le-
gitimam ⁊ trebellianicam, iuxta ea que scribit glossa Bartol⁹ ⁊
doctores in. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inofficioso testa-
mento. glossa Bartolus ⁊ doctores in. l. quanquam. C. ad legem
fal. Bal. in. l. quē filiu. C. familie erciscūde. ⁊ canonist. in. c. Ray
nutius. de testamentis. Multas remissiones ponit dominus Ja
son may. in authent. res que. columna tertia vel circa. C. commu.
de lega. pro quo sunt boni text. in dicto. c. Raynuti⁹. ⁊ in. c. Ray
naldus. de testamentis. Et si queratur quanta fuerit legitima ⁊
quanta quarta trebellianica. Dico ⁊ respondeo quod cum dicto
quondam magistro Alziario superfuerint vt opinor sex liberi pri
mi gradus, tres scilicet filij ⁊ tres filie horum omnium legitima
fuit semis seu dimidia pars bonorum dicti quondam magistri
Alziarij, eorum scilicet, q̄ deducto ere alieno ⁊ funeris impensa su
perfuerunt tempore mortis authentico de triente ⁊ semisse. §. j.
collatione tertia. ⁊ transsumptiue in authentica, nouissima. C. de
inofficioso testamēto iuncta. d. l. Papinianus. §. quarta autem.
Et sic legitima dicti Justeti fuit sexta pars huius dimidie partis
seu duodecima pars onorum predictorum, que primo debet
detrahi de illa quota seu portione in qua fuit idem Justetus
heres institutus, ⁊ de residuo detrahetur quarta pars pro
trebellianica iuxta theoricam quam ponit gl. in. d. c. Raynald⁹
Super verbo licet ipsas. vbi etiam docto. Bald. in. l. si vero. §.
quid ergo. ff. de testamen. mili. Ange. consi. cxix. exordiente, ma
gnificus miles dominus Guilielmus. colum. ij. versi. quarto pre
misso. ⁊ Joan. de imo. in. l. coheredi. §. cum filio. col. ij. ff. de vulg.
⁊ pupil. ⁊ in his duabus quartis ⁊ alijs bonis per dictum quon-
dam Justetum vel etiam eius filium acquisitis, seu aliunde ad
eos peruentis quam ex successione dicti quondam magistri Al-
ziarij succedit dicta mater. Residuum vero debet restitui dictis
Hugoni superstiti ⁊ liberis predictorū Joānis ⁊ Pantaleonis.

1 ☞ Mulier an succedere possit in bonis paternalibus ⁊ mater
nalibus fratri sine liberis ⁊ ascendentibus ab intestato vita fun
cto, non obstante quictatione quam fecit de bonis paternalibus
⁊ maternalibus.
2 Mutata persona, rei quoq; conditio mutata censetur.
3 Fratri sine ascendentibus ⁊ descendentibus heredibus vita fun
cto: superstitibus tamen fratribus alijs ex parte patris, ⁊ alijs ex
parte matris, quomodo ⁊ in quota hereditatis ⁊ bonorum per eu
acquisitorum parte debeant dicti fratres succedere.

¶ Epitome.

¶ Utrinque coniuncti fratres in mutua sucessione preferuntur
coniunctis tantum ex altero parente. A. F.

¶ De leg. heredi. Consi. ccxxxvij.



Ulta sunt de quibus
q̄rit honesta mulier Guilielmta caluerie. Qui
bus respondeo breuiter ⁊ succincte.
¶ Et primo ad primum dico ⁊ respondeo quod
cum prouido quondam viro Antonio claueri
sine liberis ⁊ ascendentibus ab intestato vita functo super fue-
rint prefata Guilielmeta, eiusdem Antonij soror vtrinque con-
iuncta, ⁊ honesta mulier Peyrona alarde filia quondam natura
lis ⁊ legitima Joannete caluerie eiusdem quondam Antonij so
roris vtrinque coniuncte, dicte Guilielmeta, ⁊ Peyrona debent
eidem quondam Antonio ab intestato vita functo equis portio
1 nibus succedere †, quelibet scilicet pro semisse seu dimidia parte.
authentico, de heredib. ab intesta. §. reliquum, ⁊ quod ibi docto.
collatio. nona, ⁊ authentico, vt fratrum filij. in princi, eadem colla
tio. quod etiam scribit Alexander de imola consilio. cxxxvij. ex-
ordiente, preclare a priore consultore scriptum ⁊ ratione consultū
esse puto in primo volumine.

Ad secundū dico ⁊ respon
deo, quod quictantia de qua ibi non debet nocere prefate Pey-
rone quominus dicto quondam Antonio vna cum dicta Guiliel
meta succedat, quinimo plus dico quod si dicta quondam Joan
neta, que predictam quittantiam fecisse dicitur hodie viueret:
ipsa non obstante quittantia huiusmodi, posset dicto Antonio
eius quondam fratri succedere cum dicta Guilielmeta etiam in
2 bonis paternis ⁊ maternis, † pro eo quia in mutatione persone
rei conditio videtur esse mutata. l. vltima, in fine. C. de inoffic. te-
stamē. l. Paulus, §. j. ff. de acquirenda hereditate. l. prima. §. nec
castrense. ff. de collati. bonorum vt pro hoc optime facit. l. qui Ti-
tiq. ff. de his quibus vt indign. ⁊ l. hereditas materterę. C. de pe-
titio. heredita. hoc voluit Oldradus quem refert ⁊ sequitur Al-
be. in. l. si quando. §. illud. colūna tertia. versi. sed quid si renuncia
uit aliquis solenniter ⁊ legitime bonis paternis. C. de inoffi. test.
Angelus consilio quinquagesimoprimo exordiente, dominus Zi
glius ⁊ domina Guffeligia fuerunt consortes. Roma. consi. clx-
viij. ⁊ Alexā. de imo. in. l. j. §. veteres. columna. ix. vers. expressius
Angelus in consilio. j. incipiente ⁊c. ff. de acquirēda possessione.

Ad tertiū dico ⁊ respōdeo
preus [illegible] scilicet, quod dicta Peyrona debeat dicto Antonio
[illegible] quondam patruo succedere vna cum dicta Guilielmeta ⁊
quod eidem Peyrone non noceat quictantia per dictam Joan-
netam eius quondam matrem facta de bonis paternis ⁊ mater-
nis, per iura predicta.

Ad quartum patet respõsio ex predictis, scilicet quod tantum habeat ⁊ habere debeat in bonis dicti quondam Antonij dicta Peyrona eius quondam neptis, quãtum prefata Guilielmeta eius quondam soror.

Pro faciliori responsiõe ad
3 † quintum quesitum ⁊ solutione illius premitto quod quando moritur aliquis sine ascendentibus ⁊ descendentibus, cui tamen supersunt fratres, pone: vnus ex parte patris, alius ex parte matris: tunc solet dici quod in bonis acquisitis per fratrem defunctum succedũt communiter ⁊ equis portionibus fratres consanguineis ⁊ vterinis, sed in bonis a patre ad defunctum peruentis succedit tantum frater consanguineus. in bonis vero peruentis a matre succedit frater vterinus, secundum glossam communiter ab omnibus approbatum in authentica, itaq. C. communia de successioni. ⁊ pro hoc solet allegari. l. de emancipatis. in fine. C. de legitimis heredibus. Sed non fit hec distinctio quando fratres vtrinq coniuncti, vel fratres ⁊ liberi alterius fratris premortui vtrinq coniuncti succedunt fratri ⁊ patruo, sed succedunt tam frater quam nepos in omnibus bonis, pro eo qr vt dicit Bart. in. l. prima. §. si filius. ff de coniungend. cum emancipat. liber. iura que dicunt quod in materia successionis hereditatis, nepos succedit in locum patris vel matris, debent intelligi, id est, in gradum suum, ergo si nepos succedere dicitur in gradum patris sui quo ad effectum succedendi, sequitur quod nepos seu filius patris aut sororis debet succedere sicut succederet pater suus aut mater sua si viueret. Quemadmodum igitur dicta distinctio nõ fieret nec fieri posset vbi viueret dicta quondam Joanneta cum ⁊ ipsa ⁊ Antonius haberent prorsus eosdem patrem, matrem ⁊ alios superiores seu ascendẽtes: ita nec fieri potest in hoc casu. ⁊ sic dico vt predixi. quod dicta Peyrona habere debeat in omnibus bonis dimidiam partem. Et ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

Epitome.

In restituenda per heredem filiũ grauati hereditate, prius detrahenda est legitima, deinde trebellanica. V. F.

Ad S. C. Trebel. Consil. ccxxviij.

Ex casu mihi exhibito parte honeste mulieris isabelle vxtice filie quondam naturalis ⁊ legitime Joannis, vxtice seniorís colligitur ⁊ apparet eidem Joanni superfuisse septem liberos primi gradus, scilicet Petrum ex prima vxore, ex secunda vero Joãnem Manaldum, Roletũ, Colletam, Annã, ⁊ dictam Isabellam suos filios ⁊ filias naturales ⁊ legitimas. Quoq bona eiusdem quondam Joannis, tempore eius vite ⁊ mortis detracto ere alieno ⁊ funeris impensa valebant septem mille florenis. Quo fit vt legitima predictorum liberorum fuerit dimidia pars bonorum predictorum authentico, de trien. ⁊ semi. §. primo columna tertia ⁊ transsumptiue in authẽ. nouissima. C. de inoffic. testa. iuncta. l. papinianus. §. quarta autem. ff. eo. tit. Et sic legitima prefate Isabelle ascendebat ⁊ ascendit ad valorem quingentorum florenorum. Si igitur nõ habuerit nisi tricẽtos florenos potest adhuc petere ducẽtos p supplemento eiusdem legitime. l. omnimodo. C. de inoffic. testa. Et potest petere quod sibi detur de bonis ⁊ substantia eiusdem quondam Joãnis senioris vsq ad valorem dictorum ducentorũ florenorum. l. scimus. § repletionem. ⁊ quod ibi doct. C. de inoffic. testa. quod etiam post Guilielmum de cu. voluit Bartolus in. l. suus quoq. in fine principij. vbi etiam Joannes de imola col. vij. ff. de heredi. instit. ⁊ Alexander de Imol. in. l. non amplius. §. cũ bonorum. ff. de lega. i.

Ceterum viso testamento dicti quondam Joannis vxtice senioris in quo heredes vniuersales instituit dictos Joãnem, Manaldum, ⁊ Roletum suos filios ⁊ eos ad inuicem prout ibi scilicet reciproce cum adimpletione compendiose substitutionis substituit. Dico quod cum dictus Roletus factus maior quatuordecim annis, ⁊ post additionem seu immistionem paterne hereditatis ab humanis sine liberis decesserit, fuit ⁊ est locus fideicommissarie substitutioni, ⁊ sic pars ⁊ portio in qua fuit dictus quondam Roletus heres institutus debet restitui dicto Joanni iuniori: prius tamen detractis de illa portione seu parte duabus quartis, scilicet legitima dicti quondam Roleti, ⁊ quarta trebellianica, per ea que scribit gloss. Bar. ⁊ doct. in. d. l. papinianus. §. meminisse. gloss. Bartol. ⁊ docto. in. l. quanquam. C. ad legem falci. Bald. in. l. filium quem. C. fami. ercisc. pro quo seruit bonus text. in. c. Raynutius. ⁊. c. Raynaldus. de testa. Legitima vero
1 dicti Roleti ascendebat ⁊ ascendit ad valorem quingentorum florenorum prout dixi de legitima predicte Isabelle: ⁊ ista primo detrahetur de portione seu parte illa in qua fuit idem quõdam Roletus heres institutus: ⁊ de residuo detrahetur quarta pars pro trebellianica: iuxta theoricam quam ponit glossa i dicto. c. Raynaldus. Super verbo, licet ipsas. vbi etiam doct. Bald. in. l. si vero. §. quid ergo. ff. de testa. mili. Angelus consilio cxicx. exordiẽte. magnificus miles dominus Guilielmus columna secunda. versi. quarto premitto. ⁊ Joanes de Imola in. l. coheredi. §. cum filio. ff. de vulga. ⁊ pupilla. ⁊ in istis duabus quartis ⁊ de bonis acquisitis per dictum quondam Roletum ⁊ ad eum peruentis aliunde quam ex paterna successione, debet dicta Isabella habere sextam partem, pro eo quia in istis succedit ipsa Isabella cum honesta muliere Honorata sua matre, Joãne, ac sororibus, ⁊ filia Manaldi, excluso Petro ex prima vxore, authẽ. defuncto. C. ad Tertul. ⁊ in authentica, itaq. C. communia de successio. Residuum vero, hoc est id quod remanet de illa parte ⁊ portione in qua fuit heres institutus dictus quõdã Roletus prius facta detractione seu retentione dictarum duarum quartarum, debet dicto Joanni iuniori restitui in vim dicte substitutionis.

Ex premissis concluditur ꝙ Isabella debeat adhuc habere in ⁊ de bonis dicti quondã Joannis senioris sui patris vsq ad valorem ducentorum florenorum. Debet etiam habere sextam partẽ legitime dicti quondam Roleti que ascendit ad valorem centũ octogintatrium florenorum ⁊ quatuor grossorum. debet etiam habere sextam partem illius quarte partis que detrahetur pro trebellianica ⁊ sextam partem omnium bonorum acquisitorum per dictum quõdam Roletum postquam supponimus eum ab intestato decessisse.

1 Dispositio adaptari solet rei cui dispositionis verba adaptantur.
2 Intellectus. §. balneas. l. prediis. ff. de legatis tertio, quis sit secũdum Bartolum.
3 Domus inter duas parochias sita vtri ipsarũ accedere debeat.
4 Domus vendite vel legate appellatione an ⁊ quando veniat stabulum vel hortus ipsi domui coniunctus vel contiguus. 5. ⁊. 6.
7 Et quid de cenaculo porticus, vel conclaui. ibidem, nu. 7.
8 Judicis factum, mandato cuius res distrahitur ⁊ venditur, habetur perinde ac si pars ipsa cuius res erat vendidisset, ⁊ hoc quo ad euictionem.
9 Prescriptione longi temporis, memoria cuius excidit a mente hominum perditur possessio.
Et ibi quod dicatur longum tempus. ⁊ nu. seq.

Epitome.

Domus ex domini mente ⁊ destinatione vel vna vel bina censenda est. V. F.

Aedifi. priua. Consi. ccxxix.



Multa sunt que facere videntur contra intentionem nobilis ⁊ generosi viri Stephani robini domini Grauisonis, in causa quam inchoauit ⁊ prosequitur contra nobilem virum Bernardum de morano. Et primo quidem contra ipsum facere videtur, quod domus schole ⁊ domus furni in processu dicte cause latius mentionate non solum sunt ⁊ hactenus fuerunt due diuerse domus: sed etiam tempore factarum pretensarum exequutionum pro ⁊ ad instantiam nobilis ⁊ egregij quondam viri domini Petri robini medici ⁊ dicti nobilis Stephani pretensi patris: ⁊ ante tempus huiusmodi sorte lite erant vocari ⁊ vocabantur varijs seu diuersis nominibus vna scilicet domus schole iudeorum, alia vero domus furni, ⁊ que etiam habebant diuersos ingressus, ⁊ hostia principalia, ⁊ quidẽ de domo schole non dubitatur, de domo etiam furni deponunt vt opinor testes quod etiam habebat hostium ⁊ ingressum a parte carrerie publice. Quo fit vt supposito citra preiudicium veritatis, quod ⁊ pignoratio ⁊ alie exequutiones etiam vsque ad missionem in possessionem inclusiue fuerint facte legitime in ⁊ super dicta domo schole, non propterea sequatur, quod etiam ille facte extiterint, vel fuisse quoad iuris effectum censeri debeant super domo furni: quia ex separatis non opportune infertur lex inter stipulãtem. §. sacram: versiculo sed hec dissimilia. ff. de ver. obligat. l. si maritus. la. i. C. de dona. inter vir. ⁊ vxo. ⁊ vulgata. l. papinianus exuli. ff. de mino. Preterea verba dictarum pignorationis ⁊ aliarum executionum nõ adaptãtur domui furni: sed duntaxat domui schole: ergo nec ipse executiões cẽsent aut cẽseri de-
1 bent fuisse facte sup dicta domo furni, † ar. eius quod dici solet ꝙ
cui

cui non adaptantur verba dispositionis nec ipsa dispositio. l. si
seruum quis. §. non dixit. ff. de acquire. heredi. l. i. §. loquitur. ff.
de aqua plu. & estiua. l. quarta. §. quoties. ff. de dam. infec. & l. ita
autem. ff. de administra. tuto. Et sic non videtur ꝙ dicte execu-
tiones debuerint aut debent extendi ad dictam domum furni.
Quod maxime videtur procedere & processisse in casu de quo
queritur: cum dictus quondam do. Petrus robini ad cuius in-
stantiam capta fuit de pignore, & deinde subhastata, & sibi libe-
rata domus schole iudeorum, christianis existeret, & pro lampa-
dibus dicte schole accendendis, & domo ipsa scobanda, aut mũ-
danda, non indigeret famulo: & sic nec domo furni superius mẽ-
tionata.

Quibus non videtur obstare

l. prediis. §. balneas. ff. de leg. iii. quoniam respondeo quod in d.
§. balneas, multo plura concurrebant propter que balnee vide-
bantur accedere domui legate: ibi enim non solum per domum
legatam habebatur intrinsecus aditus ad balneas: sed etiam
erant balnee in vsu patrisfamilias. fuerant etiam domus & bal-
nee simul locate, & vno pretio comparate seu empte. in casu autẽ
nostro hoc solum apparet ꝙ per domum schole haberetur adi-
tus ad domum furni., & ꝙ in illa habitare consueuisset homo iu-
deus, qui lampades schole accenderet, & domum mũdaret: & ita
non videtur ꝙ, dictus. §. probet, qd in casu nostro domus furni ac-
cedere debuerit & accesserit domus schole, & quod tanquam ac-
cessoria censeri debeat fuisse capta de pignore, & consequẽter di-
stracta & inde in possessionem illius missus dictus quondam
do. Petrus robini. Etiam nec premissis obstat. d. l. prediis. §.
qui domum. Quoniam respondeo quod in casu illius. §. ortus
de quo ibi ideo cessit domui legate quia ille comparatus seu em-
ptus extiterat causa domus: vt scilicet emptor illam ameniorẽ
& salubriorem possideret, & qui per eam aditum habuit. Sed in
casu nostro non apparet ꝙ domus furni fuerit comparata seu
2 empta causa schole. † Et quamuis Bartol. in. d. §. qui domum.
dicat se putare qd solus aditus sufficiat ad hoc vt dicatur vel
balnee vel ortus accedere illi domui per quam est ad eos aditus
l. quod conclaue. ff. de dam. infe. Videtur tamen ꝙ mens Bart.
fuerit, hoc procedere quando ad ortum vel balneas nõ esset adi-
tus vel ingressus, nisi per domum. & hoc videtur satis colligi ex
his que ipse scribit in. d. §. qui domum. in questione quã ipse ibi
facit de domo posita in duabus parrochiis, in cuius solutione di-
3 cit domum huiusmodi cedere illi per quam habet aditum. d. l. pre-
diis. §. balneas. & l. ꝙ conclaue. sed si haberet aditum per vtranque
parochiam, cedere debet illi parochie per quam habet aditũ ma-
gis frequenter. l. legatis. §. si vnus. & l. pediculis. §. argento. ff. de
auro & argen. legat. & si haberet aditum per vtranque parochiam
eque principaliter cederet vtrique arg. l. assumptio. §. iuris prudẽ-
tibus. ff. ad munici. quod etiã voluit Ang. Paul. de castr. Joan.
de Jmol. & Roma. in. d. l. quod conclaue. & si haberet aditũ tam
ex parte anteriori ꝙ̃ ex parte posteriori cederet illi domui ꝑ quã
habet aditũ a parte anteriori, quia illa est nobilior pro quo Jo.
de Jmo. qui hoc voluit in dicta. l. quod cõclaue allegat. l. cum in
diuersis. ff. de religio. & sumpti. funer. vnde cum ad dictam do-
mum furni haberetur aditus, non solum per domum schole, sed
etiam per portam anteriorem positã scilicet a parte publice car-
rerie non potest concludi ex dictis Bart. in dicto. §. qui domum
alio non apparente, quod dicta domus furni accederet domui
schole. & si dicatur ꝙ aditus ad domum furni, magis frequenta-
retur per portam schole quam per portam que erat & est a parte
publice carrerie: dico & respõdeo, quod de hoc non apparit: quini-
mo non hoc fuit propositum: quod tamen vtpote fundamentum
intentionis dicti nobilis Stephani debuisset proponi & probari
quia quis semper aut regulariter tenetur id quod est fundamẽ-
tum sue intentionis, siue illud sit factum affirmatiuum siue nega-
tiuum. l. actor. C. de probatio. l. in exceptionibus. in principio. ff.
eodem titulo. & lege si quis. C. de fabricẽsi. libro vndecimo. & quod
notat Innoc. in. c. super his, de accusatio. Bartol. Joannes de
Jmol. Alexan. de Jmol. & docto. in. l. in illa. & l. ex hoc iure. ff. de
ver. obliga. Et ad hoc quod non solum debuerit aut debeat habe-
ri respectus ad aditum ad dictam domum furni qui erat per do-
mum schole, sed etiam ad aditum qui erat per portam eiusdem
domus positã a parte publice carrerie. bene facit id quod refert
4 Paul. de cast. in. l. olimpico. ff. de seruitu. vrba. pred. † dicit enim
ꝙ ipse pluries audiuit Bal. allegantem dictam. l. Ollimpicor al-
legatam. l. prediis. l. arbor. §. de vestibulo. ff. commu. diuidu. ad
hoc videlicet ꝙ si vendatur vel legetur domus, venit stabulũ vel
ortus coniunctus aut contigeus domui legate vel vendite, si ad
illud non erat aditus nisi per domum legatam vel venditam vel
etiam si erat aliunde: tamen emptus fuerat simul cum domo &
eiusdem pret. ũ vnde cum vt predixi non solum esset aditus ad di-
ctam domum furni per domum schole, sed etiam aliunde, nec pro-
batum extiterit, quinimo nec propositum quod dicte domus fue-
rint simul & eodem pretio empte, infertur a cõtrario sensu eorum
que solebat allegare Baldus & quem sequitur Paulus de cast.
quod in casu nostro aliter sit censendum scilicet quod per dictas
pignorationem & alias exequutiones censeri non debeat domus
furni fuisse de pignore capta, & consequenter distracta & vendita.
& signanter cum in dicta domo esset furnus & in quo decoquebã-
tur caudole, erat etiam ibi horreum ad bladum custodiendum.
5 † & pro premissis videtur esse bonus textus in dicto capitulo fin.
ibi quatenus domum positam & post pauca & ortum atque hospi-
tia que iuxta eandem domum Janua clausit eidem debeas tra-
dere duodecima questione secunda. vbi beatus Gregorius non
solum mandauit domum tradi: sed etiam ortum & hospitia, que
iuxta eandem domum Jenua clauserat. quod verisimiliter non
fecisset sub dispositione fieri mandata de domo comprehendere-
tur ortus. & ibi sensit glossa quod qui dat domum vel aliam rem.
non videtur dedisse ea que sunt ei annexa nisi expressa fuerint
6 † Pro premissis facit quod scribit Bald. in dicta lege Olympico
dicit enim quod si maritus legat vxori domum ad habitationem
venit ortus accessorius domui dicta. l. prediis. §. balneas. qui pro-
pterea sentit quod secus sit in orto non accessorio & idem videtur
dicendum in casu nostro. imo & in eo magis, quia magis solet or-
7 tus accedere domui. † Et idem videtur de cenaculo, porticu, & cõ-
claui que videntur magis accedere alteri rei vtpote domui quã
domus domui. & signanter vt predixi que habet portam anteriorẽ
& a parte publice correrie & sic supposito quod vt voluit Joanes
Andr. in. c. Raynucius. de testã. ortus censeatur accedere domui
cui est contiguus non tamen idem dicendum est de domo domui
contigua. quia non vtrobique videtur eadem esse ratio: & preser-
tim in casu presenti, in quo apparet quod in dicta domo sit furnus
& horreum insuper & a parte anteriori. & sic non bene inferretur ex
orto ad domum, quia ex separatis & diuisam rationem habenti-
bus non infertur.

8 ## Preterea † hic est attendẽdũ

quod licet quoad euictionem rei vendite factum iudicis, cuius
mandato res distrahitur & venditur, habatur perinde ac si pars
ipsa vendidisset. l. si ob causam. C. de euictio. cum suis similibus
tamen facilius censeri aut presumi debet pars rem suam vendi-
disse cum accessoriis illius quam iudex vtpote que magis nouerat
valorem rei lege quisquis. C. de rescindenda venditione iu-
dex vero non sic: & cum mandatis iudicum exponuntur res vena-
les ad publicum incantum, non sic cogitant homines de accesso-
riis, prout cogitant quando emunt a priuatis: quod etiam vide-
tur contigisse in casu in quo non apparet dictum quondam domi-
num Petrum robini domum furni tenuisse, ad cuius tamen in-
stantiam capta fuerat & distracta dicta domus schole. Preterea si
Arelate aliter nominabatur domus schole, & aliter domus furni
& domus schole. empta est terra de pignore duntaxat sub nomi-
ne schole. & deinde sub eodem nomine facte fuerint alie executio-
nes, potuisset esse damnosum vniuersitati iudeorum debitorum,
imo & succedentibus. pro eo quia longe minus pretium fuisset de
domo schole oblatum faciendo super executione prout facte exti-
terunt quasi dictum extitisset quod domus schole cum domo fur-
ni illi contigua &c.

Secundo facit contra dictum nobilẽ Stephanum, quod dicta
domus furni fuerit tenta & possessa tam per dictum de Morano,
quam suos predecessores a quibus causam habuit ab anno do-
mini millesimo quadringentesimo octogesimoquarto & decima
tertia die mensis Augusti vsque vel circa ad annum domini mille-
simum quadringẽtesimum nonagesimum octauum & diem octa-
uam mensis Junii & sic per decem annos & vltra. Quo fit vt di-
ctus nobilis Stephanus male expertus extiterit eo remedio seu
iure quo experiri tẽtauit. Tum quia possessio paternarum rerum
non continuatur in filium vt voluit gloss. in. l. cum miles. in prin.
ff. ex quib. cau. maio. & in. l. cũ heredes. in princ. ff. de acqui. possess.
quas doc. cõiter sequuntur in. l. in suis. ff. de libr. & posthum. vbi
Alexan. de Jmol. col. iii. ver. in gl. que incipit etiam & possessio-
nem. Tum † & quia possessio perditur per negligentiam tãti tem-
poris ex quo resultat obliuio. vt voluit glossa in. l. si de eo. §. si for-
te. ff. de acquiren. posses. & in. d. l. est longum tempus. vt dicit glo.
si id quod in principio. ff. de acquiren. possess. & glo. in. l. fin. C. vnd.
vi. longum autem tempus dicitur esse tempus decem annorum
l. fideicommissa. §. aristo. ff. qui & a quibus vt nõt. gloss. in. l. cum
de in rem verso. ff. de vsuris. & in lege si filius. in gloss. prima. C. de
petitione hereditatis. Multas remissiones ponit Alexander de
Jmola & alii in dicta lege si de eo. §. si forte. ff. de acquiren. posses.
Et sic secundum hanc opinionem perditur possessio militis pro-
pter negligẽtiam decẽ annorum. Sed gl. in. l. furtũ. §. fundi quã

ibi sequitur Iacobus de raue. ⁊ Ang. ff. de vsucap. Ioãnes de Imo. in. c. querelam. de elect. ⁊ Cyn. in. l. j. in prima questione. C. vbi cau. stat. ⁊ Bald. in. l. secunda columna nona. vel circa versic. sed queritur an per negligentiam. C. de seruituti. ⁊ aqua. dicit per negligentiam animi perdi possessionem per lapsum temporis arbitrio iudicis declarandi: ⁊ quod iudex debet arbitrari de tempore minori decem annis. cum enim dominiũ perdatur per decem annos. C. de prescriptio. long. tempo. per totũ debet dici quod possessio perdatur minori tempore, arg. l. si quis vi. §. j. ff. de acquir. possess. preterquam in possessione serui se mala fide pro libero gerentis: quia propter malignitatem serui: qui alias dominum de facili priuaret possessione. l. pomponius. in princip. ff. de acquirend. possess. est inductum, vt requiratur tẽpus longum scilicet decem annorum, ad hoc vt dominus propter negligentiam priuetur possessione serui. l. tertia. §. si seruus ff. de acquir. poss. ⁊ hanc opinionem sequuntur Io. de Imol. Roma. ⁊ Pau. de cast. in d. §. si forte. ⁊ subdũt Imo. ⁊ Roma. quod dictum tempus arbitrandi per iudicem debet ipse iudex declarare biennium: quia tãto tempore olim perdebatur dominium: institut. de vsucapio. in princ. ⁊. l. j. C. de vsucapio. trãsforman. ⁊ ex ratione. l. correcte potest sumi argumentum. c. autoritate. de concessio. preben. in. vj. ⁊ quod not. gloss. magna in l. j. in princ. ff. de coniungen. cum emancipa. liberis. Et siue prima opinio sit verior siue secunda: clarum est quod per tempus lapsum a tempore apprehense possessionis per Iacobum turrelli vsq; ad tempus precepti, de quo in literis a magnifico domino presidente camere emanatis, cucurrit tempus decem annorum ⁊ vltra. Addo quod si possidens ciuiliter sciat possessionem naturaliter vacantem fuisse per alium occupatam ⁊ negligat etiam per modicum tempus illam recuperare: ipse perdit ciuilem secundum Bartol. in. d. l. si de eo. §. si forte. qui pro hoc allegat. l. quod meo. §. fi. ⁊. l. quamuis. ff. de acqui. pos. pro quo facit. c. olim. el. j. de restitu. spolia. ⁊. l. iij. §. si quis nuntiet. ff. de acquir. pos. ⁊ hoc dictum Barto. sequitur Ang. in. d. §. si forte. ⁊ hoc etiam voluit Olpra. vt refert ⁊ sequitur Bald. in. l. j. col. vlt. C. de ser. fugit. ⁊ hoc dictũ etiã videtur sequi Franc. de are. in dicto. §. si forte. col. viij. versicu. aduerte tamen quod Inno. ⁊c. vbi etiam dicit quod hanc opinionem Bart. tenẽt communiter Moder. in. d. §. si forte. Unde cum verisimile sit tam dictum quondã dñm magistrũ Petrum robini quam prefatum nobilem Stephanum eius pretensum filium ⁊ vniuersalem heredem, sciuisse predictam domum furni teneri ⁊ possideri per alium ⁊ hoc per multos annos fuisse passos: palam infertur eos pretensam possessionem ciuilem si quam vnquam habuissent perdidisse: quã tamen vt opinor, nunquam habuerunt. Que omnia dixerim sub correctiõe cuiuslibet domini meli⁹ sentiẽtis.

1 Fidelitatis noua ⁊ vetus forma que sit. ⁊ nu. 7.
2 Uerba incolume, tutũ, honestũ. vtile, facile, ⁊ possibile, in fidelitatis forma requisita, quomodo exponi debeant, nu. 3. 4. ⁊ seq.
8 Fidelitatis que iurisdictionis seu habitationis causa domino prestatur forma que sit, ⁊ nu. seq.
9 Uassallus non potest imponere seruitutem realem in feudo, vel aliquid facere per quod feudi conditio deterior fiat.
10 Pascua vnius territorij seu mandamenti, an liceat vnicuiq; incole seu habitatori quot ⁊ quibus voluerit animalibus depascere.
11 Et quis ordo seruari debeat in tenendis ⁊ pascendis dictis animalibus. nu. 1. ⁊ seq. vsq; ad fi.
14 Aque seruitus qualiter diuidenda sit. ⁊ nu. 15.
16 Hereditario iure possidere quid sit, queue ⁊ quousq; dicantur res hereditarie.
17 Hereditatem donans quid censeatur donare cum viuentis nõ sit hereditas. U. F.

¶ Epitome.

¶ Qui cum subditis suis non penitendis conditionibus trãsegit, a quibus tamẽ optat discedere, expectet primum per subditos infringi pacta, vt ipse post securius transactionis placitis contraueniat.

¶ De transact. Consil. ccxl.



Uiso tenore mihi exhibite consultationis parte nobilis ⁊ honorabilis viri Arnaudi de prione domi. Condillhacũ vna cũ dubijs ex consultatione huiusmodi elicitis, ⁊ cũ copia instrumenti transactionis inibi mentionate, seu sententie arbitramentalis olim late per arbitros electos per ⁊ inter nobilem ⁊ honorabilem quondam virum Iacobum de prione dominum pro tempore loci ⁊ mandamenti Condillhacij ex vna parte, ⁊ consules, syndicos, rectores ⁊ procuratores vniuersitatis manentium, incolarum ⁊ habitantium, loci ⁊ mandamenti predictorum ex alia, dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte ad dubia huiusmodi prout infra. Et primo ad primum dico ⁊ consulendo respondeo, quod dictus nobilis Arnaudus melius faciet, si in nullo impugnet dictam arbitramentalem sententiam, dum tamen vniuersitas ⁊ homines illam sibi obseruent: quia si ipsi cõtrauenirent, ⁊ sic eam nõ obseruarent, posset etiam ipse nobilis Arnaudus contrauenire: per id quod habetur in. l. cum proponas, la secunda, ⁊ quod ibi Bald. ⁊ doct. C. de pac. pactum enim videtur appositum pro eo qui ipsum seruat, ⁊ non pro eo, qui contrauenit pacto, dicta. l. cũ proponas. cui cõcordat. l. quero. §. inter locatorem. ff. loca. ⁊ qđ notat gloss. ⁊ doct. in. l. qui fidem. ff. de transactio. gloss. in. l. secunda. C. de iur. emphyteu. ⁊ in. l. cũ pater. §. libertis. ff. de leg. secundo. Et est simile ei quod dicit Inno. ⁊ Ioan. an. in. c. mandatum. de rescript. quod nũquam videtur pro eo scriptum, qui facit contra rescriptum.

¶ Ad secundum in quo queritur de homagijs: dico ⁊ respondeo ꝙ secũdum transactionem prementionatam seu sentẽtiam arbitramentalem dicti homines tenentur prestare iuramẽtum seu sacramentum fidelitatis ⁊ cum iuramento promittere ⁊ se obligare ad obseruandum capitula sacramenti fidelitatis scđm
1 formas nouã ⁊ veterem, que note sunt. † Forma enim vetus ponitur in epistola Philiberti, que refertur in. c. de forma fidelitatis. xxij. questione. v. ⁊ in. c. in epistola Philiberti episcopi titu. de for. fidelita. in vsib. feud. in quibus locis dicitur, ꝙ qui domino suo fidelitatem iurat, ista sex in memoria semper habere debet, incolume, tutum, honestũ, vtile, facile, possibile, quorum expositio seu declaratio inibi subijcitur: ⁊ que possunt plenius
2 declarari † per verbũ enim incolume, importatur ꝙ sic iurãs promittit ⁊ iurat ꝙ non erit in aliquo facto auxilio vel consilio per quod dominus patiatur damnum in suo corpore, imo tenetur procurare pro posse ne ali⁹ hec faciat. ⁊ hoc voluit gl. notabilis in. d. c. de forma. que eleganter dicit ꝙ in factis negatiuis non sufficit nõ facere: sed necesse est etiam procurare ne ali⁹ faciat. l.
3 in lege. ff. de cõtrahẽ. empt. ⁊ vẽdi. ⁊. l. facere. ff. de ver. si. † Per verbũ autem tutum, importatur ꝙ iurans non erit in dãno dño suo de secreto ipsius: q: in iuramẽto fidelitatis cõtinetur ꝙ vasall⁹ nõ pãdet neq; manifestabit secretũ dñi sui: ꝙ secretũ dñs il
4 li commisit. † Per verbũ honestum importatur quod sic iurãs debet ⁊ tenetur ex iuramento fidelitatis seruare erga dominum ea que pertinent ad iustitiam: ⁊ generaliter omnia que tendunt ad honestatem: ⁊ ideo debet cauere ne cucurbitet dominum: aut carnaliter commisceatur cum filia domini, aut cũ nepte, aut cum nuru, seu etiam cum sorore domini. c. j. §. j. in tit. quib. mod. feud. amitta. ⁊ in. c. j. §. rursus. tit. que fuit prima cau. benefi. a
5 mitten. † ¶ Per verbum vero vtile. importatur quod iurans pro posse procurabit vtilia domini, ⁊ non erit sibi in dãno de rebus ⁊ possessionibus suis. dicto. c. j. de forma fidelit. ⁊ in sacramento fidelitatis continetur quod vasallus non erit domino suo in damno de suis munitionibus, id est quod hostibus ⁊ inimicis domini non reuelabit munitiones ex quibus ipse dominus intendit se defendere cõtra hostes. ita probat text. in. d. c. j. in verbo munitionibus. de forma fidelita. pro quo facit. l. j. ⁊. l. ij. C. de commer. ⁊ mercato. ⁊. l. omne delictum. §. exploratores.
6 ff. de re militari, ¶ † Per verba autem facile ⁊ possibile importatur, quod sic iurans non faciet difficile vel impossibile domino id quod sibi est vel potest esse facile vel possibile. ita et plenius exponit verba predicta do Ia. de sancto Geor. in suo tract. de feu. Super verbis quiquidem inuestiti prestiterunt iuramẽtum fidelitatis prelibato eorũ dño. col. iiij. versi. quero que sunt
7 illa. ¶ † Noua vero fidelitatis forma ponitur ⁊ scribit in. d. c. j. de no. fideli. forma, ⁊ secundum dictas formas vt iam dixi tenetur vniuersitas, ⁊ homines predicti prestare iuramentũ fidelitatis. si tamẽ ⁊ quatenus velint seruare predictam sententiã ⁊ cui nõ debent cõtrauenire: si tamen eis obseruetur per dictum nobilẽ Arnaudum, Alioquin incurrerẽt penas: ⁊ cum hoc cogi possent saltem illi qui compromiserunt ⁊ qui dederunt facultatem cõpromittendi, ⁊ eorum heredes ⁊ vniuersales successores homines. igit qui in vim dicte trãsactionis hoc est cõpromissi ⁊ secute sententie arbitramẽtalis tenẽtur prestare homagium secũdũ veterẽ ⁊ nouã fidelitatis formas, nõ sufficienter offerũt cum offerũt se facere homagiũ de iure debitum quatenus vellent restringere ad iuramentũ de quo est sermo in. c. vnico. §. titu. qua
8 li. vasal. deb. iura. fidelit. † quod sc; prestatur domino ratione habitationis quam facit quis in vel sub iurisdictione eiusdem domini cui iurat nominatim vitam, membrum, mentem ⁊ rectũ honorẽ, que verba possent intelligi per ea que p̃dixi: q: per verbum

verbum vitam, importatur quod sic iurans non erit in facto, auxilio, aut consilio per quod dominus perdat vitam. Per membrum, quod nō erit in facto aut auxilio, vel consilio per quod perdat membrum. Per mentem, quod non reuelabit secretum domini sibi commissum in perniciem seu damnum eiusdem domini. Per rectum honorem, quod non erit in facto, auxilio, vel consilio per quod offendatur honor domini sui: ꝛ censetur iurare ꝛ promittere quod ipse procurabit pro posse ne alius dominum occidat, vel mutilet in membris, vel alias dominum in suo recto honore damnificet. Hec sunt que effectualiter promittere ꝛ iurare tenentur domino loci castri seu mandamēti illi, qui habitant in vel sub sua iurisdictione. Sed vtrum teneantur iurare alia: Dico ꝛ respondeo quod And. de iser. ꝛ Aluarot. in d. c. nunc qualiter vasallus iura. de fidelita. dicunt q̄ illud. c. in fin. suppletur p id quod habetur in. c. tibi domino. distinc. lxiij. quinimo ēm plures dicit Andr. de iser. quod illud iuramentum recipit supplemētum, per text. in. d. c. j. titulo de noua fidelita. forma. ꝛ sic quod habitans debeat promittere ꝛ iurare ea de quibus ibi pro eo quia ibi nulla fit mentio de feudo. sed Aluaro. in hoc vltimo dicto tenet contrarium: quia de mente dicti. c. j. in fi. qualiter vasal. iura. de fide. fuit facere apertā differentiā inter iuramētū fidelitatis quod prestatur ratione solius iurisdictionis veluti quia habitans in iurisdictione seu territorio alicuius domini ei iurat ꝛ iuramentum fidelitatis quod tenetur prestare vasallus ratiōe feudi iuxta formam dicti. c. j. de for. fidel. ꝛ allegat. c. j. de noua for. fidelita. Tandem tamen dicit ꝙ in hoc esset standum consuetudini. ꝛ cum hoc dicto transit. D. Jac. in dicto suo tracta. de feu. Super verbis quiquidē inuestiti ꝛc. co. ij. ver. addunt ꝑfati doc.

¶ Ad tertium quesitum dico ꝛ respondeo vt iam colligitur ex ꝑdictis quod melius est dictum nobilem Arnaudum tacere ꝛ nō impugnare transactionem seu sententiam arbitramentalem causis per me verbo ei expressis ꝛ etiam quia quamuis dictus quōdam Jacobus non potuerit preiudicare domino seu dominis directis rerū feudalium. c. j. §. quid ergo. ꝛ quod ibi scribentes. de inuestitura de re aliena facta: sicut dicimus de emphyteota: vt colligitur ex his que scribit Petr. Jaco. in suis libellis sub rubric. de actione in rem pro re emphyteoticaria post medium versic. attamen si res postea peruenerit ꝛc. Videtur tamen quod vasallus vel emphyteota possint sibi ꝑpis preiudicare, ꝛ in sui preiudicium constituere seruitutem in re emphyteoticaria ꝛ feudali. l. tertia. ff. de seruitu. ꝛ quod scribit Bal. Aluerot. ꝛ do. Preposi. in. d. c. j. §. quid ergo. Bald. Pau. de cast. ꝛ Saly. in. l. ꝛ in
9 prouinciali. C. de seruituti. ꝛ aqua. † ꝛ hoc est quod voluit dicere Jo. rey. in suo comprehenso. feudoꝝ. l. imperialem. §. habito. ver. quero an vasallus vbi dicit quod per vasallum non potest iponi realis seruitus in feudo, vel aliquid aliud fieri per quod fiat feudi conditio deterior non tamen propterea cadit in commissum: sed interim toleratur in preiudicium ipsius vasalli dicta. l. tertia. ff. de seruitu. sed vt dixi non preiudicat domino sed quoties feudum reuertitur ad dominum vt dominū non tenetur dominus illius ius seruitutis obseruare. dicto. c. j. §. quid ergo ꝛ quod ibi doctores, ꝛ quod notat glossa in. c. j. in prin. magne glo. tit. de capitulis Corradi. in vsib. feudo. ꝛ hoc etiam voluit Baldus in dicta. l. ꝛ in ꝓuinciali. C. iuxta hoc q̄ro ꝛc. ibi ꝛ ita habeo in vasallo.

¶ Ad quartum in quo queritur de modo deliberandi super dicta transactione seu sententia arbitramentali. respondeo bonum esse quod dictus nobilis arnaudus deliberando dicat se vsque ad tempus productionis predicti instrumenti ignorasse transactionem seu sententiam huiusmodi, ꝛ quod ipse dicat aduersarios male fecisse qui penes se habentes instrumentum illius causa statim non produxerint ꝛ eidem nobili Arnaudo non exhibuerint priusq̄ fierent sumptus ꝛ expense ꝛ consulo quod ipse protestetur de illis ꝛ quod nihilominus deliberando dicat se recipere ꝛ acceptare dictam transactionem seu sententiam, signanter vero ꝛ maxime quatenus facit pro eo ꝛ contra vniuersitatē ꝛ homines loci ꝛ mandamenti predictorum, protestando contra eos de penis per ipsos incursis ꝛ ipsius contrauentione ꝛ quod est paratus recipere homagia secundum formam transactionis seu sententie huiusmodi dum tamen ipsi etiam sibi obseruent declarata ꝛ ordinata in dicta transactione seu sententia arbitramentali quatenus eos concernunt et contra ipsos faciunt, et que ipsi obseruare tenentur: cum per productionem dicti instrumenti censeantur fuisse confessi ad illa se teneri per id quod notat Barto. in. l. post legatum. §. idem quesit. ff. de his quib. vt indig. et doc. in. c. cum venerabilis. de exceptio.

10 † Venio ad quintū in quo est sermo de animalibus dimittendis et tenendis in territorio seu mandamento prementionato. Et pro solutione eius de quo queritur premitto quod illi domini arbitri qui sententiam illam arbitramentalem tulerunt et erant iuris ignari fecerunt de hoc duo capitula et satis obscura. Primū de animalibus proprijs et quod ad illa dixerunt et declararunt quod manētes incole et habitatores loci et mandamenti predictorū et quilibet ipsorum posset et valeret cum suis animalibus proprijs per totum mandamentum territorium et districtum Condillhacū paquerare et pasturgare libere et sine contradictione: prouiso tamen quod mandamentum plus debito non opprimerent: exceperunt tamen prata, vineas ꝛ terras cultas semine plenas prout ibi ecce ergo quod istud capitulum est obscurū ꝓ eo quia non determinatur nec taxatur aliquis numerus animalium immittendorum tenendorum ꝛ depascendorum in territorio ꝛ mandamento predicto: nec aliquod in hoc capitulo ponitur quod sufficiat ad declarationem illius nisi forte id quod dicitur prouiso tamen
11 quod mandamentum plus debito ꝛc. † Et sic videtur quod homines predicti possint de proprijs animalibus immittere ꝛ depascere etiam vltra vires bonorum suorum dum tamen ex hoc non opprimātur alij, vt verbi gratia: est vnus vel sunt duo aut plures qui habent propria animalia longe vltra valorem aliorum suorum bonorum que ipsi volunt immittere ꝛ tenere in dicto mandamento, credo quod possint, nisi alij homines ex hoc grauarentur pro eo quia forte nō possent ibi tenere ꝛ depascere animalia propria vsq̄ ad numerum quem forte vellent ꝛ vbi iste casus cōtingeret dicerem quod istud fieri non deberet: sed deberet numero restringi ꝛ limitari, per id quod in sīli scribit Albert. in. l. imperatores. ff. de seruituti. rustico. predio. ꝛ in. l. testatrix. §. j. ff. si ser-
12 uit. vendice. † vbi notanter dicit ꝙ pro modo possessionum quilibet de vniuersitate vnius loci debet vti pascuis seu xaliurgagijs ne ibi habens modicas possessiones in iniuriam ꝛ damnum aliorum plures possessiones habentium magnam bestiarum immittens quantitatem alios in pastus impediat: quia ciuilis modus in istis seruandus est. l. sicut. ff. de seruituti. facit. l. item si fundum. ꝛ. l. vsufructuarium. §. fi. ff. de vsufr. ꝛ. l. cum hi. §. modus. ff. de transac. ꝛ pro hoc bene facit q̄ voluit Cy. in. l. quedā questione. v. ff. de rer. diuisio. ꝛ post eum bal. consi. ix. exordien. ꝛ videt
13 ꝙ pc si q̄ aqua est in proprio ꝛc. † qui scribunt quod si aliquis illo quod est commune vel publicum sic assidue vtatur vt aliorum vsum assumat aut consumet: certe cogi poterit vt vtatur pro ra-
14 ta: † sicut fit inter plures habentes aque seruitutem, vbi fit diuisio non seruitutis vel loci seruientis sed mensure aque vel temporis. l. arbor. ꝛ. l. communi diuidundo. ff. com mu. diuidu. ꝛ est hō Bal. in. d. consi. quasi expssum in. d. l. imperatores. ff. de seruitut. rust. prediorum. ꝛ ex hoc colligit Bal. in dicto consi. quod eorū q̄ sunt in communi vsu non potest vnus sibi preoccupare totum vsum, sed debet pro rata diuidi. ꝛ hinc dicit ipse Bal. in. c. cū omnes. columna. ij. versi. sed quid si sunt de constitutio. quod si sint duo vicini mediante riuo communi ꝛ vnusquisq̄ vult trahere aquam ad prata sua, aqua debet diuidi localiter vel temporaliter, sicut si essent duo socij sitientes ꝛ non haberent nisi vnum vitrū idest cyathum seu flasconum vini, quilibet deberet habere partē l. ij. ff. ad leg. rodiam de iactu. Et sic illo casu essent videnda ꝛ cōsideranda possessiones singulorum ꝛ secundum hoc ille qui haberet plus in possessionibus deberet posse immittere ꝛ tenere plura animalia quam ille qui haberet minus: ꝛ sic quod per vnum vel plures non opprimetur mandamentum plus debito.

¶ Secundū vero capitulum fecerunt dicti domini arbitri de animalibus ad medium crementum recipiendis, ꝛ in dicto mandamento depascendis in quo ordinarunt quod homines predicti ꝛ eorum quilibet sine tamen oppressione mandamenti ꝛ non vltra vires hereditarias, possent ꝛ valerent ex tunc in antea quecunq̄ animalia grossa ꝛ minuta ꝛ cuiuscunq̄ generis existerent ponere ꝛ tenere intra dictum mandamentum ad medium crementū iuxta consuetudines prouiso etiam quod nō committeretur fraus neque dolus. ecce ergo quod in hoc secundo declarant dicti arbitri quod homines possint immittere ꝛ tenere animalia in dicto mandamento ad medium crementum, non tamen taxarunt numerum, restringunt tamen hanc facultatem in duobus vel in tribus. Primum est quod hoc fiat sine oppressione mandamenti. Secundum quod hoc non fiat vltra vires hereditarias. Tertium quod cessent fraus ꝛ dolus. Declaratio primi potest colligi ex his que superius dixi. Secūdum vero est obscurū quia non bene apparet quid dicti arbitri intellexerunt per vires heredita-
16 rias. Et primo quidem illud certum est quod non proprie acceperint verba illa vires hereditarias quia si proprie accepissent nullus posset in dicto mandamento immittere ꝛ tenere animalia ad medium crementum nisi ille iure hereditario alicui successisset: quod non est presumendū. Preterea res desinunt esse hereditarie per aditionem hereditatis nam vel postea proprie dici non possint res hereditarie quamuis improprie sic appellari possint, per ea que scribit Alexand. de imo. in. l. j. §. veteres. col. viij. ff. de acquiren. possess. Remanent igitur difficultates quid ipsi intellexerint per illa verba, vires hereditarias, illorum boni

nobiles iurisi gnari vsi sunt officio alterius, et in damnum partium: non enim habuit vel habet locum in eis quod dici solet, il mange souppes en panier qui se mesle de lautrui mestier: quia istud cedit non in eorum detrimentum sed partium: et vt puto domini dicti mandamenti. Uerum saluo iudicio cuiuslibet alterius melius sentientis existimo quod illa verba, vires hereditarie, assumantur pro viribus bonorum vt fuerit, et sit tantum dixisse, aut dicere quod possent immittere etc. non vltra vires bonorum ac si dictū extitisset aut diceret vltra vires hereditarias. pro quo induco id quod scribit Bartolus et post eum Baldus Angelus et Paulus de castro in. l. quesitum. §. si seruus. ff. de legatis. j. Nico. de neapol. vbi etiam Alexander de imo. in. l. penales. in primo responso, colum. j. versi. in glos. fi. in fi. ff. ad legem falcidiam. et idem Alex. de imola in. l. stipulatio hoc modo concepta. colū. vij. versi. demum q uesiuit Bart. ff. de verb. obli. quatenus voluit
17 quod si quis dicat, † dono tibi hereditatem meam, valeat donatio pro eo quia sic donans censetur donare bona sua que habet et sic que sunt: non autem hereditatem proprie dictam, que non est, nec erit eo viuo sed eo mortuo: quia viuentis non est hereditas. l. prima. ff. de heredi. vel actio. ven. Cum ergo dicti arbitri dixerunt quod homines incole et habitatores Condilhaicij possent sine oppressione mandamenti et non vltra vires hereditarias immittere et tenere etc. senserunt quod nō immitterent vltra vires bonorum. bona autem alicuius sunt ea que supersunt deducto ere alieno. l. ij. §. illud. ff. de collatio. bono. et. l. subsignatum. §. bona. ff. de verbo. sig. Et sic videntur ordinasse quod homines prefati non possent recipere et ponere ad medium crementum animalia excedentia in valore estimationem seu valorem bonorum suorum illum scilicet qui superesset deducto ere alieno. Et hec intelligo procedere nisi stylus aut modus loquendi in patria aliter se haberet circa intellectum illorum verborum vires hereditarie prout in regno, vbi in multis locis appellant hereditatem bona immobilia. deberent enim verba predicta secundum communem vsum loquendi accipi et intelligi: pro eo quia in expositione vocabulorum attendendus est vsus et consuetudo loquēdi. l. legatis. §. vltimo. et. l. librorum. §. quod tamen Cassius. ff. de legatis. iij. l. cum de lanionis. §. asinam. ff. de fund. instruc. et instru. lega. et. l. labeo. et quod ibi Bart. ff. de supel. lega. et. c. ex literis. de sponsa. quod etiam voluit Oldra. consi. cxx. exordiente, ad primam questionem. versi. ij. in expositione vocabulorum. et Panor. in. c. j. col. penult. versi. ad vnum tamen aduerte de iudi.

¶ Ad sextum dico et respondeo, quod cum dicti domini arbitri in dicta eorum sententia arbitramētali ordinauerint et laudauerint quod premissis et alijs quibusdam de quibus in illa sententia mediantibus communitas et habitatores eiusdem tenerentur et deberent extunc in antea perpetuo supportare soluere et contribuere pro medietate omniū et quarumcunque expensarum pro manutentione ipsius mandamenti et limitationum eiusdem fiendarum et substinendarum siue questio esset vel moueretur in futurū in solidum vel in parte ipsi tenentur ad hanc contributionem faciendam, siue fuerint vocati siue non, dum tamen fiant bona fide et pro manutentione mandamenti et limitationum huiusmodi: quia verba sententie clara sunt et simpliciter exprimunt de dicta contributione: a quorum propterea significatione non est recedendum. l. j. §. si is qui nauem. ff. de exercito. actio. l. ille aut ille. §. cum in verbis. et. l. non aliter. ff. de lega. iij. posset enim subesse causa iusta, et frequenter subest de facto quod si communitas vel homines prefati vocarentur ab initio hoc posset et domino Condillhacij et ipsis esse nociuum: vt verbi gratia: pone quod facta fuerit violentia cōtra mandamentum seu in preiudicium limitationum illius ac domini et hominum predictorum: si enim pro imploratione beneficij statuti si quis per literas oporteret vocare communitatem difficillimum et obtinere restitutionem seu reintegrationem possessionis iuxta formam illius pro eo quia pars violenta ad cuius noticiam hoc facillime perueniret si posset per cauillationem aut falsi expositionem sibi prouidere et in nocumentum et damnum dictorum domini Condillhacij communitatis et hominum, consulto tamē quod in talibus post causam bene inchoatam intimetur vniuersitati et hominibus vt et causā adiuuēt et in expēsis cōtribuāt.

¶ Audio quod vniuersitas et homines prefati dicunt se posse sua animalia immittere et depascere in pratis et vineis post herbā seu fenum et racemos recollectos: quod profecto est male dictum et contra sententiam dictorum arbitrorum qui exceperunt et reseruarunt prata vineas et terras cultas semine plenas et in eisdem existentibus et durantibus seminibus et granis per que verba satis apparet quod prata et vinee fuerunt simpliciter et indistincte reseruate et excepte et ideo censetur simpliciter fuisse inhibitum predictis hominibus ne in illis animalia immitterent aut tenerent et cum verba sint clara non est ab eorum significatione recedendum. d. l. j. §. si is qui nauem. ff. de exercito. actio. et. l. ille. aut ille. §. cum in verbis. et. l. non aliter, superius allegatis. nec valet id quod dicunt quod scilicet dicta reseruatio debet intelligi de pratis et vineis quādiu in eis essent fenum seu herba et racemi per id quod dicit in dicta exceptione vbi dicitur semine plenis et in eisdem existētibus quoniam respondeo quod illum refertur ad terras cultas non autem ad prata nec ad vineas: pro eo quia vbi est sermo de semine et granis quibus existentibus in terris cultis noluerunt dicti arbitri animalia posse immitti aut depasci: semen vero et grana non possunt adaptari pratis aut vineis: quia neque fena seu herbe neque fructus vinearum scilicet racemi appellātur semina seu grana: sed fenum aut herba et racemi: et sic non potest dispositio predicta adaptari pratis aut vineis vt scilicet dumtaxat censeatur de eis facta prohibitio dū in eis sunt herbe et racemi pro quo allegasse sufficiat. l. quartam. §. toties. ff. de dam. infec. et. l. si quis seruum. §. non dixit. cum suis simili. ff. de acquirē. hered. et vbi de iure appellatione seminum et granorum venirent herbe et racemi quod non est verum: tamen quia mos et vsus loquendi notorie aliter se habent essent mos et vsus loquendi huiusmodi attendendi prout superius dixi in alio articulo.

1 ¶ Testamentum in quo quis instituit legatarios an rumpatur presertim quoad legata si post conditum testamentum idem testator donauit omnia bona sua, retento nihilominus sibi vsufructu et certa pecuniarum summa.
2 Fructus an veniant appellatione bonorum futurorum.
3 Testari an et quando possit nulla bona possidens.
4 Et quid de cedēte bonis, an testari possit cum nihil censeatur hr̄e.

¶ Epitome.

¶ Nihil habens testari non prohibetur. V. F.

¶ De testa. Consi. ccxlj.

Etiam si verū esset quod probus quondam vir Petrus massuer dedisset constituisset et assignasset in dotem et pro dote honeste mulieris Joanne massuere eius neptis omnia bona sua: prout contineri pretenditur in quodam asserto instrumento confecto anno domini millesimo quingentesimo primo, et die tertia mensis Octobris nihilominus testamentum antea per dictum quondam petrum massuer confectum et in quo heredes vniuersales instituerat prefatam Joannam et michaelam eius sororem et in quo dicte Nicolae sue tunc vxori legauerat et reliquerat legata parte eiusdem Nicolae in hac causa petita valuit et de iure valet, signāter vero et maxime quo ad hoc vt postquam eadem Joanna hereditatem prefati quondam Petri adiuit et acceptauit possit et valeat conueniri et compelli ad solutionem legatorum predictorum. Dum quia non constituit nec assignauit in dotem et pro dote dicte Joāne eius asserte donatarie omnia bona sua presentia et fu-
2 tura: sed sibi reseruauit vsumfructum bonorum huiusmodi. † Quo fit vt si antea testatus non extitisse potuisset nihilominus testari et disponere de fructibus: quia illi non veniunt appellatione bonorum futurorum per id quod notat. Bartolus in lege stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obligatio. vbi dicit quod si vendo tibi omnia bona mea presentia et futura valet venditio: quia potero testare de pretio pro eo, quia illud non debetur emptori. l. damni. §. cum parietem. ff. de damno infecto. quod etiam voluit Alexander de imo in dicta. l. stipulatio hoc modo concepta. col. xj. quod si ita est: ergo idem videtur esse in casu nostro, scilicet quod fructus percepti in vim retentionis vsusfructus nō veniant appellatione bonorum presentium aut futurorum, et sic non censeantur donati, potuisset igitur dictus Petrus de illis disponere et testari etiam post dictam pretensam donationem. Ex quo infertur testamentum non fuisse nec esse per donationem reuocatum, quia facilius impeditur res fieri quam facta dissoluatur. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. Cum et quia dictus quondam Petrus non solum sibi reseruauit vsumfructum dictorum suorum bonorum: sed etiam florenos quingentos: et quamuis videatur partem illorum postea donasse nihilominus tamen partem retinuit de qua potuit testari.

¶ Preterea quamuis quedam sint per que videtur posse probari quod nihil habens testari non possit contrarium tamen est verius, scilicet quod etiam ille qui nihil habet testari possit et consequenter habere heredem. pro quo possunt multa induci. Et quidem primo quod quilibet testari potest, nisi reperiatur prohibitus, quia titulus de testamentis est certarum personarum prohibitorum et permissiuus omnium aliarum vt notat glossa in. l. si queramus. ff. de testamen.

¶ Sed hoc probatur in. l. hereditas. in principio iuncto eo quod ibi per Cinum in additionibus quem sequitur Baldus. ff. de te-
4 stamento. † Tertio quia cedens bonis nihil habet, et tamen testari potest vt notat glossa in. l. penultima codice qui bono. cedere possunt alia plura pro hac parte scribit Andreas barbaci. extra.

extra, de testa. Super rub. in tertia. q. vbi etiam respondet moti-
uis pro contraria parte per eum inductis. Quo fit vt testamentũ
predictum non posset dici propter dictam pretensam donationẽ
fuisse reuocatum, & propterea potuisse adiri per dictam Joãnam
hereditatem dicti quõdam Petri quod & fecit & pro herede eius
dem se gessit vt apparet per literas testimoniales eiusdẽ quictan
tie per eam concesse magistro Petro borgerij lignifabro & Jaco
mete eius vxori de summa trium florenorum: & quam ab eisdem
confessa est habuisse vt & tanq̃ heres eiusdem quondam Petri
per quod censetur hereditatem ipsius adiuisse, & se pro illius vni-
uersali herede gessisse pro quo allegasse sufficiat. l. gerit. & quod
ibi gloss. multa pro hoc inducens & docto. ff. de acquiren. heredi.
Que dixerim breuiter & succincte sub correctione cuiuslibet do-
mini melius sentientis.

1 ☞ Uniuersitatis debitum an cẽseatur esse singulorum, & econ
uerso.
2 Uerba contrahentibus prolata, nedum clausula, debent quoad
fieri potest esse cum virtute operandi.
3 Argumentum a contrario sensu valet in iure.
4 Interpretatio in dubijs contra quos fieri debeat.
5 Principis beneficia an & quando sint latissime interpretanda.
6 Et an donatio inferioris possit dici beneficiũ, & sic latissime in-
terpretari.
7 Forenses, qui ad habitandum venerunt aut veniunt ad aliud ter
ritorium, an compelli possint ad soluendos census solui solitos
ab illis de populo.
8 Restitutionis in integrum beneficium aduersus temporis la-
psum, quibus, & aduersus quanti temporis lapsum competat.
9 Et ibi de intellectu clausule edicti generalis, si qua iusta causa
mihi videbitur.

¶ Epitome.

¶ Municipes, qui non ita pridem incolatum egerunt in munici
pio, ad censum domino prestandum tenentur vt ceteri. A. F.

¶ De municip. & ori. Consilium. ccxlij.

Si nescirem egregium iurium doctorem & consultorem seu aduocatum vniuersitatis & hominum opidi seu castri de Symana esse egregie doctum & signanter in censura canonica & ciuili non mirarer quod ipse vel sibi vel dictis vniuersitati & hominibus cõsulendo persuasisset, quod grossus census, quatuor scilicet sestariorum annone, & totidem ciuate, & decem solidorum coronatorum, olim & pro tempore annis singulis per singulos homines debitus, & annis singulis solui cõsuetus domino eiusdem castri reductus extiterit per quondam magnificum virum do. Raymundum de agonto militem pro tẽpore dominum dicti loci ad paruum censum, ad duo scilicet sestaria: vnũ annone, & aliud ciuate, & ad duos solidos, & sex denarios coronatorum soluendos non quidem per ipsos singulares homines, sed per vniuersitatem dicti loci. Sed cum multum doctus existat & in talibus optime exercitatus, miror quod contra apertam veritatem, & verba instrumenti transactionis, seu remissiõis, aut reductionis dicti grossi census in qua se fundant vniuersitas & homines prefati consuluerit, prout consultum reperi, scilicet quod per illam pretensam reductionem non singuli homines vtpote omnino liberati sed dicta vniuersitas duntaxat teneatur loco dicti grossi census soluere annis singulis domino dicti loci dicta duo sestaria vnum scilicet annone, & aliud ciuate, & duos solidos, cum sex denarijs. Et vt apertius & facilius ostendam con-
1 trarium esse veruz premitto † quod aliud est vniuersitas predicto
rum hominum: aliud sunt singuli homines. & quod debitum vni
uersitatis non est debitum singulorum hominum: nec debitum
singulorum est debitum vniuersitatis. l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rerum diuisio. l. sed si hac lege. §. qui manumittitur. & quod ibi docto. ff. de in ius vocan. & c. episcopus. §. qui manumittitur. xij. questione. ij. Quo fit vt dictus grossus census quatuor sestariorum predictorum granorum, & decem solidorum coronatorum, qui per singulos homines dicti oppidi seu loci debebatur domino eiusdem loci, non esset debitum ipsius vniuersitatis, sed hominum. & ad quod debitum prout dicitur in dicto instrumento singuli tenebantur & in quo adhuc hodie tenentur: nisi quatenus apparet per dictam reductionem, dictum grossum censum fuisse reductum ad paruum postq̃ aliud pro eis non allegatur argumen. l. sancimus. C. de testamẽ. & l. precipimus. C. de appella. Quod autem dicti singulares seu particulares homines non fuerint a dicto censu liberati sed solum de grosso censu facta reductione ad dictum paruum censum, hoc clare colligitur & apparet ex dicto instrumento in verbo, quibus sic per actis, vbi dicitur, quibus sic per actis & eisdem hominibus & singulis per partes predictas & qualibet earundem scilicet per dictum dominum ex vna parte, & dictos homines seu eorum vniuersitatem quibus supra nominibus proprijs & absentium, de quibus factus fuerat sermo confirmatis & concessis dictus dominus per se & suos heredes & quoslibet successores perpetua gratis spontanea voluntate sua agnoscẽs in predictis p̃dictos homines sibi esse beneuolos atq; gratos, volens eis super his de meritis respondere ad eorundem hominum supplicationis & requisitionis instãtiam, predictis hominibus & eorum cuilibet presentibus, stipulantibus, & recipientibus suo nomine, & quibus supra nominibus & suis heredibus & perpetuo successoribus, & ceteris hominibus dicte vniuersitatis tam presentibus q̃ absentibus, & suis dicto domino facienti vel facientibus grossum censum qui est de quatuor sestarijs annone, & alijs quatuor sestarijs ciuate in quolibet festo sancti Michaelis & de decem solidis coronatorum in festo natalis domini soluẽdis eidem de speciali gratia illũ grossum censum reduxit ad vnũ censum paruũ, qui est de vno sestario annone & alio sestario ciuate & de duobus solidis & sex denarijs coronatorum soluendis per ipsos homines & suos heredes & successores perpetuo p̃dicto domino & suis heredibus & successoribus in perpetuũ annis singulis terminis supradictis. declarantes partes predicte super his valorem dicti sestarij qui est vt dicunt de nouem ponaterijs vel circa: ita qđ amodo dicti homines de Symana vel eorum aliq̃s, aut sui heredes, vel imposterum successores ad maiorem censum q̃ ascendit paruus census predictus supradicto domino vel suis prestandum exinde nullatenus teneantur. & hec sunt verba instrumenti & in quibus fit diminutio seu reductio dicti grossi census ad paruum censum, & fit non dicte vniuersitati sed hominibus in dicto instrumento nominatis & sic presentibus & tam suo nomine q̃ aliorum absentium acceptantibus. Quod etiam apparet ex eo q̄ ibi dicitur reductionem fieri ad dictum paruum censum soluendum per ipsos homines & suos heredes & successores q̄ non potest intelligi de vniuersitate: quia illa heredem habere nõ potest, prout nec collegium, populus, vel capitulũ. que omnia sunt non corpora vera sed representata, & que non moriuntur. hoc etiã colligit ex dictis verbis supra relatis illis scilicet ita quod amodo dicti homines de Symana, vel eorum aliquis, aut sui heredes, vel imposterum successores ad maiorem censum quam ascendit paruus census predictus supradicto domino vel suis prestandum exinde nullatenus censeantur. Ex quibus omnibus duo colliguntur.

¶ Primum qđ dicta reductio facta fuerit predictis hominibus, vt predixi, non quidem vt vniuersis sed singulis pro eo quia fit ibi sermo de eorum heredibus qui non congruit vniuersitati vt etiam predixi nec igitur verbum heredis ibi sepius repetitũ censeatur fuisse & esse superfluum vt non debet censetur ista reductio fuisse facta singulis hominibus. Quod autem illud verbum
2 heredis non debeat ibi esse superfluum, hoc ideo apparet † quia
nedum vnaqueq; clausula sed etiam vnumquodq; verbum a cõ
trahentibus prolatum debet esse cum virtute operandi si fieri po
test. l. hac lege. ff. de contrahenda emptione & venditione. l. si stipulatus. in princip. ff. de vsur. verba sunt Bald. C. de contrahen. emptio. & venditione. super rubrica. questione. ix. quod etiam voluit Roma. consi. lxxxiij. in fi. Andr. barba. consil. lxj. exordiente columna decima. in prima parte. & Alexand. de imo. consi. cxvij. exordiente, visis supra narratis in themate. columna quarta. versiculo, sed vbi est prefecta &c. ibi probatur q̄ nedũ vnaqueq; clausula. in primo volumine. & consilio. clviij. exordiente, columna penultima. in secundo volumine.

¶ Secundum q̄ extunc inantea deberet dictus paruus census solui per singulos seu particulares homines, non per vniuersitatẽ solui. & hoc colligitur ex illis verbis ad dictum paruum censum soluẽdum per ipsos homines & suos heredes. que verba sunt clara & propterea non erat nec est ab ipsorum significatione recedendum. l. j. §. si is qui nauem. ff. de exercito. actio. l. ille aut ille. §. cũ in verbis. & l. non aliter. ff. de lega. iij. cum suis similibus.

¶ Preterea hoc secundum dictum etiam colligitur argumento sumpto a contrario sensu, ex illis verbis, ita quod amodo dicti homines de Symana, vel eorum aliquis, aut sui heredes ad maiorem censum, q̃ ascendit &c. dicto domino exinde nullatenus te
3 neantur. ergo a contrario † sensu censetur fuisse cõuentum, quod
illi singuli ad dictum censum tenerentur: qui modus arguẽdi est in iure fortissimus. l. prima. §. huius rei. ff. de offic. eius cui est mãda. iurisdictio. & c. capitulo. cum apostolica. circa fin. de his que fiunt a prela. sine consen. capitu. & procedit argumentum huiusmodi non solum in legibus & statutis, sed etiam in contractibus. l. inter socerum. §. cum inter. ff. de pact. dota. not. Baldus in. l. conuenticula. j. versiculo. dum ista questio accidisset &c. ibi pro hoc quia idem videmus. C. de episco, & cleri. & alij in alijs locis.

¶ Pro premissis facit quod anno domini Millesimo tricente-

simo sexagesimonono, z sic per viginti annos vel circa post annū domini millesimum tricentesimum quinquagesimum nonum, z diem vigesimam secundam mensis Octobris, quibus facta extitit dicta diminutio seu reductio grossi census: viginti duo homines incole z habitatores dicti loci Symane recognouerunt pro tempore domino eiusdem loci ipsi scilicet homines z ipsorū quilibet particulariter ratione sue persone seu homagij personalis vel accensamenti eidem domino singulis annis debere z soluere teneri in festo sancti Michaelis vnum sestarium annone z vnum sestarium ciuate, z in festo natiuitatis domini duos solidos cum dimidio coronatorum. per quam recognitionem vtpote conformem dicte reductioni declararetur predicta diminutio seu reductio si illa pretendi posset prout nō potest fuisse vel esse in aliquo obscura, z hoc saltem procederet si postea illi vel eorum successores ita soluerint prout audio fuisse factum per illos sex incolas z habitatores qui in dicto loco Symane remanserunt. l. de quibus. l. minime. z. l. si de interpretatione. ff. de legibus. z quod no. Panormi. in. c. dilectus. circa finem de concessio. preben. z. c. cū dilectus. de consuetudine. z quod consuluit Bartho. soci. consil. cxlv. exordiente, circa primum consultationis articulum. colum. ij. versi. z si dicatur: in prima parte, vbi etiam allegat Barto. in. l. vsum. C. de aque duct. lib. xi. z in suo consi. quod incipit commune Spoleti. Et per hec patet responsio ad primum quesitum scilicet qd opposita z allegata parte dictorum vniuersitatis z hominum loci predicti Symane non procedunt, z quod ipsi se iuuare aut tueri non possunt pretextu z ad causam dicte pretense diminutionis seu reductionis quominus soluant singuli scilicet vnum sestarium annone z vnum ciuate z duos solidos cum sex denarijs.

Et quamuis ex premissis

satis appareat, qd ea que ex eo z parte dictorum vniuersitatis et hominum allegata extiterunt non obstent intentioni domi. loci predicti de Symana. ego tamen aliquibus ex eisdem breuiter z succincte respondebo. Et primo ad id de quo opponitur quod scilicet in dicto instrumento dicatur dictum quondam domi. Raymundum reduxisse dictum grossum censum ad vnum paruum cēsum de quo supra soluendum per ipsos homines z suos heredes z successores perpetuo dicto domino Raymundo z successoribus imperpetuum, z quod non fuerit dictum, z ipsorum quemlibet, z quod propterea censeatur fuisse conuentum quod ille solueretur per vniuersitatem z quod annis singulis solum solueret dictum paruum censum duorum scilicet sestariorum predictorum granorum z duos solidos cum sex denarijs: quoniam respondeo quod verba predicti instrumenti bene intellecta aliud sonāt pro eo quia vt iam recitaui dictus quondam do. Raymundus prefatis hominibus tunc presentibus suis proprijs z absentium nominibus, z eorum cuilibet deduxit dictum grossum censum ad prementionatum paruum censum: z sic, vt iam dixi, non fuerunt liberati ipsi particulares homines a toto sed a tanto si enim dictus do. voluisset eos omnes singulariter liberare a toto censu: non erat opus reducere ipsis hominibus, z eorum cuilibet cēsum grossum ad paruum censum: sed debuisset dici quod dictum censum ex integro remitteret dictis particularibus hominibus pro censu duorum sestariorum predictorum granorum z duobus solidis cum sex denarijs z extunc inantea per dictam vniuersitatem sibi z suis soluendis. sed cum non hoc dixerit, non sunt verba predicti instrumenti ad dictum censum detorquenda. cum igitur dicta reductio fuerit facta singulis ad dictum paruum censum soluendum per homines zc. satis datum est intelligi quod ille census solueretur non per vniuersitatem, sed per singulos homines z quidem totius hoc est quod per quemlibet soluerentur duo sestaria z dicti duo solidi cum sex denarijs: vt sic primordium ad se sequentia trahat, vel vt dici solet vt ex primordijs tituli posterior formetur euentus. l. vnica. §. fina. z quod ibi docto. C. de impo. lucrati. descriptio. ad quod facit. l. qui filiabus. in princip. z. l. si seruus plurium. §. fina. ff. de legat. j. Et vt quemadmodum deductio facta est predictis hominibus z eorū cuilibet de dicto grosso censu ad paruum censum soluendum per homines zc. intelligatur z eorum quemlibet, vt sic singula singulis reddantur quod tiendum est. l. vnica. §. sin autem sub conditione. super verbo, ex fortuna. C. de cadu. tollen. z in authen. de exhiben. z introducen. re. circa principiū. super verbo, decretis. collatio. quinta. z. l. qui in futurum. §. j. ff. de pact. Et nisi velimus calumniari iste intellectus clarissime resultat ex deductione dicti grossi census que fuit facta dictis hominibus z eorum cuilibet ad dictum censum paruum. in quo propterea remanserunt ipsi obligati non ipsa vniuersitas. de qua etiam quo ad hoc nihil dicitur sed de ipsis hominibus z suis heredibus. Ad. l. vero. veteribus. primo etiam allegatam respondeo quod illa facit contra dictos vniuersitatem si homines qui se iuuātis iuuare volunt dicta reductione que opi-
4 nio ad hoc non est clara pro eis: sed facit cōtra eos. † z sic in hoc esset ipsa pretensa obscuritas si que esset prout non est contra eos interpretanda, pro eo quia in dubio debet fieri interpretatio contra illum qui se fundat ex verbis contractus dicta. l. veteribus. l. stipulatio ista habere licere. §. in stipulationibus. ff. de verb. obl. z in regula iuris, contra eum. de regul. iuris. in sexto.

Etiā nec obstat id de quo

vlterius opponitur. s. q beneficia principis quatenus concernūt
5 preiudicium suppositus debeant latissime † interpretari. l. fina. ff. de constitutio. princip. z quod notant doctores. in. l. nec auus. C. de emancipatis libe. quoniam respondeo q dictus quondam dominus Raymundus non erat princeps: z propterea non potuit nec potest predicta reductio appellari beneficium principis: quia cum donatio cōfertur a principe illa appellatur beneficium. cum
6 vero confertur ab inferiore: illa † appellatur non beneficium. sed donatio, vt voluit Bal. in dicta. l. beneficiū in verbis finalibus. z multa sunt q latissima interpretatiōe bñficij principis veniunt in beneficio ipsius, quorum aliqua commemorat Andre. Barbatias in capit. cum dilecti. columna sexta. versic. sed tu melius dicas. de donationibus. que non venirēt in donatione facta ab inferiore. Preterea beneficium principis non est sic interpretandū in odium suppositus z in fauorem eius cui conceditur, quod illud intelligatur contra verba eiusdem. quinimmo debent in tali beneficio verba considerari z attendi. l. ad probationem. versiculo. quem tenor scripture designat adiuuet. C. de probationib. l. sancimus. versiculo, pacti tenor. C. de fideiussoribus. l. fideiussores magistratuum. §. pro Aurelio. versiculo, lecta subscriptione. ff. de fideiussoribus. c. porro. z. c. recepimus. de priuilegijs.

¶ Addo qd in instrumento dicte reductionis dicitur qd dictus domi. Raymundus agnoscens dictos homines sibi esse beneuolos atq; gratos z volens super illis de meritis respōdere zc. Per que apparet, qd illa reductio non fuerit donatio simplex, sed forte ob causam: cui propterea debebant merita commensurari iuxta ea que scribuntur per doctores in. l. Aquilius regulus. ff. de dona. z in. l. si donatione. C. de donationi. nisi forte dicant prefati vniuersitas z homines moderni: qd imo non precesserant merita: z hoc dicant ne forte dicatur illos fuisse his meliores. Sed quicquid sit quoad hoc super quo nō est insistendum ex predictis apparet dictam oppositionem non obstare intentioni modernorum dominorum dicti loci: nec etiam obstat id qd respondere conantur vniuersitas z homines prefati ad id quod superius dixi de recognitione facta per illos viginti homines, scz quod per illam recognitionem z subsequutum vsum fuisset interpretata seu declarata obscuritas si que fuisset prout non fuit in instrumento dicte reductionis. Quoniam dico z respondeo, quod in hoc non agitur nec cōtenditur inter partes de obligandis alijs hominibus sed de declaratione dicte conuentionis, que potuit fieri per recognitionem dictorum viginti duorū hominum, z vsum eorum in quibus remansit vniuersitas dicti loci: z sic iura primo allegata non faciunt ad materiam. Preterea non bene respondent dicti aduersarij ad id qd dicitur in instrumento dicte reductionis qd census grossus fuerit reductus predictis hominbus z eorūz cuilibet z post pauca facienti z facientibus zc. quatenus dicunt qd illa verba tantum tendunt ad liberandum z absoluēdum dictos homines a grosso censu antiquo non autem ab obligandum eos ad nouum censum paruum ad quem ille grossus fuit reductus.

¶ Quoniam respondeo qd in hoc non erat opus obligatione. erant enim obligati ad grossum censum, a quo non fuerunt in totum liberati, per dictā reductionem: sed remanserunt ex illo antiquo z annuo censu, annuus census duorum sestariorum predictorum granorum z duo solidi cum sex denarijs qui erant pars seu partes dicti grossi census. Et sic supposito citra preiudicium veritatis. qd illa verba tenderent tantum ad dictos homines z eorum quemlibet liberandum z absoluendum: non tamen tendebant ad eos liberandum z absoluendum a toto: sed tanto. quia de quatuor sestarijs erant duo remansura in obligatione, z de decem solidis duo solidi z sex denarij. z hec patent ita vt non sit opus respondere ad ea que vlterius deducuntur, qd scilicet inducta ad vnum effectum scilicet ad diminuendum non inducant augmentum: q hoc non est factum in dicto casu pro eo q nullibi actum est de totali liberatione seu absolutiōe dictorum particularium vel hominum singulorum. Et per hec patet responsio ad primum quesitum.

¶ Ad secundum dico z respondeo qd quo ad nominatos in dicto instrumento si viuerent prout non viuunt, aut quo ad eorum heredes z vniuersales successores, illi possunt conueniri ad soluendum dictum primum censum si vt predixi non opponant, nisi de dicta diminutione seu reductione facta per dictum quondaz do. Raymundum.

Raymundum. Sed quo ad eos qui fortasse postea venerunt ad habitandum in dicto loco vel qui non sunt heredes aut vniuersales successores de quibus in dicto instrumento, non bene video quomodo illi possint conueniri ad soluendum dictum cēsum nisi de alio doceatur. nec puto quod ipsi possint expelli a dicto loco postquam dominus vel domini dicti loci passi extiterunt eos ini bi residere aut manere per id quod scribit beatus Ambrosius in iij. de offi. c. vij. Oldra. consilio. lxxij. exordiente an contra sarracenos. consilio octogesimoseptimo exordiente, quero an princeps z consilio. cclxiij. exordiente, illa videtur probabilior sententia. z quod scribit Bald. in. c. j. de for. fidelita. in vsibus feudorum. vbi voluit quod postquam forenses venerunt ad territorium alicuius sunt sicut reliquus populus z quod esset contra naturalem equitatem z bonum publicum si expellerentur. z hoc etiam voluit Bartho. veronensis in suo tractatu de seruitutibus sub rubrica de seruitute vie. colum. xi. versicu. quero octauo pro quo facit textus in authentico, de questori. circa principium collatione sexta. z ita etiam tenet Aluarotus sequendo Baldum in capitulo primo ad finem. in tit. qualiter vasal. iurare de. fidelitatē. Opinio tamen quod si ibi esset z fuisse probaretur consuetudo quod singuli homines consueuissent soluere dictum paruum censum,
7 ad hoc possent etiam † dicti forenses, qui venerūt z quotidie veniunt ad habitandum in dicto loco, conueniri.

Ad tertium dico z respondeo quod vbi probaretur intentio dominorum dicti loci, scilicet q̄ omnes z singuli homines tenerentur ad soluendum dictum cēsum z solum esset questio an dicti homines prescripsissent aduersus intentionem z ius dictorum dominorum: tunc videndū esset quanto tempore cessatum extiterit in solutione census huiusmodi: quia si nō esset cessatum per triginta annos, videtur quod nōdum prescriptioni locus extitisset aduersus eorū actionem personalem, quia petere poterant dictum censum cum actiones personales durēt regulariter triginta annis. l. receptitia. §. hac apertissima lege. C. de constitu. pecu. l. sicut in rem. C. de prescriptio. tri. vel quadra. anno. l. j. §. nemo. C. de anna. exceptio. z institutionibus. de perpetuis z temporalibus actionibus. in principio
8 † Si vero cessatum extitisset per triginta annos z vltra, dum tamen cessatum non extitisset per quadraginta annos, videretur quod nihilominus petere possent dictum censum, z quod si de prescriptione opponeretur, ipsi possent sibi prouidere per beneficium restitutionis in integrum aduersus lapsum temporis, per ea que scribit Alex. de imo. consil. lxxj. exordiente, videretur prima consyderatione zc. z consilio. lxxxiij. exordiente, in causa vertente. in primo volu. Sed si cessatum extitisset bona fide per quadragin-
9 ta annos vel vltra: tunc esset maxima difficultas † quia multi sunt qui dicunt quod eo casu non detur restitutio in integrum aduersus prescriptionem etiam si ille contra quem fuit prescriptum habuerit iustam ignorantie causam. z sic quod isto casu nō iuuetur per illam generalem edicti clausulam si qua iusta causa mihi videbitur z hanc opinionem sequutus est Alexan. de imo. in. l. possideri. §. labeo. columna penultima. ff. de acquirend. possessione. z consilio. clj. exordiente, viso themate suprascripto. colū. fin. in. ij. volumi. z Fran. de cur. consi. clxxxij. exordiente, vt in decidendis quesitis veritatem aperiam. colum. ij. versicu. z si forte opponatur in hac forma. sed cōtrariam opinionem scilicet quod etiam aduersus prescriptionem quadraginta annorum detur restitutio in integrum ex capite ignorantie tenuit Joan. de imol. in. c. fina. charta. ix. colum. prima. de prescriptio. Panormi. in. c. vigilanti. loquens in terminis illius decretalis, que de prescriptione quadraginta annorum loquitur. de prescriptio. Angel. in l. annus. ff. de calumniatori. quam etiam sequitur Alex. de imol. in dicto consilio. lxxi. colum. ij. versicu. idem expresse voluit Joannes de imol. z idem videtur sensisse in dicta. l. cum filius. §. in hac colum. iij. versicu. limita non procedere in prescriptione zc. ibi cōtrarium tamen tenuerunt Joan. de imol. z consilio. clxix. exordiente, viso themate suprascripto. colum. quinta. versicu. non obstat quod aduersus prescriptionem quadraginta annorum non possit cōcedi restitutio in integrum in. ij. volumi. z hanc opinionem videtur amplecti domi. Felyn. in. c. vigilanti. colum. ij. versic. sed hoc non est firmandum. quia abbas hic zc. de prescriptio. z hec videtur opinio verior. Esto igitur quod habitatores dicti loci illi scilicet qui tenebātur ad solutionem dicti primi census cessassent in solutionem illius per tempus quadraginta annorum: si tamen pro tempore domini dicti castri hoc ignorassent possent moderni domini ex capite ignorantie petere se restitui in integrū aduersus dictam prescriptionem, per predicta.

Ad vltimū quesitum in quo queritur qualiter sit dictis dominis prouidendum, dico z respondeo, quod quo ad eos qui in posterum venerint ad habitandum in dicto loco poterunt ipsi domini sibi prouidere, vt scilicet eos recipiant cum honestis conuentionibus z pactis: z si illi pacisci aut conuenire nollent: poterunt dicti domini eos non recipere arg. l. diuus. ff. de seruituti. rusti. predio. l. heres. ff. de vsufruc. le. ga. z. l. sicuti. §. aristo. ff. si seruit. vendice. quod etiā voluit Bal. in. c. j. de for. fidelita. in vsib. feudo. z post eum Bart. veronen. in suo tracta. de seruituti. sub rubrica de seruitu. versi. quero octauo.

1 Vsufructuario inuito an possit proprietarius imponere seruitutem fundo, ex qua fiat vsufructuarij deterior conditio.
2 Fundi seruitus an z quando mutari possit in alium vsum. 3.
4 Concessio in emphyteusim vni facta, an possit a domino in preiudicium primi alteri concedi. 6. 7. 8. z seq.
5 Aque ducende seruitus vni concessa an z quando possit a domino fontis seu fluminis alteri concedi.

Epitome.

Quod dominus pecunia accepta fruendum subditis tradidit, non potest ipse vel eius heres alijs etiā tradere vel in emphyteusim concedere. V. F.

De subdi. vasal. Consilium. cclxiij.



Cum dudum anno scilicet domini Millesimo quadringētesimo quinquagesimo quarto z de mense Decembris, facta z passata extiterit transactio per z inter nobilem z generosum quondam virum Raymūdum de morgijs dominum oppidi seu castri ac territorij z mandamenti de Spina ex vna parte, z homines loci Montisiacij, seu probos viros Antonium de baud. Petrum morenasij, Alphantum arlaudi z Claudium clerici dicti loci Montisiacij: tam suis proprijs nominibus, quam vice z nomine omnium aliorum hominum z personarum eiusdem loci Montisiacij ex alia, z in ipsa fuerit inter alia conuentum, pactum, z transactum, qđ ipsi homines ac incole z habitantes in dicto loco Montisiacij haberent z habere deberent pro se z suis heredibus z extunc in antea successoribus quibuscunq̄ pascuum z pasqueiragium omnium z quorūcunq̄ animalium predictorum hominum dicti loci Montisiacij, ac etiam bosqueiragium quorumcunq̄ lignorum, videlicet a furcis seu loco furcarum loci z territorij de Pomagijs supra z a parte territorij recte tendendo ad crucem pugnee zc. z alias prout sic z latius contineri dicitur in instrumento transactionis huiusmodi. Et dicti homines tam pro concessione iurium depascendi z lignerandi, quam quorundam aliorum transfigendo dare z soluere conuenerint z promiserint, z deinde dederint z soluerint dicto nobili Raymundo centum z decem florenos monete tunc currentis, non debuit, nec de iure potuit nec debet aut de iure potest nobilis z generosus vir Antonius de morgijs modernus dominus dicti loci de Spina z vt puto vniuersalis heres z successor dicti quōdam nobilis Raymundi, venire contra dictam transactionem aut concessionem predictorum iurium depascendi z lignerandi. Et sic nihil debuit facere aut alij vel alijs concedere in emphyteusim vel alias in dicta parte territorij per quod fieret preiudicium dictis hominibus Montisiacij in dictis eorum pascuis seu pasturgagijs z ligneragio per id qđ habetur in. l. preses. z. l. si manifeste. C. de seruit. z aqua z. l. ij. in fi. C. ad leg. aquil. ad qđ facit l. sed z si quid. §. sed nec seruitutem. cum. l. sequenti. ff. de vsufruc.
1 vbi habetur † quod proprietarius non potest inuito vsufructuario imponere fundo seruitutem ex qua deterior fiat conditio vsufructuarij. z idem probatur in. l. locus. §. j. ff. eodem titulo. z in. l. si eo loco. in princip. ff. si seruit. vendice. quod etiam voluit Bartho. vero. in suo tractatu de seruituti. sub rubrica. de seruitu. pecorum pascen. colum. xxij. versicu. alia est questio, que conuenienter
2 subijcitur zc. z ibi dicitur † quod si dominus velit reducere ad culturam fundum in quo concessit seruitutem pecoris depascendi seu pascuorū z ibi seminare blada vel plantare vites propter que non posset ille cui debetur seruitus commoda percipere, imo per ea impediretur suum ius depascendi seu pasturgandi, pro eo q̄ dominus predij seu fundi seruiētis nollet vt tempore culture animalia ibi pascerentur aut pasturgarent. clarum est quod talis reductio ad culturam non potest fieri in preiudicium seruitutis pasturgagij per dictam. l. preses. z. l. ij. in fin. C. ad legem aquil. cum
3 similibus supra allegatis † z subdit idem doctor breuem conclusionem qđ vbi dominus predij seruientis reducendo fundum suum ad culturam vel ipsum meliorando nocet seruituti iuris pa
4 scendi imposite ipse hoc facere non potest. † Cum igitur per concessiones in emphyteusim factas per dictū nobilem Antonium

de multis & diversis terris existentibus in dicta parte, & per affictamentum seu concessionem in emphyteusim etiam per eum factam cuidam pedagario cui dicitur dedisse facultatē lignerandi seu rumpendi & alias incidendi de nemore seu boscagio predictis hominibus concesso ita & taliter quod idem pedagarius absorpsit & destruxit seu annihilavit ac dietim annihilat, fuerit & sit illatum grave nocumentum seu damnum predictis hominibus Montisiaӱ, palam infertur eundem nobilem Antonium male fecisse & de iure hoc facere non potuisse sive posse per iura predicta. Et procedit hoc sine dubio pro eo qꝛ ut audio pascua seu pasturgagia & ligneragium dictis hominibus de Monteiaio concessa in tantum fuerint & sint deteriorata & imposterum deteriorarentur si non provideretur quod concessio eisdem hominibus facta de dictis pasturgagiis & ligneragio redderetur prorsus vel
5 quasi inutilis, qđ non est tolerandum. † Et per hoc respondetur ad. l. lucio. ff. de aqua quot. & esti. & ad id quod not. Bartol. & post eum aliї docto. in. l. quominus. questio. v. ff. de fluminibus. Bar. Bald. & aliї in. d. l. aquam. C. de servitu. & aqua. & in. l. in concedēdo. ff. de aqua plu. arcen. quatenus volūt quod licet aliquis mihi concesserit servitutem aque ducende ex suo fonte ad fundum meum potest nihilominus ille concedere alteri servitutem aque ducende ex illo eodem fonte ad suum fundum. quoniam respondeo quod dicta. l. lucio. & doct. in locis predictis dicunt hoc procedere quando aqua fontis omnibus sufficeret, & sic quando per concessionem alteri secundo loco factam non fieret mihi, qui sum primus preiudiciūm: quia quando fieret mihi preiudicium non posset fieri concessio alteri sine meo consensu dicta. l. in concedendo. ubi etiam super verbo, minuitur. hoc voluit glo. bar. & docto. & idem voluit glo. in dicta. l. lucio. & Bar. Bal. & aliї in locis preallegatis. & pro hac solutione seu distinctione bene facit. l. ii. §. si aque ductus. ff. de servitu. rusti. predio. unde cum ut predixi concessiones facte de predictis terris, & affictamentum factum predicto pedagario plurimum nocuerint & noceant predictis hominibus Montisiaӱ in dictis eorū iuribus, pro eo quia per eas multum diminutum est & diminueretur de facultate pasturgandi & lignerādi & nō sufficerēt eisdē hominibus pasturgagiū. & ligneragiū. Ideo non potuerūt nec de iure fieri debuerūt sine cōsensu predictorum hominum Montisiaӱ: & propterea sunt revocande & cassande, & dicti homines tuendi & defendendi in dictis eorum
6 iuribus. † Et quod tales concessiones in emphyteusim fieri nō potuerint sine consensu predictorum hominum Montisiaӱ communiter senserunt gloss. & docto. preallegati & Alexand. de imol. con. xxii. colum. iii. versi. consyderato quod presupponitur aquā predictam &c. in. iii. volu. & quamvis docto. in dictis locis videātur loqui in concessione aque: idem tamen est in concessione alterius servitutis seu iuris, utpote in concessione servitutis seu iuris pecoris pascendi & ligneragii: quia utrobiq; est eadem ratio. ergo utrobiq; statuendum est idem ius. l. libertum. §. senatus. ff. de ritu nup. c. ii. de transl. atio. prela. c. cum dilecta. de cōfirmatio. util. vel inutil. & vulgata. l. Illud. ff. ad leg. aquil. pro quo optime fa-
7 cit id quod voluit Barto. in dicta. l. in concedendo. in fin. † ubi a sensu contrario videtur voluisse & sensisse quod in quolibet iure seu servitute secunda concessio per quam impediretur usus illius cui prima concessio facta extiterat non valeat. nec opponat aliquis quod [illegible] dictus quondam nobilis Raymundus & successores rem insertur dominum illius soli seu partis in qua idem Raymundus predictis hominibus Montisiaӱ pasturgagia & ligneragium concessit, potuerint dicti Raymundus & successores etiā post cōcessionem huiusmodi de dicto solo seu parte territoriї pro eorum voluntate seu libito disponere argumen. l. i. §. de eo opere & §. idem ait. ff. de aqua plu. arcen. & l. Polla. C. de his quib. ut indign. iūncta. l. in re mandata. C. mandati. Quoniam respon-
8 deo quod licet ubi quis disponit de iure suo libero consensus extranei requirendus non existat. c. moribus. cum suis similibus. ti. si de feu. controver. fue. int. do. & agna. Tamen ubi disponit de iure suo non libero hoc facere non potest in preiudicium alterius dicta. l. in concedendo. cum suis simi. quod etiā ut predixi senserunt doc. in locis superius allegatis & Bald. in. d. c. moribus. pro quo ultra predicta allegat. l. in diem. ff. de aqua plu. arcend. l. receptū. ff. cōmu. predior. & l. per fundū. ff. de servitu. rusti. predior. Ex quibus omnibus concludo ut iam superius dixi quod dictus nobilis Antonius dictas cōcessiones in emphyteusim facere nō potuit & quod nec facere potest aliquid in preiudiciū predictorū hominū de Monteiayo, & dicti eorū iuris depascēdi omnia eorū animalia, & lignerandi, cum etiam cōventum extiterit & transactum per & inter dictos quondam nobilem Raymundum & homines quod ipsi homines possint & valeant dictis iuribus uti et gaudere sine inquietatione et dāno: et fuit non solū conventū et transactum pro hominibus qui tunc erant, sed etiam pro his qui postea forent et habitarent in dicto loco Montiliaӱ, et ita nulli est dubium quin etiam illi qui postea venerunt ad habitandum in dicto loco possint uti & gaudere predictis iuribus postq; ita conventum est et qui gauderent et gaudere possent etiam si non fuisset conventum. l. forma. §. pcq. ff. de censi. & l. i. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & esti. pro quo facit quia dictus quondam Raymundus cogitare potuit quod homines loci predicti de Monteiayo crescerent. l. cum bonis. §. fina. ff. de alimen. & ciba. lega. & l. si servitus. ff. de servituti. urba. predio. & argu. l. proponebatur. ff. de iudi. l. eum debere. ff. de servituti. urba. predior. l. si cognatus. ff. de reb. dub. & l. sordidiores. cum ibi notatis. ff. de excusa. muner. & quod notat Iacob. reb. ff. in. l. unica. C. de privile. corpora. libro xi. Et ita mihi videtur sub correctiōe cuiuslibet dominiї melius sentientis.

1 ☞ Servitus non edificandi & edificium altius non tollendi, an & quibus casibus imponi possit.

Epitome.

Cuilibet licitum est domum suam tollere, vel in suo edificare, etiam si domus vel area depressa extitisset annis mille: nisi servitus fuisset imposita. U. F.

De servitu. & aqua. Consi. ccxliiii.


1 Uilibet regulariter licitum est † domū suā tollere, vel in ea et in area aut platea sua edificare, etiam si domus vel area depressa vel sine edificio extitisset per mille annos, nisi servitus fuisset imposita. l. altius. l. si edibus. C. de servituti. & aqua. l. cum eo. & in. l. penult. ff. de servituti. urba. predio. & quod habet in. l. qui luminibus. & quod ibi gl. ff. e. tit. & in. l. altius. ff. si servitus vendice. Quo fit ut nisi servitus altius non tollendi imposita extiterit platee in casu mihi exhibito parte honorabilium virorum magistri Ioannis Alberti notariї & Francisci eius fratris latius mentionate possit Michael albi dicte platee dñs in ea edificare, & edificādo tollere lumina que a parte illius platee recipiebantur. per iura predicta. est verum qđ si alias idem Michael vel suus predecessor fuisset per dictos magistrum Ioannem Franciscum vel eorum predecessores edificare impeditus, & deinde preteriissent & transissent decem anni: posset nunc idem Michael impediri, per id quod not. gloss. in dicta. l. qui luminibus. Quo vero ad stillicidium domus dictorum magistri Ioannis & Francisci quod recipere consuevit in predicta platea per tempus de cuius initio aut contrario hominum memoria non existit, dico q; dictus Michael non potest edificare in preiudicium huiuscemodi stillicidiї, nec facere quominus illud recipiat sine damno aut detrimento dictorum magistri Ioānis & Francisci aut dicte eorum domus. l. servitutes. §. si servitus. & quod ibi glo. & §. fi. ff. de servitu urbanorum prediorum. iuncto eo qđ habetur in. l. si arbiter. ff. de probatio. in. l. hoc iure. §. ductus aque. ff. de aqua quoti. & esti. & qđ not. Hostien. & docto. in. c. super quibusdam. de verb. signi. & gl. fi. in. c. i. de prescriptio. in. vi. que scripserim breviter & succincte sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Preteritio filiorum, quibus iure institutionis nihil relictū est: an & quando infirmet testamentum.
2 Substitutus sub; conditione an & quando possit, non obstante dicta conditione, & ante ipsius adventum, ad legitimam petendam admitti.
3 Substitutio compendiosa facta per verbum commune substituo, comprehendit non solum fideicommissariam substitutionē, sed etiam vulgarem.
4 Et ibi de natura & vi verbi substituo. & nu. 4.

Epitome.

In suis omnis conditio reiicitur quoad legitimam. U. F.

De suis & legi. libe. Consilium. ccxlv.

X themate mihi exhibite consultationis parte honestarum mulierum egidie Alphante & suarum sororū utriusq; coniunctarum & procreatarum ex probo quondam viro Petro Alphantis & Margareta amalrigo quōdam coniugibus eliciuntur dubia, quibus prius viso themate huiusmodi

huiusmodi cum iurium allegationibus dictatis per egregium vi
rum domi. primo scribentem. dico et respondeo breuiter et succin-
1 cte prout infra. † Et primo ad primum qd licet testamentum dicti
quondam Petri prima facie videatur fuisse et esse nullum propter
preteritionem dictarum Egidie et eius sororum vtrinque coniun-
ctarum, quibus nihil videtur iure institutionis reliquisse, neque eas
exheredasse, per iura que pro hoc allegauit idem domi. primo scri
2 bens. † puto tamen sententiam contrariam esse de iure veriorem, sed
qd dictum testamentum non fuerit nec sit nullum sed validum. Pro
cuius dicti declaratione premitto qd licet olim fuerit magna con-
tentio inter docto. an l. si pater. C. de institu. et substitu. et similes,
quibus disponebatur quod institutio facta de filio sub conditione
casuali esset nulla, corrigantur per l. quoniam in prioribus. C. de
inoff. testa. et qd relecta conditione huiusmodi censeatur filius vsque
ad legitimam pure institutus: hodie tamen doct. magis communiter te-
nent quod dicte leges corrigantur. et hanc opinionem tenuit Bart.
in d. l. si pater. et latius in l. suus quoque. in princip. ff. de here. insti.
et hec ante Bart. fuit opinio Richar. malumbr. vt refert Bal. in
d. l. suus quoque. in princ. quam etiam tenet Salic. in d. l. quoniam in
prioribus. per tex. expressum in l. scimus. §. cum autem. C. de inof.
testa. eandem opinionem tenuit Paul. de castr. in d. l. si pater. et
in allegata. l. suus quoque. vbi etiam dicit qd totus mundus ob-
seruat hanc opinionem Bar. et qd omnes conati sunt respondere
dicte l. scimus. §. cum autem. sed nullus vnquam bene sciuit illi respon-
dere. Istam opinionem etiam tenent multi, quos plenius refert
domi. Jas. de may. in d. l. si pater. col. xv. ver. contrariam opinio-
nem quod immo iste leges sint hodie correcte etc. et quia hec opinio
est hodie communis, non esset tutum ab illa recedere in iudican-
do vel consulendo. l. j. versi. crebrior apud veteres opinio. ff. de of.
questo. et c. nouimus. et qd ibi Anto. de butri. de verb. signifi. et qd
not. Host. Jo. an. in nouel. Anto. de butr. Pano. et moder. in c. j.
de constitu. Ex quibus sic premissis infero qd de hereditate pre-
fati quondam Petri eisdem Egidie et sororibus relicta non qui
dem pure sed sub conditione si videlicet quatuor liberi procreati
et suscepti ex dicto quondam Petro et eius secunda vxore sine liberis
ex propriis eorum corporibus et de legitimo matrimonio procrea
tis ab humanis decederent, seu de substitutione compendiosa de
eisdem Egidia et sororibus facta, debuerit et debeat detrahi hu-
iusmodi conditio seu conditiones vsque ad legitimam, que eisdem
Egidie et sororibus vtrinque coniunctis in bonis dicti quondam
Petri testatoris debebatur dicta l. quoniam in prioribus. iuncta
allegata l. scimus. §. cum autem. et hanc legitimam non obstante
pendentia dicte conditionis seu conditionum de quibus in dicto
testamento quod non vidi possint dicte Egidia et sorores nisi aliud
eis obsistat postulare et petere: nisi forte quis dicat huic dicto ob-
stare id quod not. docto. in dicto. §. cum autem. et in dicta l. suus
quoque. in prin. quamuis volunt quod ille. §. cum autem. sit hodie cor-
rectus. sed hoc non obstat. Quoniam respondeo et fateor qd ille
§. est correctus quatenus in eo disponebatur qd ad validitatem
testamenti sufficeret quod filio relinqueretur hereditas iure fidei-
commissi, et sic qd non erat necessarius titulus institutionis: sed non
est correctus in eo quod vt prediximus per illum disponitur qd de eo
quod filio sub conditione casuali relictum est debeat redigi condi
3 tio vsque ad legitimam. † Et si dicatur quod id in quo fateor di-
ctum. §. esse correctum sufficiat ad ostendendum quod dictum
testamentum fuerit nullum vel qd non suffecerit per viam substi
tutionis de qua supra relinquere prefatis Egidie et sororibus. di
co et respondeo qd istud esset verum si dicta substitutio fuisset me
re obliqua seu fideicommissaria. sed hoc non fuit sed fuit compen
diosa facta vt audio per verbum commune substituo, que com-
prehendebat non solum fideicommissariam sed etiam vulgarem
substitutionem sm Jac. Are. quem refert et sequitur Cy. Rayne. et
docto. communiter in l. precibus. C. de impuber. et aliis substitu
tio. Bartol. in l. centurio. versi. quero vtrum substitutio compen
diosa facta per verbum commune etc. vbi etiam doct. communi-
ter. ff. de vulga. et pupilla. Bar. in l. quamdiu la vltima. ff. de acquir.
here. Joan. de imo. in c. Raynutius. in materia compendiose vbi
etiam alij de testa. et Philip. de Franch. in c. si pater. in materia
4 compendio. vbi etiam alij eod. titu. in sexto. † Verbum enim sub-
stituo, trahitur ad institutionem etiam inter filios quos dici-
mus. et verum est debere habere titulo institutionis authentico
vt cum de appella. cogno. §. aliud quoque capitulum. et qd etiam
hoc casu verbum substituo trahatur ad institutionem voluit gl.
quam ibi multum commendant Joan. de imo. et Alexa. de imo.
in l. si pater impuberes. super verbo substituit. ff. de vulga. et pu-
pilla. dicentes hanc gloss. non de facili alibi reperiri. et pro hoc fa
cit quod habetur in l. si pater filium. qd ibi Alexand. de imol. ff.
de vulga. et pupilla. vbi si filius vocetur per tacitam vulgarem ad-
ueniente casu substitutionis pro instituto habetur. vt etiam vo-
luit Joan. de imo. in l. inter cetera. ad fin. ff. de libe. et posthu. et vt
refert Alexand. de imol. in dicta l. si pater impuberes. ipse alias
consuluit in ardua questione seu causa hac scilicet filius legitima-
tus fuerat compendiose substitutus agnatis dicebatur testamen-
tum non valere cum iure institutionis habere deberet dicto au-
then. vt cum de appella. cogno. §. aliud quoque capitulum. et dicit
idem Alexa. contrarium consuluisse per gloss. supra allegatam et
5 per dictam l. si pater filium. † attento qd sub compendiosa substi
tutione comprehenditur vulgaris substitutio que dicitur condi-
tionalis institutio. l. in ratione. §. quod vulgo. ff. ad leg. Falcid. et
l. coheredi. §. coheres. ff. de vulga. et pupilla. conditio autem reij-
citur non solum in institutione seu relicto filio sub conditione po
testatiua: sed etiam si institutio vel relictum huiusmodi facta aut
factum extiterit sub conditione casuali seu mixta dicta l. quoniam
in prioribus. iuncta allegata l. scimus. §. cum autem. C. de inoffi.
testamen. secundum opinionem magis communem in dictis iu-
ribus et plenius per Bartol. et sequaces in dicta l. suus quoque. in
principio. ff. de hered. institue. et dicta l. si pater. C. de institutio.
et substitutio. Dicte igitur Egidia et sorores censentur fuisse pure
institute vsque ad legitimam eis debitam in bonis paternis. quo
fit vt non possit testamentum predictum pretendi fuisse nullum
propter preteritionem dictarum egidie et sororum. fateor ve-
ro quia illud fuisset et esset nullum alio non defendente si fuissent
substitute vel etiam si substitutio esset facta per verbum mere
obliquum cuiusmodi est verbum restituat, reddat, et alia huius-
modi de quibus per Philip. decium in dicto c. si pater. in mate
ria compendiose versic. si autem queratur quota fuerit aut sit legiti-
ma. dico et respondeo quod cum dicto quondam petro superfue-
rint octo liberi horum omnium legitima fuit semis seu dimidia
pars bonorum eiusdem quondam petri eorum scilicet que super-
fuerunt deducto ere alieno et funeris impensa. authen. de trien.
et se. §. j. collatio. iij. et transumptiue in auth. nouissima. C. de inof.
testa. iuncta l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eod. ti. et sic legiti
ma cuiuslibet fuit decimasexta pars predictorum bonorum.
¶ Preterea est aduertendum an dicte egidia et sorores renuntia
uerint bonis paternis et cum iuramento, quia sic viderentur ex-
cluse nec possent pretendere testamentum fuisse nullum propter pre
teritionem per id quod scribit Bald. in l. filio preterito. ff. de in-
iust. rup. irrit. testa. et idem voluit Paul. de castr. in l. qui superstiti
tis. col. fi. versicu. preteritio vero ipsius filie. ff. de acquiren. here.
vbi dicit quod preteritio filie que cum iuramento renuntiauit non
vitiat testamentum: quia cum sit exclusa per iuramentum, non debe
tur sibi legitima, sicut si esset exclusa per statutum extante, masculo
et sic institui vel exheredari non debebat de necessitate iuxta
notata per Barto. in l. ij. §. fina. ff. ad Tertullia. et in l. maximum
vitium. colum. vlti. C. de liber. preteri. et de hoc scribunt alij in alijs
locis et signanter Fran. de are. consi. clxx. exordiente, consideratis
diligentissime et mature. col. x. versi. ij. quia iurando non venire etc.
et idem voluit petr. Jac. in suis libel. sub rubrica. de condictio. ex
lege omnimodo. collat. mihi. viij. ver. sed an ille filius. Quis Fran.
de are. in l. fi. colum. v. C. de pact. videatur aliter sensisse et voluis-
se quod filia preterita possit impugnare testamentum, pro eo quia
sua interest habere hoc remedium vt sic illud venale faciat. sed in
casu nostro hoc non prodesset nisi forte alijs filiabus susceptis ex
secundo matrimonio quibus hoc ius venale esse posset: quo vero
ad id quod scribit prefatus do. primo scribens de bonis relictis
per dictum quondam petrum eius secunde vxori. dico prout ipse
dixit qd super hoc sunt opiniones. veruntamen ego adhereo opi
nioni sue vtpote magis communi et que videtur probari maiori-
bus fundamentis scilicet id quod plus dicte secunde vxori relictum
est quam relictum extiterit aut donatum prefatis Egidie et soro
ribus vtrinque coniunctis debeat diuidi inter ipsas sorores per par
tes viriles pro hac sententia multa induxit idem do. doctor pri-
mo scribens quibus pro confirmatione possent multa addi. sed quia
illa mihi visa sunt cuilibet bene intuenti sufficere ego vlterius
non insisto et sic resoluendo hunc articulum dico quod cum dictus
quondam Petrus videatur dictis Egidie et sororibus et earum cuili
bet reliquisse legitimam vt superius dixi in qua imputanda est
dos pro eis et earum qualibet constituta. l. quoniam nouella. C.
de inoffi. testa. dicta secunda vxor debet habere tam de sibi reli-
ctis per dictum quondam Petrum in dicto suo testamento, quam de
donatis inter viuos forte tempore matrimonij, vel alias tantum
quantum ascendit legitima alterius ex filiabus et sic decimam
sextam partem bonorum dicti quondam petri. residuum vero eorum
que fuerunt relicta vel donata hoc est id quod plus donatum est
vel relictum dicte secunde vxori quam donatum extiterit vel relictum
predictis filiabus et earum cuilibet debet equis portionibus iu-
xta predicta diuidi inter predictas egidiam et sorores.
¶ Ad aliud quesitum in quo queritur an dictus quondam Pe-
trus potuerit bona materna retinere aut alienare pro modica do
te etc. dico quod pro solutione huius dubij essent vidende dotis

dotis seu dotium constitutiones & bonorum renunciationes si que per dictas Egidiam & sorores facte extiterint insuper etiam esset intelligendum quantum valerent bona defuncte matris istarum filiarum, & an sint magne reuenute, & in quo consistant. qd dico etiam propter fructus naturales & industriales quos ex eis suscepit dictus quondam Petrus in vita dicte prime vxoris: quamuis vt audio non essent bona dotalia. super quo postea videri poterit, an illos fructus seu eorum valorem, aut aliquid pro eis possint dicte Egidia & sorores petere ab heredibus mariti. de quo scribunt doct. in multis locis & signanter in. l. maritum. ff. ad legem falcid.

1 ☞ Heres grauatus sub conditione vel in diem fideicommissum restituere substituto, si pendente conditione vel die id faciat an valeat talis restitutio, vt per eam sic factam transeant in substitutum actiones actiue & passiue.

Et ratio propter quam dicta restitutio non valeat, numero secundo. 4. & seq.

3 Nihil dictio vniuersalis est negatiua.

6 Legitima heredis grauati non venit in fideicommisso vniuersali.

7 Testator an prohibere possit liberis primi gradus ne de vniuersali fideicommisso detrahant legitimam & quartam trebellianicam.

¶ Epitome.

¶ Ex trebellianica. S. C. non debet hereditas restitui pendente die vel conditione. A. F.

¶ Ad. S. C. trebel. Consilium. ccxlvi.



Tiam si pendente conditione aut die vniuersalis fideicommissi posset fideicommissum huiusmodi per grauatum sub conditione vel in diem substituto restitui: non potest tamen pendente conditione fieri restitutio huiusmodi authoritate senatusconsulti Trebelliani † nec per sic factam restitutionem transeunt actiones actiue & passiue in substitutum. l. heres meus, in principio. ff. de conditio. & demonstra. l. si cum dies. ff. quand. di. lega. cedat. iuncta. l. sed & si ante. ff. ad trebel. quod etiam volunt Iaco. de raue. & Pet. quos refert & sequitur Cyn. in. l. post mortem. C. de fideicommiss. vbi idem volunt Bar. Albe. de rosa. Ang. Paul. de cast. & do. Ias. de may. idem etiam firmauit Ioan. de imol. in dicta. l. sed & si ante. quam legit cum. l. sed & si alio. §. si quis sub conditione. ff. ad Trebellia. heres enim
2 sic grauatus † & ante euentum conditionis & diei restituens fideicommissum, non illud restituit ex voluntate testatoris vel prout testator voluit, vt nota. Cy. Bar. Alber. & do. Ias. in dicta. l. post mortem & Ioan. de imo. in. d. l. sed & si ante. Ange. vero in dicta. l. post mortem. dicit heredem non restituere fideicommissum prout optauit testator & Paul. de cast. dicit quod non restituit prout testator disposuit & qui omnes videntur vnum dicere scilicet quod sic restituens non restituit iuxta voluntatem testatoris & vt breuiter dicam iste articulus deciditur per dictam. l. sed & si ante. cui vt dicit Paul. de cast. in dicta. l. post mortem. non potest responderi, & quamuis Saly. qui in hac materia fuit perplexus & eam reliquit cogitandam conetur illi respondere dicens post gloss. vt pretendit quod in dicta. l. post mortem. erat heres pure scriptus sed rogatus sub conditione restituere fideicommissum. in dicta vero. l. sed & si ante erat institutus sub conditione & simpliciter rogatus restituere & quod ideo ante conditionis euentum non poterat restituere: quia nec ante aduentum conditionis huiusmodi heres esse poterat, hec tamen responsio non nocet ei quod predixi. cum quia non videtur quod dicta. l. sed & si ante. loquatur in herede sub conditione instituto & simpliciter rogato restituere quia ille casus erat sufficienter decisus in. l. proxime precedenti dicta. l. sed & si ante. in. §. fi. vbi ad literam dicit tex. si quis sub conditione fuit heres scriptus pendente conditione nihil agit tametsi paratus sit restituere hereditatem. si enim sic heres scriptus & pendente coditione hereditatem restituens vniuersaliter nihil agit prout exprimitur in dicto. §. finali. propter illam dictionem nihil
3 que est vniuersalis negatiua. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de rebus dubiis. & l. ij. ff. commu. diui. quid opus erat subiicere dictam. l. sed & si ante. ad decidendum, quod si per sic heredem scriptum & grauatum restituere fiat restitutio pendente conditione, non transferuntur actiones. quia ex decisione dicti. §. fi. in quo dicebatur talem sic restituentem nihil agere: apertissime inferebatur quod non transferret actiones. dicta. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ad fin. ad quod facit. c. solite. cum multis similibus. de maio. & obedien.

dicta igitur. l. sed & si ante. videretur superfluere. quod non est dicendum per id quod habetur in prima constitutio. C. §. quibus. Cum & quia gloss. in dicta. l. post mortem super verbo restituere non solum intellexit dictam. l. sed & si ante. in herede sub conditione instituto & rogato restituere prout visus est velle sentire Salyce. sed etiam in herede puro instituto, & sub conditione grauato, & in vtroque casu dicit restitutionem esse nullam vt aperte colligitur ex dicta glo. Non igitur videtur qualiter Saly. dicere potuerit quod docto. recitent glo. predictam aliter quam dicat. quia profecto glo. vtrunque dicit & docto. nihil referunt quod glo. non dixerit, nec glo. conata est euadere contrarium ex eo scilicet capite quod in dicta. l. sed & si ante. fuerit heres sub conditione scriptus & in dicta. l. post mortem. pure & sub conditione rogatus restituere. sed quesiuit sibi aliud diuerticulum scilicet quod in dicta. l. post mortem. fuerit heres grauatus sub conditione omnino extitura in quo tamen gloss. communiter damnatur ab omnibus, vt pa-
4 tet ex his que scribunt doct. in dicta. l. post mortem. † licet enim sic grauatus proculdubio sit moriturus, pro eo quia statutum est homini semel mori cum deus etiam proprio filio non pepercerit, non est tamen omnino euenturum quod sic grauato sit superuicturus substitutus: quia pendente conditione & ante mortem grauati potest mori substitutus, & sic deficere conditio sub qua fuerat relictum vniuersale fideicommissum. Et quis Bald. & post eum Fulgo. videantur voluisse quod restitutio de qua in dicta. l. post mortem. fiat iudicio testatoris moti quibusdam persuasionibus de quibus ibi per eos: ipsi tamen efficaciter hoc non probant, nec opportune respondent ad dictam. l. sed & si ante. Quo fit vt cum opinio Iac. de Raue. Petri Cyn. & sequacium sit communis vt etiam fatentur Iaco. & Fulgo. & fulcita bono. tex. & bonis fundamentis: opinio vero contraria sit paucorum habens contra se bonum tex. & vt dixi bona fundamenta, fuerit & sit illi potius quam huic in iudicando & consulendo adherendum. c. nouimus. ibi opinio a pluribus approbata. & quod ibi Anto. de butri. de verborum significatio. & c. de inductis. ibi, in quo plurimi concordant. iij. questio. iij. & l. j. versi. crebrior apud veteres opinio. de offic. questo. & quod scribunt docto. communiter in. c. j. de constitutio. & in l. fi. C. de pe. iudi. qui ma. iudica.

5 ☞ Ex quibus infertur quod restitutio quam de certa parte seu certis rebus vniuersalis fideicommissi pendente illius conditione fecisse dicitur nobilis & egregia mulier do. Francesia cotte heres vniuersalis nobilis & egregii quondam viri do. Ioannis de sancto germano iurium doctoris eximii, nobilibus viris domino Antonio & Ioanni de sancto Germano eidem do. Francesie substitutis, non fuit facta nec fieri potuit authoritate senatusconsulti Trebelliani, ita quod in eos aut eorum aliquem transiuerint actiones authoritate dicti senatusconsulti: nec ipsi nobiles substituti res sibi restitutas seu traditas & relaxatas possederunt tanquam fideicommissarii, sed tanquam donatarii, secundum Cyn. Barto. & alios superius mentionatos & in locis superius allegatos. de dictis igitur bonis dicto quondam nobili Ioanni restitutis seu relaxatis aut donatis nihil potuit aut potest petere dictus do. Antonius a nobili Anna de sancto germano filia quondam & vniuersali herede eiusdem nobilis Ioannis. cum substitutio quam de se pretendit factam extitisse dictus do. Antonius per dictum quondam do. Ioannem testatorem nondum purificata extiterit, pro eo quia nec dicta do. Francesia ab humanis decessit, nec ad secunda vota conuolauit: & sic non euenit conditio grauaminis. conditionalis enim dispositio per euentum conditionis sortitur effectum non ante illum. l. cedere diem. ff. de verborum signi. l. qui heredi. §. fina. ff. de conditio. & demonstra. & l. pecuniam. ff. si certum peta. Dictus igitur do. Antonius qui in hoc articulo proculdubio vt videtur male egit & vinci debet, condemnari debet in expen. vel expense & cum expensis compensari iuxta ea que scribit Bald. in authentica. generaliter columna quarta. versi. iuxta hoc queritur ponamus quod plura intentantur. C. de episco. & cleri. & in. l. apostolos. §. cautione. colum. fi. ver. quero nunquid ille. C. de appellatio. de quo etiam Bal. Salyce. & Alex. de imo. in. l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudi. Ioa. de imo. in. l. qui solidum. in princ. ff. de leg. ij. & quod scribit do. Iason de may. in dicto. §. sin autem alterutra. columna septima. ver. quarto quero quid si reus in parte obtinuit. & cano. in. c. finem litibus. de dol. & contuma.

☞ Preterea etiam si dici posset quod quo ad bona que de bonis vel hereditate nobilis & egregii quondam viri domi. Iacobi de sancto Germano iurium doctoris primi testatoris & in hac causa mentionati peruenerunt ad nobilem quondam virum Mermerum de sancto Germano dictorum domi. Antonii & Ioannis quondam patrem & per me-

dium

dium eorum Hermeti ⁊ Joannis ad dictam nobilem annā eiusdem Joannis filiam ⁊ vniuersalem heredem fuisset ⁊ esset locus pretense fideicommissarie substitutioni, prout exemplo pretenditur: de ipso tamen pretenso fideicommisso deberet detrahi legitima eiusdem quondam Hermeti, ⁊ id quod de ea per medium ipsius ⁊ prefati quondam Joannis ad dictam annam peruenis-
6 set quia legitima grauati † non venit in fideicommisso vniuersali. l. coheredi. §. cum filie ⁊ quod ibi docto. ff. de vulga. ⁊ pupil. Et cum nulli ex fratribus ⁊ sororibus dictorum domi. Antonij ⁊ Joannis heredes ab intestato dicti Hermeti eorundem quondam patris bona sua cesserint ⁊ remiserint eisdem do. Antonio ⁊ Joanni, ea portio que pro legitima dicti quondam eorum patris in dictis bonis competebat non venit nec comprehenditur in restitutione fideicommissi. d. §. cum filie. Et sic dictus do. Antonius plus re petijt, quo fit vt debuerit ⁊ debeat condemnari in expē. cause huius. §. si quis agens. ⁊ quod ibi docto. institu. de
7 actio. ⁊ c. vnico. ⁊ quod ibi docto. de plus petitio. † Addo quod licet docto. magis communiter opinentur quod testator hodie regulariter prohibere valeat detractionem quarte trebellianice: hanc tamen regulam limitant Bald. ⁊ Salyc. in. l. iubemus. C. ad trebel. vt scilicet locum non habeat in liberis primi gradus ⁊ quod prohibitione testatoris non obstante possit de vniuersali fideicommisso detrahere non solum legitimam sed etiam trebellianicam. ⁊ hanc opinionem sequitur Roma. in. l. Marcellus. in princip. ff. ad Trebel. ⁊ consil. ccvi. exordiente licet de communi conclusione ⁊c. col. ij. versi. quod autem expresse in filijs prohiberi non possit. ⁊ contra hanc opinionem noluit consulere Alex. de imo. consi. v. exordiente. Circa primum dubium videretur ⁊c. col. fi. in. iij. vol. quinimo dicit ibi quod prohibitio detractionis quarte trebellianice liberis primi gradus fieri nō possit. pro quo allegat. dictum Bald. vbi supra. Et q̄uis aliqui contrarium senserint: hec tamen opinio de stylo insignis curie dalphinalis parlamenti obseruatur prout refert do. Guido pape decisio. li. exordiente, Secundum stylum ⁊c. Quod an verum sit nemo est qui magis nouerit q̄ dicta insignis curia, ⁊ si in ea ita seruari consueuerit non esset stylus huiusmodi immutandus. q: minime. ⁊c. l. minime. ff. de leg. ⁊ c. cum dilectus. ⁊ quod ibi doc. ⁊ signanter Panor. de consuetu. ⁊ qd̄ no. Panor. in. c. dilectus de concessio. preben. Et hac ratione dictus do. Anto. etiam plus repetijsset propter qd̄ vt supra deberet condemnari in expē. per iura superius allegata.

1 ☞ Consuetudine an introduci possit, ne decime, que authoritate diuine legis institute sunt, soluantur.
2 Decime de quibus sint soluende.
3 Decime quibus sint soluende.

Epitome.

Omnium fructuum decime debentur omnimodo. A. F.

De sacrosan. eccle. Consilium. ccxlvij.



Decime ex p̄cepto sunt integraliter soluende, vt voluit Innoc. in. c. fi. de paro. alias in rubrica. de deci. ⁊ idem voluit ibi Joannes andr. in nouel. pro quo allegant multas rationes ac etiam authoritates veteris ⁊ noui testamenti: ⁊ hoc saltem procedit, secundum Hostien. in summa titu. de deci. §. ⁊ vtrum, sub. §. septimo queritur. versicu. magistri vero canonum ⁊c. in decimis non personalibus: pro quo allegantur authoritates diuine legis ac etiam sanctorum patrum ⁊ ius canonicum vt ibi videri potest. ⁊ quod decime integraliter soluende sint etiam tenuit gloss. in. c. in aliquibus. de deci. ⁊ in. c.
1 j. eo. tit. in. vj. nec † consuetudine introduci potest quin decime saltem prediales ex integro soluantur vt sentit Innoc. in dicto. c. fi. de paroch. inno. gloss. ⁊ doct. in dicto. c. in aliquibus. ⁊ Hostiē. in dicto. §. septimo queritur. versicu. si vero vis defendere te per consuetudinem quo fit vt homines loci de Margaritis non solū
2 teneantur ad solutionem decime † bladi, vini, ⁊ aliarum fructuū, de quibus in casu mihi exhibito parte vniuersitatis eiusdem loci: sed etiam tenentur ad solutionem decime canapi, amygdalarum, nucum, ⁊ aliorum paruorum seu minutorum fructuum, etiā si nunq̄ de illis decimam exsoluissent postq̄ do. prior dicti loci illam sibi exsolui postulat, ⁊ si non soluerent peccarent mortaliter. Et idem puto de decima lane, scilicet qd̄ illa solui debeat etiam si illa alias soluta non extiterit, pro eo quia illa videtur potius comparari decime prediali q̄ decime personali prout de decima animalium seu fetuum scribit gloss. in. c. ad apostolice. de deci. pro quo facit. c. commissum. de deci. l. pecoris pascendi. ff. de seruituti. rusti. predio. ⁊ l. ij. C. de verborum significatio. vel saltem est decima mista per id quod scribit Hostien. in summa ti. de deci. §. cui danda sit. versic. sed miste. ⁊ in solutione huius decime in
3 hoc scz cui † ecclesie hec decima solui debeat, an videlicet ecclesie in qua sacramenta recipiunt ⁊ diuina officia audiunt domini animalium, an ve illi ecclesie in cuius decimaria animalia depascuntur ⁊ nutriuntur, attendenda est consuetudo vt scribit Host. in dicto. c. ad apostolice. pro quo inducit dictum. c. ad apostolice. §. j. ⁊ c. cum sint. §. j. de deci. c. de vxore. §. j. ⁊ c. certificaui. de deci. que est optima legum interpres. c. cū dilectis. §. dictus vero. ad fi. de deci. sed si non appareat de consuetudine, ⁊ animalia depascantur ⁊ morentur pro parte anni in aliena parochia: equum est quod inter ipsas parochias decima viriliter diuidatur argu. l. qui saltum. ff. de lega. iij. c. relatum. el. ij. §. fi. de test. c. sacerdos. prima questione. ij. c. vulterane. xij. q. ij. ⁊ c. j. §. lampades. de offi. custo. quod etiam voluit Hostiē. in dicto. c. ad apostolice. ⁊ idem voluit in summa, in dicto. §. cui danda. §. sed miste. ibi alias videtur qd̄ diuidi debeant. vnde cum vt audio animalia minuta, seu mutonina, ⁊ ouina dictorum hominū de Margaritis pro parte temporis depascantur ⁊ nutriantur in montibus, ⁊ ibi soluatur per ipsos homines pars decime fetuum ouinorum: dictus domi. prior loci Margaritarum non debet habere decimam integram de fetibus, ⁊ idem dico de lana, scilicet quod non debeat habere decimam integram, sed partem, ⁊ hoc de iure, postq̄ super illius solutione nulla apparet consuetudo sed dz decima lane pro parte solui prefato domi. priori ⁊ pro parte illi ecclesie, penes cuius decimariam, predicta animalia depascuntur ⁊ nutriuntur pro parte temporis vt probatur in his que superius dixi quoad dictos homines non referat an decimam illam soluere debeant dicto do. priori, vel alteri postq̄ vtroq; modo illam soluere debent ⁊ ita ⁊c.

1 ☞ Testium depositio qualis esse debeat, nec per ipsam impugnari possit aut vacillare videatur instrumentum: pro quo in dubio fit ⁊ fieri debet interpretatio vt valeat. 2.
3 Testis an ⁊ quando teneatur rationem reddere sui dicti.
4 Testium instrumentum impugnare volentium fides ⁊ probitas qualis esse debeat.
5 Testis omni exceptione maior quis dicatur.
6 Notoria licet releuent ab onere probandi; non tamen releuāt ab onere proponendi.
7 Testium multitudo an suppleat quod deest in idoneitate minoris numeri testium.
Et quot requirantur ad probandum dispositionē fideicommis. num. 11.
8 Notarij testimonium quare nullius sit valoris ad probationem sui instrumenti.
9 Instrumentum conuictum de falso in vno capitulo an ⁊ in quibus casibus presumatur falsum in alijs capitulis: an ve in ipsis prober. ⁊ nu. 10.

Epitome.

Deponentes testes nescire se aut non recordari qualiter aut cuiusmodi legatum in testamento factum sit, instrumentum testamenti non continuo reddunt suspectum. A. F.

De testib. Consilium. ccxlviij.



Ex themate mihi exhibite consultationis parte nobilis ⁊ honeste mulieris Francesie palluete eiciuntur multa dubia: quibus non potest faciliter pro nunc plene respōderi, pro eo q: non apparet quid quatuor testes inibi mentionati sint deposituri super legato aut aduersus legatum factum eidem nobili Palluete ⁊ in dicto casu latius men-
tionatum: † poterunt enim sic deponere quod depositio eorū nō
1 impugnabit instrumentum testamenti inibi mentionati, vt verbigratia, si deponerent quod non recordentur dictum legatum fuisse relictum, aut sic relictum: q: per talem depositionem non impugnaretur instrumentum, nec etiam vacillaret instrumentū huiusmodi, pro quo in dubio fit ⁊ fieri debet interpretatio vt valeat. c. abbate. de verb. sig. ⁊ quod no. inno. Anto. de butr. ⁊ Joā. de imol. in. c. cum Joannes eremita. vbi etiam do. Fely. charta penulti. col. iij. ver. ex predictis ampliationibus. de fid. instrumē. Bal. ⁊ Jo. de imol. in. l. j. §. si quis neget. ff. quemad. testa. aperi. Saly. in. l. in exercendis. colū. iiij. C. de fide instru. ⁊ alij in alijs locis. idem esset si simpliciter deponerent q̄ non audiuerunt dictū legatum relinqui, aut eidem nobili Palluete legari quia sic remouerent sensum ab actu, non actum a sensu. ⁊ sic non probarent negatiuam si aliud non adderent. oporteret enim ad validitatē depositionis qd̄ ipsi deponerent non solum q̄ non audiuerunt fieri aut relinqui dictum legatum: sed etiam q̄ illud fieri aut relinqui non potuisset quin ipsi audiuissent fm̄ theoricam quā ponit glo. in. l. j. §. hoc interdicto. super verbo prope fi. ff. de iti. actuq;

prima.gloss.in authentic.de heredi.⁊ falci.§.si vero absunt.super
verbo,vidisse.prope fin.⁊ qđ ibi Angel.versicu.super gloss.eadē.
de heredi.⁊ falcid.colla.prima.Bald.in.l.cum hi.§.nihil autem
col.j.ff.de transactio.⁊ in.l.j.col.ij.versicu.quero extra quomodo
potest probari hec negatiua.vbi etiam idem sequitur Roma.in
versicu.extra gloss.inquantum Bald.⁊c.⁊ Alexand.de imo.col.
fina.versiculo vltimo tene menti.que tangit Bald.C.de bono-
rum possessio.secundum tabu.Bartol.in.l.heredes palam.circa
finem principij.versiculo,sed si asserunt contrarium ⁊ eius quod
alij dicunt.ff.de testamen.⁊ Joannes de imola in.l.si bine tabu-
le.versicu,sed tu dic posse saluari opinionem Bald.ff.de iniust.
3 rupto ⁊ irrito testamento.† ⁊ quam uis testis non teneatur regu
lariter reddere rationem sui dicti nisi de ea interrogatus extite-
rit,pro eo quia non debet esse verbosus prout scribunt doctores.
in capitu.cum causam.de testibus.⁊ in.l.solam.C.eodem titulo.
tamen hec regula fallit in testibus impugnantibus instrumen-
tum:quia illi debent reddere rationem sui dicti etiaʒ si de illa in-
terrogati non extiterint,alias non reprobant instrumentum etiā
si deponant super talibus super quibus alias non tenerentur red-
dere rationem sui dicti secundum Bald.in.l.presbyteri.la.j.co-
lumna vltima.C.de episcopis ⁊ clerici.allegātem Jacobum bu
trigarium in quadam sua disputatio.⁊ idem sentit Joannes de
Imola.⁊ Bald.in.c.ad audientiam.el primo.circa medium de
rescriptis.⁊ sequitur dominus Felynus in dicto.c.cum Joānes
eremita.charta penultima.columna tertia,versiculo tertio decla
ra.quod dictum tamen limitat vt non procedat in scriptura au-
thentica non publica.sed huiuscemodi limitatio nō obest ⁊ quod
predixi quia predictum instrumentum vtpote confectum ⁊ rece-
4 ptum per publicum notarium est scriptura publica.† Preterea
oportet quod testes impugnantes instrumentum sint omni ex-
ceptione maiores.nec sufficeret quod essent alias simpliciter ido-
nei,secundum Calderi.Panormita.Joannem de Imol.⁊ alios
in dicto.c.cum Joannes eremita.vbi etiam dominus Felynus.
colum.xv.vel circa.versiculo quinto declara ⁊c.pro quo allegant
docto.l.optimam.C.de contrahen.⁊ committenda stipulatio.fa
cit.§.item verborum.cum gloss.super verbo,idoneus.institu.de
inutili.stipulatio.⁊ sentit gloss.magna in.c.tertio loco.de proba-
5 tionibus.† qđ etiam firmat Salycet.in dicta.l.in exercendis.⁊
Bald.in dicto.c.cum Joannes eremita.qui declarant istud ver-
bum omni exceptione maior.Dicit quod exceptionum quedam
omnino perimunt testimonium,quedam debilitant,⁊ dicit quod
neutri istarum debet esse locus,hoc est quod nulla ex istis exce-
ptionibus debet contra testes impugnantes instrumentum com
petere:quia modicus effectus vitiat tales testes seu eorum depo
sitionem secundum Bald.⁊ sequitur dominus Felynus in dicto
versiculo,quinto declara.qui pro intellectu dicti verbi omni ex-
ceptione maiores addit gloss.in.c.j.in verbo maiores,de consan-
gui.⁊ affini.⁊ in dicto.§.item verborum.in verbo,idoneos.Pa-
normita.in.c.at si clerici.§.de adulterijs.colum.xvij.de iudi.⁊ qđ
scribit Bald.in dicta.l.optimam.vbi scribit quod ille est omni
exceptione maior,qui superat omnem friuolam exceptionem,
adeo qđ nulla exceptio vera vel legitima opponi potest.⁊ in hoc
multum versatur arbitrium iudicis,secundum Panormita.in
dicto.c.cum Joannes.⁊ sequitur ibi dominus Felynus.Et for-
te impugnans publicum instrumētum tenetur articulare ⁊ pro-
bare qđ testes pducti pro impugnatione illius sint idonei ⁊ omni
exceptione maiores,per in quod scribit Bar.in dicta.l.j.§.si quis
neget.colum.fina.vbi voluit cautos debere esse aduocatos in ar
ticulando ⁊ probando de optima opinione ⁊ fide testium contra-
dicentium instrumento,ex qua doctrina infert Ang.in.l.ij.§.diē
autem.ff.quemad.testa.aperian.q̄uis aliqui ipsum allegent in
dicto.§.si quis neget.qđ vbicunqʒ ex dispositione legis optima
opinio testium est causa inducendi plenam probationē,que alias
plena non esset,est articulandum ⁊ probandum de optima opi-
nione.⁊ hanc theoricam videtur sequi Bartho.veronen.consil.
lviij.exordiente,Franciscus de bissarijs.col.iij.versicu.⁊ pro hoc
allego quod not.dicit Ange.⁊ Alexand.de imol.consilio.lxxxij.
exordiente,in causa vertente ⁊c.col.iij.versicu.item non cōstat di
ctos testes esse graues.in primo volumi.⁊ Andre.Barba.consil.
xlv.exordiente,scribitur bellissime primo reg.c.ij.colum.ij.versi.
⁊ plus dicit Ange.ex doctrina Bartol.in.l.j.§.si quis neget.⁊c.
in prima parte.q̄uis cōtrarium senserit in.c.iij.loco charta.viij.
col.iiij.⁊ sequenti.de probatio.secutus opinionē Joan.de lign.
⁊ Fran.de Rampo.quos commemorat ⁊ sequitur cum limita-
tione tamen Joan.de imol.in dicta.l.j.§.si quis neget.⁊ domi.
Fely.in dicto.c.cum Joannes.charta.v.vel circa.versicu.an au-
tem oporteat.Bartho.vero Soci.consilio.cclxxiij.exordiente,
in causa domine Elise Bernardi de brunetis ⁊c.col.xij.vel circa.
6 versicu.postremo † dico quod dicta.l.scripturas.⁊c.in secunda
parte videtur velle q̄ licet non sit necessarium probare idoneita-
tem,aut quod testes sint maiores omni exceptione,opus tamen
est hoc proponere ⁊ de hoc facere articulum:quia q̄uis notoria
releuent ab onere probandi:non tamen releuant ab onere propo
nendi.l.si adulterium cū incestu.§.idem Pollioni.ff.de adulte.⁊
quod scribit gloss.in clemen.appellanti.super verbo,alias.de ap-
pellatio.in clementi.⁊ Joan.andr.in.c.ij.super prima gloss.vt li-
te non contestata.

Ex quibus infertur quod vt predixi non possunt pro nunc be-
ne ⁊ tute respondere an per dictos quatuor testes poterit impu-
gnari predictum instrumentum,pro eo q: nescio quid aut quo-
modo deponent.veruntamen si deponerent concludenter super
negatiua,scilicet qđ legatum predictum non fuerit per testatricē
relictū,⁊ qđ illud tempore testamenti non potuisset relinqui quin
ipsi bene audiuissent:tunc profecto non transiret res sine magno
dubio,pro eo quia licet duo testes non sufficiant ad impugnatio
nem publici instrumenti nisi sint omni exceptione maiores put
superius dixi,⁊ sic q̄uis non sufficerent illi duo consanguinei seu
cognati heredis per ea que scribit Alberi.de male.in suo tracta.
testi.in.j.parte.charta.j.col.iiij.versicu.dicto de fratre superest
7 videre de alijs consanguineis ⁊c.vbi multos cōmemorat † quia
tamen vltra ⁊ preter illos duos cōsanguineos aut cognatos sunt
alij duo ⁊ sic quatuor illi viderentur posse impugnare instrumen-
tum:nisi dicta illorum aliorum duorum multum debilitarentur,
pro eo quia id quod deest in idoneitate testiuʒ potest suppleri per
numerum,hoc est id quod non probarent duo testes vtpote fami
liares vel amici,aut propter aliud non omni exceptione maio-
res,possunt probare tres testes aut quatuor etiam familiares
vel alias ⁊c.per id quod scribit gloss.in.l.iij.in princip.ff.de testi.
⁊ Angel.consilio.j.per tex.in.l.si quis ex argentarijs.§.j.⁊ quod
ibi alij scribentes.ff.de eden.⁊ bene facit qđ not.Bald.in.c.j.§.si
instrumentum.tit.de not.feudor.⁊ melius in.l.imperator.ff.de
statu homi.Jaco.butriga.in dicta.l.iij.in princip.⁊ Joannes de
imol.in.l.qui testamento.col.j.ff.de testamen.quatenus volunt
qđ licet duo testes amici non faciant integram fidem,dicta.l.iij.
ver.amicus.tamen si tres testes amici producantur in causa vbi
duo alias integri ⁊ vndiqʒ idonei sufficiebant:supplebitur tunc
per istum tertium fides duorum,⁊ sic propter maiorem numerū
supplebitur defectus resultans ex amicitia quod etiam voluit
Alexan.in dicta.l.iij.in additio.⁊ consi.v.in.j.volu.Bal.⁊ An-
gel.in dicta.l.si quis ex argentarijs.§.j.⁊ alij in alijs locis.de quo
plene Fran.de cur.consi.lv.exordiente,super processu inquisitio-
nis formate cōtra Uiscardum grassum qui de hoc multa scribit.
⁊ per hec patet responsio ad primum quesitum illa scʒ quam pro
nunc facere possum.

Ad secundum dico ⁊ respondeo q̄ si dicti quatuor testes de-
ponant concludenter vt predixi,illi preualebunt dicto notarij,⁊
8 illius dn̄i licentiati ⁊ aduocati,pro eo † quia notarius non potest
examinari aut produci pro coadiuuatione instrumenti per eum
recepti ⁊ confecti,pro eo quia omnis virtus instrumenti depen-
det ab authoritate tabellionis:⁊ ideo eius testimonium non ge-
minat eandem probationem,vt voluit Joan.de imol.in dicto.c.
cum Joannes.vbi etiā hoc sequitur do.Fely.fol.iiij.col.iiij.ver.
quarto declara.nec oportet quod testes impugnātes instrumen-
tum debeant esse digniores q̄ notarius,quando dicti testes sunt
descripti in instrumento,vt voluit Bart.in dicta.l.j.§.si quis ne-
get.circa princip.j.col.⁊ plene prosequitur Francis.de aret.in di-
cto consi.j.col.ij.versi.ij.respondetur quod non est verum quoad
testes ⁊c.⁊ sic pro coadiuuatione predicti instrumenti non rema-
net nisi ille domi.licentiatus cuius dictum non sufficiet.Quoni-
am scribunt doctores in dicto capit.cum Joannes.⁊ in allegata
l.in exercendis opus esse regulariter quod tot sint testes ex instru
mentarijs vel alijs qui coadiuuent ⁊ defendant instrumentum,
quot sunt impugnantes vel deponentes contra instrumentum,
non tamen inficior seu nego quin dictuʒ dominus licētiatus at-
tenta authoritate ⁊ idoneitate eiusdem ⁊ alius testis si quis esset
omni exceptione maior,possent defendere ⁊ tueri dictum instru-
mētum pro quo allegasse sufficiat id quod plene scribit dominus
Felinus in.c.in nostra.de testib.sed sola depositio dicti domi.li-
centiati ad hoc non sufficeret nec ad hoc prodesse possent duo
mortui ex dictis testibus:quia illi nihil dicunt nec loquuntur nec
scimus quid dicerent si viuerent:⁊ ita non possunt annumerari di
cto domino licentiato.

9 Ad tertium dico ⁊ respondeo † quod super hoc an scilicet in-
strumentum falsum in vno capitulo,presumatur falsum in omni-
bus capitulis:an vero pbet in alijs capitulis,sunt opiniones prout
colligi potest ex his que scribunt doctores in.l.si ex falsis.C.de
transactionibus.⁊ in capit.fraternitatis.de hereticis.sed com-
munior opinio videtur esse quod si notarius commiserit falsum
in vno

in vno capitulo instrumenti, vitiatur in totum instrumentum secundum Bar. & docto. magis communiter in dicta. l. si ex falsis quia quando instrumentum est nullum vitio falsitatis prouenientis culpa notarij per hoc fides notarij diminuitur. l. si aliquid. C. de suscepto. & arca. lib. x. & cum instrumentum pendeat a fide notarij secundum gloss. in dicta. l. si quis ex argentarijs. §. j. ff. de eden. per consequens fides totius instrumenti vitiatur pro quo facit. c. si ad sacras. distinctione. ix. & c. quanto. de his que fi. a prela. fi. consuecapi. Verum est quod hec regula seu hoc dictum limitatur tribus modis prout scribit domi. Jason. in dicta. l. si ex falsis. collum. fina. primo vt scilicet procedat quando falsitas est commissa circa capitulum substantiale: secus autem si in alijs. Secundo vt procedat nisi pars aduersa confiteatur alia capitula instrumēti esse vera. Tertio limitatur vt procedat in falso vero. secus autem est in presumpto vel quasi falso. sed limitationes huiusmodi si opportune attendantur, nihil officiunt in casu nostro quin instrumētū predictū si forte appareat esse falsum in capitulo seu materia legati, etiam falsum presumatur & presumi debeat in materia & in capitulo institutiōis vniuersalis heredis. Et primo quidē nō prima limitatio: quia si pbaretur esse falsum quoad dictū legatū negari non posset quin falsuz esset in aliquo substantiali & in tali quod pertinebat ad officiū notarij, & nō est simile. & quod dicunt doctores in dictis locis: quoniam scilicet falsitas non concernit substantiam negotij nec eius circunstantias vt puta si scripserit notarius cōtrahentes esse de alia terra vel patria q̄ sint, vel esse affines aliorūz q̄ sint: quia ista non spectāt ad officiuz tabellionis. isto enim modo falsitas commissa in illis capitulis vt alijs huiusmodi nō nocet. sed si esset cōmissa circa dictum legatum non esset commissa in capitulo vel circunstantia, que non pertineret ad officium tabellionis: etiam nec secunda limitatio officit pro eo quia si que pretendatur fuisse facta confessio per dictam nobilem Palluetē: illa fuit facta habito respectu ad dictum instrumentum in quo scilicet aduersarius legitur fuisse heres vniuersalis institutus, si igitur instrumentum probetur falsum: reuocabitur confessio quam fecisse censetur dicta nobilis Palluete in suis positionibus & articulis per id quod scribit Bar. in. l. post legatuz. ff. de his qui. vt indig. expediret tamē si ita contingeret reuocare confessionem & probare errorem confessionis pro quo videri potest Andre. Barba. consi. xviij. exordiente, preclare scriptum est. colum. xv. ver. Et si dicatur in secunda parte. & que erronea probari poterit quādo apparebit predictum instrumentum fuisse falsum ad quod admittetur dicta legataria per id quod scribit Barto. in dicta. l. post legatum. columna secunda, versiculo, quero si produxi instrumentum, etiam nec officeret tertia limitatio: quia si probaretur dictum legatum non fuisse relictum prout pretendit aduersarius illud instrumentum fuisset vere falsum non fictum, aut quasi falsum, per id quod scribit Franci. de cur. in dicto consi. lv. columna. j. & sic non essemus in terminis dicte tertie limitationis que propterea in casu nostro adaptare non posset, l. j. §. loquitur lex. ff. de aqua quoti. & esti. & l. si seruum quis. ff. de acquirenda hereditate cum suis similibus, & quod scribit Roma. consilio. cccclxiij. exordiē. & cōsi. cccciij. exordiente,

¶ Ex quibus infertur quod si probaretur dictum legatum non fuisse relictum, & sic quod dictum instrumentum fuisset falsum in capitulo dicti legati, per illud non probaretur institutio heredis que facta fuisse pretenditur de dicto aduersario. & sic patet responsio ad primam partem dicti tertij quesiti.

¶ Ad secundam vero partē eiusdem quesiti in qua queritur nū quid dicta nobilis Francesia que est propinquior in gradu per lineam maternam succedere debeat Bonete sue nepti in bonis maternis, & amita eiusdem Bonete in bonis paternis. dico & respondeo quod imo iste due scilicet dicta Francesia Matertera, & amita succederent, equis portionibus & hoc in omnibus bonis, authentico de heredi ab intesta. §. si vero neq;. collatio. ix. nec in hoc querendum esset an bona ad dictam quondam Bonetam peruenerint ex linea materna vel ex paterna seu aliūde dicta authentica de heredi. ab intestato. §. nullam vero. pro quo possunt multa induci: sed breuitatis causa remisisse sufficiat ad id quod plene scribit Ludo. bolog. in additio. ad tracta Matth. de matesylla. super successio. ab intestato in. iij. princ. articu. columna. vij. versi. non sunt multi menses quibus habui consulere &c. & consi. lxix. exordiente, Cornelius pupillus multa habens bona &c. qui de hoc in dictis locis multa & quidem eleganter scripsit.

10 ¶ † Ad quartum dico & respondeo breuiter & succincte q̄d si vt predixi probaretur legatum de quo supra non fuisse relictum intentio dicti aduersarij pretensi heredis non probaretur per dictum instrumentum, nec illi quatuor testes sufficerent etiam si plene deponerent de institutione & alijs, pro eo quia regulariter septem testes sunt necessarij, l. heredes palam. ff. de testamen. & l. hac consultissima. in princip. & §. per nuncupationem. C. eo. titu. & licet per clausulam codicillarem censeantur venientes ab intestato fuisse grauati de restituendo hereditatem heredi instituto. l. generaliter. §. ex testamento. ff. de fideicom. liber. & l. si patroni. §. fi. secundum lecturam quam ibi sustinent doc. ff. ad Trebel. & q̄d scribunt doct. in authen. ex causa. C. de liber. preteri. vel exhere. hoc tamen non prodesset dicto aduersario tuz q: ipse iure directo acceptauit & adiuit hereditatem dicte Bonete & ita vide tur renuntiasse alteri vie hoc est vie fideicommissi vniuersalis.
11 l. fi. C. de codicil. † tum & quia ad probandum huiuscemodi dispositionem fideicommissariam opus esset quinq; testibus qui deponerent de institutione facta de dicto aduersario. l. fi. col. fi. C. de codicil. & q̄d not. gl. in. l. fi. C. de dona. cau. mor. & tamen non supersunt nisi quatuor.

¶ Ad quintum & vltimum dico & respondeo quod si contingat apparere dictam Bonetam decessisse intestatam & sic hereditatez illius fuisse delatam dicte Frācesie matertere & alij mulieri amite scilicet predicte quondā Bonete quelibet tenebitur pro parte sibi delata hoc est pro semisse ad legata facta & relicta per nobilem Catherinam dicte Bonete quondam matrem: quia illa censentur & sunt onus hereditarium & sic pro portionibus hereditarijs solui debēt per heredes. l. j. & ij. cū suis similibus. C. de heredita. actio. & sic si que inuenirent legata relicta que nōdū fuissent soluta dicte matertera & amita tenerent ad illorū solutionē. & si dicta amita repudiaret hereditatem, eius portio accresceret d cre Francesie matertere que propterea teneretur insolidum ad dicta legata. que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius &.

1 ¶ Litere & signatura ad hoc vt fidem faciant quibus opus sit.
2 Stipulationum diuersitatem & pluralitatem presupponit summarum diuersitas.
3 Episcopus an & super quo iuramento dispensare possit. 5.
4 Dispensandi facultas contra canones ab homine vel a lege inferiore a papa concessa quomodo & ad que extendatur.
5 Dispensatio conditionalis an & quando valeat.

¶ Epitome.

¶ Jus patronatus ecclesie in esse iam productum potest per se & principaliter, etiam sine consensu Episcopi, donari ipsi ecclesie non sic laico. V. S.

¶ De sacros. eccl. Consi. ccxlix.



Persistendo in eo quod alias dixi, & scripsi pro venerabili viro do. Joanne amagistri scilicet quod ius patronatus ecclesie in esse iam productum possit per se & principaliter etiam sine consensu episcopi per patronum laicū donari eidem ecclesie vel alij ecclesie aut loco religioso laico tamē sine consensu episcopi donari non potest. Dico quod illis per me conscriptis non refragatur quedam pretensa dispensatio quam ad pretensam supplicationem seu requisitionem honeste quondaz mulieris Marthe dionysie ville Charras. fecisse preteditur Reuerendus pater do. Joannes de orthega pretensus pro tempore vicarius reueren. in christo patris do. Anto. flores Auenionensi. archiepiscopi. & hoc de anno domini millo quingentesimo quar-
1 to. † Cum q: illa non probatur & quidem non per literas vltimas parte venerabilis viri do. in hac causa nouissime productas quia ille carent die & testibus contra id quod habetur in authen. vt preponatur nomen imperatoris. §. si qua vero. collatio. v. & quod no. gloss. Joan. de plat. & doct. in. l. generali. C. de tabula. lib. x. & cano. communiter in. c. j. de fide instru. cui dicto non obstat si forte opponatur quod imo appareat de die per signaturam supplicationis & que pretenditur facta anno predicto & die penultima mensis Maij: quoniam respondetur quod illa signatura seu litere signature huiusmodi fidem non faciunt: vt pote, carentes testibus & alijs requisitis. Preterea dicte litere primo mentionate & hec asserta signatura non videntur loqui de eadem pretensa dispensatione pro eo quia vna pretenditur facta conditionaliter scilicet si & prout &c. Alia vero pure vel saltem aliter vt apparet in ea. & sic esto quod non presumerentur due & diuerse dispensationes, non tamen presumantur vnica dispensatio. c. cum Joannes eremita. §. verum responsionem istam, & quod ibi domi. Cardinalis Florentinus. do. felinus collatio. secunda. de instrumen. qui propterea ibi volunt quod cum instrumentum venditionis in ibi mentionate non diceret, venditionem huiusmodi fuisse cōditionalem sed simpliciter loqueretur, testes vero deponerent vēditio

nem fuisse conditionalem. opus fuit interrogatione de qua ibi, an scilicet vnica venditio facta fuisset inter partes: pro eo qr probatio instrumenti erat simplex et sufficiens ad inferendum intētionem Joannis et nō probatio Petri de directo dictam probationem non interuenisset sine interrogatione iudicis de qua dixi et succubuisset Petrus.c. in presentia. de probatio. et quod nota. ita Barto. Joannes de imo. et Alex. de imo. in.l. inter stipulantē. §.si. Stichum.ff. de verbo. obliga. et sic oportebat probari identitatē contractus. et ita videtur in casu nostro, qđ scilicet dicte litere primo mentionate et asserta signatura primo producta non presumantur loqui de eadem. pretensa. dispensatione quinimo videtur plus, scilicet quod non solum non presumantur loqui de eadem pretensa dispensatione, sed quod etiam presumuntur loqui de diuersis, quia licet. forte non presumatur regulariter actuum pluralitas hoc tamen fallit quando actus apparet factus sub duplici forma vt voluit Bald. in dicto.c. cum Joannes. et per illum tex. in ver. ad hoc autem qui secundum eum non habet comparere in iure et hanc sententiā sequitur domi. Fely. in dicto.c. cū Joannes. colū. iij. ver. fallit. primo pro qua dicit facere, quod nota. Bald. et Angel. in.l. scire debemus.ff. de verbo. obli. vbi dicunt contra Bar. qđ si petiȝ quinquaginta tāq̄ nihil pmissa. et probauerim centum fuisse promissa, non obtinebo pro eo † quia de diuersitate et pluralitate stipulationum constat ex diuersitate summarū. per id quod scribit Bar. et Bal. in.l.ij.C. de bono. posses. secundum tabul. et ideo debet actor facere positionē vel articulum quod non interuenerint nisi vnica stipulatio vt docet dictum.c. cum Joānes. etiam pro predictis facit quod nota. Bar. in.l. edita columna. penultima.C. de eden. vbi dicit quod si egerim cōtra te dicens q̄ tu mihi pure promisisti, et probem q̄ sub conditione que existit vel sub die que preterijt. non est pbatus libellus meus: pro eo quia non constat q̄ sit idem actus promissionis pro quo allegat dictū.c. cū Joannes. dicta igitur pretensa signatura, que scilicet dicitur continere annum mensem et diem non adminiculatur quo ad datam dictis pretensis literis postq̄ non solum non presumūtur dicte scripture loqui de eadem asserta dispensatione sed etiam presumūtur loqui de diuersis, et sic vt predixi neutra probatur nōn illa de qua in literis. quia ille carent die mense et testibus: non etiam alia, quia signatura caret testibus et alijs opportunis.

3 †Cuȝ etiam nō obstat pretensa dispensatio de qua in literis pro eo quia cum iuramentum in pretensa supplicatione de qua in eis mentionatum fuerit et sit omnino licitum non videtur quod dictus reuerendissimus dominus auenionensis archiepiscopus potuerit super illo dispensare quia licet episcopus videatur posse relaxare iuramentum quādo non est manifeste licitum et vtile sed dubium est an sit licitum vel illicitum profuturum vel nociturum prout scribit dominus Felynus. in.c. ij. columna. x. versi. ij. conclusio de sponsali. quando tamen iuramētum est licitum. non potest episcopus totaliter relaxare iuramentum q̄uis fortasse super illo dispensare valeat per viam permutationis per ea que scribit Speculator titulo. de legatis. §. nunc ostendendum. versi. vicesimoquarto Beat. tho. secunda. q. qđ. lxxxix. articulo. ix. in responsione ad tertium argumētum et quod scribunt Antonius de butrio. et Panormitanus in c. debitores. de iureiurand. et do. Fely. in dicto.c.ij. colum. x. versi. iiij. declaratio.

Preterea licet iuramentum non sit manifeste licitum et vtile sȝ dubiuȝ an sit licitum vel illicitum. et an profuturum vel nociturum, et an simpliciter aut in aliquo casu possit relaxari per episcopum: hoc tamen fallit quando est probabile dubium an sit concedenda vel non concedenda absolutio, quia tunc illam. non potest cōcedere inferior a papa, vt not. Inno. in.c. venerabilem. in glo. tali modo. de electio. Anto. de but. in.c.f. ver. nec obstat. colum. vlti. de voto. Joan. de ana. in.c. et si questiones. columna. iij. de simo. et alij quos commemorat dominus Fely. vbi supra. et idem voluit Alexan. de imo. consili. cc xxiiij. exordiente. visa facti narratione. columna. iiij. versi. denique negari non potest, in secūdo volumine. et Joannes. de imo. in sua solenni repetitione capituli cum contingat, in tertio membro. versiculo et nota diligenter. de iureiuran. qui etiam allegat Raymundum in summa. tit. de dispensatio. et q̄uis Speculator. videatur aliter sentire in dicto §. nunc ostendendum. versi. vicesimo quarto. sue tamen responsiones non satisfaciūt prout opportune et clare ostendit domi. Fely. vbi supra quod si ita est, scilicet quod episcopus relaxare non possit iuramentum non manifeste licitum et vtile sed dubium, an scilicet sit licitum aut illicitum et an profuturum vel nociturum, quando scilicet est dubium, an sit concedenda vel non concedenda relaxatio multominus potest relaxare iuramentum manifeste licitum, cuiusmodi vt predixi fuit iuramentum prestitum per dictam dominam Martham. dionysio, quod scilicet fuit de non reuocando fundationem capellanie et prouisionem quam fecerat sui per iure patronatus.

4 † Addo quod vbi inferiori a papa conceditur ab homine vel a iure falcutas dispēsandi contra canones non tamen eidem conced. intelligitur vt possit dispensare, nisi cuȝ causa rationabili secundum theoricam Innoc. que est in aliquibus libris additio. in.c. dudum. el secundo, paulo ante fine de eccle. de quo domi. feli. in.c. ad audientiam. el secundo. columna. v. ver. omnia autem ista procedunt. de rescript. de nulla autem causa dicte pretense dispensationis apparuit vel apparet ergo &c.

5 † Preterea vbi essemus in casu in quo dictus do. Auenionen. vel eius vicarius dispensare potuisset vel relaxare: iuramentum superius mentionatum vt non videtur dicta tamen dispensatio non videtur valuisse vt pote facta sub conditione et quidem incerta. dicitur enim dictum dominū vicarium dispensasse si et prout de iure in forma dictio enim. si conditionem importat vt scribit Bar. in.l. si testamentum colū. j.C. de institutio. et substitutio. de quo est tex. in.l. si mihi et titio. in prin. ff. quād. dies lega. sed fuit igitur dicta dispensatio si et quatenus de illa appareat conditionalis. contra id quod habetur in.l. actus legitimi. ff. de reg. iur. et in regula. actus legitimi. eo. ti. lib. vi. et fuit sub cōditiōe in certa de qua propterea an euenerit non apparet. et sic non cōstat qđ illa fuerit sortita effectum, et que etiam si valuisset effectum sortiri non potuisset nisi per euentum conditionis.l. cedere diem. ff. de de verbo. significa.l. qui heredi. §. si. ff. de conditio. et demonstra. et l. pecuniaȝ. ff. si cer. peta. et si dicatur quod imo non fuerit sub conditione incerta sed certa expressa scilicet si de iure, respōdeo quod cū ista verba non faciant orationem prefatam non videtur satisfactum oppositioni: nisi forte quis dicat q̄ debeat subaudiri verbum, possumus, vt sic censeatur idem dominus vicarius dispensasse, si et prout de iure poterat aut debebat qđ si ita est ipse videtur ignorasse fundamentuȝ sue iurisdictionis seu falcutatis dispensandi que ignorātia videtur impedijsse validitatē dispensationis, iuxta ea que scribit Barto. et docto. in.l. multum interest. ff. de cōditioni. et demonstratio. et docto. in.l. sed et si de sua. ff. de acquiren. heredi. et Anton. de butr. in.c. cum dilecti. colum. v. versi. vltimo aduerte ad literam de dolo et contuma. quatenus volunt quod iudex non potest contumaciam punire contumacem: nisi sibi constet de contumacia, pro quo allegari solet.l. hec autem. circa princ. ibi non defendit pupillum constare debet liquereque pretori. ff. ex quib. cau. in posses. eat. et quod nota. Bartolus in.l. quarta. §. pretor. ff. de damno. infec. Nisi forte quis dicat quod aliud sit in his que sunt voluntarie iurisdictionis scilicet quod in eis magis attendatur veritas et rei existentia quam probatio illius.

1 Testamentum, in quo testator reliquit rem que non erat an censeatur nullum ratione preteritionis.
2 Protocolum seu nota diuersis manibus scripta an et quando faciat instrumentum suspectum de falso.
3 Instrumentum an vitiet dictio vel clausula interlinearis.
4 Substitutio tacita an habeat locum vbi testator filio instituto substituit sub conditione, si sine liberis decesserit: per totum cōsi. Et quid si dixerit sine liberis masculis, nu. 6.
5 Glosse autoritas quanta sit.
7 Ablatiui absolute prolati an et quando dispotionē in ducant. 9.
8 Dispositio contemplatione alicuius facta: q̄uis verba ad illum expresse non dirigantur, ei tamen actionem confert.

Epitome.

Testamentum in quo filio relictū est id quod nō est in rerū natura. vel quod ipsius iam filij erat, est nullum: quasi in eo nihil omnino filio relictum sit. V. F.

De testa. Consi. ccl.



Adhēdo illis que superius scripsi de et super nullitate illius pretensi testamenti, quod condidisse dicitur quondam nobilis Claudius de monte Albano: de quo tamē vt iam dixi non apparet, dico qđ pro ostēsione nullitatis illius facit. quod licet quidam ex pretensis testibus parte dici nobilis Ludouici in hac causa pductis visi fuerint deponere, qđ ipse nobilis Claudius duabus suis filiabus, nobilibus scȝ Clare et Ludouice. reliquerat quasdam pretensas pēsiones eisdem assignatas, ille tamē pensiones non reperiuntur esse aut fuisse in rerum natura: et sic perinde habende erant dicte Clara et Ludouica, ac si eisdem nihil prorsus relictum extitisset: et sic nihil censetur eisdem fuisse relictum, vt voluit Bartolus in lege. suus quoq̄

suus quoq;, in princ. versic. quero quid si pater instituit filium in
1 aliqua re que non erat † ⁊c. vbi etiam Joan. de imol. col. vij. ver.
extra glo. tangit hic Bar. ff. de heredi. insti. ⁊ Bald. in. l. scimus,
in princip. versic. quid autem si ipsa res non est in commercio ⁊c,
ibi, ⁊ idem dico si est institutus in re ⁊c. ff. de heredib. instituen. ⁊
sic tam ratione preteritionis dictarum nobilium Clarete ⁊ Lu-
douice, quibus nihil videtur reliquisse: quā etiam ratione prete-
ritionis nobilis Ysabele, postq̄ etiam eidem nihil reliquit nisi vt
pretenditur dotem maternam: quod facere non potuit, dicta. l.
proprias. C. de lega. ⁊. l. mea res. ff. de conditio. ⁊ demonstra. di-
ctum pretensum testamentum fuit ⁊ est prorsus nullum, vt pote
factum ⁊ conditum, si tamen ⁊ quatenus de illo appareat, per pa
trem totum inhumanum: quod cum reuerentia dixerim, ⁊ quod
profecto non puto esse verum, eum scilicet disposuisse prout qui-
dam ex dictis pretensis testibus deponere visi sunt, ⁊ vt supra re-
tuli. Et quod propter dictam preteritionem dici debet esse nul-
lum consuluit Lauren. calca. consi. lxxiij. exordiente, presupposito
quod testamentum ⁊c. col. j. vbi voluit. quod si testator in emphy
teosim receperit rem ecclesiasticam pro se ⁊ liberis suis masculis,
⁊ feminis deficientibus masculis ex eo descendentibus; ⁊ postea
contingat ipsum sine liberis masculis ab humanis decedere su-
perstitibus filiabus in dicta re emphyteotica duntaxat institu-
tis, testamentum non valet: pro eo quia predictis filiabus nihil
reliquisse videtur, cum eas videatur instituisse in re earum, aut ad
eas post mortem patris peruentura, dicta. l. proprias. l. res mea. ⁊
allegata. l. vxor patrui. C. de legatis. Ratione igitur preteritio-
nis testamentum est nullum. l. filio preterito. ff. de iniusto rupto ⁊
irrito testamento.

Ceterum quia post allega
tiones supra descriptas fuit parte dicti nobilis Ludouici exhibi
tum ⁊ productum quoddam pretensum publicum instrumētum
supra mentionatum asserti testamenti dicti quondam secundi seu
iunioris nobilis Raymundi de monte albano ⁊ in quo heredem
vniuersalem instituisse pretenditur dictum quondam nobilem
Claudium eius filium, dico q̄ nec instrumentum, nec huiuscemo
modi pretensum testamentum refragatur vel obstat dicte nobili
2 Ysabelle. † Et primo quidem nō ipsum instrumentum: q: vt tam
ex tenore, quam ex inspectione charte eiusdem pretensi instrumē
ti colligitur ⁊ apparet, pretensum protocolum seu nota, super qua
fuit degrossatum, non fuit nec est munda, vna scilicet manu de-
scripta vt oportet; sed varijs manibus, cōtra id quod habetur in
aut. de triente ⁊ semis. §. ⁊ quod sepe. collatio. iij. ⁊ qd not. Bal. in
l. contractus. col. iiij. vel circa, versi. deinde quero si apparet scri-
ptura. C. de fide instrumentorum. ⁊ sic vt voluit Bald. vbi supra,
est de fide suspecta. Preterea dicta nota non solum est vt predixi
scripta multis ⁊ diuersis manibus, sed etiam vt apparet ex inspe-
ctione dicti pretensi instrumenti in multis eius lineis inducta,
cancellata, cruciata, seu barrata, ⁊ alijs multis ⁊ varijs defecti-
bus plena: que reddunt ⁊ reddere debent dictum pretensum in-
strumentum vel nullum vel de fide suspectissimum: ⁊ q̄ propterea
probare non videtur, quia suspicio falsi pro falsitate habetur. l. iu
bemus. ⁊ quod ibi Bal. C. de probationibus. ⁊ quod not. Archi.
in. c. in memoriam. colum. fi. versic. ⁊ nota. distinct. xix.
¶ Et supposito, citra preiudicium veritatis, qd per dictum pre-
tensum instrumentum probarentur quedam pretense substitutio
nes, de quibus in eo: nulle tamen ex illis eidem nobili ysabelle
in aliquo refragarentur vel nocerent. Et primo quidem non pri-
ma: quia in illa non liberi masculi dicti quondam nobilis Clau-
dij eidem substituuntur: sed si ipse sine liberis decederet substitui
tur alius filius masculus dicto nobili Raymundo testatori na-
sciturus, nisi tempore euenientis conditionis huiusmodi dictus
alter masculus esset in religione, aut infra sacros ordines consti-
tutus. Non etiam secunda substitutio eidem nobili Ysabelle re-
fragatur: pro eo quia vel illa fuit ⁊ est simpliciter reciproca aut
breuiloqua, facta inter dictum quondam nobilem Claudium ⁊
⁊ alterum filium masculum nasciturum: vel fuit ⁊ est compendio
sa cum admixtione fideicommissarie substitutionis, facta scilicet
de dicto nobili Claudio prefato alteri masculo nascituro, si sine
3 liberis decederet: † quāuis legatur ibi fuisse posita dictio inter-
linearis masculis, ⁊ non sine suspicione falsitatis, cum etiā in pri-
ma substitutione fuisset obmissa, ⁊ ita verisimiliter ⁊ in ista, vt sic
quoad hoc redderentur pares dicti Claudius ⁊ alter masculus, ⁊
superuiuens ex eis repelleretur etiam per filios primo deceden-
tis. Sed qualiscunq; censeatur substitutio huiusmodi: ex illius
tamen tenore seu inspectione clarissime apparet. quod p eam non
fuerunt dicto nobili Claudio substituti eius liberi masculi: sed
duntaxat dicti Claudius ⁊ alter masculus nascuturus fuerunt
sibi inuicem, mutuo ⁊ vicissim, ⁊ reciproce substituti, ⁊ hoc si dicta
substitutio dicatur reciproca: vel solum dictus Claudius, si illa
fuerit compendiosa. Nisi forte quis pretendat quod per illum al-
terum masculum posset intelligi etiam masculus filius dicti nobi
lis Claudij. Sed istud esse non potest, vt etiam apparet ex tenore
prime substitutionis: in qua ille alter masculus nasciturus substi
tutus extitit ipsi nobili Claudio sub conditione, si ipse sine libe
ris decederet; per qd clarissime dat intelligi q̄ dictus pretensus
testator per illum alterum masculum intelligebat nō quidem de
masculo nascituro ex dicto nobili Claudio, sed ex seipso, vt euite-
mus absurdum; sc; qd idem quondā Raymundus substituerit
ipsi Claudio sub conditione impossibili. Etiam nec eidem nobili
Ysabelle officere vel nocere potest tertia substitutio: in qua sc; vo
luisse ⁊ ordinasse dicit dictus nobilis Raymundus, qd si omnes
decederent sine libero vel liberis masculo seu masculis, eo casu
omnia bona sua deuenirent ⁊ reuerterentur ad nobilem Guichar
dum Artaudi, filium nobilis Joannis de Montealbano, alias
artaudum, quondam domini Montismauri ⁊ Aysij, ⁊ suos libe
ros masculos. Cum quia in dicta substitutione non reperiuntur
substituti liberi masculi dicti nobilis Claudij: sed dicti Guichar-
dus ⁊ eius liberi masculi: ⁊ idem videtur de alijs subsequentibus
substitutionibus: ex quarum tenore clarissime constat ⁊ apparet
dictum nobilem Ludouicū non fuisse inuitatum, aut dicto Clau
dio eius quondam patri substitutum: ⁊ sic non videtur quod per
dictum pretensum testamentum, etiam si de illo appareret, fue-
rit idem nobilis Ludouicus inuitatus. Nisi forte quis dicat, qd
immo fuerit tacite inuitatus per dictam tertiam substitutionē,
in qua si omnes liberi masculi dicti pretensi testatoris decederēt
sine libero vel liberis masculo vel masculis, substituti extiterunt
dicti nobilis Guichardus ⁊ eius liberi masculi: ⁊ sic q̄ a contra-
rio sensu censeri debeant liberi masculi eorundem Claudij ⁊ alte-
rius masculi nascituri, si qui scilicet eisdem vel eorum alteri super
essent, tacite substituti, per id quod, vt quidam dicunt originali-
ter voluit Oldradus in. l. j. C. de conditionibus inser. ⁊ cuius di-
ctū in dicta. l. j. reputat Salicetus esse verius in filijs testatoris,
argumen. l. cum acutissimi. C. de fideicommissis. ⁊ idem videtur
Salicetus sentire in extraneo: quamuis hoc vltimum relinquat
cogitandum. Voluit igitur Oldradus vt refert Salicetus eum
4 sequens, † quod si testator filio instituto substituat sub condi-
ditione si sine liberis decesserit, ⁊ contingat eum mori liberis su-
perstitibus, censeantur ipsi liberi dicto filio tacite substituti: ⁊ hec
opinio videtur placuisse Paulo de castro in. l. filiusfamilias. §.
cum quis. ff. de legatis primo, vbi etiam dicit Baldus in lectu-
ra antiqua dicte. l. j. C. de conditionibus insertis. tenuisse hanc
opinionem. Istam opinionem etiā fuerunt quidam alij tam scri-
bendo quam consulendo sequuti. Sed contraria opinio, scilicet
quod liberi positi in conditione non censeantur substituti, testi-
monio communiter omnium scribentium ⁊ cōsulentium est com
munis, tam apud antiquos, quam modernos. illam enim post
Azonem firmat gloss. quam ibi sequuntur Jacobus de Aretio,
Cynus, Raynerius, Bartholomeus, Franciscus tigri. Nicola.
de neapol. Baldus, Angelus, Joannes de imola, Cumanus ⁊
moderniores in. l. Lucius. la vltima. ff. de heredibus instituēdis.
Richardus malumbr. ⁊ Raynerius quos refert Bartolus in. l.
centurio. versic. quero vlterius quid si testator. ff. de vulgari ⁊ pu
pilla. Oldradus consilio vigesimoprimo. exordiente, thema tale
est: testator habebat vnum fratrem. in fi. ⁊ consilio centesimo qua
dragesimoprimo exordiente, thema tale est dominus. B. canoni
cus lemouicen. columna finali. ibi non ad hoc quod dictus pater
heres institutus ꝓpter prefatā cōditionē ⁊c. gl. in. l. ex facto. §. ex
facto. in verbo defecisset, quam ibi ponderat Joannes de imola
referens illam esse communem opinionem. ff. ad trebellianum.
Joannes Andreas in additione Speculatoris titu. de testamen
tis. §. primo. versicu. huic questioni accedit bimembris questio,
Bartol. in. l. si cum dotem. in princip. ff. soluto matrimonio. ⁊ alij
plurimi, quos commemorat Philippus corne. in dicta. l. j. colū.
secunda. versic. sed licet hec opinio sit sustentabilis. tamen in con
trarium est communis opinio, ⁊ consilio primo. columna decima
versiculo, his tamen nō obstantibus contrariam arbitror senten
tiam veriorē, in tertio volumine. illam etiam sequutus est An-
gelus Aretinus in suo tractatu de testamentis, super verbo, ⁊ si
decesserit sine liberis masculis. columna prima. versiculo quero
tali casu quando extant liberi an videatur ⁊ cetera. pro illa sepis-
sime consuluit Alexander de imola, consilio nonagesimoprimo.
exordiente, ponderatis his de quibus in themate, columna octa
ua, vel circa, versic. quod autem illi qui sunt positi in conditione
non censeantur ⁊ cetera. ⁊ consil. scilicet centesimo octauo. exor-
diente, Viso themate ⁊ diligenter consideratis verbis, columna
secunda. versic. sed premissis non obstantibus, in primo volumi.
vbi etiam respondet fundamentis ⁊ motiuis pro contraria opi-
nione inductis. Idem consuluit ipse Alexander de imola consi.
xxij. exordiente, Visis ac perlectis, columna quarta. versic. non

obstat etiam quod ex vltima parte testamenti, in versicu. z si dictus. Hieronymus zc. vbi plene, z consilio. xxxij. exordiente, Uiso processu, in primo vol. z plenissime consi. clxxxv. exordiente, Uiso titulo questionis, columna. iiij. ver. sed premissis non obstantibus. in. ij. volu. vbi post multa argumenta pro parte affirmatiua inducta firmat partem negatiuam, scilicet quod dicti liberi nō censeant substituti: z pro hac parte multa inducit, z deinde respondet contrarijs. Idē facit Antonius corneus in quadam sua disputatione exordiente, Utrum per ista verba instituo titium heredem zc. vbi pro parte affirmatiua inducit sexdecim fundamēta. deinde vero pro parte negatiua inducit vinginti fundamenta, z concludendo pro hac parte respondet omnibus fundamentis p parte affirmatiua inductis. Idē facit Frā. de curte cōs. xlvi. exordiēte, Facti sepe resoluta narratiōe pposita, colū. sexta, ver. trāsitū facimus ad secundum, zc. ibi, occurrit ergo primo communis opinio Bartho. Soci. consilio. ccxviij. exordiēte, cōsideratis testamento marci z his que de facto narrantur, dominus Iason may. in. l. centurio, charta sexta versi. circa illam questionem vtilem notabilem practicabilem. ff. de vul. z pupilla. Et multas remissiones ponit idem dominus Iason z Lancello. deci. in. l. i. C. de pac. z vt breuiter me expediā, sibi ipsi opporteret vel expediret recitare docto. qui tam scribendo quam consulendo tenuerunt z sequuti sunt hanc opinionem, opus esset plurimis chartis. z quāuis vt predixi etiam multi maxime ex modernis tentauerint astruere z defendere opinionem contrariam: non tamen vereor sequi communem. z vt in effectu videtur veriorem opinionem: z sic cēsulere quod liberi masculi dicti quōdam nobilis Claudij non censeantur substituti, tum quia ista est opinio longe communior, z magis communiter approbata, tam apud antiquos quam modernos: z sic non est ab ea in iudicando vel consulendo discedendum. l. i. versi. crebrior apud veteres opinio. ff. de officio questo. c. nouimus. z quod ibi dominus Antonius de butrio. de verborum significatione. c. de inductijs. tertia questione tertia. z que habet pro se duas gloss. ordinarias, vnam scilicet in dicta. l. lucius. in vltima. ff. de heredi. instituendis. z aliā in. d. l. ex facto. sup verbo

5 defecisset. ff. ad trebel. † quanta autem sit glo. autoritas nemo est qui nesciat: z pro cuius autoritate allegasse sufficiat id quod scribit Iacobus butri. in. l. vnica. C. qui pro sua iurisdic. iudi. da. da. ve poss. quam sequitur Ioannes de imola. in. c. cum contingati. charta. vj. de iureiuran. Baldus in. l. hereditas. C. deposit. Andreas barbatias consilio. ix. columna. ix. in. ij. parte. Antonius corse. in suis singularibus, in verbo legitima, columna quarta. Franciscus de curte. consilio xliij. exordiente, Iura inquit Baldus. in. l. precibus zc. columna. vj. versiculo seu premissis, z dominus Felinus in. c. j. columna penultima, versiculo secundo limita, ꝙ ꝯstitutio ib. Preterea, z hoc inter cetera magis placet, ista de stylo huius eminentissimi Parlamenti solet obseruari, prout refert dominus Guido Pape decisio. xxxix. exordiente, doctores in iure ciuili scribentes zc. vbi idem dominus doctor commemorat multa arresta per ipsam insignem curiam olim prolata insequendo dictam opinionem: refert etiam egregium quondam virum dominum Petrum Pape eius patruum id ipsum retulisse, scilicet, quod de stylo zc. Quod si ita fuit, immo quia vt puto ita fuit z est, ac etiam esse debuit z debet, non est in hoc casu immutandum. l. minime. ff. de leg. z quod not. Panormitanus in. c. dilectus. de concessione prebende. z Bartholomeus sozinus consilio. clxv. exordiente, Circa primum consultationis articulum, columna secunda z sequenti, in prima parta, Ubi etiam allegat Bartolum in. l. vsum. C. de aque duct. libro vndecimo. z quod scribit Bartolus in consilio exordiente, commune Spoleti, allegat etiam, c. cum dilectus. de consuetudine. vbi probatur standum esse interpretationi quam consuetudo attribuit, etiam si postea interpretatio appareat non bona, vt ibi colligit Panormitanus. z dicit Sozinus vbi supra, quod lex ita interpretata per consuetudinem stat in virtute legis, non in virtute consuetudinis, etiam si illa fuisset male interpretata: p quo allegat. l. dos patre profecta. C. solu. matrimonio. vbi ꝗuis intellectus Martini de gosa. non appareat bonus, tamen sequendus est: quia fuit consuetudine approbatus, vt communiter concludunt z tenent doctores in. l. post dotem. ff. soluto matrimonio.

Premissis nō obstat si forte diceretur,

6 quod illa procedant quando in conditiōe substitutionis dictum fuit, si sine liberis. † sed secus videtur quando dictum extitit, si sine liberis masculis: pro eo quia in hoc casu videntur liberi masculi positi in conditione, si superfint, fuisse inuitati ex tacita mente testatoris: sicut videmus in simili: quia si statuto municipali vel patrie caueatur, ꝙ extantibus liberis masculis filie non succedant, liberi masculi non solum repellunt filias a successione: sed etiam censentur inuitati: pro eo quia illa verba, extantibus liberis masculis: continent dispositionē in personam masculorum, vt dicit Barto. in. l. liberorum. ff. de verborum significatione. pro quo allegat. l. fideicommissa. §. cum esset. ff. de lega. iij. z plenius in. l. ij. §. videndum. ff. ad tertullianū. Sed hoc non obstat. z primo quidem quia istud dictum est contrarium dicte communi opinioni, de qua supra dixi. non enim subest ratio quare liberi masculi positi in conditione potius censeātur inuitati, quam liberi si in ꝯditiōe positi extiterint: ergo vtrobiqꝫ dꝫ esse idē ius, z vtrobiqꝫ dꝫ pcedere dicta cōis opinio. l. libertū. §. senat. ff. d rit. nup. c. ij. de trāsla. prela. c. cū dilecta. de cōfirmatiōe vtili vel inu. z vulgata. l. illud. ff. ad legem acquiliam. Et contra hoc dictum seu hanc limitationem consuluit in terminis Alexander de imola in dicto consilio. xxxij. columna secunda, versiculo, quod autem probauerint z iustificauerint zc. in tertio volumine. vbi apparet illum grauatum, de quo ibi, fuisse grauatum sub conditione si sine liberis masculis zc.

7 † Non obstat quod opponitur de statuto prementionato: quia illa verba extantibus masculis, sunt ablatiui absoluti: qui dispositionem inducunt quando proferuntur ab eo qui potest circa illud disponere, dicta. l. fideicommissa. §. cum esset. ff. de leg. iij. z. l. in ratione. §. tametsi. ff. ad legē falc. Et pro illo statuto inducit Barto. in dicto. §. videndum. duas alias rationes.

8 † Prima quod quando vna: dispositio fit contemplatione alicuius, ꝗuis verba ad illum expresse non dirigantur: tamē ei competit actio. l. seruo legato. §. si testamentum. ff. de lega. i. z dicta. l. fideicommissa. §. interdum. vnde cum dicta dispositio facta sit fauore agnatorum: eis ex dispositione huiusmodi competit actio iuribus supra allegatis. Alia ratio quam inducit est, quod quando aliquis remouetur a lucro contemplatione alterius, illi debet applicari, cuius contemplatione remouetur, prout videmus in tutore qui priuatur legato sibi relicto si non gerat tutelam. l. legatum. §. amittere. ff. de his quibus vt indignis. l. penulti. C. de lega. z. l. cum duo emancipati. §. si duo emancipati. z quod ibi Bartolus. ff. de colla. bono. z istas rationes posuit Franciscus de rampo. in quodam suo consilio exordiente, circa secūdū quesitum, versicu. ij. quia verba illa in dicto statuto apposita, quod est. cclxxxvi. inter consilia Bald. prime partis: que ratio nes casui nostro adaptantur, vt ex eis z dicto casu clarissime colligitur.

9 † Et ad dictum. §. cum esset. respondet Antonius corse. in dicta sua disputatione, in responsione ad quartam oppositionem: z dicit esse verum quod ablatiui absoluti inducunt dispositionē, quādo verba executiua importata per ablatiuum referuntur in eum qui vult agere ex illa dispositione. z ita loquitur in dicto. §. cum esset. alias secus, vt voluit Bal. C. de institutio. z substitutio. sub conditione factis. in rubrica. versi. extra quero. vbi querit Bald. testator dicit, si heres meus a titio decem exegerit fundum dato. nunquid decem peti possint: videtur ꝙ sic. l. fideicommissa. §. cū esset. ff. de lega. iij. ipse vero contrarium determinat, per. l. si quis sub cōditione. ff. si qso miss. cau. testa. z respōdendo ad dictum §. cū esset. dicit ꝙ conditio acipiendi erat ibi inserta per ablatiuum absolutum, qui habet in se tacitam dispositionem, quando verba executiua importata per ablatiuum absolutum referuntur in eum qui vult agere: alias secus. d. l. in ratione. §. quo loco. ff. ad legem falcidiam. dictio vero si, nunqꝫ est apta dispositioni in seipsa, vt not. glo. in. l. qui promisit. ff. de conditio. indebi. z sic ex verbis statuti per ablatiuos absolutos prolatis non bene infertur ad casum nostrum: in quo liberi positi in condictione non exprimuntur per ablatiuum absolutum Ad dictum statutum z similia, insuper ad notata per Bar. in. l. ij. §. videndum. etiam opportune respondet Anto. corse. in dicta sua disputatione, respondendo ad vndecimam oppositionem, in qua de illa opposuerat: z ponitur hec disputatio post eius repertorium. Concludo igitur super isto articulo, quod dictus nobilis Ludouicus de mōte Albano dici non possit fuisse tacite vel alias substitut in dicta tertia substitutiōe. Bene vero fateor quod sua superexistētia expressa voluntate dicti quondam Raymundi repulit substitutos dicta. l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de lega. j. z quod scribit Oldra. in dicto consilio. xxi. z volunt docto. in multis locis superius allegatis: quos tamen forsasse non repulissent filie, si sole superfuissent. Sed ex hoc non infertur quod propterea repulsis substitutis non debuerint etiam ipse filie succedere dicto quondam nobili Claudio patri, post ꝙ vt dixi nobilis Ludouicus non censetur fuisse inuitatus. Et sic tanqꝫ proximioribus abintestato fuit delata paterna hereditas. dicto authen. de here. abintesta. §. j. collatio. ix.

Nec pōt dictus nobilis

Ludouicus se pretendere substitutum propter illam clausulam positam vt pretenditur in dicto asserto instrumento: cuius tenor sequitur. Item voluit z ordinauit idem dominus testator quod

quod si contingat substitutiones per ipsum supra fieri ordinatas habere locum in personam substitutorum quod habeant locum in personam liberorum suorum masculorum. Quoniam respondeo quod nulla ex pretensis substitutionibus factis per dictum quondam Raymundum habuit locum in personā dicti nobilis Claudij, et sic dictus Ludouicus dici nō potest filius alterius ex substitutis, ex illis scilicet in quibus habuerit locū aliqua ex pretensis substitutionibus eiusdem quondam Raymundi. Nec nocet dicte nobili ysabelle quod idem nobilis Raymundus dicatur exclusisse filias existētes in religiōe, et infra sacros ordines. Quoniam respondeo ꝙ, vt apparet ex contextu verborum eiusdem nobilis Raymundi, ipse in illa clausula exclusionis filiarum et existentium in religione etc. loquebatur in filiabus suorum substitutorum, eorum scilicet in quibus substitutiones habuissent locum, et idem dico de existentibus in religione: aut infra sacros ordines, scilicet quod non de filijs eiusdem Raymundi: sed de filiabus dictorum suorum substitutorum loquebatur: cum iam de proprijs filiabus locutus extitisset in substitutionibus factis inter liberos. Preterea hec pretensa exclusio, que fuit de filiabus et existētibus in religione et infra sacros ordines, non apparet fuisse facta a bonis dicti quondam nobilis Raymūdi: sed facta fuit a substitutionibus in quibus, aut per quas noluit inuitare istas personas. Sed istud quid ad rem: Non enim pretēdit dicta nobilis ysabella se et dictas quondam sorores fuisse substitutas nec aliquid petit in bonis dicti quondam nobilis Raymundi tanquā substituta, aut cum substituta, si pretēdat se et dictas sorores, aut saltem prefata quondā nobilis Ludouicā abintestato cum dicto nobili Ludouico earū fratre dicto quōdam Claudio successisse.

1 ☞ Conditionalis dispositio nō nisi per conditionis euentū sortitur effectum.
2 Substitutio conditionalis si sine liberis decesserit, adiecta particula masculis, quid importet. 4. et seq.
3 Substitutio fideicōmissaria iniuncta filijs filiorum aliter nō honoratis cōmodo pecuniario, an et quando valeat.
5 Testator qui duobus aut pluribus filijs in tota hereditate substitutis, demum aliquem vltimo ipsorum morienti substituit, an censeatur filios sic institutos adinuicem substituisse.

¶ Epitome.

¶ Positi in conditione et grauati censentur etiam a testatore honorati. A. F.

¶ De inst. et substi. Consi. ccli.



I verba pretensi vltimi et nuncupatiui testamenti nobilis et potentis quōdam viri domini Raymundi de Mōtealbano pretensi domini Montismauri facti scilicet vt asserit Anno domini. M. cccc xxix. et die vicesimasexta mensis Augusti, opportune attendantur: nihil in eo reperitur propter quod nobilis et generosus iuuenis Ludouicus de Montealbano potuerit aut possit pretēdere se tanꝗ masculum ex nobili quondam viro Raymundo de Montealbano domino sancti Andree eius auo paterno fuisse vel esse substitutum in castro Balme nigre parochia de Aignela cum suis iuribus et pertinentijs et quadraginta libris turoneñ. annui redditus. si enim aliquid comperiatur in testamento huiusmodi ꝙ eidem nobili Ludouico quomodolibet videatur posse quo ad id quod intendit suffragari, hoc fortasse esse pretenditur id quod cōtinetur in duabus substitutionibus in dicto asserto testamento contentis et positis post institutionem seu substitutionem factam de nobili quondā viro Joāne artaudi et dicto nobili Raymundo de Montealbano positis in versi. si autem contingeret alterum dictorum suorum heredum etc. Et in versicu. si vero cōtingat dictos ambos heredes vniuersales etc. Sed hoc dici non potest. Et primo quidem non ex prima: quia in illa, substitutio inter dictos nobiles Joannem et Raymundum, et per eam superstes et sui liberi masculi substituuntur primo decedenti sine liberis masculis et suis liberis masculis si illi sine liberis masculis ab humanis decederent, sed non fuit probatum, quinimo nec propositum quod conditio substitutionis huiusmodi fuerit purificata hoc est ꝙ dictus quondam nobilis Joan. Artaudi sine liberis masculis vel sui liberi masculi sine liberis masculis ab humanis decesserint. quo fit vt in vim substitutionis huiusmodi nihil possit pretendere dictus nobilis Ludouicus sibi fuisse delatum de quota et portione que in vim dicti pretensi testamenti ad dictum quondam nobilem Joannem peruenerunt: quia con-
1 ditionalis † dispositio per euentum conditionis sortitur effectū. l. cedere diem. ff. de verborum significatione. l. qui heredi. §. fina. ff. de conditionibus et demonstrationibus. et l. pecuniam. ff. si certum petatur. Et idem dico de portione seu bonis que ad dictum

quondam nobilem Raymundum auum paternum dicti nobilis Ludouicus in vim eiusdem testamenti peruenisse pretenduntur: quia si verba substitutionis huiusmodi bene et opportune considerentur, dici non potest quod dictus nobilis Ludouicus fuerit eidem Raymūdo aut nobili quōdam viro Claudio de Montealbano suo patri substitutus in bonis premētionatis peruentis scz ad dictum Raymundum auum: nisi forte quis dicat qd immo dictus nobilis Ludouicus censeatur fuisse substitutus di-
2 cto Claudio suo quondam patri: † pro eo quia in illa substitutione non scriptum est si alter predictorum heredum decederet sine liberis masculis: sed etiam fuit subiunctum, vel si liberi masculi decederent sine liberis masculis: per quod videntur liberi masculi fuisse substituti, liberi scilicet primi gradus ipsi Raymundo patri et liberi masculi secundi gradus dicto nobili Claudio, per id qd voluisse dicitur Oldra. in. l. j. C. de conditionibus insertis. sed istud non obstat: quia cum dicti liberi masculi et horum liberorum masculorum liberi masculi solum positi extiterint in conditione illi non censentur fuisse inuitati, per ea que plenius scripta extiterūt in alijs allegationibus, vbi si placet videbitur. Et si opponatur quod liberi masculi non solum fuerint positi in conditione, sed etiam in dispositione et expresse inuitati, quia in dicta substitutione dicitur quod dictus pretensus testator sub conditione de qua ibi substituit superstitem et superuiuentem ipsorum heredum et liberos suos masculos et liberos liberorum etc. Respondeo quod si contenderetur de portione seu parte peruenta ad dictum quondam nobilem Joannem artaudi, et qui diceretur decessisse sine liberis masculis vel liberi masculi sine liberis masculis non dubito quin in illa portione fuerint substituti et inuitati non solum dictus quondam Raymundus auus paternus, sed etiam liberi masculi eiusdem Raymundi et liberorum masculorum liberi masculi, et hoc sonant verba dicte substitutionis. sed hic nō contendimus de illa portione seu parte: sed de portione seu parte aut bonis peruentis ad dictum Raymundum in qua non leguntur liberi masculi fuisse eidem substituti cum illi quoad portionem huiusmodi solum positi extiterint in conditione.

3 ¶ † Forte vero opponetur quod non solum fuerint dicti liberi masculi positi in conditione: sed etiam fuerint grauati de restituendo superstiti et eius liberis masculis. quo fit vt videantur fuisse inuitati: quia licet ex eo solo quod liberi fuerint positi in conditione non censeantur substituti seu honorati, prout voluit glossa et doctores communiter in. l. lucius. la secunda. ff. de heredibus instituendis. de quo plenius dictum est in alijs allegationibus, nec etiam ex eo solo quod quis fuit grauatus censeatur honoratus. l. hereditas ad Statium. ff. de heredibus instituendis. et l. ab eo. C. de fideicommissis. tamen ex his simul iunctis videtur esse secus, vt scilicet illis concurrentibus videantur liberi sic positi in conditione et grauati fuisse honorati quod etiam secūdum aliquos videtur sensisse Bartholus in. l. centurio. in tertia questione principali. versiculo quero vlterius quid si testator dixerit si filius meus decesserit sine liberis vel liberi sine liberis. ff. de vulgari et pupillari substitutione. et idem senserunt aliqui Moderniores doctores Perusini. Sed contrarium videtur verius, scilicet quod dicti liberi prefati quondam nobilis Raymundi positi, vt predixi, in conditione non videantur fuisse inuitati seu substituti ex eo quod grauati extiterūt: quia si contrarium diceretur nunquam videretur posse habere locum regula qua cauetur, quod ille grauari non valeat qui non est honoratus commodo pecuniario. dicta. l. ab eo. C. de fideicōmissis. l. plane. la secunda. §. finali. cum. l. sequenti. ff. de legatis primo. ad quod bene facit dicta. l. hereditas ad Statium. et qd ibi Bartolus. et hec est communis opinio gloss. et doctorum scilicet quod liberi positi in conditione non censeantur inuitati. et quidem non ex eo qz positi in conditione prout dixi in alijs allegationibus. non etiam ex eo quia grauati: quia al's regula de qua supra nunꝗ haberet locum. et qd isto casu non censeātur inuitati, voluit in terminis Bartol. in quodam suo consilio exordiente, Andreas condidit testamentum. vbi loquitur in grauamine iniuncto filijs filiorū, et idem videtur voluisse Bartolus in. l. codicillis. in princip. ff. de vsufruc. lega. Si bene inspiciatur, dum dicit ꝙ in casu questionis per eum formate in. l. sed et si sic. ff. de legatis tertio. et in. l. centurio. versic. quero vlterius. ff. de vulgari et pupillari substitutione. onus fideicommissi non intelligitur iniunctum vltimo de presenti id est filijs filiorum sed solum primis filijs institutis: et filij filiorum non potuerunt grauari onere fideicommissi cum non fuerint honorati seu vocati a testatore ad hereditatem. secus autem fuit in dicta. l. codicillis. et idem voluit Alexander de Imola consil. xxiiij. exordiente, attentis his que in themate. col. v. versi. tertio respondeo qd non videtur etc. in. j. volu. et consi. clxxxv. exordiente, viso titulo questionis. col. x. vers. xiiij. non obstat etc. Ibi respondeo ꝙ etiā si testator imposuisset onus fideicommissarie substitutionis

dictis filiis filiorum. idem etiam voluit Petrus de ancha. consi. cxxxvj. exordiente, principaliter ponderanda est forma substitutionis. circa finem, vbi etiam dicit ꝙ propter dictum Barto. sub dubio forte in. l. sed ⁊ si sic. versic. ⁊ hoc est vtile. dicit testator filiũ meum ⁊c. ff. de leg. iij. ⁊ in. l. centurio. in. iij. q. principali. versi. quero vlterius. ibi, cogitaui ꝙ possemus substituere. ff. de vulgari ⁊ pupil. non est tutum recedere in consulendo a communi opinione gloss. ⁊ doct. ⁊ idem contra opinionem Bartol. videtur voluisse Bald. in dicta. l. ab eo. ⁊ Joan. de imol. in. c. cum tibi. col. v. in fi. versic. sed certe non videtur bona. non enim videtur verum ⁊c. ⁊ in. c. Raynutius charta penulti. col. j. versic. tangit etiam Bart. questionem illam si testator dicat instituo filium. de testamentis. ⁊ dicit Angel. consi. vij. exordiente, ex dicto themate plura dubia possent oriri ⁊c. quod Bart. prima vice tenuit hanc opinionem dictam opinionem etiam tenuit Alberic. vbi plenissime. ff. de vulgari ⁊ pupil. in repetitione rubrice. colum. cxxiij. in materia compendiose substitutionis versi. sed quia testatores sepe vtũtur aliis verbis ⁊c. vbi etiam refert quod hec questio al's fuit de facto in ciuitate Seneze, ⁊ ꝙ Jacobus de bellouiso consuluit fideicommissum sic iniunctũ valere: sed Richard. malumb. ⁊ Raynerius consuluerunt contrarium, ⁊ relatis eorum rationibus ⁊ motiuis sequitur ipse Albertus opinionem Richar. ⁊ Raynerii, ⁊ sic contra Bartol. ⁊ hanc opinionem etiam sequitur Joannes de imol. in dicta. l. centurio. charta penulti. ⁊ Cumanus in dicta. l. lucius. ff. de heredib. instituendis. qui omnes sentiunt fideicommissum iniunctum filiis filiorum al's non honoratis ideo non valet: quia nihil fuit eis relictum ⁊ sic propter iniunctionem grauaminis nõ censentur inuitati. Et quamuis Bartol. in dicta. l. centurio. vers. quero vlterius. ⁊ in dicta. l. sed ⁊ si sic. ⁊ post eũ eius sequaces pro sua opinione multa inducunt. illa tamen obstare non videntur prout apparet ex his que scribit Joannes de imo. in dicto. c. cum tibi. col. vj. versic. nec habent obstare iura allegata per Bart. ⁊c. illis etiam plenissime respondet Alexan. de imo. in dicto consi. clxxxv. colum. x. versi. decimo quarto non obstat. etiã illis respondet dominus Jason maynus sequens hanc opinionem in dicta l. centurio. charta. vj. colum. iiij. versi. circa illam questionem vtilem notabilem ⁊ practicabilem, quã prosequitur per multas col. Et ibi charta. vij. col. ij. versic. non obstat vltra Bart. argumentum quo vtebantur doctores Perusini ⁊c. Respondet dominus Jason rationi supra per me inducte pro parte cõtraria, scilicet ꝙ quãuis liberi liberorum non censeantur honorati ex eo solo ꝙ positi extiterunt in conditione, nec ex eo solo ꝙ fuerunt grauati: tamen si hec duo coniungantur, hoc est si ponantur in conditione ⁊ grauentur: censentur inuitati. ⁊ dicit quod istud fundamentum non obstat: ⁊ mouetur optima ratione, quia duo imperfecta, cuiuscemodi sunt predicta, prout etiam confitentur doctores Perusini si simul iungantur non inducunt dispositionem quãdo sunt ita imperfecta quod vnumquodq̄ de per se nihil operatur: quãuis secus esset si aliquid de per se operaretur. l. j. cum sua gloss. C. qui nume. tutel. hanc doctrinam tradidit Baldus ⁊ sequuntur doctores in. l. si quis ex argentariis. §. j. ff. de edendo. Alexander de imol. consi. xj. exordiente, sentio in dubium reuocari, col. ij. versic. ⁊ propterea, dicit Bald. in. l. si quis ⁊c. ⁊ consil. xix. exordiente in his que in themate narrata sunt. col. ix. versic. ⁊ ideo tales testes in. iiij. volumine. Sed in casu nostro vnumquodq̄ predictorum de per se nihil operatur, ⁊ quidem non grauamen. dicta. l. ab eo. non etiam quod fuerunt positi in conditione, nisi quod testator cogitauit eos abintestato successuros. dicta. l. Lucius. circa finẽ versi. prudens consilium patris. Sed istud est nullius effectus: q̄r etiam sine hoc omnino ab intestato successissent. dicta ergo duo imperfecta simul iuncta nihil operantur. respondet etiam dominus Jason ad aliud fundamentum quod pro opinione contraria solet induci, sc3 quod qui vult consequens, videtur velle ⁊ omne antecedens ad illud vulgata. l. ad rem mobilem. ff. de procurato. l. ij. ff. de iurisdictione omnium iudicum. ⁊. l. illud. ff. de acquirenda hereditate. ⁊ dicit quod hoc nõ habet locum in dicta. l. ab eo. C. de fideicommissis. quia ibi sub onere iniuncto non includitur honor: quia sic intelligendo scilicet qđ sub onere includeretur honor valeret fideicommissum: qđ tamen est falsum. dicta. l. ab eo. ⁊ hoc fuit dictum Baldi in. l. fi. in. xvj. opposi. versic. item facit. j. de fideicommissis. ⁊c. C. de heredibus instituendis. Respondet etiam dominus Jason vbi supra ad. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de lega. ij. aliter quam Joan. de imo. ⁊ Alexan. de imo. ⁊ vt videtur melius. de quo tamen dicetur infra super dicta secunda substitutione. concludo igitur quod per dictam primam substitutionem positam scilicet in dicto versicu. si autem contingeret ⁊c. non censeatur dictus nobilis Ludouicus fuisse dicto quondam Claudio suo patri substitutus, pro eo quia eidem Claudio nihil relictum extiterat, sed duntaxat sub verbo generali liberorum fuerat positus in conditione. ¶ Et si fortasse opponeretur quod vniuersale fideicommissum fuerit iniunctum non solum liberis ⁊ liberorum liberis predictorum nobilium Joannis ⁊ Raymundi: sed etiam superstiti ex ipsis heredibus, quia in illa substitutione dicitur eidem premorienti ⁊ eius liberis masculis substituit ⁊c. Quod fieri posse nemo negat: quinimo omnes confitentur quod institutus potest grauari sub duplici conditione alternatiue concepta. vt verbi gratia, si ipse sine liberis vel liberi eius sine liberis ab humanis decesserint quo casu valet substitutio ⁊ fideicommissum vt debeatur etiam si contingat institutum mori superstitibus liberis dum tamen liberi huiusmodi postea sine liberis decesserint, propter qđ non dubito quin si morerentur omnes liberi masculi dicti quondam nobilis Joannis Artaudi superstite dicto nobili Ludouico aut liberis masculis eiusdem esset locus fideicommisso vniuersali per dictum quondam dominum Raymũdum relicto. nec dixi aut dico contrarium, sed dixi quod quatenus onus seu grauamen fideicommissi fuit iniunctum liberis dicti quondam Raymundi, illud non valuit quasi iniunctum non honoratis ⁊ quod propterea dictus nobilis Ludouicus dici non possit fuisse substitutus dicto Claudio patri, vel Raymundo auo paterno in illis sc3 bonis que ad eum peruenerunt in vim dicte institutionis seu substitutionis.

4 ¶ † Etiam nec videtur idem nobilis Ludouicus posse pretendere se fuisse vel esse inuitatum, aut dictis auo seu patri substitutus in dicto versiculo, Si vero contingat dictos ambos heredes ⁊c. ⁊ quidem non expresse, quia imo in illa substitutione substituitur nobilis Alziarius de Montealbano ⁊ eius liberi masculi, que etiã quoad illos non est purificata, pro eo quia nec dicti ambo heredes decesserunt sine liberis masculis, nec eorum huiuscemodi liberi sine liberis non etiam tacite, pro eo scilicet quia fuerunt positi in conditione causis ⁊ rationibus tam al's quam in precedentibus allegatis. Non etiam ex eo quod dicti liberi masculi non solum videantur positi in conditione sed etiam quia videantur fuisse grauati. Tum rationibus supra allegatis super dicta prima substitutione: tum ⁊ quia in dicta substitutione non aperte dicit quod idem quondam dominus Raymundus substituerit liberis masculis sed dicitur eisdem quod potest referri ad dictos Joannem artaudi ⁊ Raymundum heredes de quibus est sermo in dicta substitutione, ⁊ qui grauari potuerunt vt patet ex predictis cum fuerint honorati, ⁊ qui potius debent censeri fuisse grauati, quam dicti eorum liberi masculi vt sic res potius valeat quam pereat. l. quoties. ff. de rebus dubiis. ⁊ quod in dubio potius debeant censeri ipsi heredes fuisse grauati quam eorum liberi masculi non honorati voluit Baldus in dicta. l. ab eo. ⁊ idem voluit Joannes de imola in dicto capitulo, Raynutius. charta penultima. columna secunda, versiculo, sed tu potes dicere. vbi voluit qđ ex quo liberi non reperiuntur expresse honorati in dubio, videtur heres primus fuisse grauatus per id quod dicitur ⁊ notatur in. l. si seruus. §. qui Margaritam. ff. de legatis primo. ⁊ quod notat Bartolus in dicta. l. codicillis. in principio. ff. de vsufructu legato. ⁊ idem voluit Philippus de Frãch. in capit. si pater. in materia compendiose substitutionis. versicu. septimo queritur de questione sepius in facto contingente ⁊c. ibi sed tenendo hanc opinionem. de testamentis. in sexto. ⁊ hoc videtur sensisse Bartolus in. l. Marcellus in principio. ff. ad trebellianum. secundum Philippum de Perus. in dicta. l. ab eo. in quarta questione principali. qui relato dicto Barto. in. l. codicillis. in. l. centurio. ⁊. l. qui duos superius allegatis in quibus nõ videtur Bartolus multum firmasse a quo censeatur fideicommissum relictum, dicit quod in dicta. l. Marcellus. in principio hoc firmasse videtur, scilicet quod erat primo instituto. quamuis nõ multum clare. sed hoc firmauit Baldus in. l. precibus. colum. penultima ⁊c. vbi etiam Salycetus collatio. penultima, vel finali, versiculo quero sexto testator institutis filiis. C. de impuberum ⁊ aliis substitutionibus. ⁊ Philippus de perus. in dicta. l. ab eo. in quarta questione. pro quo dicit facere quod alias si secus diceremus resultarent due presumptiones vna quod censerentur honorati ipsi vltimi, alia quod censerentur onerati quod non videtur dicendum.

5 ¶ † Sed forte opponetur quod q̄r substitutio de qua in dicto versicu. si vero contingat dictos ambos heredes ⁊c. facta fuit in omnibus bonis, videantur liberi masculi prefati quondam nobilis Raymundi fuisse mutuo ⁊ tacite sibi inuicem substituti. l. Titia Seio. §. Seia libertis. ff. de legatis secundo. ⁊ quod post Dynum scribit Bartolus ⁊ doctores in. l. vel singulis. ff. de vulgari ⁊ pupillari substitutione. Paulus de castro ⁊ Alexander de imola in. l. si pater impuberes. ff. eodem titulo. qui volunt qđ si institutis duobus vel multis filiis pater in tota hereditate substituat aliquem vltimo morienti censeatur pater reciproce filios institutos ad inuicem substituisse. ⁊ hoc operantur duo copulatiue scilicet substitutio facta vltimo decedenti ⁊ in tota heredi-

hereditate. per hec enim duo censetur testator voluisse, quod omnia bona peruenirent ad ipsum vltimũ decedentem, dicta.l. deniq3.§.interdum.ff. de pecul.lega. quod non fieret nisi vltimo decedẽs censeretur primo decedentibus substitutus. 3 istud non obstat:quia licet dictus nobilis Alziarius z sui liberi masculi videantur fuisse substituti in omnibus bonis: non tamen apparet substituti vltimo masculo decedenti ex masculis scilicet dictorũ nobilium Joannis artaudi z Raymundi de monte Albano seu alterius eorundem sed vt prediri cẽsentur dicti Alziarius z liberi masculi fuisse substituti dicto Joanni artaudi z Raymundo z sic non sumus in casu dicte.l.titia seio.§.Seia libertis. quod etiã aperte colligitur ex eo quod scribit Dy. z Barto. volentes qd ille tex.in quo fuit grauamẽ iniunctũ in tota re relicta:ideo procedit quia nouissimus fuit specifice grauatus. quod vt prediri nõ fuit factũ in casu nostro. ꝑ premissis, facit quod voluit Bart. in dicta.l.codicillis.in prin.per.l.fi.§.filium.ff. de lega.ij.in.l.heredes mei.§.cum ita.ff.ad trebel.inducendo dictum.§.filium.qd in eo fuerit facta substitutio libertis post eorum mortẽ per fideicommissum in omnibus bonis que sibi relicta extiterant, z tamen ibi dicitur quod mortuo vno liberto admittitur ille qui fuit expresse substitutus. non autem veniunt eius colliberti ex aliqua expressa substitutione. possent z alia multa ꝑ hoc induci, scilicet ꝙ propter predictam secundã substitutionem dici non possit ꝙ substitutio facta de Alziario z liberis masculis fuerit facta vltimo masculo alterius ex dictis Joanne artaudi z Raymundo decedenti, z quod propterea dictus.§.Seia libertis. nihil faciat ad casum. ex quo consequẽter infertur quod per substitutionem factam in dicto ver.si vero contingat dictos ambos heredes zc. pretendere non possit dictus nobilis Ludouicus fuisse suo patri substitutus, ita mihi zc.

1 ☞ Clericuz quacunq3 causa etiã licita percutiens an incidat in excomunicationis sententiam zc.3.5.z sequen.
Et an contra clericos vim vi repellere liceat, z num.6.
2 Bellum mouere z vim vi repellere, an, quibus, z quando liceat.
4 Regule semper standum est, cum de casu excepto nõ constat, nec probatur.
7 Furem rem meam exportantem an z quando mihi liceat occidere, vel saltem percutere: aut capere z detinere.
8 Iniuriarum actione agens, nisi probet de dolo vero vel saltẽ presumpto, non auditur, nec obtinere debet.
9 Iniuriarum actione an z quãdo conueniri possit iniuriatus, qui calore iracundie in iniuriantem easdem iniurias obiecit. Et qua pena sit puniendus, ibidem.
10 Dolus an z quando ex coniecturis probari possit.

¶ Epitome.

¶ Excommunicatus censetur qui clericum percutit. V. §.

¶ De episco. z cleri. Consi. cclij.



Emini dubium est qn 1 † magister Bertrandus romegati mercator, cũ lapides proiecerit contra z aduersus venerabilem virum do. Jacobum romani, notoriũ presbyterum vicarium oppidi Montisferrati, z ipsum cum illis percusserit dederit operam rei illicite, nisi parte ipsius probatum extiterit, quod eam dederit rei licite, quod tamen non probauit. Quis enim probasse pretendatur ꝙ ipse certam sibisiã seu sepem, de qua in processu, inter eosdem do. Romani z Romegati posuerat aut plantauerat in loco de quo in actis: non tamen est probatũ quod illa esset eiusdẽ Romegati, nec quod illa plantata extitisset vel pro tempore existeret in predio eiusdem Romegati. Quo fit vt nõ appareat quod ꝑ defensiõe rei sue manus violentas iniecerit in dictum domi. Romani. Et si hoc probatum extitisset: non tamen excusaret quin propter dictam percussionem seu percussiones inciderit in sententiam excõmunicationis, per id quod voluit Innoc. in.c.olim. in tertio. super verbo vim vi, de restitu. spol. vbi Inno. primo querit quomodo licuerit id de quo ibi: cum essent persone religiose, episcopus z canonici z templarij, vix potuit hoc fieri sine pena canonis. xvij. q.iiij.
2 Si quis suadente diabolo. † Item cum non sit licitum mouere bellum. xxiij.q.iij.c.j.argu.ff.de capti.z postlimi.reuer.l.hostes. z si alijs liceret: tamen clericis nõ licet.c.clerici.z.c.his a quibus xxiij.q.viij. zc. suscepimus. de homici.rũ. In omnibus esse licitum mouere bellum pro defensione sua z rerum suarum. nec dicitur proprie bellum, sed defensio z quando quis est electus incontinenti id est anteꝙ ad alia negotia diuertat, licitum est sibi etiam impugnare.l.continuus actus, responso.j.§.ff.de verborũ.obli.
l.duobus.§.vltimo.ff.de duo.reb.l.j.C. vnde vi z.l.j.§. eum igitur.ff.de vi z vi arma. Et cum hoc a iure sit concessum nõ est autoritas principis necessaria. argu.c. de his.ad fi.xxviij. distinctione. z.l.que sub conditione.§.vltimo.ff.de conditionibus instituendis. nec incidunt in excommunicationem nisi in personas miserint manus. sed nec tunc si sine violentia noluerint ex re domum quod ex dicto.c.olim satis euidenter colligitur. z.c. significasti. de homici. vel nisi modum excesserint. dicto.c.olim. in fin. idem voluit Hostiensis in dicto.c.olim. Super verbo duxeritis. z idem vult ibi Joannes andreas in nouel. Super eo.ver. Joã. de ligna. in suo tracta. de bel.in.ij. parte ver.quarto. queritur an pro rebus suis vim vi repellendo zc. Ecce ergo quod cum ipsi doc.to. z quidem columne iuris canonici z ciuilis ponant z dicant quod omnibus sit licitum mouere bellum pro defensione sua z
3 rerum suarum, † z quod etiam licitum sit electo incontinenti impugnare clericum eijcientem, nec propterea incidat in canonem, hoc est sententiam excommunicationis z deinde subiungant regulam, nisi scilicet in personas clericorum manus iniiciat, apparet eos voluisse z posuisse ꝙ manus iniiciens in clericum regulariter incidit in canonem, z hoc colligitur ex illa dictione, nisi. que cum posita extiterit post orationem seu propositionem negatiuam ponit per ea que habentur z scribuntur in.l. actione.C. de transac. z quod not. Bart. in.l.si eum.§. qui iniuriarum.ff.si quis cautio. Et quis a predicta regula exceperint vnuz casum quãdo scilicet clericus nollet sine violentia exire domum quam forte illicite intrauit vel ab aliquo simili desistere, hec tamen exceptio non videtur eidem Romegati profuisse aut prodesse, pro eo quia non puto apparere quod ante proiectionem predictorum lapidum z percussionem dicti domini Romani ipse sine violentia cessare aut
4 desistere noluerit † de quo tamẽ apparere oporteret, pro eo quia in regulariter prohibitis certo casu permissis non statur verbo dicentis casum permissum subesse.l. qui testamentum.ff. de probationi. z.l.cum quis decedens.§.titia.ff.de legatis.iij. z quod not. Joannes andreas in addi, Specu.titu.de rebus eccle.non alienan. Super rubrica. z Oldra.consil. cccxvj exordiente, quidam episcopus cuius mense episcopalis redditus summam zc. Et sic cum de casu excepto non appareat, standuz est regule, per id qd scribit Barto. in.l.ij.columna.j.in fine.ff.si quis in ius voca.non ierit. ad quod facit.l.suus quoq3, versi. puto.ff.de hered.institut. z.c.venerabilibus, versi. puto quoq3. de sen.excommunica. in.vj. pro regula enim semper est pronuntiandum. nisi probetur cõtrarium secundum Baldum in.c.j.colum.iij.de alienatio.iudic.mutan.cau.fact.qui dicit ita eleganter not.per gloss.in.l.qui restituere.ff.de rei vendi.pro premissis facit quod not. Hostien.in.c. vt fame, columna fi. ver. tu dicas. de sententia excõmunicationis. z dominus Jason in authen. si qua mulier. columna.x.C.de
5 sacro sanctis ecclesijs. z in.l.fin. columna.iiij.C.de testa. † Preterea Innocen. Host. z alij predicti limitant dictum casum exceptum z restringũt vt procedat, nisi manibus iniiciens modum excesserit, per quod innuunt z vt dixi ponunt quod talis manus iniiciens modum excedẽdo incidit in canonem seu in excommunicationem. Quod etiam satis videtur sentire Panor. in.c.sus-
6 cepimus. de homici. † vbi dicit quod licita z moderata defensio contra clericum non est prohibita. per quod aperte sentit quod illicita vel immoderata est prohibita. Unde cum dictus Romegati modum excesserit in defendendo illã pretensam suam sibisiam, ipse secundum mentem z sententiam predictorum doctorũ
7 incidit in sententiam excommunicationis. pro hoc † facit quia eo casu quo possunt alias seruare rem mobilem ne asportetur: non licet furem occidere ne forte personam vulnerare.l. furem. secundum vnum intellectum.ff.ad.l. Cornelia de sicarijs. z esto vt illam non possint pro tunc tueri nec euitare quin asportetur, si tamen pro illius recuperatione potest mihi esse succursum. vt quia adsunt testes per quos possum probare furtum esse factum etiam tunc non licet occidere, nec forte personam vulnerare, dicta.l. furem. cum glossa quod etiam voluit Panormitanus z doctores in dicto.c.suscepimus.et.c. secundo. de homici. fateor autem quod tunc posset capi z detineri fur vel violentus quod fuisset facile in casu nostro, z fuisset longe honestius quam cum lapidibus insultare dictum domi. Romani, z signanter vt alias dixi pro re vili pro qua non sic debuit moueri prefatus Romegati contra notorium presbyterum. nec videtur quod illa pretensa concitatio fuerit sufficiens ad excusandum eundem Romegati quominus dolum commiserit in proijciendo lapides, z per-
8 cutiendo zc. † Certum est enim quod actio iniuriarum exigit dolum, z propterea non potest agens iniuriarum obtinere nisi dolum probet verum, videlicet vel presumptum.l.iij.ff.de iniurijs. z quod notat Bartolus in.l.j.§.nõ autem.ff.si quis testa.lib.esse iuss.fue. Cyn. in.l.si non conuicij.C. de iniur. Barto. in. l. quod nerua. colum. x. versi. fallit in omnibus actionibus que puniunt

tantum dolum vt inimicitie vel iniuriarum.ff.depoſi.⁊ Alexan. de imol.in.l.iuſte poſſidet.colum.xiiij.verſic.vnde ꝙuis iſte fue-
9 rit in lata culpa.ff.de acqui.poſſeſ. † Et tamen ſi tu me appelles latronem vel forte principis aut patrie proditorem,propter quod tu me cócitas ad iram ⁊ ob hoc etiam ego te talem appellem ſeu vocem:poſſum nihilominus conueniri actione iniuriarum ꝙuis fuerim concitatus,licet debeam minus puniri,prout colligitur ex eo quod not.Panor.in.c.cum te.verſ. Sed pone quod vocaui te latronem.de re iudica.facit quod voluit Bal.in d.l.ſi non con uicij.vbi dicit quod ea que non ſortiuntur effectum iuris vt repu dium vel contractus,non firmantur quando ſunt geſta calore ira cundie,quia non procedunt ex animo ſed potius ex animi altera- tione.l.diuortium.ff.de diuortijs. Sed in his que ſortiuntur effe ctum prout ſunt maleficia,non diſtinguitur quo animo facta fue rint:⁊ ideo non remanent impunita:vt ibi ⁊.l.quoniam multa.C. ad leg.iul.de vi.licet quandoq; magnitudo iuſti doloris alleuiet penam furentis. iuxta.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.imperato- res.ff.de adulte. Ad premiſſa facit qḋ voluit Anto.de butr.in.c. ſignificaſti.col.penulti.de homicid. vbi dicit ꝙ ſi inſultatus non fuit adeo precipitatus quin veriſimiliter intelligeret ſe excedere: tunc punitur in totum.facit etiam qḋ ſcribit dominus Claud.de aquis in.l.vt vim.charta antepenul.col.j.verſic. Sed concluden do dicta doctorum.ff.de iuſti.⁊ iure. vbi dicit quod ſi excedatur modus doloſe,ex propoſito:tunc punitur delictum in totum.l.j. C.de emendatio.ſeruo.⁊ quod not.Cyn.⁊ Salic.in.l.gracchus. C.de adulter.⁊ Antonius de butr.in dicto.c.ſignificaſti.⁊ cū do- lus probetur ex coniecturis.l.dolum.C.de dolo.poterit probari dolus vt puta ſi debilis cum pugno percuſſit vnū robuſtum qui non erat multum colericus ſeu iracundus,⁊ ille cum gladio occi- dit aggreſſorem ſine magna animi turbatione:tūc enim videtur apparere quod doloſe hoc fecerit.⁊ idem videtur eſſe in caſu no- ſtro in quo propter rupturā predicte ſibiſſie rei ſcilicet vilis ⁊ vel nullius vel pauciſſime eſtimationis ſeu valoris non eſt preſumen dus dictus Romegati mercator:⁊ vt audio vir honorabilis ſic fuiſſe concitatus ⁊ ad iram promotus,vt ſine animi deliberatio- ne debuerit lapides proijcere contra clericum ⁊ notorium presby terum.aliud enim dicerem ⁊ dicendum eſſet ſi ipſe fuiſſet per di- ctum dominum Romani inuaſus ⁊ percuſſus:tunc enim ſi reper cutiendo modum exceſſiſſet putarem eum a dolo excuſandum ⁊ in hoc caſu ⁊ ſimilibus debet intelligi dictum Baldi in dicta.l. vt vim.qui dicit quod taliter turbatus non ſemper habet ſtaterā in manu. Sic igitur concludendo dico vt predixi prefatum magi ſtrum Romegati incidiſſe in canonem ⁊ incurriſſe ſententiam ex- communicationis late ab eo. Que dixerim ⁊c.

1 ¶ Preterita an dicatur,⁊ ſic rumpat teſtamētum filia,quam nec pater exheredauit,nec eidem quicquam iure inſtitutionis re liquit:ſed cui duntaxat ⁊ ſimpliciter legauit certum quid pro do- te ſua.
2 Uerba lego ⁊ relinquo,in teſtamētis inſeri ſolita quid importēt.
3 Uerba intelligi ⁊ interpretari debent ſecundum cōmunem vſum loquendi.
4 Teſtamentum quod teſtator vult valere iure donationis cauſa mortis ſi non valet iure teſtamēti aut codicillorum,ad hoc vt vi- res habeat,quibus ſit opus.
Et ibidem,quid operetur clauſula illa codicillaris.⁊ nu.5.⁊.6.
7 Grauatus a patre conditionaliter vel in diem, aut alio quouis modo,an ⁊ quando cenſeatur grauari in legitima ⁊ trebellianica que eidem competunt in bonis paternis.
8 Heres ex non agnita vel adita hereditate ad quem aſcendentiū ipſam trāſmittere videatur,ſi ſibi ſuperſint ſui ⁊ premortui,cuius erant bona aſcendentis.
9 Et an ⁊ quando cum hereditate ſic tranſmiſſa videatur tranſmi ſiſſe ius dicendi teſtamentum nullum.
10 Et quid de legato non agnito vel adito:an ⁊ cui cenſeatur tranſ miſſum.

¶ Epitome.

¶ Teſtamentum,in quo filius vel filia nec inſtitutus nec exhe- redatus eſt,eſt nullum. U. F.

¶ De teſtamen. Conſi.ccliij.


iſo teſtamento hono rabilis quondam viri Jacobi franciſci:in quo inter cetera per eum diſpoſita heredem ſuā vni- uerſalem inſtituit ⁊ nominauit honeſtam mulie rem Magdalenam ſuam matrem relictam pro uidi quondam viri Bartho.franciſci eiuſdem Jacobi quondam
1 patris,† ⁊ Yſopine ſue filie naturalis ⁊ legitime pro dote ac nomi ne ⁊ ex cauſa dotis legauit florenos ducentos,quos voluit ſibi ex- ſolui per dictam ſuam heredem per terminos ⁊ dilationes inibi latius expreſſos. Dico ⁊ reſpondeo ꝙ teſtamentum huiuſmodi fuit nullum ratione preteritionis prefate Yſopine,quā nec exhe- redauit,nec ſibi iure inſtitutionis aliquid reliquit,aut.vt cum de appel.cogno.§.aliud quoq; capitulum.coll.viij.⁊ qḋ not.gloſſ.⁊ docto.communiter in aut.nouiſſima.C.de inoffi.teſta. Joan.de imo.⁊ Alex.de imol.in.l.inter cetera.ff.de libe.⁊ poſth. Niſi for- te quis dicat ꝙ imo valuerit pro eo quia dicti ducenti floreni fue runt pro dote legati qḋ videtur ſufficere,per id qḋ ſcribit Anto. de butr.in.c. Raynutius.de teſtamen.motus pro eo ꝙ dos cen- ſetur quid vniuerſale.l.qḋ dicitur.ff.de impenſ.in rebus dotali- bus fact.⁊ qḋ not.Bart.ff.ſolu.matr.in rub.⁊ verb.reliquo.adie ctum vniuerſitati importat inſtitutionem. vt notant docto.in.l. his verbis.ff.de here.inſti.⁊ dicit Anto.de but.ꝙ ſm illum in- tellectum de hoc eſt caſus in dicto.c. Raynutius.Sed contra- rium videtur verius prout ſcribit Joan.de imo.in dicto.c. Ray nutius.col.iij.pro quo multa inducit ⁊ ſequitur Philip.de fran chis in repetitione.c.ſi pater.verſic.vij.queritur quid ſi pater in teſtamento.de teſtamen.in vj.vbi commemorat motiua Joan. de imol.⁊ quedam addit.⁊ ſequendo hanc opinionem que mihi
2 videtur verior † etiam pro eo quia in dicto relicto florenorum du- centorum non eſt dictum ꝙ dictus Jacobus illos reliquerit ſed ꝙ ipſe illos legauit prefate Yſopine:⁊ ſic teſtator nō fuit vſus ver bo relinquo,ſed verbo lego.inter que eſt differentia.pro eo quia licet verbum relinquo,adiectum vniuerſitati,trahatur ad inſtitu tionem,vt predixi.ſecus tamē eſt in verbo lego:quia quamuis il- lud adiectum vniuerſitati ſm tempora antiquiſſima traheretur ad inſtitutionem.l.verbis legis.ff.de verborum ſignifi. Tamen poſtea fuit eius ſignificatum reſtrictum per ſequentem iuris pru dentiam vt ſolum comprehendat legatum.⁊ ideo non debet tra
3 hi ad inſtitutionem: † quia verba ſunt intelligenda ſm com- munem vſum loquendi,vt legitur ⁊ not.in.l.librorum.§.quod ta men Caſſius.ff.de lega.iij.⁊ in.l.cum de lanionis.§.aſinam.ff.de fund.inſtruc.⁊ inſtrumen.legat.⁊ qḋ ſcribit Salicetus in.l.ſi.C. famil.erciſcun.⁊ Jo.de imol.in dicta.l.his verbis.col.iij.verſic. quid autem ſi teſtator.⁊ Joan.de imo.in.l.j.§.ſi ex fundo.charta viij.col.ij.verſic.licet ſecundum eum eſſet ſecus.ff.eodem titulo.
4 ¶ Uerum ꝙuis teſtamentum predictum non valuerit iure teſta menti:potuit tamen valere iure donationis cauſa mortis quo iu- re voluit teſtator illud valere ſi non valeret iure teſtamenti. Sed ad hoc vt dicto iure valeret,opus erat quod hereditas eiuſdem quondam Jacobi adiretur abinteſtato per dictā Yſopinam,vel quod forte adeatur ſi tamen fieri poſſit per honeſtam mulierem Peyronam dicti Franciſci relictam ⁊ matrem predicte Yſopine: pro eo quia cum non appareat qḋ dicta Magdalena fuerit pre- ſens in dicto teſtamento ⁊ donationem ſibi factam acceptauerit teſtamētum huiuſmodi valere non potuit in vim donationis il- lius,ſcilicet quam dicimus eſſe contractum:quia illa indiget pre ſentia partis,aut alterius pro ea acceptātis,ſeu epiſtola,vel nun- tio:ſed ſolū potuit valere in vim donationis cauſa mortis illius ſcilicet que cenſet̄ vltima voluntas ⁊ que tranſit in vim fideicom- miſſi.pro cuius validitate ſeu cōfirmatione opus eſt aditione he reditatis,alias non valet nec effectum ſortitur ſicut nec valeret fideicommiſſum,vt not.Baldus in.l.ſi mortis.C.ad legē Falcid. Paulus de caſtr.in.l.j.ff.de donatio.cauſa mortis.⁊ Alexander de imola in.l.ij.colum.xiiij.ff.de lega.j.⁊ dominus Jaſon de may
5 nis in.l.eam quam.col.xiij.verſic.limita dictam concluſionem. C.de fideicommiſſis. † Et idem dico de clauſula codicillari per quam dictus teſtator voluit predictum teſtamentum valere iure codicillorum ſi non valeret iure donationis cauſa mortis,quia ad hoc vt eo iure valeret opus erat aditione hereditatis abinteſta- to vt voluit gloſſ.reputata ſingularis in.l.qui filio.§.j.in verbo. ex codicillis.ff.de heredibus inſtituendis. Angelus in.l.titia.ff. de inofficioſo teſtamento. Alexander de imola in authen.ex cau ſa.col.xj.verſic.item intellige qḋ ad hoc vt clauſula ⁊c.vbi etiam domi.Jaſ.de may.colum.penul.C.de libe.preteritis vel exhere.⁊ Ambro.oppiſo in.l.filiuſfamilias.§.diui.charta.iij.col.iij.ff.de
6 lega.j. † Quamuis igitur clauſula codicillaris hoc operetur in teſtamento in quo per patrem vel alium aſcendentem preteritur filius vel alius deſcēdens,qui heres inſtitui debuit vel cui debuit iure inſtitutionis aliquid relinqui vt cenſeatur tales perſone ab- inteſtato ſucceſſure fuiſſe rogate aut grauate de reſtituendo he- reditatem heredi inſtituto.l.generaliter.§.ex teſtamento.ff.de fideicommiſſis liberta.⁊ in.l.ſi patroni.§.fi.ſm lecturam ſecunda quam ibi ſuſtinent docto.ff.ad Trebel.⁊ quod not.doct.in dicta authen.ex cauſa.opus tamen erat ad hoc quod clauſula codicil- laris hoc operetur qḋ hereditas adiretur per venientes ab inte- ſtato. Quo fit vt ſi paterne hereditati non ſe immiſcuerit pre- dicta Yſopina cum authoritate tutoris vel miniſterio illius non videatur

videatur adhuc valuisse nec valere predictũ testamẽtum iure do nationis causa mortis aut iure codicillorum. sed si paterne hereditati se immiscuisset: tunc posset valere predictum testamentum
7 iure donationis causa mortis aut iure codicillorum: † debuisset tamen ꝛ deberet detrahi legitima que eidem Ysopine competijt in bonis paternis ꝛ in qua grauari non potuit. l. quoniam in prioribus. C. de inofficioso testamento. ꝛ que cum dicto quondam Jacobo non superfuerit nisi prefata Ysopina ascendebat ad triẽtem seu tertiam partem bonorum dicti quondam Jacobi illorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno ꝛ funeris impensa authentico. de trien. ꝛ se. §. j. collatio. iij. ꝛ transumptiue in dicta authenti. nouissima. iuncta. l. papinianus. §. quarta autem. ff. de inoffici. testa. Sed an ꝛ preter dictam legitimam posset de residuo detrahi quarta pars pro trebellianica, remanet difficultas pro eo quia grauamen non fuit conditionale vel in diem sed vnum: quo casu scribunt glo. Bart. ꝛ doct. in dicta. l. Papinianus. §. meminisse quod non detrahetur nisi vna quarta ꝛ idem voluerunt glo. Barto. ꝛ docto. in. l. quãq̃. C. ad leg. falci. Sed canoniste magis communiter tenent contrarium in dicto. c. Raynutius. quos sequitur Joan. de imo. in. l. coheredi. §. cum filio. ff. de vulg. ꝛ pupi. ꝛ vt puto hec opinio, obseruaretur in Auenione que est in terra ecclesie ꝛ secundum hãc opionem detraherentur due quarte que ascenderent ad dimidiam partem bonorum dicti quondam Jacobi.

8 ¶ Sed remanet difficultas et quidem magna † si dicta Ysopina non se immiscuerit paterne hereditati an eadem Ysopina eam transmiserit ad dictam Peyronam suam matrem, an ve transmissionẽ illi⁹ impedierit prefata Magdalena auia paterna ꝛ sic mater dicti quondam Jacobi. Dico ꝛ respõdeo quod licet filius existens in patria potestate regulariter paternam hereditatem etiam non agnitam seu non aditam ex potentia suitatis transmittat ad quoscunq̃ heredes ẜm opinionem magis communem licet multi contrarium senserint, prout colligitur ex his que plene scribit domi. Jason de may. in. l. si infanti. col. viij. versicu. glo. in verbo, hereditates. ꝛ colum. sequent. versicu. breuiter communis opinio est in oppositum. C. de iur. deliberan. Tamẽ reperio quod hec communis opinio limitatur multis modis. de quibus domi. Jason colligit quatuor in dicta. l. si infanti. col. x. versicu. limita istam conclusionem et multis versiculis sequenti. Sed nulla ex istis limitationibus concernit casum nostrum. Sed reperio aliã limitationem quam ponit Joan. de imol. in. l. ventre. col. xxj. versicu. ẜm dubium est an talis hereditas ascendentis transmittat ad ascendentem in fin. illius versi. ibi, potes dicere pro concordia opinionum. ff. de acqui. heredi. vbi Joan. de imol. loquens in terminis nostris quando scilicet superest mater defuncti de cuius hereditatis trãsmissione agitur, ꝛ mater descẽdẽtis ad quã pretẽditur descendens transmisisse hereditatem non aditam, dicit qḋ isto casu non fit transmissio ad ascendentem ipsius descendentis, ne fiat preiudicium ascendenti illius defuncte persone de cuius hereditate agitur: ꝛ ne quodam modo vnum altare cooperiatur, ꝛ aliud discooperiatur. cõtra id quod habetur in authe. nisi rogati. C. ad Trebel. ꝛ in. l. fina. §. exceptis. C. qui potior. in pingo. habean. ꝛ pro hoc dicit esse text. in. l. ij. §. si quis ex liberis. ff. ad Tertul. Et sic cum hic agatur de transmissione hereditatis non agnite dicti quondam Jacobi, ꝛ mater eiusdem Jacobi superstit, ipsi⁹ superexistentia impediuit, nec dicta Ysopina paternam hereditatem transmitteret ad dictam Peyronam suam matrem qꝫ vt sic loquar non est discooperiendum vnum altare: hoc est non est auferenda hereditas dicte Magdalene matri cum bona fuerint Jacobi eius quondam filij ꝛ danda vel transmittenda Peyrone matri predicte Ysopine, cuius non fuerunt bona: si tamen supponimus paternam hereditatem non fuisse agnitam per dictam Ysopinam cum tutoris autoritate vel alterius ministerio vt superius dixi: ꝛ reperio quod Oldra. consi. xx. exordiente, Quidam habens matrem ꝛ vxorem pregnantem ꝛc. circa fin. versicu. ad tertiam questionem idem voluit quod Joan. de imol. scilicet quod superexistentia matris eius de cuius hereditate agitur, impedit hereditatem transmitti per descendentem ad suum ascendẽtem: ꝛ quo ad personas loquitur in auia, nepote, ꝛ matre illius. ꝛ dicit quod superexistentia auie paterne impedit fieri transmissionem hereditatis nõ agnite per nepotem ad matrem sui ipsius nepotis. ꝛ ita loquitur Oldrad. in terminis nostris.

Preterea reperio qḋ do. Jason de may. in dicta. l. si infanti. col. ix. versic. hinc subijcio nouam questionem, scripsit quod licet filius suus ꝛ in potestate trãsmittat hereditatem patris non aditam, ꝛ hoc ex potẽtia suitatis: non tamen trãsmittit ius dicendi nullum testamentum paternum pro quo multa inducit ꝛ quidem elegantia, que nõ refero, ꝛ si hoc dictum verum esset illud multum obstaret dicte Peyrone volenti nunc et post mortem dicte quondam Ysopine impugnare de nullitate testamentum superius mentionatum. Sed quia Bald. in. c. sciscitatus. col. penul. de rescrip. cõtrarium tenuit. ego super hoc non insisto ꝛ re vera habeo hoc dictum do. Jason. pro dubio.

Verũ q̃uis vt predixi predicta Ysopina non transmiserit ad matrem, paternam hereditatem si agnita non extiterit: transmisit tamẽ dictum legatum etiã si non fuerit agnitum, quod etiam trãsmisisset si fuisset relictũ iure institutionis, per id quod scribit Barto. in. l. ex facto. la grande ff. de hered. institnen. Paul. de castr. in. l. quoniam sororem. C. de iu. deliber. ꝛ Philippus de franch. in. c. si pater. col. x. versi. in eadem glo. ibi habetur loco legatarij. de testa. in. vj. pro quo multa allegat ꝛ signanter not. in. l. j. §. fina. C. de cadu. tollen. ꝛ in. l. cum pater. §. surdo. ff. de lega. ij. Puto etiam quod si dicti ducenti floreni non sufficerent ad legitimam que eidem quondam Ysopine competijt in bonis paternis ꝛ que vt dixi erat tertia pars bonorum dicti quondam Jacobi deducto ere alieno ꝛ funeris impensa poterit dicta Peyrona quondam mater petere supplementũ. iuxta id quod habetur in. l. omnimodo. C. de inoffic. testa. quia illud petitur condictione ex dicta. l. vt voluit ibi gl. Rayne. ꝛ multi docto. ꝛ Bald. in. l. si quis in suo. ꝛ Sali. in. l. scimus. in princ. C. de inoffi. testa. ꝛ Alexan. de imo. consi. cxxviij. exordiente, confiderratis verbis, col. ix. in. j. volu. ꝛ Joan. de imo. in. l. in quartam. col. fina. ff. ad legem falcidiam. Et hanc condictionem seu actionem personalem transmisit dicta Ysopina ad dictam Peyronam suã quondam matrem. per ea que habentur. C. de heredita. actio. in multis. ll. Videtur igitur consulendum esse eidem Peyrone, qḋ ipsa acceptet legatum dictorum ducẽtorum florenorum predicte Ysopine relictum ꝛ quod ipsa agat ad supplementum predicte legitime. Et ita mihi videtur.

1 ¶ Aque, fluminis, vel fontis dominus an possit cũ pluribus pascisci, vt de ea quilibet ad fundum suum quantum sufficit deriuet, nemine ipsorum detrimentum propter hoc patiente.
Et ibidem de questionibus ꝛ controuersijs ꝛ que solẽt ex ipsius aque vsu interuenire: ꝛ toto consilio vsq̃ ad finem.

¶ Epitome.

¶ Qui aquam vni ad irrigandum agrum concessit, nisi supersit aqua, non potest alteri in detrimentum prioris eidem iuris concedere. A. F.

¶ De seruitu. ꝛ aqua. Consi. ccliiij.



Idi casum de communi consensu nobilium et honorabilium virorum Bartho. ꝛ Saluatoris moreti patrui ꝛ nepotis ad inuicem contendentium mihi dimissum, vna cum duobus publicis instrumentis: vno scilicet facto ꝛ confecto pro ꝛ in fauorem dicti nobilis Bartholomei, et hoc anno incarnationis dominice Millesimo quingentesimo secundo ꝛ die. iij. mensis Decembris, ꝛ alio faciente pro ꝛ in fauorem prefati nobilis Saluatoris confecto ꝛ recepto anno incarnationis dominice Millesimo quingentesimo sexto ꝛ die quinta mensis Febuarij. Vidi preterea copiam sententie pro ꝛ in fauorem dicti nobilis Bartho. nouissime promulgate per nobilem ꝛ egregium virum do. Judicem primarum appellationum prouincie, vna cum dubijs ex dicto casu elicitis. Quibus respondeo breuiter ꝛ succincte: ꝛ primo ad primum, quod si aqua que ex flumine Jabroni ꝛ a parte iurisdictionis loci Podij pini deriuatur ꝛ extrahitur per dictum nobilem Barth. ꝛ ducitur per vnũ incile seu bedalagium a dicto flumine vsq̃ ad bastitam siue affare eiusdem Bartho. sitam in territorio Podijpini vulgariter dicto ala terrasse, subtus iter regium, sufficiat non solum ad rigadũ ꝛ adaquandũ prata hortos, ꝛ canaperias existentia in predicta bastita facta ꝛ de nouo fienda: sed etiam ad adaquandum ꝛ rigandum duas terras latius mentionatas in instrumento pro ꝛ in fauorem dicti Saluatoris confecto ꝛ supra mentionato, concessio seu acceptum factum de dicta aqua eidem Saluatori valuisset. Tum propter formam concessionis facte dicto nobili Bartholomeo, in qua dictum est, quod si in futurum dominus de Podio pino aut sui imposterũ successores appulsa aut applicata dicta aqua apud dictam bastitam, aut alias non applicata vellent tradere alijs personis habentibus terras, prata, hortos, aut canaperias subtus dictum Bedalagium, posset nobilis ꝛ generosus vir Ludouicus in stanch dominus dicti loci ꝛ suis deinde successores etiam possint ꝛ valeant licentiam impartiri talibus personis prout sibi melius

videretur peragendum recipiendi de dicta aqua per ipsum Bartho. ⁊ dictum Bedalagium conducenda, relicta semper prouisione que eidem Bartholomeo moteti esset necessaria ad id quod supra, ⁊ quod in hoc idem Bartholomeus contradicere non posset. Attenta igitur forma dicte conuentionis dico quod si per dictum Bedalagium plus labatur ⁊ defluat de aqua quam sit necessarium eidem nobili Bartholomeo pro rigandis ⁊ ad aquãdis pratis, hortis, ⁊ canaperijs in dicta bastita existẽtibus factis, aut fundis: ipse Saluator potest de illa aqua deriuare ⁊ conducere ad dictas suas terras irrigandas id quod superest retenta necessaria prouisione dicti Bartholomei. Tam ⁊ supposito quod de hoc nõ fuisset facta conuentio: posset tamen idem Saluator recipere de aqua dicti fluminis, de illa scilicet, que non esset necessaria dicto Bartholomeo, ⁊ eam ducere ⁊ diriuare ad dictas eius terras, iuxta ea que habentur in. l. Lucio. ff. de aqua quotidiana ⁊ esti. ⁊ qd not. Bart. ⁊ post eum alij in. l. quominus. questione quinta. ff. de flumini. Bart. Bald. ⁊ alij in. l. aquam. C. de seruitu. ⁊ aqua. et Bartol. in. l. in concedendo. ff. de aqua plu. arcen. non tamen posset: isto casu idem saluator aquam predictam diriuare et ducere per dictum Bedalagium seu aque ductum factum sumptu ⁊ expensa dicti nobilis Bartho: pro eo quia dictum Bedalagium est suum. ⁊ sic eo inuito non posset nec deberet dictus Saluator vti aut se iuuare nisi fuisset pactum predictum. Sed supponendo qd tota aqua que labitur ⁊ fluit per dictum Bedalagium sit necessaria prouisione dicti Bartho. ⁊ pro ad aquandis ⁊ irrigandis dictis eius pratis, hortis, et canaperijs, Dico et respondeo, quod dictus nobilis Ludouicus concessionem in emphyteosim seu ad nouum accapitum quam fecisse dicitur prefato Saluatori facere non potuit in preiudicium dicti Bartho. ⁊ sine suo cõsensu dicta. l. in concedendo. vbi est bonus text. ⁊ idem probatur in. l. ij. §. aque ductus. ff. de seruitu. rustic. predio. ⁊ dicta. l. lucio. arguẽdo a contrario sensu. qui modus arguendi est in iure fortissimus. l. j. §. huius rei. ff. de offic. eius cui est manda. iurisdic. Et quod in dicto casu nõ potuerit fieri predicta cõcessio aut datio in emphyteosim vel ad nouũ accapitum sine consensu dicti Bartho. sentit glo. in dicta. l. in concedendo. vbi Bar. ⁊ docto. idem sentit gl. in dicta. l. lucio. vbi etiam Bar. ⁊ idem sentit Bar. ⁊. d. Ias. may. in. d. l. quominus. q. v. ⁊ docto. communiter in allegata. l. aquam. C. de seruit. ⁊ aqua. ⁊ Alexã. de imo. consi. xxij. exordiente, col. iij. versicu. considerato quod presupponitur partem predictam ⁊c. in iiij. volu. Et per hec patet responsio ad primum quesitum.

Ad secundum etiam patet

responsio per predicta presupponendo vt predixi quod tota aqua que labitur ⁊ defluit per dictum Bedalagiũ sit necessaria dicto Bartholomeo pro ad aquãdis ⁊ irrigãdis pratis, hortis, ⁊ canaperijs premẽtionatis. Ubi vero presupponeremus quod tota illa aqua nõ esset necessaria: tunc videretur quod dictus Bartho. toties quoties indigeret dicta aqua pro irrigandis dictis suis predijs, posset eã subtrahere predicto Saluatori ⁊ claudere dictum Bedalagium attenta forma concessionis sibi facte ⁊ cõsideratis illis verbis relicta semper prouisione que eidem Moteti esset necessaria ad id quod supra, ⁊ cui reseruationi non potuit contrauenire dictus nobilis Ludo. sine consensu eiusdem Bartho. dicta. l. in concedendo. ⁊ alijs iuribus superius allegatis pro quo facit. l. sicut. C. de actio. ⁊ obligatio. Putarem tamen isto casu quod pro tollendis vel repellendis contentionibus, debatis, ⁊ rixis, esset bonum qd ipsi conuenirent de ducenda aqua per dictum Bedalagium. vt verbi gratia; quod dictus Bartho. duceret eam ad dictam suam bastitam tot diebus in septimana ⁊ qd durantibus illis dictus Saluator nihil reciperet, ⁊ quod dictus saluator posset eam ducere ad dictas suas terras vno die vel duobus diebus prout ipsi patruus ⁊ nepos conuenirent.

Ad tertium dico ⁊ respon-

deo quod mihi videtur esse bonum quod inter dictum nobilem Ludo. ⁊ prefatum Bartho. cognosceretur, ⁊ si posset via amicabili, an tota aqua dilabẽs ⁊ defluẽs per dictũ Bedalagiũ sit ipsi Barth. necessaria pro dictis suis possessiõibus ⁊ predijs ⁊ hoc ne ipse alias concessiones dicte aque faciat alijs hominibus cũ quibus necessarium existat litigare ⁊ eam habere: ⁊ nisi esset graue litigare cum eodem nobili Lud. dño dicti loci posset ipse, si aliter facere nollet in causam trahi super iactantijs, postquam vt audio ipse se iactauit ⁊ iactat alijs concedere facultatem recipiendi aquam ex dicto Bedalagio seu incili ⁊ vallato aut aque ductu facto per dictum Barth. Et forte postquam ista materia est in iudicio non esset malum procedere in causa appellationis ⁊ instare, vt quanto breuius fieri posset ferretur sententia ⁊ si feratur pro dicto Bartho. ⁊ non appelletur illa transibit in rem iudicatam, ⁊ post hec si in veritate tota aqua sit necessaria eidem Bartho. pro sua prouisione, ⁊ irrigandis dictis eius predijs, ⁊ ipse nihilominus velit facere istam gratiam dicto saluatori suo nepoti et concedere facultatem deriuãdi, ⁊ recipiẽdi de dicta aqua vno die vel duobus diebus septimane vel aliquibus horis, ipse hoc facere poterit: sed difficile erit dicto saluatori se liberare a censu quem dare conuenit ⁊ promisit domino dicti loci. preterea postulabit idem nobilis Ludouicus quod ipse sibi recognoscat. ⁊ sic non erit hoc sine melencolia non tamen puto quod propterea possit dictus nobilis Ludouicus vel sui alij dare aut concedere licentiam recipiẽdi aut diriuandi aquam ex dicto Bedalagio postquam vt predixi tota aqua est necessaria dicto Bartho. pro dictis eius predijs irrigandis.

Ad quartum dico ⁊ respõ-

deo quod vt predixi si tota aqua dicti Bedalagij sit eidem Bartholomeo necessaria, non potest alteri per dictum nobilem Ludouicum licentia concedi de illa aqua recipiendi ⁊ ducendi ad suas possessiones, aut eam diuertendi ne dilabatur et fluat ad dictam bastitam. ⁊ ideo si pro ducenda aqua quam alijs concederet esset necessarium facere aliud bedaligium vel iam factum ampliare ⁊ elargiri hoc fiendum esset sumptu ⁊ expensa eorum quibus fieret concessio ⁊ qui propterea essent percepturi commodum ⁊ vtilitatem. l. vnica. §. pro secundo. in fin. C. de cadu. tollen. ⁊ regula. que sentit. ⁊ quod ibi glo. Dy. ⁊ Philip. de Franco. de reg. iur. in. vi. ⁊ quod not. Hostien. in summa tit. de eccle. edifican. §. j. vbi etiam recitat illum versiculum, Commoda qui sentit iungas onus emolumentis, ⁊ allegat dictam. l. vnicã. §. pro secundo. ⁊. §. nec autem. ⁊. l. manifestissimi. §. vltimo in fin. C. de fur. Nec teneretur aut deberet dictus nobilis Bartholomeus in dictis sumptu ⁊ expensa fiendis pro nouo bedalagio vel augmento seu elargitione iam facti bedalis contribuere, pro eo quia bedalagium iam factum et sumptu suo sufficit pro diriuatione ⁊ deductione aque sibi necessarie. si vero augmentetur dictum bedalagium ⁊ postea successu temporis illud indigeat reparatiõe aut reparationibus tam ipse quam alij quilibet scilicet pro rata commodi ⁊ vtilitatis tenebitur contribuere in sumptu ⁊ expensa huiusmodi.

1 Donatio eius qui plus donat quam donare credit an ⁊ quando valeat.
2 Matris renuntiatio, quitatio, donatio, ⁊ iuramentum: an et in quibus possint nocere filio. 3.
4 Dos matris an ⁊ quando debeat filio imputari in legitimam, quam pretendit in bonis aui materni. 6.
7 Consuetudo loci in omni stipulatione presumitur reseruata esse.

Epitome.

Qui mille, cum tantum decem sibi competere putaret, ignorãter renuntiauit, non excluditur ab huius renuntiatitionis reuocatione. U. F.

De iuris ⁊ facti ignor. Consi. cclv.



Isis quatuor publicis instrumentis mihi exhibitis parte nobilium et honorabilium virorum Joannoni ⁊ Andree de rochassio ciuitatis Digen. vna cum casu seu consultationis themate exordiente, dudum notabilis vir Joannes de rochassio ⁊c. ⁊ dubijs ex themate huiusmodi elicitis. dico ⁊ respondeo breuiter ⁊ succincte ad predicta dubia

1 prout infra. † Et primo ad primum: qd cum in instrumẽto quictantie ⁊ renuntiationis, ac etiam donationis factarum per nobilem ⁊ honestam quondam mulierem Delphinam de rochassio, dictũ extiterit, quod ipsa bene sufficienter, ⁊ debite partita, tacita, ⁊ cõtenta de iuribus ⁊ bonis inibi mentionatis, renũtiauit ⁊c. cuius tamen contrarium colligitur ex valore bonorum maternorum et paternorum, de quo in dicto themate: ipsa videretur fuisse circumuenta, ⁊ per non veridicam informationem inducta ad renuntiandum, quictandum, ⁊ donandum bona ⁊ iura sua ⁊c. propter quod existimo huiuscemodi renuntiationem, quitationem, ⁊ donationem non debuisse eidem Delphine obesse, per id qd scribit Jo. de imo. in repetitio. c. cum contingat. versicu. item aduerte quia dicit domi. Anto. hic in quarto casu. de iureiurando. ⁊ quod scribit beat. Ambro. in tertio de offic. c. x. et sequenti, Frederic. de sen. consi. lxxix. exordiẽs. queritur an domina Margarita minor viginti quinque annis gloss. in. l. dolus. C. de rescinden. venditio. Angel.

gel. in. l. non enim. ff. de inofficioso testamento. Bald. in. l. ij. col. ij. C. de rescinden. venditio. & Felyn. in. c. si autem. col. j. vel. ij. de rescrip. Pro premissis & pro impugnatione dicte donationis facit quod post Joan. de imol. in. c. Quis pactum. de pact. in sexto. scribit Franci. de aret. in. l. qui superstitis. col. vj. versic. adde etiã. ff. de acquirenda hereditate. & qd scribit Philip. de peru. consilio ccxiij. exordien. viso puncto &c. in. iij. volumi. & Bar. cõsi. lxxvij. exordien. dilecto suo domino Francisco quatenus ponunt differentiam inter donationem simpliciter seu absolute factam in qua faciliter non videtur posse notari lesio sufficiens ad rescissionem contractus & donationem factam pro recompensa non condigna vel per eum qui plus donat q̃ donare existimet, quo casu considerari potest & attendi grauis lesio & ita fuit in casu in quo pro florenis sexcentis per patrem constitutis, & pro quadringentis florenis per dictam nobilem Dalphinam assignatis quos idem pater soluere promisit ipsa Delphina quitauit, remisit, & donauit bona materna valoris florenorum mille, & renuntiauit bonis paternis &c. Et quis pro defensione huiuscemodi pretensarum renuntiationis, quittationis, & donationis, videantur posse allegari & induci quedam renuntiationes de quibus in dictis instrumentis, aut eorum altero, mihi tamen non placet quod ita fiat: quia ille videntur esse contra mentem dicte Dalphine.
2 † Preterea quo ad renuntiationem, quittationem, & donationem factam de bonis paternis, certum est de iure communi, quod secundum opinionem magis communem illa non deberet nocere liberis dicte nobilis Dalphine post q̃ illa vita functa est, & ab humanis decessit superstite nobili Joanne de rochassio eius quondam patre: & hanc opinionem tenuit Bar. in dicta. l. qui superstitis. vbi etiam Joan. de imol. Pau. de cast. Franci. de are. & communiter docto. Bald. in l. fina. colum. penulti. versicu. Sed hic incidenter queritur. C. de pact. & in. l. pactum dotali instrumento. questione secunda. ad fin. & q. xvij. C. de collatio. vbi etiam Paul. de cast. Alexan. de imo. & docto. & Alexand. de imol. consilio. lxxv. exordiente, visis & diligenter perspectis. col. penulti. versicu. hoc probatur in primo volumi. pro qua opinione solet allegari. l. si ex patronis. §. fina. ff. de bo. liber. & l. si quis filio exheredato. circa principium. ff. de iniust. rupt. & irrit. testa. Nec iuramentum matris debet nocere filijs. l. iij. §. penulti. ff. de iureiurando. & quod not. gloss. in dicta. l. pactum dotali instrumento. pro hac opinione etiam solet induci quod pactum seu renuntiatio matris videtur in se habere tacitam conditionem, scilicet si successio eidem matri deferatur. & ideo si illa tacita conditio non eueniat, vt puta quia filia premoriatur: renuntiatio habetur pro non facta. & hanc rationem inducit Joan. de imol. & post eum Moderni. in dicta. l. qui superstitis. Pau. de castro. post eum Moderni in dicta. l. pactum dotali instrumento. C.
3 de collatio. † Uerũ mihi exhibita est copia cuiusdam pretensi statuti olim conditi in prouincia in quo inter alia scribitur, quod filia moriente superstitibus patre suo pfius & liberis possunt liberi in bonis aui materni petere supplemẽtũ legitime, si dos materna non sufficiat & subiungitur, nisi renuntiatum fuerit cum iuramento, per quod videtur inibi statum decidi, quod ibi mater cum iuramento renuntiasset bonis paternis, non possint eius filij in bonis aui materni petere supplementum legitime vbi dos materna ad illa non sufficeret: quia vbi oratio affirmatiua precedit, dictio, nisi, sequens negat et priuat. l. actione. et quod ibi docto. C. de transactionib. & l. extraneo. ff. de ventre in possess. mitten. l. tertia. ff. de custo. reor. & c. cum accessissent. de constitutionib. et sic si verum esset quod renuntiatio, quitatio, & donatio predicte valuissent etiam quo ad bona paterna: ille preiudicassent etiam in bonis paternis. sed vt dixi, ille mihi videntur fuisse indebite et male extorte.

Ad secundum dico & respondeo, non esse dubium quin floreni quadringenti per ipsam Dalphinam constituti debeant dictis liberis dicte Dalphine imputari in bonis maternis seu restitutione bonorum huiusmodi: quo vero ad sexcentos florenos per patrem pro dote dicte quondam Dalphine constitutos esset maior difficultas nisi esset statutum superius mentionatum, pro eo
4 † quia licet regulariter dos materna debeat nepoti seu felezeno legitima quam sibi deberi pretendit in bonis aui materni imputari secundum opinionem magis communem, vt voluit Bartol. in. l. in quartam. col. penulti. versicu. pono aliam questionem. ff. ad legem falcid. & consilio. clxxxiij. exordiente, Gilbertus dedit dotem &c. vbi pro hac opinione ponit multa bona fundamenta & hec fuit opinio Jacob. butri. qui ita consuluit prout refert Bald. in. l. illam. C. de colla. quam sequuntur Paul. de castr. Roma. Alexand. de imol. & docto. Moderni in dicta. l. illam. Paul. de castro consilio. cxxiiij. quod incipit, dubia de quibus queritur. col. ij. versicu. Super secundo quo queritur. Alexand. de imol. cõsilio. xxiij. exordiente, visis dubijs in primo volumi. & Andr. barba. consilio. xl. exordiente, illud adduco in prospectum, tamen dicta communis opinio limitatur & restringitur vt non procedat eo casu quo nepotes habuissent maternam dotem, non quidem immediate ab auo materno et in vim consuetudinis. de qua per glo. & docto. in. l. dos a patre profecta. C. solut. matri. vel alio modo. Sed ab eorum matre vt & tanq̃ heredes eiusdem matris: quia cum tunc non habeant ab auo tanq̃ causa immediata, sed a matre: ipsi non tenentur dotem huiusmodi imputare in legitimã eis debitam in bonis aui materni. l. scimus. §. repletionem. C. de inoffi. testa. hoc fuit de mente Bartol. in. l. si cum dotem. ff. solut. matri. & hanc opinionem sequitur Alexand. de imol. in. l. post dotem. ff. eo. tit. & in dicta. l. illam. col. ix. versic. nisi auus esset expresse. & in dicta. l. in quartam. col. xviij. ff. ad leg. falcid. et Bald. in. l. quoniam nouella. versicu. venio ad questionem. C. de inoffi. testa.
5 Sed hodie † per dictum statutum reperitur decisum q̃ si filia familias decedat superstite patre suo pfius & liberis, dicti liberi habeant dotem maternam, & in ipsa succedant habereq̃. & in ea succedere debeant tanq̃ heredes sue matris in dicta dote & expensa matris: & quod de ea disponere valeant & ab intestato ad suos heredes illam transmittant & quod succedendo patri vel auo materno dotem ipsam in legitimam computent et computare debeant saluo eisdem liberis iure agendi ad supplementum legitime in bonis patris vel aui eis debite si dicta dos ad legitimam non ascendat: nisi fuisset cum iuramento renuntiatum. & sic vult statutum quod liberi censeantur habere dotem iure hereditario & tanq̃ heredes matris, & quod nihilominus eam imputent in legitimam, quam habere pretendunt in bonis aui materni, & sic videtur quod etiam eo casu quo pater fuisset stipulatus dotem reddi soli filie, vel filia ipsa fuisset de consensu patris stipulata dotem sibi reddi, vel alias esset facta dos ipsius filie vt quia pater illam sibi donasset quibus casibus non haberent liberi matris dotem immediate ab auo materno sed a matre q̃ nihilominus liberi teneantur dotem huiusmodi imputare in legitimam eis debitam in bonis aut secundum dispositionem dicti statuti. cum sufficere videatur, quod dicta dos ab auo materno processerit immediate vel mediate.
6 † Preterea vbi essemus in casu in quo dici posset statutũ predictum non habere locum prout nõ videtur, adhuc putarem sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis q̃ dicti liberi tenerentur dotem maternam imputare in dictam legitimam, pro eo quia pater non fuit simpliciter stipulatus dotem reddi soli filie sed filie aut suis, seu illi vel illis &c. nec & in euẽtũ solutionis matrimonij sed in casum seu euẽtum restitutionis dotis. inter que multum refert qz pater stipulãdo dotẽ reddi vel sibi vel alij in casum solutiõis matrimonij põt derogare, & derogare cẽsetur cõsuetudini superius mentionate, de qua scilicet ponit glo. & docto. in dicta l. dos a patre. sed stipulando dotem reddi vel sibi vel alij in casum restitutionis dotis etiam si dictum fuerit in omnem euentum
7 restitutionis dotis: non censetur esse † derogatum dicte consuetudini, quia in omni stipulatione intelligitur reseruata consuetudo loci. l. quod si nolit. §. si assidua. ff. de edilit. edic. & l. exceptio. cum suis simil. C. loca. & hoc singulariter voluit Bald. in. l. ij. C. de bo. que libe. & in. l. vnica. §. taceat. C. de rei vxo. actio. hoc dictum cõmemorat & sequitur Alex. de imo. in dicta. l. post dotem. col. xvij. versi. quod intellige verum. ibi, secus si simpliciter. ff. solu. matri. Roma. consi. x. & Philippus de peru. in dicta. l. ij. & sic in casu nostro videntur liberi habere dotem maternam in vim dicte consuetudinis. & sic ab auo materno non a matre. Cõcludo igitur, quod in legitima, dictis liberis prefate quondam Dalphine & Felezenis dicti quondam nobilis Joannis de Rochassio, in bonis eiusdem de Rochassio aui materni, debet dos prementionata imputari.

1 Donatio causa mortis que dicatur: & quando transire debeat in donatarium.
2 Bonorum appellatione quid veniat.
3 Legitime appellatione veniunt & fructus ex ea prouenientes.
4 Graduum ordo an & quibus casibus spectandus sit & prosit

Epitome.

Ea demum est differentia inter donationẽ causa mortis, & donationem inter viuos: q̃ illa potest reuocari hec vero non. V. F.

De dona. Consi. cclvj.



Multa sunt que videntur persuadere quod donatio, quam anno domini Millesimo quadringentesimo octogesimo octauo & die. vj. mensis Septembris fecisse dicitur honesta quondã mulier Alayeta facilis cu

dam Petro assonis, fuerit donatio causa mortis, et non donatio inter viuos, & signãter pro eo quia eadem Alayeta voluit dictam per eam factam donationem valere post eius mortem, et nõ ante & sepius hec verba repetijt in dicta donatione, videlicet in inuestitura, & cõstitutione precarij: propter quam repetitionem apparet de enixa voluntate eiusdem Alayete: & pro hoc dicto possunt multa induci et reperio quod in simili casu pro hac parte consuluit illustris iurium doctor domi. Jason de may. Cuius consiliũ existimo fuisse visum per nobilem et egregium virum dominum Collinum thadei iurium professorem eximium, alterum ex do. arbitris &c. vbi etiam respondet multis fundamentis, que persuadere videbantur illam donationem esse donationem inter viuos, & non causa mortis: & sic secundum hanc opinionem potuit donatio predicta per dictam Alayetam reuocari: quod et factum est. Uerum quia semper existimaui hunc articulum et similem non esse sine dubio, & semper potius inclinaui in partem contrariam super hoc non insisto: quamuis profecto existimem notarium qui instrumentum donationis prementionate recepisse dicitur fuisse insufficientem et multum ignarum, vel ad mali viri consilium in grossasse instrumentum, & in eo multa scripsisse contra mentem & voluntatem dicte quondam Alayete, immo multa contraria et perplexa, que non possunt defendi nisi per calumniam. Apparet enim quod mens illius Alayete fuit donare donatione valitura, post mortem, et non ante: & hoc fuit sepe repetitum etiam vt predixi in constitutione precarij. quod si ita est, quomodo scribit prefatus notarius quod ipsa retinuerit sibi vsumfructum ad vitam, & quod post mortem voluit eum consolidari cum proprietate: cuz secundum mentem ipsius donatricis ipsa deberet remanere domina pleno iure quandiu erat victura: Et si dicatur quod illa retentio vsusfructus deberet intelligi de retẽtione vsusfructus causalis, non formalis: dico & respondeo quod hoc non valet. Cum quia cum vt predixi esset remansura domina pleno iure, illa retentio fuisset superflua. contra id quod scribit Bald. C. de contrahẽ. emp. & venditio. Super rubrica questione. ix. vbi voluit quod nõ solum vnaqueqꝫ oratio sed etiam vnumquodqꝫ verbum a contrahentibus prolatum debet esse cum potestate operandi si fieri potest. l. hac lege. ff. de contrahenda emptione & venditione. & l. si stipulatus. in princip. ff. de vsur. & quod scribit Alexand. de imo. consilio. cxvij. exordiente, visis supra narratis in themate & instrumento &c. colum. penultima. in primo volumine. Cum etiam non procedit, pro eo quia ñ sic &c. male fuisset dictum quod talis vsusfructus deberet consolidari cum proprietate cum ab illa nunquam fuerit seiunctus. sunt & alia multa descripta in dicta donatione ex quibus colligitur repugnãtia & contrarietas et que videntur obstare instrumento donationis huiusmodi. Super quibus debet aduertere dicti egregij do. Collinus & alij. & per hoc sit respõsum ad primum quesitum.

Ad secũdum quesitum dico

2 co & respondeo, quod naturalis † & propria significatio huius verbi bonorum, est quod significet bona quatenus commodum afferunt, et sic quatenus supersunt deducto ere alieno. l. proprie. l. bonorum appellatio. & l. subsignatum. §. bona. ff. de verborum significatione. et. l. ij. §. illud. ff. de collatio. bonorum. Dicta igitur Alayeta donatrix non censebatur habere in bonis nisi quantum valebant deducto ere alieno: dicta. l. proprie. & l. bonorum. superius allegatis & l. propemodũ. eodem titulo. Quo fit vt non recedẽdo a propria vi seu significatione huiuscemodi verbi bonorũ, dicendum sit habendam esse considerationem eris alieni, cum a verbis & eorum significatione vbi de contraria mente non apparet, non sit recedendum. l. ille aut ille. §. cum in verbis. & l. non aliter. ff. de legatis tertio. & l. j. §. si is qui nauem. ff. de exercito. actio. Siue itaqꝫ bona que donauit eadem Alayeta sint mobilia siue immobilia vel alia, videtur quod nõ debuerint dici bona, nisi quatenus afferebant commodum dictis iuribus: & sic detrahatur es alienum, cum illud patrimonium vniuersum diminuat. l. si fideicommissum. §. tractatum. ff. de iudi. et faciat non deberi res integras. l. non amplius. §. cum bonorum. cum ibi not. ff. de leg. j. Et sic respondendo ad dictum quesitum, dico quod de bonis donatis per dictam Alayetam debet detrahi omne es alienum conflatum tam per quõdam Jacobum tacilis et antonium eius filium & heredem vniuersalem quam etiam successiue per dictam quondam alayetam, ante tamen dictam pretensam donationem. Et idem dico de legatis in testamentis predictorum quondam Jacobi et Antonij relictis quo ad quotam et portionem eandem Alayetam pro parte heredem concernentem: quia etiam illa censebantur es alienum. l. in imponenda. & l. irritum. C. ad legem falcid. & l. quod de bonis. §. cum fideicommissum. & quod ibi docto. ff. eodem titulo. Et idem dico de legitima seu supplemẽto illius, quod per dictam Alayetam pro sua quota debebatur Dalphine eius nepti ac quondam filie & vniuersali heredi Barthone tacilis. quia supplementum legitime petitur cõdictione ex lege omnimodo. dicta. l. omnimodo. et quod ibi gloss. et Rayne. et alij multi. C. de inofficioso testamento. Angel. in. l. Papinianus. §. si conditioni. col. j. versi. nota diligenter quod supplementum. ff. de inoffi. testamen. & petitur ab herede seu heredibus vt pote pro solutione illius obligatis. authentico. vt cum de apel. cogno. versicu. ceterum. colla. viij. quod etiam voluit Angel. in dicto. §. si conditioni. col. secunda versicu. dic quod primo est hic agendum cõtra heredes. refert Joan. de imol. in. l. in quartam. col. fi. ad leg. Falcid. etiam de dictis bonis donatis debet pro quarta eandem quondã Alayetam concernente detrahi vniuersale fideicommissum per dictum quondam Jacobum relictum in suis codicillis: & in quo non solũ successit prefata Alayeta ex duabus filiabus superstes: sed etiam Andreas & Dalphina dicte quondam Barthone filij & heredes: vt infra dicetur. & sic cum Alayeta fuerit pro dimidia parte vniuersalis heres dicti quondam Antonij de restituendo grauati, ipsa pro dimidia parte dicti vniuersalis fideicommissi tenebatur prefatis Andree & Dalphine suis nepotibus. istud igitur vniuersale fideicommissum vt pote pro illius dimidia parte es alienum dicte quondam Alayete allegata. l. quod de bonis. §. cum fideicommissum. & dicta. l. in imponenda. & l. irritum. debet detrahi de bonis donatis & nihilominus potest dicta Dalphina reconuenire aduersarios pro dimidia parte supplemẽti predicte legitime et dicti vniuersalis fideicommissi postq̃ Petrus assonis dictorum aduersariorum quondam pater, & cui vniuersaliter successerunt fuit heres vniuersalis pro dimidia parte dicti quondã Antonij. nec aduersus hec obest dicte Dalphine q ipsa fuerit heres insolidum & vnica dicte quondam Alayete, et quod propterea fuerint eius iura illa scilicet in quibus sibi & dicto quõdam Andree tenebatur confusa, per iura vulgaria. & quidem non quod proxime dixi de parte legitime & fideicommissi predictarũ illa scilicet que olim debebatur per dictum quondam Petrum assonis heredem & hereditario iure pro parte dicti quondam Antonij: quia dicta Dalphina non supponitur in aliquo successisse dicto Petro assonis, non etiam quo ad id quod olim fuit debitũ per dictam Alayetam quia licet iura huiusmodi confusa extiterint per aditionem hereditatis predicte Alayete: non tamẽ sequitur quin dicta Dalphina iure retentionis possit sibi consulere et detinere de bonis que sibi dicti aduersarij petunt restitui pro mensura eris alieni. quinimo cum legitima sit quota bonorum & debeatur in corporibus hereditarijs. l. scimus. §. repletionem. & qd ibi docto. C. de inofficioso testamento. & quod voluit Bartol. in. l. suus quoqꝫ. in fin. principij. vbi etiam Joan. de imol. colũ. vij. vel circa. ff. de heredib. instituen. & Alexad. de imol. in dicta. l. nõ amplius. §. cum autem bonorum. ff. de lega. j. ipsa potest retinere de bonis dicti quondam Jacobi vsqꝫ ad valorem et estimationem medietatis legitime dicte quondam Barthone, que fuit nona pars bonorum dicti quondam Jacobi eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno eiusdem quondam Jacobi et funeris impensa authenti. de trien. & se. §. j. collatio. iij. & authenti. nouissima. C. de inofficioso testamento. iuncta dicta. l. Papinianus. §. quarta autem. & idem dico de fideicommisso quod scilicet illud pro dimidia eius parte retinere poterit in bonis dicti quondam Jacobi. & hoc pro eo quia vt superius dixi dicta quõdam Alayeta censetur dicto Assonis donasse ea que superfuerunt deducto ere alieno. Et hanc retentionem facere potuisset prefata Alayeta si per donatarium conuenta extitisset super expeditione bonorum donatorum. per id quod scribit Salicet. in. l. eris alieni. C. de donatio. nec sic faciendo contrauenisset donationi per eam facte imo secundum eam egisset retinendo de bonis pro solutione eris alieni. & hinc dicit Salicet. q sic donans non fraudat creditores quos scit se habere: quia retinet de bonis pro satisfactione, & quãtum fuerit dictum fideicommissum facile cognosci potest existimo enim quod cum illud fuerit conditionale, potuerit Antonius de illo detrahere legitimam, & sic nonam partẽ bonorum & quartam partem residui pro trebellianica: iuxta theoricam quam ponit glo. in. c. Raynaldus. super verbo, licet ipsas. de testa. Bald. in. l. si vero. §. quid ergo. ff. de testa. milita. Angel. consilio. cxcix. exordiente, magnificus miles dominus Gulielmus. col. secunda, & Joan. de imol. in. l. coheredi. §. cum filio. col. ij. ff. de vulgari et pupil. et hoc supposito q dictus quondam Antonius confecerit inuentarium, quia si non confecerit non transit res sine dubio quo ad trebellianicam, an scilicet illa ex persona ipsius detrahi possit. preterea nec transit sine dubio, an vbi est locus detractioni duarum quartarum debeant fructus per grauatum percepti imputari in trebellianicam, vt voluit Paul. de castr. legendo & consulendo, & quem aliquando sequutus est Alexand. de imol. super quibus tamen standum consuetudini, quam puto esse notitiam prefatis domi. arbitris, et ideo non insisto.

Ad quartum

Ad quartum dico breuiter mihi videri quod de bonis donatis inclusis tamen illis que dicta Alayeta sibi reseruauit debeat tantum deduci z detrahi quod illa simul iuncta sufficiant ad solutionem eris alieni. hoc est eorum que superius dixi et sic si omne es alienum de quo supra concernens scilicet dictam Alayetam ascendisset ad valorem seu estimationem florenorum quingentorum z reseruata ascenderent ad valorem seu estimationem florenorum ducentorum z quinquaginta, deberent adhuc detrahi de bonis donatis ducenti z quinquaginta floreni seu eorum estimatio z valor: z preter hec posset peti dimidia legitime z vniuersalis fideicommissi predictorum. et sic opinor quod bona reseruata nõ essent remansura penes dictam Dalphinam absq3 contributione eris alieni: non tamen puto quod fructus ex bonis reseruatis z ex donatis quatenus propter es alienum diminui potuerunt debeant in legitimam seu in supplementum legitime superius mentionate imputari: † pro eo quia vbi legitima debetur etiam debentur fructus legitime dicta authentica nouissima. z quod ibi gloss. z docto. C. de inofficioso testamento. dicta. l. Papinianus. §. vnde si quis. z quod not. gloss. prima ad fin. in. l. in fideicommissariam. in princip. ff. ad trebel. z Bald. in. l. non est. C. famil. ercis. Joan. andr. in addi. Specu. titu. de pigno. §. sequitur videre. in addi. que incipit. si vsusfructus debebatur. z Philippus de peru. consilio. cclxv. exordiente. Super literis. M. z. N. in tertio volumine.

4 Ad quintum quesitum dico z respondeo † quod licet prima facie predicta Alayeta vtpote in vno gradu parentele testatoris proximior dictis Andrea et Dalphina. videatur debuisse eosdem excludere attentis verbis substitutionis inibi et in casu mihi exhibito mentionate: pro eo quia in hoc casu videbatur esse in consideratione affectio dicti quondam Jacobi, que presumitur fuisse maior ad filiam, q̃ ad nepotes ex filia predefuncta: z quia videbatur considerãda sola gradus prioritas. quod etiam voluit Bald. in. l. cum ita legatur. §. in fideicommisso. circa fin. ff. de lega. ij. Contrarium tamen voluit ibi gloss. Super verbo proximo relata ad text. pro hoc allegans authenti. cessante. C. de legiti. heredi. vt sic secundum successionẽ ab intestato reguletur hec testamentaria successio. z hanc gloss. sequitur ibi Joan. de imol. opportune respondens motiuis Bald. illam etiam secutus est Bald. in quodam suo consilio exordieñ. in nomine domini casus est talis quidam Titius zc. relato per Alexand. de imol. consilio. lxxxviij. exordieñ. quod concurrere debeant filius fratris premortui et patrui. in primo volumi. zc. et in consilio. xxvj. exordiente, videretur fortasse. Super premisso themate circa principium vltime colum. in tertio volumi. Et sequendo gloss. predictam idem consuluit Alexand. de imol. in dictis duobus consilijs. et consilio. cxxxvij. exordiente. preclare a priori consultore scriptum z ratione consultum esse puto. zc. in primo volumi. et in idem voluit Philippus de perusio in. l. fina. colum. ij. versicu. posset etiam hic dubitari. C. de verborum significatio. vbi etiam dicit se putare istud esse seruandum in practica z Bartho. socin. in quodam suo consilio exordieñ. visis instrumentis concessionum factarum per Aragonum Reges. charta penultima, col. iiij. versicu. ad secundam rationem principalem respondetur zc. vbi respondet motiuis Bald. in dicto. §. in fideicommisso, z infe ritur hoc consilium inter opera eiusdem Bartho. post titulum soluto matrimonio. Et hanc opinionem etiam secutus est Angel. de peru. in dicta. l. cum ita legatur. §. in fideicommisso. et respondet dictis per Bald. subiugens quod Cuma. dicit opinionem gl. esse equiorem. et sic sentit Cuma. illam esse seruandam. per id qð not. gloss. in. l. quotiens ferro. §. qui maximos. ff. de publi. et in. l. si tibi pecuniam. in fin. ff. si certum petatur. et Francisc. de cur. consilio. j. col. quinta, versicu. modo sic. vbi gloss. zc. Et q̃uis vt predixi Bald. tenuerit contrarium quem sequutus est Cuma. in dicto §. in fideicommisso. quia tamen glo. tenuit contrarium. cuius q̃ta sit autoritas nemo est qui ignoret, et quam secuti sunt multi docto. et quidem famosissimi illa proculdubio seu eius opinio debet in hoc casu obseruari per id quod scribit Jacob. butri. in. l. vnica C. qui iudi. da. da. ve poss. et quod scribit domi. Feli. in. c. j. col. penultima, versicu. limita nisi contra communem opinionem sit autoritas gloss. de constitutionib. Andreas Barbatias consilio. ix. col. ix. in secunda parte. Anto. cor. in suis singularibus in verbo, legitima. col. quarta. et Franciscus de cur. cõsilio quadragesimo seudo. col. vj. ver. sed premissis non obstantibus. et alij in alijs locis. sequendo igitur opinionem huiusmodi dico vt predixi, quod in dicto vniuersali fideicommisso successerunt etiam dicti Andreas z Dalphina nõ solũ Alayeta. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis. Et presertim prefatorum domi. Collum z coarbitrorum quibus placet omnia videbũt z prouidebunt partibus prout iuris erit.

Iniuriarum libellus vt aliquid operetur, an requiritur vt in eo fiat mentio de anno z die illate iniurie. 1
Et quid de loco z hora. ibidem, z nu. 2.

Epitome.

In libello iniuriarum exprimi debent locus, annus, et mensis illate iniurie. V. S.

De iniur. Consi. cclvij.



Vidi casum mihi transmissum parte honorabilis viri magistri Joãnis morenassij, in quo effectualiter queritur an in libello iniuriarum poni debeant non solum annus sed etiam mensis et dies illate aut facte iniurie.

1 † Ad quod respondeo breuiter z succincte quod licet super hoc sint opiniones: tamen communis opinio est quod in libello huiusmodi poni debeant locus, ac etiam annus, et mensis illate seu facte iniurie. l. pretor edixit. in prin. vbi hoc eleganter scribit Barr. ff. de iniur. z in. l. item exigit. ff. de dolo. z in multis alijs locis. hoc voluit Bartol. z alij multi, vt colligi potest ex his que scribit domi. Jason may. in. §. ex maleficijs. col. xiij. versicu. extra glos. z etiam si ageretur ciuiliter de dilecto zc. institu. de actio. z hanc opinionem sequitur ibi Angel. areti. et domi. Jason, z plenius Angel. areti. in suo tracta. de malefi. Super verbo, anno presenti. scribunt enim docto. communiter quod si agatur ciuiliter actione descendente ex delicto z que infamet de iure vel de facto, debet in libello poni et describi locus ac etiam annus z mensis, prout ponuntur z describũtur in accusatione criminali. l. libellorum. ff. de accusationib. hãc opinionem etiam sequitur Alexand. de imo. in. l. edita actio. col. quarta. versicu. annectit. etiam hic Bartol. C. de eden. Et q̃uis aliqui senserunt contrarium non esset: tamen tutum recedere a cõmuni sententia. l. j. versicu. crebrior apud veteres opinio. ff. de officil. questo. z. c. nouimus. et quod ibi Antonius de butri. de verborum significatio. z quod notant scribentes in. c. j. de constituti. Et maxime in casu isto in quo non solum non fuit mensis appositus in libello: sed nec etiam fuit probatus. quo fit vt dicto magistro Guigoni non profit id quod voluit Bald. consilio. lxxxiij. exordiente, verba libelli oblati. col. ij. versicu. tamen antiqui libellatores. z Bartholomeus Socinus consilio. cxlvj. exordiente. viso 2 processu in prima parte. Quo vero ad diem, † dico quod non fuit necessarium quod ille in libello describeretur. Concludo igitur dictum libellum non valuisse z propterea dictum magistrum Guigonem esse in periculo succumbendi in causa propter quod ei persuadeo z consulo concordiam.

Epitome.

In diuisione communium bonorum inter fratres dos ab altero recepta non debet detrahi de communi: nisi in communem vtilitatem probaretur conuersa. V. S.

Commu. diui. Consi. cclviij.



Vidi casum mihi exhibitum parte prouidi viri Jacobi rebelli ciuis et habitatoris Arelateñ. in quo queritur an tricenti floreni, quos pro dote honeste mulieris Marie brunelle habuisse et recepisse dicitur prouidus vir Antonius rebelli eiusdem Marie vir z maritus z dicti Jacobi frater, z hoc manente communione bonorum eorundẽ Antonij z Jacobi z ipsis in illa existentibus, debeant ante diuisionẽ quam de bonis huiusmodi facere volunt et intendunt dicti fratres de ipsi bonis communibus detrahi. Ad quod sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis, dico z respondeo breuiter z succincte, q̃ nisi dictus Anto. probet se conuertisse dotem predictam in communem vtilitatem eorundem Antonij z Jacobi, aut dictorum bonorum communium, vel nisi aliud diceretur et probaretur parte eiusdem Antonij, dicta dos non debet detrahi de bonis communibus: q2 nec adueniente casu restitutionis debebit solui de illis, sed solum de portione contingente eundem Anto. qui illam recepit, per id quod scripsit Specu. titu. de iud. §. sequitur. versicu. quid si duo fratres. z in versi. quid si communione manente dos est ab altero eorum recepta zc. vbi loquitur in terminis huius questionis z idẽ voluit Jo. ferrarieñ. in sua practica tit. for. libel. q̃n agitur pro hereditate vel re singulari di-

videnda.super verbo,communiter ⁊ pro indiuiso.ver. ex his pa-
tet decisio ad questionem ⁊c. Et quia hec questio non habet du-
bium alio non apparente ego vlterius non insisto.

1 ☞ Testiū depositiones secrete an ⁊ quando valeant ⁊ probent.
2 Mulier an ⁊ in quibus casibus possit esse testis.
3 Lex.si quando.C.vnde vi.⁊ cap.finale,quod me.cau.in quibus ca-
sibus vendicent sibi locum.
4 Veritatis experientia est,vt verba consonent rebus sensatis ⁊ ve-
risimilibus.
5 Insultatus ab aliquo cum armis euaginatis,⁊ de insultu per te-
stium depositionem conuicto,si deponat se cum insultu rapinam
passum fuisse,quam tamē per testes probare nequit,an credatur
eius iuramento.

¶ Epitome.

¶ Testes secrete auditi,si cum recensentur se referant ad secretā
illam depositionem,fidem faciunt. A. F.

¶ De testib. Consi.cclix.



RO faciliori declara-
tione intentionis ⁊ boni iuris nobilis viri Joan-
nis de Vernone do.loci de Besseto in causa quā
habet cōtra ⁊ aduersus nobilem virum Bermū-
dum Galberti do.de Rostolis pretensum mili-
tem. Premitto non esse dubium quin dictus do. Bermūdus pro-
betur arripuisse ⁊ tenuisse dictum nobilem de Vernone cum pu-
gione euaginato contra eum,⁊ dicendo ⁊ iurando per corpus do-
mini ꝙ eum interficeret,de hoc enim deposuerunt sufficiēter mul-
ti testes tam in secreta informatione cum eis sumpta,q̄ etiam in
repetitione postea de eis facta:⁊ si qui de illis existant qui minus
aut non ita clare deposuisse videantur in dicta repetitione de eis
facta,in secreta informatione:debet tamen adhiberi fides etiam
illis de quibus in dicta secreta informatione:pro eo quia in repe-
titione retulerunt se ad ea que prius dixerant in secreta informa-
1 tione:⁊ ita propter huiusmodi relationem perinde † fidē facit id
quod dixerūt dicti testes in secreta depositione ac si hoc dixissent
in repetitione.l.asse toto.⁊ quod ibi Bald.Ang.⁊ Jo.de imo.ff.
de here.institu.⁊ in.l.si ita scripsero.⁊ quod ibi Bar.⁊ Moder.ff.
de condit.⁊ demon.pro hoc facit id qd̄ habetur in.l.legata inutili-
ter.⁊ quod ibi Ang.⁊ Alex.de imo.ff.de lega.j.⁊ quod not.Bar.
in.l.eos.ff.ad leg.Corne.de fal.Bal.in.l.gesta.C.de re iudic.⁊ in
l.iurisiurandi.⁊.l.fi.C.de testi.Petr.de anch.in clemen.fin.de te-
sti.multos hoc tenentes commemorat Alexā.de imol.in dicta.l.
legata inutiliter.col.ij.ver.Item inducitur iste tex.⁊ cōsi.cxxiij.
exordiente viso processu cause vertentis ⁊c.col.vj.in fin.versi.pre-
terea ipsemet testis refert etiā se ad alia testificata per se in.j.vo-
2 lumi.† Preterea premitto ⁊ secūdo ꝙ licet de iure canonico mu-
lieres non admittantur ad testimoniū in causis criminalibus.c.
forus.circa fin.⁊ quod ibi glo.de verbo.sig.⁊.c.mulierem.xxxiij.
q.v.de iure tamen ciuili mulier est regulariter testis idonea etiā
in causis criminalibus.c.ex eo.xv.q.iij.⁊ quod not.glo.⁊ docto.in
d.c.forus.probatur etiam in.l.ex eo.⁊ quod ibi gloss.ff.de testi.⁊
est casus in.l.iij.§.lege Julia.circa medium.ff.eo.tit.vbi dicitur
quod in accusatione legis Julie de vi publica mulier repellitur a
testimonio illa scʒ que questū sui corporis fecit.ex quo patet cla-
rissime quod mulier que non est infamis non repellitur a testimo-
nio in causa criminali:quia si repelleretur non esset necesse ꝙ ha-
beret illam qualitatem de qua in.d.§.lege Julia.⁊ per quam effi-
citur infamis ipso iure:⁊ quod de iure ciuili mulier regulariter ad-
mittatur in testem etiam in causis criminalibus est cōmunis do-
ctorum opinio vt potest videri per id quod scribunt docto.in.d.c.
forus.⁊ in.c.quoniam.de testi.hoc etiam voluit Joā.de imo.in.l.
qui testamento.§.mulier.ff.de testa.
3 ¶ † Preterea ⁊ tertio premitto.ꝙ.l.si quando.C.vnd.vi.⁊.c.fin.
quod met.cau.locum sibi vendicant non solum in vi ablatiua,⁊ in
vi expulsiua,de quibus non est dubium:sed etiam in vi compul-
siua,et turbatiua,inquietatiua.vt voluit Rofr.in suis libel-
lis super expositione dicte.l.si quando.et docto.communiter
in eadem.l.⁊ canoniste in.d.c.fi.⁊ nō solum in predictis,sed etiam
in furto ⁊ in aliis in quibus arguitur dolus.quia etiam in illis ca-
sibus probantur res ⁊ earum estimatio per iuramentum partis.
quod etiam voluit Alex.de imo.in.l.argentarius.in.§.cum aūt.
ff.de eden.pro quo allegat.l.semper.§.in hoc interdicto.ff.quod
vi aut clam.⁊.d.l.si quādo.siue igitur appareat dictum do.Ray-
mundum galberti cōmisisse vim ablatiuatiuam vel aliam ex pre-
dictis,non videtur esse dubium quin premissa taxatione domini
iudicis super rebus quas se perdidisse asseruit ⁊ earū estimatione
debeat deferri iuramentum dicto nobili de Vernone.
¶ Forte vero opponetur quod licet appareat quod dictus domi.
Raymundus,per colletum arripuerit prefatū de Vernone,⁊ qd̄
ipse tenebat pugionem ⁊ iurabat per corpus dn̄i qd̄ ipse occideret
eum:non tamen videtur apparere ꝙ ipse primo inuaserit dictum
de vernone:de quo tamen oportet apparere saltem quo ad hoc ꝙ
ipse do.Raymūdus in aliquo puniatur quo ad interesse dicti de
Vernone.per id quod scribit glo.fin.l.j.§.cum arietes,super ver-
bo,sibi.⁊ qd̄ ibi docto.ff.si quadru.paupe.fe.dica.dictam glo.cō-
memorat ⁊ sequitur Bal.in.l.i.versi.duodecimo queritur.C.vn-
de vi.⁊ idem voluit Augu.in addi.ad Ange.in tracta.maleficio.
super verbo,⁊ dictus Titius in additio.exordien.Tu autē in hac
materia adde qd̄ Bal.in.l.j.⁊c.ibi,vel dicit hoc verius ꝙ ad in-
4 teresse partis.† Sed hoc nō obstat.Tum quia per multos testes
fuit probatum ⁊ ostensum,ꝙ dictus do.Raymundus aggressus
fuit prefatum nobilē de Verone cum verbis istis aut similibus.
Tu as dit que iesuis meschant homme.⁊ qd̄ tūc habebat pugio-
nem nudatum in manu ⁊ dixit blasfemando per le corps dieu ie te
tueray,Tum ⁊ quia pro dicto de Verone ⁊ contra dictū do.Ray-
mundum faciunt multa.Primum ꝙ priusq̄ accederet ad molen-
dinum de quo in actis dictus dominus Raymundus descendit
ex equo suo ⁊ illam cum aue quam portabat dimisit in manibus
alterius ex testibus,⁊ depositis etiam calcaribus accessit cum pu-
gione versus molēdinum vbi erat dictus de Vernone.facit etiā
pro dicto de Vernone ⁊ contra ipsum do.Raymundū ꝙ ipse do.
Raymundus visus est tenere dictum de Vernone per colletum
⁊ cuʒ pugione nudato in manu ⁊ auditus dicere,par le corps dieu
⁊c.E contra vero q̄uis dictus de Vernone portaret gladium:ta-
men nō solum non apparet qd̄ ipse eundem do.Raymundum in-
uaserit sed nec apparet ꝙ ipse gladium huiusmodi euaginauerit
nec ꝙ aliud fecerit,nisi ꝙ dixit,Je te prie ne me tue point.nō enī
est verisimile ꝙ manibus nudis ⁊ gladio retēto in vagina ipse in-
uaserit eundem do.Raymundum ⁊ signanter habentem pugio-
nem nudatum,⁊ ideo nec presumēdum.sermones enim nostri de-
bent verificari ſm communem opinionem hominum habētium
intellectum.l.si ita quis.ver.qd̄ nemo sanus diceret.ff.de euictio.
quia sermonum verorum experimentum est vt cōcordent cum re-
bus sensatis ⁊ verisimilib⁹.l.milites.§.oportet.C.de questio.Il-
lud enim quod non est verisimile est quedam falsitatis imago.vt
voluit Bald.in.l.j.C.de ser.fugi.vbi allegat.Auerro.⁊ idem vo-
luit Bal.C.de probatio.in rubrica.⁊ in tracta.schismatis.quem
posui.C.si quis aliquem testa.prohi.dicere igitur esse presumen-
dum ꝙ dictus de Vernone cum gladio in vagina remanente ag-
gressus extiterit dictum do.Raymundum habentem pugionem
euaginatum,habet imaginem falsitatis,⁊ vt dixi de cōtrario ap-
paret scilicet quod idem do.Raymundus eundem de Vernone
aggressus extiterit.
¶ Sed forte opponetur ꝙ licet probetur huiusmodi aggressio ⁊
5 sic puniri debeat dictus do.Raymundus apud n̄rum † non ta-
men debeat dicto de Vernone iuramentum deferri super pecu-
niis,catenis aureis ⁊ aliis rebus quas pretendit idem de Verno-
ne fuisse sibi per dictum do.Raymūdum ablatas:quia licet fue-
rit probata violentia quo ad illam arreptionem factam per colle-
tum ⁊ insultum contra eundem de vernone factum:non tamen vi-
detur apparere quod idem Raymundus comiserit vim abla-
tiuam,hoc est vim per quam voluerit idem do.Raymundus pre-
fato de Vernone auferre bona sua,dictas scilicet pecunias,cate-
nas aureas,⁊ alia.Nec etiam ꝙ commiserit vim expulsiuam per
expulsionem scilicet a possessione alicuius rei immobilis.⁊ idem
videtur dicendum de vi compulsiua,ex qua oritur actio quod me-
tus causa:⁊ sic de aliis violentiis:⁊ ita videtur ꝙ non nisi ratione
insultus puniri debeat dictus do.Raymundus. Sed contrariū
puto esse verius,⁊ ꝙ prefato de Vernone deferri debeat iuramē-
tum super rebus ablatis premissa tamen seu preeunte moderatio-
ne seu taxatione iudicis ſm persone ⁊ negotii qualitatē iuxta ea
que habentur in dicta.l.si quando.C.vnd.vi.⁊.c.fi.quod me.cau.
Tum quia licet non appareat ꝙ dictus de Vernone gladiū exi-
merit aut ex vagina extraxerit:dictus tamen do.Raymundus il-
lum sibi abstulit,⁊ per multos passus secū deportauit,q̄uis post-
ea ad preces eiusdem de Vernone illum dimisit:sed nō propterea
post delictum cōsummatum desiit esse raptor,nec factum est quo
minus rem vi rapuerit.l.qui ea mente.⁊ qd̄ ibi glo.⁊ docto.ff.de
fur.preterea idem do.Raymundus potius presumendus est ve-
nisse ad rapiendum ⁊ per vim auferendum bona dicto de Verno-
ne,q̄ ad verberandum ⁊ occidendum,cum eum occidere potuerit
cum pugione aut grauiter vulnerare:quod tamen non fecit,⁊ ita
nō videt principaliter venisse ꝑpter offensionē ꝑsone. Preterea
cum appareat vt predixi eundem do.Raymundum inuasisse ⁊ cū
armis prefatum de Vernone ⁊ eum per colletum arripuisse blasfe-
mando ⁊c.negari non potest quin dolum ⁊ violentiam cōtra eun-
dem de Vernone commiserit.Quo fit,vt in hoc casu duo concur-
rerint scilicet delictum ipsius domi.Raymundi,⁊ difficultas pro-
bationis rerum ablatarum que sufficiunt ad hoc vt deferatur iu-
ramentum

ramentum de quo in dicta.l.si quando.per id quod voluit ibi gl. vbi etiam docto z signanter do. Jason col.vij.vel circa, versicu.in ea.glo.ibi.in fi.z quod not.Bar.in.l.in actionibus.in vltima col. principij.ff.de in lit.iuran.vbi voluit φ vbicunq3 res nõ possunt ad occulum demonstrari vel ostendi,vt puta quia sunt perempte vel quia non extant,semper dicitur adesse difficultas probationis l.cum res.§.penult.ff.de lega.j.z.l.in actionibus.z.l. nummis.ff. de in lit.iuran.Addo quod cum dicta.l.si quando.habeat locum in omni violentia,quinimo etiam in furto,z in contractibus ex quibus arguitur dolus prout scribunt docto.in dicto.c.fin.quod met.cau.z in dicta.l.si quando.vbi col.ix.vel circa versicu.quero successiue an dispositio.l.habeat locum zc.de hoc plene scribit do mi.Jason may.non videtur esse dubium quin etiam eadem.l.ha beat locum in hoc casu z in odium dicti domi.Raymundi vio lenti inuasoris.Nec obstat si forte opponeretur φ imo locum ha bere non debeat dicta.l.si quando.cum verisimiliter testes qui de aggressura contra eundem domi.Raymundum deposuerunt po tuissent etiam videre et deponere de rebus ablatis si que ablate extitissent.quoniam respondeo,φ vt apparet ex suis depositioni bus testes predicti visa inuasione cum pugione,z auditis verbis blasphematorijs z de occidendo comminatorijs aufugerunt pre timore,alij vero se absconderunt.et ita fuit facile prefato domino Raymundo,bursam,pecunias,z alia de quibus dictus de Uer none conqueritur sibi auferre,z ablationem huiusmodi nõ fuisse visam per dictos testes.Preterea nec etiam obstat dicto nobili de Uernone φ aliqui ex testibus parte eiusdem examinati depo suerint quod ipse post dictam aggressionem sibi restitui petierit dictum suum gladium seu ensem,z non bursam.Quoniam respõ deo hoc potuisse contingere z contigit pro eo quia erat turbatus ratione comminate mortis per eum qui per colletum eundem ar ripuerat z pugionem nudatum contra eum tenebat cum blasphe mia zc.z sic turbatus non auertit ad ablationem burse,et pecu niarum,z quod ipse melius sensit quando gladius vel ensis fuit si bi ablatus z quem forte vidit in manibus dicti Bermundi,et sic cum in istis sic diuersa ratio non opportune infertur de vno ad re liquum.l.inter stipulantem.§.sacrã.versicu.sed hec dissimilia.ff. de verbo.oblig.l.si maritus.la.j.C.de donatio.inter vir.z vxor.et vulgata.l.Papinianus exuli.ff.de mino.z eo maxime procedit quia periculosius fuisset dicere dicto Bermundo quod ipse bur sam,pecunias,aureas catenas,z alia de quibus in processu sibi abstulerat,quam gladium seu ensem sibi redderet,z eo maxime, quia erat sine armis z alius cũ pugione z dicto ense.Insuper nec etiã obstat si forte opponatur aliquos ex testibus parte dicti Ber mundi examinatis deposuisse quod dictus de Uernone commi natus extiterat de occidendo dictum Bermundum:quoniam re spondeo quod etiam si ipse hoc cõminatus extitisset z de hoc ple nissime apparuisset prout non creditur:non tamen licuisset dicto Bermundo ex interuallo dictum nobilem de Uernone inuadere vel aggredi sed debuisset z deberet non obstantibus illis preten sis minis puniri de toto delicto z tanquã dolosus aggressor.pro quo allegasse sufficiat id quod scribunt fere omnes docto.in.l.vt vim.vbi maxime possunt videri domi.Jason may.et Claudi.de aquis.ff.de iusti.z iur.docto.in.c.olim.el.j.de restitu.spolia.An ge.are.in suo tracta.maleficio.Super verbo,z dictus Titius,vbi etiam domi.August.in suis additio.z Joan.de ana.z canoniste in.c.significasti.el.ij.de homicid.Petr.de ancha.z docto.in cle men.si furiosus.de homic.in clemẽ.Et quia iste articulus est cla rissimus ego super eo non insisto.

1 ☞Beneficia z donationes sunt latissime interpretanda,licet conferenti preiudicent.
2 Prescriptio temporis,de quo non extat memoria,obtineat vim priuilegij.
3 Dominium maius z minus z que dicantur.

¶Epitome.

¶Hoc responsum habet summam suam in collectaneis superio ribus. A. F.

¶De dona. Consi.cclx.



Ex his que scripsit egre gius vir do.primo scribens,z cuius allegationes fuerunt mihi exhibite,non potui nec possum op portune intelligere id super quo dubium vertitur: z sic non possum prout vellem opportune scribe re.Uerum salua pleniore informatione quoad ea que sunt facti,
1 †dico quod in beneficijs z donationibus sit plenissima interpre tatio quatenus beneficia z donationes huiusmodi cõcernunt pre iudicium beneficium conferentis,aut donationem facientis.l.F. ff.de constitutio.z.c.cum dilecti.de dona.Quis secus existat qua tenus concernunt ius alterius.l.cum auus.C.de emancipa.liber. Cum igitur supponatur qð Anno dñi.M.cclxxi.nobilis quon dam z generosus vir.d.Bastetus guferlẽ donauit donatione pu ra simplici z irreuocabili que fit z fieri dicitur inter viuos nobili quondam viro do.Guichardo de Uernone militi suo charissimo ac fideli amico z benemerito recipienti pro se z suis heredibus in perpetuum duos mansos contiguos existentes in mandamento bastidarum eiusdem quondam do.donatoris,ad habendum te nendum,possidendum,edificandum,siue edificari faciendum,et quicquid sibi z heredibus suis deinceps perpetuo placeret faciẽ dum,z cum omnibus iuribus z pertinentijs dictorum mãsorum, siue essent terre culte,vel inculte,prata,palcua,nemora,cẽn.quar toni,vinteni,venantium iura,z omnia alia que possent in dictis mansis z ratione dictorum mansorũ comprehendi z cum pleno iu re,dñio,z iustitia ratione dictorum mansorũ,saluo z semper retẽ to sibi z suis in dictis mãsis maiore suo dñio z maiori iustitia,que penam mortis mereretur,palã infertur qð donatio huiusmodi de buerit z debeat plenissime interpretari,qð etiã verba clarissime so nant quorũ significatione nõ est in dubio recedendum.l.ille aut il le.§.cum in verbis.z.l.non aliter.ff.de lega.iij.Cum igitur dona tio huiusmodi debeat plenissime interpretari,z dicti duo mãn ple no iure donati extiterint prefato do.Guichardo:non videtur qð dictus quondã do.Bastetus donator vel post eum eius successo res potuerint vintenũ,aut aliam quotam fructuum in eisdẽ man sis excretorũ vel excrescentium petere a predicto quondam domi no Guichardo vel suis successoribus.z hoc siue illi mansi teneãn tur ad manus dicti do.de Uernone z per eum seu eius mercena rios z familiares colant siue p rẽderios: qz nec ab ipsis de Uerno ne nec eius randerijs põt vintenũ aut alia fructuũ quota exigi. hoc enĩ redũdare in pˀiudiciũ dicti de Uernone.qui ob hãc causaʒ dictos mansos pleno iure ad eum pertinentes alijs in arredamẽ tum cum minori lucro cõcederet.z vbi essemus in casu in quo pre tendi posset verba dicte donationis aliquantulũ esse dubia prout non sunt:quia tamẽ ita semper obseruatum est,qð scilicet nec do. pro tempore dicti de Uernone dñi dictorũ mansorum,nec eorum renderij aliquid soluerint pretextu z ad causam predictorum mã sorum,verba dubia si que fuissent,essent per huiusmodi obseruan tiam interpretata z declarata,scilicet φ vintenum aut quota hu iusmodi non deberetur.vnde ab hac interpretatione seu declara tione aut longissima obseruantia non esset recededum.l.minime. ff.de leg.z.c.cum dilectus.z qð ibi doct.de consuetudine.z quod not.Panor.in.c.dilectus.de concessio.preben.z Bartho.soci.cõ sil.cclv.exordien.circa primum consultationis articulum.col.ij.z
2 sequenti.in prima parte.†Preterea esto citra preiudicium veri tatis quod aliquando peti posset vintenum vel alia quota predi ctorum fructuum in dictis mansis pro tempore excretorum:quia tamen vintenum vel alia pars pro illis vel de illis soluta non exti tit a tempore,de quo extat in memoria,obitaret prescriptio,que hoc casu videtur habere vim priuilegij.c.super quibusdam.§.pre terea.z qð ibi doct.de ver.sig.l.si arbiter.ff.de probatio.z.c.mos antiquus.distin.lxv.l.hoc iure.§.ductus aque.ff.de aqua quoti.z esti.z.c.hoc quippe.iij.q.vj.z.l.j.§.vltimo.ff.de aqua pluuia arcẽ. z quod no.glo.in.c.vnico.de prescriptio.in.vj.pro premissis facit φ dictus quondam dominus Bastetus donauit non solum di ctos mãsos z alia de quibus in donatione:sed etiam quartonum z vintenum.quo fit vt si quod fuisset debitum aut deberetur vin tenum:illud potius debuisset z deberet solui ipsi donatario z suc cessoribus,φ dicto do.donatori,aut dictis eius predecessoribus.
3 ¶†Quo vero ad ea que concernunt iustitiam,patet quid sibi et suis reseruauerit dictus do.donator:reseruauit enim maius do minium z maiorem iustitiam,illaʒ scilicet que penam mortis zc. propterquod existimo quod dictus donatarius z eius successo res habuerint z habeant ordinariam iurisdictionem z regulari ter primam cognitionem omnium causarum,et qð ideo si aliqui delinquerent vel contraherent vel domicilium haberent infra di ctos mansos,pertineret causarum cognitio de predictis z contra predictos ipsi de Uernone:nisi delictum mereretur penam mor tis,quia ille casus est reseruatus.Pro premissis sufficiat re misisse ad id quod scribit Bal.in.l.j.versicu.quadragesimo tertio queritur.ff.de rerum diuisio.z Francisc.curti.consilio.ij.Que scri pserim breuiter z succincte z non plene informatus sub correctio ne cuiuslibet domini zc.

1 ☞Litere cambij ad hoc vt eis fides adhibeatur,quibus solen nitatibus debent esse munite.
2 Dotis recepte recognitio seu confessio quid presupponat.
3 Dotis recepte confessio animo donandi facta non valet.

¶ Epitome.

¶ Apocham priuatam difficile est probare certi cuiusdam viri esse: nisi eam scribi testes viderint. A. F.

¶ De fid. instru. Consi. cclxi.



Jdi processuz dudum ceptum per ⁊ inter honorabilem virum Guichardum basterij actorem ex vna parte, ⁊ nobilem virum Petrum Petri reū ex alia, de ⁊ super summa mille quadringentorum scutorum auri Regiorum cum signo solis: ⁊ opinor quod de ratione stricta non vide
1 tur dictus Basterij sufficienter edocuisse de iure suo † pro eo quia non probauit sufficienter, quod illa litera cambij parte ipsius ⁊ p fundamento sue intentionis producta, fuerit scripta aut subscripta per dictum Petrum petri. Tum quia illa est scriptura priuata, ⁊ per debitorem assertum non recognita: tum ⁊ quia testes deponunt quod suo videre ⁊c. qui propterea non probant: tum ⁊ qr non deponunt quod viderint illam scribi per dictum Petrū Petri: ⁊ sic etiam non probant: pro quo videri potest qđ scribit Panor. in. c. ij. de fid. instrumen. Alexand. de imol. consil. lxxiiij. ⁊ cōsilio. cxxiij. in. j. volumi. Et q̄uis sint vltra ⁊ preter dictas literas quedam litere missiue ⁊ instrumentum protestationis contra euz facte in Auenione, ⁊ per quod apparet dictas literas fuisse eidē presentatas ⁊ per ipsum fuisse requisitum de recognoscendo, forsasse tamen posset parte dicte Helionore his omnibus responderi si alias appareret de aliquo eius bono fundamento. Sed profecto non video aliquod bonum aut firmum fundamentum pro dicta Helionora: ⁊ primo quidem non reperio probatum quod matrimonium fuerit contractum per ⁊ inter dictos Petrum Petri ⁊ Helionoram, ⁊ signanter non reperio probatum ꝙ in dotem et pro dote eiusdem Helionore fuerint dicto Petro Petri scuta octingenta constituta: ⁊ quemadmodum non apparet de constitutione huiusmodi ita nec de solutione. Et q̄uis dictus Petrus Petri dicatur recognouisse super bonis suis dicte nobili Helionore Summam quatuor millium florenorum: non tamen legitur fuisse aperte locutus aut cōfessus, qđ dicta octingēta scuta a Petro pinelli vel ab alio pro eo soluente receperit: sed locutus est inter dentes suos ita vt non bene intelligatur quo ad commodum eiusdem Helionore. Preterea super ista recognitione sunt duo attendenda. Primū quod licet procurator predicti Basterij confessus extiterit quod quidam de Montaffia ⁊ alius subscripti ⁊ subsignati in apodixa recognitionis fuerint presentes ⁊ ꝙ ipsam subscripserint: non tamen confessus est, quia nec de hoc fuit interrogatus, qđ dicta apodixa fuerit facta in presentia dictorū testium, ⁊ per ipsos testes signata ⁊ subscripta Anno dñi. M. cccclxiij. et die de quo in ea: qđ tamen erat necessarium ad probandum ꝙ anno ⁊ mense de quibus in ea illa facta extiterat: potuit enim contingere ꝙ illa facta extitit a tribus annis citra ⁊ sub p̄sentia predictorū testiū ⁊ qđ se subscripserint: quo casu vel simili non obsta
2 ret dicto Basterij vtpote priora iura pretendenti. † Scđo est aduertendum ꝙ super efficacia recognitionis seu cōfessionis de dote recepta sunt opiniones prout scribunt docto. in. l. si diuortio. ff. ff. de verb. obl. quidam enim senserunt, qđ illa facta censeatur animo donandi, alij vero ꝙ spe future numerationis alij autem ꝙ si fiat ante matrimonium facta censeatur spe future numerationis,
3 si vero tempore matrimonij animo donandi † Et si dicamus ꝙ illa censeatur facta animo donandi: illa parum prodesset predicte Helionore cum illa ab initio non valuerit. l. i. ff. de donatio. inter vir. ⁊ vxo. ⁊. l. donationes quas parentes. C. eo. tit. Si vero dicamus ꝙ illa facta extiterit spe future numerationis, ⁊ pretēdi valeat ꝙ marito non suffragetur exceptio dotis caute non numerate, remanet difficultas, an quemadmodum confessio seu recognitio huiusmodi marito preiudicat, ita ⁊ preiudicare debeat creditoribus mariti: de quo sunt opiniones, vt colligi pōt ex eo qđ scribit Bar. in aut. sed iam necesse. C. de donatio. ante nup. ⁊ in. l. assiduis. C. qui poтio. in pigno. habean. vbi etiam alij ⁊ Fran. de are. in locis superius allegatis, et alij in alijs locis. Uerum vt vnico verbo me expediam, est inquirendum cum dicta nobili Helionora an dotis constitutio probari possit ⁊ per quos. quod si fieri possit: deducatur ⁊ producantur testes ad probandum ⁊ matrimoniū ⁊ constitutionem dotis. ⁊ nihilominus pro iustificatione solutionis dotis reproducatur illa apodixa recognitionis, ⁊ nisi pars aduersa confiteatur qđ illa facta extiterit anno mense ⁊ die de quibus in ea ⁊ sub presentia predictorum testium in ea subscriptoruz ⁊ signatorum, expedit ꝙ illi producantur ⁊ examinentur super cōtētis in apodixa ⁊ suis subscriptionibus super data. ⁊ si predictis apparuerit forsasse dabitur bonum remedium, ⁊ eo maxime quia de numeratione illorum mille ⁊ quadringentorum scutorum non apparet per pretensam confessionem dicti Petri, ⁊ quemadmodum nec de solutione dotis, quo casu non sic impugnatur ius dicte Helionore prout impugnaretur si de numeratione appareret per publicum instrumentum vel per testes.

1 ☞ Libelli narratio, si ex ea comprehendi possit quid actor velit, an suppleat ineptitudini conclusionis.
2 Hereditatem restituere condemnatus, an ⁊ ad quorum fructuuz restitutionem veniat compellendus.
3 Hereditatis petitionem an intentare possit olim ab ea per vim depulsus, cum ex ipsius iam facta apprehensione desierit esse hereditas.
4 Positionibus aduersarij an possit se iuuare qui semel eas negauit.
5 Positione, cui iussus quis respondere hoc facere negauit, an post ea se iuuare poterit.

¶ Epitome.

¶ Articulis, quos aduersario meo producente semel negaui, me postea iuuare non possum. A. F.

¶ De eođ. Consi. cclxij.



Nsignis ⁊ eminentissima Delphinalis parlamenti curia obtinet vim prefecti pretorio ⁊ solet notorie procedere in causis summarie simpliciter ⁊ de plano sine strepitu ⁊ figura iudicij, quinimo ⁊ sole facti veritate inspecta quod etiā vidisse obseruari refert do. Guid. pape decisio. xix. exordieñ. in superiori consistorio curie parlamenti. ⁊ decisio. lviij. exordieñ. de stylo ⁊ cōmuni obseruantia. ⁊ decisio. ccxvj. exordieñ. iudex de voluntate partium. Quo fit vt coram eadem magni curia non sit opus oblatione libelli solennis, litis contestatione aut
1 alijs iuris solennitatibus. † Et q̄uis expediat narrare factum et probare non est tamē de necessitate opus conclusione exēplo eius quod fecisse legunt ille due meretrices corā Salomone rege, que duntaxat factum proposuerunt quilibet scilicet qđ filius viuens esset suus ⁊ defunctus vel oppressus esset alterius. quod etiam voluit Bar. in extrauaganti, ad reprimendum. super verbo, ⁊ figura iudicij. versic. Sed qr iuxta petitionis formā ⁊c. ibi ex quo infero ꝙ licet petitio nō habeat ⁊c. vbi etiam subiungit qđ si fiat conclusio ⁊ illa non sit bene apta. si tamen ex narratione possit comprehēdi quid actor velit, hoc sufficit. arg. l. vnice. §. i. C. de rei vxo. actio. ⁊ hoc est ꝙ s̄m eum voluit Clementi. sepe. §. verum quia. de ver. sign. vbi dicit iuxta petitionis formam, quasi dicat ꝙ licet nō pronuntietur in eo quod est petitum: sufficit ꝙ pronuntietur iuxta id quod est petitum. l. iam tamen. §. in hac. el. ij. ver. quid tamen si ⁊ ipsi. ff. iudi. solu. Quo fit vt esto citra preiudicium veritatis quod parte nobilis ⁊ generose mulieris Isabelle de monte Albano domine Sezarine non fuisset oblatus solennis libellus cōtra nobilē Ludouicum de monte Albano eius fratrē in materia petitorij ⁊ super petitione hereditatis: fuerunt tamē ad plenū proposita, deducta, ⁊ probata media ⁊ tam in materia possessorij, ⁊ cum agebatur s. consi. clxx. eod. vol. de reintegranda possessione in vim beneficij statuti Dalphinalis, si quis p literas, q̄ in materia petitorij. per que apparet ⁊ ex quibus euidenter concludi potest ꝙ nobili ⁊ generoso quondam viro Claudio de monte Albano dño cum viueret loci seu castri sancti Andree ⁊ Uallis beauchaye abintestato vita functo vniuersaliter ⁊ pro besse seu duabus tertijs partibus successerit dicta nobilis Isabella, ⁊ quod illarum restitutitutionem condemnari debeat dictus nobilis Ludouicus vna cum restitutione fructuum etiam si petiti non extitissent quod procedit non solum in perceptis post inchoatum iudiciū ⁊ eo pendente iuxta id qđ habetur in. l. ediles. la. j. §. item sciēdum. ff. de edil. edic. Sed etiam in ante perceptis ⁊ leuatis: qr hi omnes veniūt in petitione hereditatis, in qua omnia veniūt ratione vniuersitatis. l. item videndū. §. si. nō tantū. ⁊. l. item veniūt. §. fructus. ff. de peti. here. qđ etiā in terminis volunt Inn. Host. Jo. and. ⁊ omnes cōiter in. c. grauis. de resti. spol. Bal. ⁊ Sali. in. l. cū proprie. C. si quis alteri vel sib. ⁊ Ang. are. in. §. i. charta vltima. ver. ⁊ predicta procedunt. institu. de actio. Et idē est in interdicto vnde vi in cōstitutione. si quis in tantā. ⁊ in actione qđ metus causa, vt scribūt Inno. Host. Jo. an. ⁊ alij in. d. c. grauis. Bald. Sali. ⁊ Ang. in locis superius allegatis quod si ita est in premissis: ergo et in remedio dicti statuti, si quis per literas. per quod non derogatur interdicto vnde vi. ⁊ cum vtrobiq; sit eadem ratio in odium vt puto violenti, debet vtrobiq; idem ius statui. l. libertum. §. senatus. ff. de ritu nupt. c. ij. de transla. episco. ⁊. c. cum dilecta. de cōfir. vt. l. vel inutil. ⁊ vulgata. l. illud. ff. ad leg. aquil.

Et si

3 ¶ † Et si forte opponeretur quod cũ dicta nobilis Isabella primo intentauerit beneficium statuti Delphinalis, si quis per literas. in quo proposuit se apprehendisse possessionem castri et mandamenti sancti Andree, ⁊ illa cum suis pertinentijs possedisse et se deinde per repulsionem nobilium ⁊ potentum virorum Antonij de petra auunculi ⁊ Saucherij de branchasijs do. Sezaristemariti suorum spoliatam extitisse, ipsa non videtur potuisse intentare petitionem hereditatis, pro eo qȝ post apprehẽsam possessionem deserunt bona huiusmodi esse hereditaria, per id qđ scribit gl. ⁊ doct. in. l. j. §. veteres. ff. de acqui. pos. ⁊ hoc videtur colligi ex

4 eo qđ no. glo. in. c. j. de confess. in. vj. † Dico ⁊ respondeo qđ istud non refragatur neqȝ obstat dicte nobili Isabelle nec suffragatur prefato Ludo. pro eo qȝ licet de possessione huiusmodi articulatũ extiterit dictus tamen Lud. hoc non est confessus, sed negauit seu articulis in quibus de possessione huiusmodi articulatum extitit fuit parte ipsius responsum per verbum, nõ credit. quo fit vt se articulis seu positionibus sic parte ipsius negatis iuuare nõ valeat argumen. l. j. C. de fur. quod etiam voluit Specu. titu. de posi. §. octauo. versi. sed scdm premissa. quem commemorat ⁊ sequitur Bar. in. l. non vtiqȝ. circa fi. ff. de exceptio. ⁊ Ang. consi. clj. exordiente, in questione vertente inter do. Michiletum. col. fin. ⁊ idẽ voluit Archid. in dicto. c. j. de confes. in. vj. ⁊ Alber. in. l. non erit. §. fina. ff. de iureiurando. ⁊ Oldra. consi. j. versi. nec potest pars aduersa se iuuare ex articulo ⁊c. ⁊ idem alias seruauit hec insignis curia prout refert do. collector decisio. clxxxij. exordiẽte, an quis possit iuuare. ⁊ idem voluit Alex. de imo. in. l. naturaliter. §. nihil cõmune. in. iij. lectura quam prosequi incipit, charta sexta vel circa versi. attento ergo quod prime due lecture diuinatione non carẽt ff. de acquiren. poss. vbi eleganter ad propositum prosequitur hũc

5 articulum † ⁊ subiungit quod non solum non possit pars se iuuare positione aduersarij quam negauit, sed etiam nec illa cui iussa respondere hoc facere noluit. ⁊ idem voluit Alex. de imol. in. l. iij. C. de repudiã. heredi. Nec opponat aduersarius quod saltem duo predicta iudicia seu remedia vt pote seinuicem impugnantia simul intentari non potuerint. Quoniam respondeo quod illa intentata extiterunt ⁊ in eis fuit finaliter cõclusum eis meliori via modo iure ⁊ causa ⁊c. quibus hoc fieri potuit. vnde cum procul dubio potuerint predicta remedia saltem subordinate intentari, hoc est secundum, si primum non competeret. c. constitutus. de in integ. restitutio. prout al's fuit in hac causa scriptum, cũ esset sermo de possessorio recuperande, ⁊ possessorio adipiscende, palam infertur oppositionem predictam eidem nobili Isabelle non obstitisse nec obstare, ⁊ signanter in hac insigni curia que solam veritatem inspicit ⁊ inspicere debet, reiectis calũnijs, subtilitatibus et alijs huiusmodi, que ad rem non faciunt nec veritatem offuscant: nec ab ea conscientiam magnificorum dominorum dicte curie ⁊ scdm quam iudicare possunt imo cum vicem principis obtineãt vt existimo debent, non detorquent.

1 ¶ Mater an succedat in bonis paternis filie, cui supersunt sorores ex patre ⁊ coheredes in dictis bonis.

¶ Epitome.

¶ Filie consanguineam tantum sororem habẽti ⁊ matrem succedit mater sola abintestato. V. S.

¶ Ad S. C. Tertul. Consi. cclxiij.

SI Margareta et Martha filie naturales ⁊ legitime honorabilis quondã viri magistri Hieronymi morini notarij fuissent filie eiusdem matris scilicet nobilis ⁊ honeste mulieris Ludouice arnaude secunde vxoris dicti quondã magistri Hieronymi: nõ esset dubium quin prefate Ludouica ⁊ Margareta deberent vniuersaliter, quelibet scȝ pro dimidia parte, succedere dicte Marthe ab intestato vita functe, aut. de hered. abintesta. §. consequens. versi. exceptis solis fratribus. collatio. ix. ⁊ trãsumptiue in aut. defuncto. C. ad tertul. Sed qȝ dicte filie fuerant ex diuersis matribus per dictum quondam magistrum Hieronymum procreate ⁊ suscepte, dicta scȝ Margarita ex nobili quondam muliere Catherina iscarde dicti quondã Hieronymi prima vxore vita functa, ⁊ prefata Martha ex dicta nobili Ludouica eiusdem quõdam, magistri Hieronymi secunda vxore viuente ⁊ superstite, dico qđ ipsa nobilis Ludouica debet

1 vniuersaliter ⁊ insolidũ succedere † dicte Marthe eius quondã filie repulsa ⁊ exclusa prefata Margarita eius sorore consanguinea dũtaxat dicto aut. de here. ab intesta. §. consequẽs. ver. exceptis solis fratribus, ⁊ in versi. si vero cũ ascendentibus, ⁊ trãsumptiue in dicta aut. defuncto. ⁊ procedit hoc non solum si dicta nobilis Ludouica vidua remanserit ⁊ in viduitate vsqȝ ad mortem dicte quondam Marthe vixerit. Sed etiam si post mortem dicti quondam magistri Hieronymi ad secunda vota conuolasset: qȝ postqȝ tempore mortis dicte quondam Marthe nulli superfuerunt liberi procreati ex matrimonio dictorum magistri Hieronymi ⁊ Ludouice, cessauerunt ⁊ cessant omnes pene legales contra mulieres binubas introducte. pro quo allegasse sufficiat id quod scribit Bar. decidens huncce casum consi. liij. exordiente, Angelus macie habebat vnũ filium. col. fi. versi. vltimo circa predicta quero Bar. Bal. ⁊ alij in aut. ex testamento. C. de secun. nupt. Bald. consil. cccclxj. exordiente, ad euidentiam est premittendum ⁊c. in iiij. volu. Ange. in aut. de non eligen. secun. nuben. col. iij. versi. ⁊ predicta vera ⁊c. ibi euitat enim mulier illas penas. coll. j. Petr. de ancha. consi. cclxix. exordien. premittam casus indubitatos. versi. ego saluo consilio saniore. ⁊ Alex. de imo. in dicta auf. ex testamẽto. in addi. ad Bart. ⁊ quia iste articulus non mihi videtur habere dubium: ego super eo vlterius non insisto.

¶ Epitome.

¶ Remedio canonis reintegranda, pro re recuperãda satius est agere, qȝ rei vendicatione. V. S.

¶ De rei vendica. Consi. cclxiiij.

SI puidi iuuenes Antonius, Joannes, ⁊ Andibertus giraudi possint probare quod post mortem probi viri Joannis giraudi eorum quondam patris ipsi apprehenderint possessionem realem actualem ⁊ corporalem: molendini in casu parte eorum mihi exhibito latius mentionati ⁊ quod ipsi molendinum huiusmodi aliquo tempore possederint ipsi potuerunt intentare beneficium canonis reintegranda. iij. q. j. ⁊ in vim illius poterunt recuperare possessionem eiusdem molendini pro dodrante seu tribus eius quartis partibus: ⁊ eis non obstabit titulus permutationis seu ex cambij, quẽ a petro eorũ fratre habuisse dicitur quidem Nicolaus morin quilocidẽ Petro fio. per ea que plene scribit Ang arc. in. §. quadri. pli. ver. sed Reuerendissimus in christo pater ⁊ do. do. Nicolaus ⁊c. Institut. de actio. Alex. de imo. consil. ti. exordiente, Viso ⁊ discusso processu. in primo volu. ⁊ in multis alijs consilijs. ⁊ Bartho. soci. in repetitione. l. rem que nobis. vbi plenissime. ff. de acquirenda possessione. ⁊ alij in alijs locis. ⁊ erit longe vtilius agere isto remedio quã actione rei vendicationis pro eo quia difficilis est probatio dominij: ⁊ ob hanc causam consuluit lex volenti repetere rez aliquã vt videat an pro repetitione possessionis illius sibi competat aliquod interdictum. l. is qui destinauit. ff. de rei vendica. non esset etiaȝ tutum intentare publicianam vacationem pro eo quod illa non datur contra titulo possidentem. l. pe. ff. de publi. actio. Quo vero ad aliam quartam partem concernentem dictum Petrum non possum tute vel opportune respondere nisi intelligam an super alienationibus que fiũt per propinquos: vt scilicet possint res alienatas pro simili pretio retinere vel retrahere sit statutum aut consuetudo in patria ⁊ que sit consuetudinis aut statuti huiusmodi tenor, vellem etiã intelligere an dicti iuuenes fuerint absentes ex causa necessaria, probabili aut voluntaria. Cum autem fuero de predictis plenius informatus potero autore domino plenius scribere ⁊ si oportuerit dictare libellum.

1 ¶ Donatio alicui facta de parte bonorum an censeatur facta de bonis etiam futuris.

¶ Epitome.

¶ Donatio partis bonorum de presentibus tantum intelligitur nec censetur testamento reuocari. V. S.

¶ De dona. Consi. cclxv.

REspondendo ad ea de quibus nouissime quesiuit honesta mulier Joãna cottate, dico vt sequitur. † Et primo ad pri-

1 mum quesitum, qȝ probus quondam vir Jacobus cottati eius auus, qui secundo loco donasse dicitur Joanni cottati eius quondam filio tertiam partem omnium bonorum suorum, censetur donasse partem huiusmodi de bonis que tunc habebat, per id quod scribit glo. in. l. fi. C. que res pigno. obli. pos. Bar. in. l. fi. col. fi. vbi etiam Bal. col. mihi. iij. ver. iuxta hoc queritur. ⁊ hec est questio notabilis. C. de pact.

¶ Ad secundum dico ⁊ respondeo qȝ dicta Joanna censetur vniuersaliter successisse in tota tertia parte dicto quondam Joanni per dictum Jacobum donata, ⁊ cui non est derogatum per testa-

mentum eiusdem quondam Jacobi, ꝛ qui hoc facere voluisse nõ est censendus. l. serui electione. §. cum fundus. ꝛ quod ibi docto. ꝛ l. si domus. §. fin. ꝛ in. l. quod in rerum. §. vl. ff. de lega. i. Nec etiam cẽsendus est in dubio idem quõdam Jacobus voluisse facere cõpensationem de eo quod eidem Joanne legauit cum dicta tertia parte dicto Joanni donata. l. si compensandi. ꝛ qđ ibi docto. C. de heredi. insti. ꝛ. l. creditorem. cum suis simili. ff. de lega. ij. Si igitur processum extiterat ad traditionem veram vel fictam dicte tertie partis, dñium ꝛ possessio translata extiterant in dictum quõdam Joannem si quatenus Jacobus donator dominus et possessor extitisset, ꝛ si ad traditionem huiusmodi processum nõ fuisset: posset eadem Joanna agere contra patruos suos heredes vniuersales dicti quõdam Jacobi ꝛ petere dicta bona pro dicta tertia parte ꝛ pro indiuiso.

¶ Ad tertium non possum bene respondere nisi prius intellexero an ad traditionem veram aut fictam dicte tertie partis processuʒ extiterit ꝛ bona predicta pro dicta tertia parte pro indiuiso possessa, tam per dictum quondam Joannem, ꝙ ipsam Joannam eius quondam filiam ꝛ heredem. Preterea vellem intelligere quomodo bona huiusmodi aucta extiterint, ꝛ quorum nomine fuerint facte acquisitiones, ꝛ an tempore dicti quondam Joannis aut Joãne filie, aut tempore vtriusqꝫ facte fuerint.

1 ¶ Hereditas patris an ꝛ quo iure ad alterum filiorũ deuoluatur, si contingat aliquem ex filijs a patre institutis ab humanis decedere ꝛ patre ꝛ reliquo superstitibus.

2 Dos data filie an possit ei imputari in legitimam. ꝛ quid si legitima ad plus ascendat ꝙ sit summa ipsius dotis, an agere possit dicta filia ad supplementum.

¶ Epitome.

¶ Filia cuius dos ꝛ a patre in testamento relicta ad legitimam non suppetunt recte ad supplementum agit. V. F.

¶ De inoffi. testa. Consi. cclxvi.



Multa sunt de quibus queritur parte honesti iuuenis Antonij la bolla: quibus respõdeo breuiter ꝛ succincte prout sequitur. Et primo ad primũ: ꝙ cum Vitalis la bolla eius quõdam frater ac quõdam filius naturalis ꝛ legitimus defuncti Gabrielis la bolla, ꝛ per ipsuʒ Gabrielẽ vna cum dicto Antonio heres vniuersalis institutus ab humanis de-
1 cesserit superstite † ꝛ sibi superuiuente eodẽ Gabriele patre testatore: institutio de eo facta cecidit, ꝛ facta est in causaʒ caduci, ꝛ sic hereditas prefati Gabrielis insolidum delata est dicto Antonio superstiti, vel iure accrescendi aut iure vulgaris substitutionis, si idem quondam vitalis adhuc impubes vel in pupillari etate adhuc existens ꝛ constitutus ab humanis decesserit.

¶ Ad scđm dico ꝛ respõdeo ꝙ donatio causa mortis de qua ibi, fuit reuocata. l. nõ omnis. ff. si cer. pet. ꝛ instit. de donatio. in prin. ꝛ sic non potest prefatus Antonius in vim illius aliquid petere.

¶ Venio ad tertiũ ꝓ cuius ꝛ dubij sequẽtis faciliore declaratione premitto, ꝙ cũ dicto Gabrieli ꝛ Marquesie superfuerint quatuor liberi primi gradus, scilicet prefatus Antonius, ꝛ tres filie, legitima istorum omnium fuit triens, seu tertia pars omnium bonorum eorundem Gabrielis ꝛ Marquesie eorum scilicet que superfuerunt, deducto ere alieno ꝛ funeris impensa, aut. de trien. ꝛ se. §. i. colla. iij. ꝛ transumptiue in aut. nouissima. C. de inoffi. testa. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autẽ. ff. eo. ti. Et sic legitima cuiuslibet ex predictis quatuor liberis fuit duodecima pars predictorum bonorum, ex quo infero qđ si dimidia pars bonorum donatorum per dictam Marquesiam Margarite sue filie ascendebat ad valorem duodecime partis bonorum eiusdẽ Marquesie, ipsa non videtur posse petere aliquid aliud cum habuisset valorẽ legitime. preterea etiã obstaret sibi pactum factum de donando predicto Antonio suo fratri omnia ꝛc. ꝙ fuit vallatũ iureiurando: ideo videtur obseruandum postꝙ seruari potest sine interitu aut dispendio salutis eterne. c. cum contingat. c. si vero. de iure iuran. c. ꝙuis pactum. de pact. in. vi. ꝛ aut. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi.

2 ¶ † Ad quartum dico ꝛ respõdeo in primis, qđ cũ dictus quondam Gabriel constituerit et assignauerit magistro Anto. donge notario publico eius genero in dotẽ ꝛ pro dote predicte Margarite florenos quinquaginta, illi debent imputari in legitimam eiusdem Margarite. l. quoniam nouella. C. de inofficioso testamẽ. Verum quia dicta summa quinquaginta florenorũ non videtur ascendere ad valorẽ legitime que supposito valore bonorũ, de quo in casu, ascendit ad valorem octoginta ꝛ trium florenorum ꝛ duorum grossorũ vel circa, saluo errore calculi: posset predicta Margarita petere residuum seu supplementum quod fm dictum valorem ascenderet ad valorem trigintatrium florenorum ꝛ duorum grossorum vel circa. ꝛ hoc nisi eadem Margarita repelleret propter pactum, de quo supra, ꝛ ꝙ fuit per eam iuratum: ꝛ ideo obseruandum per iura superius allegata. Et de pacto ꝛ iuramento huiusmodi videt posse opponere prefatus Antonius heres vniuersalis insolidum ꝛ vnicus dicti quondam Gabrielis per id qđ scribit Bal. in. l. pactum dotali instrumento. versic. decimooctauo queritur. C. de collatio. pro eo quia vbi est alteri ius quesitum vel querendum: non admittetur quis ad deierãdum aut contraueniendum conuentioni iurate. l. si quis maior. C. de transactio. Sed forte aduersus hoc possit opponi quod conuentio seu pactũ ꝛ iuramentũ nõ debuerint aut debeant eidem Margarite obesse saltem quominus habeat integram legitimam, nisi in pacto aut iuramento predictis de ea mentio habita extiterit. l. si quãdo. §. ꝛ generaliter. C. de inoff. testa. ꝛ qđ not. Francis. de Are. in. l. j. §. si quis ita. colum. vj. ff. de ver. obli. Et ꝙuis huic dicto videat posse fortasse responderi ego tamen hoc facere non decreui, nisi prius habito ꝛ viso instrumento matrimonij contracti per ꝛ inter dictos magistrum Antonium donge, ꝛ Margaritam, qđ saltem seu copiam illius volo videre extensam, ita ꝛ taliter, qđ in ea nullibi ponatur dictio ꝛc. abbreuiate scripta. viso enim instrumento seu copia predicta potero tutius respondere an non obstante pacto de remittendo ꝛc. de quo supra possit ꝛ valeat vel non possit eadem Margarita petere predictum supplementum.

¶ Ceterum quia post precedẽtia scripta prefatus Antonius retulit ꝛ exposuit quod dictus quondam Gabriel cum in humanis ageret locauit seu titulo arrendamenti concessit dicto magistro Antonio donge quãdam domum, que esse pretenditur de bonis maternis ꝛ quod post morteʒ eiusdem Gabrielis ipse Antonius la bolla omnia bona sua locauit ꝛ arrẽdauit eidẽ magistro Antonio donge, ꝛ quod licet arrendamentum huiusmodi in vim cuius prefatus Donge domum predictaʒ tenuit finitum extiterit: idem tamen magister Donge recusauit ꝛ recusat reddere ꝛ restituere dictam domũ seu tenutam illius dimittere ꝛ relaxare. Super quo quesituʒ est quid iuris. ad quod dico ꝛ rñdeo quod idem Donge tenetur ꝛ deʒ primitus ꝛ ante omnia domum predictam seu tenutam illius dimittere ꝛ relaxare prefato Antonio la bolla nec est audiendus idem Donge etiam si proponeret ꝛ probare vellet domum huiusmodi esse suam aut ad se insolidum vel pro parte iure dominij seu quasi spectare ꝛ pertinere. l. si quis conductionis titulo ꝛ quod ibi scribentes. C. locati. ꝛ quod not. Bar. in l. commodare. ff. commodati. ꝛ in. l. si alienam. ff. solut. matrimo. ꝛ qđ not. Paul. de castr. in. l. quidam in suo. ff. de condi. institu. quinimmo videtur quod dictus magister Antonius Donge in denegando restitutionem dicte domus censeatur dictum Antonium la bolla spoliasse possessorio dicte domus. l. si quis reʒ ꝛ qđ ibi Alex. de imo. ff. de acqui. poss. ꝛ qđ not. ibi Alexã. in. l. iij. §. si rem. ff. eo. tit. Bald. ꝛ Salic. in. d. l. si quis. C. eo. tit. ꝛ alij in alijs locis.

1 ¶ Substitutio tertio facta sub conditione si sine liberis legitimis ꝛ naturalibus decesserit, an habeat locum si liberi institutorum decedant sine liberis, per totum.

2 Legitima an ex alijs ꝙ impensa funeraria diminui possit.

3 Testamentorum executores quam potestatem habeãt, ꝛ ad quę extendatur.

¶ Epitome.

¶ Caduce fiunt etiam substitutiones, si viuente instituto substituti moriantur. V. F.

¶ De caduc. tollen. Consi. cclxvij.



Pro faciliore solutione eorum, de quibus queritur parte venerabilis monasterij sancti Andree secus Auenionẽ premitto ꝙ probus quõdam vir Petrus odoardi fecit tres substitutiones, prima enim facta fuit Joãni odoardi eius filio de Margarita ꝛ Peyrona odoardis ipsius Petri filiabus naturalibus ꝛ legitimis ꝛ de suis. Secunda facta fuit inter ipsas, ꝛ per quam idem Petrus voluit ꝙ bona deuenirent de vna ad aliam ꝛ suos. Tertia vero facta est de ecclesia sancti Andree. Prime vero non fuit locus, pro eo ꝙ viuente dicto Joanne herede vniuersali vita functe sunt ꝛ ab humanis decesserũt prefate Margareta ꝛ Peyrona insuper ꝛ vna filia alterius ex illis, ita vt nihil de eis remanserit: quo fit vt substitutio huiusmodi quoad eas expirauerit. l. vnica. §. sin autem. sub

sub conditione. C. de cadu. tollen. ꝛ qđ per illum text. not. gloss. et docto. in. l. j. C. de his qui ante apert. tabul. ꝛ qđ plene scribit Oldrad. consi. cxxxj. exordień. quidam habens tres filias. Preterea nec sibi locum vendicasset huiuscemodi substitutio etiam si dicte Margarita ꝛ Peyrona superuixissent prefato Joanni, ꝛ Honorato eius filio, pro eo quia conditio sub qua substitute extiterant non euenit, sed defecit, ex eo quia Joannes non decessit sine liberis. non ergo fuisset locus substitutioni. l. heredibus. §. si. l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad trebel. ꝛ quod voluit Oldrad. consilio xxi. exordiente, thema tale est, testator habebat fratrem. ꝛ consil. cxlj. exordiente, thema tale est, dominus Gulielmus lemonicen. Joan. and. in addi. Specu. tit. de testa. §. in primis. versicu. tertia questio. ꝛ versicu. quinta questio, ꝛ alij in alijs locis. Et idem dico de dicta secunda substitutione facta inter dictas Margaritam ꝛ Peyronam ꝛ per quam voluit testator quod bona deuenirent de vna ad aliam ꝛ suos.

¶ Sed remanet difficultas quoad tertiā substitutionem. que scȝ
1 facta extitit de predicta ecclesia sancti Andree † an scilicet fuerit aut sit illi locus. ꝛ breuiter respondendo existimo ꝙ non, pro eo q; conditio sub qua fuit predicta ecclesia substituta nō videtur euenisse fuit enim substituta sub conditione si filius, hoc est Joannes prefatus ꝛ filie ꝛ sui decederent sine liberis: quod vt predixi nō euenit: q; dictus Joannes non decessit sine liberis sed superstite prefato Honorato suo filio naturali et legitimo. Nec obstat ꝙ in dicta substitutione dicitur nō solum de filio ꝛ filiabus: sed etiam de suis. vnde cum Honoratus filius eiusdem Joannis decesserit sine liberis videtur fuisse locus substitutioni. Quoniā respōdeo ꝙ illud verbum, ꝛ sui, nō videt̄ posse referri ad liberos Joannis seu suos eiusdē Joannis sed potius ad liberos seu suos dictarū Margarite ꝛ Peyrone quod apparet: q; vt predixi in prima substitutione fuerūt eidē quondā Joāni si sine herede vel heredibus ex suo corpore ꝛc. ꝛ sic si sine liberis. d. l. ex facto. §. si quis autē. ff. ad treb. substitute dicte Margarita ꝛ Peyrona ꝛ sui. ꝛ in scđa substitutione dictū est ꝙ bona peruenirēt de vna ad aliā ꝛ suos. vnde cū in tertia substitutiōe fiat mētio de filio ac predictis filiabus et de suis, ꝛ in ea substituatur predicta ecclesia sub cōditione si dicti filius filie ꝛ sui decederēt sine liberis dictū verbū, ꝛ sui. nō videtur posse referri ad liberos dicti Joannis. Etiā moueor ad dicēdum ꝙ dicte tertie substitutionis locus nō extiterit, pro eo q; attento casu mihi exhibito seu substitutionibus factis per dictū quondā Petrū, certū est qđ ipse Petrus in prima substitutione per eum facta de dictis Margarite, Peyrona, ꝛ suis, voluit eos repelli et substitutionem huiusmodi euanescere propter superexistentiam liberorum dicti Joannis, cū vt predixi eosdem substituit sub conditione si sine herede seu heredibus ꝛc. hoc est si sine liberis decederet. ꝛ ita ex isto capite si eidem Joanni superfuissent liberi, put ꝛ superfuit Honoratus erant Margarita Peyrona ꝛ sui predicti primo loco substituti repellendi: quo fit vt verisimile sit predictam cōditionem scilicet si sine herede ꝛc. hoc est si sine liberis ꝛc. fuisse tacite repetitam in dicta tertia substitutione facta scilicet de dicta ecclesia ne videatur dictus Petrus testator in dicta tertia substitutione pretulisse predictam ecclesiam liberis dicti Joānis instituti qui eos pretulit dictis Margarite Peyrone ꝛ suis cū nō sit verisimile ipsuȝ testatorem plus voluisse iuris transferre ad dictam ecclesiaȝ tertio loco substitutam, quam dederit primo substitutis. l. Publius meuius. §. titia. ff. de condi. ꝛ demon. iuncta. l. Lucius. la. ij. circa fin. ff. de here. insti. ꝛ argu. l. libertus. §. ab heredibus. cum suis similibus. ff. de ali. ꝛ ciba. lega. ꝛ hanc rationem etiam inducit Oldrad. in dicto consi. c. xlj. ꝛ Joan. and. in dicta addit. Nec obstat si forte opponatur ꝙ dicta conditio de non existentia liberorum non debeat intelligi repetita respectu dicte ecclesie vltimo loco substitute: ꝛ hoc ne grauetur multiplici onere substitutionum predictarum. l. sub conditione. ff. de heredi. insti. Quoniam respondeo ꝙ ex coniectura mentis dicti testatoris qui q̄tum ad dictam primam substitutionem voluit eam deficere ꝑpter dictā conditionem si non eueniret, ꝛ hoc contra filias suas ꝛ suos, cōiecturandū est eum verisimiliter idē voluisse ꝛ fecisse in dicta tertia substitutione ꝛ in ea dictam conditionē repetijsse quo ad predictā ecclesiā, quia ex coniectura mētis testatoris facimus repetitionem, ꝛ eam tacite inducimus in personam substituti circa grauamina apposita in personam instituti. l. licet. ff. de lega. j. ꝛ l. cum pater. §. ab instituto. cum suis similibus. ff. de lega. ij. ꝛ hoc argumento etiam vtuntur Oldrad. ꝛ Joan. and. vbi supra. Pro predictis facit q; eo ipso ꝙ prima substitutio facta scȝ dicto Joanni de dictis Margarita, Peyrona ꝛ suis defecit, pro eo quia dictus Joannes non sine liberis decessit, sequi videtur ꝙ omnes sequentes substitutiones corruerint ꝛ defecerint. l. si mater. §. j. ꝛ. l. qui habebat. ff. de vulga. ꝛ pupil. ꝛ. l. cum in testamento. in princ. ff. de heredi. instit. Et ꝙ propter superexistentiam dicti quodam Honorati defecerit nō solū substitutio facta de dictis Margarita, Peyrona ꝛ suis sed etiā sequētes, videt̄ colligi ex eo ꝙ in terminis vel similibus vel multum vicinis consuluit Bal. cōsi. ccxxvj. exordiente, Titius instituit sororem ex qua nata erat Berta ꝛc. in tertia perte. ꝛ Raph. Ful. cōsi. xlvj. exordień. Andreas de luca suū cōdidit testāmentū ꝛc. ꝛ Petr. de anch. cōsi. cxxxvj. exordień. principaliter ponderanda est forma substōnis multiplex q̄uis verum sit ꝙ Bal. loquatur cū timore ꝛ tremore ꝑpter causam piam substitutam ꝯtra quam non libenter ꝯsulebat. ꝛ q̄uis in casu in quo consuluit Petr. de anch. possit deprehendi dissimilitudo pro eo q; in illo defecerat conditio institutionis, in nostro x̄o conditio substōnis: ibi tn̄ inducuntur alie rōnes que bene faciūt ꝓ p̄missis. rn̄dendo igitur ad primuȝ quesitū dico sub correctione cuiuslibet dn̄i melius sentientis ꝙ dicte tertie substōni facte de dicta eccl'ia locus nō extiterit ꝑpter defectū dicte ꝯditionis: nō tn̄ nego quin testator potuisset substituere dicto quondā Joanni sub conditione alternatiue concepta, scȝ si ipse vel eius liberi sine liberis decederet, iuxta ea que scribit Bar. in. l. centurio. in tertia principali qōne. ver. vlterius queritur. ff. de vulg. ꝛ pup. vbi ēt alij scribentes ꝛ Bal. ꝛ Sali. in. l. precibus charta vitia. C. de impu. ꝛ alijs substi. Philip. de franch. in. c. si pater in materia compendiose. de testa. in. vj. ꝛ Jo. de imo. in. c. Raynurius. in dicta materia. c. ti. in anti quis, ꝛ alij in alijs locis scribendo ꝛ consulendo. Sed nos non sumus in illis terminis.

¶ Et per hec patet non esse opus respondere ad dubia descendentia ex dicto primo quesito scilicet in quot vncijs ecclesia debeat succedere quibus tamen vno verbo rn̄deo ꝙ si esse locus substitutioni non potuisset ex persona dicti quondam Joannis detrahi nisi vna quarta scȝ legitima propter priuilegium cause pie vt plene scribūt docto, magis communiter in dicto. c. si pater, et in alijs
2 locis quos non refero. † Dico etiam qđ expensa funeraria debuissent diminuere legitimam dicti quōdam Joannis per id quod habetur in. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. de inoffic. testa. Non autem alia legata vel relicta illam diminuissent etiam si fuissent relicta in piam causam: quia quicunq; vult exheredato filio heredem facere ecclesiam querat alium qui suscipiat non Augustinum. c. si. xvij. questio. iiij. ꝛ quod not. glo. in. l. si quis ad declinandam. C. de episco. ꝛ cleri. ꝛ in dicta. l. papinianus. §. j. ꝛ in specie ꝙ legata ad pias causas legitimam non minuant consuluit Alex. de imo. consili. xviij. exordiente, non minuitur legitima. de quo dom. Jas. in. l. si vnus. col. iij. C. de testa. ꝛ in. l. licet inter priuatos. col. ij. C. de pact. Et si queratur quanta fuerit dicti Joannis legitima, dico ꝛ respondeo ꝙ cum prefato quondam petro superfuerint dicti tres liberi primi gradus, hoc est Joannes ipse ꝛ due eius sorores: horum omnium legitima fuit triens seu tertia pars bonorum dicti quondam petri eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno ꝛ funeris impensa authenti. de trien. ꝛ se. §. i. collatio. iij. ꝛ transumptiue in authentice, nouissima. C. de inoffic. testa. iuncta dicta. l. Papinianus. §. quarta autem. ꝛ sic legata cuiuslibet fuit nona pars predictorum bonorum.

3 ¶ † Ad secundum principale quesitum dico ꝛ respondeo ꝙ cum dictus Honoratus ab humanis sine liberis decesserit ꝛ propterea fuerit ꝛ sit locus dispositioni facte per dictum Joannem odoardi eius quondam patrem, ꝛ qui in hunc casum voluit ꝛ ordinauit fundari ꝛ institui in ꝛ super omnibus bonis suis tres missas perpetuas singulis septimanis perpetuo dicendas ꝛ celebrandas in dicta ecclesia sancti Andree ꝛ in capella sancti Joannis per alterum ex religiosis eiusdem monasterij, debet ꝛ tenetur heres dicti Honorati de bonis defuncti Joannis testatoris sufficienter fundare seu dotare dictas tres missas perpetuas. quod si non faciat ad hoc cogendus est per Reuerendissimum in christo patrem dominum Auenionensem Archiepiscopum executorem piorum relictorum sue diocesis. vbi alias non fuit prouisum capitulo. nos quidem. de testa. ꝛ capitulo, amouere, xvj. questione prima. ꝛ quod post Speculatorem not. Joannes andreas in additione specula. ti. de instrumento editio. §. nunc vero aliqua de vltimarum voluntatum executione, questione septuagesimaoctaua que incipit, de episcopo autem vel archiepiscopo. vel etiam fortasse hanc ordinationem seu dispositionem exequi poterunt egregius vir dominus Honoratus vaysson legum doctor decanus ecclesie Rupismaure, ꝛ nobilis vir Antonius defreynes dicti quondam Joannis socer, ꝛ per eum deputati executores omnium vniuersorum ꝛ singulorum, in suo vltimo ꝛ nuncupatiuo testamento per eum dispositorum quod potuisse facere nemo est qui dubitet. Et si alter ex dictis executoribus nollet vel non posset se intromittere de executione dicte dispositionis alius illam facere posset: capitulo secundo de testamen. in. vj. tamen aduertendum super datione seu interpretatione dictorum executorum ꝙ licet in ea dicatur quod dictus quondam Joannes testator dederit eis ꝛ eorum cuilibet plenam potestatem, licentiam, ꝛ autoritatem, ac tam speciale ꝙ generale mandatum tot ꝛ tantum de bonis suis re-

cipiendi que sufficiant et sufficere possint ad omnia vniuersa et singula in dicto suo vltimo et nuncupatiuo testamento contēta et descripta: non tamen inibi apparet qd eisdem et ipsorum cuilibet dederit licentiam et plenam potestatem bona huiusmodi vendendi seu alias alienandi: propter qd videtur superesse difficultas quid isti executores facere possint. sed puto sub correctione cuiuslibet melius sentientis quod cum in talibus testatores consueuerint et soliti sint dare licentiam non solum accipiendi de bonis sed etiam illa alienandi et vēdendi, quod dicta facultas debeat suppleri, per ea que in talibus communiter fieri solent, per id qd scribit Alberi. et post eum domi. Jason may. in. l. vt liberis. super verbo, assolet. C. de collatio. et do. Feli. in. c. ex literis. col. vij. et sequenti de fi. instrumen.

1 ¶ Mulier si post mariti obitum ad secundas nuptias trāseat viuente et superstite adhuc vnico ipsorum filio, an propterea excludi debet a successione filij.

¶ De secun. nupt. Consi. cclxviij.



Quia audio reuocari in dubium † an honesta mulier Isabella morete relicta Joannis ponsardi perdiderit successionem Ebrardi ponsardi eius quondam et dicti Joānis ponsardi vnici filij naturalis et legitimi, pro eo quod post mortem dicti quondam Joannis et viuente dicto Ebrardo, ipsa Isabella conuolauit ad secunda vota, respōdeo et dico quod nō: pro eo quia cum ille esset vnicus filius tempore mortis sui ipsius, omnes penes legales contra mulieres binubas introducte cessauerūt quoad dictam Isabellam, per id qd scribit Bart. decidens hunc casum, consi. lij. exordieñ. Angelus macie habebat vnum filium, col. fi. versi. vltimo circa predicta quero. et idē voluit Bart. Bal. et alij in aut. ex testamēto. C. de secun. nup. Bal. in consi. cccxli. exordieñ. ad euidentiam est premittendū. in. iij. volu. Ang. in aut. de non eligen. secun. nuben. col. ij. ver. et predicta vera etc. ibi, euitat enim mulier illas penas. colla. j. Pet. de ancha. consil. cclxxix. exordieñ. premittam casus indubitatos. ver. ego saluo cō silio saniore. et Alexan. de imo. in. d. aut. ex testamento. in addi. ad Bart. ¶ Preterea audio quod dicta Isabella scdo nupserit de et cū licentia tutorū dicti quondam Ebrardi, quāuis hoc non fuerit necessarium per predicta, que dixerim etc.

1 ¶ Substitutio filie an et quando operetur vt dicta filia nō videatur preterita: et testamentum ruptum.

¶ Epitome.

¶ Ex causa preteritionis licet nullum sit testamētum: tamē substitutio pupillaris in eo facta valet. V. F.

¶ De libe. pret. Consi. cclxix.



Vidi casuz qui mihi exhibitus est pro parte honeste mulieris Dalphine vxoris Joannis gilberti vna cum scripturis parte eiusdem mihi exhibitis, et signanter cum instrumentis testamenti probi quondā viri Gulielmi aligerij et compromissi facti post mortē Matthei gilberti ipsius Dalphine et dicti quondam Gulielmi filij naturalis et legitimi, per et inter dictam Dalphinam ex vna parte et Catherinam eius filiam ex alia, de et super bonis dicti quōdam Gulielmi, super quibus aduertendum est, quod quāuis reperiam scriptum et consultū pro

1 eadem Delphina quod testamentum dicti † quōdam Gulielmi fuerit nullū propter preteritionē eiusdē Catherine, cui nihil videbatur fuisse relictū iure institutionis: cōtrariū tamē pace salua domini cōsulentis poterat dici, scz quod nō fuerit nullū: et hoc pro eo quia ipsa Catherina fuit in dicto testamēto dicto Mattheo substituta: pro quo breuiter et succincte allegasse sufficiat id qd scribit Bar. et doct. magis cōmuniter in. l. si pater. C. de insti. et substi. vbi inter eos Pau. de cast. et do. Jas. idem voluit Bar. in. l. suus quoque. in prin. ff. de hered. insti. et Sali. in. l. qm in prioribus. C. de inoffi. testa. reiecta enim cōditione substitutionis facte de dicta Catherina vsque ad valorem legitime censenda erat ipsa Catherina instituta vsque ad legitimam, in quam tamē erat summa relicta imputanda: et supposito citra preiudicium veritatis quod dictū testamentum fuisset nullū ratione dicte preteritionis substitutio tn̄ pupillaris facta dicto Mattheo de eadē Catherina, de iure valuisset. aut. ex causa. versi. cetera namque firma manent. C. de libe. prete. vel exhere. qd etiā voluit glo. cōiter approbata in. l. j. §. substituere. ff. de vulga. et pupilla. vbi in col. iiij. versi. in eadem glo. ad fin. videri pōt Alex. de imo. q hunc articulū plene prosequit et qui idē voluit consi. xivij. exordieñ. abunde per celeberrimos iuriscōsultos. in. ij. volu. Unde cū dict9 Mattheus impubes ab humanis decesserit dicta Catherina in vim pupillaris substitutionis de ea facte eidem Mattheo insolidum successit, repulsa dicta Delphina. l. sed si plures. §. ad substitutos. ff. de vulg. et pupil. et c. si pater. et qd ibi Archid. et post eum Philip. de franch. col. pe. de testa. in. vj. Bar. in. l. §. versi. tertius effectus. ff. de vulg. et pupil. Jo. de imo. in. c. Raynutius. char. xiij. col. ij. de testa. et Paul. de cast. cōsi. ccliij. exordien. si bene consyderetur iste Odoricus. hec ideo scripsi: qz si pretextu et ad causam dicte pretense nullitatis ipsa Delphina diceret se fuisse lesam in sententia dominorum arbitrorum per eam et dictam Catherinam electorum, istud fundamentum non procederet, et ideo aduertat do. aduocatus dicte Delphine, ne propter hoc impugnet laudum dictorum domi. arbitrorum, cui etiam videtur acquieuisse, pro eo qz post illud soluit partem condemnationis. Quo vero ad id de quo vltimo queritur, dico et respōdeo quod dicta Catherina potuit de bonis suis disponere et plus legare suo marito quam relinquere prefate Delphine eius matri. est tamen verum quod mater debet habere trientem, hoc est tertiā partem bonorum dicte Catherine, eorum scz que superfuerunt deducto ere alieno et funeris impēsa: pro eo qz quāuis olim legitima parentum esset quadrās: illa hodie est aucta, et est triens, vt scribūt doct. communiter in aut. nouissima. C. de inoffi. testa. propter qd consulo Dalphi. quod ipsa adeat et accepet hereditatem filie cum beneficio inuentarij et illud conficiat vt scilicet sibi legitimā, hoc est dictum trientem.

1 ¶ Legitima de qb9 bonis testatoris detrahi et expediri debeat.
2 Legitima cui debetur, debentur et fructus ipsius.
3 Funeris expense que dicantur, et an debeāt detrahi de bonis hereditarijs ante quam legitima, sicut detrahitur es alienum.
4 Legitimam que sint que diminuant. et. 3.

¶ Epitome.

¶ De bonis et substantia testatoris capi debet legitima, deducto prius ere alieno et funeris impensa. V. F.

¶ De suis et legi. libe. Consi. cclxx.



Quoniam probo quondam viro Jacobo laurentij tempore mortis sue superfuerunt Benedictus, Martina, et Bertrana eius filius et filie naturales et legitimi horum trium legitima fuit et est triens seu tertia pars bonorum eiusdem quondam Jacobi eorū scz que superfuerunt deducto ere alieno et funeris impensa auf. de trien. et se. §. j. colla. iij. et transumptiue in auf. nouissima. C. de inof. testa. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. eo. tit. et sic legitima cuiuslibet ex dictis duabus filiabus fuit tertia pars triētis seu tertie partis predictorum bonorum. si igitur bona dicti quondam Jacobi tempore eius mortis et decessus valebant deducto ere alieno et funeris impensa duodecim centū seu mille et ducentis florenis: legitima predictorum trium liberorū ascendit ad valorē quadringētorum florenorum, qui debent inter eos diuidi in tres partes, et sic quilibet habebit valorem centum et triginta trium florenorum et quatuor grossorum, et per hec patet responsio ad primū quesitum, scz quod legitima cuiuslibet ex dictis filiab9 est tertia pars trientis seu nona pars bonorum dicti quōdam Jacobi, et in hanc legitimam debet quelibet ex dictis filiabus sibi imputare quadraginta florenos in dotem et pro dote cuiuslibet per dictum quōdam Jaco. constitutos. l. qm nouella. C. de inof. testa. Et idem dico de duobus florenis cuilibet ex dictis filiabus per patrē legatis. l. omnimodo. C. eo. titu. et qd scribit Bart. in. l. in quartam. col. v. versic. venio ad quartam debitam iure nature. ff. ad leg. falci.

1 ¶ † Ad pm dico et respondeo imprimis quod de iure communi legitima debet expediri in bonis et substantia testatoris. l. scimus §. repletionem. et qd ibi doctores. C. de inofficioso testamento. et qd etiam voluit Bartolus in. l. suus quoque. in fine principij. vbi etiam Joannes de imo. colum. vij. ff. de heredibus instituendis. et Alexan. de imol. in. l. non amplius. §. cum autem bonorum. ff. de legat. j. et sic supplementum debitum predictis filiabus deberet de iure communi expediri in bonis et substantia dicti quondam Jacobi, vt sic idem sit de parte quoad partem, quod de toto quoad totum. l. que de tota. ff. de rei vendica. verum est quod domi. Guid. pape decisio. ccccxxxj. exordieñ. pater in testamento heredem suam particularem etc. dicit vidisse obseruari quod supplementum legitime datur in pecunia, et non de substantia et bonis testatoris quando scilicet dos fuit constituta in pecunia, propter quod esset inquirendum Gratianop. de isto stylo et de consuetu-

2 dine. ¶ † Quo vero ad fructus predicti supplementi de quibus ibi queritur, dico et respondeo quod quemadmodum filio seu filie debetur legitima: ita et fructus legitime: dicto authen. de triente et semisse. §. j. et dicta authentica, nouissima. et qd ibi gloss. 4 dicta. l. Papinianus. §. vnde si quis. et quod notat glossa prima ad fi. in

ad fi. in l. in fideicommissariā. ff. ad trebel. ꝛ hoc notabiliter declarat Bald. in l. non est. C. famil. ercisc. vbi concludit hoc esse verū etiam si tales fructus fuerint ab herede bona fide possidente cōsumpti. ꝛ idem voluit Alexā. de imol. consi. lxix. exordiente, super primo dubio queritur. colum. prima in primo volu.

3 ¶ † Ad tertium dico ꝛ respondeo, ꝙ ante legitimam detrahitur es alienum, hoc est debita per defunctū. idem etiā dico de expensis funerarijs. que autē sint expēse funerarie dicit Azo in summa tit. de religio. ꝛ sumpti. fune. col. iij. vers. funeris autem sumptus ꝛc. qꝺ sumptus funeris dicitur qui ideo fit vt fundus seu corpus hominis mortuū dicatur vel sepeliatur, puta si quid expēdatur in portatione mortui, vt contingit in corporibus eorū qui aliquādo ordināt corpora sua sepeliri in loco remoto, vel etiā si quid detur illis qui corpus portant ad sepulturam. ꝛ idem de eo qꝺ expenditur pro custodia corporis mortui vel pro psalterio vel alijs orationibus que dicūtur custodiendo funus: ꝛ idē de marmore seu loco in quo sepelitur si pro illo aliquid expēdatur. ꝛ idem effectualiter voluit roffre. in suis libell. tit. de actio. funera. col. v. vers. ꝛ sumptum intelligas. Puto etiam qꝺ in expensa funeris computantur alia que die funeris ante sepulturam vel in sepultura aut post sepulturam expenduntur vt verbi gratia pro campanis pulsandis pro candelis ꝛ oblationibus ꝛ in missis ꝛ talibus huiusmodi. ꝛ iste expense debent detrahi de bonis: quia iste expense diminuunt legitimā sicut debita.

4 † Quo vero ad alia legata pia, dico quod illa nō diminuūt legitimam quia quicunqꝫ vult exheredato filio heredem facere ecclesiam ꝛc. c. si. xvij. questione. iiij. ꝛ quod not. gloss. in l. si quis ad declinandam. C. de episco. ꝛ cleri. ꝛ dicta. l. Papinianus. §. j. Et in specie ꝙ legata ad pias causas legitimā nō diminuāt consuluit Alexand. de imol. consi. xviij. exordiē. non diminuitur legitima. in volu. de quo do. Jas. in l. si vnus col. iij. C. de testa. et in l. licet inter priuatos. col. ij. C. de pact. Et sic expēse illarum generalium elemosynarum non debent diminuere legitimam.

¶ Ad quartum dico ꝛ respondeo, ꝙ dicte filie possunt agere ꝛ experiri contra dictum Benedictum suum fratrem. ꝛ ab eo petere supplementum suarum legitimarum vna cum fructibus. Et insuper si filie voluerint ꝙ de bonis fiat inuentarium sumptibus earū illud poterit fieri ꝛ ipse Benedictus erit cogendus demonstrare bona mobilia, per id quod scribunt Jac. rebuf. ꝛ Joā. de pla. in l. defensionis facultas. C. de iur. fisc. pro quo allegant. l. ꝗ. §. item varus. ff. de aqua plu. arcen. talis enim descriptio bonorum seu inuētarium poterit prodesse dictis filiabus, ꝛ nō nocebit ipsi Benedicto: ꝛ ideo fieri poterit non obstante oppositione eiusdem Benedicti si quam forte facere voluerit. ꝛ ita mihi videtur.

1 ☞ Donatio inter virum ꝛ vxorem facta, que dicitur inter viuos, an euanescat si mulier mortuo marito transeat ad secunda vota.

2 Mulier si plus donat secundo marito ꝙ filijs primi matrimonij, an valeat donatio, vel detrahi debet illud plus, ꝛ dictis filijs applicari.

3 Filius si ante mortem parentum ingrediatur ꝛ profiteatur ordinem ꝛ regulam fratrum minorum, an ꝛ quādo succedat in bonis ꝛ hereditate dictorum suorum parentum.

¶ Epitome.

¶ Secundo viro plus donatum ab vxore, ꝙ vni ex liberis prioris matrimonij, debet ipsis liberis applicari. A. F.

¶ De secun. nupt. Consi. cclxxi.



Ex consultatione mihi exhibita parte honestorum iuuenum Guil. Petri ꝛ Jo. vienneslij ville sancti saturnini seu pontis sancti Spiritus eliciunt multa quesita quib⁹ respōdeo breuiter ꝛ succincte, prout infra. Et primo ad primum ꝙ cum honesta quondam mulier Catherina bouerie ab humanis intestata decesserit superstitibus quatuor liberis in consultatione huiusmodi mētionatis scilicet prefatis Guil. Petro ꝛ Joan. ex ea ꝛ prouido quondam viro Mattheo vienneslij procreatis ꝛ genitis, ꝛ claudio ex ipsa ꝛ probo quondam viro Joā. corberij eiusdem quondam Catherine vltimo viro procreato et genito, hereditas eiusdem Catherine eisdem quatuor liberis fuit equis portionibus cuilibet scilicet pro quarta parte delata. auth. de heredib. ab intesta. §. primo. collatio. ix. ꝛ transumptiue in auth. in successio. C. de legiti. hb. ꝛ hoc intelligo non solum de bonis eiusdem quondam Catherine aliunde per eam acquisitis vel ad eam peruentis, sed etiam quo ad bona que ad eam peruenerant ex successione Alisete eius ꝛ probi quōdam viri Joannis drogue sui primi viri genite ꝛ procreate.

1 ¶ † Quo vero ad id qꝺ in dicta ꝯsultatione supponit scꝫ ꝙ tēpore matrimonij dudū ꝯcti p̄ inter dictos Mattheū vienesij ꝛ Catherinam ipsi mutuo ꝛ vicissim ꝛ sub conditione de qua in dicta consultatione mentio habetur, sibi donauerint donatione que fit ꝛ fieri dicitur inter viuos medietatē omnium bonorum suorū mobilium ꝛ immobilium ꝛc. non est multum super donatione huiusmodi insistendum: qꝛ supposito citra preiudicium veritatis ꝙ donatio predicta purificata extitisset ꝛ sibi locum vendicasset in personam dicte quōdam Catherine. ꝛ sic ꝙ ipsa lucrata extitisset dimidiam partem sibi donatam per dictum quondam Mattheum premortuum, ꝛ cui ipsa superuixit: qꝛ tū ipsa Catherina habēs liberos ex dicto quondam Mattheo conuolauit ad secunda vota ipsa perdidit dictā bonorum medietatem quoad proprietatē ꝛ que propterea fuit applicata dictis Gulielmo, Petro ꝛ Joāni vienneslij. l. femine. cum suis similib. C. de secun. nupt. Et licet remanserit vsufructuaria dicte medietatis: tamen vsusfructus huiusmodi postea extinctus est ꝛ perijt per mortem dicte quondam Catherine. §. finitur. institu. de vsufruc.

¶ Ad fin dico ꝛ respondeo ꝙ ex contextu instrumenti matrimonij dictorum Corberij ꝛ quondam Catherine nō apparet ꝙ eadē Catherina donauerit eidem Corberij quartā partem bonorū suorum mobilium et immobilium contemplatione triginta librarum per dictū Corberij deferri ad domū eiusdem Catherine pro missarum. ꝛ sic pacta hec non apparent esse connexa aut respectiua: sed potius videnť connexa ꝛ respectiue pacta per que mutuo ꝛ vicissim sibi donauerunt ꝛc.

2 † ꝛ sic non puto ꝙ propter omissionē portus ꝛ expeditionis dictarū triginta librarū cessauerit donatio predicta: quod tamen fortassesecus esse videretur si pacta fuissent respectiua aut connexa. l. cum proponas. la. ij. ꝛ quod ibi. scribentes. C. de pact. Uerum est tū qꝺ ipsa quondam Catherina non plus donare potuit dicto Joanni Corberij ꝙ donauerit aut reliquerit vni ex dictis Gulielmo Petro ꝛ Joāne liberis p̄mi seu precedentis matrimonij. l. hac edictali. C. de secun. nup. ꝛ autentico, de nupt. §. optimos. el. ij. colla. iiij. Et cum dicta Catherina quantum in ea fuit non reliquerit cuilibet ex dictis Gulielmo Petro ꝛ Joāne nisi quartam partem trium quartarum partium, debet quarta pars dicto Joanni donata reduci ad quartā partem trium quartarum partium, ꝛ illud qꝺ fuit eidem Joanni plus donatum ꝙ donatum aut relictum extiterit vni ex dictis tribus liberis, habetur pro non donato ꝛ pro non scripto, ꝛ debet applicari dictis tribus liberis, dicta. l. hac edictali. ꝛ allegato. §. optimos. super quo tamen est aduertendum ꝙ quia dicta Catherina donauit quartam partem bonorum suorum mobiliū ꝛ immobilium ꝛ in donatione huiusmodi non est facta mentio de nominibus seu creditis aut iuribus eiusdem Catherine. illa non veniunt in donatione nec potest de illis aliquid petere idem Corberij: quia ita faciunt tertium genus. l. a diuo pio. §. in venditione. ff. de re iudica. ꝛ l. quam Tuberonis sententiam. §. penul. ff. de pecul. lega. ꝛ quod scribit Bartol. in l. potest pupillus. ff. de autho. tuto. canoniste in c. nulli. de reb. eccles. non alienan. ꝛ Alexan. de imol. consi. xlv. exordiē. habita super his de quibus dubitari contingit. colum. vj. in j. volu. ꝛ alij in alijs locis.

¶ Ad tertium dico ꝛ respondeo ꝙ si ante tempus mortis ꝛ decessus dicte quōdam Catherine prefatus Gulielmus fuisset professus ordinem fratrum minorum, ipse de iure communi non potuisset in aliquo succedere dicte sue quondam matri, pro eo quia per ingressum ꝛ professionem huiuscemodi ordinis fuisset mortuus seculo, ꝛ factus incapax huiuscemodi successionis. p̄ id qꝺ scribit Bald. in aut. nouissima. versi. quinto queritur. C. de inoffi. ciso testamento. Et isto casu materna successio seu hereditas fuisset delata alijs trib⁹ liberis hoc est dictis Petro Joanni ꝛ Claudio. si vero post mortem dicte quondam Catherine idem Gulielmus fuerit professus expresse vel tacite dictum ordinem: tunc dico ꝛ respōdeo qꝺ cum per professionem huiusmodi haberetur pro mortuo in seculo, pars ꝛ portio eiusdem secundum opinionē magis communem peruenisset ad dictos Petrum ꝛ Joannem eius fratres vtrinqꝫ coniunctos ꝛ ab intestato proximiores. si tamen in professione facta non fuisset mentio de bonis, pro quo videri potest id qꝺ scribit Salicetus in authentica, ingressi. C. de sacrosanctis ecclesijs. de quo etiam scribunt canoni in c. in presentia. de probatio. domi. Cardinalis floren. in clemen. exiui de paradiso. versic. cum vero. de verborum signifi. ꝛ domi. Andre. de besse. in repetitio. l. j. charta. iij. vel circa. versiculo. Sed tūc oritur alia questio quid de bonis ingredientis conuentum fratrum minorum. ꝛc. C. de sacrosanctis ecclesijs. super quo articulo solent doctores communiter referre tres opiniones quas non refero, pro eo quia non est opus cum supponatur in facto dictum Gulielmū nondum esse professum: ꝛ hoc supposito. dico quod ipse petere potest partem eum concernentem, ꝛ de ea disponere prout voluerit ꝛ dominus inspirabit, vt dicitur in dicta clementina, exiui de paradiso. versiculo. cum vero. ꝛ hoc facere poterit siue in testando postquam est maior quatuordecim annis, siue in donando dictis duobus fratribus vtrinqꝫ coniunctis, vel etiam alijs ꝛ po

& erit etiam de eius bonis per modum eleemosyne elargiri conuētui minorum, in quo professionem emitteret si contingat eum fieri fratrem minorem dicto versi. cum vero. & quod ibi do. Cardi. flor. Poterit pro maiori informatione videri mare magnum in quo vt opinor reperitur aliquid dispositum per serenissime memorie domi. Sixtum papam quartum quam nunc videre non possum, cum non sit penes me.

1 ☞ Collatio beneficij alteri facta quam ei cui papa mādauit dictuz beneficium conferri, an & quando valeat, per totum.

2 Et an executor datus a summo pōtifice pro huiusmodi beneficio vt. s. conferendo possit ipsi, de quo papa intendit, tale beneficium conferre non vocatis vocandis.

3 Pipe gratia seu priuilegium, ne ob negligentiam non aditi beneficij perdita & consumpta videatur, quid agēdum, & quibus vtēdum sit cautelis.

¶ Epitome.

¶ Mandare potest Pontifex abbati vt quendam prouideat de beneficio ad ipsius abbatis collationem pertinente. V. F.

¶ De manda. princi. Consi. cclxxij.



Ex themate mihi transmisse consultationis parte venerabilis & religiosi viri fratris Petri charretonis monachi inclyti monasterij Salmodieñ. apertissime colligitur quod venerabilis vir frater Geraldus de sion monachus eiusdem monasterij hactenus obtinuit a sede apostolica nō solum mandatum de eidem fratri Geraldo prouidendo directum Reuerendo patri do. abbati eiusdem monasterij collatori ordinario: sed etiam ab eadem sede obtinuit executores de sibi prouidendo in defectum seu negligentiam eiusdem reuerendi domi. Abba-
1 tis. † Quo fit vt per presentationem literarum huiusmodi factā eidem domi. abbati & maxime subsecuta requisitione eidem do. abbati prefati de Sion facta, & per quam eundem requisiuit quatenus primum beneficium vacaturum ad ipsius do. abbatis collationem ratione abbatie prementionate pertinens & spectans eidem fratri de Sion iuxta voluntatem romani pontificis conferret & de illo prouideret, & quod ipse primum vacaturum idem frater de Siō seu p eo eius legitimus pcurator pcuratorio noīe eiusdē, ex illo nunc, hoc est ex tempore factarū presentationis & requisitionis, prout extunc, hoc est ex tempore future vacationis acceptauit: fuit beneficium qd postea primo vacauit pertinēs ad collationez eiusdem domi. abbatis affectum, ita quod collatio postea per eum alteri quam dicto fratri de Sion facta non tenuit. c. si capitulo. de concessio. preben. in. vj. & c. proposuit. eod. tit. qd etiam voluit glos. in c. si soli. super verbo firmitatem &c. paulo ante finem. versi. in casu quarto scz quādo scribitur illi de cōcessio prebē. in. vj. vbi dicit glo. ita esse intelligendū dictū. c. proposuit. Unde cū post presentationē, requisitionē, & acceptationē p dictas vacauerit beneficiū sancti Romani de mallipellibus per decessum seu obitū do. Antonij de alchomes spectans & pertinēs ad ordinariā collationem prefati do. Abbatis, idē do. abbas beneficiū huiusmodi alteri cōferre nō potuit quam dicto fratri Geraldo de sion. & cū dicat illud alteri cōtulisse scz cuidā fratri Aymario seurani monacho dicti monasterij collatio huiōi, vt pote facta per scientē & in cōteptum summi pontificis de beneficio propter presentationē & alia p dicta af-
2 fecto, fuit nulla p p dicta. † Et ob hoc potuit ab altero ex executoribus eidē fratri de Sion per sedē apostolicā datis & cōcessis cum clausula quatenus vos &c. dictū beneficiū pter negligentiam & defectū dicti reuerēdi do. Abbatis eidē de Sion cōferri etiā eodē do. abbate aut pfato fratre Aymario, aut alijs quibusuis non vocatis p eo, qz nō tenebat partes iudicis assumere, nec eos, aut eorū aliquem citare eo maxime qz in mandato pfatis executoribus directo nulla est posita clausula, & signanter conditionem sapiens, quinimo nec monitionem aut alia quecunqz, per quā appareat summū pontificem voluisse quod ante prouisionē per dictos executores aut eorū alterū fiendam, ipsi executores aut eorum alter requireret cause cognitionē aut aliquē vocaret. vz igitur & vz collatio seu prouisio per dictum executorem facta quo ad hoc vt impugnari nō valeat ex illo capite, qz neminē vocauerit aut non assumpserit partes iudicis prefatus do. executor, per ea que scribit Jo. an. & doct. magis cōiter in. c. si. de psumptio. in. c. pposuit. & in
3 c. cū nostris, de ɔcessio. pbē. † debebat igitur & debuit dictus frater de Sion prouisionez sibi factā de dicto beneficio defendere & tueri & illi insistere, pro eo qz per illam videtur gratia sibi concessa fuisse consumpta et ita in dubio non videtur potuisse variare ad acceptandum aliud beneficiū: & qz illa facultas eligendi in beneficijs concessa prima declaratione valide voluntatis sortitur executionem. l. apud Aufidium. ff. de optio. lega. & l. serui electione. ff. de lega. j. & quod not. Hostien. in. c. cum in multis. de rescriptis. in vj. Jo. an. in. c. gratia. eo. tit. & lib. vbi refert distinc. Joan. monachi dicentis acceptantem variare non posse, si beneficium acceptatum possit consequi. argumen. c. quia cunctis. §. penultimo. de preben. in sexto.

¶ Non autem inficior seu nego quin dictus frater de Sion potuerit si in veritate cognouerit se in dicto beneficio de Mallispellibus ius non habere renuntiare prouisioni de illo sibi facte, & possessionem illius aduersario relaxare, quinimmo dico quod ipse bene fecit si hoc fecit & conscientiam suam exonerauit etiam si hoc fecisset ante sententiam: quia tenebatur bonam fidem agnoscere l. quoties. §. denique imperator. ff. de administra. tuto. & l. non est ignotum. & l. si bonam causam. C. eo. titu. & l. emptorem. in princ. ff. de actio. empt. & hoc est quod lex dicit hic moram videtur fecisse qui litigare maluit quam restituere. l. nemo. §. j. ff. de verborum obligatione. & nemo sani capitis diceret maxime in foro canonico vbi de conscientia agitur aliquem esse compellendum contra conscientiam litigare & sententiam expectare: quia hoc esset contra iura. l. ij. §. & generaliter. ff. de doli exceptione. l. si quis inficiatus. in princip. ff. de posi. & quod habetur in. l. Quintus. ff. mandati. & quod scribit Archidiaconus & alij in. c. ne captande. de concessio. preben. in vj. sed verum est quod dicto fratri de Sion pretendenti. & asserenti se nō habere vel habuisse ius in dicto beneficio de Mallispellibus, vel illud sibi non spectasse & pertinuisse in vim literarum acceptationis & prouisionis superius mentionatarum non est credenduz sed debet ipse hoc probare scilicet quod ad eum non pertineret aut quod illud acceptare non potuerit vel sibi de illo prouideri, vt sic appareat dictam gratiam non fuisse per illius acceptationem consumptā, & quod propterea quia ignoranter dictum beneficiuz acceptauit potuerit variare postea acceptando beneficium sancti Boniti pertinens ad collationem prefati do. abbatis. l. ij. in fi. ff. de optio. legat. vbi est expressum non consumi facultatem optandi propter acceptationem seu optionē illegitime factam errore probabili: quia verba que facultatem acceptandi concedunt cuz effectu sunt intelligenda. c. relatum. de clericis non residentibus. l. j. §. hec autem verba. ff. quod quisqz iuris. l. si per alium. §. docere. ff. ne quis euz qui in ius. & quod no. Hostiensis in dicto capit. cum in multis. de rescriptis. & post eum Romanus consi. cccxxix. exordiente, presens consultatio in hanc incidit questionem. & quod eidem fratri de Sion asserēti sibi ius non competijsse in dicto beneficio de Mallispellibus vel illud ad eum non spectasse credi non debeat: sed quod sibi huius dicti incumbat probatio, voluit Joannes andr. in dicto capitu. cum in multis. colum. finali, circa finem ibi. Sed oportebit eum nunc fidem facere quod beneficium illud sibi non debebatur. & idem voluit ibi Philip. de franch. colum. iij. versic. in gloss. fin. ibi oportebit tamen fidem facere & fuit de mente Lapp. abbas. allegatione. cxx. exordiente, Fulcinius clericus impetrauit canonicatum. colum. finali. versic. sufficit enim quod doceat se ius in prima non habuisse & propterea consuluit Joannes Andreas vbi supra qd ad euitandum hoc onus, expediens esset sententia, quod intelligendum est de sententia declaratoria super possessione retinenda scilicet aut restituenda, seu etiam adipiscenda, qz qualiscunqz super huiuscemodi possessione lata esset pro aduersario, non per ipsam appareret dictum beneficium non fuisse per ipsum fratrem de Sion valide & efficaciter electum seu acceptatum. Pro premissis scilicet quod dictus frater de Sion debeat probare id qd dixi scilicet dictum beneficium non fuisse suum vel illud non potuisse acceptare aut aliud huiusmodi. facit etiam quia huiuscemodi negatiua pretextu cuius pretendit se idem frater de Sion potuisse variare & in ipso beneficio de Mallispellibus dimisso potuisse acceptare beneficium sancti Boniti est fundamentum sue intentionis, vt colligitur ex his que scribunt Hostiensis & Joannes Andreas & doctores in dicto. c. cum in multis. & Archidiaconus in. c. gratia. de rescriptis. in. vj. illa ergo debuit vel debet probari per dictum fratrem de Sion: quia fundamentum intentionis cuiuslibet debet per eum probari, siue illud sit factum affirmatiuum, siue negatiuum. l. actor. C. de probationibus. l. in exceptionibus. ff. eodem titulo. & l. si quis. C. de fabricen. libr. xj. & qd notat Innocentius & doctores in capit. super his. de accusationibus. Bartolus Joannes de imola, Alexander de imola & docto. in. l. hoc iure. & l. in illa. ff. de verborum obligatio. ex quibus respondendo ad quesitum infero, quod cum dictus de Sion non videatur alio non apparēte potuisse acceptare dictum beneficium sancti Boniti vt pote cuius gratia videtur fuisse consumpta per acceptationem factam de dicto beneficio de Mallispellibus, dictus frater Charretonis, cui idem beneficium collatum est per dominum vicarium dicti reuerendi domini abbatis Salmodiensis habentem vt existimo sufficientem facultatem ad beneficia conferenda, censetur habere potius ius & titulum canonicum ac iuridicuz in dicto beneficio sancti Boniti & cui vt primo

pacifico

pacifico possessori sufficeret ⁊ sufficit pro obtinenda absolutione
quod dictus de Sion non probet canonicum titulum seu canoni-
cam collationem: quia cū ipse sit possessor de titulo suo disputan-
dum non est sed soluz de titulo petitoris: hoc est dicti de Sion. l.
extat decretum. ff. de iur. fisc. l. rod. C. de petitio. here. ⁊ vbi esse-
mus prout tamen non sumus in casu in quo tam titulus eiusdem
Charetonis quam titulus dicti de Sion esset nullus; tamen idē
Charetonis vt pote possidens ⁊ in possessione prior ⁊ potior esset
absoluendus. l. finali. C. de rei vendica. l. vtifr. ff. si vsusfruct. peta.
⁊ quod not. Inno. in. c. ex insinuatione. de procuratorib. ⁊ Oldra.
cōsi. ij. col. ij. ver. non obstat si dicatur quod eis damus eundē titu-
lum. ⁊ ita mihi videtur sub correctione cuiuslibet domini melius
sentientis.

1 Protestatio propter quam citatus censetur habilitatus vt
audiri debeat etiam de iure suo aliter non edocto an operetur vt
dicto citato opponi non possit ne contradicat actui partis ad-
uerse.
2 Iudex, cui nō constat de purificatione condictionis cōtract⁹, an
possit ad sententiam procedere vt ipsa valeat.
3 Instrumenta guarentigie condictionem reuera purificatā haben
tia, non conditionalia sed pura dicuntur.
4 Testium probationes ⁊ iuramenta sumpta parte non vocata an
valeant.
5 Fama vel vox publica an ⁊ in quibus casibus probent mortem
alicuius.
6 Exceptio, dolo petit qui petit ⁊c. an ⁊ in quibus casibus obstet spo
liato agenti contra violentum, ⁊ petenti se in possessionem rein-
tegrari.

Epitome.

In iudicio cū quid conditionale proponitur debet purificatio
conditionalis liquidari. A. F.

De iudicijs. Consil. cclxxiij.

Ex actis cause cepte et aliquādiu agitate per ⁊ inter discretū virū Blasiū
auberti loci de albusono ex vna parte: ⁊ prouidum
virum Maximum sannati loci Sallonis ex alia,
cōstat ⁊ legitime apparet ꝙ ad instantiā eiusdem
Auberti petentis se mitti in possessionem bonorum que dudum
fuerunt Hugueti sannati tempore ei⁹ vite ⁊ mortis, citatus exti
1 terit dictus Maximinus. † Quo fit vt ipse per protestationem
specialem de eo factam censeatur extitisse habilitatus, ⁊ sic audi
ri debuerit etiam de iure suo aliter non edocto. per id quod ele-
ganter not. Inno. in. c. cuz inter de exceptio. Bar. doc. in. l. si muli
er. ff. soluto matrimonio. Baldus in. l. si suspecta. ff. de inofficio.
testamēto. Antonius de butrio. in. c. exhibita colū. añpenulti. de
iudi. Bal. in. l. testamēta. i fi. C. d testamētis in. l. fi. C. de edic. diui.
Adri. tollē An. in. l. j. §. hec stipulatio col. vij. vel circa. ff. si cui pl⁹
per legem Falci. Bar. veronen. in suis cautel. circa medium. ver.
si petens se mitti in possessionem ⁊c. ibi quod singulariter limi-
tat Bald. in. l. fina. ⁊c. ⁊ Ange. are. in. §. quadrupli. in materia. l.
fi. C. de edic. diui Adri. tol. ver. ⁊ aduertas qd dixi ⁊c. ibi ꝙ est verū
nisi actor firmauerit personam suā instit. de actio. Non itaque de
buit nec de iure potuit postea eidem Maximino opponi parte di
cti Blasij ꝙ non esset legitimus ɔdictor ⁊ ꝙ sua non interesset
se opponere aduersus predictam missionem, ⁊ maxime cum vt asse
ruit egregius vir do. iudex a quo idem Maximus esset notorie et
publice in possessione bonorum ⁊ hereditatis dicti quondam Hu
gueti pretensi testatoris sed debuit ipse tanꝗ legitimus contradi
ctor audiri contra eum. quidquid senserit Bart. in. d. l. fina. C. de
edic. diui Adri. tollen. debuit offerri libellus postquā idem Ma-
ximinus illum ⁊ cum multa instantia petijt sibi offerri per id qd
scribit Inno. in. c. j. de libelli oblatio. Pet. Cy. Ang. Fulg. Pau
de castro. Alex de imo. Ias. may. ⁊ alij moderni in. d. l. fina. C.
de edic. diui Adri. tollen. Spec. tit. de libelli ɔcep. §. nunc videndū
ver. xxvij. ⁊ ti. de testa. §. fi. ver. vltimo. sequitur ex quo apparet di-
2 ctum dom. iudicē a quo male ⁊ inutiliter processisse. † Preterea
etiam male ⁊ euidenter iniuste processit pro eo quia non sibi appa
ruit de purificatione conditionis pretense substitutis facte de di
cto Blasio, hoc est quod liberi dicti Hugueti ab humanis sine li
beris ⁊c. decessissent de qua tamen apparere oportebat quia cū
aliquid conditionale in iudicio proponitur debet purificatio con
ditionis liquidari. l. in illa stipulatiōe. ⁊ quod ibi doc. ff. de ver. ob.
quaz ad hoc allegat Bal. in. l. si quidem. C. de exceptio. vbi etiam
dicit illam esse singularem. idem nō. Bald. in. l. cum testāo. in fin.
3 C. de testa. manumis. † vbi dicit quod ini nostra guarentigie si ha
bent conditionem reuera purificatam dicu ntur pura ⁊ non con-
ditionalia licet ad executionem deueniri nō possit donec lique
at iudici. d. l. in illa. quā dicit eē v alde notabilem. ad qd facit. l. ij.
cum ibi notatis ꝑ Bart. C. de senten. que si. cer. quāti. esto igitur
qd lz nō solū heredi primo gradu seu loco ⁊ pure instituto detur
beneficiuz ɔdicte. l. fi. C. de edic. diui Adri. tollē. sed etiā alijs mul
tis de quibus scribunt doc. in. d. l. finali. ⁊ Ange. areti. vbi supra.
ver. quid in substituto pupillari. erat tamen opus deducere ⁊ pro
bare purificationem condictionis sub quā facta fuit substitutio
⁊ si pretendebatur quod illa valuerit iure pupillaris, probandum
erat quod illi liberi ab humanis decesserant in pupillari etate:
quod etiaz voluit Ange. Aret. ibi supra ⁊ colligit ex dictis Bar
to. ⁊ Bal. in. d. l. fina. vnde cum de purificatione conditionis hu-
4 iusmodi dicto iudici nō apparuerit ipse male ꝓcessit: † Nisi forte
qs dicat quod imo apparuerit ꝑ informationes per ipsum dom.
iudicem pendente coram eo causa indecisa cum quibusdam pro-
bis viris sumptas. Sed hoc non obstat. Tum quia huiuscemo-
di informationes sumpte sunt ⁊ iuramenta a testibus recepta nō
vocato prefato maximino. quod fieri non potuit. l. si quando. C.
de testi. ⁊. c. ij. eodem titul. Tum ⁊ quia ꝗuis testes cum quibus
sumpte extiterunt informationes huiusmodi deposuerint et di
xerint omnes liberos dicti quondam Hugueti testatoris esse:
mortuos, ratio tamen. sue pretense scientie dictum inficit. interro-
gati enim de causa seu scientie sue dicti, responderunt, qz de hoc
erat vox ⁊ fama ⁊ sic non deponunt de proprio sensu scilicet qd vi
5 derint eos mori vel eos mortuos † sed qd de hoc erat vox ⁊ fama
publica quā certum est non probare mortem in casu nostro in quo
non agebatur de probanda morte antiqua nec que in loco mul-
tum remoto contigerit pro quo allegasse sufficiat id quod scribūt
Cy. Sali. ⁊ doct. cōmuniter in. l. si quidem. C. solu. matri. Alberi.
in authen. hodie. C. eod. ti. ⁊ Ioā. de imol. in. l. ij. §. si dubitetur. ff.
quemad. testa. aperian.

Preterea illud non est omittendum quod licet exceptio parte
dicti Maximini opposita ⁊ deducta in quibusdam suis articulis
exordientibus, ad latius ⁊ clarius demonstrandum de iniquitate
⁊c. in qua effectualiter opposuit quod tempore pretensi condit
testamenti per dictum quondam Huguetum sanneti idem Hu-
guetus erat in patria potestate Gulielmi sanneti eius patris tūc
viuentis ⁊ quod propterea testamentum eiusdē Hugueti vt pote
factum ab eo qui alterius potestati subijciebatur fuerit nullum. l.
qui in potestate cum suis simili. ff. de testa. videatur requisisse al-
tiorem indaginem si tamen exceptio huiusmodi probata extiterit
prout probata creditur, illa debuit obstare ⁊ obstat dicto Bla-
6 sio: † pro eo quia licet indistincte exceptio dolo petit, qui petit ⁊c.
non obstet spoliato agenti contra violentum ⁊ petenti se in posses
sionem reintegrari. secus tamen est in possessorio adipiscende ⁊ ni-
gnāter quando exceptio vel non indiget altiore indagine, vel re-
us illam opponens se offert eam incontinenti probaturum, per ea
que notāt scribentes in. l. ij. C. de edic. diui Adri tollen. in. l. si d vi.
ff. de iudic. ⁊ in multis alijs locis. quod si in dicto casu hoc con-
tingat multo fortius in nostro. si videlicet exceptio premētionata
ꝓbata extiterit ⁊ per illius ꝓbationē appareat dictū quōdaz Hu
guetum fuisse in patria potestate dicti quondam Guilielmi ⁊ hūc
Huguetum fuisse filium naturalem ⁊ legitimum eiusdem Ma-
ximini cui propterea vel liberis eiusdem debuit idem Maximi-
nus abintestato tanquam proximior succedere. dictus igitur do-
minus primus iudex videtur nulliter ⁊ alias euidenter inique et
iniuste processisse ad sententiam seu ordinationem per eum pro-
mulgatam que propterea quatenus de facto processit venit ⁊ est
reuocanda. Que dixerim sub correctione ⁊c.

1 Donatio patris in filiū, ⁊ maxime que fit inter viuos, licet
regulariter nō valeat firmari tamen potest iuramento. 3.
2 Filius in patria potestate constitutus an possit donare patri do-
natione que fit inter viuos.
4 Dos solui debet marito ⁊ nō filie.
5 Legitima que de bonis maternis debetur, si excedat summā de-
bitā, an illud plus qd exuperat poterit imputari in legitima que
in bonis paternis debetur.

Epitome.

Filius patri in cuius potestate est donatiōe inter viuos potest
donare. A. F.

De dona. Consil. cclxxiiij.

Pro faciliore solutiōe eorum d quibus queritur parte prouidi viri Ioānis bau
deti Premitto quod licet de iure communi Guilielm⁹
Stephanus ⁊ Alisetā baudeti filij naturales ⁊ legitimi dicti Io
annis baudeti ⁊ honeste quondam mulieris Helene amyxele de
buerint eidem Amyxele abintestato vita functe equis portioni-
bus succedere quilibet scilicet ꝑ tertia parte authentico. de heredi

ab intesta.§.primo,collatione nona.⁊ transsumptiue in authenti. in successione.C.de legitimi.libe.Tamen secundum statutum regium quod in prouincia obseruatur ⁊ pro lege habetur dicti Sulielmus ⁊ Stephanus eidem quondam helene vniuersaliter successerunt ⁊ dicta Alisera in sua legitima que fuit ⁊ est tertia pars trientis cum eidem quondam Helene superfuerint duntaxat dicti tres liberi authen.de trien.⁊ se.§.j.collatio.iij.⁊ transumptiue in authenti.nouissima.C.de inoffi.testa.Et sic legitima predicte Alisete fuit nona pars bonorum dicte quondam Helene,que superfuerunt deducto ere alieno ⁊ funeris impensa dicto authen.de trien.⁊ se.§.j.iuncta.l.Papinianus.§.quarta autem.⁊ sic si bona materna valebant florenis tricentis,legitima huius Alisete ascēdebat ad valorem triginta trium florenorum ⁊ quatuor grossorum,⁊ non vltra,propter quod cum de bonis dicte Alisete eius quondam matris fuerint constituti pro ea ⁊ eius nomine in dotē floreni octoginta:ipsa non fuit grauata,sed prefati Sulielmus et Stephanus heredes vniuersales dicte matris.

¶ Dico preterea quod cum postea vita functus est ⁊ ab humanis decessit dictus Sulielmus baudeti superstitibus ⁊ sibi superuiuentibus prefatis Joanne baudeti patre ac Stephano ⁊ Aliseta fratre ⁊ sorore,dicti Joannes,Stephanus ⁊ Aliseta eidem Sulielmo sine liberis vita functo equis portionib' successerint,quilibet scilicet pro tertia parte.authentica defuncto.C.ad Ter-
1 tullia.⁊ in corpo.vnd.sumit.† Quo vero ad bona que fuerūt eiusdem Stephani,dico ꝙ ipse illa donauerit prefato Joanni suo patri,illa pertinent eidem patri.Quis enim pater non possit regulariter donare donatione inter viuos suo filio in patria potestate existenti.l.ij.C.de inoffi.donatio.⁊.l.donationes.cum suis simi-
2 li.C.de donatio.inter virum ⁊ vxorem.† filius tamen existens in patria potestate,potest eidem patri donare donatione inter viuos,vt voluit Angel.in.l.quoties.⁊ per illum text.ff.soluto matrimonio.⁊ ita consuluit Angel.ipse consi.clxxviij.alias.clxxvj.exordien.filia refutauit patri ⁊c.vbi dicit quod filius non prohibetur patri donare id quod est suum,vel a se quoquo modo pertinet.⁊ idem voluit Alberi.in dicta.l.secunda.versicu.si vero econtra filius.C.de inoffi.donatio.pro quo inducit quod quādo filius donat patri res donata reuertitur ad antiquam naturam seu ius antiquum quo omnia patri acquirebantur.l.si vnus.§.quod in specie.ff.de pact.Preterea secundum eum non inuenitur prohibitum ne filius donet patri:ergo est concessum.l.necnon.§.sed qd eis.ff.ex quib.cau.maio.item filius est patrie potestati subiectus:ergo multomagis debet eidem subiicere res suas ⁊ ei posse donare.l.hac lege.C.de pact.conuen.super dot.⁊.penulti.de donatio.inter virum ⁊ vxorem.⁊.l.homo liber.§.quicquid.ff.de acquiren.rerum domi.Et supposito citra preiudicium veritatis quod donatio inter viuos facta per filium patri alias regulariter non valeret:illa tamen firmaretur iuramento,per id quod habetur in.c.cum contingat.de iureiurā.⁊.c.quis pactum.de pact.in sexto.qd etiam voluit Joan.and.in addi.Specu.titu.de testa.§.j.versicu.pone filius.in addi.exordien.Alber.de Bobi.secundum do.Jas.
3 in reperi.l.frater a fratre.col.fina.ff.de conditio.indebi.† Pro optime facit,quod licet pater regulariter filio in potestate donare non possit donatione inter viuos,vt predixi:si tamen pater donet filio ⁊ iuret,donatio huiuscemodi firmatur iuramento,vt voluit Bald.in.l.iij.C.de vsucapio.pro donato.quem sequitur Alerand.de Imol.in.l.si donatione.C.de collatio.qui etiam pro hoc sepissime consuluit.pro hoc ponit multas remissiones domi.Jas.in dicta.l.frater a fratre.colum.penulti.versicu.decimo predicta regula fallit ⁊c.in lectura,ergo idem dicemus de donatione patri facta per filium quod illa scilicet firmetur iuramento:cum vtrobiqꝫ sit eadem ratio imo maior in filio vel saltem minor resistētia:ergo idem ius.l.libertum.§.senatus.ff.de ri.nup.c.ij.de translatio.episco.⁊.cum dilecta.de confirma.vtil.vel inutil.⁊ vulgata l.illud.ff.ad leg.aquil.Quo autem ad donationem factam per dictum Stephanum prefate Alisete de quatuor saumatis terre,illa non videtur valuisse.l.cum non solum.§.filijs autem.⁊ quod ibi docto.C.de bo.que libe.⁊ sic videretur quod cum ipse postea ab humanis sine liberis decessit,prefati Joannes,⁊ Aliseta in illis successerunt,dicta authentica.defuncto.C.ad tertullia.Sed forte non erit malum quod post ꝙ filio placuit de illis disponere pater hoc votum non impugnet etiā si alias non valeret.Ex premissis apparet respōsio ad primum quesitum,scilicet,ꝙ dicta Aliseta debeat in primis habere de bonis maternis florenos octoginta in dotem constitutos,qui soluentur de omnibus bonis maternis.debet preterea habere tertiam partē portionis dicti quōdam Sulielmi in qua successit eidē Sulielmo ab intestato vt predixi.⁊ dictas quatuor saumatas terre si placuerit patri illas dimittere,alias haberet duas tantum.

4 ¶ † Ad secūdum dico et respondeo quod dos debet solui marito cum constituta est,non dicte Alisete.⁊ sic forte non posset dictus Joannes pater opponere marito dotem seu residuum dotis petenti,quod non soluere teneatur,nisi prius predicta Aliseta renuntiauerit bonis paternis ⁊ maternis,iuxta conuenta ⁊ promissa:sed potest idem Joannes petere eandem Aliseta cogi ⁊ compelli ad quictandum iuxta conuentionem ⁊ promissionem per eā factas ⁊ iuramento vallatas.

¶ Ad tertium dico ⁊ respōdeo quod quoad tertiam partem pro qua dicta Aliseta prefato Sulielmo suo quōdam fratri successit,dictus Joannes pater non est vsufructuarius dicto authenti.de heredib.ab intesta.§.si vero.⁊ transumptiue in authen.item hereditas.C.de bonis que libe.quo vero ad dicta quatuor saumatas terre eidem Alisete per Stephanum fratrem donatas,dico quod si pater hanc donationem nō impugnet,sed filie permittat illas terras habere:erit idem pater vsufructuarius.l.cum oportet.C.de bonis que liberis.si vero pater pretendat donationem de illis factam non valuisse,⁊ propterea se in illis cum filia successisse:habebit ipse duas saumatas pleno iure:in alijs vero duabus non habebit vsumfructum,dicta authen.item hereditas.

¶ Ad quartū dico ⁊ respondeo ꝙ dicta Aliseta ex materna successione non potest aliquid petere vltra ⁊ preter dotem superius
5 mentionatam,cum illa ascendat longe † vltra legitimam que in
6 bonis maternis debebatur.si vero quereretur an illi octoginta floreni debeant imputari in legitimā que debebitur eidem Alisete in bonis paternis si contingat eam superesse patri.dico ⁊ respondeo ꝙ non:qr illi sunt constituti de bonis maternis.Quo vero ad viginti florenos quos pater de suo constituit,dico quod illi debebunt imputari in legitimam que pro tempore debebitur casu adueniente in bonis paternis.l.quoniam nouella.C.de inoffi.testamen.⁊ sic vt ex predictis colligitur,debet eadem Aliseta habere de bonis maternis florenis octoginta ⁊ tertiā partem illius partis seu portionis que ad dictum quondam Sulielmum peruenerat,insuper ⁊ quatuor aut duas saumatas terre secundū ꝙ placuerit patri,vt predixi,que omnia dixerim sub correctione ⁊c.

1 ¶ Mulier ad secundas nuptias se transferens an ⁊ quando efficiatur inhabilis ad legata eidem a marito in testamento relicta.⁊ nu.6.

Et an propterea perdat tutelam.3.

Et an post mortem secundi mariti possit ad dictam tutelam reuerti,num.4.

2 Mulier que suscepta filiarum tutela ad secunda vota conuolauit,non exactis prius de iure exigendis,qua pena puniatur.⁊ nu.5.7.⁊ seq.vsqꝫ ad finem.

8 Pupillus quibus alimentis ali debet ⁊ quis ordo veniat seruandus circa expensas in pupillari etate existentium.⁊ num.12.

9 Pacta dicuntur prodesse ipsa obseruantibus,non impugnantibus,aut ipsis contradicentibus.

10 Filij non tenentur dotare matrem.

11 Et an ⁊ in quibus casibus teneantur ipsi alimenta prestare,si ad secunda vota se transtulerit.

¶ Epitome.

¶ Tutelam,quam mater ob secundas nuptias amisit,non recuperat:quamuis iterum vidua facta sit.

¶ Quan.mulier tutel.offi.fungi poss. Consi.cclxxv.



Consultatio quam mihi exhiberi fecit honesta mulier Catherina varippe loci Bellicadri multa cōtinet quesita,quibus respondeo breuiter ⁊ succincte prout infra.
1 Et primo ad primum dico ⁊ respondeo † qd qr honesta quondam mulier Joanna gaste eiusdem Catherine mater ⁊ olim tutrix post mortem probi quondam viri Joannis Varippi ipsius Catherine quondam patris naturalis ⁊ legitimi conuolauit ad secunda vota,ipsa sibi preiudicat quoad mediam partem hereditatis ⁊ bonorum eiusdem quondam Joannis,in qua scꝫ fuerat heres per eum instituta:qr per conuolatum huiusmodi perdidit proprietatem,⁊ remansit solum vsufructuaria.l.femine.
2 cum suis similibus.C.de secundis nuptijs.† Et nihilominus qr ipsa susceperat tutelam predicte Catherine ⁊ ipsa nō deposita in manibus iudicis non etiam petito prouideri eidem Catherine de tutore ⁊ consequenter nec ratione reddita ⁊ reliquie non exsolutis secundo nupsit,ipsa incurrit penas.l.j.C.de secund.nup.per id qd habetur in authen.de nupt.§.si autem tutelam gerat.coll.quarta ⁊ transumptiue in aut.eisdem penis.C.de secū.nup.Quo vero ad confectionem inuentarij,dico ꝙ dictus Joannes Varippe pater eiusdem Catherine potuit ea a confectione illius releuare

leuare prout et fecit. l. fi. C. arbitri. tutel. et qd scribit Ang. are. §. actionū. in materia tutele. ver. octauo quid incumbat. instit. de actio. de quo Joan. and. in addi. Specu. titu. de tutore. §. generaliter. ver. hoc autē notandū. Barto. in. l. tutor qui reperto rium. in prin. post medium. ff. de administr. tuto. et in. l. nemo pōt. vbi etiam do. Jas. col. viij. vel circa. ver. quinto querit Bar. ff. de lega. primo. veruntamen q̄uis confectio huiusmodi potuerit remitti per testatorem, tenebatur nihilominus dicta Joanna recipere administrationem et gubernium bonorū per manum iudicis et promittere alia multa de quibus Bar. in. l. legitimos. ff. de legiti. tutori. et Ange. in dicto ver. octauo quid incumbit.

3 ¶ † Ad secundum dico et respondeo q dicta Joanna conuolando ad secunda vota perdidit tutelam predicte Catherine authē. vt fine prohibitio. matres debitrices. §. fi. ibi, mo et tamen vt secūdas contraxerit nuptias repente expelli a tutela. colla. vij. et trās sumptiue in aulē. sacramentum. et qd ibi doc. C. quand. muli. tute. offi. fung. po. et qd no. Bar. in. l. si quis sub cōditiōe. ff. de testamen. tutel. et Specu. tit. de tuto. §. nunc dicendum est de tutela anomala. ver. item excipitur contra matrem que ad secunda vota
4 transiuit, † et q̄uis dicta Joāna postea facta extiterit vidua p mortem secundi viri: ipsa tamen non recuperauit tutelam, quā propter secundas nuptias perdiderat, et sic conuolando ad. ij. vota non perdidit tutelam predicte Catherine quam iam perdiderat: pro eo quia priuatio presupponit habitum. l. manumissio
5 nes. ff. de iusti. et iur. et. l. decē. ff. de vbo. oblig. † Quo vero ad legata de quo est sermo in pdicto quesito et vt puto quo ad legatū Jocaliū an videlicet sibi in illo preiudicauerit ppter cōuolatū ad secūda vel. ij. vota potest esse maius dubium, pro eo quia dictus quādo Joā. testator in suo testamēto voluit et disposuit, q si ipsa Joāna conualeret ad secundas nuptias ipsa faceret per secundū maritū Jocalia huiusmodi sibi recognosci in et super bonis suis per quod vr̄ eidem Joanne licentiam concessisse secundo nubendi. quod videtur potuisse facere, dicto authē. de nup. §. disponat et quod no. Bal. in. l. filium quem. colati. secunda, ver. item ex eo q litera dicit sanxit testator. C. fami. ercisc. vbi etiam domi. Jas. col. vij. ver. ij. principaliter pōdera tex. et do. Prepo. in. c. fi. colū penulti. de secund. nupt. vbi dicit q si loquamur de penis quas mulier habens liberos ex primo matrimonio et conuolans ad secunda vota post annū luctus, incurrerit volūtas viri tacita vel expressa. ij. nubere permittentis illas excludit. vnde cum dictus testator eidē Joanne consuluerit vt predixi, q si secundo nuberet ipsa faceret per secundum virum sibi recognosci Jocalia que sibi legabat, videtur idem, Joannes eidem promisisse vt sine pena. ij. nuberet, et idem existimo de. iij. matrimonio, cum nō videatur esse maior ratio de vno q̄ de alio. et sic videt a pena perditionis Jocalium huiusmodi debuisse excusari, non sic aūt dico quo ad perditionem aliorum bonorum de quibus recognoscendis nihil dicit, et sic non videtur q propter pretensam licentiam debuerit excusari a perditione proprietatis eorundem argu. l. in agris limitatis. ff. de acqui. rer. domi. ¶ Ad tertium dico, vt supra, q cum. d. Joan. fuerit releuata per dictum quondam Joā.
6 Confectiōe inuentarij ipsa nō tenebatur illud conficere. ¶ † Ad quartum dico et respondeo quoad medietatem bonorū et hereditatis, vt predixi, scz q per conuolatum ad secunda vota ipsa perdidit proprietatem: deinde vero per mortem perdit vsumfructū §. finitur. cum suis similibus, institu. de vsufruct. Quo vero ad summā centum et vigintiquinq florenorum ab vna parte, et triginta sex florenorū ab alia quas summas dicitur dictus testator eidē Joāne recognouisse die testamenti per eū cōditi, dico et respō deo q si appareat de numeratiōe et reali traditiōe summarū huiusmodi ipsa quo ad illas nō sibi preiudicasset, scz si nō aliter appareret de dictis summis nisi per confessionem et recognitionem factas per ipsum Joannem: tunc, quia ille forte forsse viderentur fuisse facte animo donandi et signāter si facte essent de dote vel pro dote ipsius Joanne per ea que scribunt docto. in. l. si diuortio. ff. de verbo. ob. et in multis alijs locis, ipsa Jo. sibi piudicasset quoad eas per dictū matrimoniū. d. l. femine. per quam mulier habens liberos ex primo matrimonio et post annum luctus conuolās ad secunda vota perdit donata et relicta per primum virum.

Ad quintū dico et respon

deo quod dicta Joanna si viueret teneretur reddere rationem tutelaris administrationis et reliqua restituere predicte Catherine et ad hec hodie tenentur heredes eiusdē quondā Joanne non obstante remissione quam fecisse dicitur dictus quondam Joannes: quia per illam remissionem non fuit releuata nisi a scrupolosa redditione rationis in qua scilicet fit in quistio culpe leuis vel leuissime siue negligentie. sed vbi pretenderetur commisisse dolum aut culpā latā teneretur ipsa Joanna, et hodie tenētur eius heredes ratione de illis redderet restituere reliqua, per ea que scribit Ange. Aret. in dicto. §. actionum. in materia tutele. ver. vicesimo quinto quero quid importāt illa verba. institu. de actio. Bal. cōsi. xlix. exordiēte, In prima parte. Alex. de imo. cōsi. liiij. exordiente, In secundo volu. et Saly. in. l. cū necessitatem. C. de fideicommiss. et Andre. barba. consi. iiij. in. j. parte. Quo vero ad Petrum de mundo tertium virum eiusdem Joanne, non puto q ipse teneatur reddere rationem de lucro per eum facto post q̄ non supponitur fuisse tutor vel socius eiusdem Catherine, nec bona eius administrasse deberet: tamen videri et haberi respectus ad loquerium domus in qua idem Petrus apothecam exercuit.

Ad sextū dico et respōdeo

quod cum prefata quondam Joanna perdiderit illam dimidiam partem bonorum et hereditatis quam sibi reliquerat dictus quōdam Joannes eius primus maritus, de illa nihil petere possunt Joannes et Petrus: de mundo filij eiusdem quondam Joanne ex tertio viro: sed illa pertinet et spectat prefate Catherine.

8 ## Ad septimū † dico et respō

deo quod dicta Catherina debuit alimentari et nutriri sumptu suo proprius seu de bonis eius, non de bonis eius tutoris aut tutorū. l. a tutoribus. §. fina. ff. de administra. tu. et. l. ius alimentorum. §. fi. ver. sed si egeni sint. ff. vbi pupil. educa. de. et ideo si eadem Caterina fuerit alimētatu vel nutrita sumptu vl̄ de bonis dicti quōdam Petri de mundo aut dicte Joāne eiusdem Caterine quōdam matris: debet de alimentis huiusmodi satisfieri, dum tamen non fuerint excessiue prestita: quia alimēta debuerunt ministrari secundum facultates bonorum eiusdem Caterine. l. officio iudicis. et dicta. l. ius alimentorum. in princip. ff. vbi pupil. Et sic si habito respectu ad facultates eiusdem Caterine non debuerint expendi annis singulis in alimentis nisi floreni viginti et expensa pro illis facta ascendat ad triginta florenos, non deberent solui nisi viginti. Preterea debent consyderari opere predicte Caterine etiam si fuisset impubes maior tamen infante quantum scilicet valere potuerunt singulis annis, vt sic ille compensentur pro cōcurrenti quantitate: cum alimentis seu cum expensa eorundem, prout fieri debet. l. ceterum. ff. de rei vendica. et quod no. gl. in. l. fruct⁹. et. l. fi. in fi. ff. de ope. seruo. et. l. in rebus. §. possunt. ff. cōmoda. et quod scribit Fran. de are. consi. xlviij. exordiente, vtrū alimenta que petuntur ab heredi. collatio. penul. seu fin. ver. ad tertium et vltimum.

9 ## Ad octauum † dico et respō

deo quod cum dicta quondam Joanna videatur eidem quondā Petro de mundo donasse tempore matrimonij contracti per et inter eosdem de Mundo et Joannam florenos quinquaginta eo pretextu seu contemplatione, quia ipse de Mundo cōuenit et promisit apportare et ponere in et super bonis seu domo eiusdem Joanne florenos centum et sexaginta, et ipse hoc non fecerit saltem cum effectu prout fiendum erat. c. relatum. et quod ibi glos. et doc. de cleri. non residen. et de peniten. distinct. j. hec autem verba. et l. j. §. hoc autem. ff. quod quis. iur. Idē de Mundo videtur sibi et eius heredibus preiudicasse. l. cum proponas. la secunda. C. de pac. pactum enim dicitur oppositum, pro eo qui ipsū seruat et nō p eo qui cōtrauenit. dicta. l. cū pponas. l. q̄roz. §. inter locatores ff. loc. et qd not. in. l. qui fidē. ff. de trāsactio. in. l. ij. C. de iure ēpyteuti. et in. l. cum pater. §. libertis. ff. de lega. ij. et est huic simile quod nota. Innocen. in. c. mandatum. vbi etiam Joan. and. in nouel. de rescrip. scilicet quod nunq̄ videtur pro eo scriptum qui facit contra rescriptum. dicta enim Joanna consyderās quod ex portu et expeditione dictorum centum et sexaginta florenorum essent bona sua melioranda condescendit et se inclinauit ad donandum eidem Petro florenos quinquaginta. quod quia idem Petrus hoc cum effectu non fecit cum dictos florenos centum et sexaginta paulo post repetierit et eos habuerit idem Petrus sibi et dictis eius heredibus preiudicauit quo ad illos, scilicet vt per ipsū vel eos peti non possint.

10 ## Ad nonum † dico et respon

deo quod nec filius nec filia tenetur dotare matrem. l. tutor secundum dignitatem. §. fina. ff. de administra. tuto. et. l. si vinee. et qd ibi Guliel. de cug. Bald. et Ange. C. de prescripti. long. tempo. et probatur in. l. prima. §. propterea. et quod ibi Baldus. ff. de tutel. et ratio. distrahē. quem tex. ad hoc allegat Gulielmus de cugneo in. l. j. C. de inofficio. doti. vbi etiam in fi. hoc voluit Bal. et idem voluit Bal. in. l. si a matre. per illum text. C. de iur. dot. et in rubrica ffoium, columna penul. versi. sed filius tamen non tenetur. et doc. in. l. j. vbi etiam Alexan. de imo. columna. x. in principio.
11 ff. solu. matrimo. † Nec tenebatur dicta Catherina alimentare aut nutrire dictam Joannam eius quondam matrem, cum illa

esset in seruicio viri: ⁊ propterea debebat ab eo ali ⁊ nutriri. l. si cū dotem. §. si autem in seuissimo. ⁊ quod ibi docto. ff. solu. matri. ⁊ quod not. Bart. in suo tracta. de alimen. ⁊ Specula. titu. qui filii sint legiti. §. j. versic. sed nunc de vxore alimentanda. Alexan. de imol. ⁊ alii in. l. quod in vxorem. C. de nego. gestis. ⁊ hoc puto verum, nisi tam dictus de Mundo, quā dicta Joanna fuissent adeo pauperes, quod nec dicta Joanna potuisset alimentari per dictū de Mundo, nec de bonis suppsius Joanne: quia tunc debuisset filia si erat diues nutrire matrē suam: q: eo casu teneretur etiam nutrire fratrem ⁊ sororem, ⁊ mater filium ⁊ filiam: quo vero ad infirmitates ⁊ negotia dicti de Mundo eiusdē Catherine victrici respondeo quod ipsa non tenebatur supportare onera vel expensas ipsius de Mundo. hoc certum.

12 Ad decimū dico † ⁊ respon

deo, ꝙ bona mobilia pupillorū que vsu consumuntur debent per tutores vendi, ⁊ pecunia seu pretium illorum conuerti in acquisitionem prediorum seu bonorum immobilium. l. lex que tutores. C. de administra. tuto. Verum post matrimonium contractum per dictam quondam Joannam cum prefato de Mundo ipsa vt predixi, non remansit tutrix: nescio tamen si idem de Mundo dicte Caterine vitricus fuerit eidem decretus tutor quod fieri potuit per id quod scribit Baldus in authentica, iisdem penis. columna secunda vel tertia. ver. sed pone quod ista mater vult excludere legitimum. C. de secundis nuptiis. ⁊ Salyce. in authentica, sacramentum. columna secunda, vbi etiam per alios. C. quando mul. tutel. officio fung. po. Sed quicquid sit existimo quod dicta bona mobilia debeant secundum estimationē temporis quo tradita sunt per inuentarium restitui, per id quod notat Baldus in l. hac edictali. §. his illud. columna secunda. C. de secun. nuptiis. ⁊ Alexander de imola. consilio. v. exordiente habita super narratis in themate. columna tertia, versicu. posito ergo. in tertio volumine, vbi voluit quod vsufructuarius cui traduntur bona mobilia que vsu consumuntur debeat illa restituere secundum estimationem que fit tempore quo traduntur. ⁊ si hoc fiat in vsufructuario habente ius in rebus ipsis: multofortius aut saltem non minus videtur fieri debere in casu nostro in quo dicta Joanna non habebat vsumfructum, nisi pro dimidia parte bonorū dicti quondam Joannis Varippi.

Ad vndecimum dico ⁊ re

spōdeo quod cū Joāni de Mundo in dicto quesito mentionato superfuerit Petrus de Mundo suus frater vtrinq; coniunctus ille exclusit prefatam Caterinam vterinam tantum ⁊ idem dico de dicto Petro patre ⁊ sic in bonis eiusdem qnondam Joannis si aliqua habuerit non successit pro aliqua parte eadem Catherina, sed solum dictus Petrus frater ⁊ pater eiusdem si viuat. authentica, defuncto. ⁊ in corpore vnde sumit. C. ad Tertul.

Ad duodecimū ⁊ vltimū

dico ⁊ respondeo quod cum dictus Petrus de Mundo sit in possessione dicte domus inibi mentionate, non debet eadem Caterina sua authoritate illam ingredi aut eum expellere propter periculum iuris. l. meminerint. C. vnde vi. ⁊ l. extat. ff. quod met. cau. iste etiam Petrus haberet remedia possessoria ⁊ quidem remedium interdicti vti possidetis si in possessione turbaretur, ⁊ si spoliaretur haberet remedium possessionis reintegrande. l. si quis in totam. C. vnde vi. ⁊ l. si quis ad se fundum. C. ad legem iul. de vi. fit igitur melius ⁊ consultius ꝙ ipsa Caterina petat domum huiusmodi sibi restitui: ⁊ consulo ꝙ collectis, hoc est visis iuribus eiusdem Caterine porrigatur supplicatio eminenti regio consilio pro obtinenda prouisione per quam prouidebitur ⁊ committetur ꝙ in casu procedatur summarie, sine strepitu ⁊ sola facti ⁊c. que poterunt multum prodesse.

1 Instrumenta per alium notarium quam per eum qui primas notas seu protocollum scripsit confecta an ⁊ quando valeat.
2 Bona immobilia minorum an possint sine iudicis decreto ⁊ aliis solennitatibus alienari.
3 Dictio circa, quid importet.
4 Instrumentum ꝙ ex aliquo sui defectu fidem non facit: probat tamen contra eum qui ipsum producit.
5 Dominium alicuius rei vt in alium transferatur que ⁊ quot requirantur.
6 In contract. empt. ⁊ venditionis ad translationem dominii, requiritur quod pretium sit solutum.
7 Si dominium pretii soluti non transfertur in venditorem, similiter nec dominium rei vendite ⁊ tradite transfertur in emptorem.

Epitome.

Instrumentum non signatum a notario qui illud sumpsit vel ab habente signandi commissionem, fidem non facit, nisi contra producentem. V. F.

De fide instru. Consi. cclxxvj.



Pro demonstratione iuris ⁊ intentionis nobilis Michaele caballole als de sancto Valerio in causa quam dudum mouit contra bo. memo. reuerendum in christo patrem dominum Bonifacium perusii Cascurreñ. episcopum ac nobiles ⁊ honorabiles viros Julianum ⁊ Ludouicum Perusii ⁊ fratres ⁊ vt appareat vobis nobilibus ⁊ egregiis viris dominis Antonio de ferrechano ⁊ Raymundo audrici arbitris arbitratoribus ⁊ amicabilibus compositoribus parte dictorum nobilium Juliani ⁊ Michaele intentionem eiusdem nobilis Juliani de qua in quibusdam eius pretensis exceptionibus de iure non procedere ⁊ ipsum non iuuare inducuntur media
1 ⁊ fundamēta subscripta. † Et prīo quidē qđ tria pretēsa publica instrumenta in dicta causa parte dicti nobilis Juliani producta vnum scilicet pretense procurationis facte vt contenditur per nobilem quondam virum Balthasarem gerenter, ⁊ ipsam nobilem Michaelem. Aliud vero cuiusdam pretense venditionis olim facte vt pretenditur per quendam Joannem Francisci de pretenso dominio directo ⁊ annuo censu duodecim solidorum. Et aliud cuiusdam pretense permutationis facte vt contenditur per ⁊ inter venerabilem quondam virum dominū Ludouicum gerente precentorem ecclesie maioris ciuitatis Auenioneñ. ex vna parte, ⁊ nobiles Helenam relictam nobilis Francisci perusii ⁊ Robertū perusii suis ⁊ fratrum eiusdem Roberti nominibus ex alia, non probant ea de quibus in eis: vtpote que nō fuerunt confecta nec confecta pretenduntur per notarios publicos, eos scilicet qui primas notas seu protocola recepisse pretenduntur. Unde cum de facultate vel commissione facta dictis pretensis notariis nō appareat, illa non faciunt fidem. c. cum P. tabellio. ⁊ qđ ibi per scribentes. de fide instrumentorum. ⁊ qđ plene scribit Alexander de imol. in. l. quedam. §. nihil interest. colum. iii. versi. item facit iste text. ⁊ columna sequenti. ff. de edendo. nec est credendum dictis notariis asserentibus degrossationem seu facultatem degrossandi notas sumptas per eos de quibus in suis assertionib⁹ esse sibi commissam seu concessam. per id quod notat Hostiensis, Joannes Andreas ⁊ doctores communiter in capit. quoniam contra falsam. de probationibus.

2 † Secundo facit pro eadē

nobili Michaela ⁊ contra dictum nobilem Julianum quod bona immobilia minorum non possunt alienari sine decreto iudicis ⁊ aliis solennitatibus de iure requisitis. pro quo remisisse sufficiat ad id qđ habetur in. l. non solum. ⁊ in multis aliis iuribus. C. de pred. mino. ⁊. ff. de rebus eorum qui sub tutela vel cura. ⁊ idem dicendum est de iuribus ac annuis ⁊ perpetuis censibus: quia illa equiparantur bonis immobilibus, clementi. exiui de paradiso. §. cunq; annus redditus. de verb. signifi. ⁊ qđ not. gl. in. l. iubemus. circa princip. C. de sacrosanc. eccle, glos. in. c. ii. Super verbo iura. ⁊ qđ ibi Philipp. de franc. ⁊ docto. de rebus eccle. non alienan. in vj. Fede. de senis. consi. xiiii. exordiente, fratres predicatores. circa medium. Unde cum tempore dicte pretense permutationis dicta nobilis Michaela esset minor vigintiquinq; annis, ⁊ in dicta pretensa permutatione non interuenerit iudicis autoritas, nec alia de iure requisita, illa non valuit. Et si opponatur ꝙ tempore constitutionis ⁊ deputationis procuratorum facte per dictos nobiles Balthasarem ⁊ Michaelem eadem Michaela iurauerit de attendendo obseruando ⁊c. aut de nō contrauenien do ⁊c. ⁊ qđ propterea valuerit, authentica, sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. Dico ⁊ respondeo qđ huiuscemodi iuramentū vtpote vt pretenditur prestitum per ipsam Michaelam non solum minorem vigintiquinq; annis, sed minorē duodecim annis ipsam non obligauit nec astrinxit ad nō contrauueniendum dicte pretense procuratorū constitutioni seu deputationi, etiam si tempore constitutionis huiusmodi fuisset proxima pubertati. ⁊ hec fuit opinio glos. in dicta authenti. sacramenta puberum. in princip. C. si aduersus venditorem. ⁊ idem voluit in corpore vnde sumit. ⁊ hanc opinionem firmant Petrus Cinus ⁊ Jacobus butrigarius in dicta authen. sacramenta puberum. moti per text. in verbo, puberum. per qđ denotatur secus esse in impubere multos alios ⁊ multa fundamenta commemorat pro hac parte do. Jas. in dicta authen. sacramenta puberum. col. iiii. ⁊ seque. Quod autem eadem nobilis Michaela fuerit tempore dicte pretense procuratorum constitutionis minor duodecim annis probatur, vel ex eo q: non apparet de contrario, de quo tamen apparere deberet

ter vt pote de eo quod est fundamentũ intentionis dicti nobilis Juliani. est ergo per eum probandum, qꝛ fundamentum intentionis alicuius probandum est per ipsum, siue illud sit factum affirmatiuum, siue negatiuum. l. actor. C. de proba. l. qui dicit. ⁊ l. in exceptionibus. ff. eod. tit. l. si quis. C. de fabricen. lib. xj. ⁊ quod scribit Inno. in c. super his. de accusa. Barto. Joannes de imo. Alexan. de imo. ⁊ doctores in. l. in illa. ⁊ l. hoc iure. ff. de verbo. obliga. Nec obstat quod in dicto pretenso instrumento constitutionis seu deputationis procuratorum dicitur quod dicta Mi-
3 chaela etatis sit vt dicit duodecim annorum. † Quoniam respondeo quod inibi statim subijcitur vel circa quo fit vt non fixe dixerit se etatis duodecim annorũ: sed alternatiue locuta est que alternatio rem dubiam constituit seu signat. l. veteribus. ff. de pac. ⁊ l. pretor edixit. §. Ꝙ autẽ pretor. Super verbo, sub alternatione ff. de iniur. quod etiam voluit Ang. loquens in dictione, circa, cõsi. xc. exordiente, cum lis ⁊ questio. colũ. vi. versi. ⁊ hoc designant dictio illa, vel circa ⁊c. ⁊ consi. cxxiij. exordiẽte, testes in dicta causa examinati. ⁊ Fran. de are. in. l. qui rome. §. duo fratres. colum. xvij. versi. scias etiam quod Ang. ff. de verbo. oblig. pro quo allegat. l. Celsus. ff. de vsucap. ⁊ l. ab hostibus. §. sed qd simpliciter. ff. ex quibus cau. maio. Et si dicatur quod verbum, vel circa. ita potest referri ad tempus excedens etatem duodecim annorum sicut ad minus tempus. Dico ⁊ respondeo quod imo illa verba vel circa, in casu nostro potius videntur innuere predictam Michaelam fuisse minorem duodecim annis. ꝙ maiorem. ⁊ videtur quod dictio, vel circa, posita extiterit pro dictione fere.

¶ Preterea in dubio facienda est interpretatio contra eum qui se fundat ex verbis contractus. d. l. veteribus. ff. de pac. l. stipulatio ista habere licere. §. in stipulationibus. ff. de verbo. obliga. ⁊ in regula, contra eũ. de regulis iur. in. vi. quod etiam voluit Alexãder de imo. in. l. si pascenda. C. de pact. ⁊ consi. lxi. exordiente, sup eo de quo queritur. col. ij. in. j. volu. ⁊ alij in alijs locis. Si igitur propter predicta verba duodecim annorum vel circa dictus nobilis Julianus pretendat eãdem nobilem Michaelam fuisse maiorem duodecim annis: huius dicti probatio sibi incumbit, pro eo quia vt predixi interpretatio est contra eum facienda. Et si dicatur quod licet gl. superius allegate ⁊ multi post eas tenuerunt, quod dicta authen. sacramenta puberuz. non liget impuberes etiam pubertati proximos: multi tamen tenuerunt contrarium, vt etiam refert. d. Jas. vbi supra. Dico ⁊ fateor hoc esse verũ: sed communis opinio legistarũ tenet id quod primo dixi. Et cum due glo. ordinarie illam oppositionem teneant, vt dixi, huic opinioni videtur inherendum per id quod eleganter scripsit do. Fely. in c. j. col. penul. versi. ij. limita. nisi contra communem opinionem sit autoritas glo. de constitu. vbi commemorat doctrinã Jac. but. in. l. vnica. C. qui pro sua iurisdictio. iudic. da. da. ve pos. pro quo videri potest Andr. barba. consi. ix. colum. ix. in. ij. parte ⁊ consi. x. colum. xxvij. in prima parte. ⁊ Anto. cors. in suis singularibus in verbo, legitima. colum. iiij. ⁊ Fran. de cur. cõsi. xlij. col. vi. versi. sed premissis. Et huic opinioni videtur potius in hoc casu esse adherẽdum quam contraire, etiam pro eo quia dominiuz ⁊ census de quibus in hoc casu erant dotales, ⁊ propterea erat eorum alienatio prohibita. l. vnica. §. ⁊ cum lex. C. de rei vxo. actio. ⁊. ff. de fund. do. in multis legibus. Item ⁊ quia eadez Michaela videtur fuisse circumuenta ⁊ decepta sub verborum inuolucro ⁊ que non intellexit: si tamen ⁊ quatenus appareat eam constituisse procuratores, inter multas enĩ ⁊ varias facultates datas dictis procuratoribus, vni scilicet religioso ⁊ vt opinor in talibus parum experto ⁊ incapaci, ⁊ cuidam Joanni oliueti cursori, reperitur scriptum ꝙ dicti nobiles Balthasar ⁊ Michaela etiam concesserint facultatem in totum vel in parte diminuẽdi census ⁊ redditus fundoruz ⁊ possessionum eorundem nobilium ac etiam permutandi ⁊ alias ⁊c. vbi si placet attendant prefati domi. arbitri ⁊ considerent an ex magna discretione dictorum Balthasaris ⁊ Michaele processerit, quod illis pretensis procuratoribus dederint facultatem in totum diminuendi redditus ⁊ census fundorum ⁊ possessionum eorundem. Et quemadmodum decepti vt verisimiliter credendum est premissa fecerunt: ita ⁊ decepti sub verborum inuolucro censentur eos constituisse procuratores ad permutandũ. Ad quod si sapientes, prudẽtes, aut discreti extitissent non erat opus deputare procuratores: vnum scilicet religiosum, ⁊ vnum cursorem, cum essent Auenione residentes, ⁊ hoc facere potuissent si lapuissent ⁊ eis expedisset.

Tertio facit pro eadez no-

4 bili † Michaela, qꝛ dictus do. Ludouicus gerente qui vt ex aduerso pretenditur dictam permutationem fecit: illaz fecit nõ quidem nomine eiusdem Michaele, sed vt frater ⁊ procurator dicti quondam Balthasaris, prout legitur in instrumento dicte pretẽse permutationis parte dicte nobilis Juliani in causa producto quod etiã si alias fidem nõ faciat prout nec facit cõtra ipsam nobilem Michaelam: probat tamen contra eundem nobilem Julianum per quem fuit productum per id quod habetur in. l. in fraudem. §. neque. ff. de iur. fisc. ⁊ quod not. doc. in authen. si quis. C. de eden. Anto. de butr. in. c. j. de fi. instru. ⁊ Ange. in authentico vt sponsal. largi. §. ⁊ hoc insuper. collatio. ix. qui dicunt ⁊ scribũt qd licet exemplum instrumenti regulariter non probet: hoc tamen fallit quo ad eum qui illud producit, quia contra eum probat.

Quarto p eadẽ nobili Mi-

5 chaela facit † qꝛ cum dicta pretensa permutatio nullo vnquã tempore adimpleta extiterit parte dictorum reuerendi patris domi. Bonifacij perusij nec dictorum nobilium eius fratrum, dominium directum spectans ⁊ pertinens prefate Michaele ⁊ census nunꝙ transiuerũt in ipsos do. ⁊ nobiles Perusios pro eo qꝛ quẽadmodum in dubio non transfertur dominium rei vendite in emptorez, nisi fide pretium solutum vel fides habita de pretio. §. vendite. cum suis simi. Institu. de rerum diuisione. ita nec transfertur in permutatione ⁊ alijs contractibus reciprocis, vt scribit Barto. in. l. si seruus. §. locaui. ff. de furt. ⁊ voluit gloss. in. l. cum proponas. in verbo remansit. C. de dol. pro quo est bonus text. in lege. j. ibi, in permutatione autem vtrunꝙ rem fieri oportet. ff. de re. permu. quod etiam voluit in terminis Alexander de imo. in. l. traditionibus. col. j. versic. in eadem. ibi, de pretio ⁊c. C. de
6 pact. † vbi dicit quod sicut in contractu venditionis requiritur ad trãslationem dominij quod pretiuz sit solutum vel fides habita de pretio, dicto. §. vendite. ⁊ l. quod vendidi. ff. de contrahenda emptio. ⁊ vend. ita dicendum est in alijs contractibus tam nominatis ꝙ innominatis. fꝫ opinionẽ magis cõez. ⁊ idem volunt Mod. in. d. l. traditionibus. Et colligit ex glo. Alexan. de imo. in. l. cum fundus. §. seruum tuum imprudens. col. v. versi. in gl.
7 in verbo, emptori. ff. si certũ petatur. † quod si dominium pretij soluti non transferatur in vẽditorem similiter nec dominium rei vendite ⁊ tradite transfertur in emptorẽ. vnde cum in dicta pretensa permutatione dictum extiterit quod dicta domina Helena relicta nobilis quondam viri Francisci perusij. ⁊ nobilis Robertus perusij tam suis ⁊ eorum proprijs ⁊ priuatis nominibus ꝙ vt procuratores, curatores ⁊ administratores nobiliuz fratrũ eiusdem Roberti dederunt, cesserunt, ⁊ remiserunt dicte nobili Michaele duodecim solidos turoneñ. censuales cum eorum directo dominio ⁊ maiori seignoria: per que verba non solum non probatur translatio dicti pretensi dominij directi domus inibi mentionate: sed nec traditio possessionis eiusdem, per id quod not. Ange. are. in. §. actionum. versic. aduertas tamen quod per ista verba vẽdidit ⁊c. instit. de actio. ⁊ alij in alijs locis. tenebãtur dicti de Perusijs non solum ad traditionem dicte domus iure dominij directi: sed etiam ad dandum ipsum dominium directum: seu ad faciendum eandem nobilem Michaelaz veram dominam directam dicte domus: per id quod voluit Bar. in. d. l. j. col. j. ver. itẽ quero vtrũ hoc sit verũ indistincte. ff. de re. permuta. vbi post Pedium iurisconsultum sentit quod isto casu ille qui rẽ alterius dominij tradit, non implet contractum. Et sic cum dominium directum dicte domus spectaret vt audio non dictis nobilibus Perusij, sed nobilibus de Falletis: prefati nobiles de Perusijs non impleuerunt contractum, ⁊ sic nec censetur dominium directum quod antea spectabat ⁊ pertinebat dicte nobili Michaele fuisse in eodem nobilis de perusijs translatum: quia in talibus tradens hoc facere censetur conditionaliter, si videlicet pars aduersa contractum adimpleat per ea que predixi, nec releuat dictum nobilem Julianum quod ipse vel pro eo spectabilis vir dominus Gabriel fogassie instrumentum pretense acquisitionis dominij directi ⁊ census quindecim solidorum superius mentionatum eidez nobili Michaele obtulerit: qꝛ nõ est facta permutatio de dominio directo ⁊ censu dicte nobilis Michaele cum instrumento oblato vel pro ipso instrumento. Sed cũ vel pro dominio directo domus in predicto instrumento mentionate ⁊ censu duodecim solidorum, que nec data extiterunt, nec dari potuerunt. ⁊ presertim ipsum dominium directum eum non pertineret eisdem nobilibus de Perusijs: ergo ⁊c. qꝛ nemo ius quod non habet, vel plus iuris quam habeat ⁊c. l. traditio. ff. de acquir. rer. domi. c. gratia. j. q. j. c. Daybertum. j. q. vij. ⁊ c. nuper de donatio inter vir. ⁊ vxor. Ex quibus infertur dominium domus de qua in libello parte eiusdez nobilis Michaele in causa oblato mentionate, remansisse apud dictam Michaelam: ⁊ sic translatum non extisse in dictos nobiles Perusios postquam vt predixi contractus dicte pretense permutationis non fuit parte dictorum nobilium de Perusijs adimpletus. que omnia vos prefati egregij dñi arbitri, arbitratores ⁊c. opportune aduertatis. Que oia dixerim sub correctiõe cuiuslibet dñi melius sentientis.

1 ¶ Nepos legitimus et naturalis ex spurio procreatus an et quando possit succedere in bonis et hereditate sui aui, 10. et per locum. Et an et quando obstare possint ad dictam hereditatem venientes ab intestato, num. 9. et 13.
2 Filij ex clericis in sacris existentibus procreati, an dicantur et dici debeant incestuosi, vel spurij, an adulterini, et 3.
4 Incestus crimen est fornicatione ac adulterio grauius.
5 Comes palatinus an et quando possit legitimare in terris ecclesie: etiam quoad bona extra dictas terras existentia. 8. 11. et 12.
6 Papa an possit etiam quoad temporalia legitimare illegitimos in terris imperij et aliorum principum secularium.
7 Legatus de latere existens extra limites sue legationis, an possit conferre beneficia infra limites illius vacantia.
10 Heredem an possit quis instituere personam turpem fratre consanguineo preterito.
13 Clausula, s. absque preiudicio illorum qui ad successiones etc. posita in literis pape vel legati pro habilitatione legitimandorum ad quos extendatur, et 15.
14 Et an et quando legitimatus cum clausula suprascripta possit ex testamento paterno capere paternam hereditatem.
16 Corrigens dicta sua et in melius reformans sapienter et laudabiliter facere dicitur.

¶ Epitome.

¶ Auus habens spurium, et ex eo nepotem naturalem et legitimum, potest ipsum nepotem heredem vniuersalem instituere.
V. 5.

¶ De naturalib. libe. Consi. cclxxvij.



Ex his que parte Antonij achardi per do. primo scribentes iam scripta et consulta extiterunt apparet istam esse communem opinionem,
1 † quod auus habens spurium et ex eo nepotem naturalem a legitimum, potest ipsum nepotem heredem vniuersalem instituere: vel alias sibi relinquere. Propter quod potuit venerabilis quondam vir domi. Joannes achardi habens ex Joanne achardi eius quondam filio spurio Antonium eiusdem Joannis olim spurij filium naturalem et legitimum ipsum Antonium vniuersalem heredem sibi instituere. Cui non obstat quod dictus Joannes pretendatur fuisse filius incestuosus et quod propterea non potuerit dictus Antonius eius filius heres institui, per id quod scribit Bald. in. l. si quis incesti. per illum tex. C. de incest. nupt. quod dictum commemorat Alex. de imo. in. l. Gallus, §. quid si is, colum. iiij. versic. secundo limita. ff. de libe. et posthu.
2 † Quoniam respondeo quod licet glos. in. l. ij. C. de episco. et cleri. quam ibi videtur sequi Bal. et Paul. de cast. videantur dicere quod filij procreati ex clericis in sacris existentibus sunt incestuosi. Petrus tamen de bella pertica in. d. l. ij. per Cynum relatus et Cin. ipse et Salic. tenuerunt ibi contrarium scilicet quod talis filius non sit incestuosus, sed spurius, et idem tenuit Bal. in dicta. l. si quis incesti. versi. quero nunquid hec. l. vbi querit an illa. l. si quis incesti. locum habeat in filio clerici constituti in sacris. Et deinde relata opinione glos. in d. l. ij. vltimo refert Cin. dicentem quod non sint incestuosi sed spurij: et subiungit quod cum illa l. non loquatur de incestuosis et sic penalis illa non debet extendi per que apertissime patet Bal. ibi tenuisse contrarium. Tum quia ipse vltimo loco recitauit opinionem Cin. ergo etc. per id quod not. glos. in. l. qui filium. ij. Sabinus. ff. ad trebellianum. et quod not. Bald. ipse in. l. si idem cum eodem. §. si. vbi etiam Angel. et doct. ff. de iurisdi. omnium iudic. Bal. in auth. ex testamento. C. de coll. Andr. Barba. consi. lxvij. exordien. clementissimi dei patris dum etc. circa hesitationem istam. col. iij. vel. iiij. versic. et si quispiam dixerit: in secunda parte, et alij in alijs locis. Tum et pro eo quia idem Bal. relata opinione. Cinus subiungit vt predixi hec verba. Et ideo cum hec. l. no loquatur nisi de incestuosis et sic vt penalis non debet extendi. per que clarissime apparet eum adhesisse opinioni Cin. non opinioni glos. et idem voluit Bald. in. c. in presentia. colum. antepenultima vel circa. versic. quedam. glo. dicit de probationibus vbi formaliter ita inquit quedam gloss. dicit, quod filij nati ex sacratis sunt incestuosi, tamen hoc non est verum quia non interuenit contumelia sanguinis. l. si adulterium cum incestu. ff. de adulte. Et idem voluit Anto. corse. in suis singularib. in verbo, fornicatio. circa si. vbi dicit glos. d. l. ij. C. de episco. et cle. communiter ibi damnari per Cin. et Bar. et per Bal. in d. l. si quis incesti. et quod filij procreati ex clericis in sacris existentibus non sint incestuosi videtur voluisse gl. in. c. per venerabilem.
3 † Super verbo adulterinis, qui filij sint legiti. vbi glos. dicit eos esse adulterinos. et idem ibi Panor. pro eo quia clericus qui contraxit matrimonium spirituale cum ecclesia per susceptionem sacri ordinis et ideo videtur committere adulterium spirituale, cum peccat per lapsum carnis: prout videtur sentire Paul. de leaza. in clemen. j. de offic. ordina. et sanctus Thomas in. ij. ij. q. cliiij. artic. primo in responsione ad tertium argumentum. Et siue dicamus clericum in sacris existentem committere simplicem fornicationem siue adulterium hoc sufficit mihi ad hoc quod dixi, scilicet quod non dicatur committere incestum, nisi hoc fieret cum consanguinea vel alia affinitate coniuncta: quia certum est crimen incestus esse grauius non solum simplici fornicatione: sed etiam adulterio. vt scribunt doctores in. c. at si clerici. de iudi. et est text. beati Augustini in. c. adulterij malum. xxxij. q. vij. vbi dicit text. adulterij malum vincit fornicationem
4 † vincitur autem ab incestu. Non igitur obstat prefato Antonio. d. l. si quis incesti. C. de secun. nupt. que vt scribit Bal. cum sit penalis et per consequens odiosa non est extendenda, l. cum quidam. ff. de libe. et posthu. et in regula. in penis. de regul. iuris. in vj. idem etiam voluit Joannes de imol. in. c. vt clericorum, colum. ij. versic. aduerte tamen. de vita et honestate clericorum. vbi recitata. dicta glos. l. ij. dicit quod illa non tenetur per Cin. et Butr. et quod non reperitur iure cautum, et ideo videtur secundum eum quod coitus clerici in sacris existentis sit fornicatio simplex dummodo alias non committatur incestus per adulterium, et subiungit quod filij nati ex concubina sacerdotis spurij appellantur. Preterea si existens in sacris coeundo semper committeret incestum: talis nunquam diceretur committere simplicem fornicationem: cuius tamen contrarium presupponunt due glos. vna scilicet in. c. Maximilianus. super verbo, remoueantur. dist. lxxx. et alia in. c. lator presentium. in princip. ij. q. vij. quas gloss. pro singularibus allegat Joannes de imol. vbi supra. et que voluerunt etiam existentes in sacris hodie non deponi propter simplicem fornicationem, quam profecto nunquam committerent si semper committerent incestum. Preterea dicta glo. l. ij. nihil allegat, et ideo non videtur multum ponderanda, nec esse de ea curandum. Et contrarium videtur sensisse Bartolus in. l. fin. in princip. ff. de his quibus vt indignis.

5 Ceterum ex actis eiusdem cause apparuit sufficienter et apparet quod diu ante testamentum dicti quondam domini Joannis achardi fuerat prefatus Joannes legitimatus per quondam spectabilem virum dominum Joannem macheroni iurium professorem comitem palatinum et hoc per publicum instrumentum in causa productum: de cuius etiam potestate insuper et de facultate reuerendissimi domi. tunc apostolice sedis de latere legati in regno francie et vniuersis gallijs ac prouincia prouincie, ciuitate Auenionen. et comitatu venaycini. et hoc per duo transumpta solenniter facta etiam in dicta causa producta et quorum fides indubia venit adhibenda. per ea que habentur et scribuntur in. c. fin. de fide instru. Et quamuis multe sint opiniones an comes palatinus possit legitimare etiam quoad bona existentia extra terras ecclesie, vt pote in imperio vel alibi quarum tres recitantur per glos. in. c. per venerabilem. qui filij sint legitimi. vbi Domi. ponit quartam opinionem, quintam vero posuit ibi Joan. andre. quas omnes succincte ibi recitat Panormi. Multas etiam commemorat Ange. in suo eleganti consi. cccij. exordiente, pro decisione primi puncti si quis inciperet etc. Multos sermones et quidem eleganter de hoc facit et scribit do. Prepos. in. d. c. per venerabilem. §. quod autem. Quo fit vt negari non possit quin iste articulus sit difficilis, quia vt dicit philosophus vbi sapientes discordant difficile est veritatem inuenire.
6 † Quamuis vnicuique sint varie opiniones: tamen sub correctione cuiuslibet melius sentientis existimo quod papa possit etiam quoad temporalia legitimare illegitimos in terris imperij et in terris aliorum principum. pro quo ex scriptis plurium doctorum domini Prepos. in dicto. c. per venerabilem. §. quod autem. char. xiiij. col. j. vers. in hoc articulo. an papa possit vbilibet legitimare et quoad omnia etc. collegit quindecim fundamenta que quia apertissima est mihi sermones transcribere non expedit. Et licet postea pro parte contraria inducat quinque fundamenta et quedam alia, tandem tamen post multa videtur sequi primam partem hoc est partem affirmatiuam. et hec fuit opinio Host. in. d. c. per venerabilem. et idem voluit Jac. de bello. in quadam sua disputatione quam ipse posuit in authentico. qui. mod. nat. eff. sui. §. generaliter. coll. vij. hanc opinionem etiam sequutus est Sali. in quadam sua disputatione que incipit Mediolanen. quidam. in. ij. et iij. dubio. et Jo. calde. et filius eius etiam hanc partem sequuntur. et dicit Feli. quod hec fuit opinio Azo. Et quicquid sit de hac opinione loquendo generaliter scilicet quod Papa possit passim et indistincte vbique illegitimos legitimare etiam quoad temporalia: illa saltem procedit quando fit ad postulationem vel de consensu patris illius qui est legitimandus; quia isto casu legitimatio est voluntarie iurisdictionis et in illis que sunt voluntarie iurisdictionis non consyderatur terri-

torium.l.ij.ff.de off. proconsul. ⁊ lega.l. emancipari. in princi. ⁊
§.i.ff.de adoptio.⁊ quod no.in.l.j.ff.de tuto. ⁊ curato.da.ab his.
7 †facit etiam quod not.glos.Inno.hosti. ⁊ alij in.c.nouit.de offi.
lega.vbi voluit quod legatus de latere existēs extra limites sue
legationis possit conferre beneficia vacantia infra limites illius
⁊ idem dicit Baldus in.d.l.ij.ff.de off.proconsul.⁊ post euz cano
niste in.c.fin.de offi.vica.in.vj.qui loquentes de episcopo existē-
te extra diocesim dicunt eum posse conferre beneficia vacantia in
dioceſi.⁊ idem voluit Ange.in dicto consi.ccciij, colū.ij. etiam in
his que sunt volūtarie iurisditionis potest fieri prorogatio de lo-
co ad locum dicta.l. ij.⁊.l. emamcipari.⁊.l. quero.ff.de solutio.⁊
ita videtur quod legitimandus possit quo ad legitimationez de
eo fiendam prorogare iurisditionem pontificis,⁊ illi se submitte-
8 re patre hoc postulante vel legitimationi cōsentiente. † ⁊ hoc vi
detur fuisse de mente Bald.super rubrica prime constitutio. C.
colum.penul.versi. iuxta hoc quero, qui tamen loquitur de legi-
timatione facta per comitem cesarea autoritate deputatum. an
scilicet ille possit legitimare in terris ecclesie,vbi relata opinione
Jac.butr. ⁊ disputatione Jaco.de bellouis.dicit posse in hoc di-
stingui quod aut legitimatio fit ad postulationem patris:⁊ tūc
valet quia neminem ledit. ⁊ est voluntarie iurisditionis ⁊ reddi-
tur inter principales personas consentiētes allegat.l.j.C. de emā
ci.libero.aut fit post mortez ⁊c. quod non prosequor. ⁊ idem volu
it Ang.in.dicto,cōsi.ccciij.super.iij.quesito.idem scribit Pau.
de castro.consi.ccxxij. exordiente,visa quadam dispensatione ⁊c.
Nico.de vbal.in suo tracta. de successio ab intestato ,in.ij. princi
pali articulo legitimationis.ver.circa secundum articulum bre
uissime loquendo, an papa possit ⁊c.⁊ domi.Prepo. in dicto .c.
per venerabilem.§. quod autem.charta.xvj. col. iij.ver, ex pre-
dictis ergo concludo.⁊c.ibi,⁊ aut fit ad voluntatem patris ⁊c.nō
9 †enim est in isto casu qui de legitimatione conqueri possit ⁊ qui
dem non pater qui illam fieri petijt vel illi consensit: quia scienti
⁊ consentiēti non fit iniuria neq; dolus,regula scienti,⁊ quod ibi
gl.Dy.⁊ Philip.de fran.de regu.iur.in.vj.⁊ regula.nemo vide-
tur fraudare.ff.eo.tit.non eam proximiores ab intestato vel illi
qui alias erant patri huius legitimati abintestato successuri ⁊
qui forte hereditatem illius sperabant. quia pater ad huc viuēs
poterat de bonis suis ad suum libitum disponere ⁊ in mare proij-
cere,vt not.glo.in.l.j.questio.vj.C. de inoff.donario.⁊ in.l. Me-
10 uius.ff.de conditio.⁊ demonstratio.†poterat insuper alios etiaz
prorsus extraneos hoc est in nullo sibi attinentes sibi heredes in
stituere solis enim liberis legitimis aut illis deficientibus pa-
rentibus seu ascendentibus cogitur quis regulariter de bonis
suis legitimam vel aliquid relinquere, non autem alijs, nisi esset
frater consanguineus ⁊ vellet frater illius turpem personam he-
redem instituere fratre preterito:⁊ quia nec liberi, nec parentes
erant futuri superstites dicto quondam domi. Joanni, poterat
ipse pro nutu,⁊ libito voluntatis de bonis suis disponere, nisi vt
predixi voluisset instituere turpem personam: ⁊ sic poterat proui-
dere quod bona eius non peruenirent ad proximiores abintesta-
to.⁊ ita respondet Bal.in dicta rubrica prime constitutionis co-
lumna penultima. loquens de pretenso preiudicio venientiuz ab
intestato:pro quo allegat no.in.d.l.j.questione.vj.C.de inoffi.do
natio.⁊ dictam.l.Meuius,eodem modo etiam respondet Ang.
in dicto consi.in.iij. quesito. collū.ij. qui pro hoc allegat.l. si fun
dum per fideicommissum.ff.de lega.j.⁊ id quod nota. Barto.in
dicta.l.gallus.§.⁊ quid si tantū.ff.de libe. ⁊ posthu.⁊ ad hoc etiā
eum allegauit Pau. de castro in dicto consi.ccxxij. vbi etiam di
cit superiorem non posse de hoc conqueri,pro quo allegat in argu
men,l.fin.ff.de famil.ercis.⁊.l.j.§.⁊ post operis.ff.de ope.no. nun
tia.respondet etiam Paulus.de castr.in dicto cōsi.ad dictum.c.
per venerabilem. vbi papa ad supplicationem illius nobilis de
quo in superscriptione eiusdem.c. nō legitimauit eius filios adul
terinos pro quibus supplicabat:⁊ dicit Paul. quod hoc contin-
git nō quia papa hoc non posset: sed ex eo quia sibi non placuit
propter detestationem exessus eiusdem nobilis,quia scilicet vxo-
rem propriam sine iudicio ecclesie expulerat ⁊ aliam in eiusdem
ecclesie contemptū superduxerat ⁊ sic debuit ecclesia sibi in penā
claudere gremium argumento.l.auxilium in delictis.ff.de mino
11 ri.†Cū igit facta vt predixi legitimatio dicti Joānis,palā extite
rit ad postulantionē prefati domini Joannis,palam infertur il-
lam non potuisse aut posse impugnari ex defectu potestatis legi
timantis cum esset a papa vel alio in hoc vices eius gerēte depu
tatus,⁊ qui vt dixi potest vbiq; legitimare etiam quoad tempo
ralia saltem interueniente cōsensu legitimandi, ⁊ patris illius. er
12 go † ⁊ hoc facere potuit dictus dominus Joannes matheroni
comes palatinus:quia qd potest papa p se quoad,hoc potest ⁊ per
comitem palatinum per iura vulgaria.

Sed forte opponetur de

13 illa clausula, † absq; preiudicio illorum qui ad predictas succe
siones,si persone quibus succederent abintestato decederēt ⁊ iu
re abmitti deberent ⁊c. posita tam in literis pontificis quam di
cti reuerendissimi do.tunc legati eidem Joanni obstat. Sed re
spōdeo quod imo nō obstat. Pro cuius dicti declaratiōe premit
to quod de ⁊ super intellectu dicte clausule sunt opiniones. Bal.
enim in quodam suo consi.exordiēte, verba autem succedere va
leas ⁊c. in serto inter consilia Ang.eius germani post consilium
ccxciiij,al's. cccxvij.qd incipit, do.papa cū duob⁹ ⁊c.dicit qd illa
verba operantur quod legitimatus excludatur a descendenti-
bus naturalibus ⁊ legitimis in infinitū,ab agnatis vero vsq; ad
quartum gradum,a cognatis autem vsq; ad tertium gradum,nō
autē ab alijs.⁊ ita etiam refertur dixisse cum legeret.l.fin.C.de co
dicil, Pet.vero de vbal. eiusdem Bal.frater in quodam,suo cō-
silio exordiente,visa apostolica litera ⁊c. consuluit legitimatum
14 † cum clausula,absq; preiudicio ⁊c.posse ex testamento paterno
capere paternam hereditatem:sed existentibus venientibus ab-
intestato nō posset abintestato succedere patri:alias sic. ⁊ qd de
necessitate non debet institui vel aliquid sibi relinqui quia ad
hoc non tendit princeps propter illaz clausulam absq; preiudicio
⁊c.sed solum ad reddendum eum habilem ⁊ capacem ad succedē
dum ex testamento quando ei relinqueretur aliquid, ⁊ etiam abin
testato quando non starent venientes abintestato,vel quādo ve
nire nollent. Ad quod facit .c.cum aliquibus.de rescrip.in. vi.⁊
15 ita cōsuluerunt quidam alij. † Sed aliter intellexit. ⁊ interpreta
tus est verba predicta Ange. in dicto suo consi.ccxciiij. exordiē.
do.papa ⁊c.vbi dicit quod illa clausula,absq; preiudicio ⁊c.nihil
operatur quominus filius legitimatus succedat abintestato si-
cut naturalis ⁊ legitimus exclusis agnatis ⁊ cognatis: qr alias
frustratoria esset legitimatio:vt ibi pulchre ⁊ eleganter per eum.
⁊ clarius hoc voluit Petrus.de ancha.cōsi.clij.exordiente, pro
fratribus defuncti quedam faciunt ⁊c. vbi primo arguit contra
legitimatum:deinde vero pro eo scilicet quod debeat preferri om
nibus agnatis ⁊ cognatis.⁊ p hoc assumit tria fūdamēta. Pri-
mo defuncti intentionem. Secundo legitimationis naturam si
ue conditionem. Tertio priuilegiorum ⁊ rescriptorum sanam ⁊
non malignam interpretationem que multum eleganter prose-
quitur ⁊ que euitande prolixitatis causa non refero:cum vt pre-
dixi doctissimo loquar.idem voluit Paul.de cast. consi.ccxxvj.
exordiēte dicendum est dictam hereditatem pertinere ad dictos
filios legitimatos ⁊c. Alexan.de Jmol.consi.lj.exordiente,viso
themate suprascripto ⁊ dubijs,dubium faciunt illa verba ⁊c,in se
cundo volumine.⁊ plenius cōsi. clxxxviij. exordiente, respectis
verbis dicti priuilegij,columna tertia vel circa,versi.sed premis-
sis non obstantibus. vbi etiam.columna. iiij.huius consi. ⁊ col.
v.commemorat cōsilia Ange ⁊ Petri. de anchara.⁊ plene prose
quitur hunc articulum. Et ad dictam clausulam absq; preiudi-
cio ⁊c.subtiliter respondet Petr. de anchar. in dicto consi.clij.
columna.ij.versicu.diceret tamen aliquis si tu prefers ⁊c. vbi si
placet videbitur. Aliter vero respondet Paulus de,castro in di
cto consilio,dicens quod illa verba,absq; preiudicio debent intel
ligi,id est absq; preiudicio filiorum, non autem quorumcunq; eti
am extraneorum,argumento not.in.l.ex facto.§.finali.ff.ad Tre
bel.⁊ hec responsio magis placuit Alexa. de Jmo. in dicto cōsi.
lj.columna secunda.versic. ⁊ si diceretur,ergo nihil vnquā ope-
rabitur illa clausula ⁊c.etiam illa solutio magis placuit Alexan,
de imo. in dicto consi.clxxxviij.vbi etiam ponit alias responsio-
nes. Et pro hac opinione facit quia quando tempore facte legi-
timationis viuit pater qui legitimationem fieri petit,non agitur
vt predixi de preiudicio agnatorum aut cognatorum seu eorum
qui alias essent huic patri abintestato successuri quia cum pater
viuat ipse potest disponere de bonis prout vult instituēdo etiam
prorsus extraneos,nec ipsi proximiores dicuntur habere aliquod
ius firmum ⁊ certum de presenti sed dumtaxat spem incertam.l.
post emamcipationem.§.illud ,⁊ quod ibi Bart. ff. de liberatio.
lega.vbi dicit Bartol.quod non debeat haberi existimatio illius
ꝙ quis possit alteri succedere spei ⁊ ꝙ licet appelletur spes.l. fi-
nali.in principio.C.de pact. tamē non est legitima.⁊ idem volu-
it Alexan.de Jmola in .l.qui rome.§.duo fratres.columna.iij.
ver.alia est solutio ibi posita ⁊c.ff.de verborum obligationibus.
Et sequendo predictā expositionē seu intellectū dicte Clausule
absq; preiudicio ⁊c.illa non obstat eidem Antonio,cum nulli li-
beri superfuerint dicto do. quondam do. Joanni vltra ⁊ preter
eundem Antonium ⁊ dictum Joannem eius patrem.vnde cuz
non obstante originali spurietate dicti Joannis huius Anto-
nij patris,potuisset per predicta idem Joannes vt pote legitime
⁊ oportune legitimatus per dictum quondam domi. Joannem
heres institui.vt scribit Bart.⁊ alij doctores in dicta.l.Gallus.
§.quid si is. multo fortius aut saltem non minus potuit dictus
Antonius filius naturalis ⁊ legitimus eiusdem Joannis heres

institui per dictum quondam domi. Joannem. Et cum nihil obstiterit, si tamen sibi aliquid obstitisse pretendi possit, nisi spurietas originalis dicti Joannis eius patris.

Ex premissis patet instrumentum nouissime productum parte aduersarij predicti Antonij eidem Antonio aut Joanni eius patri non nocuisse pro eo quia cum tempore donationis de qua in eo ꝛ ante Joannes ipse esset ꝛ fuisset vt premissum est legitimatus, potuit dictus quondã do. Joannes eidem donare: vt superius dictũ est. Et ita mihi videt.

Ceterum post scripta precedentia ꝛ in reuisione processus cause huius aduerti quod in eo inserte extitissent quedam iurium allegationes vt pretẽditur per me subscripte, propter quas profecto sum admiratus ꝛ preter modum indolui, ꝛ nescio quomodo errore extiterint nisi ꝙ ex longo interuallo ꝛ post factos primos articulos parte pͤdicti Antonij seu Joannis eius patris ꝛ legitimi administratoris in causa productos ad me venerit aliquis nescio quis. neminem enim antea cognoueram vt pote forenses ꝛ extraneos ꝛ qui locum ab hac ciuitate multum distantem inhabitarent, ꝛ qui mihi casum de quo in dictis pretensis allegationibus obtulerit, ꝛ super quo responsum fuit, vt ibi. super ea tamen responsione quam ibi fecisse pretendo, nullum potest sumi fundamentum pro parte aduersa. Et primo quidem inibi scriptum est ꝙ secundum opinionem communẽ habens filium spurium ꝛ ex eo nepotem naturalem ꝛ legitimum, potest illum instituere heredem, vel sibi relinquere: ꝛ quãuis pretendi possit ꝙ inibi scriptum extiterit qꝺ hoc falleret in casu de quo ibi pro eo qꝛ dictus Joannes videbatur non solum spurius, sed etiam incestuosus secundum glo. ꝛ doct. tunc allegatos ꝛ ꝙ propterea non videbatur quod Antonius ex illo nepos potuisset heres institui, dicta. l. si quis incesti. C. de incest. nup. Tamen consequenter fuit oppositum ꝙ dicta. l. loquebatur in incestu sub colore matrimonij commisso ꝛ perpetrato, ꝛ que propterea vt penalis non videbatur posse extendi ad hunc casum causis ꝛ rationibus tunc inductis: ꝛ tandem dictum extitit quod pro tunc nihil fixe firmaretur: sic igitur duo fuerunt inibi dicta. Primum quod opinio communis esset pro nepote herede ꝛ instituto, ex quo inferebatur quod alio non resistente illi erat in iudicando ꝛ consulendo adherendum. l. j. versi. crebrior apud veteres opiniones. ff. de offi. questo. c. de inducijs. iij. q. ij. ꝛ. c. nouimus. ꝛ qꝺ ibi Anto. de butr. de verb. signifi. ꝛ qꝺ not. Hosti. Joan. andre. in nouel. ꝛ alij doct. in. c. j. de constitu. Barr. ꝛ alij in. l. fi. C. de pe. iudi. qui male iudi. Secundum qꝺ licet dictus Joannes videret esse incestuosus ꝛ quod propterea non potuisset Antonius eius filius heres per auũm institui. dicta lege. si quis incesti. tamen quia illa. l. si quis incesti. loquebatur in filijs incestuosis ꝛ sub colore matrimonij procreatis, nihil fuit fixe firmatum: ob qꝺ etiam si ita factum esset prout pretenditur quod non, profecto super quo deum testor ꝛ omnes sanctos factum non est, nisi propter obliuionem casus, ꝛ ignorantiam partium: tamẽ quod superius scripsi vna cum alijs alias per me scriptis mihi est visum verius ꝛ cui profecto alia si bene intellecta extiterint non contradicunt: ꝛ si contradicerent prout non faciunt, possum pro excusatione a contrarietate inducere quod non debeat quis tenaciter eius opinioni seu sententie inniti vt illam tanꝗ capitaneam aut ceruicosam preponat veritati c. ne innitaris. de constitu. c. relatum. distinct. xxxvij. quinimmo

16 debet vnusquisq; † dicta sua corrigere ꝛ in meliꝰ reformare. c. statum. el primo. versi. in melius duximus reformãdum. de rescript. in. vj. ꝛ hoc quippe dicitur laudabile. c. magne sapientie. xxij. q. quarta. pro quo facit optimus text. authen. de nupt. colum. secunda. versi. nos autem. collatio. quarta. vbi dicit text. nos autem in constitutionum compositione multa quidem ꝛ alia de istis decreuimus: existimauimus autem oportere nunc consilijs perfectioribus causam considerantes etiam quedam corrigere non aliorum solummodo: sed etiam que a nobis sancita sunt, ipsis, ꝑ quo facit quod habetur in authenti. vt fratrũ filij. collatio. ix. vbi ꝛ in alijs locis ꝛ quidem plurimis corrigit iustinianus non solum leges aliorum principum: sed etiam suas. Idem persepe fecerunt alij principes, idem Julianus, idez Papinianus, idem ꝛ beatus Augustinus qui multa antea per se scripta retractauit: pro quo facit quod habetur in. c. si homo. xxvij. q. j. Que dixerim sub correctione cuiuslibet ꝛc.

1 Juramentum an ꝛ semper validet contractum.
2 Juramentum an astringat iurantem vt non possit contrauenire pactis insertis in contractu iuramento non validato. Et quid referat an cõtractus seruetur virtute suijpsius, an virtute iuramenti. num. 4.
3 Beneficio iuris improbantis pactum iuramento non firmatum an renuntiari possit.

Epitome.

Pactum ipso iure reprobatum non validatur iuramento in contractu, in quo pactum factum est apposito. V. F.

De pactis. Consi. cclxxviij.



Viso instrumento contractus in precedẽtibus iurium allegationibus plenius mentionati vna cum eisdem allegationibus ego subscriptus opinioni ꝛ sententie do. Primo scribentis adhereo ꝛ dico, qꝺ pactũ de quo in dicto contractu est a iure reprobatum, ꝛ qꝺ propterea non

1 valuit. † Et quãuis in ꝛ super dicto contractu interuenerit iuramentum: puto tamen qꝺ pactum huiusmodi non fuerit nec sit iuramento validatum aut firmatum: ꝛ in hoc non conuenio cum dicto domino Primo scribente: ꝗuis enim super hoc vt ipse dicit sint opiniones: communior tamen opinio mihi tenere videtur

2 qꝺ dictum pactum non firmetur iuramento: † quamuis fatear qꝺ astringat iurantem ad non cõtraueniendum sua authoritate, ꝛ non obtenta dispensatione. ꝛ si aliter faceret incideret in periurium. hanc enim opinionem tenuit Bar. in. l. si quis pro eo. versi. quarto dixi. ff. de fideiussorib. ꝛ secundum eum illa fuit de mente Inno. in. c. significante. de pigno. qꝺ etiam ibi col. vij. versic. sed aduerte ꝛc. affirmauit Joan. de Jmol. hãc opinionem etiam sequutus est Joan. fab. in. l. j. C. de pact. pigno. Joan. Andr. in additio. Specul. tit. de conclusio. ꝛ renun. §. j. versic. ꝛ qꝛ hic in addi. exordieñ. ex quo autor. ꝛc. secundum Bal. in. d. l. j. C. de pac. pig. ꝛ quamuis idem Bal. ibi tenuerit contrarium: ipse tamen videt tenuisse primam partem. ff. de iureiuran. Super rubric. colum. ij. versic. idem dicunt qꝺ aut iuramentum ꝛc. ibi aut odio speciali. vbi dicit Bal. qꝺ quando lex prohibet contractum odio speciali: tunc non valet iuramentum. ꝛ ponit Bald. exemplum in Macedoniano: illud autem certum est qꝺ pactum legis commissorie est reprobatum in pignoribus odio creditoris vt satis colligitur ex dicta. l. fi. C. de pact. pign. quod etiam voluit Barr. in. d. l. si quis pro eo. versi. quarto dixi. ꝛ Joan. de imola. in. d. c. significante. in multis locis vbi etiam hoc dicitur voluisse Petr. de anchara. ꝛ Salice. in. d. l. prima. C. de pact. pigno. Odoffre. in alleg. l. ñ. eo. titu. ꝛ Albericus illo eo. titu. Super rubrica. fuit ergo de mente Bal. in versi. superius allegato qꝺ iuramentum non valeret, hoc est qꝺ contractum seu pactum non firmaret istam partem etiam tenuit Angel. in dicta. l. si quis pro eo. Anto. de butr. ꝛ Joan. de imol. in. c. cum contingat. in quarto membro. de iureiuran. illam etiam sequitur Panor. in. d. c. significante. col. ij. versi. sed non cre

3 do qꝺ firmet contractum. † Et hinc est qꝺ beneficio iuris improbantis dictum pactum renuntiari non potest, vt voluit Odoffr. in. d. l. fi. in fine. pro quo allegat. l. quos prohiber. ff. de postulan. ꝛ idem voluit Anto. de butr. ꝛ post eum Joan. de imo. in. d. c. significante. col. v. versic. an autem possit renũtiari pro quo allegat qꝺ hoc pactum videtur improbatum a iure principaliter odio creditoris, ꝗuis secundario hoc tendat in fauorem debitoris, non potest ergo debitor beneficio huiusmodi renuntiare, per id quod habetur ꝛ not. in. l. cum ꝛ si. ff. ad Macedonianum. ꝛ in. c. si diligenti. de foro competenti.

4 † Et si queratur que sit vtilitas quod pactum vel contractus firmetur iuramento potior aut maior ꝙ quod non firmet, postꝗ supponimus illum q iurauit astringi ad obseruationem iuramẽti, dico ꝛ respondeo quod multum refert an contractus sit seruandus, in virtute contractus, an vero sit seruandus in virtute iuramenti: quia in primo casu obligatur ad obseruantiam contractus non solum ipse qui iurauit, sed etiam eius heredes. in posteriore, vero seu secundo casu heredes non obligantur: quia iuramẽtum est quid personale: ꝛ ideo propter iuramentum non illa queatur anima heredis per id quod scribit Inno. ꝛ docto. in. c. veritatis. de iureiuran. Bal. Saly. in authen. sacramenta puberum. C si aduer. vendi. ꝛ alij in alijs locis. Preterea est alia differentia quia si contractus est seruandus in virtute contractus, solutum repeti non potest: si autem est seruandus in virtute iuramenti, solutum repeti potest. quia reperitur penes recipientem sine causa. c. debitores. de iureiuran. vbi probatur ꝙ ille qui iurauit soluere vsuras tenet illas soluere ꝑpter iuramẽtũ; ſ; post solutionẽ cogit vsurarius qui illas recepit restituere: qꝛ pecunia soluta ꝑ vsuris est penes eũ sine cã est etiã alia differẽtia qꝛ si cõtractus est seruandus in virtute iuramenti petita ꝛ obtenta absolutione ea iuramẽto põt ille qui iurauit contrauenire cõtractui. vt scribit Bar. in dicta. l. si quis pro eo. versi. quarto dixi. secus autem est quãdo contractus

contractus seruandus est in virtute contractus. c. j. de iureiurā. hec sunt verba Christopho. porc. institu. de here. quali. & differē. colū. fina. Pro premissis & signanter pro vltima differentia potest videri Ang. eleganter loquens consi. mihi. clvij. alijs vero forte. cliiij. exordiente, domina Catherina adulta minor tamē viginti annis. colum. quarta. versic. ex predictis apparet decisio quarti dubij &c. ibi, dicet quis quid differt iuramento contractū firmari vel quem posse compelli &c. & post eum Panor. in. c. cū cōtingat. charta mihi. viij. ver. sed vltra predicta aduerte ad illā difficultatem de iureiuran. & domi. Fely. in. c. j. colum. ix. vel circa. ver. quinto quero. eo. ti.

1 Emphyteuta an habeat dominiū saltem vtile in re emphyticaria, vt de ea possit prout vult disponere.
2 Illatio non potest fieri ex separatis.
3 Interpretatio facienda est contra eum qui se fundat ex verbis contractus.
4 Molendinum an ex mola vel ecōuerso mola a molendino nomē sortiantur.
5 Et ibidem, an molendinum dicatur vnum vel plura secundum vnitatem vel pluralitatem molarum.
6 Molendinum, hospitium, vel aliud quodpiam edificium habēs ex quo multa lucratur, an & quando possit alium prohibere, ne simile iuxta vel prope suum edificet. nu. 7. & 8.

Epitome.

Dum aqua inferiori molendino non minuatur potest quis loco superiore aliud molendinum construere: hoc est sine damno tertij. V. F.

De seruitu. & aqua. Consi. cclxxix.

1 Pro faciliore solutiōe eius de quo queritur parte nobilis & honorabilis viri Frācisci Lanze, † Premitto quod emphyteuta habet dominiū saltem vtile in re emphyteuticaria. l. j. §. qui in perpetuū. & quod ibi glo. & Bald. ff. si ager vectiga. vel emphyteuti. peta. & l. possessores. & quod ibi glo. Joan. de plat. & docto. C. de fund. patrimonia. libro. xj. & quod nota. glo. ij. in. l. j. C. de iur. emphy. Quo fit vt videatur ēphyteuta posse disponere de re emphyteuticaria prout vult, nisi quatenus faceret eam deteriorem quo ad proprietatē, vel nisi quatenus legē cōuentionis offenderet: quia quilibet est regulariter moderator & arbiter rei sue. l. in re mandata. C. mandat. l. dudum. C. de contrahend. emptio. & venditione. l. Polla. C. de his quib. vt indig. l. non vsq adeo. in fine. ff. si a paren. fue. quis manumis. & c. de his. ad fi. de testa. Ex quibus infero respōdendo ad quesitum quod dictus nobilis Franciscus videtur posse habere & tenere non solum vnam molam in molendino de quo in casu & in publico instrumento parte eiusdem mihi exhibito latior sermo habetur: cum nec propter hoc fiat molendinum huiusmodi deterius quoad proprietatem sed melius. insuper & quoad commoditatem fructuū fiet eidem Lanze vtilius & commodatius. Nec eidem nobili Francisco obstat lex conuentiōis seu pactum latius mentionatum instrumento & casu predictis, & in quo dictum fuit quod licitum existeret nobili Bernadino de Damianis primo emphyteute & huius nobilis Francisci autori & suis ipsius nobilis Bernerdini heredibus & successoribus quibuscūq in loco inibi mentionato, & in quo tunc erat vnum molendinū bladi, illud ibi manutenere vel destruere ac aliud & alia latitorij telarum, paratorij pānorum, & papyrum, faciēdi molendina vnū & plura ibidem construere edificare & de nouo erigere: ita tamen quod ibi non esset nisi vnica rota molendini bladi: quia licet cautum extiterit de vnica rota duntaxat inibi apponenda vel habēda: nihil tamen dictū extitit de mola vnica habenda, & sic nō obstat illud pactū, quominus potuerit idē nobi. Barnardin᷒ & hodie possit dictus nobilis Franciscus habere plures molas, dum tamen in molendino huiusmodi sit duntaxat vnica rota. Cum quia cum rota & mola sint separare & diuerse. nō bene infertur ex eo quod est conuentum de vnica rota habenda ad molam: quia
2 † ex separatis non infertur. l. inter stipulantem. §. sacram. ver. sed hec dissimilia. ff. de verbo. obligatio. l. maritus. la. j. C. de donatio. inter virum & vxo. l. tertia. C. de codicil. c. dilectus. de offi. ordi. & vulgata. l. Papinian᷒ exul. ff. de mino. † Cū & quia inter-
3 pretatio facienda est contra eum qui se fundat ex verbis contractibus. l. veteribus. ff. de pac. l. stipulatio ista habere licere. §. in stipulationibus. ff. de verbo. obliga. & in regula, contra eum. de regu. iur. in sexto. quod etiam voluit Alexander de Imo. consi. lxj. exordiente, super eo quo queritur videlicet an si &c. columna secunda. in primo volumine. & consil. cxciij. exordiente consyderatis verbis. columna. ij. in secundo volumine. & in. l. si pacīcēda. C. de pac. Unde cū vt pdixi dict᷒ nobilis Lanze vt pote dñs vtilis pdicti molēdini possit de eo disponere prout vult, dum tamē pprietatē illud non deterioret nec legē conuentionis offendat & sic habeat intentionē de iure cōmuni fundatam quoad hoc vt possit habere duas molas. & sic interpretatio dicti pacti si in eo pretendatur aliqua dubietas, debet fieri contra dominum directum volentem extendere legem conuentionis de vnica rota ad vnicam molam, & sic de re separata & diuersa ad separatam & di-
4 uersam † nisi forte quis contendat quod mola sit pars substantialis molēdini, & q a mola dicat molēdinū: & q propterea vbi sunt due vel plures mole cēseant esse duo vel plura molēdina queadmodū plura sunt animata vbi sunt plures anime: & sic videret q nō liceat dicto nobili Frācisco habere illas molas: cū plura molēdina bladi habere non possit, sed vnū dūtaxat. Sed istud nō obstat. Quoniam respondeo & dico quod molendinum non a mola sed ab actu molendi dicitur, & q mola non est pars substantialis molendini sed instrumentalis, vt voluit Bal. consi. cccv. exordiente, cogitaui an molendinum dicatur. in prima parte & c. j. §. si quis de manso: columna fina. versi. pone quidam habebat quatuor molendina, de controuer. inuestitu. & dominus Jas. may. in
5 repetitione. l. quominus. questio. xix. ff. de flu. † existimo breuiter quod super hoc deberet recurri ad communem vsum loquendi, an scilicet molendinum dicatur vnum vel plura propter vnitatē vel pluralitatem molarum. l. librorum. §. quod tamen cassius. ff. de lega. iij. & quod not. Panormita. in. c. j. columna penultima. versi. ad vnum tamen aduerte. de iud. & alij in alijs locis.

Et si forte opponeretur q propter multitudinem molarum lucrum dicti nobilis Francisci erit maius, & forte minuetur commoditas dominij directi si habeat molendinum in parte fluminis inferiore, eo forte quia plures accedent ad molendum in molendino eiusdem nobilis Francisci propter duas molas, quā facerent si duntaxat esset in molendino huiusmodi vnica mola, pro eo quia sic poterunt ibi detricari & moli plura blada. Dico & respondeo q istud non debet haberi in consyderatione, supposito quod vt predixi lex conuentionis non refragatur vel obstet, & supposito quod non propterea tātum minuatur aqua bedalis molendini quin illa sufficiat molendino inferiori perinde ac si esset dūtaxat vnica mola, per id quod scribit Barto. in dicta. l. quominus, questione. xj. in fin. vbi etiaꝫ domi. Jason in dicta questione versi. tertio diligenter nota &c. & quod notabiliter scribit Bal. in. l. vnica. opposi. xij. C. de sentē.
6 que pro eo quod interest. † vbi egregie dicit quod si molendinuꝫ inferius est prius edificatum, non potest edificari aliud. superius per quod auferatur inferiori commodum naturale, id est commoduꝫ aque, que est cōmunis vel publica sed bene potest auferri cōmodū concursus molentium: quia istud est in potestate eorum qui molunt: & sic nō est de iurisdicione molendini: pro quo allegat text. in. l. libertus negotiatoris. ff. de ope. lib. & idem voluit Bal. consi. cxxix. exordiente, quatuor sunt. in secunda parte. Ex cuius
7 dictis colligit q si tu † habeas domū vel hospitiū ex quo multa lucraris, & ego facere velim aut faciā aliud hospitium iuxta te, nihil immittam in tuum hospitium, quamuis postea pauciores homines veniant ad tuum hospitium in eo hospitādi: tu tamen propter hoc non habens ius prohibedi nec me impendiedi, nisi habeas ex priuilegio aut ex consuetudine prescripta, quod solus habeas hospitium: tunc enim posses me prohibere. l. venditor. ff. commu. predio. l. finali. ff. de vsucapio. & l. si quis q. ff. de diuec. & tempora. prescriptio. sic etiam vnus credo non prohibet alium a cerdonaria idem etiam voluit Signoro. de homode, consi. xcj. exordiente, ex quodam flumine publico. columna, quarta versi. nec obstat, illud quod dicitur pro alia parte. quod autem saltem intersit ratione faciliorıs decursu &c. & aliquibus versiculis sequentibus &c. domi. Prepo. in dicto. c. j. §. si quis de māso. columna. viij. circa principium. ver. nec potest vicinus dici pati iniuriam de controuer. inuestitu. & domi. Jas. multa commemorans in dicta. l. quominus, questione. xj. versiculo. tertio diligenter nota. & inter illa cōmemorat dictum Alber. in. l. si manifeste. columna finali, versiculo, quero aliam questionem. C. de ser-
8 uituti. & aqua. † vbi scribit quod duo erant fratres habentes molendinum & bona communia. isti relicto molendino cum eius riuo & aque ductu in communi diuiserunt alia bona. deinde vero vnus ex istis fratribus concessit alteri ius seu facultatem trahēdi aquā de dicto riuo & aque ductu cōi & eam ducendi ad predia sua sine damno molendini iste frater cui hec facultas cōcessa est volebat in suo predio construere nouum molendinuꝫ & vti dicta aqua, vt pote que vtriq molendino sufficiebat, querebatur an

hoc facere posset. respondet Alberi. quod sic: quia facere hoc mo
lendinum non erat damnosum alteri molendino quamuis habe
ret minus ad molendum, ex quo habebat sufficienter aquam:
quia non dicitur damnificari qui lucrum perdit. l. proculus. ff. de
dam. infec. l. fina. C. de codicil. & l. prima. §. primo. ff. de aqua plu.
arcen. & etiam subdit quod quia frater qui protulit verba sine da
mno molendini obscure locutus est contra eũ fienda est interpre
tatio. dicta lege veteribus. ff. de pact. & in regula, contra eum. de
reg. iur. in sexto. concludo igitur quod non obstante dicto pacto
de habẽda duntaxat vna rota possit & valeat dictus nobilis Frã
ciscus habere & tenere, vbi supra duas molas. & ita mihi videtur
sub correctiõe cuiuslibet alterius melius sentientis.

1 ☞ Ius quod quis non habet vel plus iuris quam habeat nemo in alium transferre potest.
2 Dominium alicuius rei non potest queri ex pluribus causis.
3 Dominium alicuius rei penes quem remanere debet pendente ratificationis tempore. & nu. seq.
4 Conditionalis dispositio quando dicatur purificata.

¶ Epitome.

¶ Vendite rei dominium penes venditorẽ interim remanet donec is qui procuratorem emerat, rem ratam habuerit. V. F.

¶ De contrahen. emptio. Consi. cclxxx.



PRo solutione eorum
de quib⁹ queritur parte nobilis Annete sexto
ris presupposito, prout ponitur in casu, quod
hic interuenerint duo contractus. primus sci
licet contractus emptionis facte per nobilem
Gabrielem de tulia pro et nomine nobilis Catherine sextoris, et
subsequute inuestiture facte de prato, quam idem Gabriel etiaʒ
sibi fieri procurauit pro et nomine eiusdem Catherine. Quo fit
vt subsequuta notitia huiuscemodi emptionis et inuestiture, et
illis aut saltem dicta emptione ratificata per dictam Catherinã
fuerit translata possessio in dictam Catherinam et dominium
sibi acquisitum, per id quod scribit glossa in. l. si ego. et quod ibi
Bartolus Paulus de Castro et alij. ff. de nego. gest. Alexander
de imola in. l. qui iure. ff. de acquirenda possessio. Pet. de ancha.
consilio. cxxvj. exordiente, ad dubia elicita ex facti serie. colum.
1 prima. et alij in alijs locis: et † illud non habet dubium, suppo
sito quod ille nobilis Joannes sextoris prati venditor fuerit tem
pore per eum facte venditionis dominus & possessor: quia alias
secus, pro eo quia regulariter nemo in alium transferre potest ius
quod non habet, vel plus iuris quam habeat. l. traditio. ff. de ac
quiren. rerum dominio, capitulo, gratia. j. questi. j. c. Daybertus.
j. questio. vij. & c. nuper. cum suis similibus. de donatio. inter virũ
& vxo. Et hinc dicit Angelus in. l. secunda. C. de acquirenda pos
sessione quod aduocatus fundans se in precario, debet esse cau
tus vt deducat & probet quod tempore constitutionis precarij cõ
stituens possidebat. pro quo facit id quod notat glossa Angelus
& doctores in. l. quanuis. §. si conductor. ff. de acquiren. possessio.
Secundus contractus fuit contractus donationis facte de di
cto prato prefate Catherine per dictuʒ Gabrielem. Et licet in eo
ponantur clausule alias translatiue possessionis et dominij: non
tamen videtur quod per huiuscemodi donationem fuerit domini
um acquisitum predicte Catherine, et quidem non, si ante dona
2 tionem huiusmodi fuisset ratificata dicta emptio: quia † ex pluri
bus causis dominium queri non potest in. l. tertia. §. ex pluribus.
versiculo, neque enim sicut dominium. ff. de acquirenda possessiõe.
Non etiam si nondũ fuerat ratificata, pro eo quia idem Gabriel
non erat dominus, sed remansit dominium dicti prati penes vẽ
ditorem vsque ad tempus ratificationis, vt voluit glossa in dicta
l. si ego. super verbo, suam facere. secundum vnam lecturam, quã
ibi sequuntur docto. & Alexan. de imola in dicta. l. qui iure. quã
uis dicta glossa in fine secundum aliam lecturam senserit, quod
interim dominium nullius extiterit: et quidem non venditoris,
qui quantum in eo fuit ipsum abdicasse videtur: non dicti Ga
brielis emptoris, quia non nõ illi voluit venditor dominium acqui
ri, sed dicte Catherine: nec etiã dicte Catherine absentis vt etiã
3 probatur in dicta. l. si ego. † Sed hec glossa communiter damna
tur per docto. volentes quod dominium interim remaneat penes
venditorem, quod etiam voluit Bartol. in. l. si sponsus. §. si vxor.
ff. de donatio. inter vi. & vxorem. pro quo allegat Bartolum in di
cta. l. si ego. l. cum quis. §. primo. ff. de solutio. & dicit Bar. Paul.
de castro & alij in dicta. l. si ego. quod dominium a nobis non rece
dit, nisi queratur ei cui queri intendimus. l. nec vtilem. ff. ex quib.
cau. maio. Fateor autem quod si tempore facte emptionis nota
rius publicus fuisset stipulatus pro & nomine dicte catherine cu
ius nomine pratum emebatur per dictum Gabrielem. fuisset for
tasse dominiuʒ quesitum ipsi Catherine etiam absenti & ignorã
ti. & hoc ratione precarij in dicta emptione appositi, per id quod scri
bit Baldus in. l. si quis emancipatum. C. de donatio. Alexander
de imo. commemorans hoc dictum in. l. si pupilli. ff. rem pupilli
saluam fore. & Bartho. soci. cõsi. cclxij. exordiente, in causa magi
stri Petri de medicis. columna. vj. ver. primũ est. quia dicunt &c.
in secunda parte. vbi videri potest, quanuis contrarium senserit
Paul. de cast. consi. xj. exordiente, in causa presenti visis omnibus
&c. & consi. cxcvij. alias secundum malam & falsam quotationem.
ccxviij. exordiente, visis his que narrantur & plene allegata sunt.
collum. secunda. versicu. ij. videndum est &c. in noui. & quanuis
fortasse prima opinio videatur verior & fulcita maioribus ratio
nibus: nihil tamen ad rem si supponeremus secundaʒ esse veriorẽ:
quia vel sic vel sic in viʒ dicte emptionis fuisset do. quesituʒ predicte
Catherine. primo scʒ casu, hoc est secundum primam opinionem
ante ratihabitionem. secundum aliam vero, statim subsequuta
ratihabitiõe. Ex predictis infertur quod heres domini Ludoui
ci non videtur posse aliquid petere in dicto prato quod nec posse
facere videretur idem do. Ludouicus si viueret: & quidem nõ iure
dominij seu quasi pro eo quia illud non fuerat acquisitum. d. no
bili Gabrieli de tulia: & si per clausulas dominij & possessiõis trans
latiuas illud transferre non potuit in dictum do. Ludouicum. l. &
quia etiam dicte clausule conferebantur in tempus quo desijsset
esse dominus & possessor, si dominus & possessor extitisset tempore
donationis: ergo &c. per id quod scribit glossa, & post eam alij do
ctores in dicta. l. quanuis. §. si conductor. ff. de acquiren. possessi.
prima tamen ratio magis placet pro eo quia in instrumento do
nationis seu substitutione facta de dicto domino Ludouico di
citur tũc & eo casu ipse Gabriel de tulia donator gratis &c. ex nũc
prout ex tunc, & econtra donauit donatione &c. & sic purificata cõ
ditione per mortem dicte Catherine sine liberis dicta donatio
facta eidem domino Ludouico cẽseretur retrotracta ad tempus
donationis non solum quo ad obligationem quod regulariter fie
ri solet in contractibus conditionalibus. l. potior. in principio. ff.
qui pot. in pig. habean. & l. necessario. §. quod si pendente. ff. de pe
ricu. & commo. rei vendi. sed etiam quo ad hoc vt conditione eue
niente debeat ex tempore facte donationis dici dictum pratũ do
natum. l. huiusmodi. la secunda. & quod ibi Ange. Joan. de imo.
& alij & l. si ita stipulatus fuero si Lucius. in principio. & quod ibi
Barto. ff. de ver. obli. vbi probatur quod si Sempronio stipulan
ti promiserim ex hac die in annos singulos decem dare si Titius
consul factus extiterit, & deinde contingat post triennium Titiũ
consulem fieri, ego tenebor dare Sempronio dena non solum in
singulos annos decursuros post conditionem purificatam: sʒ etiã
dabo triginta pro tribus annis preteritis ante purificationeʒ cõ
ditionalis stipulationis. ecce ergo quod licet effectus stipulatio
nis conferatur in euentum conditionis quo ad hoc vt antea ni
hil peti possit: tamen purificata dispositione petit stipulator etiaʒ
pro annis preteritis, vt etiam sentiunt & volunt doctores in di
cta. l. huiusmodi. & multi canoniste in capitulo, preterea. el secun
do, de appellatio. & Joannes de imola in cle. prima columna secun
da, versiculo adueniente autem conditione bene trahunt effectũ
dispositionis retro, de concessio. preben. & Alexander de imola,
consilio. lxxxij. exordiente, visa facti narratione &c. columna tertia
vel circa, ver. & quod illa conditio eueniens fingat illas res dudũ
exiuisse de bonis, in secundo volumi. pro quo facit quia quod ope
ratur ab initio purum, hoc operatur ex post facto per existentiaʒ
conditionis purificatum. l. si te soluʒ in fi. ff. de acqui. hered. quod
etiam voluit Oldra. consilio. cxxxix. exordiente ad habendã ali
qualem notitiam, colum. ij. in. vij. quesito ibi, preterea dato quod
nulla esset fictio, & idem voluit glo. in cle. prima, super verbo, & li
4 bere. de renũciatio. † que scribit quod dispositio que ab initio fuit
conditionalis, censeatur post euentum cõditionis esse pura, dicta
l. potior. secundo responso. ff. qui po. in pigno. habean. & c. si pro te.
& quod ibi glossa de rescrip. in sexto. & idem voluit Baldus in. l.
cũ testamento. in fin. C. de testamento manumiss. vbi dicit quod
instrumenta guarentigie si habeant conditionem purificataʒ di
cuntur pura, & non conditionalia, quanuis ad executionem deue
niri non possit donec iudici liqueat de purificatione. l. hoc iure. ff.
de ver. obli. quam dicit esse valde notabilem. propter ipsas igitur
rationes magis placet alia ratio scilicet quod ideo non potuerit
idem Gabriel transferre dominium dicti prati in dictum dominũ
Ludouicum pro eo quia dominus non etiã non etiã posset peti a
ctione personali ab heredib⁹ dicte nobilis Catherine vt pote pos
sessoribus dicti prati pro eo quia licet possit quis in donatione in
ter viuos vel ex causa mortis primo donatario substituere alium
donatarium. l. quoties. C. de donatio. que sub mo. & l. vt heredi
b⁹. ff. de lega. ij. tamen opus est quod vel secundus donatarius sit
presens

presens ꝛ stipuletur a primo donatario vel promissionem sibi fieri obtineat de re donata sibi restituenda, vel saltem quod donator ipse de hoc paciscatur cum primo donatario. quod facere potest dicta.l.quoties. vt verbi gratia: dono Petro rem talem, ꝛ cum eo paciscor quod post mortem vel forte post certum tempus. quod ego ex primo idem donatarius rem illam Titio restituat: ex isto enim pacto vel stipulatione si pro titio illam interponam, querit actio personalis dicto Titio absenti contra primum donatarium dicta.l.quoties. vbi est tex. singularis contra regulam que ponit in.l.stipulatio ista habere licere.§.alteri.ff.de verbo.obliga.ꝛ.§.alteri.institu.de inutili.stipulatio. Ex premissis dico ꝛ respondeo ad quesitum, quod cum dictum pretium remanserit penes dictã Catherinam in eo sibi successerint eius heredes, quilibet scilicet pro dimidia parte, nisi aliter fuerit per eã dispositum excluso herede dicti dom. Ludouici, ꝛ hoc iure fori: iure vero poli hoc relinquo conscientie dicte nobilis Annete si ipsa vel vere sciat vel credat pecuniam pro dicto prato numeratam ꝛ datam fuisse pecuniam dictio. Ludouici. nam si hoc sciret vel crederet illa deberet fortasse ad eum vel eius heredes reuerti, per id quod no. Bal. in.l.eam quam.colũ.mihi.vij. alijs vero.xij. vel circa. versi. pone dicit decretum.C.de fideicommiss. ꝛ quod colligitur ex eo quod scribit Barto.in.l.fin.§.si a socero.ff.de his que in frau.credito. ꝛ Bald.nouel.in suo tracta.iurisdic. parte sexta. charta.xij.col.ij. ver. non tamen posset nec teneretur assignare vltra mensuram alimentorum ꝛc. quia absolutio iudicis vel sẽtẽtia pro ea lata vel imposterum ferenda sibi non prodesset coram eterno iudice.c.cũ eterni.de re iud.in sexto.c.literas.de restitutio.spolia. vbi potius debet quis sequi conscientiam ꝙ sententiam, secundum leges ꝛ canones.c.j.de constitutio. Et ita respondeo breuiter ꝛ succincte sub correctione cuiuslibet melius sentientis.

1 ¶ Confessio tutoris vel curatoris an ꝛ quãdo noceat minori.

¶ Epitome.

¶ Satisdatio rem pupilli saluam fore non solet hodie prestari per curatorem liti datum. V. F.

¶ De satisdan. Consilium.cclxxxj.

Quamuis Barto.in.l.ꝛ si ad species.ff.rem pupil.sal.fore. ꝛ Ange.areti.institu.de curato.circa fi.principij. versic. quero an curator datus liti, ꝛ alij in alijs locis magis cõmuniter sentiãt, qđ curator liti datus debeat satisdare rem minoris saluam fore: ego tamen nec in parlamẽtis nec alibi vidi hoc obseruari.

1 † Quo vero ad responsionem per curatorem factam interrogatorijs, ꝛ in qua confessus est ꝛc. facio maius dubium: pro eo qꝛ confessio curatoris aut tutoris emissa seu facta per viam voluntarie iurisdictionis cuiusmodi videtur esse illa quam fecit curator in causa ꝛc. non nocet minori. vt voluit Bart. ꝛ docto.in.l.certum.§.sed an ipsos.ff.de confes. iuncto eo quod scribit Bal.in.l.j. versi. vltimo quero.C.de lit.cõtestatio. propter quod mihi visum est ꝛ videtur qđ bonum esset qđ testes producerẽtur super vndecimo articulo libelli, super quo neminem reperi examinatum. ꝛ qđ testes producti si viuant, vel etiam alij examinentur super decimo articulo eiusdem libelli, super quo fuerunt male interrogati defectu vel inaduertentia notarij, qui eisdem testibus non exhibuit aut declarauit confrontationes vinee ꝛc. designatas ꝛ expressas seu specificatas in dictis interrogatorijs non autem in dictis decimo ꝛ vndecimo articulis: nisi per relationem ad dicta interrogatoria. ꝛ ideo illa debuerunt eis legi ꝛ declarari tanꝙ pars seu partes dictorum articulorum.l.asse toto. ꝛ qđ ibi docto.ff.de heredi.instituen. ꝛ quod not. Bar. ꝛ docto.in.l.si ita scripsero.ff.de condi. ꝛ demon. Et qꝛ pars aduersa opponet de testium publicatione, ꝛ qđ pars nostra vidit ꝛ didicit testificata, ꝛ qđ propterea admitti non debeat.c.fraternitatis.de testi. ꝛ clemen.de testibus. eodem titulo. opus erit petere capellaniam predictam tanꝙ lesam restitui in integrum ad hoc vt possint, testes produci ꝛ examinari super dictis duobus articulis. qđ concedi debet, per ea que plene post alios tam ibi ꝙ alibi scribit domi. Felin.in dicto.c.fraternitatis.col.iiij. versicu. iiij. in quantum docto. limitant hanc materiam. Barto. ꝛ alij in.l.j.§.nuntiatio.ff.de operis noui nuntia. vbi poterit videri.

¶ Feci articulos in causa producendos quos videbitis ꝛ producetis in causa, non alia preterquam vt bene valeatis.

1 ¶ Substitutus, qui pendente conditione vniuersalis fideicõmissi ab humanis decessit, an possit transmittere spem dicte substitutionis in posteros.

2 Et ibidem ad quos eueniẽte casu deuoluatur dicta substitutio. ꝛ nu.3.4.

5 Nepos ex fratre ꝛ sorore in eorum successione excludit patruum, auunculum, amitam ꝛ materteram eius, de cuius successione agitur, ꝛ precedentibus: ꝛ nu.8.

7 Testatoris dispositio an ꝛ quando recipere debeat intellectum a dispositione iuris communis vel statuti.

9 Dictio sui aut suis, in substitutionibus ꝛ alijs dispositionibus poni solita, quid importet, ꝛ quomodo veniat interpretãda, ꝛ seq.

¶ Epitome.

¶ Substitutio moriente substituto ante institutum adeo caduca efficitur, vt spem successionis non transmittat ad suos. V. F.

¶ De institu. ꝛ substi. Consilium.cclxxxij.

Visis dubijs ex testamento prouidi quondã viri Egidij de Rouhijs opportune elicitis per egregium virum do. primum scribentem vna cum eodem testamento ꝛ his que idem do. primo scribens ad dubia huiusmodi respondit. Dico ꝛ respondeo breuiter ꝛ succincte prout infra.

1 † Et primo ad primum, ꝙ substitutio facta de honesta muliere Honorata de rouhijs inibi mentionata, ꝛ que dicitur ab humanis decessisse ante Egidium de rouhijs vniuersalem heredem dicti primi Egidij facta est caduca, ꝛ quoad eam expirauit: pro eo qꝛ pendente conditione vniuersalis fideicommissi ab humanis decessit.l.vnica.§.sin autem sub conditione.C.de cadu.tollẽ. ꝛ qđ scribit Paul.de cast.consilio.ccclij. exordiente, visis omnibus punctis mihi traditis. versicu. quantum vero ad substitutionem: ꝛ est adeo facta caduca ꝛ expirauit, vt etiam spem substitutionis huiusmodi non transmiserit nec transmittere potuerit eadem Honorata ad suos liberos, vt voluit gloss. communiter approbata in.l.vnica.C.de his qui ante apertas tabu. ꝛ in.l.heredes mei.§.cum ita.in verbo, suscepissent.ff.ad Trebel. pro quo facit text.in dicto.§.sin autem sub conditione. ꝛ in.l.si in personam. ꝛ quod ibi Bald.C.de fideicommiss. Bald. Joan.de imol. ꝛ Alex. de imol.in.l.cum ex filio.in princip.ff.de vulgari ꝛ pupillari. multas remissiones ponit Oldra.consilio.cxxxj. exordiente, quidam habens tres filias ꝛc. ꝛ Philip.deci.consilio.xvj. exordiente, presupponitur in facto ꝛc. ꝛ puto qđ de hoc nõ sit dubium. ꝛ ita quo

2 ad hoc resideo cum dicto do. primo scribente volente † quod repulsis liberis dicte quondam Honorate quo ad cõmodum substitutionis huiusmodi, Maria eius soror successerit in vniuersali fideicommisso etiam si supponamus vt opinor quod dictus Egidius filius ꝛ heres factus maior quatuordecim annis ab humanis sine liberis decesserit potuit idem Egidius de fideicommisso detrahere duas quartas scilicet legitimam ꝛ trebellianicam. per id qđ scribit gloss. Bartol. ꝛ docto.in.l.Papinianus.§.meminisse.ff.de inoffic.testamen. gloss. Bartol. ꝛ docto.in.l.ꝗ ꝙ.C. ad legem Falcid. Bald.in.l.filium quem.C.famil.erciscun. multas remissiones ponit domi. Jason May.in authen.res que.columna.ij.C.commu.de lega. ꝛ sunt boni text.c.Raynutius. ꝛ in c.Raynaldus.de testa. Et si queratur quanta fuerit legitima dicti Egidij heredis, dico ꝛ respondeo ꝙ cum dicto primo Egidio patri superfuerint tres filij naturales ꝛ legitimi scilicet prefati Egidius Maria ꝛ Honorata horum trium legitima fuit triens seu tertia pars bonorum dicti quondam primi Egidij eorum scilicet que superfuerunt deducto ere alieno ꝛ funeris impensa authenti.de trien. ꝛ se.§.j.collatio.iij. ꝛ transumptiue in authentic. nouissima.C.de inofficio.testamen. iuncta dicta.l.Papinianus.§.quarta autem. ꝛ sic legitima cuiuslibet fuit nona pars predictorum bonorum, que primo venit detrahenda: deinde vero pro trebellianica detrahenda est quarta pars residui. iuxta theoricã quam ponit gloss. in dicto.c.Raynaldus. super verbo, licet ipsas. de testa. Bal.in.l.si vero.§.quid ergo.ff.de testa.milite. Angel. consilio.cxcix. exordiente, magnificus miles do. Guillielmus ꝛc. colum.ij. versi. quarto premitto ꝛ Joan.de imol.in.l.coheredi.§. cum filio.col.ij.ff.de vulga. ꝛ pupil. ꝛ de his duabus quartis potuit testari dictus quondã Egidius filius. dicto.c.Raynaldus. de testa. qđ si non fecerit in illis eidem successerunt dicta Maria soror ꝛ liberi dicte quondã Honorate dicta scilicet Maria pro dimidia parte, ꝛ liberi pro alia dimidia. authen.de heredi.ab intesta. §.his autẽ nõ existentibus. collatio.nona. ꝛ idẽ dico de bonis per dictum quondã Egidium filium acquisitis aliunde ꝙ ex paterna successione: quia illa nõ venijt in substitutione fideicõmissaria sibi facta. d.l.coheredi.§.cum filio. ꝛ sic in illis succedere debuerũt

dicti Maria et liberi Honorate dicto. §. his autē nō existētibus.
3 ¶ † Ad secūdum in quo queritur an moriente sine liberis dicta Maria superstite succedere sint in vniuersali fideicōmisso honeste mulieres Maria et Alaysona de rouhijs dicti quondam primi Egidij sorores, et an insolidum vel cum dictis liberis prefate quondam Honorate. dico in primis quod si contingat dicte Marie superesse liberos dicte quondam Honorate, dicetur eidē Marie superesse psone que lex cōiectura ta mēte dicti quōdā Egidij testatoris debent excludere substitutas, cum sint de liberis testatoris nepotes, scilicet ex filia: tunc enim dicitur superesse persona ex mēte huiusmodi excludens substitutum quādo illa est de liberis testatoris, et talis que ab intestato substitutum excluderet. l. penul. C. de impube. et alijs substitutio. l. si is qui ducenta. §. item si pater. ff. de reb. dub. et voluit Barto. in. l. heredes mei. §. cum ita. in fin. dum dicit aut superest aliquis de liberis. ff. ad Trebel. et idem etiam tenet ibi Ange. dum tractat de vulga. substitutione. et idē etiam sentit Bald. et Saly. in. d. l. penultima. huiusmodi autem sunt liberi dicte quondam Honorate et quidem vtpote nepotes ex filia dicti quondam primi Egidij sunt de liberis illius. l. libe-
4 rorum. ff. de verbo. signi. † Et siue loquamur de successione dicti quondam Egidij testatoris siue de successione dicte Marie, liberi dicte quondā Honorate excluderent ab intestato dictas Mariam et Alaysonam et quidem quo ad successionem dicti Egidij dicto authen. de heredi. ab intesta. §. j. et transumptiue in authē. in successione. C. de suis et legiti. libe. et idem dico de successione di-
5 cte Marie horum liberorū matertere: † quia nepotes ex fratre vel sorore in successione patrui, auunculi, amite, et matertere excludūt patruum, auunculum, amitam, et materteram eius, de cuius successione agitur dicto authenti. de heredi. ab intestato. §. his autem. iuncto. §. si vero neque fratres. et transumptiue in authentica. post fratres fratrumque filios. C. de legiti. heredi. Cum igitur dicte Maria et Alaysona fuerint sorores dicti quondā primi Egidij, et sic amite predicte Honorate, ille excluduntur ab intestato per dictos liberos ex dicta Honorata eiusdem Marie nepotes. ipsi ergo ex coniectura ta mēte dicti quondam primi Egidij excludūt dictas Mariam et Alaysonam substitutas per predicta: per que patet non obstare dicta. l. heredes mei. §. cum ita. et quod ibi Alexand. de imol. col. v. versic. et est aduertendum circa istam
6 solutionem etc. vbi post Bar. voluit Alex. de imol. † quod tunc dicitur superesse persona que ex presumpta mente testantis excludit substitutum, quando est persona que erat prior in gradu quam esset substitutus. Secus vero si esset persona que esset in pari gradu cum substituto: quia isto casu nō dicitur superesse persona que ex presumpta mente testantis dicatur excludere substitutum. dicto. §. cum ita. vbi supererat nepos ex primo filio precedente cum liberis, et neptis ex alio filio substituta, qui erant in pari gradu: et tamen nepos natus ex filio non excludit neptem quamuis sint in pari gradu: quia hoc non sufficit. sed requiritur quod persona excludens sit in potiori gradu. et hoc sufficit. quod etiā voluit Bartolus in dicto. §. cum ita. et post eum Alexander de imola. col. v. dicentes quod si essemus in casu in quo ex forma statuti filia et neptis excluderentur ab intestato per existentiam filiorum vel nepotum masculorum, tunc retentis terminis de quibus in dicto. §. cum ita. si superesset nepos ex vno filio et ex alio filio superesset neptis que esset substituta sub cōditione, si vterque filius decederet sine liberis, eo casu neptis substituta non admitteretur sola ad substitutionem ex presumpta mente testantis: sed excluderetur per existentiam nepotis masculi ex alio filio testatoris predefuncto. et hoc etiam sequitur Angel. in dicto. §. cum ita. quia ex expressa mente testantis videtur esse quod preferatur ille in ista
7 hereditate, qui ex dispositione statuti deberet preferri. † Unde dicit Bartol. quod dispositio testatoris debet recipere intellectum a dispositione iuris communis seu statuti loquentis ab intestato. Et supposito quod dictum Barto. quatenus loquitur in statuto sit dubium: tamen hoc cessat in casu nostro, in quo certum est quod liberi dicte Honorate sint in gradu potiori, siue loquamur de successione intestati dicti quōdam Egidij testatoris siue dicte Marie, per iura predicta. et sic nō videtur superesse dubiū quin si Maria ab humanis sine liberis decedat superstitibus liberis predicte Honorate, verum sit dicere quod supersint persone que ex presumpta mēte testantis debent excludere dictas Mariā et Alaysonam de rouhijs eiusdem testatoris sorores substitutas. Huic dicto non obstat quod not. gloss. et docto. communiter in. l. Lucius. la. ij. ff. de hered. institruen. et in. l. prima. C. de conditio. insertis. scilicet quod filij positi in conditione non censentur inuitati.
8 Quoniam respondeo et fateor hoc esse verum. † Sed aliud est inuitari, aliud est repellere substitutū. pone enim quod Titius heredem instituerit Sempronium filium et sibi si sine liberis decederet substituerit Ottonem: et quod postea Sempronius ab humanis decesserit superstitibus liberis quamuis enim secūdū gloss. et docto. magis communiter dicti liberi non censentur inuitati seu substituti: eorum tamen superexistentia repellit Ottonem substitutum: et hoc nemo negat. laborāt enim docto. solum super hoc an liberi censeantur etiam inuitati aut substituti. non autem super hoc an repellat substitutum: quia certum est quod sic: pro eo quia faciunt deficere conditionem. l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de lega. i. et quod scribit Oldra. consi. xxj. exordiente, thema tale est, testator habebat vnum fratrē. circa fin. et alij in alijs locis.

9 † Sed remanet difficultas an liberi dicte Honorate censeantur fuisse substituti vel inuitati per dictum quōdam testatorem ex eo quod in substitutione facta dictis Honorate et Marie filiabus testatoris fuerunt substituti non solum supranominate Maria et Alaysona sorores eiusdem testatoris, sed etiam sui, et videtur quod sic. pro eo quia siue per illa verba et suos, intelligamus suos ipsius testatoris prout fiendū videtur. l. ex facto. in principio. et quod ibi gloss. Barto. et doctores. ff. ad trebellianum. et quod scribit Bartolus in. l. cum in testamento. in principio. ff. de auro et argento legato. et quod habetur in. l. iubemus. versiculo idemque. iuncta gloss. super verbo Falcidie. C. ad Trebellianum. et quod notat Joannes de Ymola in. c. iudicante. columna septima. de testamentis. Alexander de Jmola consilio. lvj. exordiente. Consyderatis verbis testamenti. columna prima. in primo volumine. et Joannes Reynaudus in suo tractactu fuitatis in fine. siue per dicta verba, et suos, intelligamus suos dictatarum Marie et Alaysone videntur liberi eiusdem Honorate fuisse inuitati: pro eo quia ipsi fuerunt et sunt de suis non solum dicti quondam Egidij testatoris: sed etiam de suis earundem Marie et Alaysone per id quod scribit Paulus de castro in dicto cōsilio. ccclij. versiculo, sed respondeo: illud verbum et suos etc. et Andreas barbatius. consilio. xviij. in secunda parte. et in repetitione. l. cum acutissimi. columna quarta. C. de fideicommis. et quod habetur in. l. petitionem. et quod ibi bal. C. de ad-
10 uoca. diuerso. iudicio. † Ex quibus colligitur quod verbum, et suos, non est stricte intelligendum prout scilicet accipitur in. l. in suis. et in. l. Gallus. §. nunc de lege. ibi, is omnis virilis sexus. ff. de lib. et posthu. quia testatores plerunque de tam subtili iuris interpretatione non cogitant: sed debet intelligi de venientibus ab intestato secundum gradus prerogatiuam arg. eius quod no. in. l. si femina. C. ad Turpillia. Sed hic aduertendum est quod dictus testator in dicta substitutione non solum loquutus est de suis, sed etiam subiunxit heredibus et successoribus quibuscunque. preterea dicta substitutio facta est sub conditione si dicte Honorata et Maria decederent sine liberis propter quod non videtur dictus testator in dicta substitutione per verbum et suos etc. sensisse de liberis alicuius ex dictis Honorata et Maria. esset enim ineptum et absurdum dicere si Honorata et Maria filie mee decedant sine liberis ego substituo Mariam et Alaysonam sorores et liberos dictarū mearum filiarum aut alterius earundem: et sic verba non videntur congruere vt scilicet senserit de liberis dictarum filiarum aut alterius earundem quamuis vt predixi ex presumpta mente dicti testatoris debeant a successione repelli dicte Maria et Alaysona sorores testatoris propter superexistentiam liberorum predicte Honorate. et sic resoluendo istum articulum dico et respondeo quod si contingat dictam Mariam filiam testatoris decedere sine liberis, et quod eidem superuiuant liberi dicte quondam Honorate, ipsa poterit libere disponere et testari de bonis suis vel alias facere prout videbitur, pro eo quia quilibet regulariter est moderator et arbiter rei sue. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahend. emptio. et venditio. l. Polla. C. de his quib. vt indig. c. de his. de testa. et. l. non vsque adeo. in fin. ff. si a parē. fue. quis manumis. si vero neque testetur neque aliter disponat de bonis huiusmodi: existimo quod eidem sint ab intestato successuri liberi dicte Honorate eius nepotes ex sorore, et sic proximiores ab intestato prefatis Maria et Alaysona repulsis et exclusis. d. authentico. de heredibus ab intestato. §. his autem. cum suis similibus.

Ad tertium dico et respōdeo quod nobilis Fulquetus de voulta instare aut petere non possit fieri inuentarium de bonis dicti quondam Egidij testatoris: pro eo quia nullum ius in illis vel ad illa competit dictis liberis ex dispositione eiusdem testatoris, sed nec habent spem approbatam quamuis sint proximiores, per id quod voluit Bartol. in. l. post emancipationem. §. illud. ff. de liberatio. lega. vbi dicit Bartol. quod non debeat haberi estimatio illius spei quod quis scilicet possit alteri succedere, et quod licite appelletur spes. l. fin. in principio. C. de pactis. illa tamen non est legiti-

ma. et

ma. ⁊ idem voluit Alexander de imol. in. l. qui Rome. §. duo fratres. colum. xxx. versicu. alia est solutio ibi posita. ff. de verborum obligatio. Solum igitur est expectanda dicto casu voluntas dicte Marie. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet melius sentientis: ⁊ saluo semper quorūcunque iurisperitorum saniori consilio, a quorum rectitudine nunquam deuiaui neque deuiare intendo.

1 ¶ Heredis mei heres censetur meus heres.
2 Legitima successio que dicatur.
3 Expense temere litigantium quomodo veniant compensande.

¶ Epitome.

¶ Si plus petēti plus negatū fuerit vel totū, ambo temere litigare videntur: ⁊ ideo sunt in expensis ambo condēnandi. V. F.

¶ De plus petitio. Consilium. cclxxxiij.



Idi processum ceptū ⁊ diutius agitatum per ⁊ inter honestam mulierē Joannam boysserie vxorem ⁊ personam coniunctam honorabilis viri Guillielmi roselli actricē ex vna parte, ⁊ Marcum boysserie reum ex alia. Super quo in primis est aduertēdum quod probus vir Jacometus boysserie eorundem Marci ⁊ Joanne quondam pater non non reperitur aut legitur secundum registrum sui testamenti fecisse substitutionem de qua fuit parte eiusdem Joanne in suo libello articulatū: ⁊ si ita esset prout in registro debuisset ipsa Joāna insolidum succedere Bernardo fratri, hoc est non solum in legitima ⁊ trebellianica que de bonis paternis detrahi potuerunt: sed etiam in residuo. Et ideo aduertatur ⁊ videatur originale instrumentum dicti testamenti.

¶ Ceterum si est verum qd dictus quondam Jacometus testatus extiterit ⁊ substituerit prout reperio hincinde deductum, cū de vniuersali fideicōmisso a dicto Bernardo relicto, ⁊ quod sibi locum vendicauit in personam dicti Marci eius fratris, ⁊ ipsi Bernardo substituti, potuerint detrahi ⁊ detracte extiterint due quarte scilicet legitima ⁊ trebellianica, que fere ascendebant ad valorem dimidie partis eius quod de bonis paternis habuerat ipse quondam Bernardus, ⁊ in his duabus quartis successerit prefata Joāna actrix, ipsa profecto in omnibus per eam petitis plus re petijt, nam cum pro quarta parte vel fere propter detractionem dictarum duarum quartarum in quibus ex testamento dicti Bernardi successit fuerit heres dicti quondam Jacometi.
1 qz heres † heredis testatoris est heres. l. fi. C. de here. insti. Et sic pro dicta quarta parte potuit repelli. l. si debitori. cum suis simi. C. de pact. non enim potuit petere nisi dodrantem seu tres quartas partes eorum que petijt de dote matris Joanne filie quōdā Stephani boysserie aut de dote matris Joanne actricis ⁊ de legitima seu supplemento legitime dicte Joāne neptis: qz ad aliā quartam partem tenebatur eadem Joanna actrix pro eo qz pro quarta parte successit dicto quondam Jacometo suo patri.

¶ Quo vero ad dodrantem seu tres quartas partes predictorū bonorum seu iuriū videtur dicta Joāna actrix opportune egisse ⁊ cui non videntur obstitisse nec obstare duo pretensa publica instrumenta, vnum scz cuiusdā pretense quittantie facte per ipsam Joannam de quibusdam pecunie summa ⁊ alijs specificatis ⁊ generaliter de omnibus ⁊c. ⁊ hoc anno domini Millesimo quingentesimo quinto ⁊ die. xxiij. mensis Augusti. insertū fol. cxciij. Et aliud cuiusdam pretense donationis inter viuos facte vt asseritur per ipsam Joannam actricem dicto Marco reo de omnibus ⁊c. prout ibi anno proxime dicto ⁊ die. xx. mensis Augusti insertum fo. cc. Cum qz huiuscemodi pretense quictantia ⁊ donatio precesserunt non solum mortem dicte quondam Joāne neptis, ex cuius persona experta est ⁊ egit prefata Joanna actrix: sed etiam precesserunt testamentum eiusdē Joanne neptis, quod factum legitur anno domini Millesimo quingentesimo sexto, ⁊ die. xix. mensis Maij. Cuius instrumentum inseritur fol. cxxiiij. Et licet quis possit quictare seu remittere ⁊ donare non solū bona ⁊ iura presentia: sed etiā futura: non est tamē verisimile quod dicta Joanna actrix senserit de futuris ⁊ de illis in quibus aut ad que nullum ius sibi competebat nec competere sperabat. ⁊ vt videtur per dictam quictantiam videbatur velle solum se excludere a legitima ⁊ supplemento illius ⁊ a iuribus competentibus ⁊ vt videtur ista fuit intentio non solum ipsius Joanne sed etiā dicti Marci cum appareat qd post dictas pretensas quittantiā ⁊ donationem factū extiterit compromissum per ⁊ inter eosdem Marcum ⁊ Joannam, ⁊ deinde subsequuta sententia ⁊ diuisio facta de bonis que fuerant apud dictum Bernardum ex paterna successione vt apparet per duo publica instrumenta. Primū scilicet dicti compromissi facti anno domini Millesimo quingentesimo sexto, ⁊ die. viij. mensis Maij. insertum folio. cxli. Et secundum diuisionis prementionate facte anno predicto ⁊ die xxvij. mensis Maij. insertum fo. clxxvi. in princip. que verisimiliter facta non extitissent si dicte pretense quittātia ⁊ donatio fuissent per partes predictas intellecte nō solum de bonis ⁊ iuribus eidem Joanne pertinentibus tempore earundem: sed etiam de futuris. Cum ⁊ qz dicta Joanna vtrobique reseruauit ⁊ sibi saluam esse voluit legalem successionem ⁊ escheutam cuiuscemodi fuit successio dicte quondam Joanne neptis. l. lege obuenire. ff.
2 de verborum significatio. † vbi probatur quod non solum legitima successio dicitur successio intestati ⁊ que immediate defertur a lege, sed etiā illa que defertur mediante testamento. dicit enim text. ille lege obuenire hereditatem non improprie quis dixerit ⁊ eam que ex testamento defertur. Cum ergo dicta Joanna reseruauerit legalem seu legitimā successionem: palam infertur quod per dictas quictantiam ⁊ donationem non censeatur quictasse aut donasse hereditatem seu bona postea sibi delata in vim testamenti facti per dictam quondam Joannam neptem. Preterea hic est aduertendum quod non solum reseruata est legalis successio, sed etiam escheuta quod est verbum fortasse plenius sonans ⁊ secundum communem vsum loquendi se regulariter extendens tam ad successionem testati quam intestati, ne alias videatur superflue ⁊ sine operatione positum, quod non est dicendum: quia nedum quelibet oratio, sed etiam quodcunque verbum a contrahentibus prolatum debet esse cum potestate operandi si fieri potest. l. hac lege. ff. de contrahen. emptio. ⁊ venditione. ⁊ l. si stipulatus. in princip. ff. de vsur. verba sunt Bald. C. de contrahenda emptio. ⁊ venditio. in rubrica. qō. ix. quem commemorat Alexand. de imol. consil. cxvij. exordiente, visis supra narratis in themate. colum. penulti. in primo volumine. ⁊ alij in alijs locis. Et per hoc potest respōderi ad. l. iiij. §. de illo queritur. ⁊ quod ibi doctores. ff. pro socio.

3 † Quo vero ad expēsas factas in hac causa, an videlicet in illis condemnari debeat dicta Joanna ratione pluris petitiōis, an ve ille sint mutuo ⁊ vicissim compensande, pro eo qz quelibet pars debuit in aliquo vincere ⁊ in aliquo vinci: dicta videlicet Joanna vincere in dodrāte, ⁊ vinci in quadrante, ⁊ Marcus eius frater vincere in dicto quadrante, ⁊ vinci in dodrante. Dico ⁊ respondeo quod si idem Marcus simpliciter excepisset de pluri petitio, ⁊ confessus extitisset se teneri ad dodrantem, ⁊ dicta Joanna non petijsset dodrantem sibi expediri: tunc essemus in terminis in quibus loquuntur docto. in. l. i. §. si stipulanti. ff. de verborum obligatio. in. l. qui solidum. in princip. ff. de lega. ij. ⁊ in multis alijs locis. Sed vt opinor non omnino sumus in illis terminis, pro eo qz dictus Marcus nō solum videtur contendisse se nō teneri vltra dodrantem: sed etiam qd in nullo teneatur, prout colligi potest ex per eum deductis in articulis exordientibus. Ut vobis, insertis fol. cv. ⁊ sic videmur potius esse in casu in quo actrix plus re petijt: qz petijt totū. reus vero plus re negauit: qz negauit totum, hoc est contendit se in nullo teneri. quo casu dicit Antonius de butrio in. c. vnico, de plus petitio. qd expense debeāt hincinde compensari, pro eo quia vterque temere litigauit ⁊ quod fiet compensatio pro rata, per notata in. c. finem litibus. de dolo ⁊ contu. ⁊ huic opinioni quoad effectum accedit Panormi. in dicto. c. vnico. columna vltima. versicu. ⁊ per predicta soluitur questio ⁊c. inquit enim se credere quod vigore dicti tituli de plus petitio. re⁹ in nullo puniatur: quia tantum vigore illius punitur plus petens: sed reus poterit condemnari in expensis, vt fiat compensatio per alia remedia quia temere litigauit respectu partis. c. calumniam. de pe. Et hec videtur opinio rationabilis ⁊ equa: quia non potest negari quin etiam reus temere litigauerit quoad partem debitā. fateor quod Joannes de ligna. in. d. c. vnico, dicit ꝙ reus non incurrit penā, quia cum illa constitutio sit penalis, illa non debet extendi. Sed huic rationi videtur opportune respōdere Panormita, vt patet ex predictis Angel. Aretinus in. §. si quis agens. longe post medium. versi. quid si actor plus petijt institu. de actioni. relatis opinionibus Joan. de ligna ⁊ Anto. de but. dicit se simpliciter tenere opinionem Joā. videlicet quod reus nullam penam patiatur: quia ipse potest vti pluribus ⁊ diuersis ⁊ contrarijs exceptionibus. regula. nullus pluribus. ⁊ quod ibi Dy. de regu. iur. in. vj. ⁊ propter pluris petitionem actoris potest reus simpliciter omnia negare pro quo dicit facere notata per Bartolum ⁊ doctores in l. prima. §. si stipulanti. ff. de verborum obligationibus. ⁊ Barto. ⁊ docto. in dicta. l. qui insolidum. in princi. ff. de legatis secundo. Sed videretur posse responderi ad primū quod licet reus possit

eri pluribus ac diuersis z contrarijs exceptionibus, non tamen hoc facit impune si in aliquibus vincatur dicto capitu. finem litibus. de dolo z contuma. Ad secundum vero dico quod Bartolus z docto. magis communiter notant z scribunt in dicta. l. j. §. si stipulanti. contrarium, scilicet quod propter pluris petitionem non possit totum negari, quinimo debet reus partem debitam confiteri quod etiam voluit idem Angelus in. §. item si in iudicio. charta decimatertia vel circa. columna secunda. versiculo z predicta inducuntur contra cauillosos causidicos zc. institut. de exceptio. vbi scribit aduocatos consulentes clientulis quod propter partem falsam totum negent esse cauillosos z quod hoc facere non licet: q: quis petendo puta tota centum dicitur petere quamlibet partem vt voluit Barto. z docto. in. l. si quis cum totum. in prin. ff. de excep. rei iu. in. d. l. j. §. si stipulanti. vbi etiam dicit Ange. se de hoc dixisse. ff. de verb. oblig. Saly. vero in. l. properãdum. §. si autem alterutra. C. de iudi. determinat quod reus pro parte victus z pro parte obtinens in nihilo debet condemnari pro expẽ. z hanc opinionem sequitur ibi do. Jas. may. col. vij. versicu. quinto quero vbi potest videri, z profecto negari non potest, quin iste casus sit dubius propter conflictũ opinionũ. Laudarem igitur super omnibus compositionem partium pro maioribus sumptibus euitandis.

1 ☞ Notarius an possit acta recipere extra territorium eius authoritate cuius creatus fuit notarius: an talia acta sic recepta valeant.

¶ Epitome.

¶ Notariorum a Papa vel principe creatorũ acta vbiq; fidem faciũt: aliorũ vero acta tantũ intra territorium creantium. V. F.

¶ De tabellar. Consilium. cclxxxiiij.



Uerit nobilis z generosus vir Petrus de balma do. oppidi seu castri loci de Suza existẽtis in patria z districtu Delphinali, an acta sue curie, vtpote criminales inquisitiones, processus z ordinationes, seu sententie, sumpta z recepta per publicos notarios, qui tamen pretẽduntur nõ fuisse creati Delphinali authoritate, faciant fidem z probent perinde ac si acta huiusmodi sumpta z recepta extitissent per notarium aut notarios Delphinales. Ad quod respondeo quod super hoc sunt opiniones vt colligitur ex his que scribit Specu. titu. de instru. edit. §. restat. versicu. quid de his qui fiunt ab episcopo. z quod scribit domi. Felin. in. c. cum. P. tabellio. versic. decimotertio queritur. z duobus sequentibus. de fide instrumen. Et omissa recitatione opinionum huiusmodi. Dico z respondeo breuiter z succincte, qd si dicti notarij fuissent creati authoritate summi põtificis, videretur quod dictis actis debeat fides adhiberi, per id qd not. Specula. titu. de instru. edit. §. restat. versic. z nota. pro quo inducit. c. cuncta per mundum. z. c. per principalem. ix. q. iij. z alia iura de quibus ibi: z idem fuit de mẽte Bartol. in. l. apud proconsulem. ff. de manumis. vindic. Joan. de imol. in dicto. c. cum. P. tabellio. colum. iij. versiculo aduerte tamẽ zc. z do. Feli. in dicto. c. cum. P. tabellio. versi. decimotertio queritur. ibi, sed contrarium tenet hic Imo. vide docto. in. c. romana. §. fina. de foro competen. in. vj. Sed si fuerint creati authoritate alterius inferioris a principe, ipsi secundum cõmunem opinionem non potuerunt conficere seu recipere dicta acta extra
1 † territorium seu territoria illorum qui eos creauerunt notarios, argumento eius quod habetur in. c. romana. §. penultimo. de fo. compe. in. vj. quod etiam voluit Specu. in dicto. §. restat. versic. quid de his zc. ibi ego credo quod etiam simpliciter zc. z ibi etiã hoc voluit Joannes andr. in addi. exordien. Guliel. de cu. z idez voluit Barto. in dicta. l. apud proconsulem. Bald. Hemi. z Philip. de franch. in dicto. c. romana. §. fina. Multas remissiones ponit domi. Feli. in dicto. c. cum. P. tabellio. versicu. quintodecimo z vltimo queritur zc. ibi contrarium tenet Joannes andr. z idem voluit Joan. de platea in. l. duũuirum. colum. fina. versic. ex illa lege. C. de decurio. libr. x. Et quamuis aliqui aliter dixerint, hec tamen opinio videtur communis a qua propterea non esset securum discedere in iudicando aut consulendo. l. j. versicu. crebrior apud veteres opinio. de offic. questo. c. nouimus. z qd ibi Anto. de butr. de verborum significatio. z qd scribunt Hostien. Joan. and. in nouel. z docto. communiter in. c. j. de consti. Bart. z alij in. l. fina. C. de pe. iudi. qui male iudi. Uideat igitur dictus nobilis Petrus qua authoritate creati extiterint notarij illi qui acta z sententiam predictas receperunt. quo vero ad ea que recepit magister Petrus laurẽsoli non videtur esse dubitãdum, pro eo q: legitur qd esset notarius Delphinali authoritate creatus. Que omnia dixi z c.

1 ☞ Canonizatio sanctorum soli pape pertinet: z neminem pro sancto venerari quis debet in publico presertim, nisi per papam canonizatus fuerit.
2 Et que requirantur ad hoc vt quis pro sancto canonizetur: num. seq. Et an scriptura antiqua sit efficax probatio sanctitatis alicuius. num. 6. z. 7.
3 Miracula seu actus miraculosi an sufficiant vt aliquis pro sancto canonizetur.
4 Prophetie donum an operetur vt pro sancto quis canonizetur z veneretur.
Et quid de excellentia ac bonitate vite an sufficiat vt. s. nu. 5.
5 Reliquie de nouo inuente an z quando publice venerari debẽt.

¶ Epitome.

¶ Non debent fratres conuentuales aut alij absq; scitu pontificis corpus alicuius tanq; sancti venerandum exponere. V. F.

¶ De episco. audien. Consi. cclxxxv.



Ontra venerabilẽ conuentum claustralium fratrũ minorum loci Balriaci videtur multa facere. Primo quidez quia sine licentia pape z nisi per papam canonizatus extiterit non potest aut debet quis tanquã sanctus in publico venerari vel haberi, etiam si facere, aut facere videretur multa miracula. c. j. z qd ibi glos. Innocentius Hostien. Joan. andr. z alij. de reli. z veneratio. sancto. z Hostiẽ. in summa
1 illius tituli. z quid sit sanctorum canonizatio † quotq; sint z que quibus deueniendum est ad canonizationem scribit Host. z post eum Joan. andr. in nouel. in. d. c. j. z do. Anto. florenti. archiepiscopus in tertia parte sue summe titu. xxij. c. v. §. v. z quilibet horum ponit duodecim per que peruenitur ad canonizationem huiusmodi: z quare sanctorum canonizatio ad solum papam pertineat scribit Hostien. z doct. in. d. c. j. z gloss. in. c. vnico. de relig. z vene. sancto. in. vj. Scribunt etiam Innocen. Host. z Jo. andre.
2 in. d. c. j. z doct. in. c. venerabili. de testib. † quod antequam quis pro sancto canonizetur fienda est inquisitio super excellentia vite illius qui petitur canonizari, necnõ etiam super miraculis factis
3 tempore vite, z post mortem. † Non enim sufficiunt miracula seu actus miraculosi: quia illi fieri possunt etiam per malos. c. teneamus. j. q. j. z. c. solet circa medium. de consecra. distinct. iiij. hoc enim apparet per ea que tẽpore Moysi egerunt magi Pharaonis, qui ministerio demonum multa signa fecerunt, que similia videbantur miraculis factis per Moysen seu per Deum ministerio Moysi. vt patet exodi. c. vij. z. viij. de quo habetur in. d. c. teneamus. j. q. j. de quibus loquens Augusti. in. iij. de trinita. c. viij. dicit qd magi verterunt virgas in serpentes virtute demonum. qui tamen non debent dici creatores serpentum huiusmodi, sed pro subtilitate sue cognitionis istarum rerum nobis occultiora nouerunt z eas per congruas temperationes elementorum latenter spargunt, atq; ita z gignendarum rerum z accelerandorum incrementorum probent occasiones: hec beatus Augusti. vbi supra qd commemorat do. Prepo. in dicto. c. teneamus. facit etiã ad hoc qd christus in die iudicij multis dicentibus nõne
4 in nomine tuo demonia eiecimus dicturus est nescio vos. † Nec etiam sufficit ad canonizationem alicuius donum prophetie, quia etiam nonnulli mali leguntur habuisse donum prophetie aut prophetasse. prout colligitur de Saule rege, qui licet malus esset z Dauid virum sanctum persequeretur prophetauit tamen idem Saul. c. prophetauit. j. q. j. idem habemus de Balaam qui etiam dicitur prophetasse z prophetauit. c. nos si. §. item cum balaam. ij. q. vij. z tamen malus erat. idem de illo deicida Caypha de quo dicit Joan. apostolus z euangelista qd cum esset pontifex anni illius prophetauit. posset preterea de multis alijs maior fieri sermo qui legũtur habuisse donum prophetie, licet mali essent.
5 † Non etiam sufficit ad canonizationem bona vel excellens vita eius qui canonizari petitur vt etiam scribunt doctores in dicto. c. j. z in allegato capitulo venerabili. de testibus. Non dico quod bona z excellens aut sancta vita non sufficiat ad beatitudinem z gloriam consequendam: sed dico quod non sufficit ad canonizationem faciendam, pro eo quia per illam non sufficienter iudicat aut demonstratur viri sanctitas. posset enim aliquis per hypocrisim aut auaritiam vel alias fingere z simulare sanctam vitam, qui tamen in occulto non sic stricte viueret nec bonus esset, imo profecto malus z ita aliquando z sepius compertum est in multis hereticis vitam sanctam simulantibus. Debet igitur antequam quis canonizetur inquiri precipue super duobus scilicet super vita z miraculis eius qui canonizari petitur. d. c. venerabili, super vita z miraculis.

Secundo

5 †Secundo facit cōtra dictum venerabilem conventum, ꝛ vt non venerentur reliquie de quibus in casu id quod habetur in.c.ij.de reliq.ꝛ venera.sancto. vbi Innocentius papa tertius scribit qd de nouo inuentas reliquias nemo publice venerari presumat, nisi prius authoritate romani pontificis fuerint approbate. vnde cum nec de sancta seu excellenti vita, que in talibus primo testimonium ferre debet nec de canonizatione eius, qui in casu mihi exhibito sanctus preten ditur appareat ꝛ illius pretense reliquie fuerint de nouo reperte, non videtur esse tutum illum habere pro sancto, seu etiā reliquias illius tanquam reliquias alicuius sancti sine authoritate romani pontificis publice venerari etiam si inibi vel fiant vel fieri videantur miracula seu actus miraculosi aut miraculis similes quos nonnunquam fieri procurat ille antiquus homo ꝛ hominū antiquus hostis habens mille nocendi modos.c.visis.xvi.q.ij. Absit autem a mente hominum qd profecto ꝛ a mea abest quod scilicet fiant ibi figmenta vel alia illicita turpis lucri gratia que tamen nonnunquam fiunt.d.c.ij.de reliq.ꝛ ponit exēplum Host. ꝛ post eum Joann.andre.in pessimis questuarijs, qui quandoqꝫ ostendunt costam peccatoris hominis vel asini loco sancti, quia non curant nisi vt denarios habeant, alij ponunt oleum in oculo sue mariole vt videatur flere, ꝛ sic imago que facta erat ad honorem domine nostre vertitur in ipsius cōtumeliam. Alij etiam in suis predicationibus quandoqꝫ seminant errores ꝛ multas fabulas asserunt esse veras. Que omnia dicebant Host.ꝛ Joan.and. vbi supra esse corrigenda.

†Et quāuis pro dicto venerabili cōuentu videantur facere due scripture, vna scilicet que ad eundem conuentum certis medijs peruenerat ante repetitionem dictarum reliquiarum, ꝛ in qua scribitur de illarum trāsportu ad dictum conuentum, ꝛ alia que reperta est in capsa adherēte parti superiori eiusdem capse, in qua erant reliquie, pro eo qꝛ ille sunt scripture antique ꝛ a quarum confectione lapsi sunt centum anni ꝛ vltra, ꝛ sic quamuis alias non probarent videntur nihilominus in hoc casu probare, pro eo quia in antiquis illa que alias esset semiplena probatio ꝛ adhuc minor obtinet vicē plene probationis sicut fama, per quam probatur dominium antiquissimum, seu etiam sicut verba enuntiatiua contenta in priuilegijs ꝛ instrumentis, per id quod notat.gloss.in.c.si papa.de priuileg. in.vi.ꝛ in.c.cum olim.de censib.ꝛ qd scribit Joannes.de imol.in clementi.i.de probatio. Alexand.de imol.consil.clxxxvij. exordien.colum.secunda.in.ij.volumine. Franci.de aret.consi.xxxvi. exordiente.casus talis est presupponitur in facto.columna secunda.ꝛ consilio.xlij.exordiente, viso consilio elegantissimo. Tamen videtur qd scripture huiusmodi non multum faciant pro dicto conuentu, pro eo qꝛ ille sunt scripture priuate ꝛ ita quemadmodū non creditur eis si assererentur esse de tempore recenti aut saltem de non antiquo, ita nec creditur eis de data scilicet quod facte extiterint sub data dicti temporis. quo fit vt non appareat qd sint facte eo tempore quo facte pretenduntur, anno scilicet domini Millesimo tricentesimo nonagesimo octauo ꝛ die vicesimatertia mensis Junij. Vbi etiam aduertendum est quod in dicta prima scriptura non dicitur vbi dicte reliquie fuerint capte vel accepte per eos qui illas contra iuris dispositionem de loco ad locum transtulisse dicuntur.c.corpora sanctorum.de consecra.distinctione, prima. an scilicet in ecclesia infra mentionata vel alibi, ꝛ an essent sepulte vel in terra posite aut extra eam. Et quamuis ibi dicatur quod sacrum corpus fuerit positum in maiori capella dicti conuentus: non tamen dicitur quod fuerit ibi sepultū seu infra terram positum. Preterea quomodo fuit ibi sepultum si aliquando fuerat releuatum ꝛ quomodo prius fuit per quisitū in latere altaris ꝛ in loco qui est inter ipsum ꝛ murum ecclesie potius, quam ante altare attento quod communius solent corpora sepeliri ante altare quam ad latus illius. Ceterum mirum quomodo non fuerit corpus huiusmodi repetitum per episcopum Dieñ. intra cuius diocesim preteditur iacuisse ꝛ fuisse sepultum, ꝛ idem dico de Vasioneñ. si episcopus Vasioneñ. extiterat. cum successores in episcopatu ꝛ signanter vicini temporis debuerint verisimiliter esse affectionati vt penes ecclesiam cuius pastor extiterat quiesceret ꝛ dormiret.

Quod autem dicitur de ecclesia constructa sub titu.ꝛ ad honorem sancti Martini de vlmis cum tribus altaribus, videtur prima facie multum facere pro dicto conuentu. Sed aduertendum est quod vt inibi scribitur in illa sunt membra apta ꝛ conuenientia ad penitentiam scilicet camerula, aula parua ꝛ alia loca parua: qꝛ dicitur quod erat leprosus, ꝛ quod ibi solus se retraxit ad penitentiam agendā: que si opportune attendantur potius arguunt ꝛ iudicant ecclesiam predictam fuisse per eum factam aut suo mandato qꝫ ad honorem ꝛ sub titulo ipsius, scilicet sancti antea mortui. si enim ad honorem ipsius ꝛ sub predicto titulo vt premisi constructa extitisset, non fuisset opus quod in ea fierent membra predicta apta scilicet ad penitentiam peragendam: sed videtur potius esse credēdum quod facta fuerit ante mortem, ꝛ quod ibi sancte vixerit, ꝛ tanquam in eremo positus. quod si sic non faceret pro conuentu. Pro conuentu etiam facere videtur qd scribit Hostien. in dicto

7 c.ij. Super verbo, de nouo. de reliq.ꝛ venera.sancto. vbi † scribit quod ideo dicit text. de reliquijs de nouo inuentis: quia si inueniretur cum ipsis scriptura quod essent alicuius sancti bene possent tales reliquie venerari. vnde cum in casu de quo loquimur reperta extiterit scriptura cum dictis reliquijs in qua scribitur. Sacrū corpus siue sacra ossa beati Martini ꝛc. videretur quod iste reliquie possint proculdubio venerari. Sed huic videtur posse responderi quod Hosti. intellexerit de scriptura publica alias plenam fidem faciente. Secundo etiam potest dici quod Hosti. vbi supra loquitur quando cum reliquijs inuenitur scriptura, quod essent alicuius sancti antiquitus approbati, ꝛ sic eo casu quo essemus certi de canonizatione illius ꝛ solum superesset dubium, an ille reliquie essent reliquie illius: sed hic non solum non sumus certi quod dicte reliquie fuerint illius cuius esse pretenduntur: sed etiam certi non sumus quod ille fuerit canonizatus. ꝛ sic verba Hostien. casum hunc non attingunt. Et quamuis nō negem quod pro dicto conuentu facerent sequentia. Primum scilicet si appareret quod dicta ecclesia fuerit cōstructa ad honorem sub titulo ꝛc. ꝛ idem dico de altari ꝛ de pictura imaginis cū diademate: qꝛ tamen forte de ecclesia non bene probaretur, ꝛ alia possunt esse equiuoca ꝛ maxime in campis ꝛ locis syluestribus, mihi profecto videtur tutius esse ꝛ longe tutius consulere reuerendo pari guardiano ꝛ conuentui quod ipsi hec significent summo pontifici, quam quod ipsi huiuscemodi reliquias sic publice venerentur eo inconsulto propter periculum quod potest occurrere in talibus. refert enim Marc. Ant. sabellicus in suis eneadibus, quod Bonifacius octauus iussit quendam Hermanium Ferrarie sepultum ꝛ ibi viginti annos multa; veneratione cultū refodi, ꝛ deinde publice cremari: ꝛ fuerat iste vnus ex fraterculis. Que dixerim sub correctione ꝛc.

1 Substitutio compendiosa facta per verbum commune, cuiusmodi est substituo, an comprehendat vulgarem ꝛ pupillarem.

2 Substitutio vulgaris in compendiosa comprehensa an ꝛ quando valideт testamentum.

3 Substitutus sub conditione, si ante conditionis euentum moriatur, relictis tamen ex se liberis, ad fideicommissum illud conditionale transferatur in ipsos liberos.

4 Inuitati an ꝛ quando censeantur liberi conditionaliter substituti.

5 Conditionalis dispositio per conditionis euentum effectum sortitur.

6 Substitutus an ꝛ quando repellatur superexistentibus filijs sub conditione positis.

7 Fideicommissarius proponens grauatum decessisse sine liberis, an habeat intentionem de iure communi fundatam, vt propterea sit locus fideicommisso.

8 Vita hominis presumitur durare annos centum, nisi de contrario constet.

9 Mater ꝛ filius si sint eodem mortis genere simul mortui, quis eorum prior expirasse presumatur.

10 Substitutio facta per verbum obliquum quid operetur.

¶ Epitome.

¶ Substitutio compendiosa facta per verbum commune continet etiam pupillarem si filio testātis fiat: ꝛ vulgarem quando fit extraneo. V. F.

¶ De insti.ꝛ substi. Consilium. cclxxxvi.



Visis heredis vniuersalis institutione ꝛ substitutionibus, quas fecisse dicitur probus quondam vir Vitalis de missolis, vna cum casu mihi exhibito, ꝛ dubijs ex casu huiusmodi elicitis, insuper ꝛ cum iuribus allegationibus dominorum clarissimorum doctorum, Dico ꝛ respondeo ad dubia huiusmodi breuiter ꝛ succincte prout infra. Pro quorum faciliore solutione premitto qd dictus quon-

dam Uitalis in suo vltimo ⁊ nuncupatiuo testamento legitur
fecisse quinq; substitutiones: quarum prima fuit de Catherina,
secunda de Falcona, tertia de Isabella, quarta de Alaysia eius
filiabus, ⁊ quinta de propinquiore generis, ⁊ in gradu parentele
eiusdem Uitalis testatoris. Secundo premitto quod dicte sub-
stitutiones ⁊ earum quelibet fuerunt compendiose, prout clarissi
1 me apparet ex inspectione earundem. † Tertio premitto quod
substitutio compendiosa facta per verbum commune, cuiusmo-
di est verbum substituo, vt scribit Barto. in. l. centurio. columna
finali. vbi etiam alii docto. ff. de vulgari ⁊ pupillari continet non
solum pupillarem substitutionem si fiat per patrem filio impube
ri ⁊ in ipsius patria potestate existenti: sed etiam continet vulga
rem: siue fiat impuberi huiusmodi, siue maiori, vel extraneo, per
id quod scribunt Guillielmus de cun. Cinus ⁊ alii in. l. precibus.
C. de impube. ⁊ aliis substitutio. Bartolus in dicta. l. centurio.
versicu. quero vtrum substitutio compendiosa facta per verbum
commune ⁊c. vbi etiam alii doctores. ff. de vulgari ⁊ pupillari. ⁊
idem voluit Bartol. in quodam suo consilio exordiente, Raldus
philippi. ⁊ in. l. quamdiu. la vltima. ff. de acquirenda hereditate. ⁊ ca
noniste in. c. Raynutius. de testamen. ⁊ Joan. Ferrarien. in sua
practica. titu. forma libel. quand. agit ex substitutio. super ver-
bo, compendiose. versicu. amplius queritur an hec compendiosa
substitutio. Et hoc importat seu operatur verborum significatio
⁊ mens testatoris. dicit enim testator in casu nostro. Si vero con
tingeret dictum Aymarium filium meum decedere siue mori
quandocunq; sine libero seu liberis de se ⁊c. quod intelligendum
est siue decederet in vita testatoris siue non, ⁊ siue ante testamen-
tum siue post. l. secunda in princip. ff. de adimen. leg. ⁊. l. hec con-
2 ditio. §. fi. ff. de conditio. ⁊ demonstra. † Et dicta vulgaris sub-
stitutio comprehensa in compendiosa est expressa vt voluit glos.
⁊ post eam docto. in dicta. l. precibus, a qua propterea potest te-
stamentum vires assumere. l. si pater filium. secundum lecturam
gloss. a doctoribus approbatam. ff. de vulga. ⁊ pupilla. ⁊ probat
in. l. tertia. §. fi. ⁊ in. l. Gallus. fere per totam. ff. de libe. ⁊ posthu.
⁊ in. l. Thais. §. Splendophorus. ff. de fideicommissa. libertati-
bus. Ex quibus infero quod licet dictus Aymarius heres vniuer-
salis institutus ab humanis decesserit in vita dicti quondam Ui-
talis seu etiam post mortem ⁊ ante immistionem paterne heredi
tatis, non propterea euanuit testamentum eiusdem quondam
Uitalis cum in vim vulgaris substitutionis facte de dicta Ca-
therina potuerit dicta Catherina se immiscere paterne heredita
ti. quod si non fecerit, eo videlicet quia forte ⁊ ipsa mortua est in vi-
ta testatoris vel postea: ante tamen immistionem paterne heredi
tatis potuit dicta Falcona per dictum Uitalem eidem Catheri
ne substituta ⁊ per ipsum heres vniuersalis eo casu instituta se im-
miscere paterne hereditati in vim vulgaris expresse de ea facte.
Et hanc immistionem seu paterne hereditatis aditionem potius
fecisse censenda est in vim dicte testamentarie dispositionis, quam
ab intestato: quia cum superesset Alaysia post eam substituta, non
erat ipsi Falcone delata hereditas ab intestato. l. quandiu. la. ii.
ff. de acquiren. heredi. Cum ea repudiante esset deferenda dicte
Alaysie tunc viuenti ⁊ substitute.

3 **His premissis † dico ⁊ re-**
spondeo ad primum quesitum quod cum predicta Alaysia quar
to loco substituta ab humanis decesserit ante mortem ⁊ deces-
sum dicte Falcone, ⁊ sic pendente conditione substitutionis de
ea facte substitutio de ea facta expirauit, ⁊ vniuersale fideicom-
missum eidem Alaysie relictum extinctum est, ita vt nec illud
ipsa transmiserit ad liberos. l. vnica. §. si autem sub conditione.
⁊ quod ibi Bald. C. de cadu. tollend. pro quo facit. l. si in perso-
nam. C. de fideicommiss. l. miles. §. j. ⁊. l. vnum ex familia. §. rogo.
in fine. l. cum pater. §. hereditatem. ff. de lega. ii. l. quero. ff. de ali-
ment. ⁊ cibar. legar. ⁊ quod not. gloss. ⁊ post eam doctores. in. l.
vnica. C. de his qui ante apert. tabu. ⁊ in. l. heredes mei. §. cum
ita. ff. ad Trebellia. ⁊ quod scribit Oldrad. consilio. cxxxi. exor-
diente, quidam habens tres filias, in quibus locis probatur quod
siue agatur de conditionali vniuersali fideicommisso siue de sin-
gulari illud extinguitur si contingat substitutum mori pendente
conditione quamuis gloss. que reputatur singularis in. l. is cui.
ff. de actio. ⁊ obligatio. senserit contrarium: sed illa communiter
reprobatur. cum igitur vt predixi pendente conditione substitu-
tionis facte de dicta Alaysia ipsa ab humanis decesserit, nec ipsa
admittenda est ad dictum fideicommissum, vtpote que per mor-
tem omnia soluentem esse desierit. authentico, de nuptiis. §. de-
inceps. collatio. iiii. nec Margarita eius filia ⁊ hoc ex capite hu
iuscemodi substitutionis.

Sed. quia in dicta quinta
substitutione facta videlicet de propinquiore generis ⁊ parentele
dicti quondam Uitalis facta est mentio de liberis eiusdem Alay-
sie. Et preterea in illa substitutus est propinquior generis ⁊ pa-
rentele eiusdem testatoris, potest superesse dubium an in vim istius
censeatur eadem Margarita inuitata ⁊ substituta ad dictum vni
uersale fideicommissum presertim supposito quod ille filius defun-
cte Falcone non superesset tempore mortis dicte Falcone. Et
omissis argumentis que hincinde fieri possunt. Dico ⁊ respondeo
quod dicta Margarita non videtur posse dici substituta in dicta
quinta substitutione: ⁊ quidem non pro eo quia in illa fit mentio
4 de liberis predicte Alaysie: † quoniam liberi in ea positi sunt ibi
positi sub conditione non dispositiue. quo fit vt non censeantur
inuitati quamuis eorum superexistentia repellat substitutum, prout
voluit glos. in. l. Lucius. la. ii. ff. de heredibus instituendis. quam
ibi sequuntur Jacobus de aretio, Cinus, Raynerius, Bartolus
Franciscus tigri. Nicolaus de neapo. Bald. Angelus ⁊ Joan-
nes de imola. illam etiam sequitur Joannes andreas in additio.
Specul. titul. de testamentis. §. j. versicu. huic questioni accedit
hunembris questio. ⁊ alii plurimi in diuersis locis, quos comme-
morat Alexander de imola consi. clxxxv. exordiente, viso titulo ⁊c.
in secundo volumine. qui etiam pro hoc inducit decem bona fun
damenta, que recitare non expedit, ⁊ respondet motiuis ⁊ rationi
bus partem contrariam tenentium. Et quamuis Salicetus di-
cat in. l. j. C. de conditionibus insertis. quod Oldradus ibi tenue
rit quod imo liberi in conditione positi censeantur inuitati: repe-
rio tamen quod Oldra. bina vice consuluit iuxta opinionem glo.
videlicet consilio. xxj. exordiente, thema tale est testator ⁊c. circa
finem. ⁊ consil. xl. exordiente, thema tale est dominus Gulielmus
canonicus Lemouicen. ⁊c. colum. fina. ⁊ quia nemo est qui neget
hanc opinionem esse communem, non est in iudicando vel consu
lendo ab ea recedendum. l. j. versic. crebrior apud veteres opinio-
nes. ff. de offi. questo. ⁊ quod scribit Hostiensis ⁊ doctores in. c. j.
de constitu. Bartolus ⁊ doctores in. l. finali. C. de pena iudic. qui
male iudica. Concludo igitur super hoc quod dicta Margarita
non censeatur inuitata ex eo quod liberi predicte Alaysie positi ex-
titerint in conditione.

Nec etiam censeri debet fuisse
inuitata in dicta quinta substitutione in qua legitur substitutus
propinquior generis in gradu parentele: cuius dicti illam assigno
rationem quia substitutio huiusmodi facta fuit dicte Alaysie de
propinquiore ⁊c. sub hac conditione si ipsa sine liberis ⁊c. quo fit
vt non videatur sensisse dictus testator de liberis eiusdem Alay-
sie ratione absurditatis ⁊ impossibilitatis: quia non est possibile
quod decedente Alaysia sine liberis liberi sui possint post eius
mortem succedere in dicto fideicommisso vniuersali, quia ea de-
cedente cum liberis non est nec esse potest locus dicte substitu-
tioni que facta est sub conditione, si sine liberis. Et sic conditio
non est purificata nec potest purificari postquam dicta Alaysia
proponitur ⁊ verum est decessisse superstite dicta Margarita, in
quo inspicitur tempus mortis. l. ex facto. §. penultimo. ⁊ quod
5 ibi docto. ff. ad Trebellia. Unde † cum dispositio conditionalis
per euentum conditionis effectum sortiatur. l. cedere diem. ff. de
verborum significatio. l. qui heredi. §. fina. ff. de conditio. ⁊ demon
stratio. ⁊. l. pecuniam. ff. si certum pet. ⁊ conditio dicte substitutio
nis purificata non extiterit nec possit purificari, palam est dicte
substitutioni locum non esse propter defectum conditionis que
non euenit. Non igitur videtur quod dicta Margarita censeatur
inuitata quamuis verum existat quod superexistentia ipsius de-
bet repellere propinquiorem generis ⁊ parentele si quis sit in gra
du remotior vel in iure: pro eo quia superexistentia ipsius facit
deficere conditionem. l. filiusfamilias. §. cum quis. ff. de lega. j. ⁊
6 quod scribit Oldra. in dicto consil. xxi. circa fi. † Et de hoc nemo
dubitat scilicet quin superexistentia filiorum seu liberorum positorum
in conditione repellat substitutum pro quo videri potest Phi-
lip. de peru. in. d. l. j. C. de condi. inser. Sed vt predixi bene dispu-
tant ⁊ inquirunt docto. an liberi positi in conditione censeantur
inuitati. ⁊ vt dixi communis opinio habetur quod non.

Ad secundum quesitum di-
co ⁊ respondeo quod determinatio illius dependet ex eo quod habetur
in. d. l. ex facto. §. penult. ff. ad trebel. qui vt scribit Joan. de imo.
⁊ Alex. de imol. habet varios intellectus. Bart. enim Angelus
⁊ Paul. de cast. in dicta. l. ex facto. §. penultimo. Paul. de ca. in
l. si inter. ff. de reb. du. ⁊ consi. ccj. exordiente, ad primum quesitum
in princi. ⁊ Alexan. de imo. consil. xx. exordiente, viso processu cau
se vertentis ⁊c. in fine. ⁊ consi. xxxix. exordiente, viso themate de
quo supra in primo volumine quod repetitur sub eisdem terminis.
in secundo volu. ⁊ est. xxix. exordiens vt supra scilicet, viso themate ⁊c.
7 † videtur sentire quod eo ipso quod fideicommissarius proponit gra-
uatum decessisse sine liberis ⁊ probat grauatum decessisse habet funda

tam

tam intentionem de iure communi, scilicet quod grauatus de-
cesserit sine liberis ⁊ quod propterea sit locus fideicommisso et
quod hoc sit speciale causa conseruandi fideicommissi ⁊ idem vo
luit Barto. in. l. qui duos. §. cum in bello. ff. de rebus dubijs. pro
hac parte inducit multa Alexan. de Imol. in dicto consil. xxxix.
que possunt ibi videri. Sed pro contraria opinione scilicet quod
fideicommissarius debeat probare grauatum decessisse sine libe-
ris, faciunt multa. Primo quidem qr regulariter vbi negatiua
est fundamentum intentionis alicuius illa debet probari. l. in il-
la. ⁊. l. hoc iure, ⁊ quod ibi Barto. Joannes de Imol. ⁊ Alexan-
der de Imo. ff. de verborum obligationibus, facit. l. ita stipula-
tus. in principio. ff. eodem titu. ⁊ quod not. gloss. ⁊ docto. in. l. si ve
ro. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cogantur. Imo. ⁊ alij in. c.
super his. de accusatio. pro hoc etiam facit gloss. in. l. creditor. §.
si inter. Super verbo negetur. ff. manda. quam pro singulari alle
gat Roma. in. l. diuortio. §. interduz. collatione penultima. ff. so
luto matrimonio.

¶ Preterea ⁊ secundo facit pro hac opinione quia si appareat
8 grauatum habuisse liberos † cum quilibet presumatur regulari-
ter viuere centum annis. l. finali. C. de sacrosanct. eccle. ⁊. l. ij. §. si
dubitetur, ⁊ quod ibi docto. ff. quemadmodum testamenta ape-
rian. ⁊ mors debeat probari iuxta plene scripta in. l. siquidem. C.
solu. matrimo. non videtur quod presumi debeat grauatum de-
cessisse sine liberis, de quo constat aliquando liberos habuisse, nisi
probaretur centum annos fuisse elapsos a tempore natiuitatis eo-
rundem. Et hanc opinionem tenuit Raphael cuma. Joannes.
de imol. ⁊ Alexand. de Imo. in dicto. §. penultimo. quam secun-
dum Alexand. de Imol. ibi etiam tenuit Jacob. de aret. quam-
uis Moder. eum non allegent. illam etiam sequitur Joan. de sa
dole. in dicta. l. qui duos. §. cum in bello. ⁊ illam videtur sequi
Francis. de aret. in. l. sed si de sua. colum. vj. ff. de acquiren. hered.
⁊ Alexan. de Imo. in. l. is potest. colum. vij. ff. eodem titu. quam-
uis se refert ad per se not. in. d. l. ex facto. §. penultimo. ⁊ pro hac
opinione dicit Angel. in. d. §. penultimo fuisse suo tempore iudi-
catum. ⁊ quamuis prima opinio habeat magnos defensores: ista
tamen non caret defensoribus etiaz magnis ⁊ profecto putarem
eam esse veriorem in casu de quo queritur in quo scilicet nō appa
ret de morte filij dicte Falcone ⁊ sic videtur durum presumere eū
mortuum ⁊ non solum hoc sed etiam quod mortuus extiterit an-
6 te matrem, insuper ⁊ contra reum ⁊ possessorem. † Si autem ap-
pareret de morte non solum dicte Falcone grauate sed etiam di-
cti eius filij vt qr perijssent in vna naui aut in vno incendio vel
alias fuissent simul oppressi vel etiam si essent mortui in diuersis
locis ⁊ de hoc appareret, ⁊ solum dubitaretur de hoc quis scilicet
primus decessisset an Falcona grauata aut filius, palam faterer
qd in dubio deberet presumi filium primo decessisse ⁊ sic dictam
Falconam decessisse sine liberis. sed nos non sumus in illis ter-
minis: sed in alijs ab istis longe remotis. Super isto articulo pos
sunt multa dici sed quia non puto expedire ego supersedeo.

10 † Ad tertium dico ⁊ respō-
deo qd si substitutio de qua ibi fuisset facta per verbum obli-
quum ⁊ sic solum continuisset substitutionem fideicommissariā,
non esset dubium quin testamentum corruisset: pro eo qr filius he
res institutus paterne hereditati se non immiscuisset: ⁊ isto modo
procederet id quod eleganter scripsit alter ex dictis do. primo scri
bentibus. Sed qr dicta substitutio facta est per verbum commu
ne ⁊ sic continebat non solum fideicommissariam substitutionem
sed etiam vulgarem expressam a qua vt predixi potuit testamen
tum vires assumere verum est dicere qd dictum testamentum nō
corruerit pro eo quod dictus filius heres vniuersalis institutus
hereditatem patris nō adierit, aut illi se non immiscuerit. Quod
maxime procedit cum dictus testator in dictis substitutionibus
per se factis non solum substituerit per verbum commune sed etiā
dictos suos filios ⁊ propinquiorem ⁊ eorum quemlibet per ver-
bum directum instituit vt plene colligitur ex tenore dictarum
substitutionum. Respondeo igitur ad dictum tertium quesitum
vt superius dixi in prima parte harum allegationum videlicet
quod substitutio facta de dicta Falcona non expirauerit propter
mortem ⁊ decessum dictorum Aymarij ⁊ Catherine predefun-
ctorum ⁊ ante paterne hereditatis immistionem. nō dico de sub-
stitutione fideicommissaria sed de vulgari expressa vt predixi ⁊ a
qua testamentum prementionatum vires assumere potuit ⁊ as-
sumpsit. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini
melius sentientis.

¶ Epitome.

¶ Fideicommissarius quoad iuris effectum habetur loco here-
dis eius qui eum substituit.

¶ De fideicommis. Consilium. cclxxxvij.



PRo faciliori solutiōe eorum de quibus queritur parte honestarum mulierum Collete ⁊ Anne vxtice sororum contra ⁊ aduersus Joannem earum fratrem. Premitto quod cum alias fuissem interrogatus de ⁊ super certo casu mihi exhibito parte honestarum mulierum Honorate ⁊ Isabelle matris ⁊ filie ac dictarum Collete ⁊ Anne filiarum ⁊ sororum ⁊ hoc contra eundem Joannem Dixi ⁊ respōdi quod cum Joanni vxtice dictarum Collete Anne ⁊ aliarum quondam patri dicte Honorate marito superfuissent septem liberi primi gradus vnus scilicet Petrus vxtice ex prima vxore, ⁊ alij sex ex secunda horum omnium legitima erat semis seu dimidia pars bonorum eiusdem Joannis eorum scilicet que superfuerant deducto ere alieno ⁊ funeris impensa. Dixi preterea quod cum ex tribus dicti quondam Joannis filijs naturalibus ⁊ legitimis scilicet Joanne iuniore Manaldo ⁊ Roleto dicti Joannis senioris vniuersalibus heredibus ab humanis ⁊ sine liberis decesserit, vnus scilicet dictus Roletus maior quatuordecim annis superstitibus prefatis Honorata matre ac Joanne iuniore, Isabella, Colleta, ⁊ Anna fratre ⁊ sororibus, necnō etiam Margarita dicti Manaldi quondam filia, substitutio reciproca dudum facta per dictum quondam Joannem seniorem sibi locum vendicauerat in vim fideicommissarie substitutionis in dicta reciproca contente in persona dicti Joannis iunioris substituti ⁊ qd propterea detractis duabus quartis scilicet legitima ⁊ trebellianica in quibus succedere debebant mater, frater, sorores ⁊ dicta Margarita neptis quilibet scilicet pro sexta parte, residuum dicte hereditarie portionis eiusdem quondam Roleti debebat restitui ipsi Joanni iuniori substituto.

Quibus presuppositis dico ⁊ respondeo qd cum fideicommissarius sit quodammodo heres eius qui eum substituit, ⁊ quoad iuris effectum loco heredis habeatur. l. postulante. §. primo. in verbo, loco heredis. ⁊ in verbo, quodammodo. ff. ad Trebellia. ⁊. l. si filiusfamilias. ff. quod cum eo. propter qd restituta hereditate re vel verbo actiones actiue ⁊ passiue transeunt in eum pro quota pro qua succedit testatori grauanti. l. i. §. quāquam autem. cum multis similibus. ff. ad Trebellia. ⁊ qd scribit Oldrad. consilio. clviij. exordiente, factum tale est testatrix ⁊c. ipse Joannes iunior dicto quondam Roleto substitutus tenetur ad onera hereditaria dicti quondā Joannis senioris non solum pro tertia parte pro qua fuit illius vniuersalis heres: sed etiam pro ea parte que ad eum peruenit de portione hereditaria dicti quondam Roleti ⁊ hoc in vim substitutionis superius mētionate. Et ideo si de dicta portione dictus Joannes habeat dimidiam partem ipse tanquam substitutus debet soluere dimidiam partem illius tertie partis que per Roletum tanq͂ heredem dicti quondam Joannis eius patris solui debuit. Aliam vero dimidiam partem debent soluere prefati Joannes iunior Honorata ac filie ⁊ neptis seu Felezena eiusdez quilibet scilicet pro sexta parte. Et hoc ratione dictarum duaruz quartarum quas detrahunt de dicto vniuersali fideicommisso ex persona dicti quondam Roleti. Et sic Joannes iunior debet soluere dimidiam partem ⁊ sextam partem alterius dimidie. Et sic de duodecim solidis debet soluere septem. Et hec quoad debita dicti quondam Joannis senioris ⁊ onera hereditaria eiusdem Joannis. Quo vero ad debita dicti quondam Roleti hoc est quo ad illa que ipse contraxerat ⁊ que non descenderunt a patre Dico quod cum dicti Joannes iunior Honorata mater ⁊ alie mulieres prementionate eidem Roleto vniuersaliter ab intestato successerint tam in dictis duabus quartis quam in alijs bonis aliunde ad ipsum peruentis vel per ipsum acquisitis, quam ex paterna successione ipsi omnes tenentur quilibet scilicet pro sexta parte pro qua ipsi ⁊ eorum quilibet eidem successerunt. autheuti. defuncto. C. ad Tertul.

Ad secundum dico ⁊ respondeo quod dimidia illius tertie partis dotis inibi mentionate in qua scilicet tenebatur dictus quondam Roletus debet solui per dictum Joannem iuniorem ⁊ sexta pars alterius dimidie. Et quatuor quarte partes eiusdem dimidie debent solui per dictas filias ⁊ Felezenam predicte Honorate. Sexta vero pars cōfunditur, pro eo quia dicta Honorata successit dicto quondam Roleto pro sexta parte cum dictis filio, filiabus ⁊ nepte. Et si tertia pars debita per dictum quondam Roletum ascēdat ad duodecim florenos, ipsa potest petere vndecim. Septem videlicet a dicto Joanne ⁊ quatuor a dictis filiabus ⁊ Felezena. Quo vero ad alium confunditur actio.

Ad tertium quesitu3 dico

z respondeo quod in reparationibus seu melioramentis inibi mentionatis successerunt heredes dicti Roleti quilibet scilicet pro sexta parte, z sic in restitutione vniuersalis fideicommissi facienda dicto Joanni iuniori poterunt detrahi dicte meliorationes hoc est valor pro quinque partibus dimidie partis: q2 pro sexta est actio confusa cum dictus Joannes iunior quo ad illam eidem Roleto successerit z debebunt iste reparationes estimari non secundum estimationem temporis quo facte extiterunt: sed secundum estimationem temporis quo dictum vniuersale fideicommissum dicto Joanni restituetur. iuxta ea que habentur in. l. domos hereditarias. z duabus aut tribus sequentibus. z quod ibi docto. ff. de lega. j. z quod scribit Alexander de Jmola consilio cxxiij. exordiente, discussis hesitationibus de quibus in themate columna fina. versicu. quo autem ad vltimum dubium. in primo volumine. Et sic si ille reparationes estimentur tempore fiende restitutio˜is dicti vniuersalis fideico˜missi ad florenos septies viginti, dicte Honorata, tres eius filie z neptis petent pro illis quinque quintas partes dimidie partis, z sic florenos quinquaginta a dicto Joanne substituto, aut illorum valorem detrahent de quinque quintis partibus medietatis dicti vniuersalis fideicommissi.

Ad quartu˜ dico z respon

deo quod bona per dictum Roletum acquisita ex sua industria vel alias non veniunt nec comprehenduntur in restitutione dicti vniuersalis fideicommissi. l. coheredi. §. cum filio. z quod ibi doctores. ff. de vulgari. z pupillari, pro eo quia per fideicommissum non succeditur heredi grauato sed testatori grauanti. dicto. §. cu˜ filie. Et sic in dictis bonis succedunt prefati Joannes, Honorata mater, tres filie z neptis quilibet scilicet pro sexta parte vt superius dixi.

Ad quintum z vltimu˜ di

co z respondeo quod cum non proponatur dictum quo˜dam Joannem patrem fuisse in vim statuti, aut vigore consuetudinis, vel in vim fideiussionis per eum prestite compulsum ad solutionem summe seu pecuniarie quantitatis inibi mentionate: sed illa˜ soluit pro obtinenda relaxatione dicti Joannis iunioris seu filij, z pro redimenda vexatione illius, ipse hoc fecisse censetur ex causa pietatis, z sic non potest nec de iure debet hec pecunia eidem Joanni in suam partem seu portionem imputari, pro eo q2 videtur pater illam eidem Joanni filio donasse, pro quo allegasse sufficiat id quod habetur in. l. liber captus. C. de capti. z postli. reuer. z quod scribit Barto. in. l. Stichus. ff. de pecu. lega. Alberi. in. l. frater a fratre. versicu. adhuc querit, quidam pater habebat filios vnus propter suas stultitias zc. ff. de condictio. indebiti. Bal. in. l. omnimodo. §. imputari. versicu. quero quid de eo quod soluitur pro maleficio. C. de inofficio. testamen. in authen. contra rogatus. C. ad trebel. z in additio. ad tractatum Barto. de duobus fratribus. §. z primo querit Bald. versicu. sed quid si pater obligauit. z quod in terminis dirioribus scribit Joannes Andreas in additio. Specu. titu. de iudi. versicu. quid si aliter ex heredibus in additio. exordiente, quid si pater se obligauit pro filio qui deliquerat zc. z post eum Florianus in. l. z puto. §. sed si dolo. ff. familie ercis. Que omnia scripserim zc.

1 Testatoris secunda dispositio illico post primam facta an censeatur corrigere primam.
2 Partem totius soluens an totum soluisse possit dici.
3 Testator si fideicommissarie aliquem substituat in omnibus bonis suis, an ce˜seatur prohibuisse Trebellianicam detractionem, voluisseque quod heres quem grauauit restitueret omnia bona.
4 Heres non potest in pluri grauari qua3 ei restitutum fuerit. z. 7.
5 Verba tandiu z quandiu quid importent. 6.
8 Fructuum appellatione quid veniat.

Epitome.

In testamento vt contrarietas euitetur, singuli, qui insolidu˜ grauati erant de soluendis testatoris debitis, z dotibus dandis, soluent equam partem. V. F.

De testa. Consilium. cclxxxviij.



Verba testamenti dudum conditi per honorabilem quondam virum magistrum Philippum arnulphi videntur continere contrarietatem, in eo quod primo legitur voluisse z ordinasse quod honesta mulier Bilia eius tunc vxor z nunc relicta teneretur z deberet soluere mediam partem omnium onerum z debitorum in quibus idem magister Philippus testator quibusuis personis z quacunque de causa legitime teneri reperiretur cum medietate dotium suarum ipsius testatoris filiarum naturalium z legitimarum. Deinde vero incontinenti vel fere in institutione vniuersalis heredis facta de Rodulpho arnulphi eius filio naturali z legitimo reperitur subiunctum, per quem voluit z ordinauit emendari z exolui omnia vniuersa z singula per eundem testatorem legata relicta donata z fieri disposita omniaque credita debita siue forefacta si que essent adimpleri. Propter quam contrarietatem seu repugnantiam: que in hoc esse videtur saltem quoad credita seu verius debita z dotes predictas, videtur prima facie huiusmodi dispositiones non valuisse. l. vbi repugna˜tia. ff. de regul. iur. vel saltem per vltimam videtur idem testator recessisse a prima: z sic noluisse quod dicta Bilia solueret dimidiam partem dictarum dotium z debitorum: sed qd illa omnia cum legatis z alijs oneribus soluerentur per dictum Rodulphum heredem.

1 † Sed his non obstantibus existimo contrarium esse verius, sc3 qd dicta Bilia teneatur ad dimidiam partem dotium z debitorum predictorum, aut saltem qd ab illa dispositione primo facta non fuerit discessum: pro eo q2 cum secunda facta extiterit incontinenti vel fere post primam, non videtur testator a prima discessisse, ne dicamus ipsum se incontinenti correxisse: q2 non est verisimile. l. non ad ea. ff. de conditio. z demonstratio. z qd scribunt docto. in. l. cum questio. C. de leg. z Barto. in quodam suo consilio exordiente, trinitatis nomine inuocato ex themate preassumpto duo tantum dubia ex vno insurgentia decide˜da sunt zc. z sic dicta secunda dispositio per quam voluit filium z heredem soluere omnia zc. videtur debere restringi z intelligi quoad credita seu debita z dotes predictas, vt dotes z debita huiusmodi soluere teneatur non insolidum, sed pro dimidia parte: z hoc vt soluat˜ z dirimatur dicta pretensa contrarietas: qd quantum fieri potest tendandum est, per id qd habetur in prima co˜stitutione. C. §. quibus. vbi Barto. z docto. z Bart. in. l. fina. §. idem quesitu˜. ff. de co˜dictio. indeb.

2 † Et hoc videtur fieri posse in hoc casu sine verborum reprobata impropriatione: q2 quamuis in dicta secunda dispositione dicatur qd dictus Rodulphus filius z heres teneatur z debeat soluere omnia debita z onera: non tamen dicitur integre vel totaliter: z sic ista se compatiuntur ad inuicem vt quo ad debita z dotes soluat omnia z non totaliter q2 soluendo partem de omnibus vtpote dimidiam dicitur soluere omnia. Pro quo allegasse sufficiat id qd scribit Ange. consil. cxxj. exordiente, hoc est testamentum quondam Petri bertholini. columna penultima. Paulus de castro, in authentica sed cum testator. C. ad legem Falcidiam. z consilio. cl. exordiente, in causa que vertitur inter Petrum Joannis zc. Franciscus de areti. in. l. centurio. col. xxj. versicu. tu autem aduerte q2 in ista materia sunt consyderandi duo casus zc. ibi sed in secundo casu zc. ff. de vulgari z pupillari. z Philippus. de Corne. consilio. ccvij. exordiente, de pluribus hereditatibus in presenti consultatione, columna, quarta, versic.
3 posset quis instare quod censeatur prohibita trebellianica. † in secundo volumine, quatenus volunt quod licet testator fideicommissarie substituerit in omnibus bonis suis non propterea censetur prohibuisse detractionem trebellianice, nec voluisse quod heres quem grauauit restitueret omnia bona z tota vel integraliter: sed permisisse detractioni quarte trebellianice. z sentiu˜t quod licet heres detrahat quartam trebellianicam ipse nihilominus restituendo residuum dicitur omnia restituere: q2 de certa parte omnium facit restitutionem. in casu igitur nostro poterit dici dictus heres soluere omnia debita z onera etiam si de dictis debitis z dotibus non soluat nisi dimidiam partem. Et puto quod ista fuerit mens z intentio dicti testatoris, z quod fortasse notarius non aduertens ad primam dispositionem: ex suo capite z iuxta stylum qui communiter in talibus obseruari consueuit scripserit verba sequentia per quem voluit z ordinauit emendari z exolui omnia vniuersa z singula zc. prout in simili scribunt multi in. l. prima. ff. de iure codicillo. in materia sexte questionis ibi posite per Bart. z in. c. Quintauallis. de iureiurando. Existimo igitur respondendo ad quesitum quod dictus quondam magister Philippus testator voluerit dimidiam partem predictoru˜ onerum seu debitorum z dotium exolui per dictam Biliam, z aliam partem per prefatum Rodulphum eius filium.

4 † Est tamen aduertendum pro pleniori declaratione huius materie quod testator non potest regulariter legatarium quem honorauit in pluri grauare vel onerare quam ipsum honorauerit vel sibi reliquerit. l. imperator. §. j. z. l. cu3 pater. §. Titio. ff. de leg. ij. l. Titia. ff. de annu. leg. l. iij. §. j. ff. de dote prelegat. l. j. C. communia de lega. z. l. filiusfamilias.

milias.§.apud marcellum.⁊ quod ibi glos.super verbo non plus.⁊ quod ibi etiam docto.ff.de lega.j.Etiam est aduertẽdum quod in legatis dicte Bilie per dictum quõdam magistrum Philippum relictis exceptis illis de quibus in articulo seu capitulo ex
5 ordiente,† item plus iam dictus testator amore dei dicte Bilie legauit reliq̄t vltra premissa videlicet duas ipsius testatoris capsas ⁊c.postea fuerũt illa duo aduerbia tandiu,quandiu que vidẽtur ibi poni extinctiue, hoc est quod tandiu sint bona ⁊ res de quibus ibi dicte Bilie,quandiu vixerit ⁊ abstinuerit a secundis nuptijs,non vltra,per id quod scribit Barto.in.l.prima,colum.quinta,vel circa,versi.⁊ quero quid de dictione quoad,donec,ꝙdiu.ff.de conditio.⁊ demonstratio ⁊ quod habetur in.l.finali.C.de lega.pro quo facit id quod scribunt docto.in.l.mulier.§.cum proponeret.ff.ad Trebel.⁊ in.l.fi.C.de indi.vidui.tol.quatenus
6 volunt ꝙ † legatum per virum vxori relictum donec aut quoad vel quãdiu honeste vixerit vel quãdiu vitam vidualẽ seruauerit extinguitur vxore conuolante ad secunda vota.Dicta igitur legata per dictum quondam magistrum Philippum dicte Bilie relicta possunt extingui duobus modis ⁊ ad dictum heredem deuolui vel reuerti.Primo per conuolatum ad secundas nuptias.
7 Secundo per mortem dicte Bilie.† Quo fit vt vidẽdum sit ad quantam summam ascẽdat pars media dotium ⁊ debitorum predictorum,quia pro illis non potuit dicta Bilia grauari nisi ⁊ quatenus valent legata penes eam remansura ⁊ de quibus est sermo in dicto versiculo seu capitulo.itẽ plus iem dictus testator amore dei dicte Bilie legauit ⁊ reliquit vltra premissa,videlicet duas capsas ⁊c.⁊ quatenus valuerunt fructus per ipsam Biliam percepti ⁊ valebunt imposterum percipiendi:vsque enim ad valorem legatorum ⁊ fructuum huiusmodi potuit ipsa.Bilia vltra alia legata eidem Bilie relicta onerari ⁊ grauari,dicta.l.imperator.§.si centum.⁊ quod ibi doctores.ff.de legatis secundo.⁊ quod not.Barto.in eadem.l.imperator.§.cum quidam.Si ergo pars dotiũ ⁊ debitorum ascenderet pone ad quadringentos florenorũ ⁊ dicta legata penes ipsam Biliam remansura valerent florenos ducentis ipsam debet supportare de oneribus dotium ⁊ debito
8 rum huiusmodi vsque ad valorẽ dictorũ ducentorum florenorũ† Et nihilominus debent estimari fructus omnium legatorũ ⁊ quãtum valebunt annis singulis tantum deberet dari ⁊ solui in fine anni pro dictis oneribus dicta.l.imperator.§.si centum.⁊ quod ibi doctores .Fructus autem intelligo eos esse qui deducta seu detracta expensa supersunt.l.fructus.in principio.ff.soluto matri.vide Paul.de ca.in.l. filiusfamilias.§.apud Marcellum.ff.de leg.j.

1 ☞ Molendi facultas alicui concessa absque prestatione alicuius tributi pro ipsa molitione,an ⁊ quando dicatur seruitus personalis,2.4.
Et an dici possit seruitus vsus quo ad effectum.s.molendi.⁊ seq.numero.
2 Seruitus vsus nemini vllo quouis pacto vendi,donari,locari aut conduci potest etiam quo ad conmoditatem.Et quid de vsufructu illius aut fructuum vel emolumentorum percipiendorum facultate,ibidem ⁊.nu.3.

Epitome.

Vsus emolumenta alteri cedi aut donari nõ possũt:vsusfruct⁹.autem possunt:quamuis ius ipsum vsusfructus alienari nequeat.
V. F.

De vsu ⁊ vsufr. Consi.cclxxxix.



Voluissem pro facienda ⁊ pleniori ⁊ faciliori responsione ad dubiũ de quo queritur parte venerabilis conuentus fratrum predicatorum loci de Buxo habere seu videre instrumentum venditionis facte per nobilem ⁊ generosum virum Aymonem alamandi nobili Chomardi loci de Buxo sine enim visione illius non possum plene respondere.
1 † Uerum vt pro nunc dicam quod possum.premitto quod hic est videndum an facultas quam tempore transactiones dequa in casu dedit ⁊ concessit dictus conuẽtus prefato nobili Aymoni quod scilicet eidem Aymo posset molere siue detricari facere pro domo sua ⁊ pro familiaribus domus sue blada cuiuscunq; generis existerent i molendinis inibi mẽtionatis sine prestatione alicuius multure vel alterius tributi,sit seruitus ꝑsonalis ꝙ scz debet a re ꝑsone,vel sit ius ꝑsonale seu actio ꝑsonalis sup quo possẽ recitare opiniones que referri solent in.l.si quis binas.ff.de vsufructu.l.vt pomum.ff.de seruitutibus.l.pecoris.ff.de seruitutib.rustico.prediorum.⁊ in.l.Mela.ff.de alimen.⁊ cibarijs legatis.Sed omissa pro nunc recitatione huiusmodi ⁊ donec videro predictum instrumentum seu copiam illius dico sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis quod dicta facultas censeri debeat seruitus personalis.per id quod voluit Rog.in.d.l.Mela.§.quidam libertis.quem vt refert Cinus.C.de vsufruct.Super rubrica versicu.nunquid sunt plures personales ⁊c.sequutus est Petr.illam etiam sequitur ibi Cinus ⁊ Joannes fabrin.§.eque.columna prima ⁊ secunda,institutio.de actionibus.⁊ Bal.in.l.si plures.colum.quarta.versiculo.item si debes mihi seruitu
2 tem decoquendi panem in furno tuo.C.de conditio.inser.† Et cum in dispositione concessionis dicte facultatis venerit aliquid indeterminatum scilicet multura bladi,quod tamen potest accipere determinationem secundum necessitatem persone dicti nobilis Aymonis ⁊ suorum familiarium,debet dicta facultas censeri non solum seruitus personalis:sed etiam quoad effectum videtur seruitus vsus,per id quod scribit Joan.de Jmol.in.l.apud Julianum.§.si quis alicui.circa fi.ff.de lega.j.⁊ quod not.Bartholomeus veronen.in suo tractatu de seruituti.c.viij.versiculo tertio quero quid si aliquis promisit seruitutem de coquendo panem in furno.Et per hoc videtur quod dictus Chomardi modernus dominus castri de acquilerijs blada sua vigore dicte facultatis molere non possit in molendino ibi mentionato quia seruitus in vsus nec vendi nec donari alteri potest,quinimo nec locari aut concedi etiam quoad commoditatem,vt probatur.in.§.eodem quoq;.ibi,nec vlli alij ius quod habet aut locare ⁊c.inst.
3 de vsu ⁊ habita.† quãuis secus sit in vsufructu,qui licet quoad ius illius alteri vendi,donari,aut alias cedi non possit:potest tamen quo ad fructuum seu emolumentorum percipiendorum commoditatem alteri cedi,remitti,aut donari,per id quod scribit Oldradus consilio.ccxxvij.exordiente,de toto themate questionis ⁊c.paulo post medium.versic.sicut aliquando contingit quod penes vnum est vsusfructus ⁊c. Bartholomeus veronensis in suo tracta.de seruituti.tit.de seruitu.vsusfruct.columna quarta vel circa.Alberi.in.l.ij.ff.de offi.eius cui manda.est iurisdictio.Fabi.de montesa.in suo tracta.de contract.charta vndecima.versi.vicesimoprimo quero vtrum vsusfructus ⁊c.⁊ alij in alijs locis.
4 Fateor ꝙ † Bartholomeus veronensis in suo tractat.de seruitu.c.ij.colum.tertia,versicu.Sed dubium est pulchrum ⁊c.ibi secundo casu principali.videtur aliter sentire scilicet quod huiusmodi facultas molendi ⁊c.non sit seruitus sed quoddam ius personale dicit enim quod quando concessio fit non expresso iure seruitutis,⁊ verba sonant in simplex factum vel non factum eius cui fit concessio:tunc talis concessio censetur esse quedam personalis cõcessio ⁊ obligatio dicta.l.apud Julianum.§.si quis alicui.⁊ quod ibi notatur.⁊ quod notat Bartolus in.l.pater.ff.de seruitu.leg.⁊ Paulus de castro in.l.lucius.ff.de seruitu.rustico.predio.Super quo vlterius non duxi insistendum donec videro predictum instrumentum.

1 ☞ Instrumentũ,protocolũ cuius per alium notarium quã per eum qui ipsum degrossauit fuit receptum,an valeat,⁊ ad hoc vt valeat,que requirantur.2.⁊ seq.
3 Notarij scriptura ad hoc vt fidem faciat quibus sit opus.Et an in dubio presumatur rogatus.nu.4.
5 Instrumentum nomen principis aut indictionem continens an censeatur defectuosum.
6 Notarius subrogatus ad degrossandum notas alterius notarij an ipsas possit nulla iudicis interueniente autoritate extendere ⁊ interpretari.
Et an iudex hoc committere possit parte non citata,nu.7
7 Donatio absenti facta nemine pro eo donationem acceptãte an ⁊ quando valeat.8.9.⁊.13.
10 Consensus inter absentes nullius est momenti nisi interueniat nuntius vel epistola.
11 Beneficij collatio facta per episcopum absenti ⁊ nemine pro eo acceptante an valeat.
Et an possit episcopus illam reuocare,⁊ alteri conferre,intentione eius cui primo contulit non intellecta prius.
12 Uerbum ⁊ cetera,abbreuiate scriptum ⁊ apud tabelliones in suis abbreuiaturis peculiare quid importet.
14 Consuetudo est omnium dispositionum siue legalium siue vltimarum voluntatum vera interpres.
15 Posthumi preteritio an ⁊ quando rumpat testamentum.
16 Uerba seruire debent ⁊ adaptanda sunt secundum qualitatem personarum ad quas referuntur,cum trahenda sint ad validandum non inualidandum intellectum ea proferentis
17 Testamentum licet preteritionis vel exheredationis causa quã

tum ad institutionem censeatur nullum, an cetera in eo contenta puta legata, fideicommissa particularia & vniuersalia firma & valida maneant. et. 18.

19 Promissio pactum continens de futura successione querenda, an & quando valeat. 21. & 22.

Et an consuetudo aliquid operetur vt valeat. 22.

20 Voluntas vltima ideo dicitur vltima quia reuocabilis.

23 Consuetudo contra bonos mores inducta an sit seruanda.

Et quibus probationibus opus est vt consuetudo valeat & ipsa stetur, nu. 24.

25 Heredem suum si quis in contractibus vel actibus aliquem nominet vel appellet, an & quando videatur in eum supremum iudicium contulisse vt heres ipsius esse censeatur.

26 Testamentum inter liberos factum ad hoc vt valeat requiritur quod testator aliquid relinquat iure institutionis cuilibet ex liberis primum gradum tenentibus.

27 Substitutio pupillaris & vulgaris quibus competant, & quanto tempore durent, & nu. seq.

Et quid de substitutione compendiosa a pagano per verba directa facta, nu. 28.

29 Codicillaris clausula expressa per verbum presentis aut futuri temporis, puta si non valet, aut si non valebit, quid importet.

30 Legitima & trebellianica quo ordine detrahende sint si contingit ipsa debere de fideicommisso conditionali, & numero seq.

¶ Epitome.

¶ Ad instrumenti per aliam degrossati quam ab eo qui illud sumpsit validitatem non sufficit degrossantem asserere se surrogatum in locum eius qui sumpsit, quamuis huius pater esset: sed surrogationem probare oportet. V. F.

¶ De fide instru. Consi. cclxc.



Ex themate mihi dimisse consultationis parte nobilis & generosi viri Joannis de cadohena dicti de gardia eliciuntur multa dubia: quibus sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis respondeo prout infra. Et primo ad primum, quo queritur an quoddam pretensum publicum instrumentum matrimonii dudum contracti per verba de futuro per & inter nobilem & generosum quondam virum Antonium de cadohena ex vna parte, & nobilem Borguinam de nemore mundi, seu pro ea ac vice & nomine eiusdem nobilem & potentem quondam virum Guilielmum de nemore mundi militem eius patrem ex alia parte nobilis Astorgii raymundi in causa productum faciat fidem attento quod prima scheda seu protocolum dicitur fuisse receptum per duos notarios scilicet per magistros petrum scureta & Joannem michaelis, ac degrossatum † & signatum

1 non quidem per eos, sed per magistrum ludoui. Michaelis filium eiusdem Joannis subrogatum vt pretenditur in locum dicti Joannis. Ad quod respondeo quod non: quemadmodum nec fidem faceret si dumtaxat degrossatum & signatum extitisset per dictum quondam magistrum Joannem patrem, argumen. eius quod habetur in. l. j. vbi de hoc expresse per Alberi. ita tenentem. ff. de offi. consul. sed oportuisset quod ambo degrossassent, vel saltem quod vnus hoc fecisset & ambo subscripsissent seu signassent, argumen. eius quod habetur l. si quis ex argentariis. §. j. ff. de eden. & authen. de heredi. & falci. §. si vero absunt. collatio. prima. & quod no. per Hostien. & Joan. an. c. quoniam contra falsam. de probatio. quod etiam voluit Bal. in. l. iurisiurandi colum. secunda vel tertia. ver. quero vni testi non creditur sed nunquid credatur vni tabellioni &c. ibi aut est assumptus cum collega &c. vbi etiam idem voluit Saly. colum. secunda. C. de testi. de quo etiam Bart. Bal. & Alex. de imo. in dicta. l. si quis ex argentariis. §. j. & in decisio. parlamenti delphinalis. decisio. cxxii. exordien. instrumentum in quo partes contrahentes fuerunt adhibiti duo notarii &c. & idem voluit Nico. de mil. in suo repro. in verbo, notarius. §. notarii duo. pro quo vltra predicta allegat not. per Bal. in. l. cum sententiam. in princi. C. de senten. & interloquuto. oim iudi. & quod in simili dici solet de duobus iudicibus delegatis quorum vnus nihil facere potest sine alio. l. duo ex tribus. ff. de re iudica. & c. causam matrimonii. cum suis similibus. ff. de offi. dele. allegatis & et no. per Bar. in. l. i. §. si plures. l. ii. opposi. ff. de exerci. actio. Quod si ita est imo quia ita est ergo fidem non facit instrumentum per dictum filium pretensi Michaelis degrossatum vt pote in locum eiusdem subrogatum. ne plus fidei detur huic subrogato, quam daretur autori, contra id quod habetur in. c. licet ex quadam. colum. prima. versicu. non vtique ab vno. de testi. & c. fraternitatis. de hereti.

¶ Preterea etiam contra dictum pretensum instrumentum facit quod dictus magister Ludouicus qui illud degrossasse & signasse dicitur non dicit nec affirmat quod de inibi contentis rogatus extiterit, sed quod fuerit subrogatus in notis per dictum magistrum Joannem suum quondam patrem receptis: & tamen de subrogatione huiusmodi non apparet, nec de illa sibi credendum est vtpote in suo proprio facto asserenti, argumento. l. prime C. de manda. princi. l. prima. C. ne quis in sua cau. l. omnibus. C. de testi. & l. prohibitum. C. de iur. fis. al. libro decimo. & quod scribit Hostien. in. c. quoniam contra falsam. columna prima. & quod ibi Anto. de butr. Joan. de imol. & Panormitan. charta penul. vel circa versic. ad vnum tamen notabile dictum. de probat. & hanc opinionem sequitur Joan. and. in regula. cum quid vna via. col. ii. de reg. iur. in sexto. in mercuria. & Bald. in. d. l. iusiurandi. & in. l. iudices. C. de fide instrumen. Panor. in. c. fraternitatis de cleri. non residen. Ang. & Joan. de imo. in. l. ii. §. si dubitetur. ff. quemadmod. testamen. aperian. Fateor quod Bartol. tenuit contrarium in. l. ex sententia. ff. de testamen. tutel. & Angel. in. d. l. sciendum. ff. de verb. obligat. sed ratio Bartoli in dicta. l. ex sententia, scilicet quod notarii possint attestari se fuisse rogatos non obstat: & quod dixi, quoniam illi respondent Bal. in dicta. l. iudices. quod rogatur notarii de commissione officii iam commissi quia ex quo aliquis est tabellio scribere debet sed non rogatur de commissione officii. nemo enim potest autori sibi ascribere: sed ex quo constat de autoritate potest eam exequi. cum ergo tabellio non haberet ex natura officii tabellionatus autoritatem degrossandi aut in publicam formam redigendi rogationes alterius notarii sed pertineat illam concedere ad iudicem dicto. c. cum. P. tabellio. si notarius illam sibi ascribat non creditur scripture. d. l. omnibus. Addo quod licet dictus magister Ludouicus pretendat se subrogatum in degrossatione notarum dicti quondam sui patris, quodque dicta pretensa nota recepta non extiterit per dictos quondam de Scureta & eius patrem: multi tamen ex notariis per curiam adhibitis & qui dicuntur nouisse & cognoscere scripturam seu literam dictorum de Scureta & Michaelis interrogati an dicta nota scripta extitisset manibus dictorum Michaelis & Scurete, responderunt quod non, dicentes hoc scire quia nouerunt eos super quo puto eos dicere voluisse quod cognouerint eorum scripturam. & quamuis tres ex dictis notariis adhibitis super hoc interrogati responderint & dixerint quod illa sit scriptura dicti de Scureta vsque ad versiculum. & me &c. tamen clausula. & me. dicto Joanne michaelis videre ipsorum testium non est scriptura dicti magistri Joannis michaelis: & sic omnes conueniunt in hoc quod dictus Michaelis nec de nota nec de subscriptione illius aliquid scripserit. quo fit vt palam sit dictum magistrum Ludouicum pretensum subrogatum in notis & protocolis dicti quondam magistri Joannis patris non potuisse super nota huiusmodi degrossare instrumentum quod si fecerit non fuit nec est illi fides adhibenda: insuper nec videtur illi fides adhibenda pro eo quia non apparet dictos quondam de Scureta & magistrum Joannem michaelis fuisse rogatos de recipiendo notam de dicto matrimonio & aliis contentis in ipsa nota: quod tamen erat necessarium, quia ad hoc quod scri-

3 ptura † tabellionis fidem faciat, necesse est eum fuisse de actu rogatum authenti. de tabellio. §. nos autem. & quod ibi gloss. super verbo iniungatur. collatio. quarta. & dicto. c. cum. P. tabellio. Et in dubio non presumitur, quia notarium rogari est quid facti, & facta non presumuntur. l. in bello. §. facte. ff. de capti. & postli. reuer. & est solennitas extrinseca. l. quecunque. §. fi. ff. de publicia. & l. j.

4 C. de fide instru. & iure hast. fiscal. libro decimo. † Et quod in dubio notarius non presumatur rogatus voluit Inno. Joan. andr. Antonius de butr. Panormitanus & doctor. in. c. primo de fide instru. Barto. Joan. de imol. Alexand. de Jmol. & alii in. l. sciendum. ff. de verb. oblig. vbi etiam idem voluit Ange. in reperit. & l. & consilio. ccvii. exordiente, reperitur quedam in breuiatura cuiusdam notarii de vulterra &c. & in. d. l. quecunque. §. fi. & vt dicit Jo. de imo. in. d. l. sciendum. colum. xvj. hoc, magis communiter tenent non presumi notarium fuisse rogatum, propter quod non est ab hac opinione in iudicando aut consulendo recedendum. l. prima. ver. crebrior apud veteres opinio. ff. de offic. quest. & c. nonnimus. & quod ibi Anto. de butr. de verb. signi. quod etiam not. Hosti. & alii in c. primo de constitut. Bar. & alii in. l. fi. C. de pe. iudi. qui ma. iudica. quibus omnibus apparet non solum dictum pretensum instrumentum fidem non facere: sed etiam non apparere dictam pretensam notam fuisse receptam per dictos quondam de Scureta & magistrum Joannem michaelis & signanter per ipsum michaelis & etiam illam esse defectuosam, pro eo quia non apparet quod illi vel alii fuerint rogati de recipiendo &c. non etiam continet nomen principis nec indictionem, & tamen secundum dispositionem iuris communis continere deberet. infertur preterea dictum pretensum instrumentum esse falsum quamuis in eo idem magister Ludouicus pretensus subrogatus asserit & affirmat se reperisse in notis dicti

tis dicti quondam magistri Joannis michaelis notam superius mentionatam. illam scilicet super qua dictum assertum instrumentum degrossauit. & per hec patet responsio etiam ad secundu que situm scilicet quod falsitas dicti pretensi instrumenti videatur esse probata. & supposito quod non esset probata dicti pretensi instrumenti falsitas: non est tamen dubium quin dictum pretensum instrumentum videatur non probare. per predicta. quibus addo quod voluit Archidiaco. in c. in memoria. col. fi. circa. fi. & post eu Baldus in. l. iubemus. C. de probatio. qui scribunt q suspicio fal. si pro falsitate habetur, ni a parte producente probetur veritas. pro quo allegatur. d. l. iubemus.

Uenio ad tertium quesitu

6 † & dico quod notarius subrogatus pro degrossatione notarum alterius notarij, non videtur posse exprimere aut declarare vltra q continetur in prima rogatione seu scheda aut protocolo: quia officium suum est trascribere, non addere vel interpretari. cum de contentis in scheda non fuerit ipse rogatus, nec ipse proprio sensu apprehenderit veritatem secundum Nicol. mata. quem refert & sequitur Bal. C. de fi. instru. super rubrica col. x. vel circa ver. si. quarto quero. Et hinc est quod licet notarius q fuit de imbreuiatura seu prima nota rogatus possit indistincte nulla iudicis autoritate interueniente ipsam extendere: hoc tamen facere non potest notarius subrogatus ad illius degrossationem: quia talis successor tanquam non informatus declarare non potest factum predecessoris. l. Pomponius scribit si frumentum. §. fi. & qd ibi glo. ff. de rei vendica. & l. inter stipulanter. §. Stichu. & quod ibi gloss. ff. de ver. obli. Et quod notarius subrogatus hoc facere non possit nec extendere dictione &c. sine autoritate iudicis, voluit Bar. Bal. Ange. Rapha. cuma. Joa. de imo. & Alex. de imo. in. l. gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & posthu. & Alex. de imo. in. l. argentarius. in princi. ff. de eden. & non debet iudex hoc committere, nisi causa cognita: & sic parte citata. l. nam ita diuus. ff. de adoprio. vt scribit Joannes de imo. in dicta. l. Gallus. in. §. idem credendum. in fine. & idem voluit ibi Alex. de imo. colum. ij. & Joa. de imo. in. l. proponebatur. colum. fi. ff. de leg. secundo. ex quibus omnibus respondendo ad dictum tertium quesitum existimo dictum pretensum instrumentum non esse impugnandum ex eo qd dictio &c. in multis locis abbreuiate scripta, extensa no extiterit.

Uenio ad quartu quesitu

pro cuius faciliori solutione, Premitto quod non solum non appareat dictam quondam nobilem Borguinam fuisse presentem tempore pretense donationis de qua ibi, sed etiam apperet eande fuisse absentem si tamen & quatenus dicto pretenso instrumento fides aliqua danda sit, & que in dubio presumi debet fuisse absens per id qd eleganter scribit Paul. de castro in. l. illud. C. de sacro

7 san. eccle. Secundo premitto † qd quamuis donatio fieri possit absenti. l. absenti. ff. de dona. l. qui absenti. ff. de acqui. posses. & l. nec ambigi. C. de donatio. opus est tamen ad illius validitatem interuentu alicuius pro donatario donationem acceptantis, vt voluit glos. & doc. in dicta. l. illud. Et vt videtur opus est interuentu nuntij ad hoc destinati vel epistole per quorum vnum fiat declaratio voluntatis donantis & in quem donatio huiusmodi confertur, prout etiam necessarium esse videtur in ceteris contractibus: quos lex vult consensu posse contrahi. l. j. in fi. ff. de contrahe. emptio. & vendi. l. consensu. ff. de actio. & obli. l. qui autem. §. fi. cu l. sequenti. ff. de constitu. pecu. l. labeo. ff. de pact. & quod no. glo. & doc. in. l. j. C. de pact. & y. Bar. & alij in. l. secunda. C. eo. titu. & ide voluit Fran. de are. consilio xvij. exordiente, consyderatis diligentissime & mature donationibus &c. colum. quinta. ver. sed ex secundo capite. & versi. nec valet si dicatur &c. Et in hanc sententiam videtur inclinare omnium antiquorum patrum autoritas, prout dicit Roma. consilio. cccxv. exordien. donatio patris nullo iure &c. columna. j. & quamuis Roma. in casu sibi occurrenti senserit contrarium. non tamen videtur quod propterea debeat a communi sententia in iudicando aut consulendo recedi dicta. l. j. ver crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. cum vulgaribus. vnde cum in dicta donatione nec dicta nobilis Borguina presens extiterit, nec nucius vel epistola interuenerit: illa fuit & est nulla, nec videtur potuisse acceptari: vt etiam scribit Fran. de are. in dicto consilio. xvij. columna quinta. respodens ad idem quod scri

8 bit Bal. in dicta. l. nec ambigi. vbi querit Bal. quid si † ego cora testibus dicam, vos testes si tis quod dono fratri meo qui est in ciuitate Florentie, domum, quam ibi habeo, & non interueniat nuncius vel epistola mea ad fratrem meum, sed hoc ei aliunde notificato, ipse ex dicta mea voluntate nactus sit possessionem domus. nunquid donatio est perfecta. & scribit Bal. q glos. ibi dicit q no

9 & in dicta. l. illud, & in. l. secunda. ff. de pollicitatio. † sed vt sibi videtur text. innuit contrarium: quia in translatione dominij videtur sufficere sola voluntas, licet non interueniat medium organum nuntij vel epistole. l. quedam mulier. ff. de rei vendit. l. minus instructus. C. de acquirend. possess. & l. si a te. ff. si seruit. vend. Et tandem concludendo dicit Baldus quod dicta donatio non est perfecta quantum ad contractum & donationem: quia non interuenerunt media que requiruntur in donatione: sed forte est perfecta quantum ad dominium. sed istud dictum Baldi secundum Franciscum de aret. vbi supra, non potest stare. nec est verum qd valeat quantum ad perficiendam donationem traditione, quinimo expresse contrarium sentit glos. in dicta. l. nec ambigi. & Bar. in dicta. l. absenti. in principio. ff. de donatio. & est verius, secundu ipsum aret. quia etiam in donatione que proficiscitur traditione, requiritur consensus donantis & donatarij. sed cosensus inter absentes non est efficax, nisi per medium nuntij vel epistole: vt probatur in iuribus superius allegatis. quod etiam voluit Paulus de castro in dicta. l. absenti. colum. prima. versic. & aduertendum, qui pro hoc allegat glos. singularem in dicta. l. cosensu. ff. de actio. & obligatio. que tenet quod vbicunque potest contractus fieri inter absentes, requiritur nuntius vel epistola ad coniungedas voluntates. allegat etiam gloss. in dicta. l. illud. C. de sacrosan. eccl. ergo dici no potest quod in vim dicte pretese donationis ius quesitum extiterit dicte nobili Borguine etiam si appareret p eam fuisse acceptata: & que per predicta vtpote nullius efficacie rata haberi no potuit & signanter post mortem dicti quondam nobilis Antonij donatoris: cum illa quatenus de facto processit potuit reuocari. l. prima. §. sed si quis donaturus. ff. de donatio. & qd notat Paulus de cast. in dicta. l. absenti. & fuit reuocata propter dispositionem testamentariam factam per dictum nobilem Antonium qui se gerens pro domino non solum aliorum bonorum suorum, sed etiam mansi de pegeria disposuit, & in illis suum heredem instituit & nominauit nobilem Joanem de cadohena suum filium per id quod scribit Oldra. consi. cclxv. exordiente, quidam paterfamilias habebat filium &c. Non obstat. c. si tibi absenti. de prebe. in sexto. vbi dicitur quod episcopus collationem beneficij absenti factam reuocare non potest nec alteri coferre antequam ille cui beneficium contulit declaret animum suum scilicet quod illud nolit. Tum quia textus ille loquitur in collatione alias valida & per quam quesitum erat absenti ius ad rem quamuis non in re: dicta vero donatio fuit vt predixi nulla. Tu quia licet episcopus in mihi vel huic pone Titio conferendo beneficium videatur exercere apud me vel Titium liberalitatem: quia potest non conferre mihi vel Titio: tenetur tamen ex quadam necessitate conferre: per id. quod not. in. c. relatum. de preben. & ideo postquam contulit absenti no potest penitere quousq absens habet facultatem acceptandi. sed donator voluntarie donat: ideo potest reuocare antequam donatarius acceptet, & si donatarius postea acceptans non sit dominus. Forte vero opponetur quod licet donatio predicta facta extiterit in absentia dicte Borguine, fuit tamen facta in presentia duorum notariorum. scilicet predictorum quondam magistrorum Joannis Michaelis & de Scureta qui etiam videntur donationem huiusmodi pro ea acceptasse & stipulati extitisse propter dictionem &c. abbreuiate scriptam. post illa verba, & vobis notarijs infrascriptis. vt videlicet extendendo dictionem &c. dicatur presentibus stipulantibus solenniter & reci

12 pientibus pro vice & nomine dicte Borguine &c. † quia huiusmodi dictionis &c. abbreuiate scripte est comprehendere ea que sunt de natura illius actus qui celebratur. & secundum communem consuetudinem videtur voluisse Dy. in dicta. l. Gallus. §. nunc de. l. Velleia. Joannes de Imola consilio octuagesimosexto incipiente, in causa que vertitur &c. & alij in alijs locis & ita communiter solet ab omnibus notarijs extendi dicta dictio &c. posita in simili loco. sed istud non obstat. Tum quia no apparet de illis duobus notarijs qui scilicet fuerint illi. qui pretenduntur stipulati extitisse aut pro dicta nobili Borguina acceptasse dictam pretensam donationem de quibus tamen apparere oporteret. argumen. eius quod habetur in. l. in testamento. la. j. & quod ibi Bartholo. soci. columna fina. ff. de conditio. & demonstratio. & Bal. in authe. tica, si quis in aliquo. columna prima. versic. tertia ratio est. C. de eden. Et si dicatur quod imo de illis appareat pro eo quia illi fuerunt dicti magistri de Scureta & Joannes michaelis qui pretenduntur de dicto matrimonio & alijs notam recepisse, dico & respondeo quod istud stare no potest: quia si hoc esset veru quod dicti de Scureta & Michaelis voluerint loqui de seipsis du in dicta pretensa nota dicitur, & vobis notarijs infrascriptis &c. ipsi non dixissent, & vobis, in scda persona: sed scripsissent, & nobis notarijs &c. i prima, ne aliter faciedo personas & consequenter gramaticam in hoc confunderent. quod non est dicendum. l. Plautius. & quod ibi bar. & doc. ff. de au. & arg. lega. & quod scribit Bar. i. l. Julius phebus. ff. ad Trebel. Preterea cu dicta verba, & vobis notarijs &c. claram & apertam habeant significationem, in hoc scilicet quod

debeant intelligi de personis aliis ab illis que dicuntur de dicto
matrimonio ⁊ aliis notam recepisse, non est in dubio ab hac signi
ficatione recedendum. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ⁊ l. non ali-
ter. cum suis similibus. ff. de lega. iii. Tum etiam non obstat re-
sponsio superius data scilicet quod imo appareret de dictis duo
bus notariis, ⁊ quod illi fuerint dicti magistri de Scureta ⁊ Joā
nes michaelis, quoniam vt apparet ex predictis dicti de Scure
ta ⁊ michaelis, non apparent subscripti, quamuis enim aliqui ex
dictis testibus per curiam adhibitis dicantur respondisse quod
scriptura dicte pretense note fuerit scriptura eiusdem de Scure
ta: non tamen apparet idem de Scureta subscriptus, ⁊ omnes te
stes adhibiti conueniunt in hoc quod illa verba, ⁊ me ⁊c. non sint
scripta manu dicti Micha. ⁊ sic nec dicti de Scureta ⁊ Michae
lis, nec alii apparent subscripti. propter quod dico vt prius, quod
non appareat qui fuerint illi pretensi notarii qui donationem pre
dictam pro ipsa nobili Borguina acceptarunt aut vice ipsius sti
pulati extiterunt.

¶ Preterea efficacie dicte pretense donationis refragatur ⁊ ob
stat non solum quod non appareat fuisse per dictam quondam
Borguinam acceptata, quod tamen quo ad hoc vt ex illa ius sibi
quereretur necessarium fuit per id quod habetur in. l. si ego. ⁊ qd
ibi glo. Ange. ⁊ docto. ff. de nego. gest. Ange. ⁊ Alex. de imola
in. l. qui iure. ff. de acquirenda possessione Paulus de castro in di
cta. l. absenti. ff. de donatio. ⁊ Petrus de Ancharano consilio
13 .cxxvi. exordiente, ad dubia elicita ex facti serie. † sed etiam quia
non apparet huiuscemodi pretensam donationem peruenisse ad
noticiam eiusdem Borguine, quod tamen erat necessarium, quia
donatum aut beneficium regulariter non acquiritur absenti ⁊
ignoranti, vt scribunt docto. in dicta. l. absenti. ⁊ in allegata. l. qui
absenti. ad quorum dicta remisisse sufficiat.

¶ Preterea audio quod in partibus illis consueuerint viri nobi
les cum matrimonium contrahunt conuenire ⁊ pacisci cum mulie
ribus quas ducunt in vxores aut cum earum parentibus seu a
gnatis ⁊ cognatis de doario dando eisdem mulieribus si contin
gat eas viris decedentibus superesse, ⁊ hoc quamdiu manserint
in viduitate: propter quod vbi premissa cessarent que non cessant
videretur dicta pretensa donatio esse intelligenda de dicto doario
vel de manso ipso de pegeria pro doario: ⁊ sic quod manso huius-
modi ⁊ iuribus illius vti ⁊ frui posset eadem Borguina quamdiu
superesset et vitam honestam ⁊ vidualem obseruaret: non vt man
sus huiusmodi simpliciter ⁊ absolute dicte Borguine acquirere-
tur, ⁊ hanc pretensam donationem sic esse intelligendam persua-
dent multa. Primo quidem quoddam pretensum pactum paulo
ante precedens dictam pretensam donationem, ⁊ in quo conuen
tum ⁊ pactum fuisse legitur quod puer masculus ille videlicet
qui placeret dicto nobili Antonio ex matrimonio predicto pro-
creandus esset heres dicti mansi cum suis pertinentiis ⁊ iuribus.
per quod quamuis forsasse vt post ea dicetur non voluerit decla
ratur mens dicti quondam Antonii quod scilicet voluerit liberū
masculum in dicto manso succedere. l. si. ⁊ quod ibi glo. ff. de re. eo.
⁊ quod not. Franci. de Areti. in. l. si diuortio. columna penultima
post princip. ff. de verborum obligatio. Quo fit vt non presumat
idem Antonius voluisse statim ⁊ ilico recedere ab hac volunta-
te scilicet quod non ipse masculus sed vxor in dicto manso succede
ret. l. non ad ea. ff. de conditio. ⁊ demonstratio. Et hoc maxime vi
detur procedere eo casu qui cōtigit in quo scʒ superfuerunt liberi
masculi ⁊ filie, ⁊ quia in dicto manso seu valore illius consistebat
fere dimidia pars patrimonii dicti quondam nobilis Antonii.

¶ Pro interpretatione dicte pretense donationis ⁊ vt quate-
nus de ea appareat, debeat intelligi de donatione doarii, videtur
multum facere dictum Inno. in. c. olim tibi scripsisse recolimus.
post princi. de verborum significatione. vbi voluit quod omnis,
dispositio siue vltimarum volūtatū siue cōtractuum recipit in-
terpretationem a consuetudine. ⁊ istud dictū commemorat ⁊ se-
quitur Panor. in. c. certificari. circa principiū. de sepul. dominus
Jas. in. l. vt liberis. columna. iii. ver. item ex vltima parte. C. de
collatio. ⁊ dominus Fely. in. c. ex literis. columna sexta vel circa.
ver. sed tamen istud non videtur necessario sic intelligendū in.
de fide instrumentorum ad quod facit. c. cum dilectus. de consue
tu. Etiam pro hoc faciunt scripta per Bart. ⁊ docto. in. l. heredes
mei. §. cum ita. ff. ad trebel. per Joannem de imola in. c. potuit. in
finalibus verbis, de loca. per Petrum de ancha. in. l. tres fratres
ff. de pact. ⁊ per Andre. barba. in sua Joannina. c. Raynaldus.
charta secunda, columna. i. ⁊. ii. de testa. ⁊ per alios in aliis locis
quatenus volunt ⁊ dicunt quod in dubio quis censeatur se vel e
conformare dispositioni statutarie sue patrie ⁊ hinc est quod si sta
tuto caueatur quod filii masculi excludant feminas in successio-
ne parentum, ⁊ testator municipii statuti huiusmodi sibi simplici
ter heredes vniuersales instituat filios suos, dicit Petrus de an
cha. in dicta. l. tres fratres, quod non videtur instituisse filias: qr

testator videtur disposuisse ita vt disponit statutum municipii: ⁊
sic videtur exclusisse feminas, quamuis de iure communi aliud es
set censendum: pro eo quia appellatione filiorum veniunt filie. ma
sculinum enim concipit femininum. Videtur igitur dictus quon
dam Antonius si ⁊ quatenus de dicta donatione appareat potius
voluisse mansum predictum pro doario donare dicte nobili Bor-
guine ⁊ sic vt mansum huiusmodi haberet durāte viduitate, quā
simpliciter ⁊ videtur consonum rationi vt sic interpretando con-
cordentur pactum de quo supra ⁊ donatio huiusmodi, que alias
viderentur repugnantiam cōtinere per id quod habetur in prima
constitu. C. §. quibus. ⁊ quod scribit Bart. ⁊ doct. in. l. fina. §. idē
quesiit. ff. de conditio. indebi.

¶ Et per hec patet responsio ad dictum quartum dubiū ac etiā
quintum ⁊ sextum quesita. super quibus cōcludendo breuiter di
co quod de dicta pretensa donatione non sufficienter appareat ⁊
si de illa appareret: quod illa fuit nulla, ⁊ si nulla non extitisset: nō
fuit tamen per eam ius dicte Borguine acquisitum nec acquiri
potuit attentis his que predixi. insuper ⁊ quod si ius aliquod ei-
dem Borguine acquiri potuisset in dicto manso, illud fuisset ius
doarii non donationis simpliciter facte per quam scilicet censerit
dictus quondam Antonius prefatam Borguinam posse de illo
testari, aut in eo habere heredem ab intestato. ⁊ ita dictus nobi-
lis Joannes dici non potest quo ad mansum huiusmodi iure he-
reditario dicte Borguine sue matri successisse sed potius successit
dicto Antonio patri: pro quo etiam facit quia in dicta preten-
sa donatione nulle sunt clausule dominii aut possessionis trans-
latiue. quo fit vt remāserint dominium ⁊ possessio penes dictum
Antonium, quo moriēte fuit per aditionem seu immistionem pa
terne hereditatis dominium acquisitum dicto Joanni. l. cum he
redes. in principio. ff. de acquirend. possessio. Quod propterea nō
potuisset postea eidem Joanni acquiri ex materna successione. l.
tertia. §. ex pluribus. ibi, nec enim sicut dominium. ff. de acquirē.
possessio.

15 ¶ Ad septimum † dico ⁊ respōdeo nō posse negari quin in testa-
mento dicti quondam nobilis Antonii facta extiterit mentio de
nobili Joanna ibi mentionata pretensa posthuma: pro eo quia in
testamento huiusmodi facta est etiā mentio de posthumis ⁊ post
humabus, ⁊ cuilibet certum quid relictum habita relatione ad
precedentia in quibus reliquerat filiis ⁊ filiabus iam natis: ⁊ ita
perinde est ac si expresse ⁊ nominatim illud reliquisset posthumis
⁊ posthumabus in capitulo pro eis facto. l. asse toto. ⁊ quod ibi
Baldus Angelus ⁊ Joannes de imola. ff. de heredibus institué
dis. ⁊. l. si ita scripsero. ⁊ quod ibi Barto. ⁊ Barthol. soci. ff. de co-
dit. ⁊ demonstra. Et sic non videtur testamentum predictum fuis
se pro eo ruptum vel alias inualidum quasi nulla in ipso facta ex-
titerit mētio de posthumis: sed forte queritur de ruptura ⁊ vali-
ditate, pro eo quia dictis posthumis no fuit aliquid relictum iu-
re institutionis. ⁊ ita videntur fuisse preteriti, ⁊ consequenter vi-
deretur quod natiuitate eiusdem Joane fuerit ruptum predictū
testamentum per iura vulgaria: sed econtra pro defensione predi
cti testamenti ⁊ vniuersalis fideicommissi in eo relicti videtur mul
ta facere. Et primo quidem pro defensione illius videtur facere
id quod scribit glossa in authentica nouissima. C. de inoffic. testa.
que voluit quod nō sit necesse relinquere cuilibet filio titulo insti
tutionis. ⁊ ita limitatur id quod habetur in authenti. vt cum de
appellatio. cognoscitur. §. aliud quoque capitulum. collatio. viii.
⁊ hec fuit opinio Azo. in summa. C. titul. de inoffici. testa. ⁊ hanc
videtur sequi gloss. in. c. si pater. in verbo, institu. de testa. in. vi. ⁊
illam expresse tenuit Jacobus butriga, in dicta auth. nouissime.
Ant. de butr. in. c. Raynutius. colum. decima, vel circa de testa.
⁊ Marh. de matu. notabili. cliii. al. cvi. exordiente, quod illa vul
garis doctrina que vult quod oporteat patrem ⁊c. ⁊ plenissime do.
Jas. de may. in dicta authentica nouissima, colum. quarta, versi.
tertia conclusio ⁊c. ibi ego teneo primam opinionem. pro qua in-
ducit multas ⁊ pulcherrimas rationes: ⁊ supposito citra preiu di-
cium veritatis quod ista opinio haberet aliquid difficultatis pro
eo quia contraria opinio videtur esse magis communis: deberet
tamen defendi ⁊ defenderet p̄dictū testamentū propter illā clau-
sulā omni meliori modo ⁊c. ⁊ omnibus eis iure, modo, ⁊ forma
quibus tā de iure ⁊c. per quā videt̄ dictus posthum. reliquisse iure
institutionis. per id quod scribit Bald. in. l. quoties. col. ii. C. de
hered. instit. Paul. de cast. consi. cccxlvii. exordiente, super pun-
cto de quo queritur an testamentum sit nullum ⁊c. Raph. cum.
in. l. his verbis. ff. de heredi. instituen. Rapha. fulgo. consil. xliii.
exordien. in primo prepositę consultationis articulo ⁊c. Alex. an.
de imola in. l. nam quod. §. non omnis. columna. iiii. ff. ad. Treb.
dominus Jason may. in dicta authentica nouissima, colum. vi.
ver. quarto ⁊ vltimo moueor ⁊ Pau. de montepis. in repetitio. l.
in quartam charta. xv. columna. iiii. ver. cū multa hanc conclusio-
16 nem. ff. ad leg. Falci. † pro quo dicto facit quia verba in in-
[illegible]

henda ad validandum non ad invalidandum intellectum, et debent servire intentioni. c. preterea et c. intelligentia de verborum significationibus. et sunt adaptanda secundum qualitatem personarum ad quas referuntur. l. plenum. §. equitij. ff. de vsu. et habitatio. et l. qui iure militari. C. de testa. milita. ad quod facit id quod not. Spec. titu. Jac. de are. in. l. illa institutio. ff. de heredi. institue. Specu. titu. de instru. editio. §. instrumentum ergo. ver. quid si a contrahentibus. et vt refert Bal. in dicta. l. quoties. columna secunda. hoc dictum tenet Jacob. de aret. in scriptis suis et in dicta. l. quoties. quod signifi. verborum generalium non repugnat. et voluntas testatoris servatur. argumento. l. ab omnibus in princip. ff. de lega. j. l. in his. ff. de conditio. et demonstratio. l. voluntatis et l. verbum volo C. de fideicommis. Preterea in testamento condito a patre inter liberos semper intelligitur illa clausula vt actus valeat omni meliori modo quo valere potest. vt voluit glo. singularis in dicta. l. coheredi. §. cum filio in verbo, non valebit. quam Joannes de imola et Alexander de imola ad hoc no. ff. de vulgari et pupil. et Joa. de imola in dicto. c. Raynutius, columna. xx. vel circa. Alexan. de imola in. l. fi. columna. iij. C. de codicil. dominus Jas. may. in dicta auten. novissima. columna sexta ver. quarto et vltimo et in. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. columna. iij. C. de testa. et ita per predicta videtur dictus quondam nobilis Antonius reliquisse dictis posthumis iure institutionis. Addo † quod in dicto testamento fuit posita clausula codicillaris: sed quia illa fuit concepta per verba temporis presentis non multum insisto. † Propterea
8 vbi essemus in casu in quo premissa cessarent, vt non cessant et quod propterea fuisset predictum testamentum ab initio nullum propter preteritionem duorum masculorum vel post ea per dicte Joanne nativitatem ruptum: dictum tamen vniversale fideicommissum censeretur conservatum, per id quod habetur in authentica ex causa. versi. cetera namque firma permanet. C. de libe. prete. vel exhereda. et in corpore vnde sumitur. vbi probatur quod licet testamentum ex causa preteritionis vel exheredationis sit nullum quantum ad institutionem: cetera tamen firma permanent. Ceterorum vero appellatione veniunt non solum legata aut fideicommissa particularia: sed etiam vniversalia prout communiter scribunt omnes doc. in dicta authentica ex causa. et ita firmat glo. in. l. ita tamen. §. quoties vbi etiam Alexander de imola columna quinta. ff. ad Trebellia. glo. in. l. eam quam. C. de fideicommiss. Barto. in. l. filios preterito. vbi etiam Joannes de imola. ff. de iniusto rup. et irri. testa. Bal. in. l. j. C. de inofficio. testa. Joan. de ana. consilio xviij. exordiente, visis et ponderatis. col. fi. et Antonius de butrio, consilio. xv. exordiente viso tehemate in fi. et hec est communis opinio quamvis in aliquo aliter senserit Bal. in. l. si cum vel in vtero C. de testa. mili. cui bene respondet Alexander de imola et dominus Jas. de may. Alexander scilicet dicto. §. quoties. columna quinta. et dominus Jas. in dicta authentica ex causa. columna sexta.
18 versiculo quinto limita. † Et si opponatur quod istud procedere posset in scienter disponente hoc est in eo qui licet sciret vel sperare se habiturum posthumum nihilominus sic disposuit: secus vero ignorante prout voluit Bar. et sequaces loquentes in legatis in dicta authentica ex causa. et bar. in quondam suo consilio exordiente, quidam nomine Lapus et c. dico et respondeo quod istud non obstat: tum quia licet Bar. et sequaces sic senserint scilicet quod dicta authentica ex causa locum non habeat quando posthumus fuit ignoranter preteritus: multi tamen et quidem viri magne auctoritatis et doctrine contrarium senserunt, de quibus multos commemorat do. Jas. in dicta authentica ex causa. columna. v. ver. tertium dubium et in hoc est difficultas et c. ibi sed totum econtra contra. Bar. consuluerunt Sign. de homode. et collegium mediolanen. et c. ad que brevitatis causa remisisse sufficiat, ita vt articulus non sit sine difficultate et supposito quod opinio Bar. et sequacium forsasse videretur equior illa tamen recepit aliquas limitationes. et quidem limitatur vt non procedat quando testator aliquem ex filijs suis heredem instituit quamvis aliquem vel aliquos, ignoranter preтereat: quia sicut vnum filium quem heredem instituit gravat relictis, ita verisimile est quod si de alio vel alijs cogitasset etiam legata reliquisset ar. l. titius. §. j. ff. de liberis et posthu. secundum Bal. in. l. Titius. §. j. ff. de liberis et posthumis quem sequitur Alexander de imola in dicta authentica ex causa, tum etiam non obstat, dicta pretensa preteritio quod maximum reputo in hoc casu: quia dictus quondam nobilis Ant. cogitavit de posthumis: cum vt predixi eis et eorum cuilibet certum quod reliquerit: et sic dici non potest quod ignoranter eosdem preterierit: quia vt dicit beatus Augusti. in. xiiij. libro trinita. c. vij. post medium. Cogitamus omne quod dicimus etiam illo interiore verbo quod ad nullius gentis pertinet linguam et in psal. xxxiij. ver. tetaverunt me in fin. vbi dicit idem sanctus quod ex eo quod lingua promit intelligitur quod gestet in corde, et Lacta. in libro. de ira dei. c. xiij. circa prin. c. loquens de hoie, ait. ideo sermonem solus accepit, ac linguam cogitationis interpretem vt enarrare maiestatem domini sui possit, hoc etiam probatur in. l. Labeo. §. idem Tubero. et §. sequenti. ff. de supellecti. lega. et ad hoc etiam facit quod voluit Aristo. in primo periarmenias, vbi dicit quod voces sunt earum que sunt in anima passionum note. Et sic dictus Antonius cogitaverit de posthumis prout eum de illis cogitasse apparet, non est dicendum quod ipse ignoranter eos preterierit, et ita non potest pretextu pretense ignorantie impugnari dictum vniversale fideicommissum. per id quod habetur in. l. qui iure militari. ff. de testamen. militari. Ad quod notat Angelus Paulus de castro et Alexan. de imola in dicta authentica. ex causa. vbi etiam dominus Jason de may. columna sexta, versicu. secundo limita. et Angelus in. l. militis codicillis. §. miles in supremis. ff. de testamento militari. Et facit id quod in simili voluit Bartol. in. l. Titia Seio. §. imperator. versiculo quero quid si in dubio. ff. de leg. ij. et Joanes de imola in. c. fi. columna sexta in versiculo item attende circa intellectum dicte. l. si vnquam. C. de revocan. donatio.

¶ Venio ad octavum super quo advertendum est et inquirendum super protocolo note matrimonij de quo in eo an promissio inibi mentionata de instituendo heredem vnum ex liberis et c. fuerit facta per dictum nobilem Antonium aut per nobilem Ludovicum Raymundi eius generum: quia in casu mihi exhibito hoc non
19 plane exprimitur et est ibi quedam immutatio. † sed supposito citra preiudicium veritatis quod promissio huiusmodi fuerit facta per dictum nobilem Antonium dico et respondeo quod illa non valuit, pro eo quia illa continet pactum de futura successione querenda quod est iure improbatum. l. pactum quod dotali. et quod ibi doctores communiter. C. de pact. l. cum donationis. C. de transactio. et l. stipulatio hoc modo concepta. et quod ibi Bart. et doct. communiter. ff. de verb. obligat. et l. ex eo. C. de inutili. stipulatio. et est adeo nullum pactum huiusmodi vt nullam obligationem pariat, dicta. l. pactum. et sic nec civilem nec naturalem: quia qui totum dicit nihil excludit. c. Romanorum. versiculo, dicendo vero omnia distinct. decimanona. c. solite. de maiori. et obedien. et l. Julianus. ff. de legat. iij. et quod pactum huiusmodi nec civilem nec naturalem obligationem pariat colligit Bart. ex dicta. l. pactum quod dotali et idem scribit ibi Lancel. pro quo facit. l. hereditas. in fi. ibi, nullo modo debetur. C. de pact. convent. Et est pactum huiusmodi non solum nullum si fiat sine iuramento sed etiam si pro observatione illius interponatur iuramentum: quia iuramentum illud non firmat secundum Cy. Bartolum Angelum Salycetum et alios communiter in dicta. l. pactum quod dotali quod etiam voluit Bartolus in dicta. l. stipulatio hoc modo concepta. et gloss. in l. si quando. §. illud. super verbo. gravari. C. de inofficioso testam. pro quo solent communiter reddi due rationes sequentes.

¶ Prima quidem quia est contra bonos mores dicta. l. stipulatio hoc modo concepta. et l. ex eo. auferret enim si valeret liberam testandi facultatem, contra id quod habetur in. l. prima. C. de sacrosanct. eccle. Secunda quia inducit votum captande mortis. l. de fideicommisso. C. de transactio. et l. fi. in verbo, eventus. et quod ibi gloss. C. de pact. quod etiam est improbatum de iure canonico. c. primo de testa. et c. ne captande. et quod ibi doc. de concessio. preben. in sexto. et ita non videtur posse firmari iuramento. regula non est obligatorium. de reg. iur. in sexto. pro hoc multos inducit dominus Jason in dicta. l. pactum quod dotali, columna prima. Et quamvis prime rationi videatur posse responderi et dici quod tale iuramentum non videatur esse contra bonos mores naturales: quia non directe tendit ad peccatum: sed posset salvari per iurantem sine interitu salutis eterne licet sit contra bonos mores civiles: et quamvis etiam posset responderi secunde rationi quod votum captande mortis attendi aut considerari non debeat postquam pactum huiusmodi sit per eum de cuius futura successione agitur. dicta. l. fi. C. de pact. et quod notat Bartolus in dicta. l. stipulatio hoc modo concepta. columna secunda. versic. item quia a volente fit, tamen quia ita se habet communis doctorum sententia temerarium esset ab illa recedere. l. prima. §. crebrior apud veteres opinio. ff. de offic. questo. et per vulgatam doctrinam quam ponit Hosti. et alij scribentes i. c. primo de constitutio. Bartolus et alij in. l. finali. C. de pe. iudi. qui ma. iudica. et ideo persistendo in eo quod dixi scilicet dictum pactum non firmatur iuramento, dico quod etiam pro hoc facit ratio que non videtur spernenda et quam per aliquos modernos reperio inductam in dicta. l. stipulatio hoc
20 modo concepta. † Et hec est quia cum testamentum dicatur et sit vltima voluntas non potest esse vltima nisi sit revocabilis, per id quod scribit Bald. in. c. secundo, columna secunda, versiculo an valeat consuetudo quod testamentum et c. de consuetudi. et ideo iuramentum tendens ad faciendum illam irrevocabilem dicitur esse contra substantiam actus, et ideo non videtur posse impedire revocationem sicut dicitur in. c. fi. et quod ibi gl. de procurato. in sexto.
21 ¶ † Fateor tamen quod Bal. in. c. moribus. ti. si de feu. controvers.

tit.feu.voluit pactum factum de futura successione acquirenda firmari iuramento.dicit enim se putare quod meri canoni ste non approbaret opinionem Bar.quam ipse ibi refert ponentis distinctionem inter pactum de non succedendo quod dicit valere.c.quamuis pactum.de pact.in.vi.et pactum de succedendo,quod dicit non valere dicta.l.pactum quod dotali.l.stipulatio hoc modo concepta.et aliis pro hoc superius allegatis:et mouetur Bal.contra dictam distinctionem Bar.pro eo quia ratio dicti.c.quamuis.est ex eo quia iuramentum de quo ibi potest seruari sine interitu salutis eterne.et ad rationem quod inducat votum captande mortis respondet negando eam,quia nescimus quid sit in animo paciscentium:sed bene scimus quod ipsi possunt obseruare iuramentum sine interitu salutis eterne,et ideo dicit Bal.se putare quod episcopi cogerent paciscentem sic iurantem.et pro ista sua opinione dicit esse decisionem Petr.de ceruo.in dicto.c.moribus. Sed hanc opinionem Bal.reprehendit Roma.in.l.pactum.C.de collatio. Aluaro.in dicto.c.moribus.vbi refert quod ipsemet Bal.tenet contrarium in dicta.l.pactum.proxime allegata.quod et verum est in quinta opposi.vbi etiam dicit quod inducit votum captande mortis aliene per fas et nefas,et quod est contra ius diuinum.capitu.ij.de concessio.preben.in.vi.et idem voluit Fulgo.et Pau.de castro in dicta.l.pactum.et Anto.de butri.in.c.cum contingat.de iureiurando.et hanc opinionem dicit esse communem Alexã.de imola consilio.xxxviij.exordiente ponderatis verbis instrumenti.in tertio volu.et respondet ad motiua Baldus et primo ad id quod dicit Bal.negando et dicendo quod non sit contra bonos mores pro eo quia nescimus quid in animo habeant contrahentes:et dicit Alexander ipse quod imo iuris presumptione est cõtra bonos mores.d.l.ex eo.C.de inutili.stipulatio.

¶ Preterea si vera esset ratio Baldi,sequeretur quod etiam quando fit pactum super hereditate tertij viuentis certo modo disponenda inscio illo tertio non deberet dici quod talis conuentio esset contra bonos mores aut quod induceret votum captande mortis illius tertij,eo quod nos nescimus quid illi cõtrahentes habeant in mente,et tamen hoc est contra.d.l.finalẽ.C.de pac. etiam nec obstat id quod habetur in dicto.c.quamuis.inducendo vt etiã inducit Bal.in dicto.c.moribus.quia respondet Alexander quod ibi loquitur in pacto de non succedendo in quo cessant rationes que militant in pacto de succedendo,de quibus supradictum est,et illud pactum de non succedendo erat improbatum a iure ciuili propter aliud scilicet,quia lex suspicabatur quod filius vel filia pro modico remitteret multa.vt notat Bartolus in.l.si quis pro eo.in vltimo mẽbro.ff.de fideiusso.et in dicta lege stipulatio hoc modo concepta.et Baldus in dicta lege.pactum.questione.xix.de collatio.vbi etiam addit aliam rationem.etiã nec obstat secundum Alexandrum vbi supra quod per pactum filie de non succedendo patri inducatur quod filius illi succedat,et sic videtur etiam ibi esse pactum de succedendo:quia respõdet quod ibi nullum fuit factum pactum nisi cum filia que iurauit non succedere.et dato quod in consequentiam istius actus permissi resultet necessario,quod melior fiat conditio aliorum filiorum qui nõ renuntiarunt,hoc toleratur,quamuis directo seu principaliter nõ possit induci per pactum de succedendo,per id quod habetur in.l.prima in prin.et quod ibi Dynus et Bartolus.ff.de autoritate tuto.l.si vnus.§.illud.ff.de pac.l.si is qui duos.in fi.ff.de liberis et posthumis.et quod not.Cyn.et Salycetus in.l.iij.C.de iudi.Et stante eo quod predixi scilicet quod iuramentum sit in casu nostro cõtra bonos mores,sequitur quod non obstat illa ratio Baldi per eum allegata in dicto.c.moribus.scilicet quod iuramentum debet seruari quando seruari potest sine interitu salutis eterne:quia responsio patet per id quod habetur in.c.cum quidam.de iureiurando et in dicto.c.non est obligatorium.cũ simili.Et contrarium eius quod voluit Baldus in dicto capitulo.moribus.scribit ipse in allegato capitulo secundo,columna secunda,ver.item non tenet iuramentum.de consuetu.vbi expresse tenet tale iuramentum non valere,pro eo quia est captiosum,item et quia contra ius publicum.l.si quis inquilinus.§.finali.ff.de legatis primo testamenti enim factio publici iuris est.l.iij.cũ suis simili.ff.de testamẽtis.Et quia Bal.reperitur super dicto articulo contrarius non est fiendum de eo magnum capitale.argumento eius quod habetur in.l.qui falso vel varie.ff.de testi.

¶ Propterea in casu nostro est maior ratio quod dicta cõuentio de succedendo inducat votum captande mortis quam in pacto facto super hereditate tertij certo modo disponenda casu quo de iure successio ad eos deueniret,quo casu valet pactum si in eo interueniat cõsensus illius dicti,dicte legis finalis.C.de pact.quia in casu dicte lege finali pactum non inuitabat ad successionem pro eo quia quod ipsi paciscentes aut eorum aliquis deberent succedere erat in cõditione non in dispositione.l.ex facto etiam.ff.de heredi.institue.et lege si quis sub cõditione.ff.si quis omiss.cau. testa.Sed in casu nostro erat in dispositione que inuitabat ad succedendum.

22 ¶ †Forte vero opponetur de eo quod scribit Bald.in.l.cum Archimedoram, columna secunda vel tertia,versiculo sed nunquid per consuetudinem.C.vt in possess.legato.vbi voluit quod per cõsuetudinem vel per statutũ potest dari robur talibus pactis.pro quo inducit.c.mulier.tit.si de feu.fue.controuer.sed istud non obstat.

23 †Quoniam respondeo quod vbi aliquid prohibetur fieri per pactũ eo quia est contra bonos mores statutum vel consuetudo.ibi nihil potest opari.vt voluit gloss.in rubrica.C.de decre.decur.lib.x.et Bartolus et Angelus in.l.omnes populi.in tertia questione principali.ff.de iustitia et iur.sed pactum de quo supra est contra bonos mores dicta.l.ex eo.C.de inutili.stipulatio.et.l.stipulatio hoc modo concepta.ff.de verbo.obligatio.et ita sentiunt doctores communiter.et contrarium eius quod dicit Baldus in dicta.l.cũ Archimedoram tenuit ipse in.l.secunda.col.secunda.versic.item in pacto de futura successione.C.que sit long.consuetu.et ideo de Bald.super hoc non videtur faciendum magnum capitale,vt supérius dixi in simili.Et contra Baldum etiam tenet Alexander de imo.in dicta.l.cum Archimedoram.in addit.ad eum.idẽ etiã contra eum firmauit in dicta.l.pactum quod dotali.col.secunda.versicu.fallit tamen hec regula cum simi.nisi per statutum etc.et idem voluit in dicta.l.stipulatio hoc modo concepta.colũ.tertia.versicu.an autem possit consuetudine vel statuto. Et vtrobique respondet Alexander ad iura Baldi videlicet ad dictum.c.mulier.et.c.vnicum.titu.de matri.ad morga.contrac.et dicit quod illa iura non loquuntur in pacto de succedendo quod vt dixi est contra bonos mores et improbatum.sed in pacto de non succedẽdo quod non est contra bonos mores et potest firmari iuramento,consuetudine et statuto,vt patet in.c.quamuis pactum.de pact.in sexto.et idem voluit dominus Iason mayn.in dicta.l.pactum quod dotali.columna prima.versicu.quarto limita nisi per statutũ vel cõsuetudinem.Preterea supposito citra preiudicium veritatis quod tale pactũ posset robur assumere ex consuetudine vel statuto:hoc tamen non noceret,et quidem non quo ad id quod dicitur de statuto:quia non puto quod in patria sit statutum super validitate dicti pacti aut similium conditum.et idem puto de cõsuetudine scilicet quod illa non sit in patria quamuis non nesciam egregium doctorem affirmasse quod imo sit in patria talis cõsuetudo inter nobiles per quam talia pacta corroborantur:sed saluo omni honore illius non videretur sibi credendum nisi de ea alias appare-

24 ret.†pro quo moueor:quia vt dicit Ioannes de imola in.l.prima §.nuntiatio.ff.de no.ope.nuntia.quando communis opinio asserit consuetudinem esse talem:forte potest esse presumptio pro tali consuetudine,sed quando vnus vel duo duntaxat sic affirmant vt est in casu occurrenti:nõ est ista affirmatio vnius doctoris aut duorum sufficiens probatio.Ad quod optime facit quod no.Innocentius in.c.primo de fid.instru.et refert ibi Ant.de butr.dum dicit secundum illos qui volunt per plura instrumenta confecta probari quasi possessionem notariatus quod nõ sufficiant duo instrumenta etiam si sint sine contradictione recepta ab omnibus. Et quod plus est videtur quod non solum non debeat credi vni aut duobus doctoribus consuetudinem esse affirmantibus:sed nec pluribus:quia si personis quantumcunque religiosis nõ creditur attestãtibus sine iuramento.c.tuis.et.c.nuper.de testi.quinimo nec episcopis vt ibi voluit Panormitanus,quanto minus credi debet doctoribus sine iuramento asserentibus id quod est facti,qui forte aliquando asserunt aliquid de auditu dici vel quod sic ab aliis scriptum inuenerunt. Preterea si doctoribus communiter asserẽtibus de consuetudine crederetur concurrere duplex specialitas circa idem.prima esset quod admitterentur testes non iurati contra id quod habetur in dicto.c.tuis.et apertius in.c.nuper.versiculo.respondemus.de testib.ij.quod admitteretur testis qui testificaretur per scripturã,quod non licet per.c.testes tertia questione nona.et.l.tertia.§.idem diuus.ff.de testi.et quod notat glo.in dicto.c.tuis.et Bartolus in.l.Theopompus.ff.de dot.preleg.sed istud hoc est duplex specialitas regulariter non debet admitti circa idem.l.prima.et quod ibi glossa et doctores.C.de dot.promissio.et quod notat Bartolus in.l.si is qui pro emptore.ff.de vsucapio.ergo tale testimonium admitti non debet.quod etiam voluit Franc.de aret.consi.cxxxiij.exordiente,in causa que vertitur inter homines.columna tertia,versiculo,sed tamen his non obstantibus.et Alexander de Imola in.l.post dotem.columna.ij. ver.et iuxta hoc queri posset an absque alia probatione.ff.solu.ma. vbi et respondet rõnibus et motiuis Io.de imol.vt pòt ibi v.deri: et ita videtur fuisse de mente Andr.bar.consi.xliij.exordiẽte.preclare scribitur iudith,tribue inquit sermonem compositum.colũ.xv.ver.citra istud dictum Ang.est etiam ponderandum.in prima parte.etiam nec obstat id quod scribit Io.fabri in.d.l.fi.X.quid si pactum fiat.C.de pac.Tum quia.d.c.j.de ma.ad morg.cõtrac. et.c.fil.

t.c.fili.si de feu.contro.fue.inter do.z agna.per Joan.fabri.alle gata,loquuntur vt superius dixi non in pacto de succedendo qd est alege reprobatum sed in pacto de non succedendo,quod non est reprobatum.dicto.c.quanuis.z sic non probant dictum Joa. fabr.Tum quia quanuis idem egregius doctor nitatur pactum huiusmodi defendere z tueri si paciscentes parentes in eadem vo luntate perseuerauerint.l.finali.C.famil.ercifcun.tandem tamen contra pactum huiusmodi allegat.l.fi.ff.de su.z legiti.heredi.per quam probatur quod non valeat pactum etiam si paciscentes per seuerauerint in eadem voluntate dicta.l.hereditas.C.de pac. cō uen.z quia istud dictum fuit per Jo.fabr. in vltimo loco recitatū videt̄ illi ad hesisse per quod no.glos.in.l.qui filium.§.Sabinus. ff.ad Trebel.z doct.in.l.si idem cum eodem.§.fina.ff.de iurisdic. omnium iudi. Preterea est aduertendum φ Joannes fabr.in di cta.l.fi.non loquitur in pacto facto super futura vniuersali succes sione vt in casu nostro,sed de succedendo in certa portione inter que multum refert,non enim nego quin futuri parentes in con trahendo matrimonium pacisci possint z donare aliquid primo genito,vel etiam alijs prout conuenerint,vel etiam possēt sibi in uicem mutuo z vicissim donare primo scilicet decedens vltimo morienti vt voluit Oldra.cōsi.cxxxix. Joan.an.in addi.Specu.ti tu.de instru.editio.§.porro z.Alex.de imo.in dicto.cōsi.xxviij.in. iij.parte.z dominus Jasoz in dicta lege.licet priuatos.C.de pact Et per hoc respondetur ad id quod no.Jo.fabr.in.l.j.C.si man ci.ita fuer.aliena.ne prostitu.qui ibi scribit illam.l.prestare argu mentum quod si fiat pactum quod liberi qui exibunt ex tali ma trimonio habeant certam portionem,quod paciscens non possit remittere pactum,cum sit fauore liberorum factum,vbi etiam dicit se de hoc scripsisse in dicta.l.finali.C.de pact.quod scilicet hoc nō obstat:qz illud nō est pactū future vniuersalis successiōis

25 † Forte vero opponetur de eo quod scribit Bart.l.tale pactum.§.finali.ff. de pact. z post eum Alexan de imo.z aliqui moderni in dicta.l.licet.C.eo. tit.,vbi scribunt qd qui in cōtractibus vel actibus inter viuos aliquē nominat vel appellat heredem sum videtur in eum con tulisse supremum iudicium z ita videtur eum facere heredem:z dicunt hoc procedere cum effecta in pia causa.c.finali de succes sio.abintesta.insuper z inter liberos per.l.hac consultissima.§.ex imperfecto.C.de testa.z etiam in milite dicta.l.inter priuatos.z si hoc sit verum quod ex huiuscemodi appellatione videatur ap pellans in eum quem suum heredem appellat conferre supremū iudicium z hoc cum effectu in dictis tribus casibus non videtur subesse ratio,cur pactum de quo queritur nō valeat postquam fa ctum est inter liberos z in eo nōinatus est heres masculus,vel femina eligendi vel eligenda.sed istud non obstat.Tum quia di ctum Bar.videtur dubium z de iure non procedere quod etiam reprobant Ange.z Paulus de castro.in dicta.l.tale pactum.§. finali moti ad hoc duobus fundamentis.primo quia actus con trahendi realiter z effectualiter differt ab actu testandi.l.verba contraxerunt.ff.de verborum significationibus ergo ex verbis in contractu.prolatis non potest resultare institutio vt patet argu do a speciali dicte.l. licet inter priuatos,secundo quia per pactū inter viuos non potest quis fieri heres,imo est hoc prohibitum dicta.l.hereditas.C.de pact.conuen.z.l.fi.C. de pact.Non ob stat dicta.l.tale pactum.§.fi.super qua se fundat Bar.qui respō det Pau.de cas.quod dicit tex.scilicet quod qui aliquem suum appellat heredem videtur in eum supremum iudicium z c. proce di z intelligitur destinatiue non dispositiue,nec procedit ac si fa ctus fuisset tunc heres z miratur Paulus de castro quod Bar. non ita dixerit.opinionem Bar.etiam impugnat Roma.in repe ti.authentica similiter.in sexto speciali pie cau se.C.ad leg.falci. quāuis postea subdat quod opinio Bar.forte seruaretur in pra ctica per alios:sed non per eum,eo quod Bar.nunquam in hoc habuit contradictorem vsque ad illa tempora:sed non fuit recor datus de Ange.z Paulus de castro vbi supra contra eum tenen tibus:sed quo ad Paulus de castro non est mirum quia ille fuit contemporaneus eius contra Bar.quāuis per aliam rationem te nuit etiam Bulgo.in dicta.l.licet z Ange.in.l.epistola.i principio. ff.de pact.per glo.ij.positam super verbo,nullam.per quam dicit Ange.de directo confundi opinionē Bar.z huic opinioni Ang. Paul.de cast.z Roma.vt pote vltimo loco mentionate videtur adherere Alexander de imola in dicta.l.tale pactum.§.fi. Tum etiam non obstat dictum Bar.de quo supra:pro eo quia nomina tio seu appellatio de qua loquitur Bar.non erat facta per modū obligatorie conuentionis vt pacti quod non licet dicta.l.pactū quod dotali.z quod ibi vt predixi scribit ipse Bar.z alij z i dicta.l. stipulatio hoc modo concepta.sed per modum simplicis nomina tionis seu appellationis:in casu autem nostro facta est coniuntio inter partes,tum quia esto quod alias dispositio qualiscunque facta inter liberos z per quam appareret patrem velle confer re in eos supremum iudicium defendi posset tanquam vltima vo luntas.l.fi.C.famil.ercifcun.quā Bar.pro suo dicto induxit: hoc tamen in casu nostro non prodesset:quia dictus quondam nobi lis Antonius dici non potest per dictum pactum disposuisse in ter liberos sed in vnum duntaxat vel vnum marem aut feminam futuros nepotem vel neptem ex filia omnino preteritis filijs z fi liabus,z ita non poterat pactum hoc sumere fomentum a via in testati:quia non erat nepos vel neptis,repulsis proprijs filijs z fi liabus,imo z matre ab intestato auo successurus.si enim in testa

26 mento facto inter liberos requiratur † ad illius validitatē quod testator aliquid relinquat iure institutionis cuilibet ex liberis pri mum gradum tenentibus ita φ non sufficeret instituere vnum vl plures heredes vniuersales z alij vel alijs aliquid legare,authen. vt cum de appellatione cognoscitur.§.aliud quoqz capitulum. iuncto.§.finautem hec non fuerint obseruata.collatio.viij.vt vo luit gloss.z firmant doctores communiter in authen. nouissima. C.de inoffic.testa.φ fortius z indubitanter procederet quando illi alij vel alijs nihil omnino relinqueret:z multo fortius aut sal tem non minus erat necessarium ad validitatem dicte pretēse dis positionis seu pacti de quo est sermo φ dictus quondam Anto nius eius pretensum supremum iudicium conferret non solum in illum nepotē vel neptem de quo quave in pacto:sed etiā in alios z quod eis z eorum cuilibet aliquid relinqueret.quod tamen non fecit z sic dispositio huiusmodi etiam si alia cessarent prout nō cef sant ex hoc cēseri debet esse nulla,z que propterea in nullo potuit officere seu derogare vltimo z nuncupatiuo testamento antea p dictum quondam nobilem Antonium solenniter confecto.l.se cunda:cum suis simili.ff.de iniust.rup.z irri.testa.z sic puto quod non obstāte conuentione seu pacto predicto valuerit substitutio facta de primogenito dicte nobilis Catherine,qui est prefatus nobilis Joannes de cadohena z quamuis reperiam quod egre gius iurium doctor dominus Stepha.aufre.in addi.ad decisio nes capell.tholo.z super decisio.cccclij.exordiente,iterū fuit que situm,columna secunda,versi.quia tamen audiui z c. multa scri pserit per que probari videtur quod pactum predictum nō solum valuerit sed etiam fuerit irreuocabile,ita quod etiam consentien tibus dicto quondam nobili Antonio z alijs compaciscentibus non potuerit conuentio huiusmodi seu pactū in preiudicium ne potis seu neptis procreandi seu procreande ex dictis coniugibus reuocari:mihi tamen salua reuerentia illius videtur oppositum, scilicet quod imo non valuerit dictum pactum per ea que superi dixi.z quod si quo modo valere potuisset,illud nō valuisset in vim pacti obligatorij,sed duntaxat in vim vltime voluntatis,z sic dis positionis reuocabilis.l.quod si iterum.cum suis simili.ff. de adi men.leg.z ita sentiunt scribentes in dicta.l.pactum quod dotali z in.l.licet.C.de pact.z in sepe allegata.l.stipulatio hoc modo cō cepta.z Joan.de imol.in.l.ille autem.ff.de heredi.instituend.Et ea que inducit prefatus egregius doctor ad probādum quod pa ctum huiusmodi etiam volentibus paciscentibus non posset re uocari in preiudicium tertij in cuius fauorem factum extiterat, loquuntur in pacto ab initio valido z ex quo quesitum extiterat ius tertio,de cuius materia scribere solēt doctores in.l. qui Ro me.§.Flauius hermes,vbi Bartolus Joan.de imo. Alexan.de imo.Franciscus de Are.z alij.ff.de verb.obli.z alij in alijs locis. Pactum autem de quo loquimur fuit ab initio nullum z tale φ in vim pacti obligatorij valere nō potuit vt pdixi sed nec in vim vltime voluntatis vt etiam predixi.

¶ Uenio ad nonum quesitum pro cuius solutiōe premitto φ cū mortuo z vita functo dicto quondam nobili Antonio testatore prefatus nobilis Joannes eius quondam filius,z per eum heres vniuersalis institutus se immiscuerit paterne hereditati expressa vulgaris substitutio expirauit.l.post additam.z.l.precibus.cir ca fi.C.de impube.z alijs substitutio. Secundo premitto φ cū viuente dicto nobili Joanne prefati Antonius z Ludouicus ab humanis z sine liberis decesserint,substitutio fideicommissaria de eis facta,z vniuersale fideicommissum eisdem relictum primo scilicet gradu seu loco predicto Antonio z secundo loco ipsi Lu douico expirarunt in personis eorundem Antonij z Ludouici pendente conditione vita functorum per id quod habetur in.l.si in personam.C.de fideicommiss.l.vnica.§.sin autem sub conditio ne.z quod ibi Baldus.C.de cadu.tollen.l.miles.§. primo.l.vnū ex familia.§.rogo z.l.cum pater.§.hereditatem. ff.de leg.ij. z qd not.glossa z doctores in.l.vnica.C.de his qui ant.aper.tabul.z Oldra.consilio centesimo tricesimo primo.exordiēte,quidam ha bens tres filias.z Alexan.de imo.consilio tricesimoquarto.alias reuera.xxxvj.exordiente,viso themate super quo dubitari contin git.co.ij.in.iij.vol. z Bartho.Soci.in.l.heredes mei.§. cum ita. col.ij. ff.ad Trebel.¶ Uerum quamuis fideicommissum hmōi quo ad personas predictorum Antonij z Ludouici expirauerit

ista quod nec eis pro fuerit aut prodesse potuerit. nec ipsi ius ali-
quod ad suos heredes transmiserint: illud tamen remansit cum
suo onere penes dictum quondam nobilem Joannem heredem
grauatum, per id quod habetur in. l. j. §. pro secundo, §. in nouis-
simo. ver. ne autem. ⁊ §. cum autem. ver. simili modo, C. de cadu.
tollen. ⁊ quod not Bart. in. l. quandiu, la. iij. in fi. ff. de acquirēda
heredi. vbi dicit quod si primus fideicommissarius cui debetur
fideicommissum post mortem heredis est rogatus restituere se-
cundo fideicommissario ⁊ ipse primus fideicommissarius moriatur
ante mortem heredis: secundum fideicommissum non expirat;
quia primum fideicōmissum remanet apud heredem cum onere
suo, per iura superius allegata. quod etiam scribit Bar. in quo-
dam suo consilio exordiente, quidam nomine Meui⁹ habens fi
liam nomine Uanam ⁊c. Paulus de castro consilio. cccl j. exor-
dien. presens dubium ⁊c. Pet. Jac. in suis libellis ti. de compē
dio substitutio. que fit a paga. ver. quidā testator ⁊c. do. de Rot.
in antiq. decisio. dcclxvij. sub ti. de testa. in fi. qui est fo. lxxxiij.
⁊ dominus Jas. in. l. j. colum. vj. ff. de vulgari ⁊ pupilla. ⁊ Alex.
de imo. consilio. l. in. j. volu. Non igitur obstitit nec obstat dicto
nobili Joanni de cadohena quod prefati quondā nobiles An-
tonius ⁊ Ludouicus ab humanis decesserint ante mortem di-
cti quondam Joannis vniuersalis heredis. ¶ Sed forte oppo-
netur aduersus substitutionem factam de primo genito mascu-
lo dicte nobilis Catherine ⁊ sic de dicto nobili Joanne de cado
hena quod conditio sub qua facta extitit substitutio huiusmo-
di non euenerit, pro eo quia ille primo genitus reperitur fuisse
substitutus posthumo masculo dicti quondam nobilis Antonij
testatoris sub hac conditione si videlicet posthumus ipse ab hu-
manis sine liberis decederet. Unde cum nullus posthumus mas
sculus postea natus extiterit ⁊ consequenter nec sine liberis mor
tuus: quia non potest quis dici sine liberis decedere qui nunꝗ̄
natus fuit. l. qui duos. ff. de manumiss. testa. non videtur euenis-
se conditio sub qua dictus primogenitus masculus prefate Ca
therine substitutus extiterat, ⁊ per consequens non videtur esse
locus substitutioni de illo facte. l. cedere diem. ff. de verb. signi. l.
qui heredi. §. fi. ff. de conditio. ⁊ demon. ⁊. l. iubemus. §. fi. cum su
is similibus. C. ad Trebel. Et quod pro eo quia non est natus
posthumus masculus defecerit conditio et propterea non fuerit
locus substitutiōi nō videtur voluisse Old. cōsilio. clxxvij. exordiē
te testator in vltimo suo testamento ⁊c. et idem voluit Jo. an. li
cet de Oldra. mentionem non faciat in addi. Specu. tit. de te-
sta. §. in primis. i addi. exordiente, huic questioni ⁊c. in ver. occur
rit etiam casus nouissimus. Sed his non obstantibus dico fuis-
se ⁊ esse locum dicte substitutioni in persona dicti nobilis Joan
nis de cadohena per ea que superius dixi pro quibus bene facit
l. Titius. ⁊. l. coheredi. in princ. ff. de vulga. ⁊ pupilla. Et cōtra-
rium eius quod dicunt Joan. an. ⁊ Oldrar. vbi supra voluit Frā.
de are. in dicta. l. quamdiu columna. x. ver. ⁊ vltra istam materiā
Bar. hic tangit ⁊c. ff. de acquirenda heredi. vbi etiam eleganter
respondet motiuis ⁊ rationibus Jo. and. ⁊ Oldra. vt ibi potest
videri. non enim refero propter prolixitatem euitandam ⁊ idem
voluit Fran. de aret. in. l. si mater. ff. de vulgari ⁊. pupilla. ⁊ dicit
idem solennis doctor in dicta. l. quamdiu. quod Bald. in. l. fi.
C. de institutio. ⁊ substitutio. tenet contra Oldra. Ex verbis eti
am ipsius colligitur quod Bar. contrarium sequerit in dicta. l. ꝗ̄
diu, ⁊ pro hoc etiam optime faciunt ea q̄ scribit Pau. de cast. in
dicto consilio. cccl j. ⁊ si dicta oppositio eidem nobili Joanni nō
27 obstat. ¶ Forte † vero opponetur quod eidem nobili Joanni
obstet pro eo quia aut dictus quondam nobilis Joannes tem-
pore testamenti ⁊ institutionis de eo facte erat minor quatuor-
decim annis, ⁊ sic impubes: aut erat maior. si est minor sic potuis
sibi pupillariter ⁊ sic directe substitui si alia concurrebant de qui
bus per tex. ⁊ scribentes in. l. ij. ff. de vulga. et pupilla. sed adue-
niente etate adulta illa pupillaris expirauit. l. i pupillari. cum su
is similibus. ff. de vulga. ⁊ pupil. nec post pupillarem etatem po-
tuit substitutio facta eidē nobili Jo. valere iure obliquo, quia ꝗuis
illa facta extiterit p verbū substituit qd̄ est cōmune. l. iā hoc iu-
re. ff. de vulga. ⁊ pupilla. ⁊ ꝙ scribit Barto. l. l. cēturio.. vbi etiā
alij. ff. de vulga. ⁊ pupilla. Tamē eidē verbo adiunctū est aduer-
biū, directe, ppter ꝙ videtur dictus quōdā nobilis Anto. voluisse
solū substituere dicto Joāni vulgariter pupillariter quia nō sūt alie
substitutiōes directe nisi loqueremur in milite. ⁊ sic videtur qd̄ post
pupillarem etatem dicti quōdā Joānis ōnino expirauerit predi
cta substitutio p quo facit id qd̄ voluit gl. in. d. l. centurio. super
28 verbo, duntaxat. ver. si autem esset paganus. † vbi firmat gl. qd̄
cōpendiosa facta a pagano per verba directa licet teneat infra
pupilarem etatem vt pupillaris tamen post pubertatem in totū
expirat. ⁊ hec est comunis opinio glo. ⁊ docto. in dicta. l. cēturio. ⁊
in. l. verbis ciuilibus. in. l. in pupillari. ff. de vulga. ⁊ pupil. ⁊ i mul
tis alijs locis. ⁊ hanc opinionem sequuntur Inn. Hosti. Joan.
⁊ alij plurimi tam canoniste, quam legiste, quos commemorat
Alexander de imo. in. d. l. centurio. col. xxv. ver. in eadem glos. ibi
sed postea nulla. Sed his non obstantibus dico ⁊ respondeo sub
correctione cuiuslibet do. melius sentientis quod imo valuerit ⁊
valeat predicta substitutio. Tum quia licet gl. ⁊ multi doc. tenue
rint ⁊ teneant ꝙ compendiosa substitutio facta a pagano per ver
ba directa omnino expiret post pupillarē etatē: multi tū fuerūt et
viri non contemnende autoritatis ⁊ doctrine qui tenuerunt ꝯtriū
sc3 ꝙ substitutio huiusmodi post pupillarem etatem trahatur ad
fideicommissum, ⁊ quidem multi antiqui quos refert Cy. in. l. pre
cibus. C. de impube. ⁊ alijs substit. ⁊ hanc opinionem secutus est
Joan. an. in. c. si pater. de testa. in. vj. in nouel. do. Cardi. flo. in. c.
Raynutius. de testa. vbi dicit Anto. de butr. ꝙ de facto hec opi
nio seruatur Florentie, ⁊ quod eā hodie communiter tenent cano
niste. ⁊ sequitur Bald. in. l. ex tribus. C. de inoff. test. ⁊ in. l. ⁊ fine. C.
ad Trebel. Bal. ⁊ Ang. in. l. j. in princ. ff. de vulga. ⁊ pupill. Sali.
in. d. l. precibus. ⁊ Gemi. in. d. c. si pater. pro hac opinione allegā-
tur multa que commemorat Alex. de imol. in. d. l. centurio. colū.
xxvj. quibus tamen tanꝗ̄ sequax alterius opinionis respondere
nititur. ⁊ supposito citra preiudiciū veritatis, quod prima opinio
sit communior: ista tamen videtur fouere maximam equitatem ⁊
cui propterea tanꝗ̄ magis consone menti testatoris maxime iu-
ris ignari videtur inherendum. Tum etiam non obstat predicta
obiectio: quia vt apparet ex cōtextu dicte substitutionis idē quō
dam Antonius voluit substituere Joanni filio non solum vulga
riter sed etiam post aditam hereditatem seu diuisionem paterne
hereditatis: ⁊ non solum infra pupillarem etatem sed etiam post
illam finitam. dicit enim si vero quādocunꝗ̄ contingeret dictum
Joannem filium meum heredem non esse, vel heredem esse ⁊ quā
docunꝗ̄ decedere sine liberis ⁊ prole legitima ⁊c. eidem Joanni
substituo directe eūdem Antonium. vnde cum tempore testamē
ti idem Joannes esset vt audio non solum maior quatuordecim
annis, sed quasi quadragenarius, nō potuit eidem post immixtio
nem paterne hereditatis directe substitui: ⁊ sic illa substitutio si-
bi facta post immixtionem ⁊c. nunquam valere potuit iure testa-
menti aut directo. Quo fit vt ab initio valuerit iure fideicōmissi
per id quod eleganter scribit gloss. in. l. verbis ciuilibus. ff. de vul
ga. ⁊ pupilla. quam ibi sequuntur Dy. Rayne. Bar. Bal. Ang.
Joan. de imo. Pau. de ca. Martinus silima. ⁊ do. Jas. may. Gu
liel. de cun. ⁊ Cy. in dicta. l. precibus. in mate. compendio. substi.
questione secunda. C. de impube. ⁊ alijs substituti. vbi etiam Sa
ly. Ange. in dicta. l. centurio. Antonius de butrio ⁊ domi. Car-
dinalis floren. in dicto. c. Raynutius in mate. pupilla. substituti.
de test. ⁊ alij in multis locis quos cōmemorat Alex. de imo. in di
cta. l. verbis ciuilibus. col. quinta. ⁊ quia testimonio fere omniū
docto. ista opinio est magis communis non est ab ea in iudican-
do vel consulendo discedendum. l. prima. versi. crebrior apud ve-
teres opinio. ff. de offi. questo. ⁊ quod scribit Hosti. ⁊ alij in. c. pri-
mo de constitutio. Bart. ⁊ alij in. l. finali C. de pe. iudi. qui ma. iu-
dica. Tum etiam non obstat predicta obiectio, pro eo quia cum
vt iam dixi substitutio predicta post pupillarem etatē valere non
potuerit iure directo ipsa valere debuit ⁊ valet iure fideicommis-
si ratione clausule codicillaris in ea apposite, per ea q̄ scribit Jo.
de imol. in dicta. l. verbis ciuilibus. columna secunda, ⁊ in dicta
l. centurio. colum. xj. versi. ⁊ ex predictis etiam videtur posse infer
ri ⁊c. vbi etiam Alexan. de imo. columna. iij. versi. iuxta hoc etiā
29 adde quod vbi apposita esset clausula codicillaris. † Et si oppo-
natur quod clausula codicillaris videretur posse operari si in con-
ceptione illius dictum extitisset si non valet aut valebit prout et
dicit Joan. de imo. in dicta. l. verbis ciuilibus. ⁊ in allegata. l. cē-
turio. collatio. duodecima, versiculo, item aduerte quia quod di-
xi ⁊c. sed in casu nostro solum dictum extitit si non valet, ⁊ sic per
verba presentis temporis, non per verba futuri, ⁊ quod propterea
non videatur clausula huiusmodi potuisse aut posse operari respō
deo ⁊ dico quod si substitutio facta extitisset a pagano per verba
directa pupillo ad hoc vt post pubertatem valuisset iure fideicō-
missi, opus extitisset quod verba dicte clausule concepta extitis-
sent etiam per verba futuri temporis, ⁊ sic videlicet si non valet
aut non valebit sicut in casu nostro in quo etiam ab initio valere
potuerit iure directo vtpote facta maiori quatuordecim annis ⁊
sic puberi. potuit igitur clausula codicillaris ab initio operari per
ea que habentur in. l. Sceuola. ff. ad Trebel. ⁊ quod scribit Joā.
de imol. in. d. l. verbis ciuilibus. col. ij.
¶ Concludendo igitur respōdeo dicto nono quesito, quod dicta
substitutio sibi locum vendicauit ⁊ vendicat in persona dicti no-
bilis Joannis: ⁊ quod bona dicti quōdā nobilis Antonij in vim
fideicommissarie substitutionis debent sibi restitui: verum quia
vniuersale fideicommissum eidem nobili Joanni relictū fuit ⁊ est
cōditionale poterit heres dicti quondā Joannis detrahere duas
quartas scilicet legitimam ⁊ trebellianicā, iuxta theoricā quam
ponit

ponit gloss. Bar. ⁊ doc. in. l. Papinian⁹. §. meminisse. ff. de inoff. testa. Bar. ⁊ doc. in. l. quanquam. C. ad leg. Falci. Baldus in. l. si liũ quem. C. famil. ercisc. multas remissiones ponit dd. Jas. may. in authen. res que. coll. iiij. C. commu. de lega. pro quo sunt boni text. in. c. Raynutius. ⁊. c. Raynaldus. de test. ⁊ vt dicunt Ang. ⁊ Joan. de imol. in. d. l. coheredi. §. cum filio. ff. de vulga. ⁊ pupil. ista opinio seruatur ⁊ in iudicijs ⁊ in scholis: ⁊ ita late disputant ⁊ tenent Joã. de imo. ⁊ moderni. in. l. in ratione. §. quod vulgo. vbi etiam Alexan. de imo. col. sexta. ⁊ duabus sequẽtibus. ff. ad leg. Falc. ⁊ sunt detrahẽde dicte due quarte hoc ordine primo scilicet legitima iuxta theoricam quam ponit gl. in dicta. c. Raynald⁹. super verbo, licet ipsas. ⁊ quod ponit Bald. in. l. scimus. in fine prime columne principij. C. de inoffi. testa. ⁊ plenius in. l. si vero. §. qd ergo. ff. de testamẽ. milit. Angel. consi. ccxix. collatione secunda, ⁊ Joan. de imo. in. d. l. coheredi. §. cum filio. col. ij. ff. de vulg. ⁊ pup. deinde vero pro trebellianica detrahetur quarta pars residui. supposito igitur quod dicto quondam nobili Antonio testatori superfuerint quatuor liberi primi gradus scilicet prefati Joannes Ludouicus Catherina ⁊ Borguina horum omnium legitima fuit triens seu tertia pars bonorum eiusdem quondam Antonij eorũ scilicet que superfuerunt deducto ere alieno ⁊ funeris impẽsa authen. de trien. ⁊ se. §. primo collatio. iij. ⁊ transumptiue in dicta authentica nouissima. C. de inoffi. testa. iuncta. d. l. Papinianus. §. quarta aũt. ⁊ sic legitima dictorum quatuor liberorum ascẽdebat ⁊ ascendit ad quatuor vncias: ⁊ ita ex psona dicti Joannis detrahetur de nouem vncijs que ad eum peruenerunt vna vncia pro legitima ⁊ pro trebellianica detrahetur quarta pars residui: ⁊ sic de octo vncijs detrahentur due. alie vero sex debẽt restitui in vim fideicommissi dicto nobili Joanni.

31 ¶ †Sed si dicto nobili Antonio testatori superfuissent prout ex aduerso pretenditur quinque liberi primi gradus dicti videlicet nobiles Joannes, Ludouicus, Catherina ⁊ Borguina ⁊ quedã Joanna eorum pretensa soror horum omnium legitima fuisset ⁊ esset semis seu dimidia pars bonorum dicti quondã nobilis Antonij eorum scilicet que superfuissent deducto ere alieno ⁊ funeris impensa dicto authen. de trien. ⁊ se. §. i. iuncta. l. Papinianus §. quarta autem. ⁊ sic legitima cuiuslibet ascendisset ad vnam vnciam ⁊ quintam partem alterius vncie ⁊ ita ex septem vncijs ⁊ quinta parte alterius vncie que peruenissent ad dictum quõdam Joannem possent ex persona heredis eiusdem Joannis detrahi pro legitima vna vncia ⁊ quinta pars alterius vncie, ⁊ de sex vncijs remanentibus possent pro trebellianica detrahi vna vncia ⁊ media pars alterius vncie, ⁊ residuum quod ascenderet ad quatuor vncias cum dimidia deberet iure fideicommissi dicto nobili Joanni restitui. Est tamen verum quod siue eidem quondã Antonio testatori superfuerint quatuor liberi siue quinq;, debent in legitima prefati quondam Joannis imputari bona per eum alienata si que alienata extiterint ⁊ bona que dolo suo aut culpa maxima perierunt si que sic perierint aut perdita extiterint. l. Marcellus. §. res que. ⁊. l. mulier. §. si heres. versi. sed ⁊ enim. ff. ad Trebellia. Si vero aliqua perijssent casu fortuito periculum illorum seu damnum ad vtrunq; pertineret, vt scribit Alexan. de imo. cõsilio. xxix. exordiente, perspectis consideratisque his omnibus ⁊c. col. secunda. in quinto vol. Preterea vbi posset dici aut pretendi quod dictum castrum de Pigeria spectasset aut pertinuisset eidem quondam Joanni in vim pacti superius mentionati, ⁊ sic qd dictus quondam Antonius illud sibi donasset deberet prefatus heres illud sibi imputare in legitimam eiusdem quondam Joannis attento q valor illius ascendit non solum ad valorem legitime, sed etiam longe vltra. argumento eius quod habetur in. l. cũ quo de peculio. §. fi. ⁊ quod ibi Joannes de imo. ff. ad leg. falci. ⁊ quod scribit Alexan. de imo. in. l. illud. col. quinta vel circa, versi. secundo modo singulariter limitatur. C. de collatio. ⁊ consi. cxliij. exordiente, circa primam dubitationem ⁊c. colũ. x. vel circa, in secundo volu. ⁊ do. Jas. may. in. l. si quando. §. ⁊ generaliter. versicu. ter
32 tio notabiliter limita. C. de inoffi. testa. †Sed non videtur pactũ predictum de iure valuisse, pro eo quia fuit pactum future successionis ⁊ sic videtur posse impugnari iuribus ⁊ rationibus quibus impugnatũ extitit pactum de quo supra factum scilicet in fauorẽ maris aut femine procreandi seu procreande ⁊ prefatis nobilib⁹ Ludouico Raymundi ⁊ Borguine: cui dicto nõ obstat quod nõ fuerit propter pactum huiusmodi sublata testãdi facultas dicto quondam Antonio cum posset testari de alijs bonis: quoniam respondeo quod nec etiam in casu dicte. l. pactum quod dotali. auferebatur patri paciscenti facultas testandi de medietate bonorum suorum: ⁊ tamen pactum de quo ibi erat nullum ⁊ vt superi⁹ dixi a iure improbatum. pro hoc bene faciunt ea que scribũt Petrus de anch. ⁊ Joan. de imo. extra de testa. super rubrica. vbi volunt quod si quis promittat dimidiam partem hereditatis sue ex causa donationis inter viuos post mortem suam, q sicut non valet promissio de tota hereditate, sic nec de pte hereditatis per dictam. l. stipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verb. obl. ⁊ pro hoc bñ facit quia per talem promissionem videtur velle facere sibi heredem in parte hereditatis quod videtur esse improbatum a iure, per id quod habetur in. d. l. hereditas. C. de pact. cõuent. ⁊ idem voluit Alexand. de imo. in. d. l. fi. C. de pact. vbi tamen Petrus Cy. Alberi. ⁊ Bald. videntur sentire contrarium. non nego quin dicti paciscentes potuissent conuenire ⁊ pacisci q primogenitus masculus haberet castrum predictum, ⁊ q illud eidem donaret dictus quondam nobilis Antonius per multa fundamenta posita ⁊ descripta in decisio. capel. tholo. decisio. cccclij. in addit. sed in casu nostro conuentum est, q idem primogenitus masculus esset heres in dicto castro quod non videtur fieri potuisse, pro eo qr quemadmodum tota hereditas dari non potest in contractu: ita nec media pars, vt dicunt Pet. de ancha. Jo. de imo. ⁊ Alexan. de imol. vbi supra. nec etiam alia quota seu etiam res aliqua sub nomine tamen hereditatis ⁊ vt in re illa fiat quis heres per contractum dicta. l. hereditas. vtrobiq; enim videtur esse eadem prohibitionis ratio. ergo idem ius. l. libertũ. §. senatus. ff. de ri. nup. ⁊. c. cum dilecta. de confirmatio. vtil. vel inuti. ⁊. l. illud. ff. ad leg. Aquil. ¶ Super eo de quo superius dixi q heres dicti nobilis Joannis ex persona eiusdem potest detrahere Trebellianicam: procul dubio procedit si dictus Joannes inuentarium confecerit de bonis dicti quondam nobilis Antonij. sed si illud facere omiserit. tunc sunt opiniones. multi enim dicunt ⁊ quidem magne autoritatis, quod heres de restituẽdo rogatus, perdit trebellianicã propter omissionem confectionis inuentarij. alij vero cõtrarium sentiunt, super quo tamen non vlterius me extendo pro eo quia super hoc articulo solet stari consuetudini patrie. Non nescio etiam Pau. de cas. scripsisse in multis locis ⁊ etiam consuluisse quod lz eo casu quo filius non detrahit nisi vnam quartam imputare nõ teneatur fructus per eum perceptos pendente conditione fideicõmissi in quartam huiusmodi. d. l. iubemus. C. ad trebel. ⁊ qd not. gl. ⁊ doct. in. l. in fideicommissariã. in prin. ff. ad trebel. Secus tamen est quando detrahit duas quartas: sed quia Bart. Angel. ⁊ Alexan. de imo. ⁊ doc. cõiter sentiunt contrarium, ego super hoc nolui insistere, cum vt putem etiam sciatur quid in patria super articulo huiusmodi seruari cõsueuerit. Que omnia scripserim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Juri alicui renuntians an aliquando habeat ad illud regressum.
2 Juramentum cuius sit efficacie, ⁊ an iuramentum de iure canonico firmet contractus iure ciuili prohibitos, nu. 3. ⁊ seq.
Et an ⁊ quando confirmet contractum alias inualidum, ⁊ tollat beneficium restitutionis in integrum ⁊ alia similia, nu. 10.
4 Juramentum an ⁊ in quibus casibus reuocari possit, vt pacta eo firmata nullius sint momenti. nu. 6. 7. ⁊ seq.
5 Mulieres vt plurimum solent proprijs commodis obsistere.
8 Juramenti absolutio an ⁊ in quibus casibus sit vel non necessario postulanda.
9 Minori enormiter leso, licet cum iuramento renuntiauerit legi ij. C. de rescin. vendi. est omnino subueniendum, ⁊ nu. seq. ⁊ supra nu. 6. citra.
11 Minor vbi de enormi lesione constat presumitur dolo circunuentus fuisse, ⁊ nu. preced.
12 Dolus in contractu non specifice detectus siue expressus, sed cũ alijs forte non existentibus annumeratus, ⁊ pro quibus doli autore in nullo teneri protestatur, an ⁊ quando faciat huiusmodi contractum esse nullum.
13 Donatio de pluri ⁊ iurata, que fieri solet in contractu venditionis, an faciat venditionem ipsam foret esse nullam, si in ipso constat de enormi lesione.

¶ Epitome.

¶ Restituitur in integrum qui enormissime lesus est, non obstãte renuntiatione cum iuramento facta, ⁊ prouectiore etate viginti nouem annis. A. F.

¶ De tempo. in integr. resti. peten. Consi. ccxci.

Visis multis publicis instrumentis ⁊ alijs scripturis mihi exhibitis ⁊ traditis parte nobiliũ ⁊ honestaꝝ mulierũ Marãde ⁊ Bñdicte eius sororis, vna cũ cõsultationis themate ⁊ dubijs ex themate hmõi elicitis, dico ⁊ respondeo ad dubia huiusmodi put infra ⁊ nõ obseruato ordine quesitorum, respondeo primo ad tertium quesitum cuius decisio videtur esse magis necessaria quod contra dictas nobiles
1 Marandã ⁊ Bñdictam facere videntur vulgares regule. † Prima scz q remittentibus iura sua nõ est amplius ad illa regressus.

l.queritur.§.si venditor.ff.de edilic.edic.l.j.§.semel.ff.de successo.
2 edic.⁊.c.quam periculosum,⁊ quod ibi notatur.vij.q.j. †Secun
da est autoritas iuramenti que firmat contractus minorū vigin-
tiquinque annis in quibus est omissa solennitas de iure ciuili re
quisita authentica,sacramenta puberum.C.si aduer.venditio.et
iuramentum de iure canonico firmat contractus qui a iure ciuili
prohibentur.c.cum contingat.de iureiurā.⁊.c.licet mulieres.eo.
titu.in sexto.etiam confirmat cōtractus qui a iure ciuili prorsus
3 reprobantur.c.quamuis pactum.de pact.in sexto. †Et tantam
autoritatem attribuit ius canonicum iuramento quod lege diui
na preceptum est iurare ⁊ reddire domino iuramenta vestra.c.⁊ si
Christus.de iureiuran.vnde de iure canonico datur regula,quod
omne iuramentum seruandum est quod seruari potest sine dispē-
dio salutis eterne.dicto.c.cum contingat.⁊ in allegato.c.quam-
uis pactum.cum igitur dicte nobiles Marāda ⁊ Benedicta cō
tractus in themate predicto latius ⁊ opportune mentionatos iu
ramento ⁊ iuramentis vallauerint,⁊ illos tenere ⁊ obseruare ⁊ cō
tra eos nullo vnq̄ tempore venire iurauerint,videtur quod volē
tes contra illos venire non sint audiende:cum iuramentum seu
iuramenta per eas prestita possint sine dispēdio salutis eterne ob
4 seruare. ¶ †Sed premissis non obstantibus existimo supposita
enormissima lesione de qua in casus positione,easdē nobiles Ma
randam ⁊ Benedictam posse contrauenire ⁊ debere audiri saltē
petita ⁊ obtenta absolutione a iuramento seu iuramentis pre-
mentionatis,vel sue persone habilitatione ad detegendum frau-
dem ⁊ enormissimam lesionem ⁊ alia. Pro cuius dicti fundamē
to solent doctores tenentes in talibus casibus esse subueniendū
⁊ infra allegandi assumere regulam illam quod iuramentum nō
fuerit institutum vt esset iniquitatis vinculum,quod verbum ini
quitatis,multum ponderant,⁊ quo vtitur tex.in.c.inter cetera.
xxij.questione.iiij.⁊ rursum iuramentum debet habere tres comi
tes,veritatem scilicet,iudicium,⁊ iustitiam.c.animaduertendū.
xxij.questione.ij.⁊ dicto.c.⁊ si Christus.in dictis vero contracti-
bus euidens apparet iniquitas,cum dicte pro tempore iuuencu-
le ⁊ minores non solum vigintiquinq̄ annis,sed viginti pro flore
nis quadringentis pro eis ⁊ earum qualibet suis maritis soluen
dis non quidem eodem contextu,sed per solutiones annis singu-
lis facienda remiserint bona ⁊ iura paterna ad eas spectantia,⁊
que ascendebant pro qualibet ad valorem duorum millium flore
norum ⁊ vltra,⁊ ita fuerint enormissime lese.nā iuris presumptio
ne fragile ⁊ infirmum est talis etatis consilium,⁊ multorum insi-
dijs ⁊ captionibus expositum.⁊ ideo dicit textus in.l.prima.ff.de
5 minori.quod naturalis equitas suadet talibus subueniri. †Ad
hoc etiam facit sexus fragilitas quia mulieres que nonnunquā
imo ⁊ sepe consueuerunt contra propria commoda laborare.l.iij.
C.de nupt.Et etiam quia ex qualitate facti colligitur dolus.l.j.
⁊ quod ibi gloss.ff.de exceptio.dol.proculdubio dicendum vide-
tur quod dictis contractibus adfuerit dolus:⁊ dato quod non ad
fuisset dolus ex proposito:adfuit tamen re ipsa ratione enormis-
sime lesionis in eo quod pro dictis quadringentis florenis dicte
Maranda ⁊ Benedicta ⁊ earum quelibet remiserunt valorem
duorum millium florenorum ⁊ vltra:talis autem videtur dolus
idem operari quo ad rescissionem dictorum contractuum,quod
dolus ex proposito.l.secunda.ff.de dol.exception. Et pro hoc
benefacit id quod scribit Petrus de ancha.in repetitio.c.cano-
num statuta.vndecima principali questione.charta vltima vel
6 circa versiculo,quid dices de materia iuramenti ⁊c.†ibi ego etiā
consului in ciuitate Senarum.de constitutio.vbi refert quod in
dicta ciuitate erat statutum quo cauebatur,q̄ nullus contract⁹
finis vel quietationis qui fieret per minorem vigintiquinq̄ an-
nis valeret,nec de eo ius redderetur,nisi intercessisset certa solen-
nitas.hoc statuto premisso contigit quod patruus tradidit nu-
ptui neptem suam dans in dotem quingenta,neptis ipsa que mi-
nor erat vigintiquinq̄ annis renuntiauit patruo predicto omni
iuri sibi competenti in paterna hereditate ⁊ iurauit nō venire cō-
tra ⁊c.Querebatur si aliquod esset remedium rescissiuum talis
renuntiationis seu quietationis ⁊ refert se consuluisse absolutio-
nem seu relaxationem a iuramento esse sibi concedendam,p quo
allegat dictū.c.inter cetera.vicesimasecūda questione.iiij.⁊ alia
iura superius inducta.idem voluit Petrus de ancha.in dicto.c.
quamuis pactum.de pact.in sexto.⁊ consilio tricesimo octauo,ex
ordiente,pro clariori decisione questionis premitto quod de iure
⁊c.⁊ consilio.ccclxj.exordiente,pro maiori intelligentia dicendo-
rū.colūna penultima,versiculo,restat vltimo de quodam dubio
nouiter incidenter inquirere.idem etiam voluit Antonius de bu
7 tri.in dicto.c.cum contingat.in quarto casu principali.†vbi con-
cludit quod si quis iurauerit in contractu in quo constat eum fuis
se deceptum non dolo ex proposito sed re ipsa. Tamē si deceptio
est in magna quantitate in qua presumitur dolus.l.omnes.§.Lu
cius.ff.que in fraudem creditorum.⁊ quod notat glossa in.l.qui
testam̄.ff.de pba.siue decept⁹ sit maior siue minor poterit discede-
8 re a pctu,†⁊ adhuc s̄m eū nō esset necessaria absolutio a iuramē-
to:q̄ tales enormes lesiones videt̄ a iure excepte.l.si libert⁹ iura
uerit.ff.de ope.liber.⁊.c.quintauallis.cū ibi nota.p eū.de iureiu.
Item quia textus in dicto.c.cum contingat.excipit iuramētum
dolo prestitum:ergo siue dolus interuenerit ex proposito,siue re
ipsa iuramentum non debet obuiare potestati rescindendi con-
tractum,quamuis idem Antonius de butr.dicat quod cautius
sit petere absolutionem a iuramento.⁊ hec procedunt secundum
eum etiam si iuratum sit non contrauenire aliqua ratione vel cau
sa quia ab istis verbis vt ciuili modo intellectis tales deceptio-
nes possunt ⁊ debent excipi.l.creditor.§.Lucius.ff.māda.⁊.l.tres
fratres.ff.de pact.dicit etiam Antonius de butr.vbi supra quod
si verba sint specificata ita quod aperte excludant remedia vt q̄
iurauit minor non venire contra ratione minoris etatis vel ratio
ne enormis lesionis,putat ipse valere contractum ⁊ iuramentum
sed poterit ipse minor petere absolutionem a iuramento in casu
enormissime lesionis quantuncunq̄ dictum exstiterit specifice in
iuramento quod non veniret cōtra contractum ratione enormis
lesionis.⁊ procedit hoc secundum eum etiam si adijceretur quod
omne illud ⁊ totum excedens donat ⁊ donare intendit contrahē-
ti secum:vt multoties poni solet in contractibus.huius dicti cau
sam assignat quia licet contractus sit validus ⁊ iuramentum:ta-
men cum in tanto ledatur ⁊ decipiatur minor non est absq̄ frau-
de ⁊ dolo qui sic contrahit,nedum scilicet cum consumpturo sed
cum actu male consumente.l.si quis cum sciret.ff.pro emptore.l.
si vero non remunerandi.§.adolescens.ff.manda.⁊.l.secūda qua
rum rerum actio non da.vnde cum fraus sit ex parte recipientis
canonica,iura talibus non assistunt.dicto.c.cum contingat.⁊.c.
quamuis pactum.⁊ pro hac parte consuluit Antonius de butri.
consilio quadragesimoquinto exordiente,domina Orabilis filia
quondam ⁊c.vbi consuluit quod illa Orabilis,que cum esset mi-
nor annis vigintiquinque vendiderat omnia bona tam paterne
quam materne hereditatis cuidam Nicolao quondā Maraboti
ni pretio librarum ducentarum,que dicebantur valere plus in du
plo,poterat petere absolutionem a iuramento,eo quod presume-
ret dol⁹ ⁊ deceptio ex immensitate donationis ⁊ deceptionis re
ipsa in pretio,que non tantum immensa ⁊ effusa liberalitas dice-
retur in muliercula,sed etiam in quolibet magnanimo milite.in
talibus autem immoderate gestis quantuncunque iuratis ⁊ ma
xime factis ab existētibus in iuuenili etate adest p̄sumptio sedu-
ctionis. Tum quia iactationes non presumuntur a iure nisi ori-
ginem trahant a mala causa.c.super hoc.de renūtiatio. Tum q̄
talis immensa liberalitas repugnat nature mulierum quas le-
ges auarissimum hominum genus appellant.l.sed si ego.in fine
ff.ad Velleia.⁊.l.si stipulata.§.primo.ff.de donatio.inter virum
⁊ vxorem ⁊ quod notat glossa in.l.si a sponso.super verbo,raro ac
cidit.C.de donatio.ante nup.vbi etiam dicit Baldus esse mira-
culum quando mulier donat.inducit ⁊ alia multa Antonius de
butr.in dicto consilio,que possunt ibi videri ⁊ que breuitatis cau
9 sa reticeo. ¶ †Hoc etiam quod predixi secundum Petrum de
anch.⁊ Antonium de butr.voluit Panormitanus in dicto.c.cū
contingat.charta penultima,columna secunda,versiculo nonus
casus est quando retentis supradictis terminis ⁊c.vbi eleganter
hoc argumentum prosequitur.⁊ idem etiam consuluit ipse Pa-
normitanus consilio centesimo septuagesimo exordiēte,quatuor
sunt in causa domine Baptiste filie quondam Andree Joannis,
questione quarta in secundo volumine. Multa ad hoc facientia
inducit Andr.barba.consilio.xxj.exordiente,⁊ quidem viso pun
cto ⁊ facti contingentia,columna quarta ⁊ sequenti in prima par
te.etiam secundum istam opinionem consuluit Raph.cuma.con
silio.clxxx.exordiente,videtur prima facie dicendum q̄ nō ⁊c.vbi
voluit esse subueniendum minori enormiter vel enormissime leso
etiam si cum iuramento renuntiauerit beneficio dicte.l.secunde.
10 C.de rescinden.vend.vbi pro hac parte inducit multa bona † fun
damenta ⁊ inter cetera dicit esse considerandum quod iuramen-
tum ita demum confirmat contractum alias inualidum ac benefi-
cium restitutionis in integrum ⁊ alia similia tollit ⁊ excludit,quā
do sponte prestitum est sine vi scilicet ⁊ dolo.dicto.c.cum contin-
gat.de iureiuran.⁊.c.licet mulieres.eo.tit.in vj.⁊ dicto.c.q̄uis
pactum.de pact.eo.lib.⁊ ita intelligendum est verbum,sponte,
positum in dicta aut.sacramēta puberum.⁊ in corpo.vnde sumit.
dol⁹ aūt,vt iā dictum est,presumitur in contrahente cum in mi-
nore propter enormem lesionem,vt probatur secundum eu m in.l.
si superstite.vbi text.notabilis.C.de dol.⁊.d.l.omnes.§.Lucius.
ff.que in fraudem credito.allegat preterea nota.per Bart.in.l.si
societatem.§.arbitrorum.ver.quero nunquid possit renūtiari ⁊c.
ff.pro socio.⁊ in.l.fina.ff.de preto.stipulatio.Sunt ⁊ alia per eum
inducta que possunt ibi videri.
11 ¶Et pro hac parte etiam † bene facit quod notat Baldus in
authentico

authentico, de pace iuramen. firmand. §. item sacramenta. versic. quarto quero. dicit enim quod ex enormi lesione minoris presumitur dolus contra eum commissus: quia ex facti enormitate presumitur consilium animi, ⁊ licet subiungat quod de consuetudine videmus seruari contrarium, quia minores faciūt refutationem coram tutoribus ⁊ procuratoribus ⁊ quod tales refutationes seruantur vt notat glossa in. l. tertia. §. contrarium iudicium. ff. de contra. iudi. tutel. Tamen secundum Bald. gloss. mature loquitur, quia dicit quod tunc valet refutatio quando non interuenit fraus, ⁊ dicit quod boni presides talia iuramenta ⁊ illicitas extorsiones per capturam persone faciunt relaxari ⁊ cassari. l. illicitas. ff. de offic. presid. ⁊ refert quod multoties hoc fieri vidit. ⁊ idem voluit Baldus in dicta authent. sacramenta puberum. Concludo igitur quod attenta enormissima lesione dictarū nobiliū Marande ⁊ Benedicte ipse debent audiri super absolutione a iuramento, seu personarum suarum habilitatione ad fines predictos, ⁊ que per predicta est eis concedenda. potuissent preterea post absolutionem huiusmodi si eam obtinuissent petere ante vicesimū quintum suarum etatum annum se restitui in integrum, ⁊ sic rescissionem dictarum venditionum, vt volunt doctores prefati. sed quia puto dictum tempus elapsum ipse excluse fuerūt ab illo remedio. l. finali. C. de tempo. in integr. restitu. peten. Sed dico quod postquam fuerunt lese vltra dimidiam iusti pretij eisdē preuideri debeat iuxta dispositionem dicte. l. secūde. C. de rescinden. venditio. ⁊. c. penultimo de empt. ⁊ venditio. a quo remedio non fuerunt excluse quamuis pretendantur conuenisse ⁊ iurasse quod nō contrauenirent, nec restitutionem in integrum peterēt ratione minoris etatis, vel etiam enormis vel enormissime lesionis etiam si vltra duplum ⁊ quadruplum ⁊c. pro quo videri potest Raph. cuma. in dicto consilio centesimo octuagesimo. ⁊ hoc etiam voluit Antonius de butr. in dicto. c. cum contingat. ⁊ sequitur ibi Panormit. charta penultima, versic. idem tenet in minori ⁊c. ⁊ dicit ibi Panormitanus quod in dubio quantuncunq; verba fuerint late concepta per minorem ad exclusionem remediorum, non presumet animum donandi: sed potius verba fuisse apposita ex consuetudine notariorum apponentium illa: valet enim argumentū
12 a communiter accidētibus. † ⁊ ad predicta optime facit secundū eum dictum Specula. titu. de emptio. ⁊ venditio. §. nunc videndum. versiculo, quid si videns equum ⁊c. vbi ponit questionem de illo qui vendidit equum dolentem in spatula, non tamen ostendētem dolorem quando erat calefactus in eundo ⁊ dicit venditor in vendendo do tibi istum equum pro strabone pro gibboso dolentē spatulam ⁊ habētē omnes maculas. nec volo ex aliquo teneri: vbi dicit Speculator quod nihilominus tenetur ex quo als specifice non propalauit defectum: nam emptor fuit deceptus vidēs quod venditor falsitatem dixerat in aliq̄s expressatis, verisimiliter credidit eum etiam falsum dicere de morbo spatuloso tunc latente: sic dicit ad propositum Panorm̄. quod cum notarij ⁊ contrahentes consueuerint ad cautelam ponere verba valde lata excludētia oia remedia, non videtur minor per illa verba generalia voluisse pati enormissimam lesionem: sed potius fuisse passum apponi illa verba ad seruandum generalem cōsuetudinem notariorum, pro quo facit secundum eum. l. cum de indebito. ff. de probat. ⁊. c. cum venissent. de institutio. ⁊ idem videtur sensisse Antonius de butri. in dicto. c. quintauallis. de iureiuran. vbi dicit se de facto cōsuluisse quod quantuncunq; verba late concipiātur in persona arbitrorum vt puta quod possint de iure vnius partis dare alteri in totū vel in partem, quod nihilominus enormiter deceptus poterit cōtrauenire, quamuis non appareat de dolo ex proposito arbitrorū sed tantum ex re ipsa: quia talia verba sermone effuso emanata videntur prolata sub quadam confidētia psone ⁊ amicitie arbitrorū.

Preterea quis est ille qui sentiat quod per verba superius relata ⁊ posita in instrumētis dictarum venditionum dicte nobiles Maranda ⁊ Benedicta ⁊ earum quelibet voluerint pro quadringentis florenis per terminos ⁊ dilationes soluendis remittere bona ⁊ iura valoris duorum millium florenorum ⁊ vltra: profecto puto quod nullus.

la reddere suspecta,ad hoc vt tollatur suspicio, que solet ex huius
modi vitijs causari.nu.3.4.5.6.⁊ toto consilio.

¶ Epitome.

¶ Cautio est,vt si notarij protocolum adeo cancellationibus sca
teat,vt inde suspicionis odorem prebere possit.notarius in sua si-
gnatura singularum cancellationum mentionẽ faciat. U. F.

¶ De tabellar. Consi.ccxcv.



QUando inter protoco
lum seu schedam aut primam notam penes nota
rium remanentem ⁊ publicum instrumentum qđ
super protocolo huiusmodi conficitur seu degros-
satur ⁊ postea parti expeditur apparet diuersitas
propter quam dubitatur de fide eiusdem instrumenti recurri solet
⁊ recurritur ad protocolum seu schedam cui tanquam matrici scri
pture credi solet,argum.authentici.de tabellio.§.penult.⁊ quod
ibi gloss. Super verbo protocolum. Ange.ad si.collatio.iiij.fa-
cit.l.veluti.in verbo,minus plene.ff.de eden. ⁊.c. quoniam cõtra
falsam.de probatio.⁊ quod not.gloss.in.l.chirographis in glossa
magna,ff.de administra.tut.quod etiam voluit Bartol. Baldus
Joan.de Jmo.⁊ Rapha.Cuma.in.l.Sempronius.ff. de lega.ij.
Barto.in.l.si librarius.co.ij.vel circa.versic.si vero scripserit scri-
pturam propriam.ff.de regu.iur. Alexand. de imol.⁊ do.Jason
may.in.l.si quis ex argentarijs.§.pretor ait.in princ. ff.de eden.⁊
Joan.de Jmol.in.l.cum proponebatur. columna finali de lega.
1 ij.ff.⁊ alij in alijs locis. †Et ideo non mirum si protocolum huius
modi debeat esse mundum ⁊ vna manu non diuersis scriptũ alio-
2 quin est suspectum,aut.de trien.⁊ se.§.⁊ quod sepe.colla.iij. †nõ
etiam debent esse in huiuscemodi protocolo seu scheda alique cã
cellationes ⁊ interlineature aut additiones , ⁊ si que fiant debet
notarius pro tollenda suspicione que insurgit propter cancella-
tionem ⁊ interlineaturam huiusmodi in sua subscriptione de eis
facere mentionem.l.prima,vbi est textus singularis, ⁊ quod ibi
scribunt Bartolus Joannes de imola ⁊ alij.ff. de his que in test.
delen,⁊ quod notat Barto.⁊ alij in.l.si vnus.C. de testa. Et plus

sentit ⁊ voluit Baldus in.d.l.si vnus.C. de testa. quod huiusce-
modi attestatio quam facit notarius debet esse scripta in corpore
instrumenti ante signum notarij non in margine. Alioqui nihil
valet aut nihil operatur per id quod scribit Dy.in dicta.l. prima
ff. de his que in testa.delen.⁊ hoc idem Bal.dicit Paul. de cast.
in dicta.l.si vnus.esse notabile: quia si fiat ante subscriptionẽ vel
appositionem signi notarij habet diem ⁊ testes, secus vero est si
fiat post vel in margine:quia tunc caret die ⁊ testibus,⁊ ipse nota
rius hoc facere potuisset ex interuallo ⁊ falso:⁊ ideo ei non statur.
4 quod dicit esse perpetuo menti tenendum. †Unde cum in proto-
colo seu scheda aut prima nota cuiusdam pretense venditionis
quam anno domini.M.cccclxx3.⁊ die sexta mẽsis Aprilis sum-
psisse dicitur magister Jacobus achardi pretensus publicus no-
tarius sint nõnulle cancellationes ⁊ interlineature,⁊ preterea que
dam additiones apposite in margine ⁊ additiones huiusmodi
non solum non fuerint posite in corpore eiusdem note, sed nec de
illis mentionem aliquam fecerit idem magister Jacobus achar-
5 di †palam concluditur ⁊ infertur quod dicte additiones nihil pro
bent vt pote carẽtes die ⁊ testibus ⁊ alis defectuose.pro quo si pla
cet videbitur id quod scribit Joan.and.in addit.Specu.titu.de
instru.editio.§.ostenso.in additio.que incipit,dicit Rolandinus.
⁊ post eum do. Jas.may.in.d.l.si vnus.col.iij.versiculo,ego pau-
cis concludo.vbi dicit quod si reperiantur addita aliqua verba
vel in margine instrumenti vel in corpore vel in principio vel in
fine,si notarius in sua subscriptione nullam mentionem faciat,ta
lia verba nihil probant eo quia sunt sine die ⁊ consule ⁊ sine signo
⁊ subscriptione,⁊ subiungit quod ita expresse ⁊ melius quam alibi
notat Joannes andreas in dicta additione, dicit Rolandinus,
subiungit etiam Paulus de castro dicere quod ita fuit obtentũ
in ciuitate Bononie. Pro premissis etiã videri poterit do.Feli.
in.c.ex literis.columna quinta,vel circa.vers. quinta declaratio.
⁊ versic.vbi autem attestaretur.de fi.instrumẽ. Philip. de perus.
in.d.l.si vnus.⁊ procedunt hec ſm do. Jas. vbi supra quando ta-
les additiones vel alia non concernerent nec spectarent ad solum
notarium cuiusmodi sunt ea que posita extiterunt in altera ex di-
ctis additionibus ibi,quibus dictam nonenã partẽ ⁊c.p q̃ ⁊ in qui-
bus pretenditur prouidũ quondã virũ Joannẽ Guilliermerij p
fuisse egregio quondam viro do. Petro velhieu soluere partem
huiusmodi que non spectauit ad notariũ,sed ad partem cuius pre
tensum actum seu promissionem concernunt, non ea que pertinẽt
ac spectant ad notarium vtpote describere annũ,mensem,⁊ diem,
locũ cõtractus,indictionem,⁊ alia huiusmodi dicta ergo additio
nihil probat. Taceo imo non taceo q dicta additio etiam non fit
sine suspicione ex ⁊ pro,quia illa est ⁊ si bene inspiciatur esse appa-
ret longe gracilioris seu magis tenuis litere quam sit nota predi-
cta in precedentibus aut sequẽtibus signis additionis huiusmo
di ita vt non appareat esse scriptura eiusdem notarij sed potius
alterius est etiam de alio incausto ita vt videri ⁊ concludi possit
quod dicta additio facta non extiterit tempore receptionis dicte
note sed postea,vt versimile est, ex longo interuallo. Et his atten
tis non facit contra predicta sed pro eis id quod consuluit Pau.
de castro consil.xxxviij.exordiente,dubium facit.in fi.prime colũ.
Et si fortasse opponeretur q doct.videantur loqui in cancella-
tione interlineatura ⁊ additionibus factis in instrumento vt sci-
licet ille ita demum probent vel noceant quando ille sunt in cor-
pore instrumenti ⁊ ante subscriptionem ⁊ signum notarij: non in
protocolo vel in scheda,dico quod hoc non obstat.quinimo opti
me pro hoc faciunt predicta ⁊ diffiniunt hunc casum pro eo quia
maius periculum est in protocolo quam sit in instrumento, pro eo
quia vt predixi protocolum est prima ⁊ matrix scriptura ⁊ si oritur
difficultas super instrumento ⁊ fide illius recurritur ad protoco
lum tanquam ad matricem scripturam ⁊ illustratur maior , ergo
vel non minor cautela adhibenda est circa protocolum quam cir
ca instrumentum:vt sic videlicet debeat notarius in corpore pro-
tocoli seu note attestari se fecisse cancellationes in tali verbo , ⁊
in tali ⁊c.⁊ fecisse talem interlineaturam ⁊ talem,vel fecisse addi
tionem talem aut post tale verbum ⁊c.nec potest negari quin vel
maior vel saltem non minor ratio sic faciendi sit in protocolo quã
in instrumento:ergo vtrobiq; debet idem ius statui.c.ij. de trans
latio.prelato.c.cum dilecta.de confirma.vtil.vel inutil.l. libertũ.
§.senatus.ff.de rit.nupt.⁊.l.illud.ff.ad leg. Aquil. Non est omit
tẽdum id quod scriptum requiritur in princ. dicte pretense note,
scilicet qđ illa recepta extiterit Anno domini.M. cccclxxi.⁊ die
vi.mensis Aprilis,põtificatus serenissimi in Christo patris do
mini nostri Sixti pape quarti Anno secundo, quod scilicet illud
non fuit nec est verum:quia dominus Sixtus fuit assumptus ad
pontificatum dicto Anno septuagesimo primo vel sequenti ⁊ de
mense Augusti tempore sc3 quo pepones comeduntur, ⁊ sic veri
dice scribi nõ potuit quod dicta nota recepta extiterit Anno se-
cũdo sui põtificatus sed debuisse dici quod põtificatus Pauli An
no vltimo

no vltimo, vel Anno tali. Et ita non potuit dictus quondā Joānes Guillielmetij nec hodie possunt eius heredes aut alij possessores terre in dicto pretenso instrumento mentionati conuenire ad dictā nouā partem fructuū in vim scilicet dicte pretense promissionis vt pote contra eos nihil probantis: omitto impugnare ineptitudinem dicte additionis in versic. quibus dictam nonenam partem &c. que si opportune attendatur nullum sensum opportune perceptibilem exprimit consyderando scilicet illud relatiuum, quibus, & verbum, ibidem presenti, positum super verbo, promisit. ad que omnia attendet dominus pro tempore ius dicturus. que omnia scripserim sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 Impetratio eorum que a iure communi conceduntur, est frustratoria.

2 Papa an & quando possit beneficiatis licentiam impartiri disponendi & testandi de bonis intuitu ecclesie vel beneficij per eos acquisitis vel ad eos peruentis.
Et an possit huiusmodi licentiam concedere cardinali. nu. 4.

3 Monachus cui post professionem papa concessit testandi facultatem de omnibus bonis monasterio collatis, an vigore dicte licentie possit cōfirmare testamentum per eum ante professionem confectum, in quo monasterium fuerat preteritum.

5 Testari nemo presumitur de bonis alienis, presertim cū de hoc dubitatur.

6 Clericus administrationem habens, cum comparetur vsufructuario quandiu viuit & sanus est & fructus faciat suos, an & quādo de ipsis possit disponere.

7 Testamentum vel donatio causa mortis facta ab eo qui testari potest an requirat presentiam partis.

Epitome.

Papa licentiam concedere potest testandi Archiepiscopo, Cardinali & alijs, de bonis ex fructibus beneficiorum ecclesiasticorum acquisitis. V. H.

De epi sco. & cler. Consilium. ccxcvj.



Non est dubium quin hoc. memo. reuerendissimus in christo pater & do. do. Rostagnus Ebredunen. Archiepiscopus testari & alias disponere potuerit de bonis ex suorum parentum & cognatorum successiōe vel alias non tamen intuitu ecclesie acquisitis & ad eum peruentis. c. ad hec. & c. relatum. el. ij. §. ceterum. de testa. nec vt hoc facere posset opus erat obtinere authoritatem & licentiam a serenissimo do. nostro Papa, quia frustra precibus impetratur q̄ iure communi conceditur. l. vnica. & quod ibi glos. & Joan. de pla. colum. iiij. versicu. vltimo nota. ibi, precibus &c. C. de thesau. lib. x. & l. j. circa fi. ff. ad municip. Etiam nec est dubium quin do. noster Papa eidem quondam reuerendissimo do. Rostagno licentiam conce-
2 dere potuerit disponendi & testandi de bonis intuitu ecclesie per eum acquisitis vel ad ipsum peruentis: pro quo induco id quod scribit Bald. in l. fina. versicu. & predicta faciunt ad questionem. C. vnde legiti. vbi dicit quod si monachus ante professionem te-
3 stamentum fecerit & post professionem Papa eidem concesserit facultatem testandi de omnibus bonis collatis monasterio potest monachus in vim licentie huiusmodi confirmare testamentum ante professionem per eum confectum & in quo monasteriū fuerat preteritum: quia posset de nouo ordinare seu testari & ergo potest illud confirmare. & subiungit Bald. non esse dubiū quod Papa potest concedere monacho testandi licentiam: pro quo allegat not. in auth. qua mulier. C. de sacrosanctis ecclesi. hoc etiā multos commemorans voluit domi. Jason May. in authenti. ingressi. columna. ij. C. de sacrosanctis ecclesie. hunc articulum scilicet quod Papa possit dare licentiam testandi monacho aut religioso professo plene & eleganter disputat ita concludens & respondens contrarijs Bartholo. soci. consilio. xiij. incipiente, presens consultatio est satis notabilis & subtilis. Si ergo Papa possit licentiam testandi concedere religioso cui alias duo obstabant scilicet incapacitas & defectus dominij bonorum multo fortius vel saltem non minus potuit illam serenissimus do. noster Papa modernus concedere dicto quondam reuerendissimo domi. Rostagno, vt scilicet posset testari non dico de bonis suis proprijs & intuitu ecclesie non acquisitis: sed de bonis intuitu ecclesie acquisitis. pro hoc facit id qd' scribunt Angel. & Joannes de imol. in l. si seruus communis meus & tuus. ff. de stipulati. ser-
4 uo. † Vbi presupponunt Papam concedere posse licentiam Cardinali testandi de bonis intuitu ecclesie per eū acquisitis. Preterea etiam non videtur esse dubium quin dictus quondam reuerendissimus do. Rostagnus Ebredunen. archiepiscopus in testando voluerit vti etiam facultate seu testandi licētia sibi concessa per summum pontificem. argum. l. iij. ff. de testamen. milita. Cum & q̄ ipse expressit in suo testamento illud velle valere omni eo meliori modo quo valere posset de iure censetur igitur non solum voluisse vti facultate iuris communis: quia vt predixi poterat disponere & testari de bonis proprijs intuitu ecclesie scz non acquisitis: sed etiam licentia sibi concessa a pontifice, vt pote sibi necessaria ad hoc vt valeret testamentaria dispositio quoad bona intuitu ecclesie acquisita. pro quo facit. l. quoties. ff. de verbo. oblig. & l. quoties in actionibus. ff. de rebus dubijs. vbi probatur quod in dubio actus sic sit interpretandus vt res potius valeat quam pereat.

Sed remanet difficultas an dictus quondam Reuerendissimus dominus Archiepiscopus videatur disposuisse etiam de bonis & rebus intuitu ecclesie per eum acquisitis, vel ad eum peruentis. Et prima facie videtur, qd' non: pro eo quia de illis in dicto suo testamento non videt fecisse aliquam mentionem quod tamen videbatur esse necessarium: quia in dubio non est quis censendus velle disponere aut
5 testari de bonis alienis seu non suis. l. conficiuntur. §. si post factū testa. ff. de iure codicil. & quod habetur in c. filius. & quod ibi per docto. de testam. de quibus etiam non videtur quis regulariter posse testari dicta auth. ingressi. vbi text. loquens de ingressis monasteria. dicit: nec ergo de his testantur vt pote nec domini rerū. Sed his non obstantibus existimo dictum quondam Reuerendissimum do. Archiepm disposuisse & testatum extitisse non solum de proprijs suis ipsius bonis, hoc est acquisitis aliunde q̄ intuitu ecclesie per eum acquisita extiterant. pro cuius dicti declaratione premitto verba institutionis heredis per eum prolata. dicit enim. In ceteris autē omnibus bonis suis mobilibus & immobilibus iuribusq; & actionibus vniuersis tam in curia Romana q̄ alibi vbicunq; existētibus & per ipsum testatorem possessis &c. huiuscemodi autem videntur esse non solum bona propria sui ipsius sed etiam alia intuitu ecclesie ad eum peruenta: vt verbi gratia: fructus ex suis beneficijs percepti quos in vita suos fecit per id qd' scribit Hosti. in c. fina. de pecul. clerico. & quod post eū noc. glo. ordinaria, & Petrus de ancha. in c. presenti. super verbo reseruari. de offi. ordin. in sexto. & Henric. boyc. in dicto c. fi. & alij multi in diuersis locis & presertim Bar. & Jo. de pla. post gl. in l. j. C. de annonis ciuil. isti enim & sequaces dicunt & dicere solent q̄ clericus non habens administrationē equiparatur in vita & in morte vsufructuario & sic facit fructus suos vt de eis possit disponere & in vita & in morte: & sic per contractum inter viuos &
6 per testamentum seu aliam vltimam voluntatem. † et quod clericus habens administrationem comparatur in vita & q̄diu sanus est vsufructuario, in morte vero vsuario. Sentiunt igitur q̄ quemadmodum vsufructuarius fructus perceptos facit suos ita & beneficiatus habens administrationem q̄uis post q̄ cepit infirmari vel in vltima voluntate non possit de illis testari, nec alias pro nutu realiter disponere nec est mirandum quod quis dicatur & sit dominus aliquorum bonorum, & tamen de eis disponere non possit, q; hoc videmus in herede grauato de restituendo hereditatem qui licet dominus existat pendente conditione substitutionis non potest tamen de bonis restitutioni subiacentibus disponere. l. fina. C. commu. de lega. possunt & alij casus pro hoc assignari. supponēdo igitur quod iuxta opinionem Hostien. quā sequuntur Joan. andr. Garci. Petr. de ancha. & Henric. boyc. & que assertione doc. in c. cum esses. de test. Joan. de imol. & aliorum in c. fina. de pecul. clerico. de consuetudine obseruatur q̄ clerici habentes administrationē faciant fructus suos, & de his disponere valeant in vita & quādiu sani sunt q̄uis in morte vel cum ceperint infirmari hoc facere non valeant, illi videntur fuisse inclusi in testamentaria dispositione facta per dictum quondam do. Archiepiscopum in qua dicit, in omnibus bonis suis &c. quia illi erant sui & sui dici poterant, q̄uis facultas de eis disponendi esset restricta vt de eis de iure communi testari non valeret, nec alias disponere: nisi in eleemosynam aut in recompēsationem seruitiorum sibi impensorum. pro premissis bene facit quod not. Jacob. butri. & post eum Bald. in l. ij. C. de episco. & cleri. vbi scribūt quod clerici beneficiati teneant medium inter vsuarium & vsufructuarium, quia in percipiendo sunt vsufructuarij & sic percipiunt fructus sua manu & eos suos faciunt: sed in disponendo & distribuendo reducātur ad instar vsuarij per text. dicte. l. ij. non est etiā dubium quin pro hoc optime faciat id quod not. dominus Cardi. Floren. in c. peruenit. de fideiusso. c. ceterum. de donatio. & in dicto c. fina. de pecul. cleric. & quod post eum in dictis locis scribit Joan. de imol. q̄uis non sequatur hanc opinionem in quibus locis voluit idem do. Cardi. quod clerici beneficiati etiam habentes administrationem faciant fructus suos: non quo ad hoc vt

libere z impune possint de illis disponere prout volunt: sed quo ad hoc vt in eis habeant liberam dispositionem, non tamen libere z impune. si dicti igitur fructus erant dicti quondam do. Archiepiscopi prout z sui erant secundum opinionem predictorum hoc est Hostie. z sequacium, q̃uis restricta extiterit facultas vt testari aut in infirmitate de illis disponere non potuerit de iure communi: censetur tamen de illis disposuisse cum dixerit in ceteris autem omnibus bonis suis z facit pro hoc q2 reperiũtur multa iura dicentia quod clerici beneficiati faciunt fructus suos, vt in c. vnico de cleri. non residen. in sexto. z quod not. glo. in c. duo sunt genera. xij. questione. j. pro quo facit dictum. c. peruenit. de fideiussori. z q̃uis multi respondentes illis iuribus dicant quod debet intelligi quod sint domini quo ad hoc vt fideliter illos dispensent aut dispẽsare possint nõ nocet ei quod prediri: quia mihi sufficit quod beneficiati possint dici domini fructuum beneficiorum siue sint vere domini prout dicimus de vsufructuarijs post fructus perceptos z reconditos siue sint domini quo ad hoc vt eos dispensent zc. quia vt in quolibet casu possunt dicere beneficiati illos fructus esse suos, et sic videtur ipse do. testator disposuisse etiam de fructibus suorũ beneficiorum z bonis intuitu illorum acquisitis, postq̃ dixit in omnibus zc. z hoc facere potuit in vim licentie apostolice sibi concesse. Preterea esto q̃ fructus huiusmodi nõ essent sui: si tamen erant per eum possessi, vel si pro illis soluendis aliqui fuerant sibi obligati videretur etiam de illis disposuisse: quia disponit de omnibus iuribus z actionibus. Insuper z de bonis per eum possessis, non dico quod de iure communi hoc facere potuisset: sed dico quod hoc fecisse videtur z q̃d propterea etiam in illis debeat succedere heres per eum institutus: z hoc propter facultatem seu licentiam apostolicam sibi concessam. que etiam facit ad hoc vt etiam videantur voluisse dispo nere z disposuisse etiam de rebus intuitu ecclesie ad ipsum domi num quondam Archiepiscopum peruentis z facit pro hoc z pleniore interpretatione in dicta heredis institutione expressorum: quod in contractibus plena, in testamentis plenior, in beneficijs quoq̃ plenissima est interpretatio adhibenda. c. cum dilecti, z quod ibi docto. maxime Andreas barbatias. de dona. Et per hec patet responsio ad primum dubium: que tamen sine dubio non transit.

Venio ad secũdum questum pro cuius solutione habẽda est necessarium videre schedulã quam do. canonici ecclesie Ebreduneñ. pretendunt se habere: vt sic possit z valeat intelligi an dispositio de qua in ea fuerit z sit dispositio vltime voluntatis, vt verbi gratia codicillus, vel alia vltima volũtas, vel contractus: z si fuerit contractus, an ille fuerit validus vel inualidus, pro eo forsasse q2 nemo acceptauit pro ecclesia, vel cum dicto reuerẽdissimo do. Archiepiscopo contraxit, vel ex alijs causis: si enim esset contractus z validus, ille non videretur potuisse reuocari, etiam si hoc facere voluisset idẽ quõdam do. Archiepiscopus, l. sicut. C. de actio. z obligatio. z l. perfecta. C. de dona. que sub modo. Si vero fuisset inualidus: tũc nõ fuisset opus reuocatione: z sic sine illa posset heres eiusdem quondam do. Archiepiscopi petere tradi bona, de quib⁹ in dicta schedula. Et si opponeretur ex illa schedula, ipse posset replicare de nullitate. Si vero fuerit vltima volũtas, que valere poterat etiã si in ea non interuenerint nisi quatuor testes, z sine partis presentia: q2 vltima voluntas, etiam si esset donatio causa mortis facta scilicet ab eo qui testari poterat, presentiam partis non requirit, per ea que scrib unt docto. in l. j. C. de donatio. cau. mor. z Pau. de cast. in l. senium. C. qui testa. facere poss. tunc esset solum videndum an per clausulam, Hoc si quidem affirmauit zc. ibi, Cassans z irritans zc. positam in dicto testamento, censeatur illa voluntas reuocata: eo presertim q2 illa non fuit scripta manu publici notarij, sed vt pretenditur manu eiusdem Reuerendissimi domi. Archiepiscopi. Dico z respondeo, salua illius visione, me existimare q̃d sic: pro eo q2 idem do. cassauit z irritauit omne aliud testamentum z voluntatem per ipsum hactenus factas z declaratas, qualiscunq̃ esset: qui enim omne dicit nihil excludit. c. si romanorum. post medium. versi. dicendo vero omnia, distinc. xix. c. solite. circa mi. ibi, nihil excipiens qui dicit quodcunq̃. de maio. z obedi. z l. iulianus, cum suis simili. ff. de lega. iij. Tum z q2 illa verba, z sub quibuscunq̃ verbis etiam derogatorijs facta z per quemuis notarium recepta fuerit: q2 illa clausula non ponitur ad limitandum vel restringendum dispositionem testatoris, vt sic sẽ ser i debeat solum cassasse z reuocasse testamentum z voluntatem factam, si que essent scripte per notarium, nõ alias hoc est vel per notarium non scriptas vel nullo modo scriptas, sed verbo z sub presentia testium factas: hoc enim dicere esset ridiculum, attentis verbis generalibus, scz omne testamentum z voluntatem. 1 Tum z q2 si idem do. testator fuisset interrogatus, an intenderet reuocare z cassare per predictam clausulam non solum testamentum, z aliam dispositionem scriptam non per notarium, sed per aliũ, aut nullo modo scriptam ipse verisimiliter respondisset quod sic, attentis vt predixi dictis verbis generalibus: ergo illa dispositio seu cassatio z reuocatio extendi debet etiam ad dictam schedulam seu dispositionem de qua in ea, per regulam quam ponit glo. z post eam docto. in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. z Alexã. de imol. in l. titius. §. lucius. ff. de lib. z posthu. dicunt enim quod dispositio testatoris collata in vnum casum locum sibi vendicat etiam in alio casu obmisso, quando verisimile est q̃ testator idem disposuisset, si de illo casu cogitasset: z pro hac regula facit dicta l. titius. §. lucius.

1 Princeps cum aliquo contrahens etiam sibi subdito tenetur z obligatur ex contractu.
2 Contractus licet de se habilis sit z aptus ad translationem dominij: non tamen est sufficiens nisi ad illius translationem nisi sequatur traditio aut vsucapio. nu. 19.
3 Pactum an z quando operari potest quod alienatio facta non teneat, vel q̃d dominium non transeat in accipientem: vel quod sine rei traditione redeat ad alienantem aut quemuis alium, numero. 5. 6. z sequenti.
4 Constitutio antiqua licet per nouam reuocetur an veniant irritãdi z reuocandi effectus ab ipsa antiqua iam causati. nu. 16. z 18.
5 Pactum legis commissorie aut adiectionis in diem factum ab initio contractus per verba directa, an sufficiat ad retransitionẽ dominij ipso iure in venditorem. z seq.
Et si retranseat, quanam ratione id fiat. nu. 14. 15.
6 Dominus vel vniuersitas potest in dominio suo quod imperator in imperio.
7 Princeps z lex an z quomodo possint transferre dominium alicuius rei sine ipsius rei traditione. 8. z seq.
11 Princeps quando z in quibus censeatur vti plenitudine potestatis: z in quibus iure communi. nu. 14.
Et quid in dubijs, an presumitur vti plenitudine potestatis: z nu. 12. 13. z seq.
17 Facta licet pro infectis nõ possint reputari, hoc tamen fallit quo ad effectum z dispositionem legis, per quam potest induci q̃ factum habeatur pro non facto.
20 Debitor qui se debitorem sciens omnia bona sua alienat, an presumatur id fecisse in fraudem creditorum.
21 Instrumenta guarentigie conditionem revera purificatam habentia dicuntur pura, z non conditionalia.
22 Statutum quod instrumenta pura habeant paratam executionem an comprehendat instrumenta habentia conditionem purificatam.

Epitome.

In permutatione, pactum contractus resolutiuum: a principe initum, facit vt sine rei traditione retranseat dominium in eum cui pactum factum fuerat. V. F.

De rer. permu. Consilium. cccxvij.



Viso instrumento permutationis dudum, anno scz domini. M. cccc. liij. die decimanona mẽsis Junij, facte per z inter recolende memo. serenissimum do. Regem Renatum comitatuũ prouincie z forcalquerij comitem ex vna parte, ac nobilem z generosum virum Guillielmum de blaucio ex aliã, vna cum multis consilijs clarissimorum dominorum doctorum, dominorũ scz Jas. de may. Philip. deci. Pau. de montepic. Lancel. galiau. Frã. de curt. iunioris, z quorundam aliorum, censueram huic labori supersedendum: ne dicatur mihi illud Horatij, In syluam ne ligna feras. Atenim eadem dicam ex superfluo, aut si noua dicere voluero ab illustribus z clarissimis ingenijs occupata sunt, non dixerim meliora: sed fere prorsus omnia: ita vt nihil vlterius dici possit pro demonstratione boni iuris nobilis z generosi viri Claudij gerente, moderni domini Senatij. Merito igitur supersedere censueram. Tum ratione predicta, q2 scilicet illi nihil obmisisse videntur. Tum q2 rei iam clare demonstrate frustra petitur additio. l. j. in fin. ff. de dot. prelega. maxime q2 vt dicit tex. in c. si omnia. vj. q. j. superuacuo laborat impendijs qui solem facibus certat adiuuare, z plenitudo adiectione non indiget, nec vlla requirit commendationis argumenta. c. bene quidem. xcvj. distin. Uerum vt satisfaciã voto dicti nobilis Claudij per me aliquid scribi postulantis, dicã aliquid. Premittens non esse dubiũ quin dictus do. Rex Renatus efficaciter obligatus extiterit ad obseruantiam dicte permutationis. Quia princeps etiam supremus contrahens cũ aliquo, tenetur † z obligatur ex contractu, etiam si contractus huiusmodi celebratus extiterit cum subdito, c. j. z q̃d ibi Joan. and. in nouel.

in nouel.do.Cardi.flo.Ant.de but.Jo.de imo.Panormi.z alij.
de probatio.idem not.Cy.in.l.digna vox.versic.vltimo scias.C.
de legi.probatur etiā in.c.j.in prin.z qd ibi Bal.Aluaro.z Pre
posi.ti.de natu.feu.in vsi.feudo.z.l.cesar.ff.de publica.Et qr de
hoc nullus dubitat,non est insistendum.

¶ Sed remanet difficultas an in vim pacti resolutiui,de quo in
dicta permutatione,z propter factas molestias aut turbationes
dicto quondam nobili Guillielmo regis maiestati intimatas,de
quibus in libello,quas z maxime vltimam non est secuta oppor-
tuna seu iusta reparatio,cēseatur dominium castri de Lambisco
z aliorum castrorum in instrumento predicto latius expressorum
ipso iure retransijsse ad dictum nobilem Guillielmum.Et primo
quidem videtur ꝙ non:ꝑ eo qr quemadmodum cōtractus etiā
2 alias habilis z aptus † ad translationem dominij non sufficit ad
translationem illius nisi sequatur traditio aut vsucapio zc.l.tra-
ditionibus,z ꝙ ibi docto.C.de pac.ita nec pactum initum super
resolutione contractus videtur sufficere ad retrāslationem seu re
transitum dominij:sed opus sit traditione,vt voluit glo.magna
circa fi.in.l.j.C.de inofficio.donatio.Et istud fuit dictum Azo.
in summa eod.tit.ver.nec tamen hoc dico.idem voluit Innoc.z
post eum Hostien.in.c.Raynaldus,super verbo,teneret.de test.
vbi scribūt ꝙ pactum facere non potest,ꝙ alienatio facta non te
3 neat,vel ꝙ dominium non transeat † in accipientem,vel ꝙ sine
rei traditione redeat ad alienantem aut quemuis alium:pro quo
allegant dictā.l.traditionibus.C.de pact.l.traditionibus.ff.eo.
4 tit.z.l.si libertus.§.plane.ff.de iur.patrona.† Pro hoc facit id
qd voluit Pau.de leaza.z post eum moder.in clementi.j.de im-
munita.ecclesia.Gemi.in.c.j.col.v.ver.quero cuz hic dicatur.de
constitutio.in.vj.Panor.in.c.non debet.circa fin.de consangui-
nita.z affini.z alij in alijs locis:qui volunt ꝙ licet antiqua cōsti-
tutio per nouā reuocet̄ seu irritetur:nō tamē effectus ab illa iam
causati irritant̄:z ideo si quis in vim huiuscemodi antique cōsti-
tutionis sniam excōicationis incurrisset,z deinde hec antiqua cō
stitutio simpliciter reuocaretur:non propterea censeretur ille ab-
solutus:sed opus esset absolutiōe.Ecce ergo quod ex resolutione
antiqui iuris,per quam forte est habitus regressus ad ius anti-
quius,non tolluntur vel irritantur actus causati a iure antiquo.
Etiā pro hoc facere videt̄,qr si statuto caueat̄ qd oēs venditiōes
facte ab vno mēse citra sint nulle,z titius seio ab vno mense citra
fundū vendiderit,z eum sibi tradiderit:nō tamen virtute statuti
hmōi retransit aut retransfertur dn̄ium dicti fundi in titiū,vt vo
luit Bal.in.l.j.col.iij.vel circa.ver.in gl.j.causa causata zc.ibi,z
facit ad questionē,z in.l.cū mulier.col.xvj.vel circa.ver.de secun
do dubio qd est ecce zc.ff.solu.matri.z idem voluit Alex.de imo.
in.d.l.j.col.iiij.ver.ex hac tamē gl.Et mouentur pro eo qr imme
diata causa trāslatiōis dn̄ij est cōsensus,qui est causa causans:vn̄
q̄uis per statutū tollat̄ causa mediata,id est titulus z cōtractus,
vt puta venditio zc.qui dicitur causa causata:tamē ex quo causa
causans remanet,scz ipse consensus,hoc sufficit possessori ad hoc
vt dn̄ium penes eū remaneat,argumēto.l.iij.§.subtilius.ff.de cō
dictio.cau.da.cau.nō se.z ita dicunt disputando tenuisse quendā
do.Machananū:z pro hac decisione ꝑm Alex.de imo.vbi supra
est glo.magna in fi.in.d.l.j.C.de inoffi.dona.quā ibi cōmendat z
sequitur Bal.in.vj.q̄one.Et q̄uis Pet.de anch.in.c.canonum
statuta.de constit.tenuerit contrarium,dum adducit argumētū
do.Machagnani,motus per.l.lex vectigali.ff.de pigno.dictum
tamē Bal.videt Alex.de imol.esse verius,scz ꝙ in dicto casu nō
retranseat dominium ipso iure:sed opus sit traditione.

5 † Sed contrariū existimo
in hoc casu esse verius,scz quod in vim pacti premētionati domi-
nium castri de lambisco z aliorū predictorum ipso iure retrāsierit
in dictum nobilē Guil.de baucio,pro eo qr certū est,z de hoc nul-
lus dubitat,ꝙ per pactū legis cōmissorie aut addictiōis in diem
factum ab initio,hoc est tempore cōtractus,z per verba directa,
retranseat dn̄ium ipso iure in venditorem:z sic sine traditione fa
cienda ab homine.l.commissorie.z qd ibi docto.C.de pact.inter
empto.z vendito.gl.z doct.in.l.j.§.fina.ff.de dona.gloss.z doc.in
d.l.traditionibus.C.de pac.Bal.in.l.qui ea lege.C.de pac.inter
empt.z vendi.z alij in multis alijs locis:z non solum hoc contin-
git in pactis huiusmodi,sed etiam in habentibus similem ratio-
nem,prout plene scripserunt dicti clarissimi do.docto.z maxime
do.Jas.Unde cum in dicto pacto contractus resolutiuo videat̄
esse eadē ratio:ergo z idem ius zc.l.libertum.§.senatus.ff.de rit.
nup.c.ij.de translatio.prela.c.cū dilecta.de confir.vtil.vel inutil.
6 vulgata.l.illud.ff.ad leg.aquil.† Preterea aut dictus do.Rex
Renatus cum dicto de Baucio pacisci non potuit ꝙ ipso iure re
solueretur dicta permutatio,z ꝙ dn̄ium sine traditione ad ipsum
de Baucio retransiret:aut ipse hoc facere noluit.Primum non
est dicendū,cuz esset princeps,z in comitatibus prementionatis
haberet iura imperialia,vt scribit Oldr.consi.xcviij.exordien.fa
ctum tale est,quedam vniuersitas zc.z propterea vtpote superio-
rem non recognoscens in ipsis comitatibus posset quicquid pōt
imperator in imperio,per id qd scribit Bart.in.l.infamem.circa
fi.ff.de publi.iudi.in.l.j.§.de qua re.ff.de postu.in.l.ij.in prin.ff.
de minori.in.l.relegati.ff.de pe.z in.l.hostes.ff.de capti.z postli.
reuer.Jo.and.in.c.super quibusdam.§.preterea.de verbo.signi.
Bald.in.l.exemplo.C.de proba.z in auť.hoc amplius.col.ij.vel
iij.versi.an filia Regis.C.de fideicō.Pau.de cast.consi.cccxxij.
exordien.Super primo dubio videtur dicendum zc.hoc etiā sen-
serunt Cyn.Bal.z omnes in.l.ea lege.C.de condict.ob cau.Jo.
and.in addi.Spec.tit.de instru.edit.§.porro.z alij in alijs locis
7 z fere infinitis.† Cū igit̄ z lex z princeps possint trāsferre dn̄ium
sine traditione,non videt̄ esse hesitandū quin prefatus quondam
do.Renatus hoc facere potuerit in vim pacti premētionati.Et
quidē ꝙ per legez hoc fieri possit hoc probatur in.l.cōmissa.ff.de
publica.z in.c.ij.de consuetu.qd etiam voluit Bart.in.d.l.tradi-
tionibus.circa fi.Et idem est in principe,per id qd voluit Bal.in
8 prelu.feudo.col.x.vel circa:vbi formaliter inquit,ꝙ eo ipso qd
princeps dat vel donat,ipse trāsfert dn̄ium,nec requiritur aliqua
traditio vel possessio:pro quo allegat clem.auditor.de rescript.l.
bene a zenone.C.de quadrien.prescrip.z.c.inter dilectos.de fide
instru.z idem voluit Alexā.de imol.consi.clxxxvij.exordien.In
hac causa z lite.col.vlti.in.ij.volu.Multas remissiones ponit ꝑ
hoc do.Jas.may.in repetitione.l.quoties.col.ij.ver.ij.infero ex
predicta ratione.C.de rei vendic.z in prelu.feudo.charta.vij.col.
ij.ver.ad hoc vltimum adde id quod egregie inquit Bal.zc.z in
l.ciuitas.col.iij.ff.si cert.peta.z in.d.l.traditionibus.col.j.versi.
9 nunc se offert pulchrum dubium.C.de pact.† z q̄uis aliqui re-
stringant hoc dictum ad priuilegia,vt scz princeps priuilegiando
possit transferre dominium sine traditione,sed non in contrahen
do:hoc tamen non refragatur ei quod dixi.Tum quia Jo.andr.
videtur tenere quod etiam per contractum cum principe initum
princeps transferat dominium,per id quod ipse scribit in.c.olim.
de verbo.signi.in nouel.Bald.in.c.licet causam.col.viij.de pro-
batio.pro quo facit quod dicit Angel.in.l.officium.in fin.ff.de
rei vendi.vbi inquit,quod q̄uis alias per solum instrumentum
contractus non probetur dominium:hoc tamen fallit vbi est in-
strumentum continens donationem vel alium contractum prin-
cipis ex certa eius scientia in casu nostro celebratum:pro eo quia
princeps habet potestatem trāsferendi dominium pro libito vo-
luntatis.Tum z quia sufficit intentioni mee z ei quod dixi,qd
princeps aliquo modo hoc facere possit,hoc est siue priuilegian-
do siue contrahendo:quia si hoc possit priuilegiando,non est du-
bium quin etiam hoc possit contrahendo,si tamen velit z eum
velle appareat:supposita enim vtrobiqz eadem voluntate,non
subest ratio quin id possit contrahendo quod potest priuilegian-
11 do:aut si que sit,detur illa.† Et si dicatur quod princeps in priui
legiando censeatur vti plenitudine potestatis,sed in contrahen-
do censetur vti iure communi,z non plenitudine potestatis:qua
in dubio nunꝙ vti videtur,per id quod notat Innocentius in.c.
innotuit.de electionibus.quem ad hoc allegat Angelus in di-
cta.l.bene a zenone.Bald.in.l.si testamentum.vbi etiam Pau
lus de castro.C.de testamentis.z Alexander de imola in.l.q̄q̄.
col.j.C.de testa.milit.z in.l.idem vlpianus.ff.de excusa.tutorū.
12 † dico quod istud non obstat:quoniam respondeo qd etiam si ve-
rum sit quod princeps in contrahendo non videatur in dubio vti
plenitudine potestatis:hoc tamen fallit quando actus al's non
valeret nisi vteretur potestate huiusmodi:qr tunc vt actus susti-
neatur videt̄ vti plenitudine potestatis,vt scribit Paul.de cast.
consil.cclxxx.exord.In facto p̄senti.z in.l.ex imperfecto.in fi.C.
de testa.z Alex.de imol.in.d.l.q̄q̄.pro quo facit tex.in.l.miles
qui destinauerat.ff.de testa.milita.Ut igitur valeret pactum de
quo supra,z in vim illius in euentum dicte conditionis seu condi
tionum in eo positarum dicta permutatio ipso iure resolueretur
13 z nulla esset ac etiā nullius efficacie seu valoris,† z vt castra pre-
dicta pleno iure deuoluerentur ad dictum nobilem Guil.z suos
heredes,censendus est ipse do.Renatus,qui vt predixi ex certa
eius scientia contraxit,voluisse vti plenitudine potestatis:quod
saltem z proculdubio procedit,si pretendas ꝙ aliter dicta resolu
tio fieri non posset in vim pacti predicti,quod pretendis nō fuisse
pactum legis cōmissorie.Et qd idem do.Renatus voluerit vti
plenitudine potestatis hoc etiam apparet ex eo,qr vt predixi ipse
ex certa eius scientia fecit dictam permutationem z alia de qui-
bus in ea:voluit igitur vti dicta plenitudine,per id qd voluit gl.
in.c.ad hoc.in fi.z qd ibi Panormi.de rescrip.z quod not.Bar.
in consilio incipiente,ciuitati camerini zc.z tenet gloss.secunda
in.l.eos.in princip.z quod ibi Bald.C.de appella.z Alexan.de
imol.in d.l.q̄q̄.col.ij.versic.z idem vbi princeps facet ex cer-
ta scientia,z alij in alijs locis.

Secũdum scilicet qđ do.
Rex Renatus hoc pacisci potuerit sed noluerit, non est dicẽdũ:
pro eo qꝛ ex tenore instrumẽti dicte permutationis apparet ⁊ cla
rissime colligitur eundem do. Regem conuenisse, quod facta mo
lestia seu turbatione ⁊ sequuta illius intimatione, si non fieret re-
paratio infra duos menses a tempore intimatiõis huiusmodi cõ
numerandos, ipsa permutatio nulla esset ac nullius efficacie seu
valoris, ⁊ quod castra predicta pleno iure deuoluerentur ad dictũ
nobilem Guil. de baucio seu eius heredes ⁊c. que verba cum cla-
ra sint, non est in dubio illorum significatione recedendum. l. ille
aut ille. §. cum in verbis, ⁊ l. non aliter. ff. de lega. iij. nec est cen-
sendus Rex ipse dixisse quod non sensit, aut quod non mente agi
tauerit. l. labeo. §. idem tubero. ⁊ §. ceterum. ff. de supellect. leg. ⁊
quod dicit Aristotel. in primo periermenias: vbi dicit ꝙ voces
sunt earum que sunt in anima passionum note: ⁊ vt dicit beatus
Augusti. in. xiiij. libr. de ciuitate dei. c. vij. post medium, Cogita
mus omne qđ dicimus etiam illo interiore verbo qđ ad nullius
gentis pertinet linguam: ⁊ idem voluit in lib. ix. c. vij. ⁊ Lactan.
firmia. in lib. de ira dei. c. xiiij. post principium dicit, qđ ideo ho-
mo sermonem solus accepit ac linguam cogitationis interpretẽ,
vt enarrare maiestatem domini sui possit. Cum igitur verba di-
cte conuentionis sonent in resolutionem dicte permutationis, ⁊
de hac resolutione idem do. Rex per verba directa tempore facte
permutationis conuenerit ⁊ illi consenserit, volens eam esse nul-
lam ac nullius efficacie seu valoris in euentum de quo ibi: non vi
detur esse dubium quin dicta permutatio fuerit ipso iure resolu-
ta, ⁊ dominium castrorum predictorum retransierit in dictum de
14 Baucio. † Pro quo optime facit ratio quam in dicta. l. j. ff. de
donatio. reddidisse dicitur Dyn. cũ enim quereret, quare in vim
pacti legis commissorie vel addictionis in diem retranseat do-
minium ipso facto ⁊ sine traditione in venditorem, respondit hoc
esse pro eo quia pactum huiusmodi contractum resoluit, ⁊ quod
propterea quemadmodũ ab initio non potuit sine titulo vel cau
sa dominium transire in emptorem: ita nec potest sine titulo vel
causa remanere penes emptorem in quem transiuerat. l. nunꝙ nu
da. ff. de acquir. rer. domi. iuncta. l. vranius. ff. de fideiuss. vbi dicit
text. vt quemadmodum alias incipere non possunt: ita nec rema
neant. Et hanc rationem post Cy. ⁊ Dy. commemorat ⁊ sequit
Alberi. in dicta. l. traditionibus. circa fi. illam etiam commemo-
rat ⁊ sequitur Alberi. in dicta. l. j. col. ij. ver. verba autem pacti le
gis commissorie. ff. de donatio. vbi etiam idem voluit Ange. Et
si hoc est in pacto legis commissorie: quare etiam idem non erit
in pacto de quo loquimur, in quo princeps ab initio conuenit per
verba directa, qđ in euentum de quo inibi permutatio esset nulla
ac nullius efficacie seu valoris, ⁊ qđ castra pleno iure ⁊c. q vt pre-
dixi super hac resolutione conuenire ⁊ pacisci potuit ⁊ voluit, vt
pote princeps habens iura imperialia, non recognoscens supe-
15 riorem, ⁊ contrahens ex certa scientia. † Preterea etiam ratio
quam Petrus assignasse dicitur, prout refert Barto. in dicta. l.
j. ff. de donatio. ⁊ sequitur Cyn. in. l. j. colum. j. versicu. ij. opponi-
tur. C. quando lice. ab emptio. disce. quos commemorat Bald. in
dicta. l. qui ea lege. C. de pact. inter empto. ⁊ vendito. qui volunt
quod ratio fallentie seu specialitatis, que est in pactis legis com
missorie ⁊ addictionis in diem ex eo insurgat, quia in illis pactis
pretio non soluto, vel meliore oblata conditione negotium traha
tur retro ad tempus venditionis, ⁊ fingitur nunꝙ fuisse facta vẽ-
ditio, ⁊ hincinde nihil videtur penitus traditum. l. si quis ea le-
ge. ff. de rei vendica. hec, inquam, ratio etiam locum habere vide
tur in hoc casu: in quo princeps per verba directa ampla ⁊ clarissi
ma voluit in dictum euentum dictam permutationem esse nul-
lam ac nullius efficacie seu valoris: per qđ apparet quod non so-
lum voluit idem do. Rex in iam dictum euentum permutationẽ
huiusmodi esse nullam: sed etiam voluit illam esse nullius effica-
cie: que verba debent aliquid operari: quia non solum vnaqueqꝫ
clausula, sed etiam vnumquodqꝫ verbum a contrahentibus pro-
latum debet esse cuꝫ virtute operandi si fieri potest. l. hac lege. ff.
de contrahen. emptio. ⁊ vendi. l. si stipulatus. in princi. ff. de vsur.
verba sunt Bald. C. de contrahend. emptio. ⁊ venditio. in rubri-
ca, questione. ix: ⁊ idem voluit Alexan. de imol. consil. cxvij. exor-
diente, Visis supra narratis. colum. iij. vel circa. versi. sed vbi est
perfecta ⁊c. ibi, probatur quia nedum, in primo volumine: Rom.
consil. lxxxiij. in fin. ⁊ alij in alijs locis. Et ita videtur etiam irri-
tasse effectus si qui essent secuti, vel vt apertius loquar eam ha-
beri voluit pro infecta: quo fit vt perinde sit ac si illa nunꝙ facta
extitisset, per id qđ habetur in clemen. j. ⁊ quod ibi glo. super ver-
bo pro infectis, vbi etiam Pau. de leaza. super eo. ver. dominus
Cardin. Floren. Joan. de imol. ⁊ doc. de immunita. ecclesia. Pa
nor. in dicto. c. non debet, in fi. de consangui. ⁊ affinita. dominus
Cardina. Floren. in. c. ad petitionem. colum. iiij. vel circa. versic.
opponio quinto. de accusatio. Gemi. in dicto. c. j. colum. iiij. versi.
quero cum hic dicatur. de constitutionibus. in sexto. ⁊ Andreas
Barba. in repetitione. l. cum acutissimi. charta. xxxviij. columna
secunda. versicu. allegat quod singulariter notatur in Clementi.
16 prima ⁊c. C. de fideicom. † quatenus volunt quod si quis in vim
constitutionis ante inciderit in sententiam excommunicationis.
⁊ deinde contingat huiuscemodi constitutionem per Papam
reuocari ⁊ eam haberi pro infecta: ille antea excommunicatus cẽ
setur per huiuscemodi reuocationem absolutus: pro eo quia illa
constitutio censetur reuocata, ⁊ extunc perinde habetur ac si fa-
cta non extitisset: quo casu non incidisset in excõmunicationem
in vim illius: ⁊ ꝙuis re vera fieri non possit quin constitutio hu-
17 iusmodi aliquando facta extiterit, † pro eo quia fieri non potest
quin factum fuerit factũ. l. in bello. §. facte. ff. de captiui. ⁊ postli.
reuer. ⁊ l. deniqꝫ. ff. ex quibus causis maio, tamen quoad effectuꝫ
iuris potest induci quod facta habeantur pro infectis, dicta Cle
men. prima, ⁊ quod ibi docto. de immunita. ecclesia. pro quo fa-
cit. l. non dubium. C. de legibus. Clemen. prima, in verbo ipso iu-
re, de hereti. ⁊ quod habetur in. c. vt nostrum, ⁊ quod ibi Philip.
de franch. ⁊ dominus Prepo. de appellationi. Cum igitur prefa
tus dominus Renatus ex certa eius scientia voluerit in euentũ
conditionis seu conditionum de quibus in dicta permutatione
ipsam esse nullam ac nullius efficacie ⁊ valoris, ⁊ sic pro infecta
haberi: perinde videtur quoad iuris effectum ac si illa nunꝙ fa-
cta extitissent: quo casu nõ fuisset dominium translatum in domi
num Regem Renatum, vel alium ab eo causam habẽtem. Nec
opponat aliquis quod hoc, vt scilicet dicta permutatio in dictuꝫ
euẽtum haberetur pro infecta, est fingere seu inducere fictionem
que non est in potestate hominis. l. ⁊ si forte. ff. de castren. pecul. ⁊
quod not. Bartol. in. l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapio. Frãc.
de areti. in. l. qui absenti. §. j. colum. iiij. versicu. secunda cautela.
ff. de acquirenda possessione. Quoniam respondeo quod hoc non
obstat. Tum quia contrarium tenuit Bald. in dicta. l. ea lege. C.
de condictio. ob cau. ⁊ fuit hoc dictum Jacob. butriga. in dicta
l. traditionibus. C. de pactis. ⁊ Cyn. in. l. finali. C. de reb. alie. nõ
alienan. ⁊ sequuntur Paulus de castro, ⁊ Alexand. de imola.
in dicta. l. qui absenti. §. j. ff. de acquirenda possessio. Tum ⁊ ma-
xime quia contrahens ⁊ qui hoc voluit erat princeps non reco-
gnoscens superiorẽ, qui contraxit ex certa scientia: ⁊ qui propter-
ea potuit hanc fictionẽ inducere, ⁊ alia facere que lex potest, put
superius dixi.

Preterea in casu nostro
etiam habet locum ratio specialitatis, quam reddit Bald. in pre
dictis pactis legis commissorie ⁊ addictionis in diem, in dicta. l.
qui ea lege: vbi dicit quod natura predictorum pactorũ est quod
dominium, qđ transfertur, suspensiue transferatur: ⁊ ideo contra-
ctu resoluto redit ad sua principia attractiua, ⁊ hoc scilicet suspen
siue transferre dominium censetur voluisse ipse do. princeps, pro
eo quia in dictum euentum voluit dictam permutationem esse
nullam ⁊ nullius efficacie, ⁊ sic eam resoluit: illa igitur resoluta do
minium redijt ad dictum de Baucio: sicut dicimus in pacto le-
gis commissorie ⁊ addictionis in diem.

¶ Et si contra rationem Petr. opponatur, prout contra eam op
posuit Cuma. in dicta. l. j. col. iij. ff. de donatio. ꝙ illa non sit vera,
pro eo quia secundum eam sequeretur ꝙ medio tempore emptor
non fuisset dominus, contra. l. iij. ff. de in diem addictio. ⁊ quod
ita non resoluatur, prout dicit Petr. videri expressum in. l. is qui.
§. si fundus. ff. quod vi aut clam: dico ⁊ respondeo quod istud non
obstat. Tum quia videtur qđ consequentia quam facit Cuma.
ex dictis Petr. non procedat, nec sit vera: pro quo sufficiat remi-
sisse ad ea que colliguntur ex his que not. gloss. ⁊ docto. in dicta
clemen. j. de immunita. eccle. Philip. de Franch. dom. Prepo.
Roma. ⁊ Gemi. in locis superius allegatis: qui loquentes in ca-
su dicte clementi. ⁊ in dispositione que habetur pro infecta, non
18 dicunt quod ille qui in vim † antique constitutionis in senten-
tiam excommunicationis inciderat non fuerit excommunicatus
medio tempore ⁊ vsqꝫ ad reuocationem eiusdem constitutionis,
quinimo hoc plane presupponunt: sed dicunt quod per reuocatio
nem censeatur absolutus: ⁊ sic nõ indigeat alia absolutione, ⁊ qđ
perinde quoad iuris effectum habeatur, ac si dicta antiqua con-
stitutio nunꝙ facta extitisset. Sic igitur non negatur constitu-
tio: non etiam negatur incursus censure: ⁊ idem in pactis legis cõ
missorie ⁊ addictionis in diem: quorum specialitatis rationem
reddit Petr. dicens quod illa resoluunt contractum vt ex retro,
⁊ ꝙ fingitur non facta venditio: ⁊ ita Pet. non negat venditionẽ
factam: non etiam negat traditionem subsequutam ⁊ dominium
in vim illius translatum in emptorem: sed dicit quod adueniente
conditione pacti resolutiui perinde habetur quoad iuris effectũ
venditio huiusmodi cum inde secutis, ac si illa facta non extitis-
sent:

1 tius mentionatorum † Cuius dicti illam assigno rationem, quia laudimia debentur ad causam transportus seu alienatiõis dominij vtilis, quod habet emphyteota alienãs in re emphyteoticaria, et pro labore seu pena quam assumit Do. directus pro inuestitura noui emphyteote, et missione in possessionem eiusdem. l. fi. et quod ibi per doct. C. de iur. emphyteo. Sed vbi ex transactione celebrata et inita per et inter contendentes, actorez videlicet et reũ res emphyteoticaria remansura est, et remanet penes reum et pos sessorem non fit alienatio rei huiusmodi. capitulo primo in fin. et quod ibi Bald. et Aluarot. de controuer. int. vasal. et ali. de benefi. Aluarot. in. c. si vasallus. in tertio, si de feu. controuer. fue. int. do. et agna. pro quo secundum Bald. in dicto. c. primo. in fine, de con trouer. inter vasal. et ali. est text. singularis in. l. si pro fundo. ad fi. C. de transactio. et idem scribunt ibi Bal. Pau. de cast. Alex. de imo. et alij Doct. et Bar. in. l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acqui. posses. vbi etiã colũ. xxj. idem et plene voluit Alex. de imo. gl. Bar. et Doct. in. l. nulli. ff. de trãsactio. et voluit Panor. cõsi. lxxvj. exordieñ. videtur primo q spectet ad monasterium et consili. lxh. exordieñ. illud de iure queritur col. iij. Alber. Bal. et Doc. in. l. ex causa. C. de vsucapio. pro emp to. Pau. de cast. consili. lxxiiij. exor dieñ. si frustra disputaretur de alijs dubijs, charta vltima versic. similiter non est dubium. et Ange. areti. in. §. item si quis postulãte. versicul. in ea glossa, ibi, quo casu etc. institu. de actio. Ergo pro re ex causa transactionis penes possessorem remanente non debe tur laudimium, quod etiaz voluit Joan. Raynaudi in suo cõprehenso. l. imperialem. §. habito, questione, xiij. exordieñ. quero an per iudiciuz vel transactionem titulo, de prohibita feu. alienatio. per federi. Et vt dicit Bald. in dicto. c. j. de controuer. int. vasal. et al. et scribit Alexand. de imola in dicta. l. si pro fundo. colatio. secunda, vel circa versicul. vltimo nota speciale est in cõtractu trã sactionis quod nunquam titulus ei acquiritur cui res in, xim illis dimittitur sed secus est in alijs contractibus ex quacunq̃ causa ex alijs relicta perpetuo eiusdem tribuitur titulus. l. quedam mu lier. §. fin. ff. de rei vendica. l. si sponsalibus. §. j. ff. de iur. dot. gloss. et doct. in. l. stipulatio ista habere licere in principio. ff. de verborũ obligationibus.

1 Successio bonorum eius qui moritur absq̃ liberis et ab intestato pertinet ascendentibus, puta patri, matri, auo et auie, si supersint: et preponuntur collateralibus omnibus, exceptis fratribus et sororibus vtrinq̃ coniunctis, nepotibusq̃ et neptib⁹ ex fratre vel sorore predefunctis vtrinq̃ coniunctis.
2 Hereditaria alicuius bona contra ius possidens quibus iuris re medijs cogi debet ad illa restituenda proprio et vero heredi, et ad quid teneatur.

Eptiome.

Summam habet in priore notabili. A. F.

De legi. heredib. Consi. ccciiij.



Jso casu mihi misso ꝛ
exhibito parte prouidi viri Antonij vielhosecho
vna cum dubio ex casu huiusmodi elicito, Dico
ꝛ respondeo ad quesitum huiusmodi breuiter ꝛ
succincte quod cũ Thoneta biscarelle ibi men
tionata ab humanis intestata ꝛ sine liberis decesserit superstiti-
bus dicto Antonio eius auo materno, ꝛ quodam fratre vltimo
duntaxat quem Maria vielhosecho dicte Tonete quondã ma-
ter post mortem natalis Biscarelli eius primi viri susceperat ex
Joanne chapponeti eius secundo viro hereditas eiusdem Tho
nete delata fuit dicto Antonio vielhosecho auo materno repulso
ꝛ excluso ab hereditate ꝛ successione hmõi dicto fratre vterino, ꝛ
sic ipse Antonius debuit vniuersaliter ꝛ insolidũ succedere ipsi
Thonete, aut. de heredi. ab intesta. §. consequẽs. in prin. ꝛ ver. ex-
ceptis solis fratribꝰ. ꝛ j ver. Ño. cũ ascẽdẽtibꝰ. col. ix. ꝛ trãsũptiue
in aut. ðfũcto. C. ad tertullia. Jn quibꝰ locis probaẛ ꝙ si moriaẛ
aliqs sine liberis ꝛ intestatꝰ, ꝛ illi supsint pater mater aut alij ascẽ
dentes, vt pote auus auia ꝛc. illi parentes salua tamen inter eos
prerogatiua si plures sint in diuersis gradibus succedunt illi de-
functo ꝛ preponũtur omnibus collateralibꝰ exceptis fratribus,
ꝛ sororibus vtrinq;, hoc est tã ex parte patris q̃ matris persone de
functe coniũctis. insuper etiam exceptis nepotibus ꝛ nepribus
ex fratre vel sorore predefunctis vtrinq; coniunctis persone de-
functe authentica, vt fratrum filij. collatio. ix. Cum igitur dicta
Thoneta ab humanis sine liberis ꝛ intestata decesserit, supersti
te predicto Antonio auo materno eius hereditas fuit sibi de-
lata excluso dicto fratre pro eo quia non erat vtrinque eidẽ To-
nete cõiunctus, sꝫ solũ ex parte matris. Et qꝛ istud nõ habet du
bium: ego vlterius non prosequor.

2 ¶ † Est tamen aduertendum. Quod quia dictus Joannes cha
poneti est in possessione bonorum dicte quondam Tonete expe-
diet dare libellum contra eum in petitione hereditatis, nisi alias
requisitus velit relaxare ꝛ restituere predicto Antonio bona hu
iusmodi. Quod tamen pro debito iustitie facere debet ꝛ qui nõ
solũ ad hoc teneẛ sꝫ etiã ad restitutionẽ dicte partis dotis matris
dicte quondam Tonete si illam receperit, cũ ipsi matri abintesta
to vita functe vniuersaliter successerit dicti Toneta ꝛ frater qui
libet scilicet pro dimidia parte, dict o authẽ. de heredi. ab intesta
to. §. j. Que omnia scripserim ꝛc.

1 ☞ Priuilegia principum an ꝛ quãdo latissime, late, ꝛ stricte in-
terpretari debeant. 2. 3. ꝛ toto consi.
2 Priuilegia principum motu proprio principis concessa seruan-
da sunt vt sonant.
4 Jmmunitate ecclesiastica domu s proprie, aut conducte, gau-
dere nõ debent debitores fugitiui campsores. fallit, ꝛ huiusmo-
di hominũ deceptores, ꝛ hoc ex priuilegio innocẽtij octaui sum
mi põtificis: qđ quia motu proprio ipsius potificis emanauit in-
terpretari debet vt sonat. nu. 5.
6 Debitor fugitinus an possit capi per suum creditorem, aut per
iudicẽ incompententem.
7 Debitor fugitiuus aut de fuga suspectus an possit capi die feria
to etiam in honorem dei.
8 Argumentum de tempore ad locum ꝛ econtra valet.
Exẽpla videre licet infra nu. 9. 10. 11.
12 Doctores seu aduocati, qui consilio suo ꝛ fauore tuentur ac de-
fendunt puta campsores, fallitos, debitores, fugitiuos, facul-
tatem tamen soluendi habentes, ꝛ demum in malitia sua persistẽ-
tes, grauissime peccant: ꝛ ad restitutionem tenentur.

¶ Epitome.

¶ Fugitiuus ꝛ die feriata capi potest. A. F.

¶ De ferijs. Consi. ccclij.



Jcet priuilegia princi-
1 pum † quatenus concernũt preiudiciũ tertij non
videantur latissime quinimo nec late sed stricte
interpretãda, l. nec auus. C. de emancipa. liber.
c. ex tuarum. de auto. ꝛ vsu pal. ꝛ quod not. Jnn.
in. c. cũ dilecti. de donatio. ꝛ glo. in. l. fi. ff. de constitutio. princi. ꝛ
2 alij in alijs locis. † Hoc tamen fallit quando illa concessa extite
runt ꝓprio motu principis; qꝛ tũc nõ est fienda de eis stricta inter
pretatio, sꝫ sunt illa omnimo obseruãda ꝓut sonãt, vt voluit Ho-
stieñ. in. c. ij. sup verbo, gñaliter compellantur. col. ij. ad fi. ver. pri
uilegia vero imperatorum oĩno seruanda sunt, de immunita. ec-
clesia. ꝛ idem voluit ibi Jo. an. col. ij. ver. priuilegia vero ꝛc. Pro
quo allegant. c. j. ij. ꝛ ꝑ totũ. xxv. q. ij. ꝛ. c. priuilegia. disti. iij. l. fi.
circa mediũ ibi, sꝫ prior qđ erat hoẽs ꝛc. C. de inofficio. testa. ꝛ qđ
no. in dicto. c. cũ dilecti. ad fi. c. porro ꝛ. c. recipimus. de priulei.
ꝛ alia multa ꝑ eos posita in dicto. c. ij. que possunt ibi videri. vbi
etiam idem voluit Anto. de but. columna. ij. versicu. sola ergo
priuilegia. ꝛ ibi etiam Panor. colum. penultima, versi. si autem
talia priuilegia ab imperatoribus cõcedantur ꝛc. ꝛ domi. Jason
may. in. d. l. fina. columna. v. ver. adde etiam. Pro limitatione re
3 gule supra tradite, aperte dicit † regulam quã ipse recitat in dicta
l. finali colum. iiij. circa fi. de stricta beneficiorum aut priuilegio
rum interpretatione quatenus illa concernunt preiudicium, dã-
num vel iniuriam tertij esse limitandam per id qđ not. Joã. an.
in dicto. c. ij. ad fi. ꝛ Panor. in col. penul. ꝛ idem voluit do. Fely.
in. c. causam que. collatio. x. vel circa de rescrip. vbi post illa que
ipse scribit in dicto. c. cãmq;. colũ. ix. ver. ꝛ procedũt hec etiã ꝛc.
scribit col. x. circa fi. esse addendũ id qđ no. Jo. an. in. d. c. ij. ad fi.
de immunita. ecclesia. vbi ẜm eum Joã. an. eleganter duo ꝓbat.
Primum ꝙ priuilegia principum concessa proprio motu seruã-
da sunt sicut sonãt. Scđꝫ ꝙ secus si per partẽ obtẽta: qꝛ tũc stricte
interpretantur. Et subiungit Feli. ꝙ hec dicta multum declarãt
illam materiam, qđ ꝛ verum est. Quo fit vt priuilegium ꝑ recolẽ
de memo. do. Jnnoc. papam. viij. De immunitate ecclesiastica,
4 † ꝛ domus ꝓprie aut cõducte auferenda debitoribꝰ fugitiuis seu
fallitis ꝛ de eis incarcerãdis ꝓprio motu cõcessum restringi aut
stricte interpretari nõ debeat sꝫ prout verba illius sonant seruan-
dum est, vnde cum in illo cõmemoretur priuilegium concessũ ꝑ
recolende memo. D. Nico. papam etiam de tractandis dictis de
bitoribus ꝓut ibi illis scꝫ q sub vmbra cãbiorum mutuorũ ꝛ alio
rum diuersorum cõtractuũ pecunias ꝛc. Et sic ꝑinde habendũ
sit priuilegium Do. Jnno. ac si in eo predicta nolatiꝫ expressa ex
titissent ꝑ id quod hẛ in. l. asse toto. ꝛ quod ibi Bal. Ang. ꝛ Jo.
de imo. ff. de heredi. insti. ꝛ quod no. Bar. ꝛ Bartho. soci. in. l. si
ita scripsero. ff. de cõditio. ꝛ demonstra. Non debet dictum priui
legium Do. Jnno. restringi aut stricte interpretari, vt scꝫ solũ in
telligi debeat de campsoribus aut mercatoribus fallitis qꝛ illud
non solũ loquitur de illis q sub vmbra cambiorum, sed etiã de il
lis qui sub vmbra mutuorum ꝛ aliorum diuersorum cotractuum
que oĩa fieri pñt etiam per non cãpsores aut nõ mercatores. Non
est igitur assumenda dicta interpretatio restrictiua ꝛ cõtra verbo
rum significationem. l. ille aut ille. §. cũ in verbis. ꝛ. l. non aliter.
cũ suis simili. ff. de lega. iij. Et hoc etiã satis fuit de mente Do.
Jnno. in dicto priuilegio ibi cuiuscũq; gradus ordinis aut cõdi
5 tionis ꝛc. † Propter quod existimo ꝙ Joannes de aquerio neo
phitus Auenionensis, ꝛ qui post longam seu longuas concerta-
tiones ꝛ sententias contra se iuste prolatas ad frustrandum ꝛ de
cipiendum honorabilem virum Huguetum spiardi mercatorem
Arelateñ. ꝛ alios suos creditores, clam latenter ꝛ furtiue omnia
ꝛ quecũq; bona sua mobilia bonis suis imobilibus iã dudũ ꝑ eũ
alienatis transportauit ꝛ vehi fecit vt fatetur per Rodanum ad
dictam ciuitatem Arelateñ. Et demum aufugit ad ecclesiã ne
de persona caperetur possit ab eadem ecclesia extrahi ꝛ qđ immu
nitate ecclesiastica quo ad hoc gaudere non debeat. Cui dicto
non obstat quod parte ipsius opponitur scilicet quod dictum pri
uilegium solum loquaẛ contra mercatores publice bancã seu sta
tionem tenentes. Quia respondeo quod salua pace sic loquentiũ
ꝛ vt predixi verba aliter se habent que videri possunt etiam. Nec
obstat quod parte ipsius allegatur quod non teneatur suis cre-
ditoribus seu aliquibus eorundẽ ratione contractus cũ eis ini
ti, sed solum fuit proxeneta: quoniã respondeo quod imo tenetur
ratione contractuum. ꝛ quidem dicto Hugueto spardi ꝛ hoc ra-
tione, conuentionis seu promissionis sibi facte de eidem facien-
do arrendari seu locari certam apothecam ad ꝛ per certum tem
pus, ꝛ ad rationem centum scutorum auri pro anno, de quibus re
cepit vigintiquinq;, ꝛ quia fallitus ipse seu fraudator hoc facere
non curauit fuit ipse per dictum Huguetum conuentus ꝛ pluri-
es condemnatus ad restitutionem predicte summe. Tenetur eti-
am nobili Gilheto alteri creditori non immediate tanquã pro
xeneta sed pro eo quia eidẽ promisit quod certas ballas sibi per
ipsũ Gilhetũ traditas ꝛ medio sui ipsius de Aquerio vẽditas
dicto Gilheti restitueret aut de ꝛ pro solutione pretij earundem
sibi indonee caueri cum effectu procuraret ꝛ faceret. Quorum
neutrũ fecit sed cautiõe huiusmodi nõ habita dictas ballas, con
tra conuentionem ꝛ promissionẽ per eum factas ẽptori expediuit
propter quod idem de Aquerio fallitus cõuẽtus fuit sancte ꝛ iu
ste cõdẽnatus, Et sic pretendere non potest quin teneatur ex con
tractibus per eũ initis cũ dictis creditoribus. Preterea in dicto
priuilegio diciẛ sub vmbra cãbiorũ mutuorũ ꝛ aliorũ, diuersorũ cõ
tractuũ nec dicitur ab ipsis fallitis initorũ qđ forte nec semper re
quiritur, de quo possent dari exẽpla. Nõ obstant igitur dicte op-
positiones prout nec etiam obstaret dicto Hugueto si forte op-
poneretur quod non sit Ciuis vel incola Auenioñ. Quoniã respõ
deo quod hoc non requiritur prout apparet ex dicto priuilegio
do. innocẽti.

dominum Innocētiū Apparet etiam ex supplicatione parte spectabilium virorum dominorum Syndicorum seu Consuluz ꝛ cōsilij predicte ciuitatis ablata domino Nicolao pape in qua non solum commemorant damna, afflictiones, paupertates Auenionenses propter tales fallitos ꝛ defraudatores, sz etiam quod dicta Auenioñ. et quidem illustris ciuitas in suo honore statu et bona fama denigraretur. Quod posset contingere non solum quando per suos malos boni ciues ꝛ incole paterentur sed etiam vbi extranei ꝛ forenses sic per ipsos malos defraudarentur, quin imo tunc maxime hoc contingeret vt duce experientia cognoscere possumus. Intererat igitur ꝛ interest eiusdem ciuitatis vt etiam forenses non ibi male tractentur, ꝛ vt non retrahantur a cōmercijs.

¶ Ceterum negari non potest quin dictus de Aquerio dicatur esse fallitus ac etiam nō solum de fuga suspectus sed ēt fugitiu⁹. Pro quo remisisse sufficiat ad id quod scribit nescio quis, pfecto tamen doctus in tracta. de debitore suspecto ꝛ fugitiuo. §. primo columna tertia, versiculo, inquantum autem attinet ad premissuz tractatum. Quo fit vt videatur etiam si non extaret dictum priuilegium ꝙ dictus de Aquerio potuisset capi ꝛ extrahi a dicta im

6 munitate †. Pro quo inducitur: quia licet quis regulariter nō possit per suum creditorem propria autoritate capi aut detineri: hoc tamen fallit in debitore de fuga suspecto, quis potest capi per creditorem insuper ꝛ per iudicem alias incompetentem pro quo remisisse sufficiat ad id quod scribit dominus Jason may. in. l. secunda, columna quarta, versiculo, teneas tamen communem conclusionem. ff. de iurisdi. oim iud. ꝛ idem sentit dominus Jason in l. vinum. collatio. tertia. ff. si cer. pe. de quo habetur in dicto tracta. de debito. suspec. ꝛ fugiti. §. quarto principaliter. ꝛ de iudice incompetente quod scilicet per illud capi possit debitor de fuga suspectus, ꝛ quod non possit opponere de iudicis incompetentia consuluit Petr. de ancha. consilio. cxcij. exordiente, in auxilium veritatis ꝛ pro confirmatione eorum que superius scripta ꝛ compilata sunt ꝛcetera. ꝛ Roma. in dicta. l. secunda. ff. de iurisdic. omnium iudi. ꝛ consilio. cclxij. exordiente, vnum quod subtiliter obijcit ꝛcetera, ꝛ pleni⁹ in. l. de populo. §. necesse. ein additio, no. vbi etiam Alexand. de imola. §. si quis riuos. ff. de no. ope. nuncia. et hant opinionem etiam sequitur domi. Jason in dicta. l. secunda columna quinta, versiculo, ego teneo decisionem Petri de ancha. ff. de iurisdic. omnium iudi. Et quamuis Fraciscus de are. consil. xcv. exordiente, respondebo breuiter dubijs ꝛcetera. videatur voluisse mordere Petrū de ancha. Tamen si verba sue distinctionis opportune attendantur: ipse in casu occurrenti concludit pro hac parte, scilicet ꝙ talis debitor cuiusmodi est dictus de Aquerio de fuga suspectus imo reuera fugitiuus potuerit ꝛ possit capi per iudicem alias incompetentem. Preterea quamuis regulariter debitor capi non possit tempore feriato: hoc tamen fallit in debitore suspecto de fuga que potest per iudicem personaliter capi ꝛ incarcerari etiam tempore feriato in honorem Dei, vt voluit glossa singularis in. l. fi. versiculo, fideiussionis. C. de fe. quaz ꝛ Bal. Saly. ibi sequuntur, ꝛ Bartolus in. l. ait pretor. §. si debitorem. ff. de his que in frau. credito. Baldus in. l. prima. C. qui bo. cede. pos. Multas remissiones ponit dominus Jason may. in multis locis scilicet in dicta. l. secunda colum. quarta versiculo secundo quia die feriato. ff. de iurisdic. omnium iudi. l. plerūq. columna tertia versicu. x. limita in debitore suspecto. ff. de in ius vocan. in. l. prima. co

8 lumna fi. ff. de fer. ꝛ in dicta. l. vinum. columna tertia † Ex quib⁹ infertur quod sicut arguendo de tēpore ad personas quod est bonum argumentum sicut ꝛ econtra. l. qui plures super versiculo singulis. ff. de vulg. ꝛ pupil. sicut in tempore ꝛ in persona iudex alias incompetens poterit capi facere debitorem de fuga suspectum

9 † Et sicut debitor de fuga suspect⁹ potest capi, vt predixi, tēpore feriato etiam in honorem Dei ꝛ non solum in diebus solennibus sed solenniorbus ꝛ solennissimis, vt verbigratia die festi Natalis domini nostri Jesu christi, aut die Pasche vt voluit Baldus in capitulo fin. columna vltima de fer. Ita potest capi in loco prohibito arguendo de tempore ad locuz quod licet, sicuti ꝛ de loco ad tempus per id quod habetur in dicta. l. vinum ꝛ quod ibi Doct. pro quo facit glossa in clement. secūda in verbo, regularem de cēsi.

10 Que vult ꝙ sicut ex causa necessitatis licitū est comedere carnes tempore prohibito puta tempore quadragesime: ita etiam licitū est illas comedere in loco prohibito: vt puta in claustro Chartusien. Ubi premissis quatuor fundamentis ad probandum ꝙ debitor de fuga suspectus capi ꝛ incarcerari possit tempore alias p

11 hibito. † Eleganter ex illis infert idem dominum Jas. ꝙ non esset ponere os in celum dicere quod debitor de fuga suspect⁹ possit detrahi de ecclesia, arguendo de tempore sacro ad locuz sacrū. nam sicut potest capi tempore feriato, vt supra dictum est: ita etiam capi potest in loco sacro. pro quo etiam alia multa induicit que non refero, vt pote non necessaria, ꝛ que possint ibi videri Et vere si non decipio, istud dictum videtur mihi equissimum, maxime in casu isto in quo vir iste post alienationem bonorum immobiliū ꝛ latas contra se multiplices sententias sic contempsit ꝛ elusit nō solum suos creditores, sed iudices vt bona sua ab eorum territorio ꝛ districtu alibi transferre procurauerit ꝛ fecerit capto cōsilio due postea fugiendo. Qui vt colligitur ex dictis nescio cuius docti fi voce antiquissime legis, dari deberet creditorib⁹ lacerandus. De vno admiror ꝙ scilicet dictus de Aquerio fallitus reperiat in hac sua malitia consultorem ꝛ qui euz tueatur vel defendat. Debem⁹ enī tenere qd id pscribit Hosti. in summa tit. de penitē. ꝛ remissio. §. cui confitendum. sub. §. cui aduocati, per totū, de penitē. ꝛ remissio. vbi premissis defectibus in quibus peccāt aduocati subiūgit circa fi. Satisfaciant igitur aduocati his quos predictis modis vel alijs leserunt ꝛ per veram penitentiā suo satisfaciant creatori, si nolunt apud inferos perpetuo cruciari, de peniten. distinc. vij. §. idcirco. p quo videri potest quod scribit Beatus. Tho. secunda questione. lxxj. articulo tertio vbi allegat illud quod habetur secundo Paralipo. c. xix. impio prebes auxilium idcirco iram domini merebaris. ꝛ dicit illicitum esse alicui cōparari ad malum faciendum siue consulendo siue adiuuando siue qualitercumq; cōsentiendo. Quia consilians ꝛ coadiuuans quodammodo est faciens. ꝛ hinc dicit Apostolus ad roma. primo quod digni sunt morte non solum qui faciunt peccatum: sed etiam qui consentiunt facientibus. Et subiungit beatus Tho. quod omnes tales ad restitutionem tenentur pro quo etiam videri potest dominus Antonius floren. Archid. in secunda parte sue summe titulo primo. c. xix. §. octauo exordiēte aduocatus procurator ꝛ iurisconsultus ꝛcetera longe sanctius esset dicere huic furi, Redde quod debes ꝛ postea vade in pace. quaz sub colore obtinende immunitatis ei dem auxilium prebere ad furandum postquā sciunt per transportum predictum ꝛ alienationem aliorum bonorum talez barateriā commisisse.

1 ¶ Substitutus a fratre filijs sibi inuicez ꝛ mutuo substitutis an per vim substitutionis vulgaris in compendiosa comprehense possit eidem fratri substituenti succedere.

¶ De insti. ꝛ substi. Consi. cccv.




Si nos supponeremus

1 † quod testū probi quondaz viri Antonij garth de iure valuisset, hoc est ꝙ ipse sub pn̄tia septem testium rogatorum instituisset ꝛ nominasset Bertraudum ꝛ Stephanum eius filios naturales et legitimos suos heredes vniuersales, ꝛ qd ipse istos filios mutuo ꝛ adinuicem substituisset primo scz decedenti superstitē, ꝛ si ambo sine herede vel heredibus ꝛc. ab humanis decederent substituisset Bartho. fratrem sui Ipsius testatoris vel etiam si non facta substōne inter liberos substituisset post mortem ipsorū, vt predixi dictum Bartholo. tunc videretur quod dictus Bartholomeus in vim vulgaris substitutionis comprehense in cōpendiosa potuit eidem Antonio succedere: quia ab illa potuit testm̄ vires assumere. l. tertia. §. fin. ff. de libe. ꝛ posthu. ꝛ. l. gallus. fere per totam legem. ff. de libe. ꝛ posthu. ꝛ. l. thais. §. splendophorne. ff. de fidei commissa. libertati. Esset tn̄ Joanna supstes habitura legatum sibi relictum: ꝛ si non sufficiat ad legitimam in qua grauari nō potuit. l. quoniam in priorib⁹. C. de inoffi. testa. poterit agere ad supplementum. l. omnimodo. C. eo. titu. ꝛ si nollet habere legitimam in pecunia: pōt de iure cōi petere illā sibi tradi ꝛ expediri in bonis ꝛ substantia dicti quondam Antonij. l. scimus. §. repletionem. ꝛ quod ibi doc. C. de inoffi. testa. quod etiam post Guilhel. de cun. voluit Bar. in. l. suus quoq;. in fi. princip. vbi etiā Jo. de imola col. vij. ff. de heredi. institué. ꝛ Alex. de imo. in. l. non amplius. §. cū bonorum. ff. de lega. j. Et cū Anneta ab humanis decesserit legatū sibi relictū p dictū Antonium fuit delatū hōeste mulieri Clarete eius matri, ꝛ eidē Joanne cuilibet scz pro semisse seu medietate, ꝛ poterunt ipse tanꝙ pximiores petere legatuz hmōi vna cum supplemento, si illud non sufficiebat ad legitimaz: vel etiā poterūt petere legitimam in bonis ꝛ substantia testatoris, vt superius dixi de legitima Joanne Est tamē verū ꝙ cū dicta Clareta cōuolauerit ad scd̄a vota ipsa pdidit proprietatē dicte dimidie partis ꝛ remansit vsufructuria per ea que habent in aut. ex testō. C. de secūd. nup. ꝛ in corpo. vnd. sum. l.

¶ Et si queratur q̄ta sit legitima cuiuslibet ex dictis Anneta ꝛ Joanna, dico ꝙ cū dicto quondā Antonio supfuerint quatuor liberi, horum olim legitima fuit triena seu tertia pars bonorum dicti quondam Antonij eorum. s. que superfuerunt deducto ere alieno ꝛ funeris impensa, authē. de triēn. ꝛ se. §. j. collatione. iii. ꝛ transumptiue in authen. nouissima. C. de inoffi. testa. iuncta. l. Papinianus. §. quarta autem. ff. e. ti. ꝛ sic legitima cuiuslibet ex dictis filiabus fuit duodecima pars, hoc est vna vncia predictorum bonorū. Que scripserim breuiter ꝛ succincte sub correctiōe ꝛc.

1 ☞ Donatio iuramento donantis vallata licet in ea fiat mētio de morte dicitur tamen donatio inter viuos.
2 Et propterea irreuocabilis.

¶ De dona. Consi. cccvi.

1 
Quamuis † in donatio
ne quā dudū Anno scz incarnationis dñice mil
lesimo quadringētesimo qnquagesimo tertio; &
de mēse. Fecisse leguntur probus vir & honesta
mulier Petrus cheuena & Guillermet a colon-
gerie coninges Joāni das & steuenete futuris tūc, cōiugibus fue
rit facta mentio mortis, illa tamē videtur fuisse donatio inter vi
uos pro eo q2 illa fuit vallata iuramēto dictorū coniugū donātiū p
id qd habet in. l. vbi ita donatur & l. se natus. §. mortis causa. ff.
de donatio. cau. mor. & qd scribit Ange. consi. clxxxi. exordien. vi
sis instris &c. col. vlti. & Pau. de cast. con. xcvi. exordien. notādū
est & Alex. de imo. cōsi. xiiij. exordiē. circa primū dubiū quo que
rit col. ij. ibi pdicta em maria donatrix pmisit in dicto cōtractu
2 &c. in. §. volu. † Ex quo infertur q illa fuit irreuocabilis. l. pfecta.
C. de donatio. que sub modo. & argu. sumpto a speciali. l. gñaliter.
C. de reuocan. donatio. & si in vim donationis hmōi bona predi-
ctorum quōdā Petri cheuene & Gulliermete colongerie puene-
rint ad dictos Joannē das & steuenetam cōiuges quēlibet scili-
cet pro dimidia parte. l. reos. §. cū in tabulis. ff. de duo. re. nemini
dubiū est quin moriente Joanne das ab intestato eidem in dicta
dimidia parte & aliis bonis si que habebat successerit Catherina
eorundem Joannis & steuenete filia naturalis & legitima & que
postea matrimoniū cōtraxisse dicitur cuz prouido viro magistro
Joanne Royer Roderio, authen. de heredi. ab intestato. §. j. cū
suis simili. collatio. ix. Verum cum dicta Steuneta pro dimidia
parte predictorū bonorū donataria, etiā ab humanis intestata de
cesserit superstitibus & sibi supuiuētib9 predicta Catherina & Ja
cobo martini eius filia & filio naturalibus & legitimis dicta. s. Ca
therina procreata & genita ex dicto quondam Joāne das, primo
viro & dicto Jacobo ex Guliermo Martini eius quondam secū
do viro, isti duo liberi eidem Steuenete successerunt dicta scili-
cet Catherina vsqz ad legitimā suam & prefatus Jacobus vni-
uersaliter & sic in toto residuo, Juxta formam & dispositionē sta-
tuti prouincie quo disponitur q superstitibus filio aut filiis, seu
etiā nepotib9 masculis filie femine aut nepotes nō succedūt patri
aut matri auo vl auie nisi vsqz ad legitimā suā & cū dicte Steuene
te supfuerit dicti duo liberi eorū legitima fuit triēs seu tertia pars
bonorū dicte quondā Steuenete eorū scz q superfuerūt, deducto
ere alieno & funeris impensa authen. de trieñ. & se. §. j. collatio. iij.
& transumptiue in authen. nouissima. C. de inoffi testamen. iūcta.
l. papinianus. §. quarta autem. ff. eo. ti. legitima igitur predicte
Catherine fuit sexta pars predictorum bonorum. Et sic conclu-
dendo dicta Catherina seu prefatus Joānes Roier, qui per me
dium certum liberorum eidem Catherine sue quōdam vxori suc
cessisse dicitur habere non debet de bonis & iuribus, dictorū quō
dā Petri cheuena & Guliermeta nisi septēvncias hoc est dimidiā
partē donatā dicto quondam Joanni das, & sextam partem alte
rius dimidie donate prefate quondam Steuenete. Dictus ve-
ro Jacobus debet habere alias quinqz partes predicte dimidie
partis donate dicte Steuenete: & sic totum residuū. Et ita mihi
videtur sub correctione cuiuslibet d d. melius sentientis.

1 ☞ Articuli impliciti, hoc est plures in se articulos continētis, assertio vel negatio an & quando preiudicet deponenti quoad ipsos alios articulos. 2. & toto consi.

¶ De Edendo. Consi. cccvij.


Deliberando super pro
cessu, dudū suscitato & moto per & inter nobilem
& honorabilem virum Joannez ruffi actorem ex
vna parte, & prouidum virum Martinum amal-
rici reū ex alia, dicit & pponit idē Martinus seu
eius legitimus procurator procuratorio nomine eiusdez sequen-
tia. Et primo quidem dictum nobilem Joannem non fuisse nec
esse audiendum, quatenus petijt & petit se mitti in possessionem
domus in processu huiusmodi latius mentionate, ex & p eo quia
pretendit dictum Martinum fuisse de mendacio conuictum ex
eo quia respōdēdo sexto articulo pretensi libelli parte dicti nobi-
1 lis Joannis in hac causa † producti respondit per verbuz nō cre
dit. Quoniam dico & respondeo q dictus sextus articulus non
fuit simplex sz implicitus, continens scilicet non solum vnum ar-
ticulum, sed tres imo quatuor, quorū vnus potest esse verus: alij
vero falsi. Dicitur enim in illo q dictus Amalrici acquisiuit
possessionem seu quasi dicte domus a domino Bartholom eodi
pcto libello latius mentionato, & hoc primo. & hic est primus ar-
ticulus. Secundo q illam tenuit & possedit a tempore inter eos
celebrati cōtractus, vlz ab octo annis citra & hoc .ij. & hic est scōs
articul9. Tertio q ipse ad huc illā tz & possidet & .iij. & sic hic est
tertius articulus. Quarto q dictus Martinus seu alius p eo nō
2 soluit censum. & hic est quartus articulus. † Quo fit vt propter
rñsionem negatiue factam dicto sexto articulo seu positioni, non
censeatur negasse quemlibet ex dictis quatuor articulis in eo cō
prehensis. Et signanter illum q scilicet idem Martinus tenet
& possidet dictam domum q2 propter falsitatez alterius ex dictis
articulis licuit eidem Martino respondere dicto implicito seu
multiplici articulo per verbum non credit, vt voluit gl. quā ibi se-
quuntur Docto. in. c. ij. super verbo rationabili. versicu. item si sit
multiplex de confess. in. vj. & Bald. in. l. ij. §. quod obseruari post
medium versi. sed quid si positio implicita continens verū in vna
parte. C. de iureiuran. propter calumniam dādo. Esto igitur qd
dictus Martinus dicto sexto articulo negatiue responderit: non
tamē infertur qd ipse negauerit se possidere: Cū ppter alios articu
los in eo comprehensos imo propter illorum alterum licuerit sibi
eidem sexto articulo respondere per verbum nō credit. & hoc di-
ctum maxime procedit in casu nostro in quo idē Martinus re-
spondendo interrogatoriis litis preparatoriis confessus est se te-
nere & possidere domum predictam.

¶ Ceterum aduertat dictus nobilis Joannes. Quia ex prepositis & deductis parte eius in dicto suo libello non infertur quod actio hypothecaria eidē competierit aut competat, pro eo quia ex deductis nō apparet qd tēpore factaruz recognitionis & obligationis de quibus in libello domus predicta esset in bonis dicti Do. Bartholomei quod tamen erat necessarium ad hoc vt actio huiusmodi intentarit valeret seu posset contra dictū Martinum etiam si esset particularis successor eiusdem domi. Bart. per id quod scribit Cy. & Doct. in. l. cum res. C. si alie. res pigno. dat. sit. Specu. titu. de solutio. §. j. ver. sed quando dicitur flo. in. l. ante omnia. ff. de probatio. & Ange. areti. in. §. item seruiana. ver. tertio casu principali institu. de actio.

¶ Preterea supposito citra preiudicium veritatis quod exceptio competens extraneo possessori, & per quam potest repellere actorem ne videlicet contra eum experiatur, & agat ante discussionem principalis debitoris opponi deberet ante litem contestatam, & quod postea si obmissa extiterit: opponi non posset non tamen debet nec de iure potest creditor in hypothecaria actione obtinere nisi probet debitorem principalem non soluendo, vel alia per que appareat viam esse sibi apertam ad agendum contra extraneum possessorem, prout scribit Bald. in. l. si probatum. versi. ex hoc infert Bar. C. commu. diuidun. Et hec omnia obstant intentioni dicti nobilis Joannis. que omnia scripserim, breuiter & succincte sub correctione cuiuslibet domini melius sentientis.

1 ☞ Dominus rei sue adeo quilibet est & moderator, vt ea etiam abuti possit.
2 Et hoc vt plurimum procedit in donationibus in quibus sepissime interuenit pro ratione voluntas.
3 Statutum quod donatio excedens talem summā non valeat an & quando comprehendat donationem iuramento valatam.
4 Statuta sunt & veniunt interpreatanda secunduz ius commune.
5 Juramento firmati actus seu contractus potentius operant q contractus non iurati.
6 Juramento firmata statuta an possit papa vel imperator cassare Et an laicorum statutum possit disponere super iuramento. & numero. 7.
8 Juramentum appositum in donatione excedente summam quingentorum aureorum tante est virtutis vt propter id deroget legibus insinuationem requirentibus. & nu. 12.
9 Donatio ob causam que dicatur, & que simplex, & an & quādo valeant. & nu. 10. & 13.
11 Insinuatio in quibus donationibus requiratur. & nu. seq.
13 Donationem infirmant & de fraude suspectam faciunt clausule in ea inserte non facientes ad propositum & insolite.
15 Vsusfructus plurib9 re & verbis coniūctis inter viuos cōstitut9 & in quo etiaz est locus iuri accrescendi: vt patet nu. 16. an intelligatur de relicto in vltima volūtate: an de relicto inter viuos talibus vt. s. re & verbis coniunctis.
17 Pactū seu cōuentio inter heredes, de futura hereditate factū viuente eo cuius sunt bona & presertim inter liberos est inualidū & a iure reprobatum.

¶ De Donationibus. Consi. cccviij.



Ex themate mihi exhibite consultationis, parte nobilis Guillielmi fulconis eliciuntur multa dubia, quibus respondeo
1 prout infra. † Et primo ad primum: pro cuius facilliori solutione, Premitto quod regulariter quilibet est moderator et arbiter rei sue. l. in re mandata. C. manda. l. dudum. C. de contrahen. emptio. et venditio. l. polla. C. de his quib. vt indig. et c. de his. ad fi. de testa. facit. l. nemo exterus. C. de iude. et quod habetur in. l. non vsque adeo. in fin. ff. si a paren. fue. quis manumis. et l. penultima et quod ibi Docto. et signanter do. Jas. may. colum. ij. versicu. vij. not. C. de pact. et quod scribit Ange. consi. clxxxi. exordiente, visis instrumentis. colum. iiij. versicu. his premissis etc. Et est adeo quilibet regulariter rei sue moderator et arbiter vt etiam possit ea abuti. l. sed et si. §. consuluit. versicu. dum se abuti putant. ff.
2 de petitio. heredita. † Quod maxime procedit et procedere debet in donatione in qua est pro ratione voluntas. l. j. ff. de donatio. et quod scribit Oldra. consi. xxx. exordien. factum tale est, quedam certe et
3 nominate persone castri de carmubo. versicu. iij. queritur. † Ex quibus infero licuisse nobili et honeste mulieri domine Magdalene reynarde facere nobili Catherine richarde eius filie naturali et legitime duas donationes inter viuos de quibus in dicto quesito et quod ille de iure valuerunt et valent. Non obstante statuto prouincie quo disponi pretenditur quod ad robur et efficaciam simplicium donationum inter viuos valorem decem florenorum excedentium interueniat et interuenire debeat certa solennitas de qua in eo. Et quod simplex donatio inter viuos alias et taliter facta de bonis immobilibus seu mobilibus debitorum in valore summam decem florenorum excedentibus non teneat: sed subiaceat vitio nullitatis. Quoniam respondeo quod cum statutum huiusmodi nullam mentionem fecerit aut faciat de iuramento donatoris, illud non debet extendi ad donationem iuratam vt probat Joan. de imol. in c. cum contingat. in. iij. membro. versicu. nunc pro declaratione materie an per statutum possit prohiberi etc. de iureiur. † Quia statu-
4 tum debet interpretari secundum ius commune. l. ij. C. de noxali.
5 et c. cum dilectus. de consuetudine. † Sed de iure communi semper potentius cooperatur actus iuratus quam non iuratus. l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. ij. l. vnica. §. cum lex. C. de rei vxo. actio. et l. pactum. C. de collatio. iuncto dicto. c. cum contingat. et c. quamuis pactum. de pact. in. vj. hoc confirmatur per id quod not. gloss. fina. in. c. cum non deceat. de electio. in. vj. per quam dicit Ange.
6 in. l. j. §. que onerande. ff. quar. rer. actio non dat. quod † licet Papa vel imperator cassiet consuetudines vel statuta, non intelligitur cassare statuta iuramento confirmata. et hoc sequitur Lapp. abbas et Jo. and. in nouel. in dicto. c. cum non deceat. pro quo allegant. c. j. de constitutio. in. vj. et c. cum aliquibus. de rescrip. Et ita consuluit Alexander de imola consilio. cxxv. exordiente, visis et considerātis statutis. colum. xij. vel circa. versicu. pro hoc etiam bene facit statutum etc. in primo. volumine consilio. xxxvij. exordiente, viso et opportune discusso processu etc. colum. viij. ver. et licet aliqui teneant quod statutum etc. in. ij. volu. et consi. xxxviij. exordien. visa petitione Antonij de roma. colum. iij. vel circa. versi. sed illis non ob-
7 stantibus. in. iij. volu. Et dicit † Alexan. in dicto versi. et licet etc. quod quamuis aliqui teneant statutum laicorum posse disponere super iuramento: tamen quasi omnes tenent quod vbi statutum non facit mentionem de iuramento non trahitur ad casum in quo iuramentum interuenisset per id quod no. glo. si. in aut. sacramenta puberum. C. si aduer. vendi. quod etiam dicit esse de mente Joan. andr. in addi. Specu. tit. de prolatio. senten. §. vt autem. ver. hoc autem notandum. vbi refert etiam ita tenuisse disputando Nico. de mata. et Jaco. de belloui. et idem in effectu voluit secundum eum Federi. de se. consi. cclxxij. exordiente, factum tale est etc. Maxime per regulam canonistarum in qua habetur iuramentum non vi aut dolo prestitum esse seruandum si seruari possit sine interitu salutis eterne. c. si vero. cum concordan. de iureiuran. dicit etiam Alex. de imo. in dicto consi. xxxviij. in. iij. volu. Quod non solum princeps secularis nunquam videtur velle derogare actui iurato: sed nec etiam summus pontifex nisi de iuramento faciat mentionem c. constitutus. et quod ibi glo. et docto. de rescrip. et quod no. Inno. in c. cum inter. de iureiuran. et Cy. et Salyc. vbi etiam Moderni in
8 l. si. C. si contr. ius vel vtili. publi. Et † idem voluit Barth. Soci. consi. cxlvij. exordiente, visa facti contingentia etc. in. ij. dubitatione principali. vers. ij. respondetur. in prima parte, vbi dicit quod licet Bal. et Bar. et plerique antiqui multum variauerint: tamen hodie est communis opinio quod non obstante solennitate requisita per statutum vel contractus iuratus in quo non fuit obseruata solennitas huiusmodi tenent Anto. de butri. Joan. de imol. et Panor. in. d. c. cum contingat. referendo opiniones aliorum, et Pau. de cast. in repetitio. dicte authen. sacramenta puberum. Et multum late Panor. in sua solenni disputatione que incipit stante statu. ciuitatis senarum. Multa facientia ad predicta scribit do. Jas. in. d. aut. sacramenta puberum.

¶ Pro premissis facit: quia per iuramentum oppositum in donatione excedente summam quingentorum aureorum potest derogari legibus insinuationem requirentibus vt firmat Jo. an. in addi. spe. tit. de instru. editio. §. porro. ver. item. nota. et alij quos plene refert et sequitur Jo. de imo. in. d. c. cum contingat. in decimo membro, de iureiurando. et Alex. de imo in. l. nemo. col. v. versi. item in quantum quesiuit Bar. ff. de legi. j. vbi multa commemorat. et consi. iiij. col. xij. vel circa. versi. nec ad hoc obstat si dicatur quod donatio non valet sine insinuatione etc. vbi etiam multos refert. in. j. volu. et alij in alijs locis.

9 Ad secundum quesitum dico et respondeo, quod si seruitia et benemerita, de quibus, in dicto quesito, et plenius in instrumentis in themate consultationis latius mentionatis et mihi exhibitis, probarentur donationes prementionate dicerentur et essent donationes ob causam, et non simplices: quatenus tamen seruitia et benemerita huiusmodi concurrerent seu commensurarent cum valore bonorum, rerum et iurium in dictis duabus donationibus donatarum, iuxta ea que scribunt docto. communiter in. l. si donatione. C. de collatio. in. l. attilius regulus. ff. de donatio. et Barthol. soci. consi. cclxv. exordien. In causa con-
10 tra filios etc. † Sed si seruitia et merita huiusmodi non probentur, nec alias de eis appareat quam per assertionem dicte domine Magdalene, cui non est standum, vt no. docto. communiter in dictis locis, et scribit Bartho. soci. in. d. consi. dicte donationes non sunt donationes ob causam, sed simplices, et que propterea non valerent quatenus excedunt valorem decem florenorum, et hoc propter statutum: nisi essent iurate. Sed quia iurate extiterunt: dico quod ille valuerunt et valent propter iuramentum, vt superius dixi.

11 Ad tertium dico et respondeo quod dicta prefata donatio, de qua ibi, non videtur posse impugnari ex defectu insinuationis, etiam si bona de quibus in ea in valore excederent summam quingentorum aureorum: quia licet talis donatio regulariter non valeat, quatenus excedit valorem
12 quingentorum aureorum. l. penultima. C. de donatio. † hoc tamen fallit quando donatio fuit iurata, seu cum iuramento insinuationi renuntiatum, vt iam superius dixi: quia cum iuramentum per dictam dominam Magdalenam prestitum seruari possit sine interitu seu dispendio salutis eterne, illud seruandum est, per regulam quam ponit tex. in. d. c. cum contingat. et c. quamuis pactum. de pac. in. vj. et c. licet mulieres. de iureiur. eo. lib. in quibus iuribus iuramentum non solum ligat iurantem, sed etiam firmat contractum, prout communiter in illis locis scribunt docto. Ad quod facit dicta authen. sacramenta puberum. et quod magis communiter ibi scribunt docto. Quamuis enim de iure ciuili ante dictam aut. iuramentum non firmaret contractus inualidos. tamen per dictam authen. contrarium disponitur in casu suo, secundum communem opinionem: et de iure canonico magis late hoc ipsum disponitur in. d. c. cum contingat. et. d. c. quamuis pactum, que licet loquantur in casibus specialibus, tamen quia se fundant in ratione generali, illa generaliter intelliguntur ab omnibus etiam extra casus suos. Et ideo quamuis ius commune vel municipale annullet donationem non insinuatam: tamen illa iuuatur et firmatur iuramento, per dicta iura, prout etiam firmat Joan. an. in loco superius allegato, firmant Joannes de imo. et Alexan. de imo. et alij per eos in locis superius commemoratis allegati. Istam. opinionem etiam firmant Fran. de are. consi. ij. et consi. lxxvij. Angel. consi. xcj. exordien. pro parte negatiua etc. col. ante penul. versi. superest igitur videre etc. Panor. consi. cvij. Joan. de imo. in. l. modestinus. ff. de donatio. et Joan. campe. in repet. dicte. l. nemo. vbi etiam dicit istam partem esse veriorem, secundum quam etiam consuluit Philip. de peru. consi. lxxix. exordien. de duobus queritur, in. ij. vol. et Bartho. soci. vel dominus Maria. pater consi. lxxvij. et hec videtur esse magis communis opinio, a qua propterea non est in iudicando vel consulendo recedendum. l. j. versi. crebrior apud veteres opinio. ff. de offi. questo. et quod scribit Ostien. et doc. in. c. j. de constitu. Bar-
13 to. et doctores in. l. finali. C. de pe. iudi. qui male iudi. † Fateor tamen quod in dicta tertia donatione, et pro illius conualidatione, fuerunt posite multe clausule que magis nocent quam prosint, et quas nec ille qui dictauit nec notarius intellexerunt: quod saltem ex eo deprehenditur, quia pro maxima earum parte non faciunt ad factum, et quia multe ex illis sunt insolite, et inducunt talem qualem suspicionem fraudis, per id quod scribit glo. et Paul. de castro in. l. si quis sub conditione. ff. de condi. institutio. vbi Paulus de castro quod ex illa. l. colligit, quod ex nimia et superabundanti cautela resultat interdum presumptio fraudis. Per predicta patet etiam responsio ad quartum quesitum, scilicet quod cum iuramento potuerit dicta domina Magdalena renuntiare insinuationi.
14 ¶ Ad quintum dico et respondeo quod licet, vt superius dixi,

per assertionem de seruitiis ⁊ bñmeritis non probentur ipsa serui-
tia aut benemerita: ⁊ propterea non censeat donatio ob causam, sꝫ
simplex: non propterea impediuit assertio huiusmodi quominus
donatio predicta potuerit confirmari ⁊ confirmata extiterit iura
mento, per eā que superius dixi.

15 † Ad sextum dico ⁊ respon

deo quod cum dicta nobilis Catherina ⁊ nobilis Petrus eius
filius fuerint re ⁊ verbis coniuncti in donatione vsusfructus bo-
norum dicte domine Magdalene, vsusfructus bonorum eiusdē
quondam nobilis Catherine vita functe per mortem ipsius Ca-
therine accreuit dicto nobili Petro. l. j. ff. de vsufruc. accrescen.
Et quamuis. d. l. prima facie videat loqui in vsufructu relicto in
vltima voluntate: idem tamen est in vsufructu inter viuos mul-
tis seu pluribus re ⁊ verbis coniunctis constituto, vt probatur in
d. l. j. §. interdum. ibi, Sed in vsufructu hoc plus est: quia ⁊ con-
stitutus ⁊ postea amissus ⁊c. vbi est sermo de vsufructu constitu
16 to quod fieri non dicitur in vltima voluntate: † sed in contra-
ctu. Et quod in vsufructu multis seu pluribus re ⁊ verbis cōiun-
ctis inter viuos constituto sit locus iuri accrascēdi, firmauit illu
stris legum doctor Odoffre. in. d. l. j. col. fi. versi. sed denuo quero
quid si vsusfructus inter viuos ⁊c. Pro quo etiam facit: qꝛ bona
est argumentatio de contractibus ad vltimas voluntates, ⁊ ecō
tra. l. seruū filii. §. eū qui chirographum. ⁊ qd ibi per Dy. ⁊ alios
Doc. ⁊ in. l. que de legato. ff. de lega. j. ⁊ quod notat Gulielmus de
cu. ⁊ post eum Ang. in. l. pactum inter heredē. ff. de pact. ⁊ Bal.
in. l. j. C. de leg. fus. cani.

Ad septimuꝫ dico ⁊ respō

deo quod pactio seu conuentio de qua ibi fuit ⁊ est illicita, ⁊ a iu-
re reprobata. l. fi. C. de pact. ⁊ que secundum glos. in. d. l. fin. super
verbo aliene, reprobatur non solum in aliis; sed etiam in liberis
paciscentibus de hereditate parentis viuentis, ⁊ tempore pacti
a presentia paciscentium absentis: quia etiam liberi nonnunquā
insidiantur vite parentum. §. penul. Institu. qd cuꝫ eo. nec potest
talis pactio seu conuentio iuramento confirmari, vt pote contra
bonos mores existens, secundum Bal. Sali. ⁊ Modernos in. d.
l. fi. quod etiam ibi tenet Bar. ad quod facit regula, Non est obli
gatorium, de reg. iur. in. vj. Uerum aduertat nobilis Dulceta, q̄
sic conuenisse dicit: qꝛ si contingat hereditatem dicte do. Mag-
dalene aut illius partem sibi deferri, fiscus poterit illā eidē Dul
cete tanq̄ indigne auferre. l. ij. §. fi. ff. de his qui. vt indig. ⁊. l. qui
dam. §. j. ff. de donatio.

Ad vltimum dico ⁊ respō

deo quod ad euitandum conflictum opinionum, ⁊ qꝛ etiaꝫ nō suꝫ
certus quid eminens regium prouincie parlamentum obseruat
super simplicibus donationibus factis inter viuos decem flore-
nos excedentibus ⁊ iuratis si in eis noninteruenerit solennitas
de qua in statuto, laudarem ⁊ consulerem quod sub presentia al-
terius ex dominis Uiguerio ⁊ Iudice aut saltem locum tenen-
te alterius eorundem, ⁊ alias obseruata solennitate eiusdem sta-
tuti, dicta do. Magdalena citra preiudicium dictarū donationū
illas confirmaret, ⁊ denuo quatenus opus esset bona et iura per
eam donata dicte quondam nobili Catherine donaret eius libe
ris presentibus ⁊ acceptantibus in forma ⁊ cum iuramento ⁊ ce-
tera. Que omnia dixerim sub correctione cuiuslibet domini me-
lius sentientis.

1 ☞ Filiusfamilias an possit viuēte patre testari: ⁊ an ⁊ qualiter
possit patre vt. s. viuēte donationē facere ibidem.
2 Dos in euentum restitutionis debet eo redire vnde profecta est.
3 Dos gñero pro filia a patre soluta licet de iure debeat ad patreꝫ
reuerti: contrarium tamen obtinuit consuetudo: adeo quod si
supersint liberi, dos apud patrem ipsorum et pro ipsis liberis re-
maneat.
4 Et quo iure ipsis filiis dicta dos accedat. Et quid de augmento
dotis an ⁊ quo casu debeat restitui. ⁊ nu. 5. ⁊. 6.
7 Statutum, qd extraneus dotem constituens stipulet eam sibi re
stitui soluto matrimonio, an habeat locū vbi soluto matrimonio
supersunt liberi.
8 Posthumus ex vtero matris exsectus vel natus ante septimuꝫ
mensem an efficiat heres matri premortue, adeo vt euentus do-
tis restituende locū non habeat.
Et cui incūbat onus probādi an natus sit ante vel post septimuꝫ
mensem. nu. 10.
9 Posthumi p̄teritio an rumpat testm̄, si natus vel exsectus sit de
vtero matris ante septimum mensem.

¶ Epitome.

¶ Pater in successione filii auo materno prefertur etiam in eo
quod filius de dote matris habuit. A. 5.

¶ Ad. S. C. Tertyl. Consi. cccix.



TRia sunt de quib⁹ que
ritur parte honorabilis viri Ioannis chirius.
primum est an testamentum factum per hone-
stam quondam mulierem Claretam de strictis
filiamfamilias valuerit. Cui respondeo breui-
ter ⁊ succincte q̄ licet filiusfamilias cum expressa voluntate pa-
tris donare possit donatiōe causa mortis, ea scilicet donatiōe cau
sa mortis que habet vim contractus: non que habet vim vltime
